Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

1070

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Volaterran Geogr.

Raphael Volaterran, a donné a son ouvrages le titre de
Commentarii urbani, par ce qu'il les a écrit dans
la Ville de Rome;
il a divisé son ouvrage en trois parties il traite dans
la premiere de l'ancienne Geographie
dans la seconde de l'antropologie ou des hommes illustres
et dans la troisieme de la Philologie
ses Commentaires sont remplis de recherches tres curieuses
et il dit dans sa Preface dediée au Pape Jules II
qu'il a consulté plus de mille historiens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

187 A 4 KW 187 A-4

COMMENTARIORVM VRBANORVM RAPHAELIS VOLATERRANI OCTO ET TRIGINTA LIBRI.

*

Cum duplici eorundem Indice ſecundum tomos collecto.

ITEM

OECONOMICVS XENOPHONTIS, AB EODEM LATIO DONATVS.

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

LVGDVNI APVD SEBASTIANVM GRYPHIVM,

M. D. LII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE'SHAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

OPERIS DICATIO ET TOMI

AD IVLIVM II. VRBIS ROMAE EPISCOPVM SANCTISS. SVMMVMQ. PONTIFICEM

RAPHAELIS VOLATERRANI PROOEMIVM.

RES ORBIS *Platonicum ferè illud, ſed informe Pandocheum, ex mille penè vtriuſq; linguæ uoluminibus quocunq; modo conſtipatas Beatiſsime Papa Iuli, quando his Dei prouidentia præſides in humani generis faſtigio conſtitutus: ac eas in vrbe tua conſcripſi, iure tibi cognoſcendas miſi: cui trita iam ſcriptorum orbita protinus loco præfationis encomium facere per tuam naturam non licuit, quæ nihil habet ſanctius, quàm hoc totum genus reſpuere: nihil verò magnificentius, quàm libertatem omnibus concedere, quam proximis annis exulantem, nunc tandem reducem fuiſſe Roma ſimul cum partibus ac populo gauiſa eſt: ac veſtem quam ob filiorum tot cædes orbata mutauerat, priſtinam quoq; recuperauit hilaritatem. Ex quo etiam contigit, vt meus hic labor ſolutus omni metu tuis nunc prodeat auſpicijs: qui ſi quam eſt hominibus adlaturus vtilitatem, id autori omnium Deo optimo maximo, qui nos idoneos facit, tum multorum ingenijs, qui hanc corniculam decorauerunt, referendum: ſi uerò quicquam deſiderabitur, meæ tenuitati. Nam cùm in altum imprudenter ingreſſus maria vndique & undiq; cœlum circumſpicerem, audaciam meam incuſaui, qui repugnante Minerua oram ſoluiſſem: durandum tamen quando cœperam par animo potius quàm viribus cenſui. Quippe cum mecum ipſe cogitarem, quantum ex uniuerſali hiſtoria, rerumq; variarum cognitione ſacroſancta eccleſia, ac mens illuſtretur humana, ſatius his, quàm lyricis, aut inutilibus lectionibus animum (quo nihil diuinius in terris poſsidemus) adplicare ſum arbitratus. Enimuerò non ſolum bonorum, ſed improborum exempla mentem admonent ſapientum, ut ex illorum ruina ac fine infauſto cautiores ſe præbeant ad euitandum quod minime legentes probauerint. Felix profectò diſciplina quæ alienis ediſcitur periculis. Adde, quòd in rebus publicis ac priuatis, & ad conſulendum & deliberandum, tempeſtiuius contingit. Cæca ſine dubio mortalium vita ſine rerum præteritarum memoria: quas qui probe tenuerit, priorum quoque vitam ſe vixiſſe poterit exiſtimare. Id autem iure meo adfirmauerim, in hac tam varia cùm principum virorum cenſura, tum rerum componendarum diſsidentia, vbi præterire quicquam indiligentis, omnia conſectari difficilimum, iudicare periculoſum eſt viſum: ita ſum conatus, vt ingenio fidem, prudentiæ libertatem admiſcerem, ac nemo meum niſi ambitioſus expoſtulet officium. Enimuero ſingula numeroſius alibi, hic aceruatim omnia videre commodius licebit. Qualiacunque igitur hæc candidis ante omnes ad bene beateq; viuendum edidi parata documenta, curioſis ingenij pabulum: Ariſtarchis autem interpolandi curam ac diligentiam, vt quæ opica lingua meo more exaſciaui, ipſi Romana quandoque dolent. Nam & Antigenides muſicus dulcius ad populum canere ſuos diſcipulos putabat, ſi mali prius audirentur. Sic malis æquè ac bonis debent ſcriptoribus literæ, ſi per malos boni excitati gratiores fuerint.*

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER PRIMVS.

LIBRI xxxviii. *tribus conſcripti ſunt tomis. Primus Geographiam ueterem continet ad inſequentium temporum indicaturam interpolatam, ac diuiſam in cõmentarios* xii. *cum breuiario antiquæ recentiſq; hiſtoriæ uniuerſi orbis prouinciatim deſcriptæ.*

Lib. ii. *Segmentorum cœleſtium breuis explicatio.* Ratio *gnomonis & umbrarum ex* Plinio & Ptolæmeo. *Abacus ad deprehendendam nobilium locorum longitudinem & latitudinem.* Prouinciarum principia, media & fines. De Periœcis, Antœcis, Antichthonibus, Periſcijs, Amphiſcijs, Heteroſcijs, Antiſcijs. Quantum orbis habitetur, & eius generatim dimenſio. Hiſpaniæ omnis enarratio cum locis & geſtis in ea Gothorum, Saracenorum, Hiſpanorumq; regum.

Lib. iii. *De Gallia uniuerſa. Deinde Britannia cum locis, regibus ac geſtis earum.*

Lib. iiii. *De Italia eiuſq; populis Liguribus, Subalpinis, Tranſpadanis, Venetia, Iſtria, Venetorumq; rebus. De Gallia togata urbibuſq; & familijs omnium.*

Lib. v. *De Hetruria populiſq; & geſtis in ea.*

Lib. vi. *De Latinis, Equis, Volſcis, Hernicis, quomodo antiquitus diuiſi, quomodo mutati. Præterea latij, urbiſq; Romæ origo, ueteraq; ædificia. De Picentibus, Samnitibus, Auſonijs, Aruncis, Sidicinis, Hirpinis, Ferẽtanis, Præcutinis, Amiternis. De Campania, Picentinis, Lucanis, Brutijs, Iapygia, Meſſapia, Peucetia, Daunia, Salentinis. De inſulis Tyrrheni maris. De Sicilia omniq; eius uetuſtate ac regum ſucceßione cum rebus geſtis.*

Lib. vii. *De Germania omni. De Longobardis eorumq; regibus & geſtis. De Marcomannis, Cattis, Boemis & Polonis, deq; regibus & geſtis eorum. De Sarmatia Europea. De Roxolanis. De Taurica Cherſonneſo. De Tartaris, Vandalis, eorumq; geſtis ac regibus. De Sarmatia Aſiatica. De Hunnorum Turcarumq; geſtis ac regibus.*

Lib. viii. *Illyrici totius deſcriptio. De Pãnonia regibuſq; ipſius, Hunnorumq; ac Tartarorum in ea geſtis. De Dacia. De Iazigibus. De Mœſia utraq;, Dardania. De Thracia, de Macedonia, Pæonia, Pelagonia, Pieria, Edonia.*

Lib. ix. *De Theſſalia. De Epiro, Acarnania, Aetolia, Locrenſibus, Phocẽſibus, Bœotia, Attica, Pelopõneſi regionibus* viii. *Corinthia, Sycionia, Achaia, Elide, Meſſania, Laconica, Argo, Arcadia. De Inſulis, Ionij Aegæiq; maris, inter quas continentur Cyclades, Sporades, Helleſpontus Propontis, Boſphorus, Euxinus, Eubœa, Creta, Rhodus, Cyprus, cum ſingularum locis, æquoribus, regibus & geſtis.*

Lib. x. *Aſiæ, Tauriq; montis deſcriptio. De Cherſonneſo magna, in qua Aſia minor, Pontus, Galatia, Cappadocia, Armenia minor, Bithyniæ duæ, Myſiæ duæ, Phrygiæ duæ, Epictetus, Aeolia, Ionia, Lydia, Caria, Pamphylia Cilicia: deq; locis, regibus, & hiſtorijs ipſorum.*

Lib. xi. *Syriæ latißima regio, in qua Phœnicia, Cœloſyria, Palæſtina, Idumæa, Iudæa, in qua Hieroſolyma, eiuſq; urbis profana & ſacra ab initio repetita cum omni Iudæorum hiſtoria. De ſectis Syriæ. De Meſopotamia. De Babylonia, Aſſyria, Adiabena.*

Lib. xii. *De Perſia, Parthia, Media, Armenia maiore, Colchide, Iberia, Albania, Hircania, Margiana, Bactriana, Sogdiana. De Scythia ultra & citra Imaum. De Seribus. De Arabia triplici, Petrea, deſerta, & felici. De Saracenis & Mahumetis uita & ſecta. De Africa & eius prouincijs. Mauritania duplici, Numidia, Cyrenaica, Marmarica, Libya, Naſamonibus, Pſyllis. De Aegypti locis ac regibus uniuerſis. De Aethiopibus multiplicibus, Sub Aegypto occidentalibus Nigritis, Macrobijs, Troglodytis. Poſtremò de inſulis nuper repertis ab Hiſpaniarum regibus, Vſq;* xxi. *incluſiuè.*

SEcundus tomus *Anthropologiam habet hominum clarorum omnium temporum, linguarum, gentium libris* ix. *E quibus octo ueteres comprehendunt. In uno autem hoc eſt* xxi. *Neoterici ſcribuntur, qui proximis ſeculis claruerunt, ac ante omnis ordinum & religionum inſtitutores primi. Deinde eorum profeſſores ac ſucceſſores qui doctrina ſanctitateq; præcellunt. Deq; operibus eorum. Poſt hos de reliquis qui cæteris in artibus proxime emicuerunt, ac primum in oratoria & poëtica. Demum qui in matheſi & iuris ſcientia profecerunt, ſcriptitaruntq;. Reliquis autem duobus libris Pontifices. Deinde Imperatores Romani.*

TErtius tomus *Philologiam continet, id eſt, uariarum artium rudimenta libris* xv. *qui ſequuntur.*

Lib. xxiiii. *De animalibus, ac primum de homine ſingulisq; eius membris & morbis. De partitione totius medicinæ, & his quæ pertinent ad ualetudinem. De Pharmacorum generibus. De alimentis, excrementis, ſomno, uitæq; tempore.*

Lib. xxv. *De reliquis animalibus in uniuerſum. Deinde ſigillatim de omnibus quadrupedibus, uolucribus, piſcibus, inſectis, auiarijs, piſcinis, uiuarijs.*

Lib. xxvi. *De ratione & cauſis plantarum ex Ariſtotele. De ipſarum diuiſione ex Theophraſto. De arboribus, fructibuſq;. Herbis hortenſibus, coronamentis, unguentis. De ſimplicium natura in uniuerſum. Prognoſtica tempeſtatum.*

Lib. xxvii. *De metallicis. De pigmentis. De lapidibus. De gemmis ac ſtatuis. De ædificijs ueterum & nouorum. Architecturæ breuis diuiſio. De partibus ædificiorum. De architectis & operibus nobilibus. De Serico, purpura, cocco, byßo, bombycinis, ſetabo, cotono. De ueſtibus omnis generis & ſexus. De uarietate ſtragulorum & pellium.*

Lib. xxviii. *De honeſto & eius partibus, ac primũ de Prudentia. Apophthegmata ſapientũ Græcè Latineq; ſcripta. De noſcendo ſeipſum. De imprudentia locutionis. De Paraſitis. Dicta contra paraſitos, & adſentatores. De ueritate. De Ironia, & iactantia officioſa. De loquendi libertate. De taciturnitate. De ſtultitia.*

Lib. xix. *De iuſtitia. Quod animaduerſio neceſſaria. Difficultas in ſeruanda iuſtitia. Quomodo ſeruabitur. De referenda gratia. De legislatoribus ac legibus. De legibus Platonis. Quod ante omnia preces ad Deum neceſſariæ. Quomodo aut quid orandum. De celebritatibus antiquorum ſacrorum, conuiuiorum, ludorum. De ludo diuerſo. De magiſtratibus Græcorum ac Romanorum.*

Lib. xxx. *De principe præcepta nobilium autorum. De tyrannide ex Xenophonte. De his qui contra tyrannos coniurant. De re militari, ac primũ de officio ducis ex Xenophõte. Dicta ducum. Parallela ſtratagemata. Mos antiquæ militiæ. De diſciplina ac pœnis militaribus. De celeritate in bellis, de ordi-*

nibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

nibus & militum exercitatione. De ſignis tropæis & triũphis. De caſtris metandis. De magicis expeditionibus, de machinis bellicis. De nummis & menſuris ueterum. De nominibus. De fortuna complura. De Pronœa: de diuinatione: de coniugio, & in eo ueterum ritus. Contra coniugium: pro coniugio: de moribus mulierũ. An ducere præſtet. Ex liberis bona malaq́;. De parentibus erga liberos. De ſeruis cõmoda et incõmoda. Quomodo tractãdi. De patriæ charitate. De felicitate opiniones. De uera felicitate.

Lib. XXXI. *De laudibus laboris. De otio. Quid ab eo retrahit, quid'ue inducit. De ſolitudine. De tempore & occaſione. De ira eiusq́; remedijs. Exempla manſuetudinis & patiẽtiæ. De ira officioſa. De inuidia eiusq́; remedio. De dolore. De doloris neceſſitate & remedio. De morte, quod bonis minime expaueſcenda. De uitæ fragilitate: & defunctorum memoria ueneranda. De modo funerandi: de cura ſepulcri & laudandis defunctis.*

Lib. XXXII. *De modeſtia Græcorum dicta. Exempla modeſtiæ. De uerecundia. De his qui bene cœperunt & male finierunt: ac contrà. De amore impudico & pudico. Contra diuitias Græcorum dicta. Quomodo utendæ diuitiæ. De paupertate. Comparatio utriuſq́; ex Xenophonte. Contra auaritiam Græcorum dicta. De menſis ac cibis: deq́; his quæ ad ea pertinent: & quis priſcorum cibus. de conuiuijs: de tempore & adpoſitis menſæ: de menſarũ ſumptu & polyphagia: de ſumptibus alijs. Dicta contra prodigos & ſumptuoſos. De uino ac repertoribus eius: de uini parſimonia apud ueteres: de abſtemijs: de uiris claris qui uino dediti fuere: de uini immodici damnis: de moderati utilitate. Vina laudata ac factitia. De frugalitate & abſtinentia dicta nobilium autorum. De riſu & fletu.*

Lib. XXXIII. *De ſcientijs cyclidis: & primum de grammatica, & de literis: de ſyllabis & pedibus: de dictione & accentibus: de oratione & orthographia: de modo ſcribendi apud ueteres: de poëtica: de poëmatis: de comœdiæ ratione: de fabulis poëticis ex Heſiodi Theogonia, Homeroq́;, ac alijs ſigillatim enarratis.*

Lib. XXXIIII. *De oratoriæ initio, fine ac uiribus. De ipſius multiplici diductione ex Ariſtotele, Hermogene, Cicerone, Quint. De elocutione & loquendi generibus. De partib. elocutionis. De memoria. Adagia Græcorum Græcè Latineq́; ſcripta. Adagia Latinorum & loci quidam.*

Lib. XXXV. *De ſcientijs mathematicis: ac primum Arithmetica. De Harmoniacis. Adcommodatio Harmoniæ, humanæ naturæ ac cœli rationibus. De inſtrumentis muſicis: de ſaltationibus: De partibus Geometriæ: de proportione.*

De optice & Catoptice: de Aſtrologiæ partibus, & circulis cœleſtibus: de Sole, de Luna: de reliquis planetis, ſphæris, & phænomenis.

Lib. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. *Reliqui tres libri Ariſtotelicis dicantur operibus: ubi ſingula eius uolumina delibantur. Poſtremò Paralipomena, id eſt, addita quædam prioribus literis retractata.*

CAPITA TOTIVS OPERIS.

A Litera incepta illuſtria nomina columna, 372
Abaci locorum nobiliũ 5. & 5
Abſceſſus 750
Abſtinentiæ laudes 987
Accipitres 787
Adagia Græcorum 1041
Adagia Latinorum 1045
Aeacidarum genus 1025
Aegyptus 355
Aethiopia 362
Aedificatio 847
Aeolia 308
Aeolidarum genus 1027
Aetates mundi 370
Albania 340
Alces 774
Alimenta & excrementa animalium 755
Alpes 39
Amores impudici 968. casti 971
Anatomiæ qs primo uſus 756
Anachoritæ 618
Analitica 1108
Animalium membra 731
Animalia bruta 760
Animalia in mari uiuẽtia 797
Anima & quæ ſuper ea ſcripſit Ariſto. 1150
Anthropologia 369. & 457
Apollonius 398
Apophthegmata ſapientum 865
Apulia 186
Aphrica 349
Arabia triplex 345
Arbores maliferæ 808
Architectura 847
Architecti & opera nobilia 855
Ariſtotelis philoſophia in commentarios redacta 1080. & ſeq.
Arithmetica 1052
Arragoniæ regnum 36
Ars equeſtris 763
Arte aliqua excellẽtes uiri 638
Arunci 178
Aſia 294
Aſini 772
Aſſyrij 332
Aſtrologia 1071
Atticæ, Ionicæ, æolicæ inſulæ 284
Aues nocturnæ inauſpicatæ 787
Auaritiæ mala 976
Aues paruæ & canoræ 788
Aues ouiparæ 780
Aues Aquatiles 785
Aues Indiæ & aliarum regionum 786
Auguſtini fratres præclari 621. 622
Auſonij 178. 179
Aures 738
B, litera incepta illuſtria nomina 417
Bactriana 341
Baſilij ordo 621
Benedicti ordines & monachi illuſtres 623
Bernardus & eius ordo 627
Boemia 213
Boſphorus, Euxinus 286
Boues 770
Brigidæ duæ ac earum ordines 635
Britannia & eius reges ac populi 68
Brutij 183
C, litera incepta illuſtria nomina 422
Camaldulen. 626
Cameli 771
Campania 180
Canes 767
Canonici ſeu regulares 622
Caput 733
Capræ 774
Cares 310
Cardinalium inſtitutio 665
Carmelitæ 634
Carthuſienſes 625
Ceruix 741
Cerui 768
Chirurgicæ quis primo uſus 756
Cibi & menſæ 977
Cyclades 281
Cilicia 312
Cimbri & reliqui uſq; ad Viſtulam 209
Cyrenaica 354
Ciſtertienſes 625
Cluniacenſes 625
Cœleſtini 635
Cœloſyria 321
Cœlum & elementa 1160
Colchis 340
Coniugium 937
Conuiuia 895. 977.
Eorum celebritates 895
Coronamenta 822
D, litera incepta illuſtria nomina 445
Dacia 241
Dardanidæ 1029
Daunia 386
Dentes, lingua &c. 739
Dialectica 1103
Dictio, oratio &c. 995. 996
Diuinatio 935
Diuitiæ deteſtantur 971
Doctos ſemper fuiſſe in pretio 865
Dolor 959
Dominicus & ordo ac fratres eius clari 627
Domus & eius partes 848
Ducum dicta 916
E, litera incepta illuſtria nomina 457
Elenchi 1119
Empirici medici 756
Epaphi genus 1024
Epirus 257
Equi 762. 156
Equeſtris ars 763
Eremitæ 618. 633
Eremitarum S. Augu. ordo & uiri illuſtres 633
Ethica Ariſt. 1081
Euclidia traditio 1070
Excrementa animalium 755
F, litera incepta illuſtria nomina 470

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Facies 739
Fauces 740
Febres 753
Felicitas 946
Ferrarien.res 99
Finis turpis uitæ 967
Florentinorum res 142
Fluuiorum filij 1031
Fortuna 931
Francorum origo & ſucceſſiones 51
Francorum genus tertium 61
Franciſcus & ordro ac fratres eius clari 630
Ferentani 177
Fruges 817
Frutices odorati 813
Funerandi modus 963
G, litera incepta illuſtria nomina 476
Gallia 38
Gallorum reges & geſta 49
Gallia togata 115
Gemmæ 844
Genealogia deorum & heroum 1006
Genitalia 745
Genitura ibid.
Generationis & corruptionis libri 1158
Geometria 1062
Germania 203
Gnomonis & umbrarum ratio 4
Gothorũ genus et geſta 21.24
Grammatica 991
Gradimontenſes fratres 625
Guttur 740
H, litera incepta illuſtria nomina miſcentur cum a,e,i,o,u.
Herbæ campeſtres 824
Harmoniaca 1055
Helleſpontus 286
Hernici 156
Hetruria 121
Hircania 341
Hirci 774
Hirpini 178
Hiſpania 14
Hiſpanorum geſta uſq; ad Gothos 20
Hiſpaniæ reges 28
Homœomera 732
Honeſti partes 861
Hortenſia 818
I,litera incepta illuſtria nomina 481
Iapigia 186 Iberia 340
Ieſuati 635
Illiricum 226
Illyrici inſulæ 228
Imperatores de quibus eſt tabella 685
Imperatores Conſtantinopolitani 709
Imperatores Galli 721
Impetigines 750
India 347
Inſaniæ genera 747
Inſecta 803
Inteſtina 742
Inuidia 958
Inſulæ Aegæi 279
Ionia 308
Ionij inſulæ 279
Ira 955
Ironia & iactantia 874
Iſtria 114
Italia 79
Iuſtitia 878
L, incepta illuſtria nomina 495
Labor 948
Lapides 842
Latini 156
Legiſlatores 882
Leges Platonis 883
Leones 769
Lepores 774
Libertas loquendi 875
Liberi 942
Lycaonia 310
Lycia 312
Lydia 308
Liguria 81
Lingua 739
Literæ & ſyllabæ 992
Loca nuper inuenta 364
Longobardi 207
Lucani 183
Ludi 895.900.1194
Lupi 769
Luſitaniæ regnum 36.37
Luſitaniæ reges 37.38
M,incepta illuſtria nõia 507
Macedonia 247
Machinæ 854.924
Magiſtratus Græcorum 901.
Romanorum 903
Mantuanorum res 95
Manſuetudo 957
Margiana 341
Marucini 177
Marſi eod.
Matrimonium 938
Medicinæ partitio 756
Media regio 339
Mediolanen.res 90
Memoria 1041
Menſuræ 925
Menſæ & cibi 977
Meſſapia 186
Mœſia duplex 243
Metallica 837
Metalla : ut aurum,argentum, æs,ferrum 1194
Meteora 1166
Metaphyſica 1174
Militaris res 914
Militares ordines 920
Militia antiqua 918
Milites S. Ioannis, Templarij S.Mariæ &c. 636
Milites S. Iacobi, Ieſu Chriſti, de redemptione captiuorũ, ſancti ſepulcri &c. 637
Minimorum ordo ibid.
Minois genus 1023
Modeſtia ſiue ſophroſine 965
Morbi 747
Mors & mortui 961
Muli 772
Mulierum mores 940
Muſica 406.1059
N,incepta 525
Nares 738
Nauarræ regnũ & reges 36
Narbona 40
Nomina rerum 928
Noſſe ſeipſum 870
Numidia 351
Nummi 925
Nuptiæ 938
O incepta 530
Otium 950
Oculi 735
Oeconomica 1099
Orbis habitatio 12
Ordinum inſtitu. 621
Orthographia 996
Oues 771
Os,dentes 739
P,incepta 535
Paleſtina 321
Pamphilia 312
Pannonia 230
Partes animalium 731
Paralipomena 1180
Paraſiti 872
Pardi,Tygrides 775
Patriæ charitas 946
Patientia 957
Pauimenta 851
Paupertas 974
Peligni 177
Peloponneſus 268
Peri hermenias 1105
Periſcij &c. 12
Perſia 333
Perſei genus 1024
Peucetia 186
Philologia 731
Phyſica 1137
Phrygia maior 306
Picentes 171
Picentini 183
Pigmenta 841
Pipini genus & geſta 56
Piſanorum res 124
Piſces 790.per to.Rubri maris 799.Salſamẽta faciẽtes 744
Plantæ 805
Politica 1093
Polonia 217
Pontifices ſummi 649
Populi à Romanis debellati 1182
Poſteriorum li. 1115
Præmonſtraten. 626
Precum neceſſitas 889
Prætutini 177
Principes Romani ac Imperatores 685
Principis præcepta 909
Prognoſtica 836
Pronœa 933
Propontis 286
Prodigi & ſumptuoſi 982
Pudicitia 967
Purpura 855
Q, incepta 568
R,incepta 570
Rhetorica 1032
Riſus 990
S,incepta 575
Sabini 168
Sacrorum celebritas 891
Salentini 186
Salſamenta & piſciculi 794
Saltationes 1061
Samnites 177
Samnium 178
Sapientum dicta 865
Saracenicum bellum 26
Sarmatia 218
Saxones 209
Scythia 342
Segmenta cœli 1
Sepeliendi ratio 964
Sericum 855
Serpentes 778
Serui 944
Seruorum ordo 634
Sicilia 189
Sidicini 178
Simiæ 773
Simplicium natura 835
Syria 316
Syriæ ſectæ 330
Sogdiana 741
Sol 1190
Somnus 759
Sporades 281
Stratagemata 917
Stultitia 878
Subalpini 84
Sues 772
Supplicia 888
Sumptus 980
T,litera incepta illuſtria nomina 544
Taciturnitas 876
Temporum ratio 759
Tempus & occaſio 953
Terræ nuper repertæ 364
Theogonia Heſiodi 1006
Theſſalia 252
Thorax & eius partes, 741
Thracia 244

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Tyrannis 911
Tyrrheni inſulæ 188
Topica 1125
Torporis genera 749
Tranſpadani 82
Tropæa & triumphi 921
Turcarum res 223
V, litera incepta inſignia nomina 609
Vallis umbroſæ ordo 626
Vandali 218
Venetiæ 101
Venetorum res 105
Venter 744
Verecundia 967
Veritas 874
Veſica 745
Veſtini 177
Veſtium genera 857
Vinum & uinoſi 984
Vini damna 985
Vina laudata 986
Virtutes morales 863
Viſcera 742
Vitæ tempus 759
Vlcera 750
Vlyſsis genus 1030
Vmbri 168
Volſci 156
Volucres 779
Vrbium ædificatio 854
Vri 774
Vrſi 771
Vulpes 768
X, incepta 616
Z, incepta ibid.

Finis Tabellæ capitum totius operis.

A

ABACE 194
Abantes 289. 257
Abecus 365
Abdera 15. 245
Abella 182
Abij 344
Abydus 303. 357
Abylæ duæ 350
Abyla 15. 321. 350
Abola 194
Aborigines 156
Abrotanum 352
Acaceſium 278
Acamantium 307
Acarnanes 257
Achæi 1187
Achatus 259
Achaia 270
Achantus 249. 357
Achelous 259. 1032
Achæmenia 333
Acerræ 183. 51
Acheron lucaniæ 184
Acheron Epiri 259
Acheron Campaniæ 180
Acheruſia palus 180 Vrbs 184
Aceſte 194
Aceſe 250
Aceſamene 250
Aceſines flu. 349
Achedorus 250
Accij 18
Aciris flu. 186
Achilleus curſus 220
Achileum promon. eodem
Achilleum 305
Achillis tumulus 220
Achomeni 345
Actium 257
Achne 252
Acone 301
Acrephnia 264
Acrocorinthus 269
Acroceraunia 258
Acrite 273
Acutæ inſulæ 280
Adana 314
Adiabena 332
Adonis flu. 320
Adramyctum 304
Adranum 192
Adria 90. 104. 173
Adraſtea 304
Adrius mons 227
Aduerſa 183
Aduentinum 45
Adula mons 87
Addua flu. 88. 90
Aea 340
Aeane 250
Aedeſſa ibidem
Aegas 271
Aegades inſulæ 353
Aegæum mare 279
Aegilios inſula 189
Aegilips 258
Aegoſthene 266
Aegion 271
Aegys 274
Aegimurus 332
Aegipanes 355
Aegis 114. 274
Aegea 250
Aegialus 270. 296
Aegira 271
Aegiruſa 266
Aegina 284
Aegyptus 355. & 396
Aemon 357
Aemonia 114. 252. 307
Aenus 204. 245. 246
Aenaria 189
Aeoliæ inſulæ 194
Aeolicæ urbes 308
Aepea 274
Aepy 273
Aequi 139. 168
Aeræ duæ 250
Aeſarus F. 185
Aeſopus F. 304
Aeſa 246
Aetoli 259. 456
Aethiopia 362
Aetna. 192
Aethuſa 245. 353
Aethiopium 309
Aethiopum mos 737
Africa 349
Agathopolis 41
Agathyrſi 218
Agareni 687. 1107
Agedum 104. 1185
Agennenſes 46
Agillina 140
Agræi 345
Agrigentum 192
Agramutium 365
Agrippina 205
Agræi 345
Alabanda 311
Alatrium 167
Alani 219
Alabaſtra 307
Alante 250
Alalcomeneum 263
Alabis flu. 194
Alba Eluorum 42
Alba 84. 168. 178. 1182
Alba Marſorum 178
Alba Latinorum 165
Alba Pompeia 84
Albani 247. 341
Albanactum 56
Albina 70
Albis 212
Albienſes 47
Albigaunum 81. 126
Albula flu. 18. 177
Alcazar 38
Alcimenis 206
Alea 278. 901
Alexia 45
Aleſium 272
Alex flu. 185
Alemani 212. 1189
Aleria 189
Aletium 187
Alexandri aræ 342
Alexandriæ 84. 342. 356
Alpheus F. 272
Algidum 166
Alizea 258
Aliſa 379
Allia flu. 171
Aliphyra 278
Alfatenia 171
Alma 139. 311
Almiſſa 227
Almopia 250
Alopa 252
Alona flu. 18
Allobroges 42
Allodium 45
Allorus 250
Alponus ibidem
Alpheus flu. 272
Alos 252
Alſa flu. 104
Altilia 81
Alpes 39. 85
Alpini 1188
Alpinæ gentes 39
Alſium 141
Altinum 104
Altamura 185
Aluona 227
Amantia 248
Amantini 229
Amardus flu. 340
Amaxobij 220
Amaxia 315
Amanus mons 315
Amaranti 289. 340
Amaſis 212
Amaſtris 295
Amazones 222. 297
Ambiates 44
Ambiani 47
Ambracia 257. 1186
Ameria 169
Amyclæ 165. 274
Amyrus 252
Amiſus 297
Amyctæ 257
Amiternum 171. 177
Ammanitæ 345
Amorgus 283
Ammonis oraculum 355
Ampſanti colles 188. 1184
Ampelos 250
Amphiſſa 259
Amphriſa 260
Amſaca 350
Amphimala 291
Amphipolis 249. 279
Amphigenea 273
Amphilace 252
Anactorea 258
Analcum mare 213
Anagnia 167
Anaphe 282
Anabura 313
Anas flu. 14
Ancona 173
Anchiala 246. 315
Andania. 273
Andes 44
Andrea 307
Andros 284
Anio flu. 167
Anemo flu. 119
Ancyra 298
Anemorea 260
Anobi montes 206
Anicienſes 47
Angli 74
Anxanum 177

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Anſidonia 123
Antilibanus 324
Antandrus 305
Antaradus 320
Antron 250
Antiphellus 313
Antipolis 41
Antipatris 323
Anticragus 313
Anticyra 260
Antibaris 227
Antigoneæ 250
Anthemos 205
Antedon 263
Antennates 167
Antiocheæ 316. 342
Antiſſa 282. 285
Antium 164
Antonia 245
Anxarum 177
Anxur 164
Aonia 263
Aorus 291
Apameæ 302.307.317. 340
Apeſum 305
Aperantes 252
Apia 278
Apidanus flu. 252
Apidones 278
Apila 321
Aphete 253
Aphite 246
Aphneon 307
Aphne 306
Apolloniæ 246. 305
Aponus uicus 103
Aphrodiſia 245
Aphrodiſias 315
Aphrodiſion promontorium 19. 43
Aprazopolis 189
Aphrica 349
Apſyrthides inſu. 229
Apſorus 229. 279
Aptera 264. 291
Apulia 187
Apuani 122
Aquila 177
Aquilonia 179
Aquileia 105. 231
Aquinum 168
Aquæ calidæ, Quintiæ & cæteræ 19
Aquæ mortuæ 41
Aquæ Sextiæ 41
Aquæ ſtatyellæ 84
Aquæ auguſtæ 47
Aquiſgranum 48
Aquitania 46
Aquula 139
Araxes flu. 300
Arabia triplex 345
Arabes Traconitæ 322
Arabes 1187
Aradus 320
Aramei 343
Aracoſia 349
Araris 43
Araurius, Arauſio 42. 43
Araſum 313
Aracynthus 259. 266
Arachthus 259
Arbis flu. 349
Arbies 349
Arba 228
Arbela 194
Arcadia 278. 290
Arca 321
Archelais 299
Arctax 286
Ardea 165
Argentum 192
Argiſſa 252
Argentoratum 205
Argos 252. 276
Arganthonius mons 15. 302
Argenium 41
Argeus mons 299
Argippa 188
Argyre 349
Argyrini 257
Arretium 130
Aretini ueteres 130
Arelate 41
Arethuſæ quatuor 249
Arena 272
Aria 349
Arriani 179
Aritia 166
Ariſba 304
Arimaſpi 220
Ariminum 171
Arimpæi 220
Armoricæ 44
Armeniæ duæ 299
Armeniaci 46
Arna 263
Arnatæ 169
Aroma 363
Aroa 271
Aropus 340
Arpinum 167
Arpos 188
Arquata 103
Arſacia 340
Arſia 227. 1183
Arſinoe 354
Artace 306
Artabicia 286
Artaxata 300
Aruiſia 285
Aruerni 47
Arunci 178. 180
Aſac 270
Aſſacani 348
Aſbeſte 355
Aſbotus 252
Aſcania 284. 306
Aſcalon 322
Aſculum 173. 188
Aſcra 263
Aſsia 206
Aſia 294. 309
Aſius campus 309
Aſis mons 169. 1181
Aſiſium 169
Aſſyria 332
Aſine 273. 277
Aſphaltites 324
Aſopus 261. 270
Aſplendon 260. 263
Aſpendus 314
Aſpis promon. 352
Aſtæ duæ 84
Aſtacus 302
Aſtaceni 348
Aſtarte 363
Aſterion 252
Aſteria 280. 309
Aſteruſia 252. 291
Aſtipalea 283
Aſtyra 303. 309
Aſtigis 15
Aſtures 16. 26
Aſtragie 284
Aſturica 17
Aſturia 164
Aſturicenſe templum 27
Aſſus 303. 313
Attagis flu. 43
Atarna 303
Ataceni 345
Attalia 305. 313
Aternus flu. 177
Ateſis flu. 90
Atellæ duæ 182. 188
Athenæ 267. 1187
Atheneum Romanum 356
Attica 266. 284
Atintani 1184
Athina 168
Athyra 246
Atlas mons 351. 1008
Atlantes populi 351
Atlanticum mare 351
Atrium 168
Atriani ibidem
Athos mons 249
Atrax 252
Atracia ibid.
Atrebates 48
Atucta 15
Aturus flu. 46. 47
Auaricum 46
Auenio 42
Auella 179. 182
Auellinum 179
Auernus 180
Aufidus 164. 188
Auguſtæ ſex. 17. 48. 84. 78. 85. 132. 204. 205
Aufidena 177
Auguſtodunum 45
Auguſtonemetum 47
Aulis 263
Aulon 248. 274
Aulerci 44
Auſa 18
Auſticula 183
Auſci 46
Auximum 175
Auſeris 124. 129
Auſonij 178. 179. 180
Auſtraſia 53
Auſtrana 213
Auſtria ibidem
Automolæ 363
Aurelianum 43
Auctoriatæ 257
Auus flu. 17
Axius flu. 251
Axiaces 221
Azania 278. 306
Azorus 250
Azotus 322
Azorium 252

B

Babylones duæ 157. 331
Bacuntius flu. 229
Bactriani 229. 342
Bactra ibidem
Badacum 204
Bagradas 352
Baiæ 180
Baleares inſu. 36. 125
Balanea 320
Balteum mare 213
Banderate 85
Barbaricum promon. 16
Barcemis ſylua 212
Barcanæ ſyl. 141
Barce 354
Bargilia 311
Barcino 18
Barium 187
Baſilea 205
Baſilij Cænobium 281
Baſſetani 18
Baſtuli 15
Baſternæ 218
Batala 179
Bataui 205
Bauli 180
Bebricij 300
Bœbe 253
Belleuiones 213
Belo 15
Belunum 104
Bellouaci 48
Bellocaſsij 48
Bemi 213
Benacus 89
Beneuentum 178
Bœotiorum hi. 261. 263
Berga 250
Bergomum 88
Berythus 320
Berithis 206
Berecynthus eodem
Berenice 354. 357

Berna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Berna 205
Beroea 250
Berſana 322
Betulus 19
Besbycum 286
Betulo 19
Bethania 329
Betis 14
Betleem 323
Beterræ 42
Biblus 320
Bibliotheca Alex. 356
Biblis 1010
Bibracte 45
Bigerra flu. 18
Bigorra 46
Bigerones 46
Bypraſus 311
Bilbilis 18
Biſaltæ 250
Bithynia 300. 302
Bituriges 46
Bituntum 188
Byzalas regio 352
Byzantium 245
Byza..tes 352
Blera 124
Blemmyes 355. 363
Boagrius flu. 260
Bobium 120
Bodincomagus 90
Boemorum hiſtoria 212. 213
Boiaria 204
Boi 49. 115. 117. 204
Bolæ 167. 168
Bononia 117
Bonni montes 259
Borbonnia 43
Borſippe 332
Boryſthenes 221
Boſphorus Tra. 286
Boſporus cim. 221. 287
Boſtrenus flu. 259. 1181
Boſna 244
Boſcum 85
Botrys 320. 256
Bouianum 178
Bouillæ 179
Brabantia 48
Brachobij 363
Brachara 16
Branchiadæ 310
Branchidæ 342
Bractia 229
Bralius mons 87
Brechari 16
Brigantium 16. 88
Brigetium 17
Briges 250
Bryſinium 258
Bryſiæ 272
Britannorum hiſtoria 68
Britones 43. 70
Brixia 88
Brixellum 89
Brixillum 120
Brutij 184
Brunduſium 187
Bubaſtis 357
Bubo 313
Bucephalia 348. 382
Britannia urbs 43
Bragmanes 367. 401
Budea 253
Buda 231
Budini 220
Bulgari 243
Bunema 258
Bura 271
Burdegala 46
Burgundiones 43. 44. 61. 218
Bupraſum 272
Burianum 104
Buſiris 357
Butonodorum 205
Butua 227
Brutotum 185. 258
Buxentum 184

C

CABIRA 297
Cabiri 264. 290
Cabilo 45
Cabalienſes 313
Cabalechia 343
Caduſij 340
Cadmus mons 310
Cayſter 310
Caieta 165
Calagurium 17
Calatia 179. 245
Calathi 258. 298
Calaris 189
Calleci 16. 27
Callicutum 365
Callirhous fons 296
Cales 179
Chalcis 288
Chalybes 297
Chaldæi 331
Callium 175
Callitere 250
Callipolis 247
Calor flu. 179. 180
Chalcedonia 300
Chalcidica reg. 249
Chalcis 288. 1186
Caletrani 167
Caleti 48
Calabria inſu. 282
Calidium 179
Calpe 15
Calaguriſim. 17
Calateria 179
Calathi 258
Caledonia inſu. 70
Caledonium mare ibid.
Caledonij 583
Callichorus 296
Callicutum 365
Calidonia 259
Calidnæ 283
Caluarius mons 329
Camarina 193. 194
Camelei 251
Camerinum 175
Cameracum 48
Cambaria 365
Cambulteria uide Combulteria 183
Cambiſes flu. 340
Cambiſene 299
Cambra 71
Campi macri 120
Campus phlegrus 181
Campus roſeæ 170
Campus Stellates 183
Campus Spartarius 18
Campania 180
Canaſtrum 250
Canopus 356
Canarij 351
Canaria inſu. 351. 367
Cananorum 366
Candauia 251
Candianum flu. 175
Candia 290
Cantabri 17
Cannæ 188
Canephoræ 314
Canuſium 188
Cantium 70. 71
Chaonia 258
Caparnaum 324
Caphira 278
Capiſſene 349
Capiſſa 349
Capinates 141
Caput aquenſe 184
Caput uiride 364
Capena 165
Cappadocia 298. 299
Capitolium 156
Capraria 189
Capreæ 189
Caprus flu. 333
Capha 82
Caphareus 289
Caphyra 278
Charax mons 221
Cares 310
Carteia 15. 32
Carbantorate 42
Cardia 247
Cardamyle 275
Carianda 311
Carmania 349
Carræ 331
Carthago 351. 371
Carthago hiſp. 18
Carambis 287
Charaëni 345
Carpathus 283
Charibdis 192
Caryſtus 289
Carinthia 232
Carmona 15
Carcaſo 42
Carnutes 44
Carcinas 185
Carni 225. 228
Carſuli 169. 171
Carſeoli 178
Carmelus 324
Caſtulon 15
Caßiterides 16
Caſcontum 18
Caſtellani 19. 28
Caſinum 168
Caſilinum 182
Caſtellum græci. 181
Caſtella noua 26
Caſtrenſes 47
Caſtrum Piceni 1181
Caſtrum nouum 124. 173
Caſandrea 250
Caſuentini 169
Caſtabala 315
Caſperij 171
Caſiæ tres 283
Caſiotis reg. 317
Caſius mons 120. 334. 345
Caſos 283
Caſale 86
Caſpium mare 341
Cataium 343. 1189
Cathalani 21. 46
Cathea reg. 348
Catalaunum 46
Cataractus flu. 313
Catti 1185
Catina 192
Caudinæ furcæ 179
Caudini 179
Cauca 17
Caucaſus 341
Caucones 295
Caulonia 285
Caunus 185
Cauni 258
Caurium 16
Cea 283
Cecina flu. 123
Cecinus flu. 467. 185
Cecubus mons 165
Cœloſyria 321
Celenna 189
Celenæ 307
Celtiberi 18. 20
Celtici 16
Celtæ 38. 49
Chelidoniæ inſu. 313
Chelidonij 227
Cheloneus ſinus 227
Cemeni montes 43
Centumcellæ 124
Cenchrea 270. 305
Cenchrius flu. 281
Cenchreæ 305
Cenomani 44. 49

Centu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Centuripæ 192
Centrones 39
Ceninenſes 167
Cephaleniæ inſu. 280
Cephiſus flu. 261.263
Cephiſi 261
Cerauni 227
Ceraunia inſu. 313
Ceraſtus 289
Cere 140
Ceretum 169
Ceretani 19
Cercyra 279
Cerna inſu. 363
Cherſonneſus aurea 349
Cheſonneſus thra. 246
Cherſonneſus cimbrica 70
Cherſonneſus taurica 221
Chæronea 264
Cæſarauguſta 18
Cæſareæ quatuor. 299.303.
122.350
Ceſena 116
Ceſſero 42
Ceua 84
Cyalus 310
Cia 283
Cyaneæ petræ 287
Cybalis 229
Cyaneus flu. 340
Cybirenſes 313
Cybelea 309
Cyclades 281
Cyclopes 189.1007
Cicones 246
Cydnus flu. 315
Cydon 290.291
Cydna 250
Ciela 367
Cyri aræ 343
Cercina 353
Cilia 228
Cilicia 312.314.315
Cilla 285.305
Cillene mons 279
Cileus flu. 305
Cimbri 21.206.210.456
Cimmerij 181.220.288
Cimolus mons 283
Ciminus lacus 140
Chimæra 313
Cynara 284
Cynocephali 253
Cynopolis 357
Cynos 260
Cynoſura 279
Cyronenſes 275
Cingulum 175
Cinga flu. 19
Chelidonij 227
Cynips 353
Cypariſſus 260.273
Cyprus 292.326.1007
Cyrus flu. 340
Circeius mons 164
Circij 340
Cirene 354
Cirta 351
Cyta 340
Cirra 260.264
Cyrupolis 334
Ciſsij 229
Cithariſta promont. 41
Citheron 266
Cythera 282
Cythina 253
Citorus mons 295
Cinthus mons 281
Cythnus 282
Chius 284.285.302
Ciuario 40
Cynthianum 166
Claſtidium 121.178
Claterna 119
Clanis flu. 165
Clarus mons 47
Clazomene 309
Cleone 277
Clitumnus 169
Clodianus flu. 19
Cluentellus flu. 47
Cluſium 134
Clupea 352
Cnoſus 290
Coaſpes 334
Cobeum promon. 48
Cocoſates 46
Colapis 229
Coloſsis 310
Colacæ 353
Colchi 341
Colchinum 366
Colophon 309
Collatia 166
Colimbrica 16
Colonia 205
Colubraria 189
Columna opp. 166
Combulteria 183
Comum 88
Comaclum 90
Compoſa 179
Comani 218.238.1189
Comana pontica 299.297
Comana cap. eodem
Comagena 316
Comari 343
Concordia 104
Conſtantiæ 204.206
Conſtantinopolis 245
Conſentia 185
Conueni 47
Copais lacus 266
Coptum 357
Copæ 264.279
Corduba 15
Corbio 167
Corſarij 343
Corſica 189
Cortona 131
Coroneæ 273.264.253
Corcyra 229.279
Coraxi 340
Corax flu. 167.340
Coryphaſium promõt. 273
Core 167
Coriolum 167
Coricus 213.315
Corybantes 290
Corinthus 269.1186
Corfinium 177
Cortyna 290
Cos 286
Coſas 167
Coſconium 71
Coſæ 139
Coſetani 18
Cranae 283
Cranon 253
Crathis 186.279
Crateræ 193
Cragus mons 313
Cracouia 213.217
Crepſa 229
Cremna 313
Creta 289
Creuſa 264
Cremera 142
Cremona 87
Cremmyon 270
Cretenſes 1187
Crenides 249
Chryſa 304
Chryſaoris 311
Crimene 253
Criſſa 260
Chryſopolis 300
Chryſoroas Flu. 321
Chryſe 349
Crios 271
Criumetopon 291
Crocea 274
Crocylia 280
Croto 185
Crucis Inſula 365
Cruſtuminium 167
Cteſiphon 333.337
Cumæ 180
Cuma 305
Cuniculariæ 189
Cures 171
Curetes 257.290
Curita 229
Curopolis 311
Curioſolitæ 44
Curienſes 205
Cupra 173

D

DACIA 210.242
Daci 1185
Dai 343
Damaſcus 321
Damiata 63
Dani 70.243
Danubius 243
Dalmatæ 227
Daphne 317.446
Daphnus 260
Darſania 348
Dardæ 348
Dardani 244.1186
Dardanium 305
Daulis 260
Dauni 187
Decapolis reg. 321
Decem pagi 139
Dædala mons 312.313
Delminium 228.247
Delmatæ 228
Delphi 261
Delphinatus 40
Delta 355
Delos 281
Delium 264
Demetrias 253
Demonax 342
Dertoſa 18
Derto 84
Derba 314
Derbicæ 342
Derceto 322
Derra 274
Dexamene 258
Dia 254
Diablintres 44
Dianium inſula 189
Dicarchæa 181
Dictamum 291
Dicte ibidem
Dinantium 45
Didymus mons 307
Dymæ 271
Dinia 40
Diocleatæ 228
Dion 290
Dioſcurias 340
Dipnias 253
Dium 289.291.321
Dyrrachium 247
Doberienſes 248
Docleates 227
Dodona 258
Dolenſes 44
Doliones 286
Doliche 284
Dolopes 254
Domnenſes 248
Doria flu. 85
Dorion 255
Drangena reg. 334
Drauus flu. 229
Drepane 194.291.313
Dreſia 307
Drinus 227
Dryopes 227.260.277
Drogillum 254
Druentius 43
Dulichium 280
Dulopolis 352
Dubis 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Duria 90
Duronia 179

E

EBORACVM 16
Ebora 16
Ebrus flu. 246
Echalia 285
Ecbatana 339
Eburones 48
Echinades inſu. 280
Echinum 254
Edeſſa 331
Edil flu. 222
Edones 249
Eduenſes 45
Egeſta 194
Egiznia 16
Eginanus flu. 47
Egnatia 187
Eione 277
Elacatæum 254
Elana 345.357
Elatea 261
Elea 305
Eleates 184
Elienſes ibidem
Electriades inſulæ 213
Eleutheræ 264.291
Elephantis 358
Eleutherius flu. 320
Eleum 264
Eleuſis 266
Elymea reg. 250.334
Eliberis 15
Elis 271
Elia 184
Ellopia 289
Eluetij 205
Emathia 250
Emaus 324
Emerita 16
Emingia nſu. 213
Emonia 252
Emimontani 244
Emodi montes 342
Emporiæ 19
Enna 194
Eneti 296
Enipeus 252
Eniſpe 278
Eniochea regio 340
Enona 227
Entella 193
Eordane reg. 250
Epheſus 308
Epheſtia 286
Epiphania 320
Epirus 257
Epipole 194
Epicnemidij 259
Epizephirij 259
Epidaurus 277
Epidaurum 227
Ephyra Corinthi 270
Ephyra theſprotia 258
Eporedia 85
Equi 168.1183
Equiculi 178
Erdonia 179
Eraſſus 285
Eretum 167
Eretria 254.288
Erythrea 15.351
Erembi 363
Erythræ 264.309
Erythini 287.296
Erigon 251
Eris flu. 165
Eryx 193
Erymanthus 279
Eſar 122
Eſſedones 220
Eſſeni 323
Eſernia 179
Eſium 175
Eſis flu. 173
Eſtum 103
Eteonus 264.289
Ethyeſtæ 254
Etelburgium 204
Etna 192
Eubœa 288
Euenus flu. 259
Euganei 103
Eugea 194
Eugubium 170
Eumenea 306
Euonyma 311
Euporia 250
Euphrates 333
Eurymene 254
Eurymedon flu. 1181
Europæ ſinus 14
Europus 250
Eurotas mons 275
Eutreſis 264
Euxinus 286
Exiliſſa 350

F

FABRATERIA 168
Fabrianum 174
Facies Dei 321
Falernus ager 180.183
Falerij 141
Faliſci 139
Fanum uoltumnæ 454
Fanum fortunæ 173
Fanum Herculis 129
Farfarus 171
Farſina 175
Fauentia 117
Fenilia 123
Ferentium 141
Ferentinum 141,167
Ferentani 177
Ferraria 90.99
Fertum 104
Feretrum 175
Feroniæ lucus 142,165
Feſcennium 141
Feſulæ 130
Fidentiola 117.120
Ficinum 144
Fidenæ 167
Firmum 174
Firmini 47
Fiternus flu. 177
Flammingi 63
Flamona flu. 227
Flandrij 48
Flauianum 142
Flauiopolis 246
Flauia colonia 322
Flauona 18
Flexum 205
Florentum 184.188
Florentia 142
Fluſſates 46
Fons ſolis 355
Fons Veneris 141
Formiæ 165
Formio flu. 115
Fortunatæ inſu. 364
Foroflaminienſes 170
Foruli 171
Forumſempronij 175
Forumcornelij 117
Forumliuij 116
Forumfuluij 84
Forumclaudij 140
Forumiulij 41.95.104
Forumcaßij 141
Forumneronis 40
Forumtiberij 205
Forumpopuli 117.208
Forumtruentinorum 117
Foſſa clodia 90.104
Foſſa philiſtina 90
Foſſæ papyrianæ 122
Foſſæ marianæ 41
Frabateria 168
Francones 206
Francorum origo & genealogia 51
Frentanum 177
Fregellæ 168
Fruſino 167
Furconium 177
Fucinus lacus 178
Fulginia 170
Fundi 165
Fuſſo 46

G

GABALA 320
Gaba 321
Gabanopolis 321
Gabellium 90
Gabij 166.1182
Gadara 321
Gadera 14
Gades ibidem
Galli 38.51.1188
Gallogræci 49
Gallorum hiſt. 49.1186
Gallus flu. 307
Galatæ 38.298
Galliæ diuiſio 38.115
Gallipolis 187
Gamala 321
Ganges 349
Gargara 306
Garganus mons 188
Gaunodorum 204
Garamantes 355
Garumna flu. 47
Gaſtronia 250
Gaucamela 334
Gaurus mons 180
Gaza 322
Gazaca 340
Gazum 348
Gea 353
Gebbanitæ 345
Gebenna 40
Gedroſia 349
Gela 193.194
Geloi 192
Geloni 193.219
Geminianum 138
Genea 270
Geneſa 274
Genabum 44
Genaſara 324
Genua 40.81
Georgiani 341
Gepidæ 221
Gerania 307.317
Gergouia 47
Gergis 306
Gerunda rubr. 19
Gergobina 45
Germania 38.203.456
Germanici maris nomina 213
Geranthe 274
Gerrhæi 345
Geſſoriacum 48
Geſara 321
Getæ 242
Getulia 351
Gyarus 282
Gymnoſophiſtæ 348
Gymneæ inſulæ 365
Gyrthon 254
Gypſeis inſu. 363
Gytheon 274
Gythones 210
Glanius 182
Glanum 42
Glanis flu. 1181
Glaucus flu. 271.340
Glaucia 309
Glauconis 353
Glaphyræ 254
Gleſſariæ inſ. 213
Gliſſa 264
Gloſyra 353
Gnidus 286
Gnoſus 290
Gomphi 250.252
Gonuſa 254

Gonoe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Gonoeſſa 271
Gonnus 254
Gordiæa 334
Gordynia 250
Gorgona 189
Gothi. 51.699
Gothorum hiſt. 20.222
Grauiſcæ 124
Granatæ regnum. 15
Græa 264
Græci 1186
Grinium 285.305
Greſcouia 246
Gulphar 365

H

HABIS 20
Hadrianopolis 255.246.321
Haliacmon 251
Haliartus 264
Halicarnaſſus 311
Halys 296
Halizones 303
Haloneſſus 286
Halone 286
Harma 264
Harpagia 286
Hebrus 246
Hebron 323
Hecatoneſia 285.311
Hecatompylos 337
Helona 254
Heluetij 205
Helice 271
Helena 283.286
Heleniaregio 258
Helicon 266
Heliopolis 357
Hellas 254
Helleſpontus 286
Helorus 194
Helos 275
Hemicynes 344
Heniochea regio 344
Heptacometæ 297
Heptapolis 355
Heracleopolis 357
Heracleæ. 104.186.194.250. 291.295
Heraclium 357
Herbipolis 206
Herculis portus 123.184
Herculis promon. 181.
templum 353
Herdonia 179
Herfordia 206
Hermione 277
Hermopolis 357
Hermus 310
Hernici 156.167
Herodium 326
Heropolis 357
Heſperis 354
Heſperidum orti eod.
Hetruria 121.1181
Hyampolis 161
Hybla 190.193
Hydaſpes 349
Hydruntum 187
Hyelles 227
Hierapitna 291
Hierapolis 309
Hiericus 323
Hieroſolima 324.327
Hyettus 266
Hyle 266
Hylas 299
Hylea regio 220
Hymatopodes 355
Himera 194
Hypanis 221.349
Hypata 257
Hyperborei 221
Hyperea 257
Hippocrene 266
Hippo ſeu Hipponum 184
Hippones duæ 352
Hipponiates 184
Hippurus 282
Hippus 321.324.340
Hypſa 194
Hypſus 279
Hyrcania 341
Hyrium 188
Hyria 266
Hirpini 178.179
Hiſpania 14.20
Hiſpalis 15
Hipaſij 348
Hiſpellum 180
Holmus 315
Homeritæ 363
Homolium 251.256
Horma 251
Hormenium 253
Hunni uide Vnni 221
Hydruntum 187

I

IACCA 17
Iadera 227
Ialyſus 292
Ialmon 220
Iapigia 186
Iapidia 227.228
Iardanus flu. 310
Iaxartes flu. 342
Iate 227
Iaziges 242
Ibernia 70
Iberus flu. 16
Iberia 340
Icaria 283
Icium promon. 48
Ichthys promon. 272
Ichthiophagi 345.349
Iconium 312
Ichne 250
Ichnuſa 188
Ida 306
Idea 312
Idomene 250
Idæi dactyli 290
Idothea mons 356
Idruntum, uel hyd. 187
Idumei 322
Igilium 189
Ilerda 18
Ilercaones 18
Ilergetum 18
Ileſium 264
Illiberis 42.43
Ilipa 15
Illiricum 226.228.1184
Iliſſus flu. 266
Ilium 304
Ilurgis 16
Ilua 189
Imaus mons 342
Imbrus 286
Imellum 171
Inarime 189.309
Inachus flu. 278
India 347.400.1188
Indus flu. 349
Indoſcythæ 348
Inſulæ Diomedeæ & Tyrrhenæ 188
Intemelium 81
Interamnæ tres 168.171.177
Inginum 170
Iolcos 253.254
Iones 308
Ioniæ inſulæ 284
Ioppe 321
Iordanis flu. 324
Iotapata 323
Ipſellum 170
Iria flauia 16
Iris flu. 297
Iros 254
Iſſa 229
Iſar uel Iſara 43
Iſaurus flu. 173
Iſauria 313
Iſchya 189
Iſsicus ſinus 315
Iſmenus 261
Iſmarus 246
Iſtiæa 288
Iſtcuones 206
Iſtriopolis 243
Iſthmi 221.246.269.287
Iſtria 114.1184
Iſius 286
Italica 15
Italia 79.186
Ithaca 280
Itemelium 81
Ityca 352
Ithome 254.273
Ituria regio 322
Iturum 169
Iubedæ montes 19
Iudæa 323.1187
Iulia 324.350
Iuliacum 48
Iulium carnicum 105
Iuliobriga 17
Iulia regia 15
Iunonia inſula 353
Iura mons 43
Iuſtinopolis 114
Iuuantius flu. 177

L

LABATVM 114.128
Labicum 167
Labyrinthus Aegyptius 359
Labro 123
Lacedæmonia 1187.274
Lacinium promon. 185
Lacus regillus 166
Lacus uadimonis 140
Laconica 273
Lacus ciminus 140
Ladon 279
Laius flu. 184
Lamber flu. 88.90
Lamia 254
Lampſacum 304
Laodiceæ 307.334.310.317
Langobardorum res 207
Lapithæ 254.256.1025
Larinum 188
Lariſſa 254
Larius 88
Latini 156.1182
Latobrigi 40
Laurentum 165
Lanuuium 165
Laus Pompeia 88
Lauſanenſes 40
Las 275
Leboriæ 183
Lecheum 270
Leletani 19
Lelex 273
Legio Germanica 17
Lemouici 47
Lemnos 285
Leontini 192
Leontopolis 357
Leon 291
Leodium 45
Lepreum 272
Lerus 283
Lesbos 285
Leptis 352
Lethe 17.250
Leucas 259
Leucothoe 189
Leucoæthiopes 363
Leucæ 291
Leucoſyri 300
Leuctra 275
Leuca promon. 187
Leuonij 211
Leuci montes 49.291
Lexouij 44.48
Libanus 324
Liburnus 123
Liburni 227

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Libethrus fons 266
Libya 354
Licoſthene 310
Licus fluuius 204. 297. 299. 333
Lycaonia 311
Lycij 305.312
Lycij troadis 305
Lycopolis 357.770
Lyctus 290
Lycaſtus ibid.
Lydia 308
Lygdamum 305
Liger flu. 47
Ligos 245
Liguria 81
Lilea 261
Limagus flu. 212
Limenæa 277
Lindij 193
Lindus 292
Lingones 45
Linonchlæni 349
Lipara inſu. 195
Liris flu. 165
Lyrneſſus 304
Liſſa 229
Liſſus 228.247
Lyte 255
Liternum 180
Lituani 211
Lix & Lixus 350
Locrenſes 259
Locrenſes Italiæ 185
Locri 185
Lombardia 87
Londinum 70.71
Lombardi 206
Longones 45
Longous 286
Longula 140.167
Lotoringia 48
Lopaduſa 353
Lotophagi 352
Luca 128
Lucani 184
Lucenſes 16
Lucerna 205
Lucrinus 180
Luceoli 175
Lucus Auguſti 16
Lucus Ferentinæ 454
Lucus Feroniæ 122.165
Lucus Hetruriæ 139
Lugdunenſis Gallia 15. & 43
Lugdunum 45.47
Luna 122
Lunenſis regio 81
Lunæ mons 16
Lunarium promon. 16
Luppia 48
Lupiæ 187
Luſitani 21
Lutetia 44

M

MACAE 353
Macarium 194
Macedonia 247.1185
Maclouienſes 44
Maconciacum 205
Macris 283
Macra flu. 122
Macrobij 363
Macrones 287
Maciana 340
Macinum 244
Madera inſu. 364
Magadaſsi 365
Magneſia Theſ. 309
Magneſia Lydiæ ibid.
Malea 275
Malfitanum 184
Mailapur 366
Malliacus ſinus 255
Malli 348
Mallus 315
Malchina 366
Malienſes 255
Malua flu. 350
Mamertum 186
Mamertini 191
Manduria 187
Manteum 313
Mantinea 278
Mantua 89.98
Marrani 31
Mariana 189
Mardi 340.342
Mardomedi 340
Marcomanni 213.1185
Mareotis 1185
Margiana 341
Marrucini 177
Marruuium 178
Margus flu. 342
Marathon 266
Marathus 320
Maryandini 295
Mardones 258
Marſias flu. 307
Marmaridæ 354
Maronea 245
Marſi 177
Maſburgi 17
Maſes 334
Maſsilia 41
D. Mauritij uicus & cœnobiũ 40
Maſsyli 351
Maſsicus mons 180
Maſtaura 309
Maſſagetæ 212.343
Mateola 188
Matelica 175
Matiana 240
Mathyrea 278
Matiſco 45
Matrinus flu. 173
Matrona flu. 43.47
Mauri 350
Mauriſij 350
Mauritania 350
Mazaca 299
Meabus flu. 17
Meander flu. 310
Mecha 367
Media 339
Mediolanum galliæ 44.46
Mediolanum Italiæ 90
Medoacus 90
Medœcia 87
Medeon 261.264.307
Medimnus 259
Mediomatrices 49
Medua 184
Medus flu. 339
Megalopolis 278.197
Megara 192
Megara Siciliæ 192
Megaris 189
Melas flu. 106.298.345
Melanchlæni 220
Melampea 310
Melanes 345
Meldæ 46
Melena 285
Melfita 188
Melfitenſes 179
Melitene 299
Melite 353.229
Melium 299
Melibœa 255
Melibecus 212
Melimna 277
Melos 282
Melita 1196
Melittea 255
Melpha 168
Melphis oppid.et flu.196.1181
Memphis 357
Menapij 48
Menaria 189
Methymna 286
Melinda 365
Mecha 367
Meninx inſula 353
Mendes 357
Menus flu. 212
Mæonia 308
Mœotis 221.288
Mœris 357
Mœſij 922
Merula flu. 81
Meroe 363
Mercurij promon. 352
Meſembria 246
Meſoa 275
Meſogis 310
Meſopotamia 331
Meſſana 191
Meſſenia 273
Mœſia utraq; 243
Meſapeæ 275
Meſſapia 186
Metapontus 186
Metaurus flu. 173.184.194
Metapa 258
Methymna 285
Methone 225.255
& iterum 273
Meuania 169
Mybæ 363
Mycon 281
Mycaleſſus 264
Mycale 311
Mycenæ 275
Midia 264.277
Mylaces 258
Miletus 310
Mimotenſes 47
Mylle oppidum 193
Mineruæ promon. 183
Myndus 311
Minius flu. 17.265
Minœa 194
Minyiæ 255
Minio 124.130
Mintius flu. 89.90
Minturnæ 165
Mirandula 120
Myrina 286.305
Miris 357
Myrmidones 255
Myrſinum 272
Myſia duplex 243.302
Miſenum 180
Mitylene 285
Mobeni 345
Modruſa 228
Moloſsi 257
Melena 285
Mona 70
Mondauia 242
Mons ſacer 167
Monœchi portus 81
Monferratenſes 85
Mons falcus 169
Mons lunæ 16
Mons regius 194
Mopſum 315
Morgus flu. 85.90
Morgentia 194
Morini 44
Moſa flu. 49
Moſchi 340
Moſella 212
Moſcouij 219
Moſqua ibidem
Moſinœci 297
Munda 15
Munichia 266
Murgi 14
Murgantia 179
Muſæum Aegypti. 356
Muſæum Macedoniæ 250
Muſicani 348
Mutina 119
Mutillum 117
Mutiſcæ 171

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

N

NABIS 1187
Nabathei 285
Nacolia 306
Nannetes 44
Nantuates 40
Napata 362
Napæ 222.260
Narona 227
Narbonenſis prouincia 40
Narius flu. 17
Narnia 171
Nar flu. 170
Narſingua 367
Natiſo flu. 104
Naſamones 354
Naucratis 357
Nauarræ regnum 29.31
Naupactum 259
Nauplia 276.282
Nauportus 114.228
Naxus 192.281
Nazaret 323
Neapolis Italiæ 181
Neapolis colchorum 340
Neapolis numidiæ 352
Neapolis Macedo. 249
Nebris mons 193
Necarus flu. 212
Neda 278
Nemus opp. 266
Nemea ſyl. 277
Neocæſarea 299
Nelia 253
Nemauſum 42
Nepet 141
Neritum 187
Neritus mons 280
Nerium promon. 16
Neruij 48
Neſus 245.246.249
Neuri 220.344
Nibis flu. 17
Nicea 81.302
Nicopolis bith. 299.302
Nicopolis Epiri 258
Nicomedia 302
Niceæ 81.90.300.348
Nigir flu. 363
Nigritæ 363
Nilus 358
Nympheus flu. 164.167
Nympheum promon. 121.249
Ninus 332
Niſa 265.266
Nyſa 348
Niſea 266
Niſei 337
Niſibis 331.317
Niſyrus 282
Niphates 300
Niuernenſes 43
Nola 179.183
Nomentum 167
Norici 204
Nonacria 278
Normandi 48.60
Noruuegia 210
Nouaria 85
Noua mœnia 221
Nouella 167
Noua Roma 245
Nouiodunum 46
Nouiocomenſes 88
Nuceria 170.183
Nuceria appulorum 188
Numicius flu. 165
Numantia 18.20
Numidia 351
Numana 173
Nurſia 171
Nurenburg 206

O

OAXVS flu. 342
Obulco 15
Oche 289
Ochus flu. 342
Odera flu. 209.212
Odones 246
Odriſij ibid.
Oenoe 283
Oenotriæ inſulæ 184
Oenotria 186
Oene 277
Oenus 275
Oechalia 255.265
Oeta mons 256
Octylus 275
Ogygia 265
Oglaſa 189
Olbia 41.300.313
Olchinium 225.247
Olenus 259.271
Olenia petra 272
Olearos 284
Olerus 291
Olympias 245
Olympi ſex 245.251.255.
303.313.315
Olynthus 246
Oliueti mons 329
Ollium 89.90
Olyra 251
Olyzon 253.255
Olmeus 266
Olooſſus 255
Omatrinus 173
Omani 218
Ombrones 210
Onchoe 261
Oncheſtus 265
Oncheſinus portus 258
Oncheum 278
Opici 182
Ophir 365
Opitergium 104.208
Opus 260
Orchomenium 265.278
Orchades 70
Orchani 332
Oreſtæ 247.258
Oreſtaſum 278
Oricum 248
Oretæ 220
Oræus 288
Oritæ 349
Orexartes flu. 382
Ormenium 255
Ortanum 141
Oroſpeda mons 18
Orontes 316
Orobius 43
Oropus 265.266
Orta 255
Ortellus flu. 209
Ortona 177
Orneæ 277
Orobius 43
Orthoſias 320
Ortygia 281
Oſcorum terra 165
Oſtia padi 90
Oſci Opici 182
Oſtia 165
Oſtia Nili 357
Oſſa 251.252.256
Oßißini 44
Oſſonoba 16
Otriculum 169
Othryſij 552
Othrys 252.256
Ouetenſis ciuitas 17
Ouetenſe templum 27.28
Oxus 342
Oxonium 74
Oxidrachi 349
Oxyringus 357
Ozolæ 259

P

PACTALENA 348
Pactolus 309.310
Padua 103
Padus 90
Paduſa flu. 90.117
Pagaſe 253.256
Phalacrum promon. 279
Phalacra 306
Pallianum 1182
Paliobothra 348
Pallantium 278
Pallantia 17
Pallene Maced. 250
Pallene Thraciæ 246
Palæpolis 181
Palebiblus 320
Paleſtina 221
Palice 193
Palinurus promontorium 184
Palmenſis ager 173
Palmyra 321
Palus ſtephane 193
Pamphylia 312.314.1187
Panchaia regio 334
Pantagia 194
Pharnacia 297
Pharæ 265
Phanaticus ſinus 228
Phanagoria 221
Phanarea 297
Panacra mons 290
Paniſus flu. 273
Paneas 322
Pania 315
Pande 348
Pandoſia 184
Pannonia 230
Panormus 193.258.291
Panope 261
Panopolis 357
Panticapeum 221
Paphus 294
Palmaria 189
Pandataria ibid.
Paliobathra 348
Paphlagonia 294
Parma 120
Parnaſus 261
Parraſia 278
Pariadra 297
Paros 281.304
Paropaniſades 342.349
Pharus 228.356
Parentium 114
Paretonium 356
Pariſij 44
Parium 303
Parthi 337
Parthyæi ibid.
Parchini 247
Parthenius flu. 284
Parthenium 221
Parthenopolis 251
Pharſalus 256
Phaſelis 313
Phaſis flu. 240
Phariſæi 324
Paſargada 334
Paſumena terra 130
Patalia 250
Patareni 248
Patara 312
Patræ 271
Pathmos 284
Pauſilipum 181.1181
Pax Iulia 16
Phæacia 279
Pedaſus 306
Pedum 167
Pelagonia reg. 251
Pelaſgi 256
Pella 321.317
Pellene 271
Peligni 177
Pelamidia 296
Pelius mons 252.256
Peloponneſus 268
Peluſium 357
Phellus 313
Pheneus 279
Phenni 218

Phœnix

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Phœnix flu. 252. 286
Pephnon 275
Pephnus ibid.
Peneus flu. 252.271
Peparethus 286
Pegnum 275
Pœonia 251
Perinthus 246.1186
Perrhebi 256
Pergamum 305
Perſia 333
Permeſſus flu. 266
Periadra 297
Perſepolis 334
Phere 256
Peruſia 132
Peſsimus 298
Peſtum 184
Pheſtus 256.290
Petala 349
Petelia 185
Peteon 265
Petramala 132
Petra ponti 297
Petraſogdiana 343
Petra Arabiæ 345
Petrocorij 46
Peuce 243
Peucini 218
Picardi 47
Picentes 171
Picentini 183
Picti 70
Pictones 46
Pidna 251
Pieria regio 251
Pieris mons 252
Phila 246.251.384
Phylace 256
Philadelphea 321.309
Phylis 246
Pylene 259
Pilum 272.273
Pyle 278
Philippi Maced. 249
Philippopolis 245.246
Philiſtina foſſa 90. 104
Philiſtini 322
Pinara 312
Pindus mons 252
Pyramus flu. 315
Pyreus 266
Pyreneus mons 14
Pyrgi 124
Pyrrha 285
Pyrrhea 256.285
Pyraſus 256
Piſa 272
Phyſcus 251. 260.286
Piſæ 126.127
Piſaurum 173
Piſcia 130
Piſidia 313
Piſtorium 130
Pityuſæ inſu. 15
Pityea 304
Pythecuſa 189
Pytho 261
Pixuntes promon. 184
Planaſia 189
Plateæ 265
Placentia 120
Placentia hiſp. 17
Platuum 104
Phlægra 246
Phlegræus campus 181
Plemmyrius 194
Pleuron 259
Phlius 270
Phœnicia 319
Phœnices 190
Phocea 311
Phocenſes 190.260
Pholus mons 278
Pholoe 279
Pola 114
Polonia 217
Poleſium 103
Polentia 85.175
Politianum 134.139
Polycaſtrum 184
Polyrenum 290
Poluſtra 167
Polytorium 1182
Pompelon 17
Pomerani 209.211
Pometia 168
Pontina palus 164
Pompeij urbs 181
Pompeiopolis 297.314
Pontum 169
Pontus 251. 287. 294
Pontia inſu. 189.353
Populonia 123
Populium 177
Populinum 123
Portæ Armeniæ 294
Portæ caucaſiæ 341
Portus Romanus 124
Portus Veneris 81
Portus delphini 81
Portus Herculis 123.184
Portus Traiani 123
Portus Piſanus 126
Porthmus 287
Pori terra 348
Portunata 229
Poſsidonia 184
Poſsidium 256. 258. 320
Potentia Traiana 174
Potentia 174.184
Potidea 246. 250
Potniæ 265
Practius flu. 304.306
Praſij 348
Praga 213
Pratum 130. 671
Praxylus 251
Præcutini 177
Præneſte 166
Priene 309
Prilla flu. 239
Priuernum 168
Phrudis flu. 49
Phrygiæ duæ 303.306
Phryſij 209.456
Proconneſus 249.288
Prochyte 189
Propontis 286
Prouincia 40
Pruſia 210
Pruſia utraq; 301.302
Pſelia 362
Pſylli 355
Pteleon 256
Phthia 256
Pthir 311
Ptolemais Syriæ 321
Ptolemais Africæ 354
Ptolemais Aegypti 357
Phuth 350
Puteoli 181

Q

QVADI 213.1185
Quarentena 329
Quinqueccleſienſes 229.233
Quialia 368

R

RHA flu. 221
Rhaga 340
Rhamata 317
Raphana 321
Raphace 323
Ratiſpona 204
Rauenna 115
Raurici 205
Reate 170
Rhebas flu. 1181
Redones 44
Regantus 206
Regium 119.184
Regillus lacus 166
Regilli oppid. 436
Remi 48
Rhenus flu. 90.119.112
Rhetij 204
Ricina 174
Rhymnium 221
Rithyum 290
Rhithnia ibid.
Rhindacus flu. 306
Rhiphei 220
Rhinocerura 359
Rhipa 279
Rhizus 253
Rhizo et Rhizŏicus ſinus 227
Rhoda 19
Rhodanus 42
Rhodope 246
Rhodus 291
Rhodij 1187
Rhodius flu. 305
Rogi 221
Romandui 48
Roma 156.159. 1182
Rhombites flu. 222
Rhotomagum 48
Rouigo 103
Roxolani 219
Rœzus 315
Rubicon 171
Rudiæ 187
Rufræ 179
Ruſcino 42.43
Ruſcenius lacus 43
Ruſcellæ 139
Ruteni 47.219

S

Sabatia ſtagna 141
Sabaudia 40
Sabatus flu. 179.180
Sabathra 352
Sabæi 345
Sabini 170.1182
Sacrani 171
Sacrum promon. 16
Sacæ 343
Sadducæi 324
Sacaſani 341
Sagra flu. 185
Saguntum 18
Sais 357
Salas 212.350
Salapia 188
Salaſsi 85
Salamin 284
Salamis ibidem
Salernum 183
Salentini 187
Sallyes 41
Salinus 177
Salmantica 16
Salmacis fons 311
Saloda 103
Salon flu. 18
Salona 228
Salpa 188
Salutiæ 85
Samaria 324
Samarobrina 48
Sambroca flu. 19
Samotus 49
Same 280
Samus 284
Samothracia 285
Samnium 178
Samnites 177. 178. 1184
Samoſata 316
Sangarius flu. 307
Santones 46
Sanctiflori 47
Sapis flu. 116
Saraceni 26.63.345.1187
Saracenorũ duplex genus 347
Sarepta 320
Sarnus flu. 180
Sarmatia 218.221
Sardinia 188
Sardis 309
Sarnus 182

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Saronicus ſinus 277
Sarpedon 312.315
Sarus 314
Saſina 187
Satrium 167
Satrianum 188
Satura 165
Satyri 355
Saturnia 156.139
Sauus flu. 229
Sauari 218
Sauena 119
Sauona 81
Saxones 72.209.1189
Saxoferratum 174
Scandauia inſu. 213
Scardona 227
Scarpha 260
Scatones 123
Scamandrus 306
Scenetæ Arabes 345
Scepſis 305
Scheria 279
Sciſcia 229
Scythia 342
Scythopolis 321
Scythop'lus 342
Sciletium 185
Scirus inſu. 282
Scyathus 286
Scironides 284
Sclaueni 226
Scodra 228.247
Schœnus 265.279
Scolus 265
Scombraria promon. 18
Scotia 69
Scotitia 275
Scotuſa 251.256
Scotina 227
Scultenna flu. 90.119
Sebaſtopolis 340
Secontia 17
Seconia 18
Segobriga 18
Sedetani 18
Sebenitica 357
Sebaſta 299.315.324
Scordiſci 1186
Seduni 40
Segeſtica 229
Segeſta 194. 1185
Selynuntes 193.194
Selga 313
Seleucis reg. 316
Seleucæa 315.333
Selleentes 258
Sela flu. 273
Selium 16
Senogallia 173
Sena 134. 1181
Senia 227
Senones 44.50
Sentica 16
Sentinates 174
Scepinum 179
Sepie 253
Septenſis ciuitas 350
Septemcomites 30
Semiramidis aræ 343
Sequana flu. 43.47
Seres 344
Seriphus 282
Seruia 244
Seſanium 295
Seßites flu. 85.90
Seſſuuij 44
Setabis 18
Seſtus 247
Setia 168
Seuerinum 183
Sexi 15
Siaſſus 307
Sybaris flu. 186
Sybaritæ ibid.
Sicambri 206
Sicani 189
Sicaminum 320
Sicar 324
Sicarij 326
Sicum 227
Sicilia 189
Siculi 156.190
Sicyon 270
Sycionia ibidem
Sida 314
Sidicini 178. 179. 180
Sidina 297
Sidon 320
Syene 358
Sigeum 306
Sigrium promon. 285
Sigius mons 43
Signia 167
Sylua Arſia 141
Syluia meſia 141
Sylua ercinia 212
Sylua arduenna 47
Sylua bacenis 212
Sylua cimina 141
Silarus flu. 184
Sillon 309
Silus flu. 104
Simethus flu. 192.194
Simois 306
Symphlegades 287
Sina 329.245
Sinarum regio 349
Sinada 307
Sinope 296
Sinueſſa 165. 180
Sintia regio 251
Singus 249
Sindi 222
Sinda 313
Singiticus ſinus 251
Sion 329
Sipylus 307
Sipontum 188
Syphnus 282
Siris flu. 186
Syraceni 345
Syracuſæ 192
Syria 316
Syrus 282
Sirenes 259
Sirenuſſæ inſulæ 195
Syrna 311
Syrmium 229
Siſaponæ duæ 16
Siſubates 46
Sitace 334
Sleſia 212
Smintha 285.
305
Smyrna 308
Sodoma 323
Sogdiana 342
Soli 314
Solimi 313
Solis menſa 363
Solœ 314
Soletum 187
Sonciates 49
Sora 168
Soracte 142
Soſandra 282
Spalatum 227
Sparta 274
Sperchius flu. 256
Spei promon. 364
Spina 90
Spira 205
Sporades inſu. 281
Spoletum 169
Staberis flu. 18
Stabiæ 182
Stellates 183
Stellendena regio 321
Stœcades inſulæ 43
Styra 289
Stiria 228.232
Stymphalus 251.
279
Stratonicea 249
Strimon 251
Strobis ibid.
Strophades 281
Strongile 281.195
Stura flu. 90.189
Suangela 311
Subalpina regio 84
Subertani 123
Sublaqueum 171
Sucro flu. 18
Suda 313
Suduna 332
Sueſſa 168
Sura 313
Suetia 210
Sueui 51.206
Sulca 189
Sulgas 43
Sulmo 177
Sunium promon. 266
Surrentium 183
Surianum 141
Suſa 334
Sutrium 141

T

TABOR 329
Tabuda 49
Tagaſta 352
Tagus flu. 16
Taygeta 275
Tameſis flu. 70
Tamara flu. 17
Tannetum 117. 120
Tanagra 265
Tanais 82.221
Tanarus 84.90
Tania 298
Tantali fons 399
Taprobane 349.367
Tapyri 342
Taphiæ inſulæ 280
Tapſus 190. 352. 194
Tarraco 18
Tarchyla 194
Tarichcæ urbs 357
Tarſus 314
Tarſius 304
Tarantaſienſes 40
Tarbelli 46
Tarbaſus 313
Tarquinij 124
Tarteſſus 14
Tarentum 186
Tarus flu. 90.120
Tartari 219.1189
Tartarus 90.1189
Taruiſatij 46
Thaſus inſula 283
Taurus mons 294
Tauriſci 104.204
Taurini 53
Taurica cherſ. 220
Taurominium 192
Taururum 229
Taulantij 247
Taumantia 256
Taxilla ciuitas 348
Theanum Appulum 188
Theanum ſidicinum 179
Theata 177
Thebais 355
Thebaſa 312
Thebæ 357.358. 1186
Thebæ Bœotiæ 265
Tectoſagæ 42
Tegea 279
Tegyra 265
Telamon 123
Telchines 290.291
Telmeſſus 313
Telphuſa 279
Tempe 252
Temenos 290
Templarij 330
Tempſa 184

Tenus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Tenus 282
Tenarus 275
Tencaterij 206
Tenedos 285.1186
Tentyra 357
Theogonium 256
Theos 309
Theodoſia 82.221.299
Theramne 275
Thera 282
Terea 306
Terracina 164
Theraſia 283
Theredon 345
Thermaicus ſinus 250
Thermæ 194.250
Themeſa 184
Therina 184
Thermiſcira 297
Thermodon flu. 297
Tergeſte 114
Theſſalonica 250
Theſſalia 251.252
Theſpiæ 265
Tetricus mons 171
Teutrona 275
Theumeſſus 266.313
Teutones 209.1188
Teutoburgium 229
Teutrania 303
Thyamis 259
Tyana 299
Tyberis 1.81
Tyberias 324
Tybur 167
Tybarni 297
Tibiſcus 233.242
Ticinum 87
Ticinus 90
Tyde 17
Tieldones 17
Tyeſſus 310
Tifata 183
Tifernum 169
Tige 38
Tigle 333
Tignum 175
Tigris 333
Tigulia 122
Thyle 70
Tiliauentum 104
Tymphei 258
Timbra 285
Timauus fluuius 103.104
Tyndaris 194
Tinge 350
Tinna flu. 171.1181
Thyneum 279
Thinia promontorium 246.287
Tyrea 275
Tyrus 319.86
Tyrrheni maris inſulæ 188
Thiſbe 265
Thyſia 279
Titani 1007
Titanium 256
Tius 296
Thoas flu. 259
Toletum 17
Tolentinum 175
Toloſa 40.42
Tomis 243.245
Tongri 48
Topazon 363
Toparchiæ 323
Topinus 1181
Trachin 256
Traconitis 322
Tragurium 228
Trallis 310
Thracia 244
Tranſpadani 87
Tranſyluania 242
Trapezus 279.297
Traianopolis 306
Traiectum 205
Traſimenes 132
Trebula 171.179.183
Trebia 84.121.167
Thyeſſus 310
Tremyli 312
Triballi 243.1186
Tribullum 228
Treueri 48
Tricorij 44
Tricaricum 179
Triche 289
Tricaſtini 40
Tricorinthum 266
Tridentum 102
Triſernum 179
Trimontium 246
Trinacria 191
Trinium 177.188
Triochala 193
Tryon 272
Tripoles 320.352
Tripolites 258
Triphylia 272
Tritones paludes 353
Troadis urbes 303
Trœzena 277
Troglodytæ 345.363
Troiæ tres 179.186.248
Thronium 260
Tropæa Auguſti. 81
Tropæa Druſi 212
Tropæa Pompeij 19
Truentum 173
Tullum 49
Tuder 169
Tugurinum 205
Tunis 352
Turcæ 339
Turingi 206
Turia flu. 18
Turduli 15.21
Turditani 15
Turoentium 41
Turones 44
Tuſci 121
Tuſcanenſes 139
Tuſculum 166
Tutelenſes 47

V

VABRENSES 47
Vaccei 17.21
Vagedruſa 194
Vallachia 242
Vada Sabatia 81
Vada Volaterrana 123
Valdanus flu. 229
Valeria Hiſpaniæ 18
Valeria Pannoniæ 229
Valeria Marſorum 178
Valentia Hiſpaniæ 18.29.36
Vallentia Galliæ 42
Valentia Italiæ 84.184
Valeſij 43
Vandalia 21
Vandali 21
Vangiones 205
Varini 210.218
Vardei 1184
Varus flu. 41.81
Varianus flu. 104
Vaſſarij 46
Vaſcones 17.46.51
Vaſio 49
Vatrenus flu. 90.117.119
Vbij 205.1183
Veca 17
Vegerra 48
Veij 141
Veientes 141
Velaunodunum 44
Velitræ 167.168
Velia 184
Vellica 17
Vellinus lacus 170
Venafrum 168
Venuſia 188
Veneti 101.105
Veneti Galliæ 44
Venedicus ſinus 213
Veragri 40
Verona 101
Vercellæ 85
Verulum 167
Veſeuius mons 181
Veſſones 46
Veſtini 177
Vetelia 167
Vetulonia 139
Vfens flu. 164
Via Aemylia 84
Vicus Aurelij 142
Vicus Eluij 141
Vicus aquarius 18
Vicus cominarius 19
Vicus ſparcorum 18
Vicentia 103
Vienna 42.205
Vigilia 229
Vinctonium 71
Vindelici 204
Vindili 218
Vidrus 212
Viromandui 46
Verbanus lacus 90
Viſontium 45
Viſontium Hiſpaniæ 17
Viſtula F. 212
Viſurgis flu. 206.212
Viterbium 140
Viuarienſis ciuitas 40
Vlyxipona 15
Vlma 206
Vmbri 168
Vmbro flu. 123.139
Vnelli 44
Vnni 222.231
Volcæ 42.139
Volſci 156.168.1183
Volaterræ 135
Volones 1184
Volſini 139
Voltumnæ fanum 1181
Vomanus 177
Vratislauia 212.214
Vrbs Saluia 174
Vrbinum 175
Vrbs Roma 159
Vrgeſa 18
Vrci 14.18
Vrium 15
Vrpanus flu. 229
Vſipetes 206
Vtica 351
Vtina 105
Vualia 69
Vueſtualia 70
Vueſtangli 70
Vulturnus 180
Vxentum 187
Vxij 334

X

XANTHVS 312
Xerxene 299

Z

ZAGRIVS mons 129
Zariaſtis 342
Zacynthus 280
Zama 352
Zagrius mons 340
Zancle 191
Zani 287 Zapirus 315
Zaphala 365
Zelea 304
Zela 297
Zelotæ 326
Zelia 38.350
Zephyrium prom. 291.315
Zerbis 331
Zibalthar 31
Zygi 222
Zugma ſeu Zeugma 332
Zugaterra inſu. 365

Finis Tabulæ primi tomi, de locis & populis inſignibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

HOMINES CLARI.

ABAGARVS 331
Abas 276.1025
Abelus 369
Abrahamus 371
Ablabij 372
Abſburgenſes com. 730
Acaſtus 1031
Achatij 372.481
Achæus 372
Achelous 259.1032
Achemenides 1024
Acriſius 1025
Aceſte 1031
Acteon 1019
Actiſana 359
Actij plures 372
Accilijs 373
Acilinus miles 373
Acylas philoſ. 373
Achillæ duo 373
Achyldas 373
Achilles 1026
Acrones 374.572
Acuſilaus 374
Adon puer 1025
Ademarus 81
Adonis 796
Admetus 374
Adraſtus 262.1025.374
Adriani 374
Aeacus 1023
Aedeſia 376
Aeta rex 1010
Agis 436
Aegeus rex 267.1014
Aegemon 376
Aegeon 726
Aegiſtus 766
Aegina 1032
Aegyptus rex 358.1025
Aelij 374.534
Aelianus 375
Aeliodori 375
Aemylij 50.375.964
Aemylia Tertia 376
Aedeſia ibid.
Aeneas 378.1029
Aeolus 1027
Aeſon 1027
Aeſchynes 375
Aeſculapius 1019
Aeſopus philo. 377
Aeſopi 377.1190
Aeſchylus 377.984
Aeſchron poëta 377
Aetius 51.377
Aetius patritius 708
Aethalis 1018
Aetolus 1021
Afranij 378
Agathones 378.655
Agamemnon 1030
Agathias 378
Agatha 378
Agathocles 378
Agapius 379
Agapitus 379
Agaue 1025
Ageſilaus dux 379
Ageſidamus 379
Ageſiæ duo 379
Agenor 1025.276
Agis 928
Aglaophron 379
Agoracritus 379
Agrippæ 326.379
Agrippinæ 379.416
Agricolæ 380
Aiax Oileus 1026
Aitonus 1189
Alaricus 22.24.25.52
Agla rex 25
Albini 44.71.379
Albutij 65.381
Albigenſes hæretici 627
Alcibiades 381
Alcyone 1027
Alcinous 380. Iuriſconſultus 614.1016
Alcidamas 380
Alciphron 380
Alceſtæ 374
Alcæus Lyricus 380
Alcmanes 380
Alcman Lyricus 380.545
Alcmæones 380.1028
Alfonſi 27.37
Alphenus 381.614
Aleſus 1030
Alexij 108.381
Alexis 381
Alexandri 325.326.381.384.385
Almaricus 328
Almericus hæreticus 664
Alcmedon 284
Almanſor 28
Aloeus 1011
Altea 1020
Aluarus 33
Amalaſunta regina 23
Amantij 385
Amandus 386
Amaſis rex 359
Ambroſij 386
Amelius philoſo. 386
Americus 664
Amipſias 386
Ammianus Marcellinus 513
Ammonij 386
Amometus 344
Amœbeas 387
Amilchares 387
Amilco 414
Amyclas 273.1022
Amicus 301.1015
Amingus 52
Amythaon 1028
Amphiaraus 262.263
& iterum 1028
Amphion 387
Amphitryo 1024
Amphictyones 260
Amphilocus 276
Amphitheon 267
Anacreon 390
Anaſtaſius 390.395.710
Anaſtaſia 444
Anatolius 390
Anaxarchus 390
Anaxandrides 390
Anagallis 828
Anaxilas 390
Anaxenor 390
Anacharſis 390
Anaximander 390
Anaximenes duo 390
Anaxagoræ 390.391
Anaxippus 390
Ancus Martius rex 372
Anceus 390.1023
Androcides 391.985
Andriſcus 1186
Amalaſunta 23
Androcleus 391.770
Androdamus 391
Andronici 391.407.583.718
Androgeus 1023
Andromachus 391.873
Andromache 391
Andromede 391.1024
Anna Didonis 1025
Annæ tres 387.aliæ 43.27.67
Anereſtis rex 50
Annibales 388
Annibales Ro. 664
Anniceris 395
Annones 388
Anſanus 134
Anſelmu 76.395
Anteus 1189
Antenor 393
Anticlea 1030
Antidotus pictor 395
Antimachi 391
Antiphanes 391
Antiphas 1028
Antiphon ibid.
Antinous 391
Antigenides 391
Antigonus 383.384
Antiſthenes 391
Antiochi reges 318.392
Antiochi alij ibid.
Antiochus magnus 984
Antiopa 1015
Antipatri 325.383.392
Antilochus 393.1015
Antichriſtus 394
Antiphon 392
Antiphilus 395
Antigoni 325.384
Antiope 393
Antonij 393.394
Apelles 395.396
Apelicon Teius 407
Apitius 396
Apis 358
Appius pulcher 1184
Appius Clauſius 435
Appianus 128.396
Apion 396
Apollo 289.583.1018
Apollinares 396.397
Apollodori 397
Apollonij 397.398.402
Apſyrti 402
Apriæus 359
Apſines ſophiſta 402
Aphthonius 402
Aphrodiſius 402
Apuleij 402
Aquila 557.597
Aquilij 404.420.522
Arati 404.270
Arator poëta 404
Archelai 325.404
Archeſilaus 405
Archeſilaus ſculptor 405
Archimedes Syracuſanus 405
Archimedes gramm. 405
Archidamus Laced. 405.1033
Archiæ 405
Archibius 406
Archedicus com. 411
Archippus comi. 411
Architæ 406
Archilochus 406
Areta 325.408
Argantonius 15
Ariarathes 298
Argus 1189
Argulus 1022
Ariadne 1024
Aries 1030
Aripertus 53.54
Arideus 383
Ariobarzanes 408
Ariſtides quinq; 406
Ariſto 268
Ariſtonicus 415
Ariſtoteles multi 407.408
Ariſtippus 408
Ariſtarchi 408
Ariſtigones duo 408
Ariſtogiton orator 408
Ariſtogiton tyran. 408
Ariſteas 408
Ariſteus 1019
Ariſtocles duo 409
Ariſtophanes duo 409
Ariſtodemus gram. 409
Ariſtomenes 273.409
Ariſtonici 409.415
Ariſtoxeni 409

Aryſton

Ariſtonymus 409
Ariſtonus cytha. 409
Ariſtolaus pictor 410
Ariſtoboli 410. 325
Arrij 410
Arriani 411
Arion cythar. 411
Areta mulier docta 408
Arnuphus 44. 411
Archadius gram. 411
Arnobius 704
Arſaces 337
Arſicoras 414
Arſenius 411
Artemidori duo 411
Artemiſia 411
Artemius præfectus 411
Artabazes 412
Artabanus rex 338
Artaxerxes reges 335. 336
Argia 1023
Arturus 44. 73
Aſbylus 412
Aſclepiades tres 412
Aſclepiod rus 412
Aſcanij 68
Aſconius ped. 412
Aſdrubales 413. 414
Aſellani 184
Aſellius 413
Aſinij 413
Aſpaſia 413
Aſpaſij ibidem
Aſterius 412. 515
Aſter puer 412. 549
Aſtreus 1008. 1011
Aſtrea ibidem
Aßiſini 330
Aſtyages rex Perſarum 334
Aſopus 1032
Aſtydamas Trag. 414
Aſtydamas iunior 414
Aſtyampſicus ibidem
Aſtyanax ibidem
Aſtylus ibid.
Athamas 1029
Athanaſius 385. 415
Athenais 464
Atanaricus 22
Athaulphus 23
Athalaricus 23
Athanagildus 25
Athenæi 415. 416
Athenodorus ibidem
Attali reges 414. 415
Atteius capito 416
Atteius philoſ. ibidem
Attilij 372
Atreus 1030
Atlas 351. 1010
Atratinus 416
Atlantæ II 1020. 1022
Atys rex 371
Aufidius Baſſus 418
Aurelius pictor 411
Aurelius rex 26. 72
Aurelia gens 416
Auguſtinus 124. 621
Auguſtarum nomina 416
Augeæ 259
Augeas comicus 416
Auidius Caßius 426. 690
Auſonij duo 416
Autolyci tres 416. 1030
Autonoe 125
Aurea uirgo 416
Auxentius 386

B

BABYLAS 417
Bachylides 417. 545
Bacchi tres 417. 1016. 1017
Bacchidæ 258
Bacchiadæ 258
Bacchias 258
Bacchus 417
Bairon ibidem
Balbi 417
Balbina ibidem
Balduinus 85. 328
Balduinus leproſus 328
Baltiorum familia 667
Baliardus phil. 662
Bamba 25
Baptiſta Sciarra 675
Barbara 417
Barbi ibidem
Bardaſanes 398. 417
Bartholus 417
Barcha 387
Baſilij 417. 621
Baſilus 418
Baſſus martyr. 418
Baßiani 418. 420
Bartho rex 1185
Batto Sinopenſis 418
Botton comicus ibid.
Batildis 55
Balienus ibid.
Beatrix 30. 31. 723
Becurius rex 341
Beda 418
L. Bœbius 454
Beduini 331
Bela II 233
Beli tres 332. 1024
Belides 1025
Bellerophon 313. 1028
Beliſarius 23. 710
Bemarchius 419
Benedicti 623. 656. 658
Beniamin 620
Benardus 27. 57. 418. 626
Berenicæ plures 326. 419
Berſane 383
Berillus præſul. 419
Beroſus 419
Beſtia Appia ibidem
B ſtia 419
Byzes Naxius ibidem
Bias Prie. 420. 867. 1028
Byblis 1010
M. Bibulus 419
Bibiana uirgo 420
Bibaculi duo 419
Bion 420. 469
Bituitus rex 455
Blanchæ 31
Blaſius 652
Bocatius 639
Boetius 420
Bolus ibid.
Bochus rex Numidiæ 350
Bocchorus 359
Bomilchar 387
Bonifacius 420. 707. 714
Bonicius 420
Bonus 30. 420
Bonauenturæ duo 631
Braſidas dux 420
Branchus 1019
Bragmanes 348. 367
Brennus 49. 71
Briareus 1007
Brigidæ duæ 671. Alia 635
Britius 420
Bruti 71. 420. 421
D. Brutus 782
Brunchildis 53. 54
Buſyris 358. 422
Buccellus dux 52. 525
Buthes 1015

C

CACVS 1020
Cadmus Mileſius 422
Cadmus agenoris 1025
Caij 422
Caius Iuriſconſ. 614
Caia Cæcilia 422
Calanus 348. 382. 429
Candidi 422
Can 1189
Candidæ duæ 422. 540
Candace 362
Calocerus 539
Calpurnius Sura 423. 546
Calui 422
Calliæ 422
Callimachi 422. 423
Callinicus 318. 423
Calliſthenes 383. 423
Calippus 423
Callicrates ſculptor 423. 523
Calliſtus 423
Caliſto 1012
Caliſtratus Iuriſcon. 614
Cambiſes 334
Camillus 423. 1183
Can Guiſcan 1189
Camilla Volſca 423
Canace 1027
Canuleius 423
Caninius conſul ibid.
Caninius eques Ro. ibid.
Canthus 424
Candace regina 362
Candidus 423
Candida 540
Capellæ 423
Capito Lycius 429
Caranus 372
Carbones 424
Carneades duo ibidem
Charito 416
Carcinus 424
Charontes tres ibidem
Chariſius orator 425
Carbilij duo 425
Carnanus Iuriſcon. 614
Crapophorus 15
Carpocrates 429
Charillus 425
Carondes 425
Caßius Iuriſcon. 614
Caßij 337. 425. 426
Caroli 41. 45. 56. 59. 64
Caßiani 426
Caſtritij 129. 426
Caßiodorus 426
Caſſander 268. 383
Caſtor & Pollux 1022
Catones 426. 427
Cataldi 40. 70
Catuli 428
Cataloſa 1189
Catullus 428
Catilina 428
Canarus poëta ibid.
Capton ibidem
Caunus & Byblis 1010
Cebes philoſophus 429
Cebriones ibidem
Cerbones ibidem
Cecrops 371
Cecinæ 429. 430
Cæculus 1020
Cælius Baſſus 418
Cælij 429
Cæcilij 430
Celſi tres ibid.
Celſus albinouanus 400
Celſus Iuriſcon. 614
Ceneus 1022
Centauri 1021
Cephalus orator 430
Cephalus 1028
Cerinthus hæreticus 164. 430
Chærephon 431. 1036
Chæremon 431
Chæmis 359
Cheris 431
Chœrilus ibidem
Q. A. Ceretanus ibid.
Cepiones 581
Ceres 1012
Cerealis 1188
Cæſares 431
Cæſar Vopiſcus ibid.
Cæſarij tres 431
Cethegi 431. 432

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Cephus 359
Ceus 1010
Cinnæ 432
Cynigerus 373
Cinara 1025
Cicero 607
Cecropis 372
Cephiſiodorus 430
Cydias 434
Cincij 432. 661
Cyneſias 433
Cyprianus 24. 433
Cypariſſus 1018
C.Cor.Cinna 432
Cimon 433
Cyneas ibidem
Cyllarus 1022
Cygnus 1016
Cyane 1032
Cyrene 1031
Cyriaci 434
Cyrinus ibidem
Cyrus 334. 433
Cyrus poëta 433
Cyrilli 216. 433. 434
Childericus 52. 53. 55
Childebertus 53. 54
Chilpericus 53
Chilo 438. 866
Chiron 1013
Circe 1031
Ciuilius 1188
Claræ 632
Claudij 45. 434. 435
Claudianus 434
Claudius præſul 45
Claudiæ ueſtales 434. 436
Claudia gens 434
Cleomenes duo 436
Cleones 437
Cleophas 583
Clearchi tres 437
Cleantes 1003
Clemens hiſtoricus 437 Iuriſcos. 614
Clemens epiſcopus Alexãdrinus 437
Clemens 136
Cleomachus pugil 437
Cleopatra 361
Cleophon 437
Cleodamas ibidem
Cleobulus 98. 437. 865
Cleobulina uirgo 437
Cliſthenes 437
Clinias ibidem
Clitomachus philoſophus ibid.
Clitarchus ibidem
Clitemneſtra 1022
Clodij 52. 438. 692
Clodoueus 52. 55
Clotildis 52. 53
Clodomirus 52
Clotarius 53. 54. 55
Cleomedes 436. 437
Cloelia 1183
Clorides duæ 1011. 1015
Cluilius 1184
Cluentius 438
Codrus 267. 438
Columella 438
Columbanus 54. 87
Columnenſium familia 673
Columbauirgo 44
Columbanus præſul. 87
Conones 24. 438
Conabrus 53
Congolitanus rex 50
Concordius martyr 480
Conſus Deus 1013
Conſtantij tres 132. 439
Conſtantiæ tres 705
Conſtatiana 416
Corax Siculus 439
Corax & Tybur ibidem
Corinnæ duæ ibidem
Corinnus poëta ibidem
Cordilio Stoicus 438
Cornutus philoſ. 439
Corœbi tres ibidem
L.Conificius poëta ibidem
Cornificia ſoror ibidem
Iul.Cordus ibidem
Cordus Cremutius ibidem
Val.Cordus ibidem
Cornelij plures 439. 440
Cornelius Cor. Gaditani nepos 354. 440
Cornelia 440. 610
Coruncani duo 440
Coſroes rex 327. 441
Coſſi duo 439
Cotys rex 440
Cotus 1007
Cottæ 441
Cotiſo rex 498. 1185
Craſſi 441. 442
Crates tres 442
Cratinus poëta 442. 1004
Crantor 442
Craterus ibidem
Craſſitius ibidem
Cratippus ibidem
Creophilus ibid.
Creon rex 443. 1028
Creon rex Theb. 443
Creuſa. 1027
Cretheus ibidem
Creſcentius 583. 659
Crœſus 443
Creſti ibidem
Critones 443
Critolai duo ibid.
Critolaus dux 524. 1186
Chryſippus 443
Chriſtianus 25
Chriſtianæ 31
Chriſtodorus 443
Chriſtobulus ibidem
Critias 433
Chryſeis 1026
Chryſoar 1007
Criſpi 443
Criſpinus ibidem
Criſpinianus ibidem
Chryſanthus ibidem
Chryſogoni duo ibidem
Chryſoſtomus 487
Chriſtophorus 444
Chromatij duo ibidem
Chromius 1015
Cteſias 439
Cteſiphontes III 333. 444
Curtij quatuor 444
Curius 444
Curiones 445. 1186

D

DAEDALVS 293. 1024
Dagobertus 54. 55
Damaſcenus 488
Damaſcius hiſtor. 445
Damianus ibidem
Damoxenus com. ipidem
Damoſtratus phi. ibidem
Damophilus ſop. ibid.
Damophila ibidem
Damon & Pythias ibidem
Danaus 358. 1024
Danae 446. 1025
Daniël 55. 446. 619
Dantes 144. 638
Daphnes tres 446. 1018
Dardanus 1029
Dares Phrygius 446
Darij reges 335
Darius nothus 336
Daria 443
Daunus 1023
Deianira 1020. 1021
Decij 446
Deiphile 1021. 1025
Deiphobus 448
Decibalus 1185
Dedalus 1019. 1024
Deiotarus rex 298. 448
Deiotarus gram. ibid.
Demades orator 446. 873
Demetrius poliorcetes 383. 446
Demetrius Pharenſis 1184
Demetrij 319. 383. 447
Democles 384
Democrates tres 448
Democriti 446. 448. 855
Democrates philoſophus 448
Demonax phi. 448
Demarathi duo 448
Demoſthenes duo 457
Demarchus 449
Democides ibidem
Demolchus ibidem
Demochares orator ibid.
Demophoon 1014
Deſiderius 42. 481
Deucalion 1024
Dexippi duo 449
Dexter 449
Diagoræ duo ibidem
Dias ſophiſta ibidem
Diana 1010
Diadumenus 449. 693
Dicæarchus ora. ibidem
Dicæogenes poëta ibidem
Dibutades figulus 450
Didymus 449
Dido 1025
Dinocrates dux 450
Dimophilus plaſtes 449
Diocles medicus 453
Diodori 452
Diogenes plures 451
Diogeneti tres ibidem
Diones plures 450. 451
Diophantus 494
Dioxippi tres 452
Dioſcorius ibidem
Diomedes 452. 1021
Diogenianus 452
Diocles Comicus ibid.
Diocles medicus 453
Dioſcorides ibidem
Dionyſij 45. 54. 372. 453. 454
Dictys Cretenſis 454
Diopenus & Scybis 453
Dirce 1010
Diues cognomen Rom. 454
Dolobellæ 455
Domitij 51. 455. 1186
Domitia 456
Domitiani 456
Domicillæ tres ibidem
Domnini tres ibidem
Dominicus, eiusq́; ordo 627
Dominica Valentis 22
Donati tres 456
Dorotheus præſul. 456. 619
Dorotheæ uirgines ibid.
Draco 388
Draccus 525
Dryas 1023
Druſilla 316
Gn.Duilius cos. 756
Dulcinus 85

E

EBION hæreſiarcha 457
Ecebolius ſophiſta ibid.
Egemon characenus 458
Eduardi 63. 74
Egerius 572
Egeria nympha 572
Egeſiſtratus 458
Egeſias orator ibidem
Egeſippi ibidem
Egica 25
Egidij 43. 625. 670
Electræ III 458. 1030
Electores imperij 659. 722
Electrio 1024
Eligius præſul. 416
Eleazarus prædo. 326

Eleuth

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Eleutherius 455
Elizabeta regina Hiſp. 35
Elyſſa 351
Eluidij 458
Elpenor 1031
Endymion 271
Enecus rex 36
Ennij duo 458. & 459
Engeranus 62
Epaphus 1024
Epimetheus 1011
Epaminondas 459
Epeus 271
Epheſtiões 459.460.494.557
Ephippius cumeus 460
Epicrates tres ibidem
Epictetus philoſophus ibidem & 668
Epicurus 460
Epicarmus ibidem
Epimenides ibidem
Epiphanij tres 87. 461
Epitherſes tres 461
Ephori duo ibidem
Ephren Syrus ibidem
Ephren Græcus ibidem
Eratosthenes ibidem
Eraſistratus 462. 756
Ergoteles 461. 193
Eriphus ibidem
Erichtonius rex Troiæ 1019
Erichtonius ſiue Erichtheus rex Athenien. 267. 1019
Erythrus 1024
Erigone 1022
Eryx 1015
Ero 499
Eros 463
Eroſtratus ibidem
Erſilia Romuli ibidem
Eſdras 465
Eſione 1029
Etheocles 1026
Euan. 1017
Euangelus 465
Euander 1012. 1018
Euadne 1021
Euagrius 466
Eubulus Comicus 465
Euagoras 292
Eudemus 465
Eudorus 1018
Eudoxi 466
Eudocia 416
Eumolpus 466
Eumenes reges 414
Euemerus 467
Eugenij 466. 583
Eugenia 465. 481
Eulalia 466
Euſtorgius 466
Eutyches abbas 467
Eunomij 466
Euphronius poëta 467
Euphranor pictor ibidem
Emanuel 38. 366
Euphroſyna 456. 469
Euthymis pugil. 467
Eutyches hæreticus ibidem
Eutyches poëta ibidem
Eutichiani ibidem
Eutidemus 468
Euphemia 416
Eupompus pictor 467
Euodianus ibidem
Eutropij 467. 468
Eupolis Comicus ibid.
Eupolis Niciæ ibidem
Euphorbus 467
Euripides 468
Euſtathij ibidem
Euriſtheus 1024
Eurydice 1032
Eurimedon 1013
Euſebia 416
Euſebij 469
Euſtochius ſophiſta ibidem
Euſtephius 469
Euphemia uirgo ibid.
Euphroſyna uirgo ibidem
Exuperantius 469. 576

F

FABIORVM familia. 470. & 471
C.Fabritius 471
Familia oculis medens 758
Fauilla 26
Faucula Cluuia 419
Fauſta 416
Fauſti 471
Fauſtus Syllæ F. 1187
Fauſtini 418. 472
Fauſtinæ 416. 472
Faunus 1013
Fauorinus 472
Feneſtella 472
Feſtus Rufus 574
Felices 326. 472
Felicianus 472
Felicitates 472. 582
Ferdinandi 29. 31. 33
Firmini duo 48
Fl.Fimbria 472
Flaminij 472. 473
Flacci 473
Flauia gens 50. 473. 474
Flauiani mar. 474
Floræ duæ mar. ibid.
Flora meretrix ibi. & 1011.
Florus martyr. 474
Floridus 474
Florentij ibidem
Floronia 532
Florentinus Iuriſc. 614
Fonteius 474
Fonteia ibidem
Fortunati 462. 474
Fortunatiani ibidem
Franciſcus eiusq; ordo 630. alij 44. 66. 670
Franciſcus petrarcha 638
Franciſcus Gonzaga 66
Fraticellorum ſecta 669
Frederici 36. 68. 194
Friola 26
Froila 28
Frontones 475
Fuluij ibidem
Fuluia 475
Fulgentij ibidem
Furij 50. 89
Fulco 328

G

GABINII 476
Gabini 476. 1182
Galla ibidem
Galli ibidem
Gallio 585
Galbarum familia 476
Galatea nympha 1016
Galenus 476
Gargilius mar. 515
Garſias 28. 32. 36
Ganymedes 476
Gaudentij ibid.
Geganij 1184
Gellij 477
Gello 60
Gemini ibidem
Geminiani 477
Gennadij ibid.
Geneſius martyr. 477
Genoueſa 44
Gentius rex 1184
Georgius 248. 455. 477. 651
Georgiani 331. 341
Gerardi quatuor 49.128.477
Germani tres 23. 53. 477
Geruaſius 614
Getulius martyr 582
Giges rex Lydiæ 477. 508
Giges ex Titanis 1007
Gildo 707
Giraldus 477
Gildardus ibidem
Glauci plures 478
Glaucon ibid.
Glaucus 1024. 1028
Glycerium meretrix 478
Gloſnida 53
Gnæus 478
Gneſactus 358
Godericus 49
Gordianus 478
Gorgias 480. 1036
Gorgophon 1024
Gotardus 478
Gracchorū familia ibi.et 479
T.Ghracchus 1184
Gratianus 663
Gregorij 73. 479. 480
Grimoaldus 54
Gorgones 1007
Gorgonius 456
Gorgoris 20
Gotifredus 328. 723
Gotfridus 57
Guarinus 622
Guido Luſignanus 328
Guilielmi 60. 75. 85
Guiſcardi 60
Guntianus 53
Gundebaldus 52
Gundamidus 25
Gundiſaluus 28. 35

H

HABIS 20
Hannones 388
Hanno Cartha. 769
Harpalus 457
Harpalice 1011
Harpyiæ 1016
Harpocrates 877
Hecate 1008
Hecateus hiſto. 457
Hector 458
Hecuba 1029
Hellanicus 458
Helle 1029
Helena 72. 104. 158. 458. 1022
Helerna 458
Helcheſaitæ ibidem
Heliæ duo 619. 630
Henrici 24. 31. 59. 61. 76
Heraclides tres 461. 462
Heracliti 462
Heracleon ibidem
Heracleas ibid.
Heracleus 711
Herdoneus 1182
Heringius 25
Hermagoræ 462
Hermanes 348
Hermaphroditus 1018
Hercules tres 383. 1017
Hermogenes 462
Hermogildus 54
Hermetes 463
Hermocrates duo 462
Hermeas dux 463
Hermione 1021
Hermippus 463
Hermodori 463
Herodotus ibidem
Hermolai 464
Hermogenianus Iuriſc. 614
Herodiani 464
Herodes Atticus ibid.
Herodum proſapia 326
Herſilia Romuli 465
Herophila ſybilla 464
Henricus 24. 31. 33. 34. 76. 718
Heron orator 464
Heſiodus 465
Heſione 1029
Heſychius 465
Heſperides 1011
Heſperidum horti 354

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Heſperus ibidem
Hyas 1011
Hetruſci 1182
Hyacinthi 481. 1019
Hydra 1007
Hierones 482
Hieronymi 151. 482
Hyginus 487
Hilarij 487. 41
Hilarion 618
Hipparchi 489
Hypartia ibidem
Hippaſus philoſophus ibid.
Hypenus athleta 490
Hyperides orator ibidem
Hyperechius ibidem
Hyperion 1006. 1008. 1010
Hippiæ tres 490
Hircanus 325
Hippocrates ibidem
Hippolochus 1023. 1028
Hippomanes 1015. 1022
Hipponicus ibidem
Hippomachus ibidem
Hippodamus ibidem
Hippodamiæ tres 1021
Hippolyti 491. 1014
Hippodromus ibidem
Hippodorus ibidem
Hipponax ibidem
Hypſipyle 1028
Hipſeus 1032
Hypſicratea 522
Homar 346
Homeri duo 530
Honoratus 41
Horatius poëta 523
Horatiorum proſa 532
Hor abbas 620
Hortalus nepos 535
Hortenſij 534. 535
Horteſius ibidem
Hortenſia 535
Hoſtilij ibidem
Hoſtus Hoſtilius 572
Humiliati 627

I

IACCHVS 1017
Iacobitæ 330
Iacobi 31. 36
Iabolenus Iuriſc. 614
Iamblicus philoſ. 481
Ianus 371. 481
Ianuarius 481
Iapetus 1006. 1008
Iarchas 399. 481
Iaſij duo 1029
Iaſon 1027
Ibycus hiſtoricus 481
Iberi 341
C.Icilius 481
Icari duo 1022. 1024
Ictus palæſtrita 481
Idanthyrſus rex ibid.
Ideus Aetoliæ rex ibidem
Idmon uates ibidem
Idomeneus rex 482. 1024
Ildebaldus 24
Ildefonſus 25
Ildericus 46
Inguldis 54
Ieſus 482
Ignatius 486
Ilas 280
Ilus 1029
Indibilis 511
Ino 1025. 1029
Ioachimus abbas 663
Ioanna puella 64
Io 84. 1031
Ioannes plures 33. 38. 63. 487. 488. 725
Ioannes Scothi duo 632. 657
Iob 487
Iolaus 1024
Ioſephi 489
Ioſue 371
Iouinianus 489
Iphianaſſa 1030
Iphis 276
Iphiclus 491. 1024
Iphicleus ibidem
Iphigeniæ II 491. 1030
Irene pictrix 491
Ireneus ibidem
Iris 1007
Irus 491
Iſandrus 1028
Iſeus 491
Iſis 358. 492. 1011. 1189
Iſidori 25. 492
Iſmenias 492
Iſocrates tres 491. 492
Iubæ reges 350
Iudæ 325. 493
Iugurtha 333. 516
Iulij 51. 431. 493. 494
Iuliæ impudicæ 416. 494
Iuliæ pudicæ ibid.
Iuliæ uirgines 494
Iulianus Antonius 442
Iulius maternus 759
Iuliani 442. 494
Iuliana 495
Iunij 493
Iuno 1012
Iuppiter 271. 1016
Iuriſcõſultorũ nomina x x x. 614
Iuſti 495
Iuſtini 495. 583. 710
Iuſtinæ 495 martyres ibi.
Iuturna 1023
Iuuencus 495
Iuuenalis poëta ibidem
Iuuenalis Epiſcopus Narnien. ibidem
Ixion 1021

L

LABDACVS 1026
Laberius eques 496
Laberius poëta 568
Labeo Antiſtius 496. 614
Labienus dux 175. 495
T.Labienus hiſt. 495
Lacedæmon 274. 1022
Lacydes Cyreneus 496
Lactantius 497
Lais Corinthia 545
Laertes 1031
Laius 261. 1026
Lamiarum familia 496
Lamia meretrix 384
Lamiæ 400. 496
Lampridius 497
Lanati 499
Lanfrancus 48
Laodamia 1028
Laomedon 1029
Laodice 1030
Laodocus citharœdus 528
Lares 1018
Laſus 496
Latinus 629. 1013
Latona 1010
Latro Portius 496
Lauinia 1013
Laurea Tullius 608
Læliæ eloquentes 440
Læti 440. 499
Lænates ibid.
Ludouicus patriarcha Aquileien. 674
Leander & Ero 499
Leander Epiſcopus ſpalen.ibi.
Learchus 1029
C.Lælius 499
M.Lælius Strabo 780
Lemnius 499
Lenates & lenati ibid.
Lentulorum familia 498
Lenæus Põpeij libertus 499
Lenogildus 25
Leodegarius 55
Leodamas 263
Leones 497
Leonidæ ibid.
Leonardus 497
Leopoldus 730
Lepidi 499
Lepida 416
Leontij martyres 498
Leontiũ meretrix 498. 499
Leucothoë 1029
Liuia Auguſti 416
Libanius ſophiſta 499
Liberatus martyr ibid.
Liber 1017
Lycas 1021
Lycon 502
Liciniorum familia 500
Liciniæ eloquentes 440
Licinius Murena 791
Lycurgi tres 502. 1023
Lycurgus rex 501. 1023
Lycaon 502. 1012
Lycophron ibid.
Ligarius 500
Lygus 1010
Lynceus 1025
Linus 502
Lyſ ander Laced. 502
Lyſias orator 503
Lyſippus ſculptor ibidem
Lyſippus poëta 503
Lyſiſtratus ibidem
Lyſimachi tres 406. 503
Liuia gens 500
Liuius Andro. poëta 501
Liuius hiſtoricus ibid.
Lolliorum gens 504
M.Lollius ibidem
Lollia Paulina 504
Lollianus ſophiſta ibid.
Longini 504. 687
Lotharius 59. 61
Lucas 506. 583
Lucretij 504
Lucretiæ duæ 504. 573
Luculli 504
Lucilius Balbus ibid.& 340
Lucilius poëta 505
Lucillus ibidem
Luciæ 505
Lucillæ ibid.
Lucina uirgo 506. 651
Luciani 506
Lucij ibidem
Lucifer ibid.
Lucanus 585
Ludouici 30. 57. 60. 62
Luiba 25
Lucius 71
Lucumones 46
Luctatij 428
Lupi duo 687
L.Luſcius 506

M

MACAREVS 1027
Machaon 1019
Macarij duo 619
Macedonius hæreticus 507
Macer poëta ibidem
Macriani ibidem
Macrinus 693
Macrina uirgo 621
Magij quatuor 507
Magi tres ibidem
Magnes comicus 508
Magnus puer ibidem
Magones 508
Magni 508. 60. 104
Maiolus 625
Malchion 508
Malchus, Mamurræ ibidem
Mamerci ibidem
Manes hæreſiarcha 509
Manliorum fob. 509. 510
Manlij 511
Mandonius ibidem

Mane

Manethus ibidem
Manius 511 Mars 1020
Marciorū proge. 511. 512
Marciæ plures 512
Marcellorum pro. ibidem
Marcellinus E.An. ibidem
Marcellinus E.Ebr. ibidem
Marcellus Iuriſconſ. 614
Marcellus medicus 748
Machutus 513
Maturinus ibidem
Marij plures 513. 514
Marini 515
Marci 514
Mardonius perſa 515
Marcio hæreticus 514
Marſyæ 515
Martia Furuilla 416
Mares monſtrum 511
Martianus iuriſcon. 614
Martiani 514
Martiana uirgo ibid.
Mariamme 326
Martiales 514
Martina 416
Martini 514. 37
Mariæ 32. 33
Marina uirgo 515
Maronitæ 330
Margaritæ 515. 85
Maximi 515
Maximiani 516
Maximini ibidem
Maximæ 50. martyres 516
Marij 313. 514
Marulli tres 516
Maſinīſſa rex 353. 516
Maſarius Sabinus 516
Matuta 1029
Matthæus ibidem
Mahumetes 85. 327. 346
Mauricius 516
Maurus 42
Mecœnas 516
Mechophanes ibidem
Medardus 477. 539
Medea 1027
Meduſa 1015
Medus 1014
Megabizus 516
Melanthi tres 516
Mela 585
Melianus 517
Sp. Melius 516
Melinus 517
Melito ibidem
Meliti tres ibidem
Meletius ibidem
Meleager 1020
Melanthius 524
Meleus pelaſgus 517
Meliſsi duo ibidem
Meliſandrus ibidem
Melchiſedeh ibidem
Melampus 1028
Melicerta 1029
Memius 517
Memphis ſeruus 358
Menandri 517
Menalippus 1021
Menalippides 518
Menas 358
Menecrates duo 518
Menedemi ibidem
Menechmi ibidem
Meneſthei 1008
C.Menius 518
Menenij agrippæ 1183
Menius E.catalau. 518
Menippi 400. 518
Menelaus poëta 519
Menœcius ibidem
Mentor ſyracu. 769
Mercurij tres 1018
Meroueus 52
Merlinus 72
Meſcezeles 707
Merulæ 440
Meſomedes poëta 519
Meſon aſtrologus ibid.
Meſſalæ 250
Meſſalina 416
Meſſalianorum ſecta 521
Metellorū familia 519. 520
Metij tres 521
Metrodori tres 520
Methodius præſul 216. 521
Meuius poëta ibidem
Mycon pictor 523
Mida 522
Minerua 1018
Milones duo 523
Miltiades quatuor 523
Mymnermus poëta 523
Miniates 523
Minitianus 523
Minicij 521
Mineruæ plures 1018
Minutiorū familia 521. 522
Minetides ibidem
Minutia ueſtalis 522
Minos 1023
Minotaurus 1024
Myron ſtatuarius 523
Miris 357. 358. 359
Myrtilus 1018
Myrmecides 523
Myrthinus poëta ibid.
Mithæcus 523
Mithridates 337. 522
Mnaſeas rhetor 523
Mneſimachus 523
Mneſtheus 1014
Modeſtus ibidem
Morychus 524
Modeſtinus Iuriſ. 614
Iu. Modeſtus 493
Montani duo 523
Mopſi tres 523
Monothelitæ 524
Morichus poëta eodem
Moſcus gram. 523
Morſimus tragicus 524. 563
Moſes 372. 524. 619
Moſes quinq; 524
Mumius 524
Munatius 521. 524
L. Munatius Plancus 549
Mundus dux 24
Muſanus 524
Muregactus 27
Muſactus 125
Muſci 524
Muſonij 525
Mutiorum proſapia 525
Mutius monachus 620
Mutiæ eloquentes 440

N

NABIS 1187
Nabocodroſorus rex 525
Nabocodroſorus ſecūdus 332 334
Nannacus rex 525
Narſes 338. 525
Narſetes 52
Narciſſus E.Hieroſolymitanus 526
Narciſſus puer 1031
Narciſſus diſcipulus 583
Nauſithous 1016
Nauatus hæreſiarcha 526
Nauplius 1014
Naſicæ 579
Nauſicaa 1016
Nearchus 383
Nemeſius 383
Neemias Iudæus 527
Neleus 1015
Neocles 526
Nepos 526
Neptunus 1014
Neratius Iuriſconſ. 614
Nereides 1007
Nero 401
Neſtor Nelei 1015
Neſtores alij 526. 527
Neſtorius 527
Neſſus 1021
Neuius poëta 526
Nileus 359
Nicandri 527
Nicanor 527
Nicætius 46
Nicetes ſophiſta 527
Niciæ I I I I 457. 301. 527
Nicocles I I I 404
Nicophanes pictor 528
Nicodorus pugil ibid.
Nicoſtrati plures ibidem
Nicochares Com. ibidem
Nicolai plures 198. 344. 528
Nicomachi Sex 529
Nycteus leſbi rex 1016
Nyctimene 1016
P.Nigidius 529
Niger peſcennius 529
Nymphis hiſt. 529
Ninus 332. 371
Nympha 605
Niſus rex 1023
Nonnus poëta 529
Gn.Norbanus 529
Nouatus 568
Nouellius Tricōgius 379. 529
Numius orator 529
Numa Pōpilius 572

O

OCHVS 336
Ocnus 591. 1031. 1042
Occota 1189
Octauij 72. 51. 432. 530. 1685
Odenatus 530
Odoacer 23
Ogdous 358
Octauia 416
Oebalus 273. 1022
Oeneus 1020
Oenomaus ibidem
Oedipus 262. 1026
Oenopides Aſtro. 530
Ogyges rex eodem
Oiclus 1028
Olympij 530
Olympias 383
Oneſicritus hiſt. 531
Oneſimus rhetor eodem
Onias 325
Onoſandrus Plato ibidem
Opheltes 1028
Cn.Oppius trib.pleb. 531
C.Oppius 522. 531
Q.Oppius 522
Oppia et floronia ueſtales 532
L.Opimius Cos. 532
Aur.Opilius gram. ibidem
Oppianus poëta ibid.
Opiter ibidem
Optatus ibidem
Orbilius gram. 533
Oreſtes tres 274. 1030
Ordonius 27. 28
Oribaſius 533 Origenes ibi.
Orion 1023
Ormiſdas 338
Orodes 337
Orphei duo 534. 1032
Opheltes ſeu Archemorus 1028
Optatus 532
Otus & Ephialtes 1011
Othriades 535
Oxidrachi 399

P

PACVVIVS 535
Pacianus 18
Pacatus gram. 535
Pacorus 337
Palæmon Vicent. 536
Palæmon marinus 1029

Palamedes 536. 1014
Palamedes gram. 536
Palæphatus 536
Pallas 1012
Palladius ſophiſta 395
Palladius 539
Pamphila ibidem
Pamphili plures 537
Pamprepius poëta 536
Panætij duo 536
Pancratius 536
Pancrates duo gram. ibid.
Pandora 1008
Pandolphus capite ferreus 1187
Paneus pictor 538
Panolbus poëta 536
Pantaleon 537
Pantherus 536
Panthaura lapis 399
Pandion rex 267. 1019
Paphnutius 410
Papyriorum familia 537
Papiæ 338
Papinius ibidem
Papinianus 538. 614
Pappus philo. 538
Parraſius pictor ibid.
Parthaon 1020
Paris Troianus 538
Parmenides ibidem
Parmenio ibidem
Parthenij tres 539
Partenopeius 1020
Paſiphae 1010. 1024
Patroclus 44. 1026
Patritius 70. 537
Patroclus præſul 44
Paulus iuriſconſ. 614
Pauli & Paulini 539. 540
Paulæ 540
Paulinæ 540
Pauſaniæ tres ibidem
Pauſias pictor 541
Pauſon ibidem
Pegaſus 1015
Pelagius 26
Peleus 1026
Pelyas 1015. 1027
Pelops 285. 1029
Pelopidas 544. 1029
Penelope 544. 1022
Pentheus 767
Perpetua 472
Perpenna 541
Peregrinus ibidem
Perſeus Iouis Filius 308. 395. 541. 1024
Perſei tres 541. 1024
Perdica 383. 542
Perſij duo 541
Pericles 267. 542. 1033
Perillus 544
Perilla ibidem
Periander 543. 867
Periclimenes uide Neſtor 1015
Perintus 1186
Perithous 1021
Pero 1015
N.Perotus 651
Petrus Chryſologus 544
Petri 33. 38. 628. 640. 661. 663. 673. 725
Petrei 543
Petronij 543
Petronilla 544
Petronia 416
Petus 1911
Pœtelij 544
Philippi 62. 63
Philippus Archidux 35
Phlegias 1021
Picus 1013
Pittaci duo 547. 867
Pygmalion 331. 1025
Pigres 545
Pilumnus 1023
Pinarij 435
Pindarus poëta 545
Pindarus tyran. ibidem
Pinytus gram. ibidem
Pipinus 55. 56
Piſandri tres 545
Piſeus ibidem
Piſonum genus ibidem
Pyrrho philoſ. 546
Pyrrhus Achillis ibidem & 1027
Pyrrhus rex 547
Pyſiſtrati tres 547. 1015
Pyreicus pictor 547
Pyrgoteles 548
Pythagoras ibidem
Pytheas orator ibidem
Pythis pictor ibidem
Pythodoris 548
Placidiæ 22. 416. 707
Plato philoſoph. 548
Plato poëta 549
Plautus ibidem
C.Plotius ibidem
Plancus ibidem
Plocius 550. 611
C.Plautius 538
M.Plautius 550
T.Plautius Syluanus 550
Plinij duo 550
Plotius 550
Plotinus ibidem
Plotina 416
Pluto 1013
Plutarchi 462. 551
Polybius 551
Polycarpus 551
Polycrates duo 551
Polycletus ſtat. ibidem
Polynices 1026
Polyſtratus 551
Polyphemus 1015
Polyænus 551
Polyeuctus ibidem
Polyzelus ibidem
Polydamas Pancratiaſtes ibi.
Polydamas Troianus 552
Polydorus ibidem
Polymeſtor ibidem
Polyſthenes 1030
Polyxenus 272
Polyxena 1027
Polygnoſtus 552
Pollux 552. 1022
Polus ſophiſta 552
Pollio ibidem
Pompeij ibid. & ſeq.
Pomponij 554. 555
Pomponius Iuriſc. 714
Pompeia 416
Polemones tres 554
Polemon rex 523
Popilij 554
Pompilij 555. 614
Numa Pompilius ibid.
Poſidonij 555
Poſidippus ibidem
Pontianus 1191
Poſthumij 555. 434
Poſthumia ueſtalis 555
Porphyrius philoſophus 550
Porus rex 348. 382. 1188
Porſena 1183
Pontij 556
Potitij 435
Potamon rhetor 556
Præſto Ioannes 363
Praxeas hæreſiar. 556
Praxiteles ſtatua. ibid.
Praxedis 568
Praxila mulier po. 557
Priamus rex 1029
Primitiuus 583
Priſci tres 557
Priſca uirgo ibidem
Priſcilla & Aquila ibidem
Priſcianus ibid.
Proæreſius ſophi. ibid.
Proæreſius 557
Probus 557
Prœtus rex 560
Procli quatuor 558
Procuſtes 1014
Proculus 481. 700
Prometheus 1008
Prodicus Com. 558. 1036
Procopius ſophi. 558
Procopius tyran. 706
Procilius gram. 559
Procris 1028
Proculus 700
Protogenes pictor 559
Proſper aquitanus ibidem
Proſerpina 1013
Phœnix 1025
Protagoras 559
Protagoræ alij 560
Propertius 560
Proteus 356. 359. 560
Progne 1019
Protaſius S. 614
Prudentius poëta 560. 1003
Ptolemæi reges 292. 350. 360. 560
Ptolemæi reliqui 560
Pharnaces 295. 522
Phalaris 561
Phaon 561
Pharo 46
Phædra 1024
Phaeton 1010
Pharamundus 51
Phædrus Elien. 560
Phedimus poëta 561
Phæmonoe uirgo ibid.
Pherecydes tres ibid.
Pherecrates ibidem
Philetas 563
Philetærus eunuch. 414
Philiberti 41
Philochorus 562
Philones quatuor 561. 562
Philo academicus 562
Philo architectus ibidem & 855
Philolaus Corinth. 562
Philoſtrati tres ibidem
Philamus poëta ibidem
Philetæras com. ibid.
Philemon poëta ibidem
Philocles Tragicus 563
Philoxeni tres ibidem
Philomena 1019
Phidias 563
Philopœmenes ibidem
Philiſtij tres 564
Philiſtion 564
Phillis 1023
Philippi plures 35. 45. 62. 564. 565. 566. 567. 1185
Phileus Epiſcopus 567
Phileas 567
Philiſthenes 1025
Philippides 567
Phineus 1011
Phyrne meretrix 567
Phyrnis citharœdus 568
Phynici plures 568
Phlegias 1021
Phocylides 567
Phormus 567
Phormiones tres ibid.
Phorcinodes ibidem
Photini ibidem
Phoroneus 276. 1031
Phorcus 1015
Phorbas 276
Phraates 337
Phraotes rex 567
Phryxus & Helle 1029
Priamus 1029
Phrigandis 53

Procris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Procris ibidem
Pſamniticus 359. 357
Pudentiana 568
Publius & Laberius 568
Pudens 568
C.Publius Pudens 568

Q

QVADRAGINTA martyres 568
Quadratus 568
L.Quietus 687
Quintiorum proſap. 568
Quintius poëta 569
Quintiliani duo ibid.
Quintilij 89. 570. 699
Quirini 570
Quintij 568. 569

R

RABANVS 570
Rabirius ibid.
Radagaſus rex 22
Rhadamanthus 1023. 1024
Rainaldi tres 570. alius, 725
Raimundi 38
Ramirus 27. 28. 36. 38
Rainerij 85
Recaredus 25
Recenſuindus 25
Reguli 50. 571
Remigij duo 571
Reparata uirgo 571
Rhea 1006. 1008
Richardi 346. 622. 625 & 663. 672
Roberti 60. 61
S.Rochus 41
Rhoderici 23. 26
Rodolphi 60
Rhodope ſcortum 359
Rodo 571
Rollo 60
Romuli 135. 571
Romani 573
Roſcij ibidem
Rotaris rex 81
Rhoxane 383
Ruffi 573. 574
Ruffini quatuor 574
Ruffina & Secunda ibid.
Ruffinus Iuriſcon. 614
Rullus 574
Ruſticus 454
Rutillij 575
Rulli 574
C.Ruſcius 588

S

SABINI plures 575
Sabaudiæ duces 40. 41
Sabinæ 576
Sabas 576. 707
Sabellus hæreticus ibid.
Sabellorum genus 668
Salcius baſſus 418
Saluſtius Criſpus 576
Salmoneus 1028
Saluius 48
Sampſon 576
Saniones ibid.
Sanctius 26. 28. 32. 38
Sapores 338
Sappho Lyrica 545
Sappho meretrix 576
Saraceni facinus 32
Sardanapalus 594
Sarpedones 312. 594
Satrius Rufus 219
Saturnus 1007. 1008. 1012
Sarturnini 593. 594. 700
Sauini 576
Scauri 576. 577
Scaurus 577
Sceuola Iuriſcon. 614
Scipiones 577. 1191
Scylax mathemat. 579
Scillis urinator 580
Scillæ duæ 580. 1015. 1023
M.Scæua Centurio 580
Scopelianus ſoph. 580
Scyron 1014
Scribonius ibidem
Scropha Tremelius ibidem
Sebaſtianus 652
Segericus 23
Seleuci reges 317. 318
Semiramis 580
Semele 1032
C.Septimuleius 580
Secundi ibid.
Sempronij 581
Senecæ duo 584
Septem fratres 582
Septem dormientes ibidem
Septuaginta duo diſcipuli ibidem
Septuaginta duo interpretes 584
Sergius monachus 346
Seruiliorum proſapia 58
Seruius Tullus 572
Seruilius Vacia 611
Sp.Seruilius Cos. 1077
Q.Sertorius 582
Serenus 582
Serapiones plu. 582
Seſoſtris rex 358
Seuera 416
Seueri 285
Seuerini 285
Sextus philoſ. ibidem
L.Sextius 286
M.Sextilius ibidem
Sextilia ibidem
Sibyllæ 464
Sidonius Gallus 586
Sigiſmundus 52
Sigiſbertus 53. 54
Silani 586
Silenus 1017
Sileus 1187
Syluani 586. 704
Syluerius præſul. 45
Syloſon tyran. 284. 588
Silius Italicus 586
Symphoroſa 582
Simones 587
Simonides quatuor 587
Symmachus 420
Symmachi tres 588
Simmias philoſophus ibid.
Syneſius philoſophus Chriſtianus 588
Syphax 353
Sirenes 1031
Syrianus 588
L.Siſenna ibid.
Siſenandus 25
Siſebathus 25
Simandus 358
Syſiphus 1028
Sitalces rex 246
Smaragdus 434
Socrates tres 590
Socion 591
Sol 1010
Solymanus Turca 327
Solon 588. 866
Sophocles 589
Sopater ibid.
Sophia 590
Sophilus 589
Sophron ibid.
Sophronius 590
Sophronia 590
Sophia martyr. ibid.
Sophonyſba 353
Soranus 588
Soſibius gram. 588
Soſitheus poëta ibid.
Soſipatra ibidem
Sozomeni 591
Soſtrati quatuor 589. 590
Sotades 437. 590
Sotericus 590
Soteridas muſicus ibidem
Spartacus 591
Speuſippus ibidem
Spintharus architectus 591. 855
Spurinæ tres 591
Stacteus 583
Staſeas Neapolitanus philoſophus 591
Stephani 661. 675
Steſichorus 545. 591
Steſimbrotus 459. 591
Steneleus 1024
Stilico 707
Stilpon philo. 586. 591
Stratones 591
Suilla 592
Suidas 592
Suitilla 25
Sulla qui & Sylla 592
Suetonij tres 350. 593
Sulpitij 592. 593
Sulpitius Iuriſcon. 614
Sulpitia 593
Suſanna 476

T

TABERIVS Eros 594
Tacitus 595
Tages aruſpex 595
Taxiles rex 382
Thais Athenienſis 383
Thais meretrix 599
Thales Mileſius 594. 867
Thales poëta ibidem
Talus ibid.
Thamyras poëta 595
Tamberlanes 339. 1189
Talao 125
Talbotus 44. 77
Talaſſius 571
Tanaquil 572
Tantalus 1029
Taxillo 57
Tarpeia uirgo 571
Tarquin. Collatinus 573
Tarquinius priſcus 572
Tarquin. ſuperbus 573
Taurus philoſ. 595
Taurea Iubellius ibid.
Theagenes IIII 595
Theano 596. 1032
Theano pythagorea 596
Theano uates ibidem
Tecla ibid.
Thearco rex ibidem
Teias rex 24
Telephi 596. 1017. 1018
Teladeus 598
Telamon 1026
Tellen 596
Tellus 588
Telephanes rex 596
Teles 1019
Tenda 25
Thais 383
Themiſtius 599
Themiſtogenes ibidem
Themiſtocles ibidem
Themiſon 599
Themis 599. 1007
Telemachus 1031
Telegonus ibidem
Theognetus comicus 596
Theogenes duo ibidem
Theodectes duo 596
Theodoſius poëta ibid.
Theoduli ibidem
Theodoricus 23. 24. 52. 55. 54
Theocriti 596
Theophanes hiſt. 599
Theophili 597
Theones 597
Theotimus ibidem
Theodotion & aquila 597
Theopompi ibidem
Theophraſtus 597. 874
Theodoti 598

Theodegoſilus 25
Theodeberthus 25. 54
Theodobaldus 52
Theodori 23. 598
Theodorus Gaza 642
Theodora 599
Thethys 1007
Thetis 1026
Terpandrus lyricus 599
Theramenes 600
Terentius Iuriſ. 614
Terentij 600. 601
Terentia 601. 607
Terentianus 473
Theſſandrus 1026
Tertullianus 600
Theſeus 267. 1014
Theſpetion gymno. 401
Teuca regina 226. 1184
Theſpis Tragicus 601
Theſpis Theſpiadarum pater ibidem
Tetrici pater & fil. ibid.
Teucri tres 292. 600. 1026
Tibullus poëta 601
Tyberius ibidem
Ticinius pictor 606
Thyeſtes 1030
Timagenes duo 601
Timæi duo 602
Timagoras legatus 603
Timanthes pictor 602
Timomachus 603
Timon Athen. 602
Timon apoloniates 602
Timoleon dux Corinthiorum 602
Timolaus philoſ. 603
Timocles Comic. 603
Timoſthenes 284. 601
Thydeus 1021
Timothei quatuor 603
Tinca orator 45
Tyndarus 273. 1022
Tyrannion 407. 604
Tyreſias 29. 1031
Tiridates 338
Tullius 608. Tyro 1028
Titi 604
Tyri ibidem
Tirteus 604
Titius orator 603
Titianus orator ibid.
Titianus hæreticus 604
Tityus 1012
Titani 1010
Titonus 1029
Titornus fortis 604
Titus 401
Tlipolemus 604
Theodora 456
Thoas 1017. 1028
Thomæ ſex 634
Totila 605. 628
Torquatus 444
Trachalus orator 604
Traianus hiſtori. 604
Trapezontius 641
Traſimachus ſophi. 604
Thraſibulus 604. 1188
Trebatius Iuriſc. 614
C. Trebatius 605
C. Trebonius ibid.
Tryphonius Iuriſc. 614
Tryphones I I I I 605
Triphonia ibidem
Tryphiodorus 527. 605
Tritanus 605
Trebellius ibidem
Trous 1029
Tuccius 608
Thucydides I I 605. 606
A. Tullius 606
Tullus hoſtilius 535. 572
Tulliorum genus 606
M. Tullij Ciceronis familia 607
Tullia 573
Tulliola 608
Turianus plaſtes 608
Turiſmundus 23. 24
Turnus rex 1023
Turpilius comicus ibidem
Turcius Apronianus 608
M. Turbo 687
Turpinus 57
Tubalis Arameus 20
Tulgas rex 25

V

VACIA 611
Vacchores 358
Vatienus montanus 523
Valeriorum proſapia 609 610. 1191
Valerius fla. poëta ibidem
Valeriæ marty. 610. 614
Valeria obſes 1183
Valerianus 610
Valdenſes ibidem
Vallias 23
Vandius 1188
Vannius ibidem
Vargunteius 611
Varrones 610
Varij & Vari. 611
Varinus 611
Vatinius ibidem
Vectiges 23
Vegetius Renatus 611
Velius longus 612
Venus 1018
Venerij duo 610
Venuleius Iuriſc. 614
Veremundi 27. 28. 29
Verina 416
Verres 612
Vergilius 613
Verrij tres 612
Aelius Verinus 534
Verus 691
Veſores rex 343. 1189
Vectij tres 612
Veturij 538. 612
Veturia 612
Vgones 61. 614. 622
Vgo præfectus 722
Vgutius tyrannus 132
Vibius Vitrius 612
Victor E. Carteiæ ibidem
Victor apher et martyr ibi.
Victorini tyranni ibid.
Victoria auguſta 613
Videſuindus rex 25
Vigilantius ibidem
Vigilij I I martyr. 613
Vicentij 613
Vinatius declamator 613
Vindicius ſeruus ibidem
Virbius 1014
Virgilius 613
Virginia 613
Virginij 574. 613
Viriatus dux 21. 614
Vitiza 25
Vitelij 420
Vitus 651
Vitalis 380. 614
Vitellicus Patriarcha 674
Vlpianus 614
Vlyſsis genus 1030
Volcatij tres 614
Vologeſus 338
Voltacilius 615
Volumnij 615
Vphis 770
Vrſicinus martyr. 615
Vrbanus 583
Vrſus miles 708
Vrſinorum familia 666
Vulcanus 1019

X

XANTHVS hiſtoric. 615
Xantippus ibidem
Xanthus poëta ibid.
Xenophontes 615
Xenophanes duo ibi.
Xenocrates I I 615. 616
Xenophilus muſicus 616
Xenarchi duo ibidem
Xerxes reges 335
Xerxes pictor 616
Xuthus 308

Z

ZALEVCVS 616
Zamolſis thrax 242. 616
Zathalias Babyl. 616
Zenones quatuor ibidem
Zeliorbus rex 338
Zenon 756
Zenodoti quatuor 616. 617
Zenobij 132. 617
Zenobia regina ibidem
Zetus & Calais 1011
Zeuſis pictor 617
Zoe martyr 528
Zoilus homerom. 618
Xonaras hiſtoric. 617
Zopyri 617
Zoroaſtes rex ibidem
Zorobabel 618
Zozimas 620
Zoximi 617

DOCTRINA ET eruditione clari uiri recentiores aliquot, quorum nulla fit mentio in ſuperiore catalogo.

GRAMMATICI

Andreas Fiocus 640
Adronicus Theſſalonicenſis 642
Angelus Politianus 643
Argyropolus 642
Baptiſta Veronenſis 640
Carolus Aretinus 640
Chriſtophorus Landinus 644
Chalcidius 643
Domitius Calderinus ibid.
Emanuël Chryſoloras 639
Gaſparinus Bergomas 640
Gregorius Tifernas ibidem
Ioan. Rauennas 639
Ioannes Aretinus 640
Ioannes Manectus ibi.
Ioannes Venetus 642
Ioannes Andreas 643
Laurentius Valla 641
Marius Philelphus ibidem
Nicolaus Perottus 642
Omnebanus Vicent. 640
Pomponius Lætus 643
Sophianus 642
Varinus Veronenſis 639
Victorinus Fertinus ibidem

POETAE

Barlaam Calaber 639
Colutius Pierius ibid.
Dantes Alegherius 638
Franciſ. Petrarcha ibi.
Franciſcus Philel. 641
Ioan. Bocatius 639
Ioan. Vngaretus 639
Mapheus Veggius 640
Porcellius 643

ORATORES

Anto. Panormita. 640
Donatus Acciaiol. 644
Franciſcus Barbarus 640
Hermolaus Barbarus 643
Leonardus Aretinus 639
Leonardi Iuſtiniani duo 240
Lilius Tifernas 640
Patritius Senenſis ibidem
Poggius ibidem
Petrus Candidus ibid.
Ioannes Aurispa ibid.
Ioan. Campanus 643

PHILOSOPHI

Beſſario Cardinalis 641
Georgius Gemiſto ibidem

Georg

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Georgius Trapezontius ibi.
Ioannes Picus 644
Marſilius Ficinus ibidem
Io.Baptiſta Volaterranus 640
Theodorus Gaza 642

HISTORIOGRAPHI

Blondus Foroiulienſis 640
Bartholomæus Platina 644
Georgius Merula 649
Ioan.Simoneta 641
Leonardus Aretinus 639
Math.Palmerius 644
Petrus Paulus Vergerius 640
Riccobaldus 548

MATHEMATICI

Andalus Genuenſis 644
Gerardus Cremonenſis ibi.
Georgius Burbachius ibid.
Guido Bonatus ibidem
Io.de Sacrobuſto ibid.
Io.de Monteregio ibi.
Laurentius Miniaten. ibid.
Petrus de Haliaco ibid.
Guido Aretinus ibid.
Ioan.Campanus ibid.
Paulus Florentin. ibid.

PICTORES, SCVLPTORES

Antonius Pallaius 645
Andreas Cremonenſis ibid.
Andreas Mantenga ibidem
Archangelus Florentinus ibi.
Chriſtoforus Mantuanus ibi.
Donatellus Floren. ibidem
Gobus Mediolanenſis ibid.
Hercules Ferrarien. ibid.
Iacobus Bononienſis ibid.
Ioannes Bellinus ibid.
Leonardus Vincius ibid.
Lyſippus Iunior ibid.
Melatius Foroliuienſis ibi.

MEDICI

Albatenius 646
Almanſar ibidem
Auincenna ibidem
Auerrois ibid.
Apollinaris Cremonenſis ibi.
Antonius Guarnerius ibid.
Benedictus Nurſinus ibid.
Dinus 646
Gentilis Fulginas ibid.
Gerardus Subloneta ibidem
Gabriel Veranenſis ibid.
Iacobus Forliuienſis ibidem
Ioan.Meſuen. ibidem
Nicolaus Florentinus ibid.
Petrus Aponius 645
Marſilius Paduanus 646
Sanctus Piſaurienſis ibid.
Tadeus Florentinus ibid.

Tomas Dini 646
Tuſianus ibid.
Vgo Senenſis ibidem
Zaur ſapiens ibid.

IVRISPERITI

Accurſius 646
Angelus Peruſinus ibidem
Antonius de Butrio ibid.
Antonius Roſellus ibidem
Albertus ibidem
Alexander de Imola ibid.
Azo Bononienſis 646
Bartholomæus Brixienſis 647
Bartholus ibidem
Baldus ibidem
Bartholomæus Salicetus ibi.
Benedictus capra 648
Barbatia Siculus ibidem
Bernardus Campoſtelanus ibi.
Boſianus Cremon. ibidem
Cyprianus 647
Bartholomæus Sozinus 648
Cinus Piſtorien. 647
Dinus Mugellanus ibid.
Franciſcus Zabarella ibid.
Franciſcus Aretinus ibid.
Fridericus Petrutius ibid.
Franciſcus Tigrini ibid.
Franciſcus de Albergotis ibi.
Garſias Hiſpanus ibi.
Guido Archidiaconus ibid.
Guarnerius Placent. ibi.
Henricus Cardinalis Oſtienſis ibidem
Iacobus Neapolitanus ibid.
Iacobus de Arena ibi.
Ioannes Andreæ ibid.
Ioan.Calderinus ibid.
Ioannes Imolenſis 648
Irnerius 646
Lambertus de Ramponibus 647
Ludouicus Pontanus ibid.
Lapus Caſtilionenſis 647
Laurentius Calcaneus 648
Marianus Sozinus ibid.
Martinus Cremo. ibid.
Odofredus Beneuentanus & alius 647
Oldradus è Laudepõpeia 648
Placentinus 646
Petrus Anchoran. 647
Petrus de monte ibid.
Paulus de Caſtro 648
Paulus Peruſinus ibid.
Raphaël Fulgoſius 648
Raphaël Cuman. ibid.
Recupertus 647
Ricardus Malumbra ibid.

PONTIFICES ROMANI

A

ADRIANVS 656
Adeodatus 659
Agatho 655
Agapitus 653
Agapitus I I. 658
Alexander 649
Alexand.I I. 661
Alexand.I I I. 663
Alexand.I I I I. 665
Alexand.V. 631
Alexander V I. 679
Anacletus 649
Anaſtaſius 652
Anaſtaſius I I. 653
Anaſtaſius I I I. 658
Anaſtaſius I I I I. 663
Anicetus 650
Antherus ibidem

B

BENEDICTVS 554
Benedictus I I. 656
Benedictus I I I. 658
Benedictus I I I I. ibidem
Benedictus V. ibid.
Benedictus V I. 659
Benedictus V I I. ibid.
Benedictus V I I I. 660
Benedictus I X. ibidem
Benedictus X. 661
Benedictus X I. 669
Benedictus X I I. 670
Benedictus X I I I. 672
Bonifacius 652
Bonifacius I I. 653
Bonifacius I I I. 655
Bonifacius I I I I. ibid.
Bonifacius V 655
Bonifacius V I. 658
Bonifacius V I I. 659
Bonifacius V I I I. 669
Bonifacius I X. 671

C

Caliſtus I. 650
Caliſtus I I. 662
Caliſtus I I I. 675
Caius 651
Cæleſtinus 652
Cæleſtinus I I. 662
Cæleſtinus I I I. 664
Cæleſtinus I I I I. 665
Cæleſtinus V. 668
Clemens 649
Clemens I I. 660
Clemens I I I. 664
Clemens I I I I. 666
Clemens V. 669
Clemens V I. 670
Cletus 649
Conon 656
Conſtantinus ibid.
Cornelius 650
Chriſtophorus 658

D

Damaſus 642
Damaſus I I. 660
Deuſdedit 655
Dionyſius 651
Donus 655
Donus I I. 659

E

Eleutherius 650
Euariſtus 649
Eugenius 655
Eugenius I I. 657
Eugenius I I I. 663
Eugenius I I I I. 674
Euſebius 651
Eutychianus 651

F

Fabianus 650 Felix 651
Felix I I. 752
Felix I I I. 653
Felix I I I I. 653
Felix V. 675
Formoſus 658

G

Gelaſius 653
Gelaſius I I. 562
Gregorius 654
Gregorius I I. 656
Gregorius I I I. ibid.
Gregorius I I I I. 657
Gregorius V. 659
Gregorius V I. 660
Gregorius V I I. 661
Gregorius V I I I. 664
Gregorius I X. ibid.
Gregorius X. 666
Gregorius X I. 671
Greg.X I I. 672

H

Hadrianus I. 657
Hadrianus I I. 658
Hadrianus I I I. ibid.
Hadria.I I I I. 663
Hadrian.V. 666
Hyginus 650
Hilarius 653
Honorius 655
Honorius I I. 662
Honorius I I I. 664
Honorius I I I I. 668

I

Innocentius 652
Innocentius I I. 662
Innocentius I I I. 664
Innocen.I I I I. 665
Innocentius V. 666
Innocen.V I. 670
Innocen.V I I. 672
Innocen.V I I I. 679
Ioannes I. 653
Ioannes I I. 653
Ioannes I I I. 654
Ioannes I I I I. 655
Ioan.V. 656 Io.V I. ibid.
Ioan.V I I. 657
Ioan.V I I I. 658
Ioan.I X. 658
Ioannes X. 658
Ioannes X I. ibidem
Ioan.X I I. 658

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Ioannes x i i i. 659
Ioan.x i i i i. ibidem
Ioan.x v. ibid.
Ioan.x v i. ibid.
Ioannes x v i i. 660
Ioannes x v i i i. 660
Ioan.x i x. ibid.
Ioan.x x. ibidem
Ioann.x x i. 666
Ioan.x x i i. 669
Ioan.x x i i i. 672
Iulius 652

L

LANDO 658
Leo 653
Leo i i. 655
Leo i i i. 657
Leo i i i i. ibidem
Leo v. 658
Leo v i. 658
Leo v i i. ibidem
Leo v i i i. 659
Leo i x. 660
Liberius 652
Linus 549
Lucius 651
Lucius i i. 662
Lucius i i i. 663

M

MARCVS 652
Marcellus 651
Marcellinus 651
Martinus 655
Martinus i i. 658
Martinus i i i. 658
Martinus i i i i. 668
Martinus v. 673
Milciades 652

N, & O

NICOLAVS 658
Nicolaus i i. 661
Nicolaus i i i. 666
Nicol.i i i i. 668
Nicolaus v. 675
Ormiſda 653

P, & R

PASCHALIS 657
Paſchalis i i. 661
Paulus 656
Paulus i i. 676
Pelagius i. 654
Pelagius i i. ibid.
Petrus 649 Pius 650
Pius i i. 677
Pius i i i. 684
Pontianus 650
Romanus 658

S

SABINIANVS 655
Sergius 656
Sergius i i. 657
Sergius i i i. 658
Sergius i i i i. 660
Seuerinus 655
Siluerius 654
Symmachus 653
Syluester 652
Syluester i i. 660
Syluester i i i. ibid.
Simplicius 653
Siricius 652
Siſinius 656
Soter 650
Sozimus 652
Stephanus 651
Stephanus i i. 656
Steph.i i i. ibidem
Steph.i i i i. 657
Stephanus v. 658
Stephanus v i. ibid.
Steph.v i i. 658
Stephanus v i i i. ibid.
Stephanus i x. 661

T

TELESPHORVS 649
Theodorus 655
Theodorus i i. 658

V

VALENTINVS 657
Victor 650
Victor i i. 661
Victor i i i. ibidem
Vigilius 654
Vitellianus 655
Vrbanus 750
Vrbanus i i. 661
Vrbanus i i i. 664
Vrbanus i i i i. 666
Vrbanus v. 671
Vrbanus v i. ibidem

X, & Z

XYSTVS 649
Xyſtus i i. 651
Xyſtus i i i. 652
Xyſtus i i i i. 677
Zacharias 656
Zepherinus 650

PRINCIPES
ROMANI

IVLIVS Cæſar 685
Auguſtus ibidem
Tyberius 686
Caius ibidem
Claudius ibidem
Nero ibidem
Galba ibidem
Otho ibidem
Vitellius ibidem
Veſpaſianus ibidem
Titus ibid.
Domitianus ibidem
Nerua ibidem
Traianus ibidem
Hadrianus 688
T.Antoninus Pius ibidem
M.Antoninus pius philo. 690
L.Anton.uerus 691
L.Anto.commodus ibidem
Aelius pertinax 692
Didius Iulianus ibidem
L.Sep.Seuerus pertinax ibid.
M.Antoninus Caracalla 693
Macrinus & Diadumenus tyranni 693
Antoninus Heliogabalus 694
Alexander ibidem
Maximini,pater & filius 695
Maximus & Balbi ibidem
Gordiani tres,pater, filius,& nepos 696
Philippi pater & filius 697
Decij pater & filius ibid.
Gallus hoſtilianus 698
Valerianus ibidem
Galienus ibidem
Tyranni x x x. ibidem
Claudius i i. 699
Aurelianus ibidem
Tacitus 700
Metius Falconius ibid.
Florianus ibidem
Probus ibidem
Carus 701
Numerianus ibidem
Carinus ibidem
Diocletianus ibidem
Maximianus ibidem
Galerius Cæſar ibid.
Maximian.Cæſar ibid.
Conſtantinus ibidem
Maximinus 702
Conſtantinus magnus ibid.
Arbogaſtes tyran. 707
Eugenius ibid.
Maxentius 702
Licinius Cæſar ibid.
Conſtantius ibidem
Conſtantius i i. 704
Conſtans Cæſar ibid.
Dalmatius Cæſar ibidem
Iulianus 705
Iouianus 705
Valentinianus 706
Valens ibid.
Gratianus ibidem
Theodoſius ibidem
Arcadius & Honorius 707
Theodoſius iunior 708
Valentinianus iunior ibid.
Maximus tyran. ibidem
Auitus ibid.
Maioranus ibidem
Seuerianus 709
Anthemius 709
Ricimerus ibidem
Glycerius ibidem
Oreſtes ibidem
Odoacer ibidem
Olibius ibid.
Nepos ibidem
Auguſtulus ultimus occidentalium ibid.

ORIENTALES

Martianus 709
Leo ibidem
Leo i i. ibidem
Zeno ibidem
Anaſtaſius ibidem
Iuſtinus 710
Iuſtinianus ibidem
Iuſtinus minor ibidem
Tyberius i i. ibid.
Mauricius 711
Phocas ibidem
Heraclius ibidem
Conſtan.iunior ibidem
Martina cum Heraclona ibid.
Conſtans ibidem
Conſtantinus pogonatus 712
Iuſtinus i i i i. ibid.
Leontius ibidem
Apſimarus ibidem
Philippicus ibidem
Anaſtaſius i i. ibidem
Theodoſius i i i. ibid.
Leo i i i i. ibidem
Conſtantinus v. 713
Irene mater ibid.
Nicephorus ibidem
Stauracius ibid.
Michael Curopalates ibid.
Leo Armeniacus 714
Michael traulus ibid.
Theophilus ibidem
Michael & Theod. ibid.
Baſilius macedo ibid.
Leo v.& Alexander ibid.
Conſtantin.v i i. 715
Roman.Lacapenus ibidem
Romanus iunior ibid.
Nicephorus Phocas ibidem
Ioannes Zimiſces 716
Baſilius ibid.
Conſtant.v i i i. ibid.
Roma.Argyropo. ibidem
Michael paphlagon ibidem
Zoe ibidem
Cõſtãtinus monomachus 716
Theodora 716
Michael 717
Iſacius Comnenus ibid.
Conſtant.Ducas, Eudochia Auguſta ibid.
Roman.Diogenis ibid.
Michael parapinac. ibid.
Nicephorus Botoniates ibi.
Alexius Comnenus ibid.
Caloioannes Comnenus 718
Manuel ibid.
Andronicus ibidem
Iſacius Angelus ibidem
Alexius Angelus ibid.
Alexius puer ibidem
Murzyphlus ibidem
Balduinus 719
Henricus ibidem
Petrus Antiſiodorenſis ibid.
Robertus Antiſiodorenſis ibi.
Balduinus i i. ibidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Ioannes Laſcaris ibidem
Michal Palæolog. ibid.
Andronicus ſenior 720
Michael ibidem
Andronicus iunior ibidem
Io. Catacunzenus 720
Caloioannes ibid.
Manuel ibidem
Ioannes ibid.
Conſtantinus ultimus orientalium ibidem

OCCIDENTALES

Carolus magnus 721
Ludouicus pius ibid.
Lotharius ibidem
Ludouicus II. ibidem
Carolus caluus ibidem
Ludouicus balbus ibidem
Carolus Craſſus ibidem
Arnulphus ibidem
Ludouicus tranſalpes ibid.

REGES ITALIAE pro Imperatoribus

Berengarij duo 721
Rodulph. Burgun. ibidem
Vgo Arelatenſis ibidem
Lotharius ibidem
Berengarius III. ibidem
Adalbertus ibidem
Otho Imperator ibid.
Otho II. 722
Otho III. ibidem
Henricus I. ibidem
Conradus 723
Henricus II. ibidem
Henricus III. ibidem
Henricus IIII. ibidem
Lotharius 724
Conradus II. ibidem
Fredericus I. ibidem
Henricus V. ibidem
Philippus ibidem
Otho IIII. ibidem
Fredericus II. ibid.
Rodulphus 725
Ataulphus 726
Albertus ibid.
Henricus VI. ibidem
Ludouic. Bauarus ibi.
Carolus IIII. ibidem
Venceslaus 727
Robertus 728
Sigiſmudus 728
Albertus ibid.
Fredericus III. ibid.
Maximilianus 729

ANIMALIA

ACANTHIS 788
Accipitres 787
Acipenſer 793
Acontia 778
Acus marina 796
Adonis ibidem
Aegoceros 778
Aemorrhois ibidem
Aeſalus 787
Aegithus 789
Aegithalus ibidem
Aethnæus 796
Aiſcopes 788
Alces 774
Alectoris 782
Alcyones 685
Aleces 795
Alauda 788
Aloſa 793
Aluco 788
Amicitia animalium quorundam mutua 761
Amphiſbena 778
Anates 784
Anguilla 793
Anſer 784
Anthus 786
Anthias 893. 799
Aper poſt ſus 772
Apes 803
Aphyæ 795
Apodes 785
Aquilæ 780. 798
Aranci 804
Ardea 789
Argatylis 789
Aries 798
Arma Animalium 762
Aſelache 790
Aſellus 797
Aſinus 772
Aſiones 788
Aſpalacus 776
Aſpis 778
Aſterias 787
Aſtacus 796
Aſtorgius 787
Aſylus 804
Attagen 783
Attilus 1192
Aues 785
Aues externæ 783
Auiaria 780
Auis incendiaria 788
Aulopa 799
Aurata 796

B

BALAENA 791
Barbus 793
Baſiliſcus 780
Batis 789
Biſon 774
Boæ 779
Boces 795
Bolitæna 395
Bombix 803
Bonaſus 774
Boſa 786
Bos 770
Branchiæ 790
Bubalus 774
Bubo 787. 788
Bubraſtes 803
Buteo 787

C

CHALCIS 787. 796
Calidris 786
Callionymus 798
Cammari 800
Chamæ 801
Chamæleon 777
Camela 786
Camelus 771
Camelopardalis ibid.
Campe 805
Cancer 800
Canis 767
Canicula 797
Canum fidelitas & docilitas 767
Channa 795
Cantharus 796
Cantarides 779. 805
Caos 770
Caprea 768
Capra 273
Caprimulgus 788
Caradrius 776
Carace 799
Carduelis 788
Caſtor 776
Caſtoris 797
Catobleptus 364. 776
Cataracta 786
Chelones 794
Centipeda 805
Chamæ 801. 805
Chenalopeces 784
Cephalus 793
Cepi 773
Cercopitheci ibidem
Cærulea 789
Certhia ibid.
Ceruus 268
Ceraſtes 778
Ceryces 802
Ceſtra 795
Cybia 794
Cicada 804
Cis 805
Cicidela 805
Ciconia 788
Cygnus 785
Cimex 804
Cinclus 785
Cinamologus 786
Cinædus 795
Cinnamomus 786
Cynocephali 773
Cynoproſopi ibidem
Cyprinus 795
Cytharœdus 799
Clerus 805
Clidia 794
Chryſalis 805
Chloris 788
Chlorio ibid.
Cocyx 787
Cnopoligus 789
Cochlea 801
Colymbris 786
Colius 789
Coluber 780
Columba 781
Collurio 789
Congrus 796
Cordyla 794
Coracinus 798
Cornix 781
Coruus 781. 798
Coruus marinus 798
Coruulus 798
Coturnix 783
Crabrones 803
Crambe 805
Crocuta 773
Chronus 796
Crex 789
Chryſometris 789
Crocodilus 799
Cuculus 787. 795
Culex 804
Cucumis 796
Cuniculus 774
Curuca 787

D

DACTYLOS 802
Dama 768
Delphinus 791
Dipſas 778
Diuinatio animalium 761
Dorcas 768
Draco 779. 797
Draco marinus 797

E

ECHENEIS 799
Echinus 798
Elephas 398. 773
Enydrus 780
Encraules 795
Elminthes 804
Ephemera 805
Equus 352. 763
Equi caſtitas ibid.
Erinaceus 777
Erythacus 789
Erythrinus 785
Erodius 795
Eruca 805
Exocœtos 796
Externæ aues 783

F

FALCO 787
Feles 776
Fiber ponticus 776
Ficedula 789
Formicæ 803. 348
Fringilla 786. 789
Fulica 781

G

GALEVS 793
Gallus 782
Gallinarum genera 782

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Galgulus 789
Garum 795
Gauia 785
Glanius 794
Glaucus 796
Glauciſcus ibidem
Glires 778
Glottis ſiue lingulaca folio 789. 795
Gobio 795
Graculi 784
Gryphes 786
Grillus 805
Grues 784. 797
Grues marini 797

H

HARPYIAE 1016
Helops 793
Helecatenes 796
Hemerobia 805
Hepar 796
Hepiolus 805
Herodij 785
Higrophœnix 799
Hydrus 778
Hyena 775
Hippocampi 796
Hippolaphus 768
Hippopotamus 763
Horeus 795
Hippuris 795
Hircus 774. 798
Hiſtrix 775

I

IBIS 780
Ibrida 773
Ichneumon. 775. 778
Iynx 789
Imantopodes 785
Incendiaria auis 788
Inimicitiæ animalium quorũdam 761
Ips 805
Irundo 784. 798
Iulides 795
Iulus ibidem

L

LACERTA 777
Lacertus 795
Lagopus 783
Lagopodes 786
Lagnis 796
Lampirides 805
Leuciſcus 794
Lepus 774. 797. 802
Lepades 801
Leo 769. 797
Leæna 759
Lynx 770
Lingulaca 789
Locuſtæ 800. 801
Loligo 793
Lollius 793
Lupus 769. 793
Lupus marinus 793
Lucerna 796
Lumbrici 804
Luſcinia 788
Lutrix 780

M

MALACIA 790
Malacoſtraca 790
Malacoderma 800
Malacocraneus 789
Mantichoa 773
Margari 798
Martes 776
Matrices 803
Melanuri 797
Melandria 795
Meles 776
Meleagrides 782
Melelanthe 805
Mergus 786
Merula 789. 797
Meryx 796
Meropes 787
Memnoniæ aues ibidem
Menæ 795
Mygale 777
Mergus 786
Metys 803
Miluus 781. 798
Midas 805
Myrus piſcis & ſerpens 794
Myſcus 798
Monedula 784
Monops 775
Monoceros 778
Motacilla 790
Mugil 792
Muræna 792
Muria 795
Murex 801
Mulus 772. 792
Mus 776. 809
Mus araneus 776. 797
Muſimones 763
Mus muſcus 777
Mus ponticus 776
Mures 776. 777
Mures marini 798. 802
Muſtela 776. 797
Muſca 804
Muſculus 798

N

NARICA 795
Natrix 780
Nautilus 802
Neades 776
Nycticorax 787
Noctua 788

O

OCVLATA 794
Olothyræ 802
Oenanthe 790
Oenas 784
Onocrotalus 785
Onagri 772
Ophthalmia 794
Orchis 797
Orcynus 796
Orca 792
Oroſpizes 789
Oryx 677
Onocentaurus 776
Orphus 795
Ortus 775
Ortygometra 783
Oßifraga 781
Oſtrearum uiuaria 802
Oſtracoderma 790. 801
Oſtrea 802
Otus 788
Otia 802
Otides 783
Ouis 771
Oxyringus 799

P

PAGVRI 800
Phalacrocoraces 786
Phattaga 775
Phalangij 804
Phalerides 786
Phagrus 796
Palumbus 782
Panthera 775
Para 788
Pardus 775
Pardalus 789. 799
Parias 778
Parnops 786
Paſtinaca 793. 802
Paſſer 789. 795
Patellæ 802
Pauo 783. 796
Pectines 802
Pediculus 797
Pelargi 788
Pelamides 795
Pelicanus 785
Penelopes 784
Poephagus 775
Phyrna 776
Phœnix 786
Phœnicurus 789
Phœnicopterus 783
Pholis 796
Pernæ 803
Percæ 795
Perdices 783
Philomena 788
Phyſalus 799
Picus martius 789
Pica 784
Pinna 802
Pinnotheres ibidem
Piſſoceros 803
Pyrrocotes 786
Pyraſta 805
Pyrales ibidem
Pitcca ibidem
Phoicus 789
Platæa 785
Platalea ibid.
Pompilus 802
Porcus marinus 798
Porcus Troianus 772
Porphyrus 779
Porphyrio 787
Polypus 309 & 792
Phocæna 792
Præſter 778
Pſellon 805
Pſitachus 786
Purpura 801
Pulmones 802
Pulex 804
Pullorum excluſio 783
Phuca 796

Q

Querquedula 786

R

RAIA 800
Rana ibidem
Rana piſcatrix ibidem
Rodiuus 805 Regulus 789
Ricinus 805
Rhinoceros 778
Rubeta 804
Ruſticæ gal. 782. 1194
Rumbus 795

S

SAGITTARIVS 799
Salamandra 777
Salmo 795
Salpa 796
Salpynga 804
Sargus 794
Satyri 773
Scarabei 805
Scarus 793
Sciurus 776
Scolopendra 798. 802
Scombri 795
Scopes 788
Selache 790
Seleucides 783
Sepia 793
Seps 779
Scorpius 798. 804
Scorpius marinus 798
Scorpena 798
Serpentum genera 138. 779
Ser 805
Silurus 794
Simiarum genera 773. 799
Sipedon 779
Syroperdix 786
Sis 805
Sitta 789
Smerides 795
Solea 796
Solenes ſeu dactyli. 802
Sphyrena 795
Sphinges 773
Sphizites 789
Sphondylus 795
Spongiarum genera 802
Squilla 800

Stella

Stella marina 796.802
Stellio 777
Striges 788
Strombi 802
Strutiones 780
Sturni 789
Sudis 795
Sues 772

T

Tabanus 804
Talpa 777
Tarandus 775
Taurus 771
Telline 801
Teſtudo 799.800
Teſtudo marina ibid.
Teredo 803.805
Tetraones 783
Tigris 775
Thymallus 798
Thoas 769
Tincha 794
Thynnus 794
Thynnum 795
Tyrannus 789
Torpedo 802
Torſio 792
Tragelaphus 768
Trynga 786
Thriſſa 794
Tritones 796
Trichiæ 795
Tryxalis 805
Trips 805
Trigon 793
Trochus 793
Trocta 794
Trochilus 789.799
Turdus 788
Turtures 782

V

Velia 789
Vertibulum 802
Vermes 804
Veſpæ 803
Vipera 778
Vitulus marinus 792
Viuerra 776
Vlula 788
Vmbra, uel umbria 794
Vngues 802
Vphis 770
Vpupa 784
Vræon 795
Vrtica 802
Vri 774
Vrſi 771
Vulpes 768.798
Vultures 781
Zoophyta 801
Zebetum 364

PLANTAE

A

Abies 810
Abrotanum 822
Abſynthium ibid.
Acacia 829
Acer 810
Aconitum 828
Acte 1192
Acrimonia 828
Adiantis 824
Adoreum 817
Adrachne 820
Agaricum 813
Ageraton 828
Agnus 812
Agriophyllon 830
Alica 817
Alypium 825
Allium 818
Alnus 812
Aloe 815
Amaranthus 824
Amaracus 820
Ambroſia 829
Amylum 817
Amygdalus 809
Amomum 814
Ammonicum 813
Anagallis 828
Anageris 831
Anagyros 834
Anethum 821
Anemona 824
Androſaces 834
Andrachne 820
Anchuſa 826
Antillum ibid.
Antirrhinum 832
Apathe 829
Aphace 829
Apij genera 820
Aqualiculus 744
Arbores glandiferæ 810
Arbores maliferæ 808
Arbores infelices 812
Arbutus 809
Arrhenogonon 831
Arction 834
Argemona 828
Arinca 817
Ariſtolochia 828
Armoracia 818
Arnogloſſum 826
Aron 833
Artemiſia 829.1192
Arundo 132.816
Aſcalonium 818
Aſclepias 830.834
Aſphaltus 814
Aſparagus 827
Aſphodelus 822
Aſter 834
Aſtericum 525
Atractylis 830
Atriplex 821
Auena 827
Auellana 810
Aurelia 824.826
Aurea mala 808
Auricula muris 828

B

Baccharis 813
Baccæ 809
Balanus 813.1193
Bacchar 813
Bacinium uacinium 824
Braſsica 821.983
Ballota 830
Balauſtium 808
Balſamum 816
Batrachium 832
Bdellion 814
Bectonica 825
Beta 821
Blitum 821
Botrys 829
Borrago 826
Bromus 832
Bulbi 818
Bugloſſa 826
Bunion 832
Bulapathum 819
Buphthalmon 831
Buxus 1192
Butonium 816

C

Calla 834
Chalbana 815
Calcifraga 834
Calta 824
Chamemelon 826
Chamæacte 1192
Chamæpitis 826.831
Chamædrys 829
Chamedaphne 809
Chameciſſus ibid.
Chameleuca 826
Chamæleon 821
Chamælea 833
Chamæſyce 833
Capnion 1194
Canaria 828
Capparis 821
Capillus Veneris 824
Caprificus 811
Carduus 821.827
Caricæ 811
Caryophyllon 824
Carota 826.1192
Caſtanea 810
Caſia 815
Caucalis 830
Caucamon 813
Centaurea 830
Cenchris 810
Cerinthe 824
Ceſtron 825
Chelidonea 828
Cedrus 810
Cedria, Cedrides ibid. & 811
Cepa 818
Cepæa 831
Ceraſus 811
Cerebra palmarum ibidem
Cyanus 823
Cicuta 833
Cichorium 818.1194
Cicer 818
Cicercula 818
Cicerbita 819
Cyndrilla 826
Ciclaminus 823
Cyminum 821
Cynara 821
Cinnamonum 815
Cynops 825
Cynia 832
Cynogloſſum 826
Cynoſbatos 814
Cyprus 813
Cyperus ibid.
Cyperis ibid.
Cyphi 813
Circea 834
Circeſion ibid.
Ciſtus 815
Cytinus 808
Citrus 351. 811.813
Citreæ menſæ ibid.
Cytiſus 823
Clematis 829
Clinopodium 829
Cnecum 832
Colytea 832
Coccum 826
Coctana 811
Colacia 832
Colocaſium 832
Combretum 813
Κονύζα 825
Conſerua 827
Conuoluolus 824
Cornus 809
Coronæ 822
Coronopus 829
Coſtus 814
Coſti radix ibid.
Cotylidon 828
Cotonea 808
Crategus 832
Crategonon 831
Critharmum 829
Cryſanthemon 823.828
Chryſogonon 828
Chryſitis 824
Chryſocoma 824
Chryſomela 808
Crocum 814.823
Cucumis 818. 1193
Cucurbita 819
Cunilæ genera 819.825
Cunilago 819.825
Cupreſſus 810

D

Daucon 819.826
Decumana 812
Delphinion 830
Dendrolibanum 816

Dictamum 827
Dipſacos 834
Dracontia 833
Dracunculus 826
Δρῦς 810
Dryophonon 832
Dryopteris 832
Dulciradix 830

E

Ebenus 1192
Ebulus ibid.
Elaphoboſcon 830
Empetron 834
Epetiocaulis 821
Epimedium 828
Epithymum 833
Equappium 820
Eryce 812
Eruca 821. 826
Eryſimum 830
Erythrodanum 828
Eruum 818
Erudle 818
Eupatorium 828
Euphorbia 351

F

Faba 817
Farrum 817
Feniculum 822
Ferula 822
Ficus 811
Flos Iouis 823
Fraga 822
Frugum genera 817
Frumentum 817
Frutices aquatici 816
Frutices odorati 813
Fungi 827
Furfur 817

G

Galion 834
Galaton 834
Garum 795
Glandes 810
Garyophyllon 824
Geranium 827
Getium 818
Gladiolus 816
Glaucion 815
Glaſcum 826
Gramen 825
Guadum ibid.

H

Halum 826
Hedera 809
Helenium 824
Helichryſos 823
Helioſelinum 820
Heliotropium 819
Helxine 825
Helleborum 827
Hemionitis 831
Hemerocallis 823
Heptapleuron 826
Heracleotica 1193
Hyacinthus 824
Hidrolapathum 819
Hydropeperi 815
Hioſiris 834
Hypericum 831
Hippice 827.828
Hipociſtus 815
Hipochœris 829
Hippomarathron 822
Hippoſelinum, ſeu Equappium 820
Hippuris 828
Hyſopum 822
Holoſteon 834
Hordeum 817
Holcus 834
Holuſatrum 820
Hormum 817
Hortenſia 817

I

Ia 824
Ibiſcum 826.1192
Idea 834
Intibum 818.832.1194
Ipnum 816
Iryon 814
Iſopyron 832.834
Iſatis 820.826.1194
Iuglandes 809.1193
Iuncus 814.816
Iuniperus 811

L

Labruſca 824
Lactaria 825
Lactuca 820
Ladon 815
Ladanum 814.815
Lagenis 832
Lapathi genera 819
Lappa 827
Laſerpitium 813
Lathyris 833
Laurus 809
Lauer 825
Legumina 817
Lens 818
Lentiſcus 810
Leontopetalon 830
Leontopodion 832
Leucanthemon 824
Leucas 829
Leucoia 824
Lychnis 823
Liguſtrum 824.834
Lilium 823
Limonium 826
Linozoſtis 832
Lirium 823
Litoſperma 831
Lotus 1192
Lupinus 818
Lutea 824. 835

M

Malorum plura genera 808
Malua 820
Maiorana 820
Malobathron 814
Manna 814.1192
Mandragoras 825
Marathrum 822
Marrubium 822
Maſtiche 813
Meliſſophyllum 823
Melilotos 823
Melampodium 827
Meniſphlora 816
Menta 821
Melones 1194
Meſpylus 810
Metopium 815
Myagros 833
Microcomum 833
Milium 817
Millefolium 827
Myricæ 812.814
Myrobalanum 813
Myrrha 816
Moly 825
Morus 811
Muria 795
Muriſauricula 828
Muſcus 827

N

Napum 1192
Narciſſus 823
Nardus 813
Nardum ruſticum ibid.
Naſturtium 333.821
Nautea 1192
Nepeta 821
Nerium 832
Nymphæa 831
Nucum genera 809.458

O

Ocymum 819
Oenanthe 284.814
Oenothera 832
Olea 809
Oleaſter 809.812
Oliuarum genera ibid.
Oleagnus 816
Oloſtium 828
Olyra 817
Opobalſamum 813.816
Opium 819
Origani genera 820
Orchys 832
Oryza 817
Ornithogalon 830
Oxygarum 795
Oxybaphum 828
Oxylapathum 828

P

Pæonia 831
Palladium 832
Palma 811
Phaſelion 834
Phaſeolus 818
Phalaris 831.833
Phalangium 829.830
Paliurus 827
Pancratium 830
Panacea 814
Panax 814.819
Panicum 817
Papauerum genera 819
Papyrus & chartæ 816
Parietaria 825
Parthenium 825
Paſtinaca 819.1192
Pedegallinaceum 830
Phelandrion 833
Phœnix palma 811
Pelecynus 825
Pentapleuron 826
Pepones 818.1194
Peplis 825
Peplon ibid.
Peplus 833
Peplion ibid.
Perſica 809.1193
Perſeum 820
Perdicium 625
Periſterion 828
Periclimenos 833
Pes gallinaceus 830
Petroſelinum 820
Peucedamum 830
Pezices 827
Picea 810
Phyllon 833
Pinus 810
Pineacarduus 821
Piperitis 819
Pira ſeruanda 1193
Pyrus 811
Piſum 818
Piſtacia 810
Pytium 1193
Platanus 812
Plantago 826
Phleum 816
Phlomon 825
Phœnix 811
Polenta 817
Polygonaton 829
Polygonon 829
Polygalum 832
Polyrizon 829
Polycnemon 834
Polymonium 829
Polium 829
Populus 812
Portulaca 820
Poſca 1192
Porrum 818
Proſerpinaca 833
Prototomi 821
Pruna 809
Pſyllion 834
Ptarmice 830
Pteris 832
Priſana 817
Pulegium 821
Pultes 817

Quinq

Q
Quinquefolium 825
R
Rha ponticum 814
Rha barbarum ibid.
Rhacoma 813
Rhamnus 827
Radicula 1194
Radix Aſſyria ibid.
Raphanus 818.1193
Robium 827
Rhododaphne 832
Roſmarinus 819
Roſa 823
Roſaceum ibid.
Rhitace 825
Rhus 815
Rumex 827
Ruſcus 827
Ruſtica 1194
Ruta 821
S
Salix 812
Saliunca 823
Saluia 819
Sambucus 1192
Sanguinaria 829
Sarcocola 815
Satureia 823
Satyrium 833
Saxifragia 825
Scamonia 827
Scilla 832
Scolymus 827
Scoparegia 832
Scolopendrium 831
Scorpiurus 819
Sedum 825
Semperuiuum 825
Seris 818
Serpillum 821
Seſamum 817
Seſelis 825
Sycis 832
Sycomorus 811
Sida 816
Syderites 825
Silago 825
Siligo 817
Siler 812
Similago 817
Symphyton 826
Sinapi 821
Sion 825
Siſer 1192
Siſymbrium 823
Smilax 809
Solatrum 1194
Soncus 819
Sorba 811
Spartum 816
Spica 8.815
Spinarum genera 814
Splenion 831
Spondylion 830
Staphilinus 820.1192
Stacte 814
Stratiotes 828
Styrax 814
Strychnon 828.1194
Strutheon 826
Suffrutices 817
T
Tamarix 812.814
Thalietrum 833
Thapſia 832
Taxus 810
Teda 810
Theligonon 831
Thelipteris 832
Thelephion 833
Therebinthus 816
Teucrium 829
Tilia 810
Thymum 823
Thymbra 823
Typhe 829
Tithymalum 826
Tragacantha 814
Tragopogon 830
Tragoriganum 820
Thryallis 820
Tribuli 827
Trichomanes 833
Trionum 818
Tripolium 829
Triticum 817
Thus 816
V
Vacinium 834
Verbaſcum 825
Verbena 1192
Vinca peruinca 825
Vinaciola 812
Violæ 824
Viola alba ibid.
Vites 812
Vitex ibid.
Vitis agreſtis 824
Vitas alba 824
Vlmus 812
Vmbilicus Veneris 828
Vnedo 809
Vnguenta 822.823
Vrtica 827
Vua 812
Vua ſeruanda ibidem & folio 1193
X
Xylobalſamum 816
Xylocinnamomum 815
Xyphion 825
Xilinum 364
Z
Zea 817
Zinziberis 815
Zizifus 811

MORBI AC MEDICINAE.
A
Abſceſſus 753
Achores 734
Apoca 758
Acrocordona 752
Acuta febris ibidem
Aemorrhois 1192
Aegilops 736
Agrippæ 747
Albugo 751
Alimenta & excrementa 755
Alopecia 734.735
Alphi 751
Amauroſis 737
Amblyopia 737
Anaſtomoſis 753
Ancylogloſſi 737
Anchilops 737
Aneuryſma 740
Angina 740
Antidota uide Apoca 199.286
Anhelitus difficultas 741
Antheromata 736
Animi defectio 750
Anorexia 743
Apoplexia 749
Aphthæ 739
Apoptoſis 736
Apoſtemata 753
Aphemerina 753
Aqualiculus 744
Aqua intercus 749
Aquilini 738
Arquatus 749
Arpe 751
Area 734
Argemon 737
Aſcites 749
Aſthma 740
Atheromata 735.753
Atlas 741
Attoniti 749
Atocia 747
Atonia 743
Atra bilis 756
Atrophia 750
Aurium morbi 738
Axis 741
B
Balani 758
Balnea 757.854
Batrachus 739
Bilis 756
Bothrium 737
Broncocele 741
Bubocele 746
Bulimus 743
C
Cachexia 750
Chalazia 736
Caluities 755
Calculus 742
Canities 755
Capitis morbi 734
Capilli fluxus ibidem
Cardiacus 742
Caros 748
Carbunculus 752
Carotides 740
Carcinoma 737.752
Caſtoreum 776
Cartarus 735
Catoche 748
Catelepſis ibid.
Chemoſis 736
Cerion 752
Ceruicum morbi 741
Cerebrum 734
Cephalea 735
Cynanche 740
Cion ibid.
Cynantropia 748
Chironeum ulcus 752
Cirſon 752
Cirſocele 746
Clyſteria 758
Clides 741
Cneſmus 751
Coclites 737
Cor 742
Cœliaci 742.744
Cœloma 737
Chlamys 737
Cholera 744
Coles 746
Comitialis morb. 749
Conuulſa 752
Cophoſis 738
Coriza 735
Cordis accidentia 742
Çoſtæ octonæ ibid.
Cremaſteres 745
Crethe 736
Critici dies 755
D
Deceſſio 755
Deiectio alui 757
Dentati & dentes ac dentium morbi 739
Diabroſis 736
Diabetes 742
Diaphragma 738.742
Diaptoſis 752
Diaplaſma 759
Didymi 745
Dies critici 755
Diſtillationes 735
Dyſpnoia 740
Diſtochiaſis 736
Dyſtocia 747 Dyſuria 745
Dyſenteria 744
Dyſcoia 739
Dolor capitis 735
Dracontium 741
Drimiaſis 737
Ductio alui 757
E
Ecpieſmus 737

Ectica

Ectica febris 754
Ectropia 736
Elephantiaſis 750
Emplaſtrum 758
Emphyſma 736.744
Empiema 742
Emproſtoton 741
Encanthis 737
Enterocele 745
Ephelides 740
Ephialtes 748
Ephemera febris 753
Epialus 754
Epicauma 737
Epilectici 748
Epiplocele 745
Epatici 742
Epiſtrophe 741
Epinyctis 751
Empneumatoſis 744
Epulis 739
Erotes 748
Excrementa alui 755
Exomphalos 745

F

Faciei morbi 739
Febres uariæ 753
Fel 743
Fiſtulæ 745.753
Furunculus 752
Furor 747
Frictio 757
Fluxus uentris 744
Fluxus muliebres 746

G

Gangrena 752
Genitura 746
Glauci eodem
Glaucoma 737
Goniorrhea 746
Gramiæ 736
Grauedo 735

H

Hæmorragia 746
Hemicranea 735
Hemitriteus 754
Hepar 742
Hepatici ibid.
Heriſypilas, Herpes 751
Hermaphroditi 746
Hernia ibid.
Hydrocele ibid.
Hydropicorum genera 749
Hypercatharſis 746
Hypocauſtum 758
Hypochyma 737
Hypopios 737
Hypoſphalma 736
Hypoſpatiſmus 736
Hyptiaſmus 743
Humores 252. 753

I

Ictericus 749
Ignis ſacer 752
Ileon 744
Ileus 744
Ilia 745
Incubi 748
Inflammationes 753
Inſaniæ genera 747
Intercus aqua ibid.
Intertrigo 750
Inſomnia 759
Inteſtinorum nomina 744
Iſchuria 745

L

Labeones 739
Lagophthalmia 736
Lenticulæ 740.751
Leontiaſis 750
Lepra 751
Lethargus 748
Leucoma 737
Lichenes 751
Lienoſi 743
Lienteria 743
Lycantropia 748
Lincurium 770
Lingua 739
Lingula 739
Lithiaſis 736. 742
Linguæ morbi 739
Lygmus 743
Loci 746
Lunatici 749

M

Malagmata 758
Melicerides 735.736.753
Menſes mulierum 746
Melancholia 748
Mentagra 751
Myocephalon 737
Myopes 737
Myrmeciæ 740. 751
Mochtherea 735
Mogilali 739
Monſtra 747
Morbus comitialis 749
Morbus regius 749

N

Narium morbi 738
Narce 1192
Narcodes ibid.
Naſones 738
Nauſea 743
Nephelion 737
Nyctilopes 737
Nigra 751
Nomæ 751
Nuſcitioſi 737

O

Oculorum morbi 736
Olei uſus 822
Opiſtoton 741
Ophiaſis 735
Ophis 734
Ophthalmia 736
Orthopnoia 740
Otalgia 738
Ozæna ibid.

P

Phalacris 735
Pharmaca 758
Panthaura lapis 399
Pabulæ 751
Paralyſis 749
Paraſynanche 740
Paronychia 1192
Paroxyſmus 755
Parotides 739
Pariſthmia 740
Parulis 739
Paſtilli 758
Pericarpion 755
Perigaleon 748
Perniones 750
Peſſi 758
Peſtilentia 753
Pyriaterium 758
Pityriaſis 735
Pili 755
Pyria 758
Pituita 735
Phymata 746.752
Phymoſis 746
Phygetlon 752
Pleuretis 742
Phlictena 737
Polipus 738
Pneumonia 742
Phreneſis 747
Porrigo 734
Poſca 1192
Priapiſmus 746
Proptoſis 737
Pſydracium 751
Pſorophthalmia 736
Pſora 751
Pterygium 736
Ptiloſis 736
Phthiriaſis 734.736
Phthiſis 737.750
Pulmo 742
Puſtulæ 751

Q

Quarta febris 754
Quotidiana febris 753

R

Rabioſi medicina 401
Reduuium 1192
Regius morbus 750
Rhegmocaſmus 753
Remiſſio 755
Reiectio ſanguinis 752
Renum uitia 742
Rhydes 737
Rupta 752
Rubrica 751

S

Sanguis 732
Sarcocele 746
Scabies 751
Sacellum 734
Sarcites 749
Satyriaſis 750
Scirrum 752
Sciroma 646
Sclerophthalmia 736
Scotoma 748
Scrotum 745
Scrophulæ 740
Sfacelus 752
Sycoſis 734.735
Simones 738
Syntexis 744
Synchiſis 736
Synanche 740
Symphyſis 736
Syriaſis 735
Signa mortis 754
Sopores 748
Syringæ 753
Sphagitides 740
Spaſmus 741.749
Spina 741
Splen 743
Spondyli 741
Staphyloma 737
Steomata 735. 736. 753
Stigmata 740
Stomachia 743
Strabones 737
Stranguria 745
Strangulatio 746
Struma 740. 752
Sudatorium 758
Suſpirioſi 1192
Sugillata 737

T

Tabis genera 750
Tenontes 741.252
Tertiana febris 754
Therioma 752
Termintha 752
Tetanum 741
Thymus 287.752
Titillatio 742
Tilaſis 739
Tympanites 749
Tonſillæ 741
Tormina 744
Thoracis dolor 742
Trachoma 736
Trichiaſis 736
Tuſſis 735

V

Vari 739
Venæ 733
Vermes in aluo 745
Vermina 744
Verrucæ 740. 751
Veſicæ dolor 745
Veternus 748
Viſcera 742
Vlcera hiberna 752
Vnguentorum luxur. 822
Vua 740 Vulua 746

X

Xerophthalmia 736

Finis Tabularum ſecundi Tomi.

TRACT

TRACTATVS ET CAPITA TERTII TOMI.

TRACTATVS TERTII TOMI.

A

Abſtemij 983
Abſtinentia 987
Adagia 1041
Aedificatio 847
Aetates animalium 954
Agricultura 805.806
Amor 968
Analytica 1109
Anima 1150
Apophthegmata 865
Architectura 847
Architecti 855
Arithmetica 1052
Aſtrologia 1071
Auaritia 976

B

Bellica 923.924
Bellorum celeritas 919
Bella gerendi ratio ibid.

C

Ciborum genera 977
Cœlum 1160
Cœli et terræ progenies 1010
Coniugium 937
Conuiuia 895. 977
Coronæ & coronarum uſus 822

D

Defunctorum memoria 962
Defuncti laudandi 464
Dialectica 1103
Diuitiæ 971
Diuinatio 935
Doctrina 861
Dolor 959
Domus & eius partes 848
Ducum dicta 916

E

Elenchi 1119
Elocutio 1035
Enunciatio 1105
Ethica 1081

F

Felicitas 947
Figuræ orationis 1038
Fletus 990
Fluminum filij 1031
Fortuna 391
Frugalitas 987
Funerandi mos 963

G

Gemmæ 844
Geometria 1062
Generatio & corruptio 1158
Genera dicendi 1035
Grammatica 991
Gratiæ 881

H

Harmoniaca 1055
Hermenia ſiue enunciatio 1105
Honeſti partes 861

I

Iactantia 874
Inuidia 958
Inſtrumenta muſica 1059
Ira 955
Ironia 876
Iuſtitia 879
Iuriſconſ. ueteres 883

L

Labor 948
Lapides 842
Legislatores 882
Leges 885
Liberi 942
Libri ſubdititij 1192
Lini genera 855.856.857
Loquendi libertas 875.872
Ludi 900
Luna 1076

M

Magiſtratus 901
Machinæ fabriles 854
Machinæ bellicæ 924
Memoria 1041
Menſuræ 925
Metallica 837
Meteora 1166
Metaphyſica 1174
Militia 914
Mors 961
Modeſtia 965
Morbi 751
Muſica 1055. & ſeq.

N

Nomina 928
Noſſe ſeipſum 870
Nummi 925
Nuptiæ 939
Numeri 1055

O

Otium 950
Oeconomica 1099
Occaſio 953
Optice ſeu proſpectiua 1069
Orandum quid 890
Ordines religioſorum 618
Ordo anachoritarum ibid.
Ordo canonicorum 622
Ordo ſancti benedicti multiplex 623
Ordo Baſilij 621
Ordo Cluniacen. 625
Ordo Carthuſien. ibid.
Ordo Ciſtercien. ibid.
Ordo Camaldulen. 626
Ordo Albigen. 627
Ordo Franciſcano. 630
Ordo prædicator. 627
Ordo minorum 630
Ordo eremitarum ſancti Auguſtini 633
Ordo carmelitarum 634
Ordo ſeruorum 635
Ordo Ieſuatorum ibid.
Ordo Cæleſtinorum ibid.
Ordo regularium canonicorũ, & ſancti Georgij ibid.
Ordo canonicorum montis Olíueti ibidem
Ordo eremitarum Sancti Hieronymi 635
Ordo eremitarum Honophri 636
Ordo humiliatorum 627
Ordo militum Sancti Ioannis 636
Ordo præmonſtratenſium 626
Ordo templariorum ibid.
Ordo Teutonicorum ſanctæ Mariæ 637
Ordo militum S.Iacobi ibid.
Ordo militum Ieſu Chriſti ibidem
Ordo militum alcanta ibid.
Ordo uallis umbroſæ 626
Oratores neoterici 638
Orthoepia 999
Orthographia 996

P

Paraſiti 872
Paralipomena 1181
Parſimonia 983
Patria 946
Patientia 957
Paupertas 976
Pauimenta 851
Peri hermenias 1105
Pigmenta 841.1194
Philoſophia 1079
Phyſica 1137
Plantæ 807
Poëtica 1003
Polyphagia 979
Polytica 1093
Preces 889
Principatus & præcepta de principe 909
Prodigi 982
Pronœa ſiue prouidentia 933
Proſpectiua ſiue optice 1069
Proportio 1067
Prudentia 861

R

Rhetorica 1032
Riſus 990
Romani magiſtratus 901

S

Sacra 891
Sal 1196
Saltatio 1061
Scommata 1051
Scribendi modus apud ueteres 1002
Sepulcrorum cura 964
Serui 944
Sericum 855
Solitudo 952
Sol 1072
Stratagemata 917
Stultitia 878
Sumptus 979.981
Sumptuoſi 982

T

Taciturnitas 876
Tempus 953
Theologi Neoterici uideantur in ſuis ordinibus
Topica 1125
Tyrannis 911

V

Veſtes 857.1194
Veritas 874
Venatio 766
Verecundia 967
Vinum 982
Vnguentorum luxuria ac nomina 822

Finis omnium Tabularum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER SECVNDVS.

SEGMENTORVM COELESTIVM BREVIS EXPLANATIO.

IN TELLVRE *metienda quale ac quantum conſiderari ſolet primum chorographi eſt: aut cuiuſuis grammatici ſeu periti regionum ſimul & picturæ: ſingula enim ſectatur, maria, montes, flumina, portus, oppida, quæq; citra proportionis curam deſcribendo. Secundum uerò coſmographi tantum, aut mathematici: ubi orbis magnitudinem ad cœli rationem accommodare: præterea dierum noctiumq́; uarietatem, ac incolarum ſitusq́; differentiam & naturam inſpicere oportebit.* De hoc igitur paucis ex Ptolemæi, *tum aliorum libris autorum ante omnia diſſerendum: ut planè hoc deuorato tædio liberum ſit loca ipſa quod ad reliquam pertinet hiſtoriam enarrare. Quartam ſphæræ partem ſpecie chlamydis ponit habitam, longitudine ab inſulis fortunatis uſq; ad* Sinarum *regionem in partes quas* Græci μόϱια, *noſtri uerò mathematici gradus uocant*, C L X X X. *ſpatio ſegmentorum meridianorum* X X X V. *quinq; gradus quolibet obtinente, tertiaq́; horæ parte diſtante. Gradus item* X V. *hora qualibet habente diſsimiles, alioqui nec eodem omnes ſpatio, ob ſegmentorum anguſtiam, quanto magis polo propinquant.* Horum *igitur graduum differentiam per remotionem ab inſulis ipſis fortunatis, temporis uerò à ciuitate* Alexandrea *ſiue ad ortum, ſiue ad occaſum accipit: horarum æquinoctialium* X I I. *ſpatio,* Marini Tyrij *menſuram interpolando, qui* X V. *ſcripſerat, nimium orientem tranſgreſſus.* Totam *itaq; noſtri orbis longitudinem ſuper æquinoctiali* X C. *mil. ſtad. metitur, quæ milliaribus conſtant* X I. *millibus ac* C C L. *Super ſegmento autem maxime ſeptentrionali, qui per* Thylen *ſcribitur, ſtad.* X L. *mil.* D C C C X L V I I I. *Super Syenes* L X X I I. *Super* Rhodi *ſegmento qui mediam ferè latitudinem tenet* L X V. *latitudinem uerò à* Thyle *ad æquinoctialem gradibus* L X I I I. *terminauit, & ultra quicquid ad oppoſitum* Meroes *ſegmentum protrahitur:* Marini *ſimiliter deſcriptione interpolata, qui uſq; ad capricornum proceſſerat. Climatis inſuper* V I I. *ſegmentis uerò (Sic enim* Plin. *lineas uocat parallelas)* X X I. *diſtinxit incuruis ob ſphæræ obliquitatem: ac horis* V I I I. *differentibus.* Gradus *autem non ſicut in longitudine ſunt inæquales, ſed eodem omnes cum æquinoctiali obtinent portionem, tantum numero diſcreti.* Nam *polo uiciniora climatum ſegmenta paucioribus diſtant gradibus, ex quo minus habent telluris, plus uerò temporis diurni.* In *primis ſub æquinoctiali dies ſemper* X I I. *horarum eſſe uoluit.* Longitudinis *uerò ſub eo gradus unus* L X I I. *ac ſemis miliaria continet, id eſt, ſtadia quingenta.* Tranſit *autem per* Aethiopum *regionem,* Taprobanen, *&* Cherſonneſum *auream.* Primum *ſegmentum horis* X I I. X V. *gradibus ab æquatore* I I I I. X V. *Secundum ſegmentum horis* X I I. X X X. *gra.* I X. X V. Tertium *ſegmentum principium primi climatis horis* X I I. X L V. *grad.* X I I. X X X. Gradus *unus in eo longitudinis continet mil.* L X. Quartum *ſegmentum medium primi climatis* Dia Meroes *horis* X I I I. *grad.* X V I. X X X. *Tranſit per* Meroen *& extremos* Arabiæ *fines ac initium gangetici ſinus & magni.* Quintum *ſegmentum principium ſecundi climatis, & finis primi horis* X I I I. X V. *grad.* X X. X I I I I. *Sextum ſegmentum, medium ſecundi climatis* Dia Syenes *horis* X I I I. X X X. *grad.* X X V. *li.* Vnus *in eo longitudinis gradus milliaria ferè* L V I I. *continet.* Tranſit *per* Getuliam *& mediam* Indiam *extra* Gangem. Septimum *ſegmentum principium tertij climatis, & finis ſecundi horis* X I I I. X L V. *grad.* X X V I I. X I I. *Tranſit per* Libyam *interiorem.* Octauum *ſegmentum medium tertij climatis* Dia Alexandreas *horis* X I I I I. *grad.* X X X. X I I. *Vnus in eo longitudinis gradus mil. ferè* L I I I I. *contiuet.* Tranſit *per* Mauritaniam Tingitanam, Africam *minorem,* Syrtim *magnam:* Arabiæ *petrææ medium,* Oſtia *tygridis, ſinum* Perſicum, Carmaniam, Drangianam, Aracoſiam. Nonum *ſegmẽtum principium quarti climatis horis* X I I I I. X V. *grad.* X X X I I I I. X V I I I. *Tranſit per montes* Atlanticos, Africæ *littoralia, ſinum* Numidicum, *medium* Babyloniæ *&* Perſidis, *ac extremam* Aſiæ *partem.* Decimum *ſegmentum medium quarti climatis* Dia Rhodu *horis* X I I I I. X X X. *grad.* X X X. *Vnus in eo longitudinis gradus continet milliaria* L. *Tranſit per fretum* Herculeum, Sardiniæ *finem,* Lilybæum, Strophades, *mediam* Peloponneſum, *mare* Adriaticum, Myrtoum, Rhodum, Halicarnaſſum, Patara, *ſinum* Iſſicum, Meſopotamiam, Aſſyriam, Parthiam, Paropaniſades. Vndecimũ *ſegmentũ principiũ quinti climatis, horis* X I I I I. X L V. *grad.* X X X V I I I. X X X V I. *Vnus in eo longitudinis gradus continet mil.* X L I X. *Tranſit per* Beticam, *pelagus* balearicum, Pelorum, Siciliæ *inſulas,* Veliam Calabriæ *promont.* Epirum, Thebas, Clazomenas, Tripolim, Iconium, Duodecimum *Seg.* Dia Romes *ſiue* Helleſpontu *mediũ quinti climatis, horis* X V. *grad.* X L I. L V I. *Vnus in eo longitudinis gradus continet mil.* X L V I I. *Tranſit per* Lunæ *montem, qui ſinum recipit* Vlyſsiponenſem, Toletum, Segobricam, Barcinonem, Corſicæ *partem ſeptentrionalem,* Romam, Miſenum, Neapolim, Garganum *montem,* Dyrrhachium, Candauiæ *montes,* Lemnum, Helleſpontum, Troadis *regionem,* Antitaurum, Armeniam *minorem,* Caſpios, Hyrcanos, Scythiam *extra* Imaum, Sericam. Deciumtertium *Seg. principium ſexti climatis per* Byzantios *horis* X V. X V. *grad.* X L I I I. X V. *Vnus in eo longitudinis gradus milliaria* X L V. *continet.* Tranſit *per* Brecaros, Vacceos, Maſburgos, Calagurium, *medium* Iberum, Toloſam, Arelate: Maſsiliam, Alpes Italiæ: Genuam, *& eius littora:* Lucam, Peruſiam, Firmum. *inſulas* diomedeas, Tragurium, *extremam* Mœſiam *ſuperiorem,* Byzantium, Paphlagoniam, Cappadociam, Ponti *oram,* Trapezuntem. Decimumquartum *Seg.* Dia Pontu *medium ſexti climatis, horis* X V. X X X. *grad.* X L V. I I. *unus in eo longitudinis gradus cõtinet milliaria* X L I I I. *Tranſit per* Callæcos, Aſtures, Cantabros, Aquitanos, Aruernos, Auſcios, Allobrogas, Alpes, Venetias, Benacum: Tergeſtum, Illyricum, Pannoniæ *inferioris extrema.* Daciæ *partem,* Danubium, Pontum: Mare Caſpium, Sacarum *regionem.* Deinceps *ex ſemihora differentia.* Decimumquintum *Seg. ſeptimi climatis* Dia Boryſtheneos, *horis* X V I. *grad.* X L V I I I. *Vnus in eo longitudinis gradus continet milliaria ferè* X L I. *Tranſit per oſtia*

Ex horæ quarta parte differentia

Dia Meroes

Dia Syenes

Dia Alexandreas

Dia Rhodu

Dia Romes

Dia pontu

Ex ſemihora differentia

Dia Boryſtheneos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Ligeris, Galliam Lugdunenſem, Parrhiſios, Remos, Argentoratum, Eremum Eluetiorum, Marcomannos, Boryſthenis oſtia, Tauro ſcythas, Touricam Cherſonneſum, Scythiam extra Imaum. Decimumſextum Seg. horis X V I. X X X. *grad. li.* X X X I I. *Vnus in eo longitudinis gradus mil. ferè* X X X V I I I. *continet: tranſit per oſtia Sequanæ, Bellouacos, Atrebates, Coloniam Agrippinam, Longobardos, Poloniam minorem, Mæotidem, Sericam regionem. Decimum ſeptimum Seg. horis* X V I I. *grad.* L I I I I. *Vnus in eo longitudinis gradus cõtinet milliaria* X X X V I. *Tranſit per Cantios, Londinum, oſtia Rheni, partem oceani germanici, Phriſios, Poloniam maiorem, Roxolanos, Tartaros, oſtia Tanais, partem Sericæ regionis. Decimumoctauum Seg. horis* X V I I. X X X. *grad.* L V I. *Vnus in eo longitudinis gradus continet milliaria* X X X V. *Tranſit per mediam Britanniam, Saxones, oſtia Albij & Viſtulæ fluminum, Phennos, Gythones, conuerſionem Tanais, Rha flumen, Scythiam intra Gangem, ſericam regionem, Deinceps ex hora differentia. Decimumnonum Seg. horis* X V I I I. *grad.* L V I I I. *Vnus in eo longitudinis gradus milliaria ferè* X X X I I I. *continet. Tranſit per Iberniæ & Scotiæ Britannicæ partem, Cimbricam Cherſonneſum, inſulam Scandauiam, Oceanum germanicum, Leuonios, Ripheos: ubi aræ Alexandri. Vigeſimum Seg. horis* X I X. *grad.* L X I. *Vnus in eo longitudinis gradus milliaria continet ferè* X X X I I I. *Tranſit per extremam ſeptentrionalem Iberniam, & Oceanum Deucaledonium & Sarmaticum, Hyperboreos, & extremos Scythiæ populos. Vigeſimum primum Seg. per Thylen horis* X X. *grad.* L X I I I. *unus in eo longitudinis gradus continet miliaria* X X V I I I. *Et hæc quidem ſegmenta, quæ cum æquatore erunt numero* X X I I. *cumq; indice mox abaci ſequentis conuenient. Inter climata uerò interualla ſunt huiuſmodi. Primum ſtadiorum quinque millium* C C C C X V. *Secundum quatuor millium* D C C C C. *Tertium quatuor millium* C C C X V I. *Quartum tertium millium* D X X X V I I I. *Quintum trium millium* C L. *Sextum duum millium* D C X X V I. *Septimum duum millium* C C L X X V.

Ex hora differentia

Per Thylen

RATIO GNOMONIS ET umbrarum ex Plinio & Ptolemæo.

Gnomonis & umbrarũ ratio

PLINIVS *uerò umbris & Gnomone, quem umbelicum uocat, hæc interualla diſtinxit, ut quarta pars Sphæræ* X C. *gradibus conſtans, ita uariet Gnomonem, ut quanto is à Sole receſſerit, maiores iaciat umbras. Ex quo in Aegypto ac eius parallelo æquinoctij tempore, umbra paulo plus quàm dimidiam Gnomonis menſuram efficit. In regione Venetiæ & eius parallelo, qui gradibus* X L V. *diſtat ab æquinoctiali, eo quòd medium ſpatium quartæ ſphæræ partis corripit, umbra par eſt Gnomoni. In urbe Roma quæ gradibus prope* X L I I. *attollitur: nona pars Gnomonis umbræ deeſt: quòd nona pars de partibus* L X. *deficiat, quæ menſura membra ſupereſt umbræ in parallelo per Boryſthenem gradibus propè* X L I X. *diſtante. Nos tamen poſteriores qui in hac arte diligentius ſcripſerunt ſequemur. Quapropter ex Ptolemæi editione magna, quam Almageſtum uocant lib.* I I. *indicem pulcherrimum ſubiunxi: qui res huiuſcemodi demonſtrat. Primo climata* V I I. *Lineas parallelas* X X X I X. *Latitudinem cuiuslibet circuli ab æquinoctiali. Nomina locorum ſupra quæ tranſeunt lineæ. Quantitatem umbrarum per partes Gnomonis ſub prædictis lineis exiſtentes in ſignis æquinoctialibus & tropicis. Præterea in quibus regionibus umbra eſt meridionalis, & nulla. Nam quando Sol diſtat à tropico Cancri tot gradibus quot ponuntur in linea, umbra eſt nulla: tunc enim ſupra uerticem conſiſtit. At quando paucioribus diſtat tunc umbra eſt meridionalis: quando uerò pluribus, eſt ſeptentrionalis uſq; ad ſecũdum clima quod tranſit Dia Syenes. Deinde ſeptentrionales tantum umbræ ſcribuntur uſq; ad lineam* X X I I. *inde reliquæ facile deprehendi poſſunt ex adnotatarum proportione uſq; ad lineam* X X X I I I. *Poſtea uerò in ſequentibus uſq; ad polum umbræ uoluuntur. Et ideo menſibus & non horis linea quælibet adnotatur. A linea uerò* X X X I I I. *uſq; ad* X X I X. *adnotantur horæ. Ab ea uerò uſque ad* X X V. *ſemihoræ. Quæ deinde ſequuntur uſq; ad primam lineam, quartæ horarum partes. Gnomon autem conſtituitur partium* L X.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

	Lineæ parallelæ	Longitudo horarum Ho	M	Latitudo linearum G	M		Partes gnomonis in æquatore		In Cancro		In Capricorno		Vmbra meridiō. & nul.	
Circulus equinoctialis	1	12	0	0	0		0	0	26	2	30	26	30	
	2	12	15	4	15	Taprobane	4	21	21	20	32	0	57	30
	3	12	30	8	15		8	50	16	30	37	54	69	
Principium	4	12	45	12	30		13	20	12	0	44	40	47	46
pri.climat.	5	13	0	16	27	Meroe	17	45	7	45	51	0	54	
Prin. ij. cli.	6	13	15	20	14	Napata	22	10	3	45	58	41	31	
Vmbra ſep.	7	13	30	25	51	Syene	26	30	0	0	65	50		
Prin. iij. cli.	8	13	45	27	12	Thebais Ptolemais	36	50	3	30	74	10		
	9	14	0	30	22	Alexandrea	35	5	6	50	83	5		
Prin. 4. cli.	10	14	15	33	18	Phœniciæ medium	39	30	10	0	93	5		
	11	14	30	36	0	Rhodus	43	36	12	55	103	26		
Prin. 5. cli.	12	14	45	38	36	Smyrna	47	50	15	40	114	55		
	13	15	0	40	56	Helleſpontus Roma	52	10	18	30	137	50		
Prin. 6. cli.	14	15	15	43	15	Maſſilia Byzantium	55	55	20	50	140	15		
	15	15	30	45	1	Pontus Venetia	60	0	23	15	155	5		
Prin. 7. cli.	16	15	45	46	51	Danubij fontes	63	55	25	30	174	35		
Medium	17	16	0	48	32	Boryſthenis oſtia	67	50	27	30	188	35		
	18	16	15	50	15	Meotidis medium	71	26	29	55	208	20		
	19	16	30	51	30	Britanniæ maio. auſtralia.	75	25	31	25	229	20		
	20	16	45	52	50	Rheni oſtia	79	5	33	20	253			
	21	17	0	54	1	Tanais oſtia Londinum	82	35	34	55	278	45		
	22	17	15	55	0	Brigantium	85	20	36	14	304			
	23	17	30	56	0	Britanniæ maioris medium	88	50	37	40	335			
	24	17	45	57	0	Britanniæ maio. borealia	92	25	39	20	372	40		
Media hora	25	18	0	58	0	Britanniæ mino. auſtralia	69	0	40	44	419	5		
	26	18	30	59	30	Britanniæ minoris medium								
	27	19	0	61	6	Britanniæ mino. borealia								
	28	19	30	64	0	Supra inſulas boreales								
Deinceps hora	29	20	0	63	0	Thyle								
	30	21	0	64	30									
	31	22	0	65	30									
	32	23	0	66	0									
Vmbræ uoluuntur.	33	24	0	66	10									
	34	M.	0	67	0	37 M. 0 78 20								
	35	M.	0	69	30	38 M. 0 84 0								
	36	M.	0	73	20	39 M. 0 90 0								

Polus Articus.

ABACVS ALIVS EX EODEM AVTORE AD DEPREhendendam nobilium locorum longitudinem ac latitudinem.

Loca.	Longitudo. G	M.	Latitudo. G	M.
EX HISPANIA.				
Sacrum promontorium	2	30	38	15
Anæ flu. oſtia	4	20	37	30
Betis flu. oſtia	5	20	37	0
Meneſtei portus	5	30	36	30
Calpe mons	7	36	36	15
Iulia regia	8	30	38	0
Corduba	0	20	38	20
Caridemum promontorium	11	20	36	30
Neli flu. Cantabrorum oſtia	12	0	40	10
Carthago noua	13	0	37	30
Pallantiæ flu. oſtia	15	0	39	30
Iberi flu. oſtia	15	30	39	20
Taraco	16	20	41	0
Barcinon	17	15	41	0
EX GALLIA.				
Garumnæ flu. oſtia	18	30	46	30
Burdegale	16	0	59	0
Aruerni	21		45	
Rothomagus	21	30	51	0
Sequanæ oſtia	23	0	50	30
Lugdunum	24	15	45	20
Lutetia Parrhiſiorum	24	30	48	30
Moſæ oſtia	25	30	53	30
Itium promon. Morinorum	23		53	
Rhedones	21	45	47	20
Aueldæ	24		45	30
Viſontium	27		45	45
Forumiulium	27	20	43	30
Vari flu. oſtia	28	20	43	0
Maſſilia	25	30	43	
EX GERMANIA.				
Rheni oſtium occcidentale	27		53	15
Agrippinenſis	28	45	51	30
Rauricum	29		48	
Amaſi oſtia	28		55	

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Loca.	Longitudo. G	M.	Latitudo. G	M.
Amaſi fontes	34		56	
Viſurgis oſtia	35		51	
Viſurgis fontes	34		52	
Viſtulæ oſtia	45		55	
EX PANNONIIS.				
Flexum	40		42	
Theutoburgium	44	15	25	20
Taururum	45	0	45	0
Cibalis	43		45	30
Sirmium	44	30	45	
Arauiſci ubi Buda	43		48	
EX ILLYRICO.				
Sicum	43		43	
Salona	43	20	43	30
Lyſſus ultimum	45		41	
Arba	40	20	43	20
Corcyra Nigra	44		41	
Scorda	45	20	41	
EX ITALIA.				
Genua	30		42	30
Mediolanum	30	30	44	20
Ticinum	30	30	44	0
Parma	32	10	43	30
Bononia	33	20	43	30
Florentia	33	30	43	0
Piſa	33	20	42	30
Arretium	34	20	43	30
Sena	34	20	42	20
Fauentia	34	10	43	30
Ariminum	33	10	43	30
Roma	36	30	41	30
Priuernum	37	50	41	30
Cumæ	36	10	41	30
Capua	36	30	41	20
Parthenope	40	0	41	0
Petilia	40	30	38	30
Tarentum	41	30	39	30
Hydruntum	43		39	
Iapigiũ ſiue Salentinũ promontoriũ	41	20	38	30
Brunduſium	42	30	39	20
EX SICILIA.				
Pelorus promon.	31	40	38	30
Drepanum	36	30	36	20
Lilibæum promon.	37	0	36	0
Panormus	37	0	37	0
Hibla mons	38	20	37	0
Aetna	39	0	38	0
Agrigentum	38	30	36	20
Syracuſæ	39	30	37	
Pachinus promont.	36	0	36	20
EX SARMATIA.				
Boryſthenis medium	53	0	30	40
Boryſthenis oſtia	57	30	48	30
Riphei montes	63	0	57	30
Tanais oſtium orientale	67	0	54	30
Occidentale	66	20	45	10
EX THRACIA.				
Neſſi oſtia	51	30	41	30
Abdera	52	10	41	30
Rhodope mons	52	30	41	30
Byzantium	56	30	43	0
EX MACEDONIA.				
Pindus	47	40		

Loca.	Longitudo. G	M.	Latitudo. G	M.
Phæſtus	47	18	39	20
Antigonea	46	40	41	20
Strimonis oſtia	50	15	41	20
Penei oſtia	50	30	39	20
Olympus	50	0	39	20
Oſſa	50	40	29	40
Othrys mons	50	0	40	30
Pelion	51	10	39	20
Lariſſa	51	20	38	30
Athos	51	0	38	40
Lemnos inſula	53	20	40	30
Scyros inſula	54	0	39	0
EX EPIRO.				
Acroceraunі montes	44	20	39	10
Butrotum	45	30	38	20
Acheron flu.	47	10	38	20
Ambracia	48	0	38	10
Actium	48	15	37	30
Leucas promont.	48	20	37	40
Acheloi inſula	48	30	37	30
Ithaca inſula	48	0	37	30
EX ACHAIA.				
Calidon	48	0	37	40
Eueni oſtia	48	0	37	30
Cyrrha mons	50	0	37	30
Delphi	50	0	37	40
Parnaſſus	51	0	37	30
Theſpiæ	51	20	37	40
Orchomenus	51	20	37	40
Cytheron	52	30	37	40
Eleuſis Athenæ	52	20	37	10
Aulis	53	30	37	30
Chalcis	53	30	38	0
Cherſonneſus	54	30	38	10
Caphareus promon.	55	0	37	20
Delus inſula	55	20	37	20
Olearus	55	20	37	30
Seriphus inſula	55	0	36	30
EX PELOPONNESO.				
Strophades inſulæ	47	20	36	10
Alphei oſtia	49	20	35	35
Pilum	48	40	36	0
Elis	49	10	35	30
Trœzen	49	10	35	20
Lacedæmon	50	10	35	30
Eurotæ oſtia	50	30	33	10
Epidaurus	51	1	37	30
Inachi oſtia	51	30	35	30
Corinthus	51	15	36	30
Iſthmus & Nemea	51	1	36	20
Argos	51	20	36	10
Mycenæ	51	30	36	10
Aegina	52	20	36	30
EX AFRICA.				
Tingis Cæſarea	6	30	35	20
Atlas minor	6	0	33	20
Vtica	23	0		
Carthago	34	30	32	40
Syrtes paruæ	38	30	32	0
Triton palus	38	40	29	40
Syrtes magnæ	43	10	31	0
Cyrenæ	50	0	31	20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Loca.	Longitudo. G	M.	Latitudo. G	M.
EX AEGYPTO.				
Alexandreia	60	30	31	20
Canopus	60	30	31	0
Nili primum oſtium	60	30	31	1
Vltimum	63	15	31	10
Thebe	63	30	25	30
Memphis	62	0	29	20
Heliopolis	62	30	28	30
Syene	62	0	29	20
EX ASIA MINORE.				
Abydus	55	20		
Ilium	55	30	41	0
Tenedos	55	0	30	30
Leſbos	55	0	40	0
Mytilene	55	40	39	40
Gnidus	56	15	36	0
Smyrna	57	20	38	20
Colophon	57	40	38	20
Epheſus	57	40	37	40
Meandri oſtia	57	40	37	20
Pergamum	57	20	39	30
Samus	57	0	37	20
Cous	57	0	36	20
Rhodus	57	20	35	20
Miletus	58	0	37	0
Laodicea	59	30	38	40
Antiochea	59	30	38	
Tarſos	67	40	36	30
Thermodontis oſtia	67	0	43	15
Tanais	67	30	54	30

Loca.	Longitudo. G	M.	Latitudo. G	M.
Phaſidis oſtia	72	0	45	0
Colchis	75	30	39	0
EX SYRIA.				
Carmelus	66	20	22	20
Ptolemais	66	30	33	0
Iordanis	67	40	32	30
Tyrus	67	0	33	20
Sidon	67	0	33	30
Libanus	68	30	34	10
Caſius mons	68	30	35	20
Damaſcus	69	0	33	0
EX IVDAEA.				
Iotapa	65	40	32	30
Azotus	65	15	31	30
Aſcalon	65	0	31	40
Sebaſta	65	40	32	30
Hieroſolyma	66	15	30	10
EX ASSYRIA.				
Ninus	78	0	36	40
Babylon	79	0	30	0
Cteſiphon	80	0	35	0
Cambiſis flu.oſtia	81	10	42	30
EX INDIA.				
Baſtra	116	0	41	0
Oxiana	117	10	44	40
Bragma	128	0	19	0
Ganges	129	0	17	20
Gangis primum oſtium	144	30	18	10
Quartum	307	14	18	10

PROVINCIARVM PRINCIPIA, MEDIA, & fines, in longitudinis & latitudinis gradibus.

Loca.	Longitudo G P	G M	G F	Latitudo. G P	G M	G F
EX EVROPA.						
Hibernia	7	13	18	82	58	57
Albion inſula	14	22	30	62	56	51
Hiſpania Betica	4	8	12	40	38	36
Luſitania	2	6	12	41	36	37
Tarraconenſis	4	12	20	45	39	34
Aquitania	17	16	21	55	51	43
Lugdunenſis	16	20	24	51	45	39
Belgica	22	25	29	55	43	49
Narbonenſis	21	25	29	45	43	42
Germania magna	27	36	46	59	52	48
Rhetia	29	30	31	47	46	45
Vindelicia	32	33	34	47	46	45
Noricum	34	35	36	49	47	45
Pannonia ſuperior	37	42	48	47	46	45
Pannonia inferior	41	43	45	47	44	42
Illiricum	36	42	49	45	39	34
Delmatia	37	41	46	44	42	41
Italia	28	36	44	45	41	38
Corſica	30	34	39	41	40	39
Sardinia	29	31	33	39	37	35
Sicilia	36	38	40	39	36	43
Sarmatia	47	59	72	68	54	41
Taurica	60	62	64	48	47	46
Iazyges	43	44	45	48	47	46
Dacia	43	51	59	48	45	43

Loca.	Longitudo. G P	G M	G F	Latitudo. G P	G M	G F
Mœſia ſuperior	45	47	49	44	43	42
Mœſia inferior	47	52	57	48	45	43
Thracia	51	53	56	44	42	41
Cherſonneſus	54	0	55	41	0	41
Macedonia	44	49	54	48	43	38
Epirus	44	46	49	39	37	36
Achaia	48	50	53	38	37	36
Eubœa	52	53	55	38	37	36
Peloponneſus	46	49	51	35	2	34
Creta	52	53	55	55	44	34
EX AFRICA.						
Mauritania Tingitana	6	12	18	35	30	26
Mauritania Cæſarien.	11	18	26	36	31	20
Africa minor	26	36	46	14	30	20
Numidia	20	33	46	38	32	26
Setia	156	166	177	51	44	47
Cyrenæ	47	49	51	31	26	21
Marmarica	51	58	65	39	31	23
Aegyp.mediterranea	52	58	65	39	31	23
Lybia interior	1	24	41	33	19	5
Aethiopia ſub ægypto	59	70	82	22	11	1
Meroe	61	73	85	12	14	16
Aethiopia interior	10	45	80	12	14	16
EX ASIA.						
Pontus & Bithinia	56	59	62	43	41	40
Aſia minor	55	58	62	48	41	35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Loca.	Longitudo.			Latitudo.		
	G P	G M	G F	G P	G M	G F
Lycia	59	60	61	37	36	35
Galatia	61	63	66	44	41	38
Pamphilia	61	62	64	38	36	35
Cappadocia	62	65	68	51	44	37
Armenia minor	65	68	71	42	39	39
Cilicia	64	66	69	38	37	36
Sarmatia Aſiatica	64	75	87	55	50	46
Colchis	71	72	74	46	45	44
Iberia	74	75	76	46	45	44
Albania	77	81	85	47	45	44
Armenia maior	71	75	76	44	41	38
Cyprus	61	64	67	36	34	33
Syria	66	69	73	39	33	30
Palæſtina & Iudæa	64	65	67	32	31	30
Arabia Petrea	65	67	69	31	29	28
Meſopotamia	72	75	79	44	39	34
Arabia deſerta	72	75	79	35	32	29
Babylonia	28	59	80	35	22	29
Aſſyria	76	79	82	39	37	35
Media	80	89	99	43	38	34
Suſiana	80	84	88	38	34	30
Perſia	85	89	94	35	32	29
Parthia	94	97	100	42	40	38
Hircania	94	97	100	42	40	38
Arabia felix	65	69	74	39	30	11
Carmania	94	99	104	29	23	18
Margiana	101	103	106	43	41	39
Bactriana	111	115	119	44	41	39
Sogdiana	117	120	124	45	43	41
Scythia intra Imaum	91	97	104	48	45	43
India intra Gangem	109	128	147	37	24	11
Aria	103	106	111	28	35	33
Paropaniſus	113	116	119	38	35	33
Drangiana	103	107	111	32	30	28
Aracoſia	112	115	118	32	30	28
Gedroſia	105	111	118	28	22	17
India extra Gangem	137	154	172	35	18	1
Aurea Cherſonneſus	145	157	169	9	5	2
Sinarum regio	175	177	180	26	10	2
Taprobane	116	125	135	12	6	1

DE PERIOECIS, ANTOECIS, Antichthonibus, Periſcijs, Amphiſcijs, Heteroſcijs, Antiſcijs.

SED *locus expoſcit ut de terra deq́; habitatoribus eius pauca in uniuerſum referam.*
Terræ forma
Terram ipſam ſtabilem rotundamq́; ob naturalem grauitatem in medio conquieſcere par eſt: quæ res in primis eſt argumento, ſphæricam eſſe, quum ſit neceſſe undiq; ab extremis æque abeſſe, ut in libris ſcribitur Meteororum. *Ex quinq; autem zo-*
Zonæ
nis, quum duæ ſint omnium confeßione temperatiores, ex ijs Cleomedes de orbibus cœleſtibus quatuor facit habitationes. Primam dimidiam apparentem uerſus arctum, quam nos homines cogniti colimus. Alteram dimidiam in eodem climate terræ nobis circumuerſæ, quam incolere ij quos uocat Periœ-
Periœci
cos, id eſt, circumcolas putantur. Tertiam habitationem qui alteram temperatam uerſus auſtrum colunt, uocatq́; Antœcos, id eſt, anticolas & antomos, quòd humeros nobis obuertant.
Antœci
Quartam qui Antœcis aduerſam ſub terra colunt regionem,
Antichthones
quos Antichthones ſiue antipodas nominat, quòd nobis è dia-
Antipodes
metro ueſtigia uertant. Noſtri uerò Periœci non nobis è diametro ueſtigia, ſed Antœcis noſtris obuertunt. Cum Periœcis communia habemus. Primo quidem eandem incolimus temperatam. Deinde eodem tempore hyemem atque æſtatem, aliáque anni tempora habemus, incrementa item diminutionesq́ue dierum ac noctium. Differentiam uerò tantum in diebus ac noctibus quòd luce apud nos exiſtente, apud illos noctem eſſe oportebit, & contrà. Non tamen exacta ratione ſol illis oritur, quum nobis occidit. Nam hoc pacto apud nos longa dies, apud illos longa foret nox, & quatuor anni tempora apud nos uariarent auctu & diminutione noctium. Sed quum terram ſphæricam ſol circumagat, eos ex ordine paulatim illuſtrat, quibus terræ tumoribus ſuppoſitus radios primum inijcit in itinere. Quare adhuc ſupra terram nobis cernitur, quum alius alijs exoritur. Cum Antœcis uerò communia ſimul nobis, quòd unum quidem illis & nobis eſt hemiſphærium & dies, uerum apud nos maximus eſt dies, apud illos minimus, & contrà. Variatur autem inter nos anni temporibus & auctu diminutioneq́; dierum & noctium. Cũ antipodibus nihil omnino cõmune habemus, ſed omnia contraria.
Poſt hæc è quinq; zonis tris habitationes ex umbra Solis no- Tres habitationes
minat idem Cleomedes. Periſcios primũ uocat eos qui ſub uer- Periſcii
ticibus conſtituti ſunt, ſi modo ſunt ulli, quibus annus in unum diem, unamq́; noctẽ diuiditur, ſexq́; ſigna perpetuo eadem ſunt ſupra terram, & totidem ſubter. Vmbræ igitur illis molarum more circumuoluuntur. Alteram habitationẽ ſub æquinoctiali Amphiſcios uocat, quos Sol trinis umbris uerberat: una per ca- Amphiſcii
thetum, alteris utrinq; diſcedens. Tertiam uerò habitationem, quæ terras temperatiores comprehendit, noſtram uidelicet & antœcorum, qui alteram tãtum umbram habemus, nos ex uno polo, illi ex altero, appellatq́; Heteroſcios. Sunt & Solis Anti- Heteroſcii
ſcij, quando in anno in ſimilem Sol incidit parallelũ, uerbi gra- Antiſcii
tia XIX. *pars Leonis eſt Antiſcium primæ partis Tauri, & prima Geminorum eſt Antiſcium* XXIX. *Cancri. Sed hæc nihil ad habitatores, niſi quòd ſecundũ Mathematicos magna in Geneſi & rebus humanis portendunt momenta. Præter hæc autem umbræ maiores & minores, dextræ ac ſiniſtræ dicun-* Vmbræ maiores & minores & dextræ, ac ſiniſtræ
tur. Minores quum Sol eſt in meridie, maiores uerò quum eſt in oriente aut occidente, ut Virgilius.

Maioresq́; cadunt altis de montibus umbræ.

Dextras quoq; nos habemus, qui polum arcticum habitamus. Siniſtras qui meridiem. Nam oriens unde initium eſt Solis & aſtrorum, ſeptentrionem dextrorſus habet, Siniſtrorſus uerò meridiem. Luca. Ignotumq́; Arabes & uosueniſtis in orbem, Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras. Ex quo auſpicia ſeptentrionem uerſus feliciora putabantur, ut Vergil. Intonuit læuum. Læuum enim ex parte noſtri oriẽtem reſpicientium, ex parte ipſius orientis dextrum eſt.

QVANTVM ORBIS HABItetur, eiusq́; generatim dimenſio.

NVNC *habitatæ finis ſpectandus, quam Ptolemæus ex parte arcti & auſtri ac orientis terra terminat incognita, non tam conſcientia rei quàm mathematica putauerim ratione perſuaſus, ut ex quartæ partis deſcriptione omnia perfectius monſtraret. Nã uniuerſam terrã cognitã, oceano uelut inſulam, circumfuſam eſſe, in confeſſo non ſolùm apud Homerum, ſed & Orpheum ita canentem,*

Κύκλον ἀκαμάτου καλλιῤῥόου ὠκεανοῖο,
ὃς γαῖαν δινῆσι πέριξ ἀμφιελίξας.

Et Dionyſium poëtam,

Πάντη δ᾽ ἀκαμάτου φέρεται ῥόος ὠκεανοῖο,
Εἷς μὲν ἐών, πολλῇσι δ᾽ ἐπωνυμίῃσιν ἀρηρώς.

Quod quidem experimentis cognitum Diui Auguſti ſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ptentrio totus ad Scynthicum pelagus remigatus, ac te-
Gleſſariæ inſulæ ſte Plinio contermin æ Cymbrico Cherſonneſo Gleſſa-
riæ ſunt inſulæ, à Græcis Electrides ab electri copia
Noruuegia uocatæ, quas Noruuegiam ac Suetiam hodie putamus
eſſe. Altera uerò parte ex Indico pelago ad mare Hir-
canum Macedonum armis Seleuco atque Antiocho re-
gnantibus nauigatum. Circa Caſpium quoque multa o-
ceani littora explorata. Ex parte autem occidentis ma-
gna pars meridiani ſinus luſtrata Alexandri Magni
uictorijs. Hanno quoque Carthaginenſis uir potens à
Gadibus ad Arabum finem circumuectus, nauigatio-
nem eam ſcripto prodidit. Sed iam ueterum teſtimo-
nio non egemus, Dei prouidentia ac felicitate nomi-
nis Chriſtiani longe late'que nobis orbe patefacto, quum
inſulas Britannicas & ultimam Thylem olim inadceſ-
ſas, priſcam exutas immanitatem adiri atque frequen-
tari quotidie, tum diuinis perſonare laudibus, uidea-
mus. Ad Zephyrum prorogatus item terminus, re-
gis Hiſpaniæ uirtute, ultra fortunatas multis partibus,
ad noſtros Periœcos nauibus tranſgreßis ac inſulis re-
pertis. Ad auſtrum uerò regis Luſitaniæ nautæ ultra
Capricornum præteruecti Antœcos contigerunt. Iidem
quoque mediam Zonam, hoc eſt, totam ſub zodia-
co partem habitatam eſſe monſtrantes, poëtarum &
Ariſtotelis ipſius falſam de hac opinionem patefecerunt.
Continens tamen nullum ultra zodiacum uerſus me-
ridiem ab eis repertum, præter inſulam quandam,
neque ſanè aliud credere par eſt quàm hoc appa-
rens, quod aquæ locus non eſſet ſi decuplo terram
ex ipſius philoſophi ſententia ſuperet. Qui autem ſub
æquinoctij catheto ſunt, coloratiores (ut ait Ptolemæus)
exiſtunt, minus autem pro portione recedentes. Ve-
rum quid cauſæ ſit quòd ſub eodem parallelo alijs
magis alij ſint atri, ut Mauritani magis quàm Indi,
Strabo ſiccitati, aquarum'que penuriæ adſcribit, quæ
De æquorib. in oriente magis ſcatent. Ipſe igitur Oceanus à litto-
ribus ſuis cognominatur, Athlanticus, Libycus, In-
dicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Galli-
cus. Eodem modo & ſinus quos efficit, ut Perſicus,
Arabicus, Gangeticus, Magnus. Reliqua uerò Maria
aut à prouincijs dicuntur, ut Aſiaticum, Phœnicium,
aut ab inſulis, ut Carpathium, Cyprium, Sardoum,
aut à gentibus, ut Auſonium, Delmaticum, Liguſti-
cum, Tuſcum, aut ab oppidis, ut Adriaticum, Co-
rinthiacum, Tyrium: aut à caſibus, ut Myrtoum, Hel-
leſpontiacum, Ionium: aut à moribus accolarum, ut
Euxinum. Ex ijs uerò quæ à terra cinguntur maius In-
dicum pelagus eſt. Secundum uerò noſtrum mare, quod
mediterraneum uocant. Tertium Hircanum. Præterea ſi-
nuum inſignium, primus Gangeticus, ſecundus Perſi-
cus, tertius is qui Magnus dicitur, quartus Arabicus,
quintus Aethiopicus, ſextus Ponticus, ſeptimus Aegæi
pelagi, octauus paludis Mæotidis, nonus Adriaticus,
Inſulæ decimus ſinus Propontidis. Inſularum uerò ſeu peninſu-
larum prima Taprobane. Deinde Albion inſula Britan-
norum. Deinde Aurea Cherſonneſus. Quarta Iuuerna
ſiue Ibernia, quinta Peloponneſus, ſexta Sicilia, ſepti-
ma Sardinia, octaua Corſica, nona Creta, poſtremo Cy-
prus. Atque hæc quidem, ex Ptolemæo. Longitudo au-
Terræ magnitudo tem uniuerſæ terræ habitabilis Straboni L X X. milium
ſtad. Plinius autem L X V. L X V I I I. mil. paſ. Lati-
tudo L I I I I. L X V. Hoc eſt, quinquagies quater cen-
tena ſexaginta millia. Cum igitur hoc ſpatium tribus
partibus conſtet, Aſia coniungitur Africæ per dorſum
Arabiæ ſupra Nilum, Europæ uerò per dorſum ſupra
Mæotidem iungitur. Africa ab Europa diſiungitur Her-
culeo ſolum freto, per ſe ipſam Europæ nulla parte con-
tigua. Igitur ab occidente exordiri par eſt tanquam à
ſiniſtra in dextram, niſi forte Dionyſij poëtæ more or-
dinem peruertere uelimus, cum ille ab Africa, ceu à pa-
tria ſua cœperit. Quatuor itaque magni ſinus Europæ Quatuor magni ſinus Europæ
Plinio ponuntur. Primus à Gadibus ad Lacinium uſque
promontorium Italiæ. Secundus à Lacinio ad Acrocerau-
nia, inde ad Helleſpontiacum. Quartus ab Helleſponto ad
Mæotidis oſtia. Ex occidente igitur Hiſpania primum
ſeſe offert, ab hac initium ſumam.

HISPANIA.

HISPANIAM (quam Græci Iberiam
uocant) corio bubulo ſimilem Straboni,
& à Gallia montibus diſcretam Pyrenæis,
ueteres plerique in tris diuidunt partes,
Beticam, Luſitaniam, Tarraconenſem. Ru-
fus uerò in prouincias ſex, Tarraconenſem, Carthagi-
nenſem, Luſitaniam, Calleciam, Beticam, Transfreta-
nam. Nam inſula Africæ Hiſpaniarum eſt, quæ Tingita-
na cognominatur. Ex his Betica & Luſitania conſula-
res, cæteræ præſidales ſunt. Nonnulli recentiores in quin-
que: Carpetaniam, Beticam, Luſitaniam, Calleciam, Tar-
raconenſem. Plinius in citeriorem & ulteriorem. In ul-
teriore igitur Betica omnis cum parte Luſitaniæ tan- Betica
tum continetur. Hanc Anas fluuius à Luſitania diducit, Anas
Betis uerò mediam abluit. Ex orientis parte Murgi Murgi
& Vrci oppida uſque terminant. Capella ab Vrcitano Vrci
inquit fine citeriorem intrat. Eius longitudinis Plinius à
Caſtulone facit mil. paſ. C C L. Latitudinem à Carteia C C-
X X X V I. In hac conuentus ponit I I I I. Gaditanum, Cor-
dubenſem, Aſtigitanum, Hiſpalenſem: oppida uerò C L X X I.
In his colonias V I I. municipia X V I I I. Latio antiquitus
donata X X I X. libertate V I. fœdere I I I. ſtipendiaria C-
X X I. Strabo Betica inquit, populo attribuitur. Ad quam
prætor mittitur: qui legatum habet & quæſtorem. Reli-
qua Hiſpania Cæſaris eſt, qui duos mittit legatos, præ-
torium & conſularem. Prætorius legatum habet, qui Lu-
ſitanis uicinis ius dicit. Columen totius eam eſſe Hiſpaniæ
apud omnis in confeſſo eſt. Plinius in ultimo libro ſecundum
Italiam extollit. Nam ſalubritate aêris & pulchritudine re-
gionis, magnitudine fructuum, & ingeniorum fœcundita-
te facile cæteris antecellere uidemus. Nam & in uicino he-
ſperio mari fortunatorum inſulæ iacent. Subeſt & quarto
climati, quòd optimam ad omnia temperiem præſtat. De
diuitijs eius regionis Anacreon inſuper teſtis Οὔ τ᾽ ἂρ ὅ τ᾽
ἀμαλθίης βουλοίμην κέρας, ὅτε τὰ πεντήκοντα καὶ ἑκα-
τὸν ταρτήσου βασιλεῦσαι. Tarteſſus enim olim Betis ap- Tarteſſus
pellatus eſt. De quo Mar. Betis oliuifera crinem redimite
corona Aurea qui nitidis uellera tingis aquis, Quem Bro-
mius quem Pallas amat. Ruſando enim uelleri aptiſſimum
dicunt. In ora igitur prius inſula parum à continenti remo-
ta Gades, à Græcis Gadera appellata penul. prod. cuius ſi- Gades Gadera
tus etymo conuenit: collo quod δείραρ illi uocant ſimilis,
anguſtaq; & oblonga uittæ modo, Dionyſio poëtæ Coty-
nuſa uocata, quòd oleaſtro abundet. Scribit Aelianus de ua-
ria hiſt. apud Gaderam aras eſſe duas: alteram Anno, alte-
ram Menſi, ut longiori & breuiori tempori dicatam. Præ-
terea templum ſenectuti, quòd maxime ætatem utpote ma-
giſtram rerum uenerentur. Alterum item morti, ut com-
muni quieti & portui miſeriarum poſt exantlatos labores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Sed & paupertati & fortunæ ſacra etiam conſtituere, ut per hæc altera placetur: altera fortuna remedium paupertati obueniat. Hæc ille. Templum inſuper Herculis in ea notiſſimum cui & Annibal antequam alpes tranſcenderet profectionem uouit, & Lucullus decimas rerum ſuarum dedit. In hoc Strabo fontem eſſe dicit contraria maris natura: cum enim illud augeſcit hic decreſcit, & contra: eodemq; autore Gaditani originem ſuam à Tyrijs repetunt, iam inde à Philiſthene conditore qui Phœnicis filius fuit, frater Beli patris Didonis ac Pygmalionis: feruntq; in eo templo auream Pygmalionis oliuam eſſe, præterea Græcorum multa eſſe monumenta: qui ea loca adierunt, præſertim Athenienſium, quamobrem Meneſteo regi Athenienſium ſacra faciunt, ut teſtatur Philoſtratus in uita Apollonij.

Erythrea

Huic proxima Erythrea inſula quam eandem eſſe cum Gadibus Pherecydi placet. Strabo tantæ eam fœcunditatis dicit, ut pecudes pabuli copia ſit neceſſe excretione ſanguinis purgari: cuius rei gratia ea finguntur, quæ de Gerionis armentis dicuntur. Hanc inſulam Ariſtoteles, ut tradit Aelianus, negat eſſe, neque inde boues Herculem abegiſſe, ſed ex Hypate, ut ex antiquo epigrammate in columna ibi reperta demonſtratur: ubi Erythum eum locum cognominatum dicit. A gadibus ad fretum ſtadia DCCL. ubi Herculis columnæ, Briarei olim dictæ, ut Ariſtoteles apud

Calpe & Abyla

eundem teſtatur autorem. Duo ſunt hæ promontoria, Calpe & Abyla. Silius, At laudibus olim terminus Herculeis Calpe: hunc poſtea Zibaltar locum munitiſſimum Saraceni

Carteia

Argāthonius

cognominauerunt. Iuxta eſt Carteia, dicta ab eiſdem Tariffa. Hic etiam regnauit Arganthonius, qui ut Plinius refert CXX. uixit annos, ut Silius trecentos, qui eius meminit in tertio libro.

Arganthoniacos armat Carteia nepotes.
Rex proauus fuit humani ditiſſimus æui,
Terdenos decies emenſus belliger annos.

Ilipa

Belo

Ilipa cognomine magna Plinio. Ilipula mons. Belo fluuius & oppidum ab acuitate dictum eidem. Malaca item prope & Melaria oppidum, Ptolemæo Meralia flagitioſe ſcribitur, à mellis copia. Nunc Begerra de Melana uocatur.

Turduli

Eliberis

Granatæ regnum

In hoc tractu Turduli ſunt inter quos Granatæ regnum continebatur, cuius Metropolis Eliberi, quam quidam noſtri temporis eruditi Granatam exiſtimant, à croco poſtea quod in ea regione abundet cognominatam.

Baſtuli

Sexi

Abdera

Obulco

Prope Turdulos Baſtuli, quorum Sexi, Abdera, Ilurgis, Obulco qui & ab Hiſpanis Vbida. Sexi enim & Hexi Græce dici poteſt, ſalſamentis nobile apud Strabonem: apud etiam Plinium Sexitani piſces commemorantur, libro XXXII.

Hiſpalis

Carpophorus

Abundius

Corduba

Aſtygis

Carmona

Atueta

Caſtulon

Italica

Munda

Iulia regia

Vrium

Interius uerò Hiſpalis colonia. Hic Carpophorus preſbyter & Abundius ſub Maximiano martyres fuere. Corduba item colonia patricia Plinio. Straboni autem à Marcello deducta. Aſtygis, Carmona nomina adhuc retinent. Atuetam uerò nunc Hiſpani Atuagiam. Caſtulon. Italica Silij patria. Munda ubi Pompeij liberi à Cæſare debellati, quæ ſit hodie non ſatis conſtat. Nonnulli Xeritium oppidum eſſe contendunt. Iulia regia nunc Baena eſſe deprehenditur, ex antiqua inſcriptione in eo loco reperta. Vrium ab Vrio amne Beticæ Straboni Oria uocato, hodie ciuitas Aurienſis. Aſta nomen retinet.

Turditani

In hoc etiam tractu Turditani interiere, gens diues, ut quæ à Carthaginienſibus quondam inuenta ſit præſepibus utens argenteis, uti Strabo commemorat. LVSITANIA à luſu Liberi patris Plinio à Septentrione & meridie duobus fluminibus Ana & Doria, ab occidente autem oceano clauditur. In ora ciuitas regia Vlyxipo Plinio uocata,

Vlyxipona

Antonino in Odœporico Vlyxipona: Straboni uerò Vlyxea, qui unà cum Mineruæ templo Vlyſſis indicabat errores, & exercitum huc delatum, ut idem teſtatur autor: tandem eiecti, quòd ad piraticam ſe conuertiſſent. Hæc urbs non diu Metropolis facta cum prius Compoſtellano ſubeſſet præſuli.

Pax Iulia

Oſſonoba

Sacrum pro.

Colimbrica

Emerita

Ebora

Egitania

Siſapones duæ

Pax Iulia parum à mari remota, Pacenſis nunc ciuitas. Oſſonoba nunc Siluenſis, quantum conijcere licet, non longe à Sacro promontorio, quod nunc ſanctum Vincentium uocant. Colimbrica Plinio memorata nomen retinet. Caurium item & Emerita Auguſta: Merida ab Hiſpanis uocata, & Auguſti uictoria nobilitata. Ebora item Plinio & Antonino, Elborenſis nunc urbs. Egitania quoque ac Siſapones duæ, noua & uetus, altera iuxta flumen Duriam ſita Zamorenſis putatur ciuitas. Cicero in Antonium. Qui Siſaponam tanquam Miſenum tenebas.

Selium

Sentica

Salmantica

Selium, Sentica, Salmantica nunc Salmanca. Sunt item plurima quæ in brica terminantur, quod antiqua Hiſpanorum lingua oppidum ſignificabat. Hinc Laccobriga, Mirobriga, Arcobriga, Arabriga, Talabriga, ſicuti & Burgi apud Germanos & Bria Thracas, ut autor eſt Steph.

Celtici

Celtici in Luſitania ad oceanum ſiti ſunt, quæ gens antiquitus Gallica qui ex Celtiberis eo fluxere, ut ait Plinius Montes Luſitania non habet, ut Strabo.

Mons Lunæ

Lunariũ promontorium

Barbaricum

Tantum in maritimis mons Lunæ qui recipit ſinum Vlyxiponenſem. Lunarium uerò promontorium eſt in Laletanis. Barbaricum promontorium è regione montis lunæ. Cuneus Græce σφῆν ab acuitate dictus, ſacro promontorio uicinus. Flumina quoque Munda. Vacus. Tacus ramentis aureis celebris. Chalybs iuxta Aradum & Pacem Iuliam fluens. Durius Ptolemæo Doria dictus è Tarraconenſi oritur, & per fines Celtiberorum labens ad Luſitanos in Oceanum deſinit. Silius, Hic certant Pactole tibi Duriusq; Tagusq;. Hæc eſt Luſitania quondam breuior, nunc regum auſpicijs amplior, ultra Lethen etiam prorogata, quæ pars citeriorem attingit de qua iam dicam.

TARRACONENSIS ſiue Citerior Hiſpania utrunq; complectitur littus Aquitanici uidelicet & Balearici maris, omnium ampliſſima, longitudine Plinio à Pyreneis ad Caſtulonem mil.paſ. DCVII. latitudine à Tarracone ad alterum littus CCCIII. è radicibus Pyrenei ubi curuatur anguſtijs, inter duo maria: paulatium ſeſe pandens, qua contingit ulteriorem. Diuiditur autem in conuentus VII. Carthaginenſem, Tarraconenſem, Cæſarauguſtanum, Clunicenſem, Aſturum, Lucenſem, & Bracharenſem. Continet oppida CCCXIII. in quibus coloniæ XII. Oppida ciuium Ro. XIII. Latinorum ueterum XVIII. Fœderatorum unum. Stipendiaria CCXXII. Nunc uerò ad unum regnum omnia redacta, paulò antè in plura diuiſa. Nauarræ, quod inter Cantabros continetur. Caſtellæ, quod inter Callæcos & Aſtures. Aragoniæ, quod inter Celtiberos ac Tarraconenſes.

Callæci

Lucenſes

Brechari

Brigantium

Igitur primum Callæci Lucenſes & Brechari cognominati inferiora tenent littora uſq; ad Nerium promontorium. Horum eſt Flauium Brigantium Ptolemæo: Antonio autem Brigantium tantum, nunc Compoſtella, prope quam S. Iacobi oraculum. Huc aditur ex omnibus populis eo præſertim anno more Iobilei, quo ipſius feſtum die dominico celebratur.

Lucuſauguſti

Brachara

Iria flauia

Nerium promontorium

Caſsiterides

Aſtures

Lucus Auguſti frequens urbs nunc Lucenſis dicta. Lucus Aſturum oceano propinquior. Brachara auguſta Ptolemæo & Antonino: cuius Præſul metropoliticus ſimul & primas appellatur regni Luſitaniæ. Iuxta eſt Iria Flauia. è regione Nerij promontorij, qui nunc ſancta Maria finis terræ dicitur, inſulæ ſunt Caſſiterides Ptolemæo numero X. à ſtanni copia quæ iam deſijt, & in proxima Britannia nunc cernitur. Aſtures Callæcis proximi auri fodinis, & equis quondam nobilitati: ab Aſtyre, Memnonis auriga, extincto domino eo adplicante originem habuere. Silius his carminibus omnia notat,

Venit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Venit & auroræ lacrymis perfuſus in orbem
Diuerſum patrias fugiens cum deuius oras,
Armiger eoi non felix Memnonis Aſtyr.
His paruus ſonipes nec Marti natus, & idem
Aut in concuſſo glomerat ueſtigia dorſo,
Aut molli placata celer trahit eſſeda collo.

Plinius item de his. In eadem Hiſpania gens Aſturia eſt,
Tieldones equini generis, quos Tieldones uocant, minori forma
Aſturcones equi appellatos Aſturcones gignunt, quibus non uulgaris in
curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Martialis.

Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit ungues,
Venit ab auriferis gentibus Aſtur equus.

Aſturconis item Tranquillus in Nerone meminit. Eos
nunc proxima Britannia mittit, ſic tempore ſoli natura
uariante. De auro idem Silius ſic ait, Sed ſcelerum
cauſas aperit Deus, improbus Aſtur Viſceribus laceræ
telluris mergitur imis, Et redit infelix effoſſo concolor
auro. Montibus hi muniuntur arduis: quibus ſe
quondam à Saracenis cæteris'que barbaris tutati ſunt,
Auguſta Aſturica ſemper'que inuicti fuere. Horum urbes Auguſta Aſturica:
Legio Germanica nunc Aſturicenſis. Legio Germanica nunc legionenſis.
Brigetium Brigetium, Veca, nunc Ouetenſis ciuitas,
ubi Saracenorum temporibus multa Chriſtianorum tem-
Veca, quæ Ouetenſis plorum'que ornamenta adſeruata ſunt. Ex horum fini-
Auus, Nibis bus plura naſcuntur flumina, Auus, Nibis, Tamara,
Tamara Meabus, Narius, Minius, Lethe. Minius enim in mare
Meabus oceanum è montibus Aſturum delabitur, eius ferè co-
Narius Minius loris, per quem nomen habet, ut Iſidorus teſtatur.
Lethe Lethen uerò cæteri, Ptolemæus Limum appellat. Silius,

Inferni populis referens obliuia Lethes.

Strabo nominis cauſam dicit, quòd cum Galli atque
Turduli ſocijs ad id flumen armis perueniſſent, eo traiecto
ſeditione orta diſsidentes, eorum'que duce extincto:
obliti quod in Hiſpanos mouerant belli, iuxta
flumen reſedere. Hunc etiam D. Brutus contra Gallæcos
profectus primus in exercitu religionem fluminis
Cantabri expaueſcente tranſmiſit. Cantabri in eodem littore o-
rientaliores Aſturibus ſunt, tuti & ipſi ſitu locorum,
ultimi ſanè Hiſpanorum ab Auguſto ſubiugati. Horat.
Iuliobriga Cantaber ſera domitus cathena. Horum Iuliobriga
Vellica item in montibus & Vellica. Propius autem Pyreneo
Vaſcones Vaſcones ſequuntur gens fortiſsima, qui in proximam
Galliam migrauerunt. Sine galea pugnant. Silius libro
III. Aut Vaſco inſuetus galeæ ferre arma. Horum eſt
Pompelon Pompelon, quaſi Pompeij ciuitas, ut ait Strabo, nunc
Calagurium Pampilona regni Nauarræ caput: Præterea Calagu-
Secontia rium Quintiliani patria. Interius autem Secontia nunc
Masburgi Seguntina urbs. Iacca. Masburgi gens Ptolemæo poſiti
Vaccei Tyde ubi nunc Burgenſis ciuitas. Vaccei, quorum Tyde à
Diomede poſt bellum Troianum de nomine patris Tydei
regis Aetoliæ ædificata. Silius, Et quos nunc Graios
mutato nomine Graium Oeneæ miſere manus, Aetola'que
Tyde. Dicitur & Tude ſicut hodie, regibus
Pallantia Hiſpaniæ ſubiecta. Pallantia nunc Pallentia: flumen
eius nominis haud longe à Valentia eſt, quod equidem
Cauca miror tam procul ab oppido diſiunctum: præterea Cau-
Viſontium Toletum ca, Viſontium nunc Viſeum. Toletum clarum Ildefonſo
Præſule & monacho ac Leocadia uirgine & martyre
ſub Diocletiano. Huc conuenitur ad concilium, &
epiſcopus ſecundum regem primus habetur. Duæ quoque
procul etiam ab his ciuitates nouis appellatæ nomini-
Placentia bus, Placentina & Ciuitatenſis, quæ olim fuerint non
ſatis auſim iudicare. Alterum Tarraconenſis littus Ca-
talani nunc appellati totum unà cum Celtiberis poſsi-
dent. In his igitur occidentaliores ſunt Baſſetani: quo- Baſſetani
rum Vrci Accij, Carthago noua Haſdrubalis ædificium Vrci, Accii
Straboni: uetus autem Teucri Telamonis. Silius: Carthago noua & uetus

Dat Carthago uiros Teucro fundata uetuſto.

Scombraria promontorium à ſcombris capiendis. Oro- Scombraria promont.
ſpeda mons, Staberis item & Alonæ fluuiorum oſtia: Oropeda
intus Bigerra, Albula nomina retinent. Setabis lino te- Staberis flu.
nuiſsimo nobilitata: unde ſudaria Setaba à Catullo com- Alona flu.
memorata. Hanc abluit Sucro è montibus oriens Oro- Bigerra Albula
ſpedanis. Silius inter Sedetanos, quos Ptolemæus Ede- Setabis
tanos uocat, eum conſtituit: Sucro flu. Sedetani

Sedetana cohors, quam Sucro rigentibus undis,
Atque altrix celſa mittebat Setabis urbe.

Inter Sedetanos item Saguntum à mari recedens in Sanguntum
colle, clarum fide in Romanos & Annibalis expugnatione,
nunc oppidi parua monſtrantur ueſtigia. E regione
Valentia eſt in ora, quam Turia interluit, Ptolemæo
Turulus appellatus. Claudianus, Floribus & roſeis
formoſus Turia ripis. Cicero in ultima contra Verrem
actione, Valentinorum inquit hominum honeſtiſſimorum
teſtimonio. Meminit & Dianij, ut urbis claræ,
& Valentiæ uicinæ. Salluſtius in quarto hiſtoriarum
libro, Caſtra hoſtium apud Sucronem capta, &
prælium apud Turiam: & dux hoſtium C. Herennius
cum urbe Valentia & exercitu deletus. Campus ſpar- Valentia
tarius, ut Plinius à littore Carthaginis nouæ minus Campus ſpart.
XXX. milliaria in longitudinem porrigitur, magno accolarum
quæſtu. Iuncus eſt ſponte naſcens, unde car-
baſa funes'que conficiunt. Poſt hos Coſetani, quorum Coſetani
Tarraco Scipionis ædificium, indicio marmoris ibi Tarraco
adhuc extantis huiuſmodi inſcriptione. Vrbs Coſetanorum.
Plinius item hanc regionem Coſetaniam uocat.

Barcino & eidem cognominata Fauentia, cuius Præ- Barcino
ſul ac ciuis Pacianus Hieronymo inter ſanctos ſcri- Pacianus
ptores commemoratur, obijt ſub Theodoſio ſeniore.
Intus uerò Ilercaones, quorum Ilergetum, Ilerda Ilergetum Ilerda
Petrei & Afranij clade nobilitata, Sicori abluitur amne
è Pyreneis fluente. Lucanus,

Colle tumet modico, leniq; excreſcit in altum
Pingue ſolum tumulo, ſuper hoc fundata uetuſto
Surgit Ilerda mari, placidis perlabitur undis,
Heſperios inter Sicoris non ultimus amnes,
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu,
Hibernas paſſurus aquas.

Celtiberorum quoque gens maxima eſt in hoc tractu.
Eorum urbes CCC. à T. Graccho ſubuerſas ſcribit Polybius.
origo ex Gallia uenit, Gallos enim Græci Cel-
tas uocant, qui cum Iberis commixti Celtiberi appel- Celtiberi
lati ſunt. Lucanus libro IIII.

Profugiq; à gente uetuſta
Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberis.

Silius libro III.

Venere & Celtæ ſociati nomen Iberis.

Hanc partem nunc Viſcaiam nominant. Horum ſunt Numantia Valeria

Numantia quæ iam interijt: clade à L. Mumio ac- Bilbilis
cepta inſignis. Valeria Ptolemæo poſita nunc Con- Salon flu.
cha. Bilbilis patria Martialis cum Salone fluuio fer- Flauona
ri temperatura inſigni. Flauona. Cæſarauguſta Ara- Cæſaraug. Vrgesa
gonenſium regni caput. Segobriga Vrgeſa Ptolemæo Segobriga
poſita, Nunc Vrgelenſis quantum conijci licet. Se- Secouia
couia. Caſcontum, Dertoſa Antonino poſita, Oſca, Au- Caſcontum
ſa, Tyroſon apud Plinium. Vicus aquarius: nunc Vicenſis Dertoſa Auſa
urbs, apud Antoninum quoq; & uicus Spacorum & uicus Vicus aquar.
Comin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Vicus comin. Aquæ cali. Aquæ quint. Quernæ Terebellicæ Caſtellani Leletani Betulo Betulus flu. Gerunda Rubricata Ceretani Emporiæ Sambroca flu. Clodianus fluuius Rhoda

Cominarius, Aquæ calidæ apud eundem, & aquæ Quintianæ, Quernæ, Celenæ, originis Bilbilitanorum Terebellicæ. His proximi Caſtellani & Leletani, ubi uinum teſtimonio Martialis illaudatum. Quorum in ora Betulon Ptolemæo: iuxta quem fluuius Betulus, intus Gerunda Rubricata. Ceretani quorum Emporiæ oppidum Phocenſium. Silius, Phocaicæ dant Emporiæ. Strabo tamen Maßilienſium dicit, cum & ipſi eandem habuerint originem: nominis & loci ueſtigia adhuc reſtant, abluitur flumine Sambroca ab Hiſpanis Sambuca appellato: cui miſcetur alter fluuius Clodianus Ptolemæo uocatus, à nonnullis Alba, orientalior quàm Sambroca, è Pyreneis in mare Belearicum fluens. Rhoda Rhodiorum colonia Plinio, & item Hieronymo in epiſtolam ad Galatas. Straboni autem Rhodope uocata. Templum Veneris apud

Aphrodiſium

Pyreneos Ptolemæo: Straboni Aphrodiſium appellatum, terminus eſt Hiſpaniæ citerioris, quam Iberus amnis mediam abluit: oritur inter Cantabros in agro Iuliobricen-

Cinga flu.

ſi, ac in itinere Sicori Cinga'que fluminibus augetur. Lucanus.

Cinga rapax fertur fluctus & littora curſu
Oceani pepuliſſe ſuo, nam gurgite uaſto,
Qui præſtat terris aufert tibi nomen Iberus.

Iubeda mons

Iubedæ montes perpetui è littore Tarraconenſi ad interiora penetrant. Pyrenei Hiſpaniam à Gallia diſterminant à Pyrene Bebrycia uirgine, ab Hercule in eo loco uitiata, ut Silius in III.

Pyrene celſa nimboſi uerticis arce
Diuiſos tellus late ſpectabat Iberos,
Atque à terra tumet. magna diuortia terris.
Nomen Bebrycia duxere à uirgine colles,
Hoſpitis Alcidæ crimen, qui ſorte laborum
Geryonis peteret cum longa tricorporis arua,
Poſſeſſus Baccho ſæua Bebrycis in aula
Lugendam famæ ſine uirginitate reliquit

Pyrenen. Vel ἀπὸ τ πυρός, quod ut ait Diodorus, impoſito ibi à paſtoribus igne uaria metallorum genera eruperunt. In Pyreneo trophæa Pompeij Straboni ponuntur. Inſulæ ad acent Tarraconenſi Baleares, etiam Gymneæ, quòd æſtate nudi in eis degant, Liuio uocatæ: altera maior appellatur, ubi Palentia & Palma: minor altera, ubi Mago & Ianna. Has uicit Metellus cognomine Balearicus. In eodem prope pelago alteræ duæ Pityuſæ appellatæ à copia pinuum. Ophiuſa, & Ebuſus. Fiſcus apoſtolicus ciuitates in tota Hiſpania metropoles ſex in ſacro codice deſcripſit. Tarraconenſem cui ſubijciuntur Barcinonenſis, Gerundenſis, Vicenſis, Ilerdenſis, Vrgellenſis, Maioricenſis, Dertocenſis, Valentinus. Cæſaraugustanam: cui ſubiectæ Oſcenſis, Tyroſonenſis, Pompelonienſis, Calaguritana, Segobricenſis. Toletanam cui Secontina, Oxouienſis, Secouienſis, Burgenſis, Palentina, Cōchenſis. Compoſtellanam: cui ſubiectæ, Abulenſis, Placentina, Salmantica, Caurienſis, Legionenſis, Cordubenſis, Malachitana, Carthaginenſis, Gadicenſis, Eluenſis. Bracharenſem, cui ſubiectæ Colimbrienſis, Lemacenſis, Viſenſis, Aurienſis, Tudenſis, Lucenſis, Aſtoricenſis, Mindouienſis. Vlyxiponenſis quoque haud diu facta metropolis. In Granatæ olim regno urbes IIII. Granatenſis, Rondenſis, Malachitana, Almerienſis.

GESTA IN HISPANIA VSQVE AD GOTHOS.

PERCVRSIS Hiſpaniæ locis reliqua nunc hiſtoria breuiter ſubijcienda, in qua pleraque ex his quæ ſupradicta ſunt, clarius uidebuntur. Nam cum tres uiri Præſules Hiſpanam ſcribant hiſtoriam, Lucas Tudenſis, & Rhoderici duo, Toletanus & Palentinus, ego quæ potiora mihi uidebuntur, ac pluribus probatiora, tum uerò ſimilia, ex omnibus conabor adducere. Gentis originem ab orientalibus Iberis prouenisſe Plinio placet, quibuſdam uerò à Phœnicibus, qui primo Gades incoluerunt. At Beroſo aliter, ſi modo uerus eſt eius qui fertur libellus, quem mihi uериſimile non uidetur Plinium qui eius alibi meminit quo ad hunc locum latuiſſe. Tubalem quendam ex Arameis qui Perſæ ſunt, profectum in Hiſpaniam dicit: deinde Iberum ſucceßiſſe, poſtea Iubedam, Brigum, Tagum, Bethum, Gerionem, Hiſpalum, Herculem, Teſtam, Romanum, Palatinum, Cacum, Erythium. Poſtremo Gorgorim: qui & Habis dictus. Sed de hoc apud Gorgoris
Trogum mentio in huiuſcemodi ſententiam. Gorgorim, inquit, apud Hiſpanos mellis inuentorem fuiſſe: cui cum nepos è rapta filia natus eſſet, ac necari iuſſus nullo pacto potuiſſet, inter greges ferarum & ceruorum haud illis uelocitate inferior relictus eſt. Tandem uti fera laqueo forte in uenatione captus ac cognitus aulæ regiæ reſtitutus eſt: Habis'que deinde appellatus, quòd regnum habuiſſet, Habis
adeptus'que fuiſſet, Hiſpanos poſtea demeritus, & boues aratro domando, & fruges ſerere docendo. Poſt aliquot deinde ſucceſſores Hiſpaniam primi Carthaginienſes occupauere, qui mißis contra eos auxilijs pro Gaditanis conſanguineis ſuis maiorem Hiſpaniæ partem ſubegere. Demum per Amilcarem & eius generum Aſdrubalem: poſtremo Annibalem, penè uniuerſam in poteſtatem redegere. Poſt hæc Carthaginienſibus bello Romanorum occupatis Romani mißis cò Scipionibus primo Pœnos prouincia expulerunt, poſtea cum ipſis Hiſpanis grauia bella geſſerunt, nec niſi ab Auguſto penitus ſub iugum mißi. Florus omnem breuiter Hiſpaniæ ſtatum Romanorum tempore percurrit, dicens in ea CC. annos dimicatum à primis Scipionibus uſque ad Auguſtum: quanquam non continuo, ſed ut cauſæ laceßiuerant, nec initio cum Hiſpanis, ſed cum Pœnis in Hiſpania. Primi Scipiones per Pyreneum iugum Hannonem Aſdrubalemq; fratrem Annibalis cecidere, capta'que eo impetu fuiſſet, niſi illi occubuiſſent. Africanus ſucceßit: qui ſtatim capta Carthagine Hiſpaniam ſtipendiariam Romanis fecit, omnemq; ultra citraq; Iberum amnem imperio ſubiecit, primusq; Romanorum uictor ad Gades & Oceani ora peruenit. Celtiberos pri Celtiberi
mus aliquot prælijs fregit M. Cato Cenſorinus. Deinde Graccus pater Graccorum eos urbium euerſione mulctauit. Denique ſæpe deficientibus Numantia ciuitas eorum Numantia
bellum annos XIIII. ſuſtinuit, uictoq; per Megaram fortiſſimum ducem Romanorum exercitu Pompeium aggreßi fœdus maluere cum debellare potuiſſent. Hoſtilium deinde Mancinum fregere, cum hoc quoque fœdus maluere, contenti armorum manubijs, cum ad internitionem ſæuire potuiſſent, ſed fœderis ignominia deditus Hoſtilius fuit. Poſtremo Scipio minor urbem euertit, cum ſeſe ſua'que omnia igni traderent. Beticam Fabius Max. Cos. oppreſſerat, ſed à ſucceſſore Popilio uiolata uictoria eſt: qui conficiendæ rei cupidus fractum ducem per fraudem & inſidias &

dome

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Turduli *domeſticos percuſſores aggreſſus eſt. Turdulos Metellus*
Vaccei *Macedonicus uicit. Vacceos Lucullus , de quibus Scipio*
ille poſterior cum rex fuiſſet ſingulari certamine pro-
Luſitani *uocatus opima retulit ſpolia. Luſitanos uerò & omnis*
Callæciæ populos D. Brutus latius domuit , ſimul for-
midatum militibus fluuium obliuionis tranſmiſit uſque ad
Viriatus dux *ultimum occidentem. Eos autem Viriatus erexit, qui an-*
nos XIIII. *cum Populo Romano uaria uictoria pu-*
gnauit. Cuius ea uirtus & abſtinentia fuit, ut conſula-
res exercitus quum ſæpe uiciſſet, tantis rebus geſtis non
armorum , non ueſtis cultum non denique uictum mu-
tauerit , ſed in eo habitu quo primum bellum cœperat
perſeuerauerit , ut quiuis gregarius miles ipſo impera-
tore opulentior uideretur: Tumultuantes etiam Hiſpanos
M. Iunius Sylanus pacauit. Denique omnes occaſione bel-
li Sertoriani per L. Metellum & Pompeium Magnum
in deditionem accepti ſunt. Poſtea prorogato in quin-
quennium imperio Pompeio attriti ſunt. Ab Auguſto tan-
dem Cantaber omnium ultimus ſubiugatus eſt, una cum
reliqua Hiſpania in prouinciæ formam redacta , eo'que
modo per Prætores adminiſtrata : deinde per Comites
uſque ad Honorium principem. Quo tempore primum
Vandali, & Alani, mox Gothi : poſtremo Saraceni lo-
cum eum diuerſis cladibus diripuerunt. Vandali quidem
Vandalia *Beticæ partem occupauere : quæ adhuc apud eos Van-*
dalia , corrupto'que uocabulo Vandaluſia dicitur apud
Hiſpalim, paucis'que immorati annis , & à Gothis ex-
pulſi in Africam penetrauere , de quibus cum de Sar-
matis ſcribam mentionem faciam , originem geſta'que
ipſorum breuiter repetendo. Alani loca tenuerunt , quæ
Cathalani *hodie Cathalani appellati, unde nomen eis inditum quaſi Go*
thalani: quòd utriq; in ea parte conſederint.

GOTHORVM GENVS & geſta.

NVNC *uerò de Gothis , qui uſque in*
hanc diem per ſucceßiones regum Hiſpa-
niam tenuerunt, dicam, initio à gentis ori-
gine ſumpto. Horum uaria traduntur ge-
nera. Tacitus ante omnis in hiſtoria Ger-
manica Gothinos inter Germanos ponit. Huic conſentire
uidetur Ablauius Gothus, qui genus ſuum ex inſula ma-
ris Germanici prodire narrat. Extat & Gothlandiæ no-
men inſulæ. Spartianus autem in uita Cæſarum, Getas
eos eſſe dicit, quorum CCC. *millia Claudius* II. *princeps*
apud Martinopolim in Mœſia prælio deleuit. Procopius
uerò Græcus autor , qui ſub Iuſtiniano ſcripſit hiſto-
riam: dicit Gothos & Viſigothos & Vandalos & Ala-
nos uno Sarmatarum nomine appellari : eandem'que eſſe
nationem, tantum ducibus quorum nomina accepere di-
ſcretos : cæterum albos eſſe, coma flaua , magnis ocu-
lis, eiſdem'que penitus legibus, ſecta Ariana , & lingua
Gothica appellata. Idem libro V. *dicit: Famam eſſe pri-*
mum Gothos ex Cimmerijs , qui ad Tanaim habitant,
ueniſſe iuuenes quoſdam , ac ceruum inſectando fluuium
traieciſſe : reuertentes deinde ſuis agrum optimum ſe
uidiſſe renuntiauerunt. Illi armis freti cum exercitu ad
Iſtrum uſque uincendo peruenerunt. Atque hi ſunt qui
poſtea cum Romano Imperatore fœdus inierunt , de-
mum in Italiam, poſtremo in Hiſpaniam penetrauere. In
Cimbri *hanc ille ſententiam. Ego uerò hos eſſe Cimbros puta-*
uerim, qui olim à Mario uicti fuere: ex Germanico ma-
ri uti ſuprà memoraui prodeuntes : Viſigothos'que di-
ctos, id eſt occidentales. Oſtrogothos autem, id eſt orien-
tales, eos eſſe , quos Florus dicit ex reliquijs Marianæ
uictoriæ ad Mæotidem conceſſiſſe , ex quo nomen &
gens Gothorum inter Tartaros in eadem hodie parte
conſpicitur. hi ſunt qui duce Theoderico poſtremo uene-
runt. Recte autem utrique Sarmatæ appellati , Græcis
autem Sauromatæ: quòd ita barbaras eas omnes Germa-
nis uicinas nationes uocet antiquitas: inter quos Cimme-
rios Homerus ponit, à nobis Cimbros appellatos. His
itaque de cauſis Gothos Getas eſſe qui longe in ponto
habitant, ueriſimile non fuerit. Sed quid hi geſſerunt in
Italia , ex ipſius Procopij , tum aliorum qui huiuſmodi
ſcripſere, hiſtoria breuiter ante omnia narrabo. Igitur
hi tempore Valentis principis ad Danubij ripam iuxta
Mœſiam ea conditione conſedere, ut non ultra procede-
rent: & unà Chriſtiani fierent. Itaque Valens mißis ad
eos Arianis , quorum ſectæ ſe addixerat, cunctam gen-
tem eo dogmate pollutam reddidit. Poſt aliquot uerò an-
nos, quòd gens barbara non poſſet à maleficio contine-
ri, coactus Valens aduerſus eos proficiſci, ſuperatus at-
que interfectus eſt. Qua uictoria illi elati Conſtantino-
polim cum exercitu confeſtim petiere : & cum Domi- Dominica Va lentis uxor
nica, quæ Valentis fuerat coniunx, muliere ſapientißima
pecunia tranſegerunt , ac domum pacati ſe receperunt.
Hos igitur auſus Gratianus qui orientis imperio ſucceſ-
ſerat reprimere cupiens, nec bello ſatis aptus, Theodo-
ſium ex Hiſpania accerſiuit, qui pluribus poſtea prælijs
cum eis initis , poſtremo pacem fecit. Qua fretus Ata- Atanaricus
naricus rex eorum Conſtantinopolim urbis uiſendæ ſtu-
dio profectus, honorifice'que à Theodoſio exceptus, ibi-
dem paucis poſt diebus morbo extinctus eſt. Gothi igi-
tur rege carentes Thedoſio tunc militare cœperunt. Sed
fraude Stiliconis, ut dicitur , eos Italiam inuadere cu-
pientis, exauctorati rege Alarico creato è Baltonum no- Alaricus rex è Baltonum familia
bili familia Pannonias & Illiricum occupantes incom-
modis omnibus adfecerunt. Anno ſalutis CCCCVII.
coniuncti cum Radagaſo altero Gothorum rege de in-
uadenda Italia cogitarunt. Radagaſius itaque primum in- Radagaſus
greſſus ad Apenninum circa Feſulas concedit: ubi angu-
ſtijs locorum ac montium fame'que oppreſſus à Stilicone
cum toto exercitu ſuperatur & capitur. Alaricus rex Alaricus
alter ſubſecutus in agro Rauennate occurrentem cum
copijs Stiliconem habuit , qui cum triennio bellum cum
eis duceret potius quàm gereret , iuſſu Honorij pacem
fecit hac conditione : ut in Galliæ parte conſidere poſ-
ſent. Poſt aliquot deinde annos Stilico contra fœdus Go-
thos in Gallia per Saulem Hebræum in die paſchæ in-
cautos & ex religione reſiſtere non audentes adoritur.
Poſtero uerò die Alaricus Saulem cum toto exercitu in-
ſectatus ſuſtulit. Deinde Stiliconi ab Honorio auxilium
petenti miſſus eſt ſucceſſor : qui eum ob temeritatem
quam geſſerat obtruncauit. Alaricus rebus feliciter ſuc-
ceßis , in Italiam hoſtiliter ingreſſus omnia ferro igniq;
uaſtat: Vrbem'que nemini defenſam facile occupat. Anno
CCCCXII. *Vrbis autem condi.* M.CIIII. *Iuſ-*
ſit'que primum ad templa confugientes ſaluos eſſe , inde
magna ciuium facta ſtrage poſt diem tertium diſceßit: ac
per Campaniam iter faciens populabundus apud Conſen-
tiam ciuitatem correptus morbo interijt. Ataulphus ſuc- Ataulphus
ceßit: qui & ipſe Vrbem ingreſſus ſiquid erat reliqui dir-
puit, rapta inſuper Placidia Honorij ſorore: cuius nuptias Placidia uxor
diſcedens apud Forum Cornelij celebrauit. Dicitur &
Barbari pectus eius conſortio delinitum, ut non ea pa-
traret, quæ ſæuiter in Romanos cogitauerat. In animum
enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

enim induxerat Romam Gothiam uocare. Itaque reli-
cta Italia in Galliam ſe recepit : quem poſtea Theodoſius
Iunior bello petens compulit relicta Narbone & omni
Gallia in Hiſpaniam confugere, ubi breui deinde tempo-
re à ſuis interfectus eſt : quòd urbi Romæ pepercиſſet.
Segericus — Cui Segericus ſuccedens, & ipſe quoque quòd pacem cum
Vallias — Imperatore feciſſet à ſuis necatur. Vallias poſt hunc re-
gnum ſuſcipiens fœdus cum eodem iniuit, ut ſedes ei apud
Toloſam in Gallia darentur, Placidiam'que uiduam re-
miſit. Aduerſus inſuper alios barbaros, qui Hiſpaniam oc-
cupauerant opes & auxilium pollicitus. His igitur fre-
tus Honorius Conſtantinum ducem aduerſus Alanos &
Vandalos miſit, qui totam Hiſpaniam præter Cantabros
uaſtauerant, & quanquàm fuſi fugati'que apud Emeri-
tam fuiſſent, paulò pòſt uires redintegrabant. Itaque uno
tempore Gothi, Alani, Vandali, Hiſpaniam poſſidebant.
Rodericus — Valliæ extincto Rodericus ſucceſſit, qui inito cum Aetio
fœdere Valentiniani principis duce in campis Catalau-
nicis in Gallia contra Attilam Hunnorum regem è Pan-
Turiſmundus — nonia Italiam petentem in prælio occubuit. Cui Turiſmun-
dus filius ſucceſſit, qui ab Aetio in Hiſpaniam in regnum
paternum remiſſus, paulò pòſt à Theodorico fratre inter-
ficitur. Re poſtremo Romana ad Auguſtulum deducta,
Gothi rurſus excitati quum tertiam agri partem in Ita-
lia peterent : Oreſtes Auguſtuli pater minime conſentiens
Odoacer — eis ad Ticinum occurrens in prælio occubuit. Odoacer
autem eius miles uir Italicus Gothorum ſimul & Eru-
lorum auxilijs, ut ait Procopius, fugato Auguſtulo &
omni nobilitate Romam inuadit, tenuit'que annos X I I I I.
Theodoricus rex — Donec Theodericus rex à Gothis appellatus, amicitia Ze-
nonis principis fretus, à quo etiam ſtatua honoratus fue-
rat, petijt urbis Romæ imperium, ſi Odoacrum expelli
ab eo contingeret. Quo impetrato in Italiam cum ma-
xima manu ingreſſus eundem ad Aquileiam occurrentem
prælio ſuperauit. Ille Romam reuertens, ac clauſas offen-
dens portas, Rauennam petijt, quam breui tempore per
Theodorici obſidionem relinquere coactus eſt. Specie de-
inde concordiæ inuitatus ab eodem ad cœnam, contra iuſ-
iurandum interficitur. Theodoricus poſt hæc tota potitus
Italia Romam pacificus adijt, templis'que ac rebus alijs
cum omnium gratia reſtitutis Rauennam reuertitur, quam
regiam ſibi delegerat. Ea'que animi magnitudine ſimul
& manſuetudine fuit, ut nemini barbarus uideretur : quip-
Germanus Præſul — pe qui Germanum Præſulem Ticinenſem uirum ſanctiſſi-
mum in Burgundiam cum pecunia ad redimendos capti-
uos miſerat, alia'que pietatis opera obiuerat. Quo uita
Amalaſunta — functo eius filia Amalaſunta cum paruo filio Atalarico
Atalaricus Theodorus — regnum adminiſtrauit, adhibito Theodoro propinquo,
cuius opera mox interfecta eſt. Ipſe'que ſolus regno po-
Belliſarius — titur. Miſſus interim Belliſarius à Iuſtiniano in Italiam
cum exercitu ad ulciſcendam Amalaſuntam cum filio ac
Romam tyrannide Gothorum liberandam, Theodorum
interfectum offendens urbem capit. Gothi itaque tanto
priuati imperio qui ad eam diem annos X L V I I I.
regnauerant in Italia : X X X V I I I. ſub Theodorico
V I I I, ſub Amalaſunta & filio ac duos ſub Theodo-
Vectiges — ro : Vectigem regem ſuffecerunt, non regio ſanè gene-
re, ſed probata militia, qui Amalaſuntæ filiam Theo-
dorici neptem in matrimonium duxit. Hic ad urbis ob-
ſidionem cum C C. mil. proficiſcitur, ac primum molis
Adrianæ ambitum cingit, mox Portuenſe caſtrum, un-
de commeatus prohibebat. Aquæ ductus X I I I I. rupit.
Quare Belliſarius intus priſtina in Tyberi conſtituit,
qui mos adhuc durat. Liberium Pont. quod Gothis faue-
re uideretur in exilium miſit, ſuffecto Vigilio. Cum'que
diu reſiſteret, ac multis Vectigem prælijs peteret, pro-
fligatum ad extremum cum toto exercitu cœpit, ac Con-
ſtantinopolim in triumphum duxit. Creatis poſt cum Il- — Ildebaldus
debaldo, deinde Alarico regibus, ad poſtremum Totila — Alaricus Totila
regnum accepit, cuius pater Tauriſcis regnabat, qui
cum Belliſario uarijs prælijs congrediens, uictor tandem
urbem cepit, ac eueſtigio Pelagium Pontificem ad Iuſti-
nianum Conſtantinopolim oratorem de pace mittit, qui
rediens retulit imperatorem nihil aliud reſpondiſſe, quàm
ſe Italiæ res ſemel Belliſario delegaſſe, cum eo tranſi-
geret. Totila furiatus tertiam murorum partem urbis
diſiecit. Capitolium incendit, ac omnia diripit, ex quo
Dei flagellum cognominatus eſt. Hunc Totilam Proco-
pius magnis extollit laudibus, ut liberalitate ac alijs ani-
mi uirtutibus præditum : cum alij crudelem ac ſingulari
arrogantia uirum taxent. Duces plures ſub ſe habuit,
inter quos Barbatia princeps nominatur. Poſtquàm ab
urbe diſceſſit : Belliſarius eam recepit, mœnibus ædifi-
cijs'que refecit, portas reſtituit, earum clauibus impera-
tori miſsis. Totilam Vrbem repetentem, ac ui magna ob-
ſidentem repulit. Verum cum apud portum poſtea in
ualetudinem incideret, res'que paulatim iterum amitte-
rentur, omni ſtudio per Antoninam uxorem reditum à
Iuſtiniano impetrauit, atque ita poſt annos V. quàm ue-
nerat, reuerſus Diogenem cum tribus millibus Romæ in
præſidio dimiſit, qui Totilæ furorem non expectans Cen-
tumcellas aufugit. Ille rurſus Vrbem ingreſſus mitius ſe
geſſit, multa'que ab ſe prius uaſtata reſtituit, quod fama
eſt diui Benedicti contigiſſe beneficio, qui cognitum To-
tilam iuxta Cœnobium eius prætereuntem placauerit. Iu-
uit etiam Pelagij pontificis occurreutis cum ſago & la-
crymis adſpeſtus uenerabilis. Ea tempeſtate plures Iuſti-
niani duces per Italiam diuiſi magnis uiribus reſiſtebant,
ut ſcribit Procopius. Ioannes circa urbem tutandam. Iu- — Ioannes
ſtinus Florentiam, Conſtantinus Rauennam, Cyprianus — Iuſtinus Conſtantinus
Peruſiam, Beſſas Spoletum. Mundus Illiricum tuebatur, — Cyprianus
ubi poſt Salonas receptas multas'que de Gothis uictorias — Beſſas
ad extremum perijt. Germanus poſtremo Iuſtiniani pa- — Mundus
truelis in Italiam miſſus, & ipſe breui tempore interfi-
citur. Deinde Conon qui Anconæ præfuit. Item Vitalia- — Conō, Narſes
nus Belliſarij fratris filius. Poſt annos I X. quàm Totila
urbem ſecundo ingreſſus eſt, cum Narſete ac iuuanti-
bus Longobardis apud Brixellum prælio congreſſus in-
terficitur. Narſes interea qui Belliſario ſucceſſerat iterum
urbem recuperat. Deinde Teiam poſt Totilam regnan- — Teia rex
tem in Apuliam conſectatus prælio interfecit. Atque ita
demum poſt annos X V I I I. bello Gothorum finis im- — Finis belli Gothorum
poſitus, qui ab initio regni Theodorici Italiam annos
L X X I. tenuerant. Anno ſalutis D L X I I. Pax deinde Gothis
data, ac uolentes permiſsi circa Padum remanere. Qui ta-
men non contenti ſæpe Francorum auxilia quæſiuere, ut
Agathius qui poſt Procopium ſcripſit, teſtatur, ac omnem
eorum poſtquàm regno Italiæ ſunt eiecti, proſequitur hi-
ſtoriam. Ego uerò cum tantum quid in Hiſpania geſſe- — De Gothis in Hiſpania
rint ab initio ſcribere propoſuerim, neceſſe habui hæc
altius explicare, ut eorum in ea res geſtæ melius ap-
pareant. Nam Theodericus (quem ſuprà diximus in præ- — Theodericus
lio Hunnorum cecidiſſe) tres reliquit liberos. Turiſmun- — Turiſmundus
dum, Theodericum, & Henricum. Turiſmundus ulci- — Henricus
ſcendi patris Hunnoſq; bello perſequendi cupidus, Aetio
prohibente deſtitit, ac in Hiſpaniam ad regnum pater-
num redijt, qui poſt annos tres à Theodorico fratre
interficitur. Henricus uerò alius frater regno Hiſpaniæ ſuc-
cedens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cedens ad annos x v i i i.tenuit.Leges primus ſcriptas Gothis tradidit,Sedente Simplicio,imperante Leone primo, filium'que hæredem reliquit Alaricum i i. qui ex conceßione & hæreditate patrui Theoderici Toloſæ in Gallia regnum obtinuit, ubi & ſedem conſtituit. Inde poſtea expulſus à Clodoueo Francorum rege prælio ingenti amißis omnibus quæ in Gallia poßidebat intra Hiſpaniam ſe recepit, ubi regnauit annos x v i.Interfectus demum à Childeberto Francorum rege,quod Clotildem coniugem eius ſororem Arianæ ſectæ repugnantem malè tractaret. Poſt hunc Tenda annos x v i i. quo à ſuis trucidato Theodegoſilus annos x i i. qui ob libidinem in matronas item interficitur. Agla annos i x. Hic aduerſus Cordubam bellum ſumpſit, in quo eius filius interficitur. Nec multo poſt ipſemet à ſuis apud Emeritam. Atanagildus annos x x i i.& ipſe apud Toletum interfectus. Lenogildus cum Luiba fratre, & poſtea ſolus annos x l v i. Regni fines dilatauit,Cantabria deuicta, & Andecam regem Sueuorum è Callæcia expulit,cuius maiores annos c l x x v i i. in ea parte regnauerant. Filium Hermogildum,quòd à ſecta parentum abhorreret,ac Childeberti Francorum regis orthodoxi filiam duxiſſet in matrimonium, bello perſecutus, & in poteſtatem redactum ſupplicio adfecit, quem pro martyre colunt, anno ſalutis d l x x i i.circiter ferè tēpora Gregorij primi.Recaredus alter filius patri dißimilis uir Chriſtianißimus concilium Toleti celebrauit, ubi Arianam ſectam improbauit à Leandro & Fulgentio Præſulibus rite ab incunabulis in fide inſtitutus. Cum Francis bellum geßit,ex eis'que x l.millia in campis Catalaunicis interfecit. Poſt hunc Luiba ſucceſſore Veterico interficitur. Gundamidus deinde regnauit annos x x v i i i. Vaſcones domuit, Romanorum exercitum fugauit.Deceßit Toleti.Siſebathus orthodoxus dicitur fuiſſe, præterea Iudæos omnis expuliſſe: aduerſus Romanos & Africam feliciter dimicaſſe. Quo fautore permotus Iſidorus Præſul Hiſpalenſis concilium habuit contra Acephalorum ſectam.Recaredus i i.huic ſucceßit. Deinde Suitilla in bello exercitatus, quo duce uſus eſt olim Siſebatus rex in propulſando Ro.exercitu.Primus'que,ut ait Lucas Tudenſis, Hiſpaniæ Monarchiam eſt aſſecutus. Deinde Siſenandus, Suitilla ſecundus, Tulgas, Videſuindus, Recenſuindus rex optimus, annos x i i i. cuius tempora diuus Ildefonſus monachus ac Præſul Toletanus illuſtrauit. Bamba rex bonitate præditus ab Henrigio ſucceſſore propinatus memoriam amiſit,regni'que deinde adminiſtratione prohibitus ſe Cœnobio addixit,in quo uixit an.v i i. cum prius regnaſſet v i i i. Dum tamen ſenſus uiguit res præclaras ac indignas tali calamitate geßit:primum Vaſcones, deinde Nemauſenſes rebelles, præterea Narbonenſes perdomuit. Ducem quoque Biterrenſem in Gallia res Gothorum infeſtantem ſuperauit. Saracenorum naues c c l x x. ad Hiſpaniæ littus primum applicantes magna ui animi claſſe ingenti obuiam miſſa,partim cœpit,partim depreßit.Poſtremo Toleti concilium x v i i.celebrauit. Heringius anno x i i i. Egicam generum, ſucceſſorem reliquit, qui annos x i i i i. regnauit. Faſilam ducem Tudenſem ut eius uxore potiretur interfecit. Vitizam filium ei ciuitati præfecit,qui poſtea regno ſucceßit, uir admodum facinoroſus. Nam Theodebertum Recenſuindi regis filium paruum olim relictum cui regnum debebatur oculis priuauit. At ille diuina benignitate ac prudentia ducta nihilominus uxore Rodericum genuit,qui poſtea regno ſucceßit,auxilio'que Pelagij patrui Vitizam una cum filijs captum reddita talione Cordubæ relegauit.

Alaricus i i.
Tenda
Theodegoſilus
Agla
Atanagildus
Lenogildus
Recaredus Chriſtianus
Luiba
Gundamidus
Siſebathus
Iſidorus præ.
Recaredus ii.
Suitilla
Siſenandus
Suitilla i i.
Tulgas
Videſuindus
Recēſuindus
S.Ildefonſus
Bamba
Heringius
Egica
Vitiza
Theodebertus
Rodericus
Pelagius

SARACENORVM INItium Belli.

IS igitur Rodericus tres annos regnauit, cuius fœda libido finem attulit Gothorum non tam generi quàm pacifico imperio, Saracenis ſuperuenientibus. Nam cum filiam cuiuſdam Iuliani præfecti, qui Tingitanam adminiſtrabat prouinciam, uitiaſſet, dolor domeſticus patrem ad ultionem ſollicitauit, loci fretum commoditate. Quare Iulianus clam ex Africa Saracenos euocat. Qui anno ſalutis d c c x i i i i. duce Muza miſſo à Miramomelino eorum tunc rege, per anguſtias Herculei freti ingreſſo,biennij ſpatio omnem ferè Hiſpaniam occupant,præter Aſtures natura loci munitos.In quo temporis ſpatio dicuntur ad d c c. hominum milia in eo bello utrinque abſumpta. Rex ipſe qui filium Sanctium cum parte copiarum obuiam præmiſerat, atque is occubuerat, ad Xeritium oppidum occurrens cum reliquo extinctus eſt exercitu. Saraceni tanto potiti Imperio cum late ferro igni'que omnia uaſtaſſent,regna inter ſe plura,ac ſedes conſtituere. Primum Cordubæ quod Abenalibeti regnum uocauerunt, Alterum apud Hiſpalim, Tertium apud Charthaginem nouam uſque ad quorundam principum tempora quos uocāt Almorades. Ea'que poteſtate uſque ad Ferdinandum tertium regem perſeuerauerunt. Hic demum anno m. c c x v i i. Toleto Corduba multis'que alijs recuperatis locis, Saracenos regnis ex magna parte deiectos compulit Granatam ac Malacam, quæ prius ſub Cordubæ regno fuerant, ſeſe recipere, ac uſque ad ætatem noſtram retinere. Vnde tandem dei benignitate ac Ferdinandi regis uirtute nuper expulſi ſunt. Hæc compendio dicta paulatim per regum geſta & ſucceßiones explicanda. Pelagius igitur Roderico Fratris filio ſucceßit. Is ab initio ubi Theodebertum patrem oculis mulctari uidit,furorem Vitizæ fugiens in Cantabria latitauit, ubi magno forte fuit adiumento rebus collapſis. Nam poſt à Saracenis cladem illatam cum ijs qui ſupererant ex exercitu profligato, partim etiam operis & colonis, Aſturiam ſe recepit. Aſtures enim & Gallæci montibus & natura loci muniti tantum incolumes permanſere. Legione'que in primis capta annos ibi x x. quib. regnauit bellum gerendo,multa etiam recuperando paulatim effecit,ut afflicta gens, aliquantulum reſipiſcere uideretur. Hanc ſedem poſteri Caſtellam nouam uocauere, ueteris differentia quæ circa Cordubam & Hiſpalim fuerat. Sic enim Hiſpani regiam & munitum circa locum appellant. Dicti'que poſt hunc non Gothorum ſed Hiſpaniæ ſiue Caſtellæ reges qui magna uirtutæ res patrias quotidie recuperauerunt.Faſilla Pelagio patri ſuccedens paucis poſt annis extinctus eſt, dum uenaretur ab urſa petitus,Imperante Leone i i i. quo tempore alij Saraceni qui in oriente imperabant Conſtantinopolim obſedere. Hic cum uirili prole careret, Alfonſum generum aſciuit cognomento Catholicum, quod relicta Ariana ſecta, qua Gothi omnes infecti erant, celebrato concilio fidem orthodoxam ſequeretur. Is enim Petro Cantabriæ duce natus, è genere Recaredi Gothorum regis, multum amißi regni recepit, multa'que oppida ac templa reſtituit, tum donis ornauit.Regnauit annos x i x. Friola Alfonſi filius Saracenos qui Callæcos infeſtabant, prælio ad l. milia cecidit, Vaſcones rebellantes in officio continuit:interfectus deinde à fratre Aurelio poſt annos regni x i i. Conſtantino v i.cum Irene matre imperante. Aurelius per parricidium regnum conſecutus, ſex tantum annos poſtea uixit. Cuius tempore ſerui in Hiſpania contra dominos arma corripuere, quem tumultum ipſemet ſedauit. Silo gener Alfonſi Ca-

Sanctius Roderici filius
Saraceni Hiſpaniam inter ſe diuidunt
Pelagius
Aſtures
Caſtella noua
Faſilla
Alfon.Cath.
Friola.
Aurelius
Serui contra dominos.
Silo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tholici regnauit annos V I I I. Pacem cum Saracenis ignominioſam quidem fecit, ſed fœdus rumpentibus bello reſtitit. Callæcos rebellantes perdomuit.

Muregactus

Muregactus Alfonſi Catholici filius nothus anno V. auxilio Saracenorum regnum aſſecutus paternum. Quapropter illis ex fœdere uirgines certas quotannis pro tributo mittebat, impar omnino patrijs uirtutibus.

Veremundus

Veremundus Alfonſi regnum Catholici ex Bilimarao filio nepos cum eſſet Diaconus inijt, facti'que poſtea pœnitens, ſeſe ſponte abrogato monachum egit, eius'que conſobrino ſurrogato, qui apud Cantabros agebat: regnauit annos I I. Ramiro & Garſia puerili ætate relictis. Alfonſus I I. Cognomento caſtus Alfonſi Catholici ex Friola filio nepos, cognominis cauſam aſſecutus, quod uir religioſißimus fuerit, & uxorem quam habuit nunquam attigerit, inſuper uictorijs glorioſißimus

Ouetenſe & Aſturienſe templa

Ouetenſis ac Aſturicenſis ciuitatum Baſilicas conſtruxit, ſimul & donis locupletauit.

Caroli magni aduentus

Cum auxilia Caroli magni per legatos peteret, procerum indignationem excitauit, paßim dictitantium præſtare Hiſpanos mori, quàm Gallis ſubijci, aut per eos eſſe incolumes. Itaque coactus eſt fruſtra per eoſdem legatos rem detrectare, cum ille cum Rolando cæteris'que ducibus Pyreneum iam ſuperaſſet: ex quo magnas in Hiſpania ſtrages hoſtium magna'que facinora fecit, ut in Gallorum hiſtoria & Caroli uita continetur. Toletanus autem negat hæc uera omnino, ſed tantum partem eum Vaſconiæ territaſſe, deinde ab Hiſpanis obuiam factis recipere ſe confeſtim in Galliam coactum. Regnauit annos L I I. In Ouetenſi templo prodigium in aurea cruce quam donauit fama eſt uiuentem oſtendiſſe, quod ſine artifice factam eueſtigio compererit.

Ramirus

Ramirus Veremundi regis filius fratrem Garſiam, quanquam ætate paruum regni conſortem uoluit. Normandorum ingentem claſſem Callæco littori adpulſam nauibus L X. ſuccenſis reppulit. Saracenos apud Calagurium uicit, oppido ipſo in poteſtatem redacto, in quo prælio dicitur in equo albo apparuiſſe ſanctum Iacobum auxiliarem.

Ordonius

Regnauit annos V I. Imperatore Ludouico Pio. Ordonius Ramiri filius Vaſcones iterum rebellantes compeſcuit, à quo bello reuertens Arabes, quos late populantes offendit, commiſſa prælio cum Muza eorum duce confregit. Sed & Muzæ filium apud Toletum in deditionem cum oppido recepit. Deceßit anno regni decimo, quinque ſuperſtitibus liberis, Alfonſo, Veremundo, Nunio, Ordonio, Friola, ex quibus

Alfonſus I I I.

Alfonſus I I I. cognomento magnus rem ſuſcepit paternam anno D C C C L X X X I I I. De Saracenis Sæpe triumphauit, ciuitates Luſitaniæ Colimbricam & Viſeum recuperauit. Vaſcones Nauarros'que qui tunc à Saracenis dominabantur ſæpe depopulatus. Hæc tamen opera egregia domeſtica crudelitate fœdauit, quatuor eius fratribus qui in eum conſpirauerant euulſis oculis.

Bernardus è Carpia.

Sub eo Bernardus quidam è Carpia militaſſe commemoratur, Regnauit annos X L. Suſcepit Garſiam, Ordonium, Froilam. Hunc etiam Alfonſum ſcribit Toletanus

Templum S. Iacobi & Ouetenſe

templum ſancti Iacobi primum excitaſſe, tum alterum Ouetenſe Metropoliticum conſtituiſſe. Ad eum inſuper Ioan. V I I I. ſcripſiſſe Ioan. ſeruus ſeruorum Dei Alfonſo regi Chriſtianißimo, ex cuius autoritate

Alfonſus Chriſtianiſſimus.

ſcripti, Hiſpaniæ regem in primis Orthodoxum exiſtimant. Præterea cum Carolo Caluo in ualle roſada prælio fuiſſe congreſſum.

Garſias rex

Garſias natu maior rem paternam aſſecutus, Arabum regem, Aiolam in bello cepit, cuius ſpolia Ouetenſis templi tholo ſuſpendit, ubi & ſepultus eſt, cum regnaſſet annos tres, imperante Carolo Caluo.

Ordonius I I.

Ordonius I I. Garſiæ fratri ſucceßit.

Templum Legionenſe

Legionenſe templum ædificijs ac donis ornauit, aduerſus Saracenos infeliciter dimicauit, captis in bello nonnullis præſulibus, inter quos

Præſul Aſtur. Martyr

Aſturienſis etiam martyrio affectus iuſſu Abderæ regis eorum. Poſt hæc Ordonius quatuor Caſtellæ comites qui bellum id detrectauerant, iuſſos ad ſe uenire, & incolumes fore pollicitus, necari mandauit.

Caſtelani à Leoginenſi rebellant

Ob quam perfidiam Caſtellani, qui tunc Legionenſi ſuberant regi, rebellauerunt, factis'que inter ſe magiſtratibus ac iudicibus, rem ipſi adminiſtrabant. E quibus poſtea reges deſcenderunt. Regnauit annos V I I.

Froila I I.

Froila I I. alter Ordonij frater, Alfonſi magni filius ultimus, crudelis admodum habebatur, ut qui multos è nobilitate interfecerit. Quare lepra correptus, morte ærumnoſa abſumptus eſt, ſuperſtitibus quatuor liberis Alfonſo, Ramiro, qui patri ſucceſſere: Item Ordonio, & Froila. Regnauit annum

Alfonſus IIII. Ramir. frater

Alfonſus quartus, ſeſe regno ſponte abdicato, monachum egit ſurrogato fratre Ramiro, deinde per inconſtantiam ad regnum redire conatus, à Ramiro capitur, atque illata cæcitate mulctatur, quam ille poſtea crudelitatem cuius pœnitebat, pietate conſtructi ab ſe templi penſauit, ubi eum tumulauit. Contra Areſſam Saracenorum regem, cum quo Ferdinandus Hyuarienſis & Didacus Nunij comites conſpirauerant, dimicauit, quo expugnato, comites cepit, eos'que amicis rogantibus condonauit.

Sanctius Craſſus

Sanctius cognomento Craſſus, frater Ramiri & Ordonij, portentoſa dicitur obeſitate fuiſſe, ac ualitudini contraria. Quamobrem pace facta cum Abderamo Saracenorum rege medicinæ perito, ut ab eo curaretur: Cordubam profectus eſt. Interea domi per eius abſentiam, Ordonius cognomento Malus, filius Alfonſi illius, cui lumina diximus adempta, auxilio procerum regnum inuadit. S A N C T I V S uerò Saraceni auxilio, amiſſum recuperat.

Ferdinandus Caſtellæ comes immunis

Præterea Ferdinandum Caſtellæ comitem, eius'que ſucceſſores, à iuriſdictione regis Legionenſis in perpetuum immunes eſſe uoluit. Deceßit anno ſalutis circiter nongenteſimouigeſimo octauo, regni undecimo.

Ramirus rex Normandi Gundiſſaluus Sanctii dux

Ramirus puerili ætate poſt eum annos rexit uigintiquinque. Quo tempore Normandi ad littus Callæcum cum claſſe ualida applicuere, quibus comes Gundiſſaluus Sanctij reſtitit. Arabes quoque rupta pace quam olim cum ramiro puero fecerunt, omnia depopulabantur. Quapropter Callæci contempta regis ætate, Veremundum regis Ordonij filium, apud Compoſtellam regem declarant. Contra quem Ramirus bellum mouet, prælio commiſſo, utrinque ſine uictoria diſceſſum. Almanzor item Saracenorum rex cum ingenti exercitu aduerſus Hiſpanos pugnans, à Ferdinando Gundiſſalui comite magna uirtute repulſus eſt, imperante in Italia Berengario tertio.

Veremundus I I. Almanſor

Veremundus ſecundus, Ordonij filius iuuante Garſia Ferdinandi Caſtellæ comite aduerſus Almanzorem mouet: prælio'que primo uictor deceßit. Mox Saracenus redintegratis uiribus, Veremundum fugere ad Aſturum montes cum ſanctiorum reliquijs coegit. Inde Legionem per obſidonem expugnat, ac diruit.

Templum compoſtellanum

Mox Luſitaniam ingreſſus Compoſtellanam euertit Baſilicam. Diui tamen Iacobi ſacellum attingere non eſt auſus territus (ut aiunt) quodam diuinitus fulgore. Cui bello dyſenteriæ morbo correptus finem fecit. Poſt hæc Veremundus & Garſias iunctis caſtris apud oppidum de Canatannazor magnam Almanzori cladem intulere. Ex quo ille animi dolore proſtratus poſt paulo deceßit. Veremundus hac uictoria elatus, cum domum reuerteretur, ſuperbe nimis ac

crud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

crudeliter omnis habuit. Tum Compoſtellanum & Ouetenſem Præſules in carcerem coniecit. Ouetenſem paulò poſt uiſo portento quodam, admonitus liberauit, facinus'que ſuum deteſtatus, alijs compenſauit officijs, pia diui Iacobi loca à Saraceno diruta inſtruendo. Regnauit annos ſeptem.

Alfonſus v.

Alfonſus quintus, Veremundi filius adoleſcens regnum inijt, tenuit'que annos triginta ſeptem.

Tyreſia ſoror

Sororem Tyreſiam Abdalæ Saraceno Toleti regi locauit, ut ei contra Cordubæ regem auxilio foret. At uirgo ſancta, infidelis uiri conſortium ac congreſſum detrectauit, quàmuis ſæpe precibus, ſæpe minis uexata. Mox eo extincto, liberata ſeſe deo in cœnobio perpetuo dicauit. Alfonſus interea dum Viſeum, quod tunc Saracenorum erat, obſidet, ſagitta uulneratus interijt.

Veremundus III.

Ferdinandus primus rex Caſtellæ

Veremundus tertius Alfonſi filius, ſine liberis, anno regni quarto deceßit, quod ad Ferdinandum ſororium eius deductum eſt. Is Sanctij maioris Caſtellæ comitis, filius fuit, ac Sanctiam filiam Alfonſi Legionis, ſororem Veremundi ſupradicti duxerat, ex quo Legionis regnum iure uxoris hæreditario aſſecutus, primus omnium utrunque tenuit regnum anno milleſimo decimoſeptimo. Nam ad hunc uſque diem Caſtella per Comites regebatur, cum titulus tantum Hiſpaniæ regni poſt ingreſſos Saracenos apud Legionem eſſet.

Nauarræ regnum

His etiam Nauarræ regnum adiecit, quod interfecto Garſia fratre arripuit. Tanta'que itaque potentia fretus Columbricam, partem'que Luſitaniæ recuperauit. Deceßit anno regni quadrageſimo.

Rodericus Cidus

Hoc tempore Rodericus Cidus dux exercitus inuictißimus in Hiſpania claruit: Cuius res geſtæ maximæ celebrantur. Hunc genus à Comitibus Caſtellæ ducentem, Ferdinandus quinque terris præfecit, quas à totidem Saracenorum ducibus fortißime dimicando defendit. Martinum Gometij ducem qui regis Aragonum nomine Calagurium recuperauerat, cum toto exercitu ſubiecit. Regem Hiſpalenſem qui Alfonſi Legionis regis uectigalis erat, obſeſſum à rege Granatæ liberauit. Caſtrum de Alcozer fugatis ducibus regibus Saracenis qui Alfonſum obſederant, recepit.

Valentia recepta

Poſtremo Valentiam nobilem ciuitatem recuperauit, anno Mileſimo trigeſimo, quam Vnes rex Saracenus potenti ex Africa claſſe delatus, recipere conatus, repulſus, amiſſa magna nauium parte domum reuertit, ubi dolore animi paulo poſt moriens, fratri Buchari mandauit uti bellum inſtauraret. Ille itaque redintegrata claſſe potentißima (nam eius nauigia Gilbertus qui hiſtoriam ſcripſit Africanam, ad trecenta fuiſſe tradit) non meliorem & ipſe tulit exitum quàm frater antea tulerat, fuſus fugatus'que cum triginta milibus partim cæſis, partim mari depreßis fuiſſe memoratur. His itaque geſtis RODERICVS reuertens, ALFONSVM ſextum FERDINANDI huius filium apud Legionem obuium habuit, prope'que dexteram collocatus, in perpetuo maximo'que apud eum honore perſeuerauit. Ab hoc dicunt domum de Mendoza clara ſtirpe deſcendiſſe. Ferdinandus igitur cum XL. annis regnaſſet exceßit, Sanctio & Alfonſo filijs ſuperſtitibus. Sanctius Alfonſum fratrem fugauit, ille Toletum ad regem Saracenum ſe recepit, donec eo mortuo à populis reuocatus ad regni ſucceßionem, non prius à Saraceno dimiſſus eſt, quàm iureiurando affirmauerit ſe perpetuo in eius amicitia permanſurum, quod minime ſeruauit. Sed inito regno, ſtatim Toletum, expulſo Saraceno, recepit, Meſquita (ſic enim eorum templa uocant) ei tantum conceſſa, quam poſtea Bernardus Præſul, & regina adeuntes, ea loca ingreßi, Saracenis expulſis, diuæ Genitrici conſecrarunt. At Saraceni oratores queſtum iniurias ad Alfonſum mittunt. Qui confeſtim iratus, iurauit ſe ſine ulla uenia in ſuos animaduerſurum, neque precib. ullius facile aſſenſurum. At illi præſentientes, aſtu pœnam uitauere, miſſa regis filia obuiam, quæ mulctam eis precaretur. Quapropter rex iuramento ſolutus, illis ſe conciliauit. Hoc tempore Saraceni è Charthagine in Hiſpaniam excurrentes, omnia uaſtabant, quibus obuiam infans cum ſeptem comitibus miſſus, interfecti ad unum omnes fuere apud Alcazar de Conſuegra, locus'que adhuc Septem comites appellatus.

Septem comites

Quare rex hoc animis mollitia nimia corruptis adſcribens: Toleti balnea illecebras'que alias uoluptatum, à Saracenis apud ea loca quondam inſtituta omnia ſuſtulit, ac ad priſtinam populos ſeueritatem reducere conatus eſt. Poſt hæc Toletanam Burgenſem'que baſilicam donis plurimis locupletauit atque auxit. Viracam filiam Raimundo comiti Barcinonis locauit. Ex qua ille Alfonſum VII. genuit, qui poſtea regno ſucceßit.

Alfonſus VII.

Mortuo uiro, illa iterum Alfonſo Aragonum regi nupſit, qui cum uir ſacrilegus eſſet ac iniuſtus, in ærumnis ac ſine liberis perijſſe dicitur. Alfonſus autem de quo nunc dicimus, cum regnaſſet annos XLIII. ſine uirili prole deceßit. Alfonſus VII. Alfonſi VI. è filia nepos, iterum regna diuiſit: Caſtellam Sanctio: Legionem Ferdinando filijs tribuens.

Beatrix filia Ludouic, nup.

Beatricem filiam Ludouico VII. Francorum regi locauit, qui diui Iacobi templum ſalutatum ueniens, à ſocero magnificentißime apud Burgenſem ciuitatem exceptus fuit, Toleti'que eius gratia conuentus habitus ubi legitìmum genus Beatricis uxoris, quæ notha prius putabatur, declaratum eſt. Hic Alfonſus potentißimus omnium qui ante ſe fuere eſt habitus. Quare imperator Hiſpaniarum appellabatur. Cordubam, Almariam, Baionam recepit, quæ loca cum adiret in itinere ſub arbore quadam repentino exceßit, Frederico primo imperante.

Sanctius III. Deſideratus

Sanctius III. Alfonſi filius cognomento Deſideratus, quod intempeſta & immatura morte decedens, ob eius egregios mores iuſtitiam'que in omnes, deſideratus à populo fuerit: fratrem Ferdinandum Legionis regem ab eo dißidentem cepit, ac rurſus in regnum reſtituit.

Blancha uxor Ferdinandi

Blancham Garſiæ regis Nauarræ filiam duxit uxorem, ex qua Alfonſum VIII. genuit. Ferdinandus ſecundus apud Legionem regnauit, Sanctij frater, cuius filium pupillum Alfonſum eius iuri ac regno ſubijcere ſacramento fidei adactum conatus eſt. Quod animaduertens Nunius unus è tutoribus, puerum in arce ac præſidio collocatū ab iniuſtitia patrui aſſeruit. Regnauit Ferdinandus an. XXXI.

Alfonſus VIII. Bonus

Alfonſus igitur octauus, cognomēto Bonus, ex Helionora Ricardi regis Angliæ filia, plures ſuſcepit liberos, inter quos Henricum, qui poſtea regnauit: Blancham, quæ nupſit regi Gallorum, ex qua diuus poſtea Ludouicus genitus eſt:

Blancha mater Diui Ludouici.

Berengariam, quæ Alfonſo regi Legionenſi, ex qua Ferdinandus tertius: Hieracam, quæ Luſitaniæ, & Helionoram, quæ Aragoniæ reginæ fuere. Igitur Alfonſus, quum ſemel aduerſo Marte pugnaret contra Saracenos, temeritate & arrogantia ducis Didaci de Haro principis de Viſcaia, apud locum de Halarcos inſtaurato prælio iterum congreſſus, inſigni eos clade afflixit, cæſis ferè ducentis millibus, ubi crux ei è cœlo ueluti magno Conſtantino quondam apparuiſſe dicitur.

Crucis prodigium.

Eadem ferè tempeſtate Romam miſit Rodericum præſulem Toletanum ad impetrādas in expeditionem Saracenorum collationes. Exceßit anno milleſimo centeſimo ſexageſimo, regni autē quinquageſimo quarto. Poſt quem regnum tenuit Alfonſus IX. Ferdinandi regis Le-

Alfonſus IX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Henricus I.

gionis filius, annos uigintiocto. Cui ſucceßit Henricus Alfonſi octaui regis Caſtellæ filius, puer admodum impulſore'que Aluaro comite tutore, conſobrinam eius Luſitaniæ regis filiam, inconſulto Pontifice in matrimonium cepit. Quod poſtea ab Innocentio tertio diremptum fuit. Periit una cum pueris ludendo & gulæ caſu, apud Palantiam urbem, anno

Ferdinan. III.

ſecundo quàm regnare cœperat. Ferdinandus tertius, Alfonſi octaui filius, patris ac patrui ſine liberis decedentis regna obtinuit, omnium Hiſpaniæ regum feliciſsimus, ſimul & potentiſsimus. Nam poſt illam Saracenorum irruptionem, primus Hiſpaniam ferè omnem reſtituit. Hiſpali, Corduba, Vandalia, Betica'que magna parte recuperatis. Saracenos'que in angulum quaſi quendam Beticæ, quem Granatæ regnum appellabant, concluſit. Tanta alioquin iuſtitia & religione, ut ſtatuam ei à principibus oblatam, moriens nullo pacto ſtatui mandauerit. Eius geſta perſequitur Rodericus Præſul Toletanus, qui ad hæc

Beatrix Brabantina

uſque tempora peruenit: ex Beatrice filia ducis Brabantiæ ſuſcepit Alfonſum decimum qui poſt eum regnauit; è ſecundo matrimonio plures alios. Huius

Iacobus Tarraconum rex

quoque auxilio hoc tempore rex Tarraconenſis Iacobus cepit inſulas Baleares, uti refert Cuſentinus, anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo.

Alfonſus x.

Alfonſus decimus Ferdinandi filius, Violantam Iacobi Aragonenſis filiam duxit, qua ob ſterilitatem ab-

Chriſtiana Daca

dicata, Chriſtianam Daciæ regis filiam, conſpicua forma, in matrimonium accerſiuit. Quæ dum in itinere eſſet, præter ſpem, repente grauida apparuit, ex quo ab Alfonſo ante nuptias abdicata eſt, quam poſtea regis frater Philippus abbas Valliſoleti, & de Caueis rubeis, ſimul & præſul Hiſpalenſis, ſpreta religione ac ſacerdotio duxit in matrimonium, grauiter ferente fratre. Alfonſus igitur plures ſuſcepit poſtea liberos, Ferdinandum qui Blancham diui Ludouici filiam duxit, cui'que pater ſuperſtes fuit, Sanctium qui poſtea regnauit, Ioannem, Iacobum, Petrum, Berengarium, & Helionoram. Ex concubina uerò Beatricem, quæ locata Alfonſo Luſitaniæ regi Dionyſium peperit. Ex his igitur Ioannes multa aduerſus Saracenos bella fortiſsime geßit, uxorem duxit Margaritam Marchionis Montis ferrati filiam. Ad Alfonſum redeo, cuius domi, & in otio, multa præclare geſta memorantur. Leges à maioribus in Hiſpania conditas, immenſum opus, in ſeptem digeßit uolumina, quæ partitas appellant. Edidit, aliorum tamen ingenio, hiſtoriam orbis, quam generalem Hiſpani uocant. Canones item in aſtrologia, quas tabu-

Alfonſus x. Aſtrologus

las nominant Alfonſinas, unde aſtrologi cognomen eſt adeptus. Prædicatur præter hæc liberalitas publica'que eius munificentia: quippe qui in Ferdinandi & Blanchæ nuptijs congiarium populo dedit, pauperes omnes ueſtibus uiritim donauit, Imperatorem Conſtantinopolitanum à Soldano captum ære ingenti collato redemit. At idem foris non æqua felicitate res geßit. Nam Saracenus Granatæ rex, rupto cum eo fœdere, Murtiæ quædam loca, tum Xeritium oppidum, poſt longam obſidionem conſecutus eſt: quo bel-

Garſias Carillo

lo pulcherrimum facinus Garſiæ Gometij Carillo, qui arci præerat, memoratur. Hic extremam expectans ruinam, ac ſolus interfectis cæteris reſtitans, in hoſtes ruit, ſtragem'que circa ſe fecit, aliquandiu irruptionem impetum'que moratus: tandem uiuus captus, ob fortitudinem uenia donatus, & ad Alfonſum incolumis remiſſus eſt. Sed & regni proceres paßim rebellantes, ac cum Granatæ rege conſpirantes habuit. Cauſa diſcordiæ diminuta regni iuriſdictio, quod Dionyſium ex filia nepotem Luſitaniæ regem qui antea regi Caſtellæ ſuberat, à tributo & uectigali immunem fecerat, illis in concilio reclamantibus. Dum de Frederici ſecundi abrogatione ageretur, delectus ipſe imperator à bona electorum parte in Germaniam profectus eſt: uerum ſpe fruſtratus, paulò poſt rediit, nihilo meliora domi offendens, morte filij Ferdinandi de la Cerda comperta. reges quoque Granatæ & Belamarini, per ipſius abſentiæ occaſionem magna Beticæ Vandaliæ'que incommoda intulere, cecidere'que Sanctium Aragoniæ infantem Præſulem Toletanum, & Nunium de Larca. Sanctius item eius filius ſecundo loco genitus, regno occupato, patrem uenientem excluſit, qui Hiſpali ſubſiſtens ex animi dolore deceſſit, Sedente Alexandro quarto. Sanctius quartus Al-

Sanctius IIII.

Carteia recepta

fonſi filius, annos undecim regnauit. Cum Saracenis feliciter dimicauit, quibus Tariſam, quondam Carteiam uocatam, ademit regem de Phez Machometum appellatum, ac Benyrizaph ex Africa contra Hiſpaniam maxima claſſe ſoluentes, per benedictum Zachariæ Admiratum, bello nauali ſuperauit. Patrem redeuntem è Germania, regno occupato, non admiſit. Sæuus natura fuiſſe traditur, in diſciplina præſertim militari minima de cauſa milites plectendo. Apud Pacem iuliam, quatuor hominum milia trucidari iuſſit, quod in tumultu quodam exorto, Alfonſum fratris filium, regem appellauiſſent. Ferdinandus quartus Sanctij filius, ex Maria coniuge, Alfonſi de la Molina fratris Ferdinandi tertij filia, Anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto extincto patre, puer in genetricis tutela remanſit, cuius prudentia multa euaſit pericula. Nam cum Alfonſo de la Cerda, qui ſe Caſtellæ regem dictitabat, ac regibus Nauarræ, Luſitaniæ, & Aragonum grauia bella per

Mariæ religio

legatos geßit. Sed & huius mulieris non minor religio narratur, diuendita lautiore ſupellectile, ut egentibus ſubueniret, ipſa fictilibus frugi'que uictu & abſtinentia ſingulari eſt uſa. Cœnobia ſeptem egregia conſtruxit. Ferdinandus igitur dum per ætatem li-

Alfonſus XI.

cuit, ex Conſtantia regis Luſitaniæ filia, Alfonſum undecimum genuit, qui Caſtellæ regno ſucceßit, & Helionoram quam Alfonſo Aragonum regi locauit. Zeliam oppidum ex Saracenis recepit. Delatoribus dicitur aures præbuiſſe, quare duos nobiles uiros è familia Carutial necari ſola ſuſpicione iußit. Regnauit annos quindecim. Alfonſus eius filius anno milleſimo treceteſimo decimo aduerſus Saracenos Almohazen Machometem & Hynzeph reges Bellamarini & Granatæ feliciter dimicauit, ſubiugatis oppidis Alcala de Bencay, quam nunc Regalem appellant. Gundiſaluum Martini Magiſtrum de Calatraue uirum maximum, & de Hiſpanis bene meritum, leuibus de cauſis necari mandauit. Ipſe uerò dum oppida Sarant, & Zibatar obſidere cœpiſſet, peſtilentia caſtra paßim occupante exceßit, ſuperſtite filio Petro. In ea obſidione res mira, & Scæuolæ Romani

Sceuole Saraceni geſtum par

exempli æmula narratur. Saracenus quidam patriam cæde regis liberaturus, ex oppido egreſſus, gladio clàm ſub ueſte abdito per caſtra inimicorum ad Hiſpaniæ regem contendit. Captus, ubi res detecta, & gladius manifeſtatur, rex hominis uirtutem & audaciam admiratus, incolumem remiſit: qui ut domum

per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

peruenit, regis ſui uitare iram non potuit: quod clàm eo rem fuerit aggreſſus, ſtatim necatur. Regnauit Alfonſus annos quadraginta:

Petrus

Petrus autem filius duodeuiginti: qui omnes Hiſpaniæ reges crudelitate, parricidijs, ac ſcelere ſuperauit, cunctam nobilitatem, tum proximos quoſque alios alia de cauſa matre fruſtra uociferante necando: Inter quos Petrum Stephani magiſtrum de Calatraue, Rodericum Gundiſſalui de Caſanda: Alfonſum Tellem Alfonſum, & Martinum.

Henricus II.

Poſtremo aduerſus fratrem Henricum ſæuire cœperat, ille ad Aragoniæ regem confugiens, eius auxilio Hiſpaniam repetit, Toletum obſidet, Petrum ad oppidum Montiel confugientem, in arcem perſequitur, ibi'que obſeſſum tandem interfecit regno'que potitur, tenuit'que annos octo mille trecentos ſexaginta nouem. Ante omnia proceres humanitate ac liberalitate deuinxit, ex Ioanna coniuge ſuſcepit Ioannam & Helionoram, quæ Nauarræ fuit poſtea regina. Sepultus apud ſanctum Dominicum de la Calzada Calaguritanæ diœceſeos.

Ioannes I. Henricus III. Fer. Aragon. rex

Ioannes filius qui ei ſucceſſit, ex Helionora Petri Aragoniæ filia ſuſcepit Henricum tertium regni ſucceſſorem, & Ferdinandum qui poſtea Aragoniæ rex fuit. Duo grauiſſima bella geſſit. Primum cum Luſitanis, quod defuncto Ferdinando ſocero, ei ratione uxoris ſuccederet. Illi uerò ſuffecto quodam Ioanne notho ordinis equeſtris ex ſtirpe regia Ioanni reſtiterunt, à quo etiam uicto, & in morbo iam conſtituto, per oratores pacem impetrare non potuere, ea arrogantia dicitur fuiſſe. Interea dux Alencaſtriæ ac Clocestriæ regis Angliæ filius Caſtellæ ac Legionis regnum ad ſe pertinere dictabat iure uxoris Conſtantiæ Petri Aragoniæ filiæ.

Anglorum motus

Igitur Gallæciam ingreſſis Anglis, iuuantibus Luſitanis, Ioannes cum exercitu occurrit, pugnatum'que diu eſt: poſt aliquantulum tempus bellum id ſedatum, & animi conciliati ob matrimonium Catherinæ ipſius ducis filiæ, & Henrici Ioannis huius filij. Perijt autem Ioannes lapſu equi, cui Henricus ipſe ex ordine tertius ſucceſſit, regnauit'que annos ſexdecim mille trecentos nonaginta.

Io. II. Maria Catherina

Ex Anglicano matrimonio quod ſuprà commemoraui, Ioannem ſecundum præter omnium ſpem edidit, cum longo prius interuallo Mariam & Catherinam ſuſcepiſſet, quarum primam locauit Alfonſo fratris Ferdinandi filio, mulierem longe ſapientiſſimam, quæ annos quinque & uiginti Aragoniæ regnum uiro abſente, res in Italia gerente, adminiſtrauit. Exceſſit autem ipſe Toleti, Ioanne ſecundo filio ſucceſſore in cunis relicto, ac Catherina matre, & Ferdinando patruo, Alfonſi patre, illius qui poſtea rex Siciliæ fuit, tutoribus adhibitis.

Henricus IIII. Heliſabeta ſoror

Is cum primum per ætatem licuit, ex Mariæ ipſius Ferdinandi patrui filiæ matrimonio Henricum quartum. Ex Heliſabeta uerò Ioannis regis filia Alfonſum & Heliſabetam ſuſcepit. Cum Saracenis bella geſſit:

Aluarus de la Luna

Aluarum de la Luna præcipuum inter amicos habuit, cuius gratia multa paſſus bella à propinquis regibus quibus ille infenſus fuerat: qui pulſus tandem, deinde reuertens, ad extremum ob nimiam arrogantiam regi ipſi inuiſus, capite plectitur.

Pax inter Hēricum Alfon. ac Ioannem

Bellum maximum ſuſtinuit, Alfonſi & Ioannis Aragonenſium eius cognatorum, ad quod componendum legatus cardinalis de Fuxo miſſus à Martino quinto adhibitis utrinque pacificatoribus atque arbitris rem compoſuit: inter quos Præſul tunc Valentinus Alfonſus Boria, qui poſtea Caliſtus tertius fuit, partes Alfonſi Aragonenſis tutabatur. Vincentius uerò ordinis prædicatorum, qui poſtea inter ſanctos relatus fuit, alteram fouebat partem.

Iudæi expulſi

Quo etiam impulſore, Ioannes ipſe Iudæos omnes relictis bonis, ex Hiſpania diſcedere iuſſit, niſi qui Chriſtiani fieri mallent. Bona igitur pars, metu amittendæ rei, ſacro fonte abluti: clàm uerò paternis legibus inuigilantes, peſſimum genus hominum euaſere.

Marrani

Hi ſunt quos Marranos hodie uulgus appellat. Ioannes igitur rebus compoſitis extinctus eſt cum regnaſſet annos ſeptem quadraginta.

Henricus IIII.

Henricus quartus uiuo patre in regno confirmatus, cum prius Aſturibus, alijs'que regni paterni populis præfuiſſet. Anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto. Oppida nonnulla per legatos ex Saracenis recepit:

Zibalthar recepta.

Zilbathar per Murciæ ducem (Nam huiuſcemodi oppida ſæpe utrinque uariabant) Eſtiponam prope Malacam, per Ioannem Pachachum Marchionem de Villera, Archidonam per Petrum Giron magiſtrum de Calatraue. Inter præcipuos habuit aulicos Petrum de Mendoza Præſulem Secontinum, in patrum poſtea collegium eius opera coaptatum, miſſis ad hoc ad Caliſtum tertium oratoribus, inter quos fuit Rodericus Præſul Valentinus, quem uidimus Pauli tempore molis Hadrianæ præfectum.

Nauarræ regnum

Henricus deinde Nauarræ regnum per Caroli mortem Ioannis Aragonis filij, armis adſecutus eſt. Ex coniugio nihil liberorum ſuſcepit, quod eum inhabilem Veneri, ac uirilitate deficere conſtans eſſet fama. Filiam ſpuriam, quam ſuam eſſe ſibi perſuaſerat, regni hæredem inſtituerat, ſi per proceres licuiſſet, qui omni ſtudio reſiſtentes, Heliſabetam eius ſororem illi prætulerunt. Cui Præſul Toletanus, cæteri'que nobiles, Ferdinandum Ioannis Aragonenſis regis filium, eius propinquum, in matrimonium accerſiuere, conciliatis'que nuptijs, cuius rei gratia miſſus à Sixto Pontifice Rodericus Boria legatus, ac Romanæ eccleſiæ uicecancellarius fuerat, anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo pax ac concordia inter reges inita, & Henrici conſenſu Ferdinandus una cum coniuge, legitimus regni utriuſque hæres eſt inſtitutus,

Ferdinandus rex & eius præconia

ac poſt eius mortem rem ſuſcepit, nulli maiorum ſuorum felicitate ac potentia ſecundus: ut qui limites imperij gloriæ'que Hiſpaniæ propagauerit, & gentem Saracenicam quæ Granatæ regnum, Beticæ partem, annis iam prope ſeptingentos occupauerat, ſuis armis ac uirtute anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo penitus expulit, ex quo ſectam ac potentiam eorum debilitauit, ut nemo dubitet paruo negotio reliquias quæ Africam tenent, euerti poſſe. Religionem præterea in tota prouincia magnopere auxit, expulſis pſeudochriſtianis, quos Marranos uocant, de quibus ſupra mentionem feci. Deinde eiectis omnibus qui in ordine minorum citra illius obſeruantiam ac inſtituta uiuebant: quorum ingens numerus, multa'que milia diſceſſere. Sed & regijs auſpicijs nautæ nouum ingreſſi pelagus noſtros Periœcos luſtrauere, ac ignotas orbi inſulas, de quibus alio loco dicam, Hiſpanorum gazæ adiecerunt. Luſitaniæ regem de finibus tumultuantem, breuiter armis compreſſit, ac in uniuerſa Hiſpania mores populis, otia'que ferro dedit. Pro quibus meritis ſuarum animos gentium obſequentiſſimos habet, & ab Alexandro Pontifice, ac patribus rex Catholicus appellatus, ac omnium con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſenſu, lauream inter principes Chriſtianos meritis & au-
Heliſabeta regina *toritate maiorum hodie refert. Non minor Heliſabeta*
uirtute animo'que uirili matrona uiſa eſt, anno ſuperiore
extincta, quæ mater caſtrorum honoris gratia, non mo-
do dici poterat, ſed & religionis, & Hiſpanicæ quietis,
cum uiri ſapientiſsimi conſilijs omnib. in rebus præſto
fuerit. Hos igitur ad beatas quandoque ſedes deducturus
deus omnipotens, in hac uita exercuit, ac orbitate mul-
ctauit, unico filio adoleſcente amiſſo regni principe,
ſpe'que nominis tanti. Verùm diuina prouidentia non
Philippus Archidux *minoris indolis generum regnis adoptauit Philippum*
archiducem Maximiliani Cæſaris filium, cui pater ha-
benas poſt ſecula tradat. Ferdinandus poſt hæc cum
Frederico regi Siciliæ, propinquo ſuo, expulſo ſub-
Fœderis cum *uenire pararet contra Gallorum regem, in eam con-*
Gallo forma *cordiam uterque rex uenit, ut Apuliam atque Cala-*
Gundiſaluus *briam ſibi retineret omni ditione, reliqua Gallus. Ve-*
rùm exorta poſtmodum inter eos de finib. contentio
eſt, magno'que ſe ambo iudice tuentes, ad arma deue-
nerunt. Gundiſaluus Ferdinandus Hiſpanorum dux,
qui ut alter Viriatus uirtute armis'que nuper effulſit,
primum laceſsitus, ac Baroli obſeſſus, ea fuit animi
conſtantia, ut paulatim emergens, parua ad modum
& collectitia manu maiores Gallorum copias fude-
rit, ac eorum ducem Viceregem appellatum interfe-
cit. Fama deinde uictoriæ peruagata diuerſis in locis,
uarijs'que prælijs ſuperior ſemper apparuit, donec op-
pidatim ui cuncta ſubegit, ac Neapoli demum re-
cepta, munitiſsimam illam & inexpugnabilem ar-
cem breui poſt tempore in poteſtatem redegit, muro
ponte'que Hiſpanorum ſolertia ſuperatis, ac cuſtodib.
partim cæſis, partim captis. Summa deinde belli ad
Caietam redacta, quo ſe Gallorum reliquiæ ad octo
milia ex fuga receperant, clauſis'que obſidione, ſup-
plementum poſt annum armatorum ferè decem milia
ſuperuenere, magnis machinis, bellicis'que operib. in-
ſtructa, quibuſcum Italici principes nonnulli aderant.
At Gundiſaluus quanquam uenientibus occurrere ani-
mus non deeſſet, maluit tamen Fabianis artibus bel-
lum ducere, atque hoc modo lenta obſidione ſine cæ-
de potiri: quàm fortunam periclitando, ac militum ſan-
guine abutendo, repentina hoſtem clade ſuperare. quod
proculdubio euenit. Nam ad ultimam redacti famem
Galli, & à ſuis ob metum appropinquare nolentibus
fruſtra auxilium præſtolantes: primum hi, qui montem
Caietæ uicinum tenebant, deditionem fecerunt: poſt hos
uerò ciuitas tota anno milleſimo quingenteſimo quarto.
Gundiſaluus igitur uix toto triennio elapſo, Siciliæ totius
regno potitus, Neapolim ſe recepit: ubi rebus in pace
conſtitutis, pro rege præſidet, iura'que populis dicit. In
quo factum periculum nunquam Hiſpanum ducem feli-
Ro. miles *ciorem quàm Romano milite fuiſſe. Nam Proſper ac*
Fabricius Columnenſes, maximum uictoriæ pondus ac-
ceſſere: nec contra hoc tempore Romanus unquam
fortior quàm Hiſpano duce: ut ex Italicis tredecim
conſpeximus, qui in eo bello cum totidem Gallis con-
gredientes, toto ſpectante exercitu ſuperiores fuere.
Ferdinandus itaque rex his rebus per hunc geſtis tri-
butum Pontifici miſit, album equum, ad quem Ale-
xander ſextus Ferdinandum reliquo remiſſo, taxaue-
rat. Quum'que ſatis animi, uirium'que ad reliquas
Italiæ oras inuadendas habere poſſet: cupiens tamen
arma ciuilia, quæ coactus ſuſcepit, in crucis inimicos
conuertere, triennales cum hoſte inducias pepigit, hoc
animo, ut in Africanam expeditionem ſe accingat: cu-
ius iam initia dedit. Quod utinam eo diutius ſuperſti-
te abſolui contingat, ut res Chriſtiana tot principum
ambitione atque diſcordijs tandiu laceſsita, unius ſal-
tem religioſiſsimi prouidentia, uirtute'que reſipiſcat.

DE REGNIS NAVARRAE, Aragoniæ, & Luſitaniæ.

NE quid autem Hiſpanæ deſideretur hi-
ſtoriæ, cæterorum regnorum in ea na-
tione quæ fuerint initia, par fuerit pau-
cis explicare. Ac primum Nauarræ re- Nauarræ reges
gnum: quod inter Vaſcones partim
etiam Cantabros continetur: cœpit circiter annum no-
ningenteſimum ſexageſimum primum à quodam Eneco Enecus rex
comite Bigorræ. Hic è montibus Pyreneis in uicinam
Nauarræ planitiem cum exercitu deſcendens, omnem
eam regionem à Saracenis liberauit: pro quib. meritis,
rex in eo loco primus appellatus, ſucceſſorem habuit fi-
lium Garſiam: poſtea Sanctium cognominatum Abar- Garſias Abarca
cam, qui contra Saracenos res geſſit magnas, Arago-
nenſe'que regnum magna ex parte adauxit. Garſiam &
ipſe filium ſucceſſorem dimiſit, cognomento Tremulen- Garſias Tremulentus
tum: hic deinde Sanctium filium cognomento Maiorem,
quintum Nauarræ regem, qui duxit in matrimonium Sanctius
Eluiriam comitis Caſtellæ filiam pariter & hæredem: ex
qua Sanctius Caſtellæ rex poſtea uocatus fuit, ſicut
ſuprà in Caſtellæ regibus commemoraui. Tris hic liberos
ſuſcepit, Ferdinandum cui Caſtellæ, Garſiam cui Nauar-
ræ, ac Ramirum ex concubina, cui Aragonenſe regnum
dimiſit anno milleſimo ſexto, à quo Aragonenſes poſtea
reges. Ipſe uerò Ramirus in debellandis Saracenis maio- Ramirus rex Arag.
rum ſuorum uirtutem magnopere referebat. Non minor
etiam gloria filij ac ſucceſſoris Sanctij: qui in Oſcæ obſi- Sanctius
dione, ſagitta uulneratus interijt: relictis Petro Alfonſo, Petrus
& Ramiro filijs: è quibus Petrus ſucceſsit: qui Oſcam,
& nonnulla oppida Aragonenſi adiecit imperio. Hic à
Roderico Cido qui Valentiam cepit, dum Saracenis au-
xilio ueniret, in bello captus, deinde dimiſſus ex liberali-
tate fuit: anno milleſimo ſexageſimo octauo ut in Alfonſo
ſexto ſuprà diximus: cui ille militabat. Igitur primis duo-
bus fratribus ſine hæredibus defunctis, regnum ad Pe- Petrus alius rex
trum quendam priuatum, bonum alioqui uirum exiſti-
matum, deferunt: ſed breui tempore cum minime ſatisfa-
ceret, eo abrogato, tertium fratrem Ramirum mona-
chum in cœnobio agentem, regem conſtituunt, qui unicam
filiam in regno ſuſceptam Viracam nomine Raimundo Ramirus monachus rex factus
Barcinonis comiti locauit. Hic poſtea ſoceri loco Arago-
niæ regno ſucceſsit, cui Barcinon patrio iure acceſsit. De- Raimundus
inde ex ſucceſsione Iacobus circiter annum M. C C L. an-
nis X L. id regnum tenuit, qui Alfonſi X. Caſtellæ regis Iacobus
ſocer fuit: ac, ut refert Cuſentinus, maiorem & minorem
inſulas Balearicas recepit. Valentiam quoque olim, ut di-
ximus, à Roderico Cido recuperatam, deinde deperdi-
tam, rurſus regno Aragonenſi reſtituit: quo tempore Baleares inſulæ & Valentia receptæ
Ferdinandus Caſtellæ rex etiam recuperauit Hiſpaniam,
præter Granatam. Petrus huic filius deinde ſucceſsit, ille
cui Nicolaus I I I. Pontifex conceſsit regnum Neapolita- Petrus
num: qui'que nauali prælio cum Gallis decertauit, & ex
uulnere occubuit, relictis Iacobo cognomento Don-
giano, & Frederico filijs: de quibus etiam in rebus Iacobus Dongianus
Siciliæ dicam, Fredericum Clemens quintus Sardiniæ Fredericus

regem

regem fecit, hac conditione, ut Saracenos inde depelleret, cum diu Genuenſes ac Piſani de ipſius imperio decertaſſent: anno M. CCCXIII. Res deinde Aragonenſis ad Martinum Iacobi filium deducta, qui ſuperſtite tantum una filia regi Caſtellæ nupta moriens in diſceptatione populos dimiſit, cum alij ad comitem Vrgellenſem, alij ad Ioannem II. Caſtellæ regem, nonnulli autem ad ipſius Ioannis patruum Ferdinandum rem deferrent. Vicit itaq; Ferdinandus, ac omnium conſenſu rex Aragon. declaratur: anno M. CCCCVII. arbitris poſtea iudicantibus, Petro Luna, qui poſtea Benedictus XIII. Pont. & Vincentio ordinis prædicatorum. Hic igitur Ferdinandus Ioannis primi filius fuit, frater Henrici III. patruus Ioannis Caſtellæ regum, ac pater Alfonſi illius, qui poſtea Siciliæ rex fuit, uir magnus admodum bello ac pace, tutor quoq; Ioannis fidiſſimus. Schiſma eius temporis exortum, ut tolleretur omni ſtudio conatus eſt, Conſtantienſe concilium procurando: Petrumq; Lunam, quanquàm amiciſſimum, & ciuem ſuum, ut ſe pontificatu abdicaret, quando precibus compellere non potuit, à ſe expulit. Saracenorum in Granatæ regnum penetrando, magnam edidit ſtragem, Antequedra oppido per uim recepto. Sed hoc fortitudinis: illud etiam modeſtiæ fuit. quod Ioanni fratris filio Caſtellæ regi uictoriam adſcripſit. Adſecutus Aragonenſe regnum, eò conceſſit cum uxore & filio natu maiore Alfonſo: reliquis Ioanne ac Petro apud Caſtellam relictis, quibus patrimonium ſuum diuiſit, regiq; Ioanni fratris filio commendauit. Alfonſus deinde patri ſucceſſit: quo uiuente, Mariam Henrici III. patrui filiam in matrimonium duxit, quæ uiro in Italia res gerente, annos XXV. ſumma prudentia Aragonenſe regnum adminiſtrauit, ſterilis alioqui: quapropter Alfonſus è ſtupro mulieris nobilis Valentinæ Ferdinandum genuit, quem poſtea Siciliæ, Ioannem uerò fratrem Aragoniæ ſucceſſores dimiſit: qui pater Ferdinandi nunc regnantis fuit: ac Blanchæ uxoris, quæ Martini regis coniunx extitit, iure hæreditario Nauarræ regnum adſecutus, Carolum ex ea ſuſceptum ei præfecit: litesq; inter patrem & filium de re poſtea fuere, quas ipſius Caroli mors immatura diremit. Is Io. natura bonus: alioquin infortunatus, ac bellis & laboribus exercitus plurimis, orbatus inſuper luminibus in ſenectute: annis hinc XXX. deceſſit. Cuius uices perpetua filij nunc Hiſpaniæ regis felicitas compenſat. Nauarrenſes cum uacui regni diuerſis competitoribus aliquandiu armis reſtitiſſent, in poteſtatem tandem Henrici IIII. Caſtellæ regis, cuius ſuprà mentionem feci, uenerunt: ac ſub eius hodie ſucceſſore feliciter degunt. Deinceps pauca de regno Luſitaniæ, quod circiter annum M. CX. cœpit hoc modo: Henricus Lotaringiæ comes è Gallia ueniens, magnas aduerſus Saracenos res geſſit, pro quibus meritis Alfonſus VI. Caſtellæ rex permotus filiam notham nomine Tyreſiam ei locauit: Callæciæ partem quæ in regione Luſitaniæ continetur, pro dote aſſignando. Ex eo poſtea matrimonio natus Alfonſus, qui primus Luſitaniæ rex appellatus eſt. Primus item qui Vliziponam à Saracenis recepit, quorum quinque ſimul regibus uno prælio ſuperatis, quinque ſcutorum inſigne facti monumentum poſteris reliquit. Verùm hoc decus in matrem crudelitate fœdauit, quam, quòd poſt uiri mortem nupſit, in uincula coniecit, nec ut eam dimitteret, tunc per legatum à Pont. miſſum, compelli ulla ratione aut interdicto potuit. Quapropter materna in eum ira atque imprecatio cauſa fuit, ut ab hoſtibus caperetur. Huius continenter ex ordine ſucceſſores uſque ad ætatem noſtram XIIII. numerantur. Poſt Alfonſum Sanctius, Alfonſus II. Sanctius II. Cognomento Capella, Alfonſus III. Dionyſius, qui fuit è filia nepos Alfonſi, X. regis Caſtellæ, ab eoque impetrauit perpetuam ab omni uectigali immunitatem, cum prius reges Luſitaniæ Caſtellæ regibus ſubijcerentur. Alfonſus IIII. Petrus Ferdinandus, Ioannes nothus ex ordine ac religione militari uocatus ad regnum, animo ingenti, ciuitatem Septenſem è Sarracenis bello recepit, felix ſeptena liberorum prole, inter quos Eduardus, Ferdinandus, Ioannes, Petrus, Henricus, & Eduardus fuere. Ferdinandum uitæ abſtinentia pariter & religione inter beatos referunt. Is enim bello Saracenorum captus ea patientia in cuſtodia apud eos uixit, ut molæ (ea enim uiuere cogebatur) cum famulo quanquàm per ſe ſufficiente ſuas partes obiret. Ioanni filiæ tantum duæ fuerunt, quarum altera Alfonſo, altera Ferdinando ex fratre Eduardo filijs locatæ. Petrus Petrum alterum Aragonum regem genuit, qui ſine ſucceſſore deceſſit, & Ioannem regem item Cypri: tertium uerò Iacobum, qui in patrum poſtea collegium cooptatus, ſanctis moribus ac fama conſpicua ſub Pio II. Florentiæ exceſſit, ac tumulatus eſt. Henricus infans in Athlantico primus Pelago nouas inſulas reperit, de quibus in Aethiopia poſtea latius dicam. Eduardus autem rex natu maior Ferdinandum genuit, & Alfon. V. qui poſt parentem regnauit. Hic Zeliam, Tigem, & Alcazar Africæ ciuitates prælio expugnatas regno Luſitaniæ adiecit. Ex ſororibus alteram Ioan. Caſtellæ regi, alteram Helionoram Friderico III. Imperatori locauit, ex qua Maximilianus nunc Cæſar eſt genitus: uir ſanè foris domiq; præclarus, & ingenijs maximè fauit. Cuius rei gratia præcipuos inter aulicos habuit Georgium ſummum theologum, qui nunc agit Romæ eius opera Cardinalem Vlixiponenſem. Ioannes Alfonſo patri ſucceſſit, qui ætate florente lapſus ex equo, ſine liberis deceſſit. Poſt quem Emanuel eius frater rem hodie tenet.

Martinus Iacobi filius — Alfonſus — De regno Luſitaniæ — Henricus — Alfonſus VI. — Tyreſia — Alfonſus primus rex — Sanctius — Alfonſus II. — Sanctius Capella — Alfonſus III. — Dionyſius — Ferdinandus — Io. nothus — Petrus — Eduardus — Alfon. V. — Zelia, Tige & Alcazar receptæ — Ioannes II. — Emanuel

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER III.

GALLIA,

GALLOS omneis & Germanos uno uocabulo ueteres Græci Celtas, Romani Gallos appellabant. Nam & Germaniam Comatam Galliam dicebant. Poſtquàm uerò Rhenum tranſiere, inque Gallorum finibus conſtitere, ab inita quodam modo adfinitate, Latini Germanos uocauere. Gallos deinde Græci Galatas, ab Herculis filio. Hercules enim, ut ſcribit Diodorus libro. ij. deuicto Geryone, in Galliam ueniens Alexiam condidit ciuitatem, ac è uirginis cuiuſdam eius loci indigenæ complexu Galatem genuit, qui regnum obtinens incolis nomen dedit. Iſidorus quoq; ἀπὸ τοῦ γάλακτος dicit appellari, quod Gallorum corpora ob immenſa frigora modo lactis albeſcant. Quòd ſanè non diſcrepat à uerſu Vergiliano. Virgatis lucēt ſagulis tum lactea colla. Romani triplicem fecere Togatam, eādem & Ciſalpinā in Italia, à Toga cum

Celtæ — Galli — Germani — Galatæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Diuiſio Galliæ

Latio communi. Comatam, quo nomine, ut ait Plinius, omnem tranſalpinam Galliam uocabant, ab intonſis crinibus, ut Lucani etiam carmen teſtatur. Crinibus effuſis toti perlate comatæ. & Brachatam olim quæ nunc Narbonenſis,

Brachæ

teſte item Plinio dicta eſt à Brachis, id eſt, femoralibus prolixis, quibus utebantur, ut eſt autor Strabo, qui etiam præter hæc ſagis & ueſtibus breuibus, quibus uix nates tegerent, eos utentes dicit, quod & noſtra uidimus ætate. Femoralia uerò adhuc durant, quanquàm ſunt qui & brachas aliud genus ueſtis dicant, nulla tamen autoritate. Rufus Gallias cum Britannijs in prouincias XVIII. diuidit. In Alpes maritimas Maſſilienſem, quæ & Prouincia dicitur, Ambianenſem, Vienenſem, Narbonenſem, Nouem populanam, Aquitanias duas, Alpes Graias, Maximam Sequanorum, Germanicas duas, Lugdunenſes duas, Belgicas duas. In Britannia maxima Cæſarienſi, Britanniam primam, & Britanniam ſecundam. Cæſar in Celtas, Aquitanos, & Belgas eos diuiſit. Auguſtus in quatuor, Aquitaniam, Lugdunenſem, Belgicam, & Narbonēſem. & hæc quidem quæ antiquitus de Galliæ diuiſione traduntur, Nunc ſigillatim loca repetenda.

DE ALPIBVS.

ALPES primum quas contra barbaros Italiæ deus obduxit, patent longitudine à Varo ad Arſiam Iſtriæ fluuium paſſ. mil. ccccl. altitudine uerò infra famam, ex quo traijcere Annibali non tam difficile fuit quàm autores commemorant, ut Polybius teſtatur. Alpinos prædones omnes eſſe conſtat, ac à Iulio Cæſare quondam per legatum Serg. Galbam perdomitos, dein à Tyber. Cæſare uiuente Auguſto, ut ex arcus inſcriptione in eo loco apparebat. Imperat. Cæſari Tyber. Diui filij Auguſt. Pont. Maxim. Imper. XXIIII. Trib. pot. S. P. Q. R. Quod eius ductu auſpicijsq; gentes Alpinæ omnes quæ à mari ſupero ad inferum pertinebant, ſub imperium populi Roma. ſunt redactæ.

Quatuor Alpium uiæ

Ad eos igitur quatuor aditur uijs, una per Ligures mari proxima, altera per Taurinos, qua Annibal & Hercules tranſmiſere, quorum gratia Pœninæ & Graiæ appellatæ, eædem & Cotiæ, in quibus XII. fuiſſe ciuitates Plinius teſtatur, regnum quondam Cotij regis,

Pœninæ & Graiæ & Coriæ idem.

Cotius rex

qui perdomitis Gallis eas conſtruxit militibus uiatoribus accommodas. Is Marcellino teſte Cæſaris Auguſti amiciſſimus fuit.

Cotus

Cotus autem Thraciæ rex alius, qui, ut legitur in Cæſaris commentarijs, Pompeianas partes fouit. Alpibus hodie mons Cineſius nomen eſt, tenduntq; in Prouinciam & Hiſpaniam citeriorem.

Alpes ſummæ

S. Bernardus

Tertia uia per Salaſſios, quas Cæſar ſummas appellat, ac latronibus purgauit, nunc S. Bernardi, non quidem illius abbatis celebrati, ſed cuiuſdam Auguſtenſis archidiaconi, qui in eo monte inter nemora perſanctæ degiſſe dicitur. Hæ igitur in Lugdunenſem Galliam ducunt. Quarta uia per

Alpes Rhetiæ

Rhetios, quæ & Rhetiæ dicuntur Alpes, & agro Tridentino ac Veronenſi adiacent, nunc S. Gothardi appellatæ, quæ ad circumrhenanos Danubianosq; populos ducunt, quas Iulias nonnulli eſſe dicunt. Alij Iulias poſt Rhetias, ubi mons incipit Adrius, qui Illyriam à Pannonijs diuidit, quarum meminit Hiero. inter Alpes, inquit, Iulias & Conſtantinopolim.

Alpes Iuliæ

Alpinæ gētes

Gentes Alpinas has Strabo commemorat, Sallies, Albienſes, Taurinos, Centrones, Caturiges, Veragros, Vennones, Lepuntios, Nantuatas, Tridentinos, Rhetios, Vindelicos, qui omnes partim interiere, partim nomina mutauere, moxq; à me in Narbonenſi dicentur. Vuindelicos autem & Rhetios dicam in Germania.

DE NARBONENSI.

POST ALPES prima pars Galliæ Narbonenſis occurrit, quæ terminatur ab oriente Adula monte & Alpibus, uſq; ad Vari fontes: Ab Auſtro mari Gallico, ab occidente Pyreneo, à ſeptentrione Iura monte. Qui propriè Celtæ Straboni appellantur. Patet Agrippæ longitudine paſſuum M. CCCCLXX. latitudine CCLXXIII. Regiones uerò his hodie cōtinet nominibus appellatas. Sabaudiam, Prouinciam, Delphinatum, & Prouinciam Tholoſanam.

Sabaudia

Prouincia

Delphinatus

Toloſa Prouincia

Sabaudios enim ex Sabatijs uadis ac populis, Ptolemæo cæteriſq; inter Alpes poſitis, putauerim nomen accepiſſe. Hi nunc agros tenent, qui quondam Vocontiorum, Veragrorum, Caturigum, Centronum, Lepontiorumq; fuerant ad Alpes pertinentes.

Tarantaſien.

Lauſanenſes

Gebenna

Genua

Cathaldus

Forū Neronis

Tricaſtini

Dinia

Ciuario

Viuarienſis

Nantuates

Latobrigi

Veragri

Vicus & cœnobium San. Mauricij

Seduni

Sabaudiæ duces

Amedeus dux

Eorum urbes Tarantaſienſis olim Nantuates exiſtimati, deinde Lauſanenſes olim Latobrigi, præſuli ſubiecti. Gebenna urbs Genua Cæſari appellata, apud lacum Lemanum, ubi Cathaldum eius urbis præſulem ac profeſſorem adorant. Forum Neronis Tricaſtini nomen adhuc ſeruat. Dinia nunc Dignenſis urbs. Vocontijs ac monti Cineſio proximum eſt oppidum Ciuario, quò initio belli Cæſar quoq; legiones traduxit, cuius etiam meminit Plinius nepos in quadam epiſtola, hodie quoq; Viuarienſis ciuitas nominantur. Veragri in montibus S. Bernardi, caput gentis uicus ubi cœnobium S. Mauritij Sedunenſis diocœſeos: per hos Cæſar in Galliam penetrauit. Seduni adhuc nomen retinent. Sabaudiæ duces è Saxonum ducibus ac ſtirpe Auguſta originem ducunt, annos prope CCCC. Inter quos Amedeus Aimonis comitis filius ab imperatore Frederico III. dux primus fuit appellatus. Qui defuncta uxore, relictaq; regni cura Ludouico filio, cum paucis ſuorum ſeceſſit in agrum Gebennenſem ſtudio rerum diuinarum, prope lacum Lemanum cœnobio conſtructo. Deinde ob abſtinentiæ, clariq; nominis famam, inuitus, in concilio Baſilienſi pontifex factus, mox concordiæ gratia ſeſe ſponte abrogans Nicolao quinto ſedente, cardinalis ac legatus remanſit: ſimul cum his quos ipſe cardinales prius creauerat. Huius filia Maria Philippo Mariæ uicecomiti nupta quod è uomica circa femina laboraret, uiro nunquam congreſſa eſt, quapropter eo extincto, cœnobio uirginum, quod ipſa conſtruxerat, ſeſe dicauit, patris animum imitata. Ludouicus alter filius ex Anna Iani Cypri regis filia ſeptem mares præter fœminas nonnullas genuit. Quorum maior natu Amedeus aui nomen ac uirtutem referens, ſanctitate maxime claruit, morbum comitialem quo laborabat uſq; ad extremum patientiſſime tulit, tempus quoq; ſuæ mortis prædixit. Rogatus quondam à quibuſdam oratoribus, qui tunc aderāt, ſi quos haberet canes uenaticos oſtenderet, annuit ut poſtera die redirent. Cum uerò adeſſent Amedeus pergula ingentem ab latere ædium mendicorum multitudinem eis oſtendit, unà diſcumbentium.

Canes Amedei

Atq; hi ſunt, inquit, Canes mei, quos alo quotidie, quibus'ue cœleſtem gloriam me ſpero uenaturū. Ludouicus eius frater Ludouici filius rex Cypri fuit, Carlotta Ioannis regis unica filia ſimul cum regno in matrimonium ſumpta, de quibus poſtea clarius in hiſtoria Cypri. Amedeus igitur uxorem duxit Violantam Caroli VII. Gallorum regis filiam, ex qua quanquàm abſtinentiſſime

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cum ea uiuebat, quatuor ſuſcepit mares, aliquot etiam
fœminas. inter quos Philibertus patri ſuccedens breui
Carolus tempore ſine cõiugio & prole Lugduni deceßit. Carolus
deinde frater rem tenuit, qui ex Blanca Guilelmi Mõtis-
ferratenſis filia, Ioannem Carolũ Amedeum appellatum
Philibertus genuit. Hic autem ſextus ex ordine Dux, in puerili ad-
modum decedens ætate, Philippo patruo rem dimiſit. Ipſe
poſtremo Philiberto filio ex filia Ducis Borbonis ſuſce-
pto, qui à Maximiliano Cæſare nuper gener adſcitus,
Margarita eius filia in matrimonium accepta, anno ſupe
riori deceßit. Domum igitur nobilitate ac meritis floren-
tem nolui ſilentio præterire. In ora uerò Gallici maris
Varus flu. Prouinciæ urbes ex parte magna ſitæ ſunt. Poſt Varum
Antipolis fluuium Antipolis & Forumiulij Octauianorum colonia
Forumiulij Plinio nomen ſeruant. Poſt hæc Argenij oſtia, Olbia, Ci-
Argenium tharista promontorium, Turoentium antiqua ſane nomi-
Olbia cytharista na. Deinde Maßilia Sallyum Metropolis. Sallyes enim
Turoentium à Sextio Duce Romanorum perdomiti teſte Liuio fuere.
Maſsilia Maßilia uerò ipſa Phocenſium colonia, ubi autore Stra-
Sallyes. bone, portus templa'que Epheſiæ Dianæ & Delphici
Apollinis, ſtudium quoq; Græcarum literarum nobile
ſecundum Athenas fuerat. De hac Hieronymus in epi-
ſtola ad Galatas. Maßiliam Phocenſes cõdidere, quos ait
Varro trilingues eſſe, quod Græcè loquantur, Latinè &
Gallicè. Hæc ciuitas Pompeij partes ſecuta, à Cæſare per
uim expugnata fuit. Libertate antiqua utebatur, nec præ-
toribus prouinciæ parebat, ut ait Plinius Etymum urbis
tradit Euſtat. ἀπὸ τ̃ μάσσειν, quod lingua Aeolica ligare
dicitur, καὶ ἁλιέως, id eſt, piſcatore, quod gubernator
Phocenſis eo applicans, uiſo piſcatore ſtatim ex omine
ligare rudentẽ iußit: poniturq́; ab eo inter Ligures tranſ-
alpinos. Decoratur inſuper diua Martha eo aduecta, cu-
ius uirtute lucus dracone liberatus oſtenditur. Vinum
Arelate Maßilienſe Martialis uituperat. Arelate urbs etiã inter
Sallyes, Plinio colonia Sextanorum dicta, quod è ſexta
Leg. milites coloni eo deducti ſint. Harum coloniarum
autor Cæſar, qui Tyberij patrem è III. uiris præfecit,
qui colonias deducebant, eosq́; agros uiritim diuidebant.
Honoratus Arelate præſules habuit ſanctos Honoratum & Hila-
Hilarius rium. Sequuntur oſtia Rhodani, & Foſſæ Marianæ, quas
Foſſæ marianæ aquas mortuas noſtri nautæ appellant, opere C. Marij c.
Aquæ mortuę paſſ. à Rhodani oſtijs deductæ Plinio. Deinde Agathopo-
Agathopolis lis cum parua è regione inſula Agatha, quam Stephanus
ἀγαθὰ τύχην, id eſt, bonam fortunam appellat. Agotho-
polim nonnulli Montem Peſſulanum, ſiue ex eius ueſti-
S. Rochus. gijs eſſe contendunt, quod oppidum ornatur Rocho eius
loci principe. Hic defunctis parentibus anno uigeſimo,
relictis omnibus ignotus Chriſti cauſa peregrinatus ue-
nit in Italiam, ubi plura prodigia in curanda peſtilentia
monſtrauit. Demum poſt annos multos in patriam re-
uertens, cum omnia bellis turbata inueniſſet, pro explo-
ratore captus, carceriq́; incluſus, ibi tandem deceßit. An-
no M. CCCXIIII. Cui ante hos annos Romæ templum
ex ære collecto, dicatum in uia flaminia prope mauſo-
Narbo leum Auguſti conſpicitur. Poſtremo Narbo, quæ ob cla-
ritatem nomen regioni dedit. Hanc Plinius coloniam
Decumanorum uocat, quod decimæ legionis milites in
eam deducti ſint. Reperitur & Narbo fluuius ſupra
Aquæ Sextiæ Meotim. Intus autem aquæ Sextiæ, nunc Aquenſis ciui-
tas, quam Sextius dux (ut ait Liuius) redactis in poteſta-
Arauſio tem Sallyibus ædificauit, ubi erant aquæ calidæ. Arauſio
colonia ſecundanorum, ubi ſecundæ Legionis milites tra-
Glanum ducti, nunc Auraſicenſis Ciuitas, Glanum nunc Glan-
datenſis. Alba Eluorum Plinio, nunc Eluẽſis. Beterræ Alba Eluorũ
Plinio & Antonino, nunc Biterrenſis. Cauillio Ptole- Beterræ
mæo, nunc Cauallicenſis. Allobroges iuxta ſunt inter Iſa- Allobroges
rum & Rhodanum ſiti, quos domuit Cn. Domitius. Ho-
rum legati Romæ cum Catilina conſpirauerant, nunc
Delphinatus appellatur potius quàm Sabaudienſis, cui
præſidet pro tempore regis filius natu maior. Caput gen-
tis Vienna, ubi Antonij uenerabile templum, & Mamer- Vienna
cus ac Maurus eius urbis præſules ſanctißimi coluntur, Maurus
unà cum Adiuto & Deſyderio martyre præſule Lugdu- Deſyderius
nenſi ibidem ſepulto. Auenio Col. quam Ioanna Siciliæ Auenio
regina Clementi Pont. uendidit. In ea ius dicit Vicege-
rens. Is fuit ætate noſtra Nicolaus Liſcius Volaterranus
unicum iuſtitiæ ac ſeueritatis exemplum. Valentia item
Col. Plinio. Vaſio antiquum retinet nomen. Carbantorate Valentia
Plinio, quod Carpentoratum uocant. Toloſana prouin- Carbantorate
cia pars fuit olim Hiſpaniæ citerioris, teſte Hieronymo, Toloſa
quam Maßilienſes occuparunt, poſtremo Gothi. Inter
hos Tectoſagæ gens triplex Pyreneis propinqua mon- Tectoſagæ
tibus ex aquilonis latere, tanta multitudine habitantes, ut
neceſſarium eis fuerit in colonias exire, & occupare fi-
nitimam Cappadociæ & Paphlagoniæ Phrygiam. Ho-
rum, ut ait Plinius, Rhoda eſt Rhodiorum Colonia, unde Rhodanus
dictus Rhodanus fluuius, ut Hieronymo placet. Volca- Volcæ
rum item in hac parte gens, quorum Illiberis oppidum Illiberis op. & flu.
& fluuius. Ruſcino etiam Plinio, Straboni, Ptolemæo, Ruſcino
quem Galli Ruſcinionem & Perpinianum uocant, de quo
inter Galliæ Hiſpaniæq; reges longa quandoque conten-
tio. Carcaſo, Ceſſaro, Nemauſum, Toloſa, priſca nunc
quoq; retinent nomina. Toloſa nanq; ipſa urbs quondam Carcaſo
florentißima, ubi nobile templum gaza refertum antiqua Ceſſero
fuerat, quam ſi quis attigiſſet exitu infelici plectebatur: Nemauſum
compertum id in Cepione, alijsq́; ducibus Romanis, ex Toloſa
quo prouerbium in his quæ cauſa ſunt aduerſitatis, Au-
rum Toloſanum: autores Gellius & Plinius. Hæc Gotho-
rum ſedes diu fuit, deinde à regibus Gallorum pulſi, intra
Hiſpaniam ſe continuere. Facta eſt autem Metropolis à
Ioanne XXII. Hæc igitur quæ de tota comperi antiqui-
tate. Nunc quæ de Narbonenſi in fiſci codice adnotan-
tur hodie ſubijciam. Primum Metropoles ſex, Narbo- Metropo.
nenſis, Toloſana, Ebredunenſis, Aquenſis, Arelatenſis, Narbonenſis
Viennenſis. Narbonenſi rurſus ſubeſt Biterrenſis, Aga-
thenſis, Magalonenſis, Electenſis, Vticenſis, S. Pontij,
Eluenſis, Venacenſis, Antipolitana. Arelatenſis ſubeſt
Maßilienſis, Auenionenſis, Tolonenſis, Cauallicenſis,
Vapienſis, Tricaſtinus, Carpentoratenſis, Viennenſi ſub-
eſt Valentiana, Dignenſis, Viuariẽſis, Gratianopolitana
Mauranenſis, Gebennenſis. Toloſanæ ſubeſt Apamiarũ,
Montisalbani, ſancti Pauli, Riuenſis, Lombrienſis, Mira
pincenſis. Vaurẽſis. FLVMINA uerò in Narbonẽſi hæc Flumina Narbonenſis
præcipua, Rhodanus omnium maximus ac rapidißimus Rhodanus
ex Alpibus per fines Allobrogum orientem uerſus fluit,
uſq; Lugdunum, inde conuerſus tribus oſtijs in mare
Gallicum deſinit. Eius Etymum Plinius & item Hiero-
nymus noſter à Rhodiorum colonia urbe citerioris Hi-
ſpaniæ uenire uolunt. Dicitur à nonnullis alter Eridanus.
Nam una commiſcentur ex Alpibus fluentes, ſciſſus alia
uia in Oceanum, alia in Adriaticum ſinum deſcẽdit: quod
Apollonius in IIII. Argonauticorum pulchre deſcri-
bit. Οἷον δαυκραμγάλες ὑδάσιν ἀμφιρέοντο, Ἐκ δὲ τόθεν
ῥοδανοῖο βραδὺν ῥόον εἰσεπέβησαν, Ος ἐς ἠεριδάνον
μετανάσθεται ἄμμιγα δ' ὕδωρ. & quæ ſequuntur.
Araris, itémque Dubis ex eodem quo Rhodanus Araris
Dubis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

monte exeuntes, atq; una corriuantes in Rhodanum iuxta Lugdunum commiſcentur. Arar uerò lenis adeo fluit, ut neſcias in utram partem deſcendat, clarus ponte Cæſaris uno die militum opera fabricato. Iſara quoque & Druentius ex eodem orti loco Rhodano corriuant. Apud Iſaram Quintus Fabius Maximus triginta uix milibus, ducenta Gallorum milia cecidit. Vltra uero Rhodanum è montibus Cemenis fluunt in mare Gallicum Ptolemæo Orobius, Araurius, Straboni Raurarus appellatus. Is enim prope Maßiliam Petroſus uocatur, quod lapidibus ſit maxime rerfertus. Sulgas paruus amnis Rhodano etiam commiſcetur, ubi Cneus Domitius Aenobarbus complura Gallorum milia uertit in fugam, ut Strabo commemorat. Nunc Surgam uocant Petrarchæ carminibus celebratum. Ruſcenas Straboni, Ruſcino Ptolemæo dicitur: & Illiberis, è Pyreneo exeunt in mare Gallicum, uterque eiuſdem nominis urbem habens. Ruſcenum item efficit lacum, ubi ceſtriæ optimæ aluntur. Atax Straboni, Atagis Ptolemæo appellatus prope Bliteram ciuitatem fluit. Orobis Straboni, Orobius Ptolemæo uocatus, à Cemenis montibus in meridiem iuxta Agatham deſcendit. Sigius mons Straboni, Setius Ptolemæo, duos diſterminans ſinus: maior Gallicus appellatur, in quem Rhodani oſtium erumpit: minor uſque ad Narbonem & Pyrenen ſpectat. Aphrodiſius Veneris promontorium, in quo eius erat templum. Iura Sequanos ab Heluetijs diuidit, Ptolemæus Iuraſſum uocat. Is nanque ex Alpibus uſque ad Cemenos montes, & fontem Sequanæ pertinet. Cemeni enim montes continui ſunt inter ſeptentrionem & occidentem incedentes. Inſulæ autem in hoc mari è regione Antipolis, IIII. Stœchades ex ordine uocatæ. LVGDVNENSIS nunc attingenda Gallia, quæ ab occidente Garumna flumine diſterminatur ab Aquitanis à ſeptentrione Britannico Oceano, ab oriente Sequana & Matrona, à meridie flumine Arari. Quæ regio has habet hodie prouincias ſiue principatus. Ducatus Britonum, Burgundiæ, Borbonenſem, Aurelianenſem, Valeſij, à quo recentes Francorum reges. Comitatus autem Niuernenſem, Antißiodorenſem, Montiſbellicardi, Ferretenſem, Caropolitenſem, Matiſconenſem, Bleſnenſem, Campaniæ. Ante omnes Britones ſummum occupant ad mare locum. Hos Procopius ex Britannia inſula colonos eſſe dicit. Beda uerò hos potius in Angliam traijcientes inſulæ nomen dediſſe. Plinius Britannos populos in hoc Gallorum littore nominat. Strabo etiam Britanniam urbem inter Aquitanos Britonibus uicinos ponit. Cæſar in commentarijs ſcribit Gallos proxima Britanniæ littora ad prædandum occupaſſe. Gens eſt nunc bello fortißima, ſæpe Gallorum regibus formidoloſa. Peſtremo in Italiam à Gregorio undecimo mißi, res geſſere, ut poſtea dicam. His patrum memoria imperauit Ioannes Dux, uir domi militiæ'que clarus, ut qui patrios fines uincendo dilatauerit. Huic Ioannes, Arturus & Ricardus nati fuere. Ioanni autem totidem, Franciſcus, Petrus, & Aegidius. Horum primi duo ex ſucceßione, rem patriam tenuerunt, Aegidius uerò pro martyre apud eos colitur, interfectus ob inuidiam, opera (uti fertur) F. fratris: quod æqui ſeruantißimus, in adminiſtratione rerum, cunctorum ſibi gratiam populorum conciliaßet. Poſt hos res ad Arturum patruum deducta: qui regis Caroli ſeptimi magnus Coneſtabulus, & dux inuictus Francorum gloriam ab externo hoſte tutatus eſt. Anglos ſæpe irruentes duce Talboto

Araris
Dubis
Iſara
Druentius
Orobius
Araurius
Sulgas
Ruſcino & Illiberis
Ruſcenius lacus
Atagis Orobius montes
Sigius
Aphrodiſium
Iura
Cemenus
Inſulę Stœchades IIII.
De Lugdunēſi
Ducatus Britonum Burgūdiæ, Borbonenſis, Aurelianenſis, Valeſii.
Comitatus Niuernenſis, Antiſiod.
Britannia urbs
B. Aegidius
Arturus

bello repreßit, Cum'que non toto biennio regnaſſet hæredem Franciſcum ex Ricardo fratre nepotem reliquit, de cuius geſtis poſtea referam. Hic Anna filia tantum ſuperſtite deceßit, quæ deinde Caroli octaui Gallorum regis ſimul cum paterno imperio in matrimonium uenit. Viro defuncto rurſus Ludouico ſucceſſori nupſit. Eorum populi olim Cenomanni, quorum urbs Mediolanum: hi in Italia colonias plures fecere, poſtea præſulem habuere Iulianum ab ipſis Apoſtolis conſtitutum, cuius feſtum pridie Nonas Martij colunt. Redones, Nannetes, Curioſolitæ nunc Conſopitenſes, Veneti, Tricorij, Seſſuuij, Oßiſini, Vnelli, Aulerci, Diamblintres, Ambiliates. Quos ferè omnis Cæſar nauali prælio cum Venetis geſto in poteſtatem redegit. In Mediterranea quoque nomina recentiora, Maclouienſes, Dolenſes, quibus præfuit Samſon epiſcopus & profeſſor ſub Iuſtino iuniore. Leonenſes. Armoricæ autem Lexouij & Turones nomen adhuc retinent. Horum præſul Arnulfus à ſancto Remigio baptiſmate ablutus inter profeſſores relatus eſt. Andes quoque nunc Andegauenſes, quibus præfuit Albinus patria Venetus primus Abbas. Hos ſimul & Turones diuus Ludouicus rex Galliæ Britanniæ principatu exemit, & alteris Metropolim conſtituit, alteris Andegauenſibus fratrem ducem præfecit, qui poſtea à Nicolao tertio in Italiam ad Siciliæ regnum accerſitus fuit. Hi optimo abundant uino, quod in totam maritimam & Normandorum & Britonum eo carentem exportatur. Senonum dein regio ſequitur, ſedes & ipſa Metropolitica, ubi Columba uirgo & martyr ſub Aureliano principe paſſa eſt, & ſepulta: prius enim ex lupanari, quo per contumeliam adducta fuerat, diuinitus euaſit. Hic & Patroclus martyr ſub Valeriano etiam fuit. Et Lampertus, ac Valfranius uiri ſancti Dagoberti regis tēpore præfuere. Eorum oppida Agedicum, Velaunodunum. Carnutes quoque, quorum oppidum Gennabum. Pariſij, quorum Lutetia ad Sequanam poſita, ubi nunc regia Gallorum, concilium quod Parlamentum appellant, & ſtudium literarium Caroli magni opus. Sanctorum inſuper complura corpora, Germani, Eligij, Peregrini, Aureæ, Genoueſæ: hæc enim uirgo Pariſien. tempore Sancti Germani præſulis cœnobio dicata, ob uitæ abſtinentiam pluribus annis ex lepra laborauit, ſepulta apud ſanctum Dionyſium. Sunt & in hac parte Burgundiones inter Sequanos, intra Ararim & Iuram montem ſiti, quorum originem è Garmania Oroſius ultimo libro his uerbis repetit. Valentinianus Burgundionum nouum nomen oppreßit, qui plus quàm ſeptuaginta milia (ut fertur) armatorum ripæ Rheni inſederant. Hos quondam ſubacta Germania à Druſo & Tyberio per caſtra dipoſitos in magnam coaluiſſe gentem, atq; etiam nomen ex opere præſumpſiſſe, quia crebra per limitem habitacula conſtituta Burgos uulgò uocant: hodieq; præualida manus in Gallia, quamuis prouidentia dei Chriſtiani omnes modo facti manſuete uiuant, non quaſi cum ſubiectis Gallis, ſed cum fratribus Chriſtianis. His ille. Burgundiones Plinius, itemq; Ptolemæus ultra Viſtulam Germanis proximos ponunt. Ea gens priſcum adhuc robur & animum ſpirat. Duces habuit è Gallorū regibus prognatos, quibus poſtea ſæpe aduerſa fuit, deq; imperio paribus auſpicijs contēdit. Ex hac diuus Sigiſmundus fuit à Gallis interfectus. Proximis uerò temporibus, anno MCCCCXXII. Philippus eorum Dux decedens

Talbotus
Franciſcus
Anna
Cenomanni
Mediolanum
Redones
Nannetes
Curioſolitæ
Veneti
Tricorii
Seſſuuii
Oſiſini
Vnelli
Aulerci
Diablintres
Ambiates
Maclouienſes
Dolenſes.
Armoricæ
Lexouii
Torones
Arnulphus
Andes
Albinus
Columba
Senones
Patroclus
Velaunodun
Carnutes
Genabum
Pariſii
Lutetia
Genoueſa
Burgundi
Philipp. dux

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Ioannes
Philippus
Carolus

cedens filium Ioannem reliquit patrem alterius Philippi. qui ætate noſtra unà cum Carolo filio Lodouico Gallorum regi maxime fuit aduerſus: quod Carolo eius fratri profugo Philippus faueret, bellum ingens exortum, cuius poſtea inter reges mentionem faciam.

Allodiū nunc Leodium Dinantium

Poſt hoc Alodium Carolus obſedit, quod ſuæ ditionis dicebat eſſe, cum oppidanis deinde pecunia tranſegit, ac ſe in Dinantios ex eadem cauſa conuertit, quo pater Philippus iam ſenex & inualidus ſe transferri uoluit, urbem cepit ac diripuit: Interim extincto Philippo, Carolus Alodienſes, quod Dinantijs auxilium tuliſſent, iterum obſedit, iuuante quoque Ludouico rege, quem ſibi conciliauerat. Vrbem expugnauit, ac diripuit, nulli'que nec ordini nec ætati pepercit. Terror fuit ſuo tempore Galliæ, ſæpeq; Regi, quanquam non æquo imperio formidoloſus. Extinctus tandem in bello, quod aduerſus Renatum Renati nepotem Lothoringiæ Ducem mouerat, ac ibidem ab hoſte honorifice ſepultus eſt ſuperſtite tantum filia Maria ex Margarita Eduardi regis Angliæ ſorore, quæ poſtea Maximiliano Cæſari nupta, paternum pro dote imperium attulit. Ex his genitus Philippus Archidux appellatus, qui nuper Hiſpaniæ regi gener, ac ſucceſſor adſcitus, dum illac iter in Hiſpaniam haberet, aui materni corpus ſupplex repetijt. Renatus uerò ſupra dictus cum tanto hoſpiti nihil denegare poſſet, maluit honoratiſſimi hoſtis trophæis, ac perpetuo facti monumento priuari, quàm excellentiſſimæ charitati deeſſe. Vt eſſet omnib. mortalibus documento maiorum ſe indolem animo retinuiſſe, nec minora domi per pietatem geſſiſſe, quàm antea in bello per fortitudinem geſſerat.

Viſontium
Claudius

Ciuitates uerò Burgundionum, Viſontium nunc Biſontium Metropolis, ubi plura ueterum ædificiorum ueſtigia cernuntur, & Claudij præſulis ac profeſſoris ſedes, qui anno ſexcenteſimo uigeſimoſexto cura eccleſiæ alij delegata in Cœnobium ſancti Agendi ad duriorem uitam ſeceſſit, tantum oleribus contentus, ubi & ſepultus. Id hodie ſanctus Claudius uocatur. In eodem agro Biſuntino locus Salinenſis uocatus, ubi duo ſunt fontes, alter aquæ dulcis, alter unde ſal igne denſatum conficiunt candore præſtans, ac maximum eius nationis uectigal.

Matiſco.
Eduenſes
Auguſtodunum
Alexia

Matiſco, cuius meminit Antoninus in itinere. Eduenſes Romanorum amicitia clari horum urbs opulentiſſima Auguſtodunum in Cemenis ſita montibus. In finibus quoq; ipſorum erat Alexia expugnatione Cæſaris memorabilis, nunc ad uicum redacta, putaturq; ea quam uocant Alſetum.

Alſetum
Nouiodunum
Cabilo
Syluerius
Gergobina
Bibracte

Eſt & Nouiodunum: Cabalio Antonino Straboniq;. Hodie uerò Cabilo, quem honeſtat Syluerius eius loci præſul & profeſſor. Gergobina, ubi Cæſar Heluetiorum bello impedimenta collocauerat, Heduis confidens. Bibracte prope ciuitatem Heduenſem ad exiguum nunc uicum redactum, olim celebre oppidum, in quo Cæſar concilium Galliæ totius coegit.

Longones
Adunantinum
Lugdunum

Longones, nunc Lingones, unius literæ tantum mutatione, quorum erat Adunantinum. Bellio Plinio nunc Bellicenſis urbs, Lugdunum ipſum ad Cemeni radices, ubi Arar Rhodano congreditur. Colonia hæc eſt à Planco deducta. Flagrauit Senecæ temporibus, ut ipſe in quadam epiſtola refert, Templum habebat Auguſto dicatum, aram'que uenerabilem, ubi inſcripta gentium nomina numero Sexaginta, earum'que ſingularum ſtatua una. Hanc urbem Imperatores Romani nobile Emporium ſtatuerunt, ubi etiam monetam cudebant. Hæc Strabo.

Nicetius

Hæc deinde urbs ornata ſanctis præſulibus fuit Nicetio & Eucherio, qui ſub Valentiniano ſecundo emicuit.

Meldæ
Pharo
Ildenricus

Supra uerò inter montes Meldæ Ptolemæo ponuntur, Meldenſis adhuc urbis nomen ſeruantes. Hic Pharo & Ildenricus ex ſucceſſione præſules ſancti præfuere.

Veſſones
Viromandui

Veſſones & Auguſta Veſſonum. Viromanduos quoque Ptolemæo in hac parte poſitos Virdunenſes putauerim eſſe.

Catalanum

Hos prope Campania nunc appellata, ubi Catalanenſis eſt urbs noua nomine, clariſſima clade Attilæ Hunnorum regis ab Aetio ſuperati. Fiſci codex has habet hodie Metropoles deſcriptas in hac parte, Lugdunenſem, cui ſubeſt Pariſienſis, Carnutenſis, Aurelianenſis, Antiſodorenſis, Trecenſis, Meldenſis. Turonenſem, cui ſubeſt, Cenomanenſis, Redonenſis, Andegauenſis, Nannetenſis, Baiocenſis, Trecorenſis, Leonenſis, Dolenſis, Maclouienſis. In Burgundia, Tarantaſienſem, cui ſubeſt Sedunenſis, Buguſtenſis, Bellicenſis. Biſuntinam: cui ſubeſt, Baſilienſis, Lauſanenſis. Aquitania tertia pars Galliæ ab occidēte Oceanum, à ſeptentrione Ligerim fluuium. Cæſari uerò Garumnam. Ab oriente Lugdunenſem & partem Narbonenſis. A meridie Pyreneum & Narbonenſis partem.

Aquitania Comitatus IIII.

Aquitani enim à cæteris Gallis corporibus & lingua differunt magis Hiſpanis ſimiles, quibus finitimi ſunt. Eos ſubiugauit Craſſus Cæſaris legatus, ut narratur in commentarijs. In ſequentibus temporibus duces habuerunt: qui cum Carolis Martello & Magno internecinum ac diuturnum bellum geſſere, contra'que eos ex Hiſpania Saracenos quandoque uocauerunt, tandem ſuccubuerunt, ac una cum cætera Gallia regibus Francorum nunc parent. Comitatus inter eos hodie IIII. Armeniaci, de Bigorra, de Fuſſo, ac Pictauenſis.

Armeniaci
de Bigorra
De Fuſſo
Pictauenſis
Pictones
Taruiſatii
Tarbelli
Aturus
Bigerones
Cocoſates
Sibuſates
Auſcii
Vaſſarii
Vaſcones

Ciuitates eorum pleræq; in commentarijs nominantur: Pictones, nunc Pictauenſes. Taruiſatij, nunc Turſæ. Tarbelli, nunc Tarienſes ad Aturi oſtia prope Pyreneos. Bigerones, nunc Bigerrenſes, ubi caſtrum Bigorram dicunt in Vaſconia. Prætiani. Garietes, qui nunc Lectorienſes eſſe putantur. Garumni, Cocoſates, Sibuzates, Auſci, nunc Auxitani: unde regio cognominata. Horum ſunt Vaſſarij Ptolemæo, nunc Vaſſatenſes. Armeniaci comes ſub Caliſto tertio, propriam germanam duxit ſororem, reclamanti autem regi uir ſceleratus literas apoſtolicas falſas oſtendit: itaque ipſe ſacris interdictus, de his uerò qui eas procurauerant ac ſcripſerant ſub Pio poſtea ſumpta eſt pœna.

Fluſſates

Fluſſates, quibus de Fluſſo comites nunc appellati diu præſident, ex qua domo duo Cardinales noſtra memoria fuere, iunior tamen longe fama uirtute'que inferior deceſſit Innocentij tempore.

Sanctones
Mediolanum
Bituriges

Sanctones nomen etiam ſeruant, quorum urbem Mediolanum Strabo & Ptolemæus ponunt. Sonciates, Bituriges: hi uno die uiginti urbes incenderunt, ut Cæſarem commeatu & pabulatione prohiberent.

Auaricum
Nouiodunum

Horum oppidum Auaricum, cuius Cæſar in commentarijs meminit. Præterea Nouiodunum: alterum eſt huius nominis, proximum Pariſijs, in prouincia Remenſi: tertium Heduorum.

Petrocorii
Fronto
Burdegalēſes
Vaſcones

Petrocorij, quibus ciuis & præſul Fronto uir ſanctus à Petro baptiſmate ablutus. Burdegalenſes inter Garumnam & Auſcios: è Burdegale fuit Auſonius poëta. Vaſcones gens Hiſpana uetuſtiſſima, Pyreneis & Aquitaniæ uicina in hæc Galliæ loca traiecerunt. Quo magis miror à Pio & Blondo ſcriptum Vaſconiam quaſi occidentalem Gothiam eorum lingua appellatam, quod in his locis conſentiente Honorio Vallia rex Gothorum conſederit. His igitur Librettenſis imperat princeps tantum dominus appellatus. Itaq; unum aiunt eſſe in Gallia dominum Librettenſem. Vnum Armeniaci comitem. Vnum denique Britonum ducem, qui potentia poſt regem antecellant.

Aquæ Auguſtæ.

Sunt & in ea urbes Aquenſis olim Aquæ Auguſtæ Ptolemæo Plinioq;. Conſeranenſis, Olorenſis, Papincenſis, Laſcurrenſis, Rigonenſis, Adurenſis, Bigorrenſis, Maleacenſis, Sarlatenſis, Agenenſis, ſic etiam Antonino uocata. Ptolemæo Agennas.

Agenenſes

Conu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Conueni
Aturia flu.
Lugdunum alterum.
Ruteni
Lemouici
Aruerni
Auguſtonemetum.
Gergouia
Claromont.
Sanctiflori
Tutelenſis
Minotenſis
Albienſis
Caſtrenſis
Anicienſis
Vabrenſis
Metropoles III.
Liger
Cluentellus
Garunna
Eginanus
Aturus
Sylua Arduenna
Picardia
Ambiani
Firmini
Honoratus
Saluius
Attrebates
Cameracum
Iciū promon.
Geſſoriacum
Caleti populi
Belocaſii
Flandrii

Conuenarum urbs olim Conueni ad fluuium Aturiam inter montes ſiti Pyreneos: apud hos Lugdunum altera colonia Ptolemæo ponitur. Præterea Ruteni nunc Rutenenſes. Lemouici & Aruerni nomen ſeruant, inter Aquitanos & ipſi ac trans Ligerim à Geographis poſiti. Ex Lemouicenſibus quatuor ex ordine pōtifices olim fuere. Aruernorum autem ut gentis fortiſſimæ plurima apud autores mentio. Hi, ut ſcribit Strabo, cum milibus ducentis olim cum Aemiliano Maximo ad Iſaris & Rhodani confluenta, poſtea cum Domitio Aenobarbo, ubi Sulgas cum Rhodano cōiungitur, prælijs congreſſi ſunt. Eorum oppida Auguſtonemetum & Gergouia in monte ſita, ubi pugnatū eſt à Cæſare. Deinde apud Alexiam propinquum oppidum, ab eodemq́; poſt longam obſidionem expugnatum ſuperato Vercigentorige Gallorum duce. Nunc uerò Aruerni ſub duce Borbonio agitant, ac Caroli ſeptimi quondam temporibus adſcitis ſibi Lemouicenſibus ac Pictauis grauem ſeditionem excitarunt, Ducem ſibi quendam Buuorium deligentes. Itaq; paſſim graſſando nobilem quemque uirum impune obtruncabant, quem tumultum Biturigum dux cum exercitu regio compreſſit. Aruernorum præſul & martyr ſub Conſtantino Iuniore, ut ait Sigiſbertus, fuit Proiectus. Sed & in reliqua Aquitania nomina quædam etiam recentia. Claromontenſis, Sanctiflori, Tutelenſis, Mimotenſis, Albienſis, Caſtrenſis, Anicienſis, Vabrenſis. Metropoles omnino tres, Bituricenſis, Burdegalenſis, Auxitana. Flumina in ea Liger potiſſimus, qui prouinciam eam à cætera Gallia diducit, Cluentellus, Garumna, Egignanus, Aturus: omnia à Cemenis montibus in mare Aquitanicum procurrentia. BELGICA *ſequitur, in qua prouinciæ ſunt, huiuſcemodi nominibus hodie uocatæ, Picardia, Flandria, Lotoringia, Normandia. Eſt autem à cætera Gallia Matrona & Sequana diuiſa, magna ex parte Germanorum moribus & catalecto, eo præſertim tractu, qui Oceano ac Rheno proximus eſt, cum ab illis hæc loca ſint occupata. Populos enim Tranſrhenanos M. Agrippa citra flumen teſte Plinio traduxit. Syluam Arduennam in hac parte prius commemorabo totius Galliæ maximam. Hæc à Rheno incipit, per fines Treuerorum, Eburonum, & Menapiorum D. paſ. mil. in longitudinem per mediam Belgiam in Oceanum tendit. Populi autem ex Oceani parte poſt Britones, Picardia cui comes imperat. Hanc ætate noſtra Ludouicus undecimus rex Philippo Burgundo pignori dederat, quæ deinde recuperata cauſa belli maximi inter utrunque fuit. In hac parte Ambiani Ptolemæo ponuntur. Nunc etiam Ambianenſes ſanctis ornati præſulibus duobus Firminis martyre & profeſſore, ac Honorato & Saluio. Is ultimus Chilperico regi Francorum Ariana ſecta infecto, reſtitit. Attrebates quoq; quos Vedaſtus eius urbis præſul ſanctiſſimus maxime exornat. Dein Cameracenſes ueteres ſane populi. Nam & Cameracum apud Antoninum tantum reperio. Poſtea Morini, in quorum littore Icium promontorium Ptolemæo Cæſariq́;. Geſſoriacum quoq; portus Plinio Tranquilloq́; in Claudio, unde in Britanniam facili tranſmiſſu Claudius penetrauit. Is nunc à Britanniæ regibus tenetur, Caleſium appellatus, quanquam & Caleti populi, Straboni in hac parte ponuntur. Sequuntur Bellocaſſij Ptolemæo, ubi nunc Flandria. Huic olim à regibus Francorum præfectus mittebatur, quem Foreſtarium appellabant, qua adminiſtratione cum Balduinus quidam fungeretur, contigit ut Iuditham Caroli Calui filiam pactam Adoulpho Angliæ regi, illac tranſeuntem raperet: quæ poſt longam diſcordiam, patre conſentiente, in iuſto matrimonio apud eum remanſit, proq́; dote Flandria recepta, de Foreſtario comes factus eſt.*

Tongri
Brabantia
Menapii
Iuliacenſes
Eburones
Vegerra
Aquiſgranum
Luppia
Neruii Tornacenſes
Normandi
Cobeum promontorium
Romandui
Rotomagum
Lanfrancus
Auguſta Romanduorum
Lexouienſis
Bellouaci
Samarobrina
Lotaringia

Nunc ei ſucceſſit Maximiliani Cæſaris filius Philippus Archidux, cuius ſuprà mentionem feci. Tongri ubi nunc Brabantia cui dux imperat. Menapij nunc Iuliacenſes putati. Eburones uerò iuxta, nunc Alodienſes Syluæ Arduenæ uicini inter Moſam & Rhenum. Hi ſunt qui Cottam & Titureium Cæſaris legatos cum toto exercitu per colloquium circumuentos abſente Cæſare trucidarunt: apud hos oppidum Vegerra, nunc Aquiſgranum, Caroli Magni ſepulcro nobilitatum. Prope uicus eſt etiam Luppia. Neruij ubi nunc Tornacenſes Belgarum fortiſſimi Cæſaris exercitum in maximum diſcrimen adduxerunt, ita ut uni militum detracto ſcuto, ipſemet in acie primus inter pedites procedens, labantes ſuorum animos confirmauerit. In mediterranea quoq; penitiore Normandi ad mare ex Mediterranea pertinent, uſq; ad promontorium Cobeum Ptolemæo nuncupatum, nunc autem Tubalena: iuxta caſtrum eſt Mons ſancti Michaelis, cum arce regio præſidio munita, quod ſit eius oræ uniuerſæ tutela. Normandos enim aduenas, ut nonnulli recentiores tradunt minime conſtat eſſe: neq; enim apud ullos receptos autores Normandorum nomen aut in Germania, aut in Scythia uſquam nominari contingit. Itaq; indigenas loci eſſe ueriſimilius eſt, eos uidelicet quos Ptolemæus parua literarum mutatione Romanduos uocat. Hi ſeculis inſequentibus, Rollone duce, Carolo tertio Imperatori bellum mouerunt, poſtremoq́; cum eo fœdus & affinitatem inierunt. Præterea in Italiam cum Tancredo duce migraſſe, & Siciliæ regnum primi conſtituiſſe dicuntur: quandoq; etiam Angliam ſub rege Guilelmo tenuerunt. Nunc uerò regibus Gallorum ſine controuerſia parent. Horum hiſtoriam in Carolo tertio, partim etiam in Sicilia repetam. Eorum urbes Rotomagum uetuſta ciuitas. hanc ornat Lanfrancus homo Papienſis, qui ſub Honorio tertio Pontifice hic ludimagiſter fuit: incidens in latrones, cuncta bona amiſit, ex quo poſtea in Cudonenſi Cœnobio monachum agitans claruit ſanctitate. Auguſta Romanduorum, quam poſtea Conſtantius Cæſar de ſuo nomine Conſtantiam appellauit. Eſt alia item inter Sueuos & Heluetios. Sunt noua item nomina, Lexouienſis, Briocenſis, Ebricenſis, Abrincenſis, Sagienſis. Bellouaci autem nunc Beluacenſes. hi noſtra ætate obſidionem Caroli Burgundi plurimos dies paſſi ſunt, in quo bello cuiuſdam puellæ uirtus prædicatur, quæ in mœnibus conſiſtens, à milite Burgundo murum aſcendente, uexillum extorſit, tandiu luctando, donec auxilium adeſſet. Triberi Ptolemæo, quorum urbs Auguſta Triberorum, nunc Treuerenſis, quæ Ildebertum habuit præſulem, prius Cenomanenſem, uirum ſanctiſſimum. Maximum item. Is enim Athanaſium, Conſtantium eo fugientem, hoſpitio excepit. Rhemi erga populum Romanum fidelitate conſpicui Cæſari in commentarijs Apud Rhemenſes ex ampulla ſancti Remigij rex oblini, deinde diademate iam inde à Clodouæo primo Chriſtiano redimiri ſolet. Eorum fuit oppidum Samarobrina, ubi Cæſar Gallorum concilium indixit, impedimentaq́; reliquit. Poſtremo Lotoringia inter Belgas ſita eſt, à Lotario Lotarij Imperatoris Caroli Magni nepotis filio cognominata, quod in fratrum diuiſione hæc in portionem cederet. In hac parte dominati ſunt Gottifredus & Balduinus Baliones, felices illi fratres qui Hieroſolymam primi ex Saracenis receperunt ſumpta mutuo pecunia & oppigneratis terris. Proximis autem ſeculis ſucceſſit Fredericus comes Vademontis, qui ex Violanta Renati Siciliæ quondam regis filia Renatum Iuniorem genuit uirum fortiſſimum, qui nunc uiuit, ac Carolum Burgundum aduerſus uenientem cum toto exercitu ſuſtulit, uti ſupra commemoraui. In hac continentur Mediomatri-

ces

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Mediomatrices.

ces nunc Metenſes. His Theodoricus Othonis primi propinquus, & ante eum Godericus circa Gregorij primi tempora ſancti præſules præfuere. Leuci quorum oppidum Tullum Ptolemæo nunc quoque Tullenſe appellatum. Liberi omnes populi ac tantum Imperatoribus ſubiecti. Tullenſium ciuis & præſul Gerardus fuit Hẽrici iij. tempore, relatusq́; à Leone ob uitæ merita in profeſſorum numerum, ut Vincentius ſcribit. Flumina in Belgica, Moſa, Tabuda, Phrudis, omnia in oceanum exeuntia, Ptolemæoq́; poſita haud ſane magna.

Godericus
Leuci
Tullum
Gerardus
Moſa
Tabuda
Phrudis

GALLORVM REGES ac geſta.

Samotus

DE locis hactenus. Nunc hiſtoria ſubiungenda, ac priſcos quidem Galliæ reges ab ipſo qui fertur Beroſi libello, ne neſcius tantum præterire uidear, mutuabor. Ille Samotũ tempore Beli primum in Gallia dominatum fuiſſe tradit. Deinde filium eius Magum, poſtea Sarron Dryum Galatem Bardum Longonem Lugdum Allobrogẽ Romum Lemannum Galatem iuniorem Nannetem Francum. De quibus nulla ſanè cognitio præter nomina & nonnullorum etymologiam populorum, deprehenditur. Tantum hæc diligẽtioribus perſcrutãda relinquo, & ad ea quæ pluribus notiora ſunt autoribus ueniam. Ante aduentum Annibalis in Italiam Gallos quinquies Alpes traieciſſe compertum eſt. Primum, ut ait Liuius, dulcedine uini adlecti Celtæ duce Bellouaſo excitis Biturigibus, Heduis, Ambianis, Carnutibus, Aulercis, regnante Priſco Tarquinio mutandi melioris ſoli gratia in agro Inſubrium, augurio pagi Heduorum ſic cognominati, Mediolanum ædificarunt. Cenomanni deinde Celitonio duce ueſtigia priorum ſecuti eodem fauente Bellouaſo cum tranſcendiſſent Alpes, ubi nunc Brixia & Verona loca tenuere. Poſtea Boij Liguresq́; tranſgreßi cum intra Padum & Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus traiecto non Hetruſcos modo, ſed Vmbros inde pellentes intra Appenninum ſeſe tenuere. Poſtremo, ut ait Polybius, Senones omnium potentißimi ad mare Adriaticum Senam urbem incoluere, ac ab Vſente fluuio ad Atheſim fines habuere. Hi ſunt qui Brenno duce Cluſium obſedere, ac inde cum eſſent legatorum temeritate laceßiti, Romam properantes inciderunt, fuſo apud Alliam exercitu, quos diſcedentes Camillus opprimens ſigna & aurum ablatum retulit. Rurſus cum paucis poſt annis legatos Romanorum interfeciſſent, ut ait Liuius libro duodecimo, L. Cæcilium prætorem contra eos miſſum cum toto exercitu trucidauerunt. Iidem in Græciam traijcientes, ac Delphos ſpoliare conati, imbre grandineq́; Phœbo quodammodo ultore (uti putabatur) extincti ſunt. Et, ut Strabo ait, qui reliqui fuere in Aſia conſidentes Gallogræci ſiue Galatæ dicti ſunt. Polybius uerò, cuius autoritatem ſecutus, reliquam eorum percurram hiſtoriam, ſcribit, quod Galli poſtquam Delphos euaſere, nequaquam in Aſiam trãſiuere, ſed loci opportunitate adlecti circa Byzantium conſtitere, ubi deuictis Thracibus, & Thyle rege conſtituto, Byzantijs bellum intulere, qui tributo annuo lxxx. talentorum ſe redemerunt uſque ad Clyari tempora, quando Gallorum genus defecit à Thracibus funditus eradicati. At hi qui in Italia remanſere, poſt allienſem cladem annos xlij. Albam cum exercitu ſe recipientes Romanos occurrẽtes habuere, eosq́; terga uertere perterritos coegerunt. Deinde pace facta annos xliij. quieuere. Poſtea Hetruſcis coniuncti aduerſus Romanos profecti cum ingenti præda incolumes domum rediere. Quarto exinde anno cum Samnitibus denuo Romanos inuadũt, plurimos eorum cædunt. Paucis poſt diebus iterato aggreßi iuxta Sentinanatum regionem prælium ineunt, plurimos obtruncant. Poſt annos decem comparato exercitu in Hetruriam profecti Aretium obſident. Romani auxilium ferentes procul à mœnibus dimicarunt, ubi ſuperati amiſſo etiam Lucio Cos. Manium Curium ſuffecere. Is ſtatim legatos in Galliam ad redimendos captiuos miſit, quibus contra ius gentium interfectis Romani indignati, nouo delectu habito in Galliam penetrant: ubi parum proceſſum, obuios Senones prælio commiſſo obtruncant, reliquos ſedibus ſuis eijciunt. Nouam ipſi coloniam inducunt, eamq́; ueteri nomine quo primum à Gallis habitatam appellant. Boij uerò exemplo Senonum ſibi timentes Hetruſcis in auxilium uocatis bellum aduerſus Romanos mouent, in quo Hetruſcorum magna pars, Boiorum pauci effugere. Nec ita tamen animis cecidere, quin redintegratis uiribus proximo anno prælium rurſus inirent, in quo ita profligati fuere, ut penè ad internitionem delerentur. Qua clade perterriti, fœdus cum Romanis per legatos percutiunt. Hic erat annus tertius quo Pyrrhus in Italiam uenerat, & quintus poſt eam cladẽ quam Galli apud Delphos paßi ſunt. Ex illo Galli tot cladibus uexati, à bellis deinde XLV. annos quieuere. Quum poſtea ex lege C. Flaminij promulgata, ager ubi Senones fuere militibus dederetur, indignati Boij uicini Gallos tranſalpinos exciuere, Congolitanum & Anereſtem reges circa Rhodanum habitantes ac præcipue geſatas cum peditibus L. millibus, equitibus & curribus duobus mil. præter auxilia Ciſalpinorum Gallorum & Inſubrium & Gallorum qui circa Padum habitant. Nam ex Venetis Cenomanni tantum cum Romanis conſenſerunt. Romani igitur tantæ multitudini & terrori occurrere parantes, ex omni Italia ſepties centena peditum milia, equitum uerò lxxx. milia ſine tranſpadanis coegerunt. Ea uis tunc erat Italiæ, aduerſus quos Annibal paulò poſt uix cum xxx. millibus auſus eſt alpes tranſcendere. Hoc itaque militum numero partito, ut de aduentu ipſorum acceperunt L. Aemilium Cos. Ariminum miſere. At illi per Hetruriam iter facientes ad Cluſium obuios Romanos habuere, quos fugere ſtratagemate ſimulantes inſectati, ad ſex milia ex eis cæſa ſunt. Reliqui in proximum tumulum ſeſe recepere. Aemilius Cos. cognito eorum itinere ex Arimino Romam uerſus contra eos proficiſcitur. Galli conſulis aduentu formidantes tumuli obſidionem, per littus Hetruſci maris remeare ſtatuunt, relictis impedimentis quo tutius pugnarent. Aemylius deſcendentes perſequitur, nec tamen congredi audet. C. Attilius regulus alter Cos. qui nuper à Sardinia Piſas uenerat, miratus ſubitum eorum diſceſſum, ut forte interclusum eorum uidit exercitum prælium commiſit, atque ita utrinque à Coss. ad unum omnes cæſi fuere. Vtebantur gladijs oblongis cuſpide obtuſa, & paruis clypeis. At Romani contrà paruis & acutis gladijs & oblongis ſecutis, ut cominus magis ualerent. Terrori tamen fuere nuda Gallorum corpora & pulchritudo torquium aurea, & uirgata ſagula, quibus toto corpore coruſcabant. Poſt hanc uictoriam Aemylius Paulus per Ligures in Boiorum agrum tendens omnia uaſtabat, paucis poſt diebus triumphans urbem ingreſſus eſt, ærariumq́; ex gaza ditauit. Poſt hæc P. Furius & C. Flauius Coss. creati contra Inſubres profecti, ac uicti ſeſe in Cenomannorum agrum receperunt. Rurſus redintegratis copijs cum longe ſuperioribus numero prælium ad Adduam fluuium inſtaurant, ubi Romani Cenomannos, quibus non ſatis fidebant præmiſere, ac eis ponte reſciſſo neceßitatẽ pugnandi fecere. Quamobrem uictores Coss. cæſis ex eis L. millibus diſceſſere. In

Galli quinquies alpes traiicere
Celtæ
Mediolani cõditio
Cenomanni
Boii
Brennus
Gallo græci
Galatæ
Gallorum in Italia clades
Noua Colonia Senonum
Boii
Cõgolitanus
Anereſtis
Galli inuaſere Italiã cum peditum L. millibus.
Ex Italia DCC. M. peditũ: equitum lxxx. M. ſine Tranſpadanis
L. Aemilius
C. Attilius Regulus Conss.
Gallorum cædes
P. Furius
C. Flauius
Coss.

c ſubres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

M.Claudius C.Cornelius Coss.

Acerræ

Qu.Fabius Cn.Domi. Iul.Cæſar

ſubres tanto accepto incommodo pacem anno proximo petiere, omnia pollicentes, quæ Coss. M, Claudius & C. Cornelius minime conceſſere. Quare illi conductis triginta milibus geſatis ultimam periclitantur fortunam. Coss. Acerris urbe inter Padum & Alpes poſt obſidiones potiuntur, Deinde apud Claſtidium collatis ſignis hoſtes fugant, fugientes Mediolanum perſequuntur, atque in poteſtatem poſtremo redigunt. Quo bello Galli ex Italia penitus ſublati ſunt. In hanc Polybius it ſententiam, qui monet non timendos eſſe Gallos aut barbaros, ſi uiribus ſuis aut prudentia Italia experiatur. Tranſalpinos poſthac diuerſis attritos tempeſtatibus & bellis, Q. Fabius primum Allobrogas, deinde Cn. Domitius Aruernos perdomuit, ducto in triumphum Batuto eorum rege: ad ultimum Iul. Cæſar decennali bello ſub iugum omnes miſit.

FRANCORVM ORIGO ac ſucceſsiones.

Gothi Vaſcones Sueui

GALLOS dein paulatim occidente Imperio, circa Honorij tempora barbari diuerſarum nationum, ut etiam cæteras inuaſere prouincias: è Scythia Gothi, Alani: ex Hiſpania Vaſcones: è Germania Sueui, Burgundiones, Franci. De his igitur ultimis dicendum, qui rerum potiti cæteros expulerunt. Horum originem annales

Francus

Gallorum iam inde à Franco quodam Hectoris filio repetunt, qui poſt Troiæ occaſum in Germaniam primum applicuerit: gentemq; ex eo paulatim propagatam in Galliam migraſſe, de quo ſanè apud nullum legi ueterem autorem. Poſteriorum quidem primus qui Francorum mentionẽ faciat, Agathias Græcus autor, qui circa Iuſtiniani tempora ſcripſit hiſtoriam his uerbis: Francorũ natio eſt Italiæ proxima, & terminis iuncta. Veteres tamen hos Germanos di-

Gallorum mores

xere. Nam circa Rhenum habitant, Galliarumq; magnam partem occupant, qui quanquã ut reliqui Germani ſunt barbari, Romana tamen politia & alijs inſtitutis utuntur. Sunt etiam Chriſtiani & rectiſsimæ opinionis. Et paulò inferius. Eorum reges longos poſt terga crines gerunt non more Turcarum atq; Alanorum incomptos atq; inordinatos, ſed pulchre diſcriminatos unguentoq; delibutos. Reliqua uerò turba circũtonſa crinibus. Hæc Agathias. Ex quo ſatis conſtat ex ea natione migraſſe quæ trans Rhenum, nunc quoq; Franconia dicta eſt. Franconum enim uetuſtum nomen Cicero quoq; in epiſtolis ad Atticũ meminit. Hi poſteris temporibus anno ſalutis circiter CCCCXX. Theodoſio Iuniore imperante exagitati à uicinis, ſimul & mutandi melioris ſoli gratia in proximã Galliam Belgicam cum eorum rege Clodio traiecere, locaq; Metẽſium primo ac Tullenſium te-

Aetius dux

nuere, ubi Aetio duce Imperatoris, deinde Gothis et Aquitanis, poſtremo Normandis ac Longobardis uaria ſucceſsione, ac magna uirtute ſuperatis, tota paulatim Gallia potiti ſunt, & ad hunc uſque diem inclytum inter Chriſtianos regnum conſtituere, ac barbaris nationibus magnopere pro Chriſti religione reſtiterunt. Reges uerò, ut ex eorum, tum

Francorũ genealogiæ tres Pharamundus rex primus

etiam aliorum hiſtoria accepi, ordine ac compẽdio referã. Primũ igitur genealogias eorum in tris diuidunt progenies. Prima à Pharamundo uſq; ad Childericũ III. quæ durauit annos CCCXXX. uſq; ad annũ ſalutis DCCL. Secunda à Pipino uſq; ad Ludouicum VI. Lotharij filiũ, quæ durauit annos CCXXXVIII. uſq; ad annũ DCCCCLXXXVIII. Tertia uerò ab Vgone Capeto comite Pariſiẽſi uſq; ad ætatem noſtram. Itaq; duces primum uti tradunt in Germania cœpere poſt Francum, quem ſuprà dixi Hectoris filium ab eis dictum. Huius deinde natum Marcomirum patrem Pharamundi, qui primus ab eis rex dicitur conſtitutus anno CCCCXX. Regni uerò XI. interijt. Nutrire comas inſtituit ut à Gallis diſcernerentur, quam conſuetudinem, ut ex Agathia ſuprà memoraui, Reges tantum uſurpauere uſque ad Petri Lombardi præſulis Pariſienſis tempora, quo re-

Clodius Capillatus

clamante poſtea deſiere. Clodius cognomento Capillatus ob promiſſam longe cæſariem, Pharamundi filius atq; ſucceſſor, Anno regni XX. extinctus eſt, Imperante Theodoſio iuniore, primuſq; traiecto Rheno cum copijs in proximam Belgicam uenit, Tornacenſem, Camaracenſem, Tullenſem, Metenſemq; ciuitates occupauit, Merouẽumq; fi-

Merouẽus

lium regni ſucceſſorẽ reliquit. Hic annos XI. rexit. Attilã in Galliam uenientẽ fugit in ciuitatem Aurelianẽſem. unde iunctis cum Aetio duce Romanorũ caſtris ac Attila pulſo

Childericus

paulò pòſt in regiam remigrauit. Poſt eum Childericus natus annos XXIII. Leone primo imperante. Hic ob libidinem in matronas regno expulſus, deinde reſtitutus

Clodoueus primus Chriſt. Clotildis uxor

fuiſſe traditur. Clodoueus rex V. Childerici filius, anno CCCCLXXXIIII. Clotildem Gundebaldi Burgũdi regis filiam mulierem ſanctam duxit in matrimonium. Quam cum ad Chriſti religionem exhortantem audire nollet, tandem cum Alemanis prælio concurrens uotum uouit, ſi compos fuiſſet, ſe uxori obtemperaturum. Igitur re feliciter geſta accerſito Remigio præſule Rhemenſi primus regum Francorum una cum tribus milibus è populo ſacro fonte abluitur anno regni XI. Quo tempore diuino miraculo

Ampulla ſancta

miſſa cœlitus ampulla per columbam dicitur, ubi Chriſma quo eſt oblitus inerat. Seruataq; deinde in cœnobio S. Remigij ad idem in poſterum officium regibus exhibendum. Regnante in Italia Theodorico rege, feruntur & alia

Contra Alaricum

huius uiri prodigia. Proficiſcens aduerſus Alaricum Gothorum regem, qui Toloſæ regnabat, Ligerim fluuium qui inundatione creuerat eius precibus nocte ita decreuiſſe, ut uado tranſmitteretur, & apud Pictauos caſtrametaretur, Gothoſq; una cum rege cecidiſſe, ac Galliæ penitus regno & antiqua poſſeſsione expuliſſe. In baſilica S. Martini diadema ab Anaſtaſio principe accepit. Moritur anno XLV. Regni XXX. ſuperſtitibus liberis Theoderico, Clodomiro, Clotario, Childeberto, qui omnes ex ſucceſſione regnauere. Sepultus Pariſijs in Aede S. Petri à ſe conſtructa, quem Galli perpetuo colunt, ac pro ſancto uenerantur.

Theodoricus rex trangreſſus in Italiam.

Theodoricus maior natu regnauit annos XXIII. apud Metenſem ciuitatem, partitis alijs cum fratribus locis. Huius maxima geſta commemorantur. Turingiam cum rege ſibi ſubiugauit, in Italiam cum armatis LXXX. milibus traiecit, Belliſarij copias repẽtino impetu fregit, Trãſpadanam omnem regionem ſubiugando, mox inopia pabu-

Bucellus & Amingus duces ſeparati à Narſete

li coactus eſt dimiſſo in Italia Bucello & Amingo ducibus, qui & ipſi ſuperati à Narſete apud Cannetum in campania fuere. Decem Burgundionum milia auxilio Gothis miſit, quorum rex Theodoricus ſororem eius olim in matrimonium duxerat. Demum per ſeditionem interfectus dum de imperio cum patruis certat, anno regni XIII. ſuperſti-

Theodebaldus Clodomirus

te Theodebaldo filio, qui poſt eum regnauit annos X. Deinde ad Clodomirum Clodouei filium Theodorici fratrem res peruenit. Qui apud Aurelianenſem ciuitatem regnauit, prouinciamq; ac Burgundiam bello ciuili acquiſiuit, hoc

Gundebaldus Burgundus S. Sigiſmũdus

modo Gundebaldus Burgundiæ rex Chilpericum fratrem maternum Clodomiri auum interfecerat, quamobrem eum ulciſci ſtatuens bello aduerſus Gundebaldum moto è duobus eius filijs alterum Sigiſmundum in prælio cepit, alterũ Gothimarum interfecit, regnoq; eorum potitur. Sigiſmundi præclara eſt fama ſanctitatis, quem captum atque in puteum unà cum uxore & filijs demiſsũ, & poſt aliquot dies extinctum, ac ſepultum in cœnobio Aganenſi apud ciuitatem Sedunenſem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

dunenſem, quod ipſe conſtruxerat, febricitantes inuocant.

Childebertus. Regia apud Pariſium

Childebertus tertius, Clodouei filius fratri ſuceeßit. diuiſo cum alijs regno, apud Pariſios regiam ipſe conſtituit, Cenomannos, Pictauos, ac Normandos ſibi adiudicauit.

Clotildis Amalrici Gothi uxor

Clotildem ſororem Amalrico Gothorum regi locauit, quæ cum à uiro minime Chriſtiano tum iurgijs tum uerberibus ob Chriſti fidem inceſſeretur, quæſta apud fratrem eum ad ultionem compulit. Quamobrem profectus in Hiſpaniam cum exercitu, Almaricum in prælio apud Toletum commiſſo, ad templum quoddam fugere contendentem obtruncat, urbemq; diripit, ac ſororem reducit, quæ in itinere morbo correpta interijt.

Parricidium Childeberti

Poſt honeſtißimum facinus animum ad parricidium conuertit, duos fratris defuncti filios pupillos, quos mater eius Clotildis apud Pariſios alebat, ad ſe aliud ſimulando uenire iuſſos necauit. Quorum cadauera relata Pariſium ab auia mœſtißima ac ſanctißima muliere multis cum lacrymis contumulata fuere. Childebertus unà cum fratre Clotario puerorum inter ſe regna partitus, expeditionem poſtea in Hiſpaniam ſumpſit, ac magna ui Valentiam obſidenti urbis Præſul extra mœnia egreſſus cum dalmatica S. Vincentij occurrit, quam ei dono dedit. Quo facile munere delinitus, domum reuertit.

Templum S. Germani

Quo poſtea dono templum S. Germani præſulis Pariſienſis, qui eo forte tempore deceſſerat, ac miraculis florebat, ornauit, ubi poſtremo & ipſe decedens ſine prole ſepultus eſt Anno ſalutis D X V.

Clotarius

Clotarius igitur frater ſuperſtes omnium ſuorum Monarchia Galliarum potitur.

Conabrus dux Britonum

Cum Conabro Britonum duce bellum geßit, eumq; interfecit. Crominum eius filium nothum ſuppetias ei ferentem, captum in prælio cum uxore ac liberis igne cremauit.

Cœnobium S. Medardi

Cœnobium ſancti Medardi Sueſſionenſe ædificauit, in quo & ſepultus eſt, Anno regni quinquageſimoprimo. Quatuor ſuperſtitibus liberis, partito inter ſe regno Chilperico Sueſſiones, Ariperto Pariſij, Guntiano Aurelianenſes, Sigisberto Metenſes obuenere.

Aripertus rex apud Pariſios

Aripertus igitur ex omnibus fratribus patrio ſucceßit regno, apud Pariſios regia conſtituta. De quo nihil aliud memoratur, quàm quod ob amorẽ in ancillas coniugem abdicauit. Quamobrem fruſtra ſæpe admonitus à ſancto Germano Præſule tunc urbis ſacris tandem interdictus, ac ſine liberis extinctus eſt.

S. Germanus B. Guntianus

Guntianus frater regnum inijt, qui Aurelianis imperabat. Hic feſſus quondam uenando obdormiſſe dicitur in campis, & ex ſomno theſaurus ei antiquæ gazæ manifeſtatus, quem cum eſſet nactus cum reliquis facultatibus egentibus diſtribuit, ad regnum immortale adſpirando. Deceßit ſine liberis Sigisberto fratre cum eius filio Childeperto ſucceſſore dimiſſo, Anno regni uigeſimoquinto. ſalutis D L X I I I I. Apud Francos inter ſanctos relatus.

Sigisbertus

Sigisbertus Clotarij filius, & Guntiani frater apud Metenſem ciuitatem regnauit, quæ ei ex patris hæreditate ſorte obuenit, regnum Auſtraſiæ appellatum.

Auſtraſia Brunchildis

Brunchildem Atanagildi regis Hiſpaniæ filiam duxit, quam Arriana ſecta inquinatam ad ueram religionem reduxit.

Chilpericus

Bellum cum fratre Chilperico geßit, in quo filius illius Theobertus poſt multa ab eo crudelitatis exempla fœde perpetrata occubuit. At Chilpericus pater fratrem cum ſectaretur ab eo fugatus, ſe Tornacum recepit,

Phrigundis

ubi obſeſſus, uxoris Phrigundis opera, quæ clam ſatellites aliud ſimulando ad Sigisbertum obſidentem interficiendum miſerat liberatus eſt. Mox Pariſium ueniens, Brunchildem Sigisberti extincti uxorem cum filiabus Rotomagum relegauit, bonis eorum direptis.

S. Gloſinda

Tunc denique confirmato ſtatu, uxorem duxit Gloſindam Brunchildis ſororem Atanagildi Gothorum regis filiam, quæ ex Arriana ſecta in fidem orthodoxam uerſa perſancte uixit. Dolis tandem agitata pellicis Phrigundis, relictis bonis ac coniugio, ſæpe in patriam redire fruſtra tentauit, tandem illius inſidijs noctu à uiro iugulata miraculis dicitur clarere. Sed & eiuſdem Phrigundis opera Andouera prima Chilperti coniunx abdicata eſt, quæ tris peperit liberos, quorum natu maior Marouens eiuſdem concubinæ inſectatione bonis dimißus, & abdicata coniuge Brunchilde, quondam patrui ſui uxore monachum egit. Poſtremo tot illa malis perpetratis, necem addidit uiri, cui ad ultimum ſe ſuſpectam cognoſcebat. Redeuntem itaque è uenatione, eius opera duo ſatellites eum incautum aggreſsi trucidarunt, Anno regni trigeſimotertio, relicto paruo filio Clotario, quem ex ipſa Phrigundi primum concubina, deinde uxore ſuſceperat.

Childebertus II. cum Brunchilde matre

Interim Childebertus ſecundus Sigisberti filius, poſt patris ac patrui mortem regnauit in Auſtraſia unà cum Brunchilde matre annos uiginti, quæ mulier, quod crudeliter & acerbe adminiſtrabat, populo fuit inſenſa. Viri etiam ſui fratris filium in matrimonium quondã accepit, quæ tamen omnia religione compenſabat, Cœnobia, templa, ſacras ædis ædificando, muneribusq; immodicis ornando.

Inguldis Hermogillus

Huius Childeberti ſoror Inguldis Hermogildo Lemogildi Gothorum regis filio locata fuerat, quæ uirum ad religionem orthodoxam deduxerat. Quamobrem à patre Lemogildo poſt carcerem & uincula ſecuri percuſſus martyr occubuit.

Theodebertus rex

Theodebertus Chilperici filius ex concubina ſucceßit, contra quem eius ex matrimonio frater Theodericus ab auia Brunchildi compulſus bellum mouit, fugauitq; Coloniam Ciuitatem: ubi obſeſſus, ac ciuium proditione interfectus eſt.

Theoderic. II

Theodoricus ſecundus uictoria potitus, ac fratris filijs interfectis, pacificus cum omnium gratia reuertit. Nec multo poſt aduerſus Clotarium patruum de regno eadem Brunchilde adhortante dimicauit, tandem in regno confirmatus, fratris ab ſe interfecti filiam in matrimonium duxit, multoq; reclamantem Brunchildẽ conſanguinitatis iura eſſe uiolata, contumelia ac minis repreßit, tot ſcelerum eius adhortationes exprobrando. Quamobrem illa indignata eum ueneno necari, deinde ſex liberos eius trucidari mandauit, quæ omnia ſanctus Columbanus abbas, dum eum à libidine cuperet auertere prædixerat.

S. Columbanus aufugit in Italiam.

Ob quam cauſam à Brunchilde ex Galliæ finibus expulſus in Italiam aufugit, ubi ſupra Ticinum cœnobium inſtituit.

S. Gregorii monitio.

Hunc Theodericum eiusq; fratrem ſanctus Gregorius per literas monuit, ne ſimoniæ crimen in regno permitterent, cum ipſorum indulgentia par crimini patrantium haberetur. Iam enim huius contagio uitij ſerpere cœperat apud eos.

Clotarius rex

Clotarius eorum patruus rex Francorum octauus, ex his qui recta ſtirpe ſucceſſere, regnauit annos quadragintaquatuor. De quo quod dicam nihil reperio, quàm quæ ſuprà dicta ſunt. Tum quod ex Bertunde uxore genuit Hiltidem filiam, ex qua & Amberto coniuge Herchenoaldus eſt genitus: unde Pipini, & Carolorum genus deſcendit.

Dagobertus

Dagobertus filius hæres regni, nonus recta genealogia, uiuente patre regnauit annos ſedecim. De Saxonibus triumphauit.

Aripertus

Conſortem regni fratrem Aripertum fecit conceſſa ei Aquitania, ac regno Toloſæ, cum quo tamen quandoque in diſcordiam uenit.

S. Dionyſii cœnobium factum.

Quapropter eum fugientem ad Dionyſij templum inde nulla ui auellere potuit. Ex illo locum ueneratus inſuper cœnobio magnifico decorauit, ubi tandem ſepultus eſt, qui ob beneficentiam & religionem dicitur poſt mortem ex uiſo cuiuſdam uiri ſancti liberatus à cœleſti iudicio, in quo multis accuſatus criminibus ſpiritus eius comparuit.

Sigisbertus II

Ex filijs ſuperſtitibus duobus Sigisberto & Clodoueo Sigisbertus ſecundus rem ſuſcepit. Is cum prolem minime ſperaret, ſeptem cœnobia magnifice extruxit.

Dagobertus Grimoaldus

Poſt hæc Dagobertum filium ſuſcepit, quem moriens Grimoaldo Pipini filio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Maiordomus

præfecto prætorij, ſiue, ut Galli appellant. Maioridomus commendauit. Grimoaldus per proditionem interfecto pupillo filium ſuum Auſtraſiæ regno præfecit, quam iniuriam

Clodoueus II

eſt ultus Sigiberti frater Clodoueus ſecundus, Grimoaldũ interficiendo. Is enim rebus Francorum ſuccedens, anno ſexcenteſimo quadrageſimo ſexto, regnauit annos ſedecim.

Batildis ſancta

Vxorem duxit Batildem mulierem ſanctiſsimam è genere Saxonum, quæ quondam ante matrimonium in peregrinatione tranſmarina capta fuit, ac ſalua uirginitate redempta ab Herchenoaldo Maioredomus regiæ. Peperit uiro tris liberos, poſt eius mortem cœnobio ſe perpetuo dicauit Parienſi, quondam à ſancta Clotilde extructo primi Clodouei uxore: claruit poſtea miraculis, cuius feſtum celebratur quarto Calendas Februarij. Extruxit & ipſa quoque cœnobia duo: alterum ſolo, alterum uerò reconcinnauit, donisq́; ornauit. Cæterum his temporibus creatus nouus magiſtra-

Maiordomus creatus

tus Maiordomus, autoritate maxima, quippe cum per regum luxuriam atq; ignauiam eo res deducta eſſet, ut nulla regni cura aut populorum, niſi propriæ libidinis eſſet, neceſſe fuit huic magiſtratui res cunctas obire, bella gerere, domi foriſq́; prouidere, omnia præterea regis munera citra regni titulũ gerere.

S. Dionyſii corpus à Clodo eo retectum

Clodoueus igitur cum aliquando ſancti Dionyſij corpus minus atq; deceret reuerẽter retexerit, atq; attrectarit, brachiumq́; propterea ipſius aliquantulum fregiſſet, dicitur in inſaniam incidiſſe: bienniоq́; poſt exceſsiſſe ſuperſtitibus Clotario Theoderico & Childerico filijs, qui

Clotarius III
Theodericus

omnes ex ſucceſsione regnauerunt: ac primo Clotarius III. annos treis. Deinde Theodericus frater ſuccedens breui tem-

Childericus

pore ob morum inſolentiam regno deijcitur, quem ſecutus eſt Childericus tertius frater, qui crudelitate inſigni præditus, Leodegarium præſulem Auguſtodunenſem apud Lexouium relegauit. Bodolonem maximum inter Francos uirum ligari ad ſtipitem ac cædi iuſsit, à quo mox ipſe rex unà cum uxore reuertens à uenatione trucidatus eſt.

Theodoricus XI. rex iterũ factus

Poſt quem Theodoricus rurſus ſupradictus rex undecimus ex his qui recta ſtirpe ſucceſſerant, quem diximus ſemel à regno pulſum, iterũ ſuccedere permiſsus nihilo mitior fuit fratre Childerico. Ab initio quidem Leodegarium ab exilio reuocauit, eiusq́; conſilio multa geſsit. Deinde potentiam ueritus cuiuſdam Ebroini qui ſeſe ſtirpe natum regia iactabat, in concordiam cum eo ueniens Præſules nonnullos inter quos

Leodegarius præſul Auguſtodunenſis interficitur
Pipinus ſenior Maiordomus
Clodoueus III. rex
Dagobertus II.
Theodoricus
Chilpericus Daniel

Leodegarium ipſius adhortatione necauit. Regnauit annos octodecim, ſepultus in æde ſancti Modeſti Atrebatenſis, quam ipſe conſtruxerat. Hoc ſiquidem tempore Pipinus ſenior Maiordomus fuiſſe traditur. Clodoueus tertius, Theodorici filius regnauit annos quatuor. Deceſsit anno primo imperij Anaſtaſij ſecundi. Dagobertus ſecundus Childeberti filius, anno quinto deceſsit, ſecundo imperij Leonis, filiumq́; paruum Theodericũ fidei tutelæq́; Caroli Martelli Maioriſdomus commiſit. Chilpericus cognominatus Daniel, regnum inuaſit, contraq́; Carolum inſurrexit Eudonis Aquitaniæ regis auxilijs nixus. Tandem ab ipſo uictus, regnoq́; pulſus, ac Theodericus imperio reſtitutus eſt. Sunt qui dicant quod fugato Chilperico Carolus Clodoueum

Theod. IIII
Clotarius
Chilpericus ob ſegnitiem abdicatus

S. Batildis filium è ſtirpe regia regno præfecerit, Theodericus quartus Dagoberti filius, poſt quem Clotarius, poſtremo Chilpericus, breui inter ſe ſpatio ſucceſſere. Hic ultimus cum eſſet natura ſegnis, populiſq́; male per eum conſuleretur: abdicatus regno, in cœnobio monachum egit, & Pipinus nunc Maiordomus hortante ac probante Zacharia ſummo pontifice rex ſurrogatus primus ex ea familia poſtquam Merouengorum proſapia defecit: quæ regnauit annos CCXCVI.

PIPINI ET CAROLORVM genus ac geſta.

PIPINVS itaque rex anno DCCLI. ſecundam inter Frãcos incœpit progeniem. De qua pauca dicendum, initio à maioribus ſumpto. Genus ſiquidẽ à regibus Francorũ iactant. Ambertus enim uir magnus, ex Hiltide Clotarij octaui regis filia Herchenoaldũ genuit, patrem Pipini, qui Grimoaldum ſuſcepit, patrem alterius Herchenoaldi. Ex quo natus alter Pipinus cognomento breuis à ſtaturæ breuitate. Hic igitur Maiordomus ſub Theoderico III. fuit: rebus in Germania feliciter geſtis, belli gloria floruit: excedens Carolum Martellum, & Carolomanũ filios hæredes dimiſit. Martellus officio paterno ſuccedens in aula regia res geſsit item præclaras. Leone ſecundo ſiquidem Imperat. anno DCCXVIII. Sequana tranſmiſſo aduerſus Aurelianos mouens uno impetu hoſtes fudit: Rhenum deinde traijciens Saxones, Alemanos, Sueuos, Bauaros, regno Francorum adiecit: Saracenos ab Eudone duce in Aquitaniam uocatos apud Turonum memorabili clade adflixit. CCCLXXXV. millibus partim cæſis, partim fugatis. Poſt item aliquantulum temporis Amorreum alterum eorum regem ex Hiſpania ſuppetias Athimo apud Narbonem obſeſſo ferentem cum toto exercitu trucidauit. Hinc Gothos, qui Hiſpaniam citeriorem & Galliæ partem trecentos iam annos turbabant, deleuit præter paucos: qui ad Barcinonenſium opem & loca confugere. Expulſis igitur exteris nationibus, Galliam omnem Francorum regno ſubiecit: & paulò pòſt mortuo Theodorico rege, ut Childericus eius germanus ei ſuccederet, curauit. Deceſsit ex morbo in Gallia, Carolomano & Pipino liberis ſuperſtitibus: quorum alter ut in Bauaria, Alemania, & Metenſi: Pipinus autem ut in Burgundia, Francia & Aquitania dominarentur, mandauit. Carolomanus Romam petijt, & Zacharia pontifice ſalutato in cœnobio Caſinenſi in Italia monachum egit. Pipinum uerò alterum filium, de quo nunc agitamus, Franci adhortante eodem pontifice, deiecto ob ignauiam Chilperico, regem crearunt. Anno ſalutis DCCLI. Hic igitur Stephano II. pontifici ab Aiſtulpho Longobardorum rege oppreſſo, & in Galliam fugienti ſuppetias tulit, bisq́; traiectis Alpibus in Italiam cum exercitu properans, Aiſtulphum coëgit, rebus primum à pontifice repetitis: deinde exarchatu Rauennate, & quicquid ferè in Italia ceperat Petri Cathedræ cedere fruſtra tunc reclamante Imperatoris Protoſpatario. Inde poſtquam in Galliam reuertit, Taxillum Bauariæ ducem ſibi ſubiecit. Cum Aquitanis VIII. annos decertauit, Manfredo primo prælio in fidem accepto: quem poſtea rebellantem Carolus filius domuit. Moriens duos omnino filios reliquit, Carolomanum & Carolum, cui poſtea magno cognomentum fuit. Huius igitur prima militia poſt obitum patris contra Aquitanorum regem Himuldum fuit, quem in deditionem accepit. Adcerſitus in Italiam ab Hadriano pontifice contra Longobardos, Deſyderio eorum rege per obſidionem Papiæ in poteſtatẽ recepto, eos ex Italia annos ferè CCIIII. poſſeſſa eiecit. Inde domum reuerſus, bellum Saxonum quod annos ferè XXXIII. cum Francis durauerat, quamuis interpellatum proſequitur: quibus tandem ſub iugum miſsis eam omnem gentem ad Chriſti cultum redegit. Poſt hæc aduerſus Aigoladum Saracenum, Hiſpanosq́; male de Chriſto ob Arrianam ſectam ſentientes, expeditionem ſumens, breui tempore ſubiugatos, Pampilone, Cæſarauguſta, & quibuſdam alijs oppidis expugnatis rectè ſentire coëgit. Redeuntem in Galliam Vaſcones, qui in inſidijs erant, adorti clade adfecerunt, Rolando cum parte militum cæſo. Eam expeditionem

Carolus martellus
Carolomanus
Pipinus rex
Carolus Magnus

Turpin' præſul Rhemẽſis Catalogus procerum in Hiſpania

tionem ſicut & reliqua geſta Caroli Turpinus præſul Rhemenſis, qui rebus interfuit, ſcripto tradidit: ubi Catalogum procerum qui eum ſunt comitati, hunc ferè enumerat. Rolandus comes Cenomannenſis ex Millone & Berta Caroli ſorore genitus, cum quatuor millibus bellatorum. Oliuerius comes Gebennenſis filius Rainerij cum tribus milibus. Araſtagnus dux Britonum cum ſeptem milibus. Eulcus dux Aquitaniæ, Gauſerus dux Burdegalenſis, Gundebaldus Phriſiæ, Gellius comes Nanetenſis, Renaldus de Bellauda, Naaman dux Bauariæ, Ogirius dux Daciæ, Lambertus princeps Bituricenſis, Samſon dux Burgundorum, Garinus dux Lotoringiæ. Conſtantinus præfectus Romanus. Teſtatur quoque Turpinus ingentem fuiſſe exercitum, magnumq́; telluris ſpatium duorum ferè iter dierum amplexum. De his multa poſteris fabuloſa ſunt tradita: ueritas tamen, ut & uiribus, & corporum proceritate cæteris mortalibus præſtiterint. Italiam poſtea Carolus rurſus repetens, Beneuentanorum, qui duce Araiſo in Romanum pontificem bellum parabant, tumultus compreſsit.

Taxillo Bauarus

Taxillonem Bauariæ ducem impellente uxore, quæ filia Deſiderij fuerat, res nouas molientem ſola legatione ſedauit: acceptis etiam obſidibus, Hunnos qui Pannoniam diu occupauerant, plurimis utrinque acceptis incommodis, tandem clade maxima adfecit: ampliſsimisq́;

Gottifredus Normandus

deinde ſpolijs onuſtus in Galliam reuertens, Gottifredum Normandorum ducem, Francorum ſocios uexantem, in poteſtatem redegit. Leonem tertium pontificem à Romanis expulſum, ac eius auxilium implorantem, per legatos confeſtim, deinde per ſe, tertio ueniens in Italiam, compreſſa ſeditione, ac repulſis inimicis reſtituit. Pro quibus meritis ab ipſo Imperator primum conſalutatus: & nomen quod annos ferè CCCXXX. ceſſauerat, occidenti reſtituit. Domum poſtremo repetens non minore dignitate otium geſsit, artes liberales magnopere colendo. Quarum ſtudium Pariſij primus inſtituit. Tum ſacra loca exædificando. inter quæ XXIIII. cœnobia in antiqua Chronica nominata comperio. Tum nobile illud templum ſancti Martini Aquiſgrani: ubi etiam ex pleureſi deceſsit anno ætatis LXXII. Imperij decimoquarto, Salutis DCCCXV. Liberos VI. genuit, Cotrudem, Bertam, Gillam fœminas. Mares uerò Ludouicum, Carolum, ac ex concubina Pipinum. quem Hadrianus pontifex Romæ de ſacro fonte leuauit. E quibus tantum ſuperſtes Ludouicus, ac imperij

Bernardus Italiæ rex

ſucceſſor fuit. Bernardum uerò ex Pipino filio nepotem Italiæ regem creauit. Traditur Carolus omnia quæ pater Pipinus pontifici dederat probaſſe. Eſt & autor Iacobus de Voragine, cum auxilio Genuenſium inſtructa contra Saracenos claſſe profectum Hieroſolymam recuperaſſe: cui minime cæteri adſtipulantur: quod etiam Florentiam ædificijs reſtituerit, nullus eſt idoneus autor. Illud ſanè inter omnes conſtat, cum Imp. Conſtantinopolitano de imperij diuiſione conueniſſe. Venetosq́; legibus proprijs uti permiſiſſe. Traditur & in uictu delicatior fuiſſe. Venationis etiam quadantenus ſtudioſus. Corpore procero uiribusq́; uaſtis præter humanam conſuetudinem, omnes eum fatentur fuiſſe. Præterea ob ingentia erga religionem merita liberalitatemq́; ac miſericordiam in pauperes, apud Aquiſgranum, itemq́; Pariſium, pro ſancto, quamuis in catalogum non relatum, uenerantur.

Ludouicus Pius

LVDOVICVS cognomento Pius, accepto de patris morte nuntio extemplo uenit Aquiſgranum: ubi Leonis Imperatoris Græci legatione audita fœdus cum eo renouauit. Bernardum Italiæ regem primo quidem probauit: mox ubi comperit imperium adfectare, captũ ſecuri percuſsit: eius fautoribus, inter quos præſules multi fuere, diuerſis in locis exilio mulctatis. Quatuor ſuſcepit omnino liberos, quorum natu maximum Lotharium in Bernardi locum ſuffecit: Pipinum Aquitaniæ, Ludouicum Bauariæ: Carolum uerò cognomento Caluum, ex alia uxore ſuſceptum, Franciæ Burgundiæq́; reges conſtituit, à quibus multa deinde incommoda paſſus, & in carcerem coniectus eſt. Denique poſt annum ab eiſdem in dignitatem priſtinam reſtitutus. Quæ omnia ciuiliter tuliſſe, & cum illis clementer egiſſe poſtea fertur. Stephanum IIII. Pont. Galliam petentem magna populorum celebritate ſpectatum properantium, magnifice excepit: à quo mox diadema apud ciuitatem Aurelianenſem accepit. Conuerſus deinde ad bella Viomarcum tyrannum Britanniæ regnum occupantem in prælio obtruncauit. Bulgaros Pannoniam inuadentes repulit, ac petentibus pacem dedit. Michaëlis imperatoris Græci Legatos de imaginibus referentes ad Romanum Pont. reiecit. Ab eiſdem legatis libros Dionyſij Ariopagitæ in Latinum ſermonem conuerſos ei adlatos, ut autores ſunt Landulphus de Columna, & qui ante eum de rebus Francorum ſcripſit Eginardus, templo illius dicauit. De pietate ipſius in Ro. Pont. multa Bibliothecarius refert. Ciuitates quas ei dono dedit, enumerat. Ego quoque ex antigrapho uetuſti libri, quod in bibliotheca Vaticana hodie continetur, ubi eius enarratur donatio, apographum excerpſi. IN NOMINE domini Dei

Ludouici donatio

omnipotentis patris & filij & ſpir. S. Ego Ludouicus imperator concedo tibi beato Petro principi apoſtolorum, & per te uicario tuo Domno Paſchali ſummo pont. ſucceſſoribusq́; eius in perpetuũ ciuitatem Romanam, cum ſua iuriſdictione omnibusq́; circa terris, ciuitatibus, portubus, ac Maritimis locis Hetruriæ. In ea denique mediterranea Vrbem ueterem, Balneoregium, Viterbium, Soanam, Populoniam, Roſellas, Peruſium, Maturanum, Sutrium, Nepe. Verſus Campaniam, Ananiam, Signiam, Ferentinum, Alatrum, Patricum, Fruſinonem, cum omnibus circa oppidis & uicis, Necnon exarchatum Rauennæ integrum, ſicuti piæ recordationis Carolus pater & item Pipinus auus noſter beato Petro dudum conceſſere: uidelicet Rauennam, Bouium, Aemyliam, Forumpopuli, Forumliuij, Fauẽtiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adriam, Ceruiam. In marchia Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auximum, Numanã, Eſium, Forum Sempronij, Feretrũ, Vrbinum, territoriũ Valnenſe, Callium, Luceolos, Eugubium. In Campania Soram, Aquinum, Arpinum, Theanũ, Capuam. Patrimonia quoq; ad noſtram pertinentia ditionem, Beneuentanum, Salernitanum, Calabriæ inferioris & ſuperioris, ac Neapolitanũ: Ducatum inſuper Spoletinũ, Tuder, Otriculum, Narniam: reliquaq́; eius ditionis. Inſulas quoq; inferi maris Corſicam, Sardiniã, Siciliam. Quæ omnia piæ memoriæ Pipinus auus, deinde Carolus Imper. genitor noſter per Atherium & Mainardũ Abbates ad hoc ſponte miſſos beato Petro eiusq́; ſucceſſoribus ſcripto conceſſerunt: nos item probamus atq; concedimus. Præterea ſummi pontificis deligendi Romano concilio poteſtatem eſſe uolumus, modo ſine diſcordia fiat: ac poſt conſecrationẽ legati ad nos ſucceſſoresq́; noſtros reges Francorum conciliandæ charitatis & amicitiæ cauſa mittantur, ſicut temporibus Domni Caroli ataui, & Pipini aui, & poſtremo Caroli genitoris noſtri mos fuit. Hanc igitur noſtram uoluntatem ſcripto ac iureiurando firmamus: & per Legatum S.R.E. Theodorum Domno paſchali miſimus, manuq́; propria me ſubſcripſi. Ego Ludouicus. Subſcripſere quoq; tres eius filij, epiſcopi X. abbates VIII. comites XV. Bibliothecarius, Manſionarius, Hoſtiariusq́; unus. Inſequente deinde tempore Otho Imperator apud eundẽ librum ſub Io. XII. in hæc ſe ſubſcripſit,

Othonis conceſsio

Ego Otho Imp. pro animæ noſtræ filijq́; ac parentũ noſtro-

rum ſalute hæc omnia ſupradicta, tibi beate Petre ſucceſſo-
ribusq; tuis libenter concedo : ſubſcripſereq; epiſc.X. Abba-
tes duo,Comites V.Optimates octo anno Sal. DCCCCLXII.
Henrici conceſsio Indicti.V. Sub Henrico autẽ ſubſcripſere epiſc.XIIII. Ab-
bates IIII. Duces III. Comites VIII. Optimates VIII.
Hæc igitur quæ de Ludouici donatione comperi in uetuſto
codice iam à conſeſſu patrum admiſſo,quo nullum hodie po
tius teſtimonium habemus.Ludouicus reliquam ſibi præter
ea quæ dedit reſeruauit Hetruriam. Deceßit anno imperij
XXV. eodem fermè menſe,quo & Michael Græcus Imper.
Lotharius ſub Gregorio quarto LOTHARIVS poſt mortem paren
tis cum fratribus de imperio dimicans in hanc cum eis ope-
ra Sergij pontificis pacificatoris concordiam uenit, ut Ca-
rolus Galliam, Ludouicus Germaniam teneret, reliqua ſibi
imperiali nomine atque autoritate cederent. Tres ſuſcepit
liberos : Ludouicum, Carolum & Lotarium. Huic ultimo
ea pars obtigit quæ inter Auſtraſiam & Prouinciam ſita
de ſuo poſtea nomine Lotaringia dicta eſt. Poſt hæc cum
orbi annos XV. præfuiſſet relicta Ludouico rerum cura,
quem quinquennio antea Imperij conſortem elegerat : ſeſe
Ludouicus II imperio abdicauit:& in cœnobio monachum egit. LVDO-
VICVS II. uiuente patre anno DCCCLVI. Romam
profectus à Sergio Pont.diadema ſumpſit : filios habuit Ca-
rolum & Ludouicum,qui Francis Germanisq; præfuerunt.
Amantißimus ante alios Nicolai primi:cuius creationi Ro-
mæ interfuit : deq; communi conſilio ambo cuncta gerebãt.
Imperauit annis XXI.Deceßit Mediolani: ubi etiam tumu-
Carolus II Caluus latus. CAROLVS II. cognomento Caluus Ludouici Pij
filius. Huic ab initio Gallia in portionem ceßit : in qua re-
gnauit ann. XXXIIII. Filios Pipini fratris in Aquitania
regnantis duos Carolos res nouas quærentes relegauit,mo-
nachosq; coëgit eſſe.Sed & ex totidẽ proprijs filijs eiuſdem
nominis alterum regnum perturbantẽ eodem modo tracta-
uit : alterum in ſingulari certamine,cum quodã milite exer-
citationis gratia pereuntem amiſit. Vocatus Romã à Leo-
Contra Saracenos ne IIII. in auxilium contra Saracenos, qui iam mœnia te-
nebant urbis, præſto adfuit. Conſecuta deinde uictoria in
Galliam reuerſus,poſt aliquot annos audita Ludouici Impe
ratoris morte Romam ſtatim repetijt : & à Ioanne VIII.
Pontific. ſucceſſor imperij factus diadema ſuſcepit anno
DCCCLXXX.uixitq; annis poſtea tantum VI.Nam Lu-
douicus frater qui in Germania regnabat, ægre ferens ſe in
imperio poſthabitum, bellum ab initio parabat : Sed ſtatim
extinctus liberis ſuperſtitibus Carolo Craſſo & Ludouico
Balbo natu maiore,qui poſtea imperarunt. Hi aduerſus pa-
truum ingenti exercitu uenientes obuium eum apud Vero-
nam armatum habuerunt : qui profligatus Mantuam ſe re-
cepit, ubi in ualetudinem incidens, ueneno à quodam Sede-
chia medico Hebræo dato dicitur abſumptus, cuius adhuc
ibidem ſepulcrum extat. Vir fuit inani iactantia ambitio-
neq; infinita, plura ſibi quàm fas eſt adſcribendo, ut ait Si-
gisbertus.Nam oppidum in Gallia Carolopolim appellauit.
Eius aduẽtus in Italiam teſtem habeo Marmoris inſcriptio-
nem, quæ adhuc legitur in templo ſancti Michaelis Romæ
apud Vaticanum,& huiuſcemodi uictoriam indicans,quam
Inſcriptio ponere mihi uiſum eſt. Tempore Leonis IIII. imperante
Carolo Magno eo tempore, quo beata Baſilica à Saracenis
capta fuerat : tunc denique pro totius mundi capite turba-
to, Gallia omnis cum rege Carolo ad tuendam Italiam ue-
nerat, ubi contra inimicos domini certando quidam mor-
tui ſunt : & in crypta iuxta Neronis palatium ſepulti : eo-
demq; tempore à Leone Papa & rege Carolo ad honorem
Michaelis archangeli ſupra illos facta eccleſia. His itaque
peractis rex in Apuliam abijt, eamq; beato Petro & Ro-
mæ ſubiugauit.In quo in primis notari licet,cur Imperatore
Carolo Magno dicat, cum multis ante annis eum deceßiſ-
ſe conſtet : putandum igitur ex auſpicijs primi conditoris
omnes ex ea familia Carolos appellare uoluiſſe. Proſequi
tur deinde inſcriptio mõſtrans,quemadmodũ in reditu Ca-
roli in Galliam ex Apulia nobiles quidam è Phriſia Germa
ni corpus S.Magni Fundis repertum, ſecum ferentes apud Corpus S. Magni
Sutrium admoniti ſunt in ſomnis ut in Vrbem Romam id
referrent. Itaque iuxta idem Michaelis templum id colloca-
uerunt conſtructo in eodem loco Xenodocheo annuoq; ue-
ctigali adſignato, quo eius nationis pauperes refugium ha-
berent. Omnia nunc auaritia noſtrorum peſſum iere. Ve-
rum deinde ædificatum S.Spiritus alterum in Saxia, ea de
cauſa dictum, quod Phriſij Saxones ut ſupradixi in eam ſe
partem reciperent. Sed ad reliquos reges reuertar. Ludo- Ludo. III. Balbus
uicum igitur Balbum cognomento qui Galliam regebat,pa-
truo ſucceſſorem Ioannes XIII. Pont. elegerat, niſi multa
ui à Romanis Carolum Craſſum fratrem, qui tunc Ger- Carolus III. Craſſus
maniæ præerat ei præponere coactus fuiſſet. Biennio tamẽ
una cum Carolo imperauit,mox ueneno ſublatus Carolũ co
gnomento Simplicẽ Frãciæ regẽ & Carolomanũ patrẽ Ar-
nulphi, qui poſtea Cæſar fuit, liberos reliquit. Carolus
Craſſus interim imperiũ continuauit annos X. Hoc tẽpore
Normandi qui annos XL. bellis adſiduis Francos uexaue- Normandorũ bellum
rant, apud Carnutes prælio memorabili uicti ſunt à Ri-
cardo Burgundiæ duce & Roberto comite Pariſienſi pa-
tre Odonis eius, qui poſtea regnum Francorum admini-
ſtrauit. Normandorum enim eo tempore duo fuerant du-
ces, Rollo & Gello : quorum Rollo idem & Gottifredus Rollo Gottifredus Gello
appellatus, inita cum Francis concordia Caroli huius fi-
liam in matrimonium duxit, & per Robertum comitem
ſacro fonte ablutus Roberti nomen accepit.Is igitur primus Robertus
dux Normandorum Chriſtianus genuit Gulielmum patrem Gulielmus
Ricardi II. & Roberti Guiſcardi, qui Robertus Apuliã Robertus Guiſcardus
& Siciliã in Italia acquiſiuit, ac Alexium imperatorẽ bello
uicit. Hic deinde Gulielmum ex cõcubina genuit,qui Arol-
dum Anglorũ regem interfecit. Gelloni autem alteri Nor-
mandorum duci tradidit Carolus rex montem Bleſenſem, Gellonis genus
in quo ille caſtrum munitiſſimũ ædificauit, genuitq; Theo-
baldum patrem Odonis Campanienſis, ex filia Conradi im-
peratoris. Odo uerò alterum genuit Odonem patrẽ Theo-
baldi iunioris. Hæc igitur genealogia comitum Bleſenſium. Comites Bleſenſes
Carolus autem Imperator poſt hæc geſta cum paulatim
mente laberetur, ei uiuo ſurrogatur Arnolphus Carolo-
mani filius Lodouici Balbi nepos, qui annos XII. impera-
uit : Normandos iterum tumultuantes ingenti prælio pa-
catos reddidit, ultimusq; è Gallis Cæſar fuit cũ annos pro-
pe centum imperaſſent : translatum deinceps ad Germanos
imperium, ut in alia imperatorum narrauimus hiſtoria.
Quanquam Ludouicus filius à Gallis patri ſurrogatus nec Ludouicus nõ probatus
à Pontifice probatus VI. annos imperauit, à Berẽgario de-
inde imperatore ſuperatus atque interfectus. Regno dein-
de Francorum Carolus Simplex Ludouici Balbi filius puer Carolus Simplex
poſt patris obitum natus ſucceßit : cui tutorem adhibue-
runt Odonem filium Roberti Pariſienſis illius qui con- Odo
tra Normandos ſtrenue pugnauerat, de genere Saxonum. Robertus
Hic poſtquam annos IX. regis nomine ſumma fidelitate
adminiſtraſſet regnum pupillo reſtituit, pro quibus me-
ritis ab eo parte imperij donatus eſt.Carolus igitur ſumpta
regni cura Edinam Eduardi regis Angliæ filiam in matri-
monium duxit : cumq; annos XXVII. regnaſſet à Rober-
to Odonis tutoris iam defuncti fratre bello petitur, eo quòd Odonis frater à Carolo interficitur
fratris ei ditionem abſtuliſſet : hoſte tandem in prælio in-
terfecto apud urbem Sueßionem ea potitur. Verum paulò
pòſt ab Eriberto ſororio amice exceptus apud caſtrum Pe-
troream dolo captus eſt,ac in cuſtodia demum extinctus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Edina uerò uxor cum paruo filio Ludouico ad patrem
Eduardum in Angliam confugit. Rodolphum poſt hæc Ri-
Rodolphus Ludoui. IIII Caroli Simplicis filius — cardi ducis Burgundiæ filium regem delegerunt, quem
olim Barolus Simplex ſacro fonte ablucrat. Hic ut ait Si-
giſbertus, ab Italis contra Berengarium uocatus uictoriam
adeptus eſt, regnauitq; annos III. Ludouicus puer inte-
rim ex Anglia cum matre reuocatus regnauit annos IX.
E Giſberta primi Othonis ſorore Carolomanum, Lotha-
rium, & Carolum genuit: Infenſos ac rebelles habuit re-
gni proceres. Poſt quē Lotharius eius filius annos XXXI.
Lotharius — qui in ordine regum trigeſimus fuit: ſub quo Vgo Ma-
Vgo magnus Pariſien. dux Francorum — gnus comes Pariſienſis factus eſt dux Francorum. Hic enim
fortiter aduerſus Normandos dimicauit, à quibus captus
demum fuit, & Rotomagi in cuſtodiam traditus: deinde
auxilijs Othonis imperatoris cuius ſororem duxerat li-
beratus, nunc demum Francorum regebat exercitum. Li-
berosq; ſuſcepit Othonem, Henricum & Vgonem. Lota-
rius interim deceßit ex ueneno uti putatur ab uxore adul-
Ludouicus V — tera dato. Cui Ludouicus filius ſucceßit biennio, & ipſe eo-
dem fato ſublatus Blanchæ coniugis opera, poſtremus ſanè
in Caroli familia.

TERTIVM FRANCORVM genus.

Vgo Capet — VGO interea cognomento Capet quod ca-
pitia ſic Gallice appellata per iocum alijs
auferre ſoleret, filius Vgonis Magni comi-
tis Parienſis, cum Francorum ductaret
exercitum, contra Carolum Ludouici pa-
truum rebellans bellum geßit annos IIII. quem tandem in
cuſtodiam apud ciuitatem Aurelianenſem miſit, mortuoq;
demum ſucceßit, ac regnauit annos IIII. Hunc ſiue hu-
ius patrem Dantes cur lanium fuiſſe dicat non ſatis ſcio,
cum manifeſto ſit falſum, niſi forte Galli ſic per iocum ap-
pellant eum qui pecuniariam aut macelli annonam nimium
Robertus — curet. Robertus Vgoni patri ſucceßit annos XXXIIII.
qui ſacerdotio prius erat addictus, quapropter non mino-
re in regno quoq; religionis quàm militiæ ſtudio teneba-
tur, Horas canonicas quotidie obibat, ferturq; ex eo prodi-
gium in cuiuſdam oppidi obſidione, irruptione hoſtiū nun-
ciata nō prius occurriſſe quàm cœptas horas abſoluiſſet, ex
quo & hoſtes nihilominus fugauit & oppido corruentib.
muris potitus eſt. Solebat & in ipſis horis plerunq; choro
S. Dionyſij intereſſe, amictuq; monachorum ſerico uti. Loca
plura religioſa excitauit: apud Aurelianum cœnobium ſancti
Aniani. In ſylua Aquilina ſancti Medardi, & ſancti Leode-
garij in Viteraco caſtro, ſancti Regalis in ciuitate Syluane-
ctenſi: apud Auguſtodunum, ſancti Caßi cœnobia. Solebat
& hymnos ipſe cōponere. Quōdam profectus Romam aræ
baſilicæ Petri chirographum obtulit, ubi reſponſorium erat
cum muſicæ ratione ab eo compoſitum, putantibus omni-
bus magnum aliquid dediſſe, antequam res appareret: libe-
ralis alioquin in pauperes: uerum clam uxore, quod recla-
mantem uideret. Ex Henrici ducis ſine liberis morientis te-
ſtamento Burgundiam adſecutus eam poſtea Landerico ad
Henricus — ſe pertinere dictitanti reſtituit. Hērichus filius regnum de-
inde adſequitur, quanquam aduerſante matre Cōſtantia ad
opes & auxilium Roberti regis Normādorum cōfugiendo.
Cum eius poſtea ſucceſſore bellum geßit: Aedem Pariſij ſan
cto Martino conſtruxit: in qua ciuitate pauloante multa
Burgundorū defectio — ædificia flagrauerant. Hoc tempore Burgūdi ad Conradum
Imperatorē defecere cum annos CXXX. Gallis paruiſſent.
Henricus cum regnaſſet annos triginta, moritur ſuperſtiti-
bus liberis Philippo & Vgone, qui Magnus cognominatus — Philippus I
eſt. Philippus primus huius nominis regnauit annos Qua- — Vgo Magnus
draginta octo. ciuitatem Bituricenſem à comite Arpino emit
uiro ſtrenuo pariter & religioſo: qui ad expeditionem Hie-
roſolymitanam una cum Petro eremita proficiſcens pecunia
maxime indigebat: nonnulli emptam ab Henrico patre di-
cunt. Vgonis Magni Philippi fratris inclytum nomen eſt in
armis, inter duces & ipſe ſacræ expeditionis. Ludouicus — Ludouicus
Philippi filius & hæres, cognomento Craſſus ob uaſti cor- — Craſſus
poris molem, conſtruxit ſancti Victoris cœnobium prope
mœnia Pariſia. Cum ad extremum morbo premeretur ea
fuit religione, ut exurgere ac obuiam ſacerdotibus eucha-
riſtiam ferentibus proficiſci contenderit. Exceßit anno re-
gni uigeſimo ſecundo, ſex liberis relictis: Philippo qui equo
lapſus interijt. Ludouico qui poſtea regno ſucceßit. Henri-
co Beluacenſi præſule: Petro & Philippo Archidiacono
Pariſienſi. Ludouicus igitur poſt Ludouicū patrem regna- — Ludouicus
uit annos Quadraginta octo. Hic ex uoto probante Euge- — Ludouici F
nio Pont. qui tunc in Gallijs agebat, ad expeditionem Hie-
roſolymitanam una cum Conrado Imperatore & ingen-
ti multitudine profectus parū feliciter rem geßit: per Syriā
ſiquidē iter faciens fame oppreſſus unà cū alijs eodem anno
domum reuertit re infecta. Cum iam ſexagenarius libe-
ris careret iußit omnes ſubditos uota pro ſobole facere:
quo factum eſt ut anno ſequenti filium ſuſciperet Philip- — Philippus Augustus
pum: qui poſtea Auguſtus cognominatus eſt, quod rem
Gallicam auxerit: annos XLIIII. regnauit, Patris imi-
tatus exemplum expeditionem eandem & ipſe cum Ricar-
do Angliæ rege multisq; alijs principibus ſumpſit. Itaque
ſoluens à Brunduſio & cum Saladino primum concurren-
do feliciter aggreſſus exitum habuit infelicem: cum in di-
ſcordiam cum Anglo ueniſſet, domum & ipſe re infecta
reuertit, Angliæq; bellum mouit. Decimas imperauit, Inno-
centio IIII. una cum clero Galliarum reclamāte: at ille iri-
tatus magis etiam inſtabat. Itaque & Ricardum primo, de-
inde ipſius filium Ioannem in bello ſuperauit. Sed & de
Othone Imperatore uictoriam apud Belgas adſecutus, Vi-
ctoriæ nomine cœnobium apud Syluanectum excitauit: ci-
uitatem Andegauenſem dirutam reſtituit: Iudæos omnes
expulit moriens anno Milleſimo ducenteſimo uigeſimoter-
tio, multa religioſe legauit. Ludouicus Philippi filius nul-
la re alia clarus, quàm quòd ſancti Ludouici pater, qui — Ludoui. VIII
poſt eum regnauit, extitit: quanquam & ipſe uita continen- — S. Ludo. IX
tißimus fuiſſe traditur: Auenionem expugnauit, quod eum
tranſitu à Biturigibus uenienti prohibuiſſent. LVDOVI-
CVS puer in tutela matris Blanchæ relictus eſt non ſine
procerum indignatione, quòd mulieri tantum regnum
committeretur. Quapropter in eos coniuratum: re dete-
cta Ludouicus coniuratis ueniam petentibus benigne con-
ceßit. Iuuenis adhuc non procul ab Iſaræ fluuio cœno-
bium Montiſregalis extruxit collocatis in eo monachis Ci-
ſtertientibus. Quotidie Centum uiginti pauperes alebat:
mendicos ulceroſosq; manibus attrectando ad oſculum uſ-
que dignabatur: uenientem ad ſe Henricum Angliæ re-
gem ſumma comitate excepit: dimiſſa inſuper ei Aquita-
nia, ea lege ut Normandia, Andegauia, & Cenomano
ipſe quoque cederet: ob quas terras ingens olim inter
Francos & Anglos contentio interceſſerat. Engeranum — Engeranus
maximum in eo regno uirum qui res adminiſtrabat, quod
quoſdam nobiles adoleſcentes leui de cauſa cruci adfi-
xiſſet, exulare iußit in Syria, ubi opem ille aduerſus Chri-
ſtianos quæſiuit. Probante quoque Innocentio IIII. qui
tunc in Gallijs aderat: ad expeditionem Hieroſolymi-
tanam cum Roberto & Carolo fratribus ac coniuge
haud felicius quàm prior Ludouicus profectus eſt: ac pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Damiata in Saracenos Syriæ.

mo Syriam ingreſſus Peluſium nunc Damiatam in Aegypto cepit, uarijsq́; exinde prælijs cum Saracenis habitis tandem ſuperatus capitur: pro cuius redemptione Damiatam reddi neceſſe fuit. Domum deinde reuerſus, omnes fœneratores Iudæos, aleatores, ac impia in deum uerba dicentes, diſcedere iuſsit. Petrum Britonum comitem, à quo bello laceſſebatur, ſimul cum eius auxiliari Henrico Angliæ rege ſuperauit. Alteram poſtremo in Carthaginem contra Saracenos expeditionem tantauit: duobus ſecum filijs adoleſcentibus & Theobaldo Campaniæ comite ductis: ubi proſpere primum dimicauit. Deinde peſtilentia paßim caſtra occupante ipſe una cum Ioanne filio interijt octauo Calendas Semptembris M.CCLXX. cum regnaſſet annos quadraginta tres. Carolus interim frater ſubſidiariam claſſem in Africam ducens: ubi rem iam ſeneſcere ac omnia turbata uidit: pacem hoſti certis conditionibus dedit De Ludouico inſuper traditur & illud pietatis exemplum: cum CCC. milites à Saraceno captos è ſuis ipſe redimeret, ac per hoſtis perfidiam luminibus poſtea priuatos animaduerterent, totidem cellas Pariſij extruendas curauit, ubi ex uectigali eis adſignato perpetuo alerentur. Quod adhuc Xenodocheum durat. Ex Margarita Renati comitis Prouinciæ ſuſcepit mares quatuor, Ludouicum qui iunior deceßit, Philippum qui poſt eum regnauit, Petrum de Alanſone, Ioannem Niuernenſem, Robertum Claromontenſem comites: fœminas totidem, Iſabellam Theodebaldo regi Nauarræ: Blancham Ferdinando Caſtellæ regis filio, Agnetem duci Bungundiæ, & Margaritam duci Brabantiæ nuptas. Relatus eſt in catalogum ſanctorum à Bonifacio octauo. cuius feſtum die colunt qua ex hac uita migrauit.

Philip. IIII.

Philippus cum patre profectus in expeditionem Afriicanam, ſtatim poſt eius mortem ad rem ſuſcipiendam domum reuertit: ac Viterbio iter faciens Cardinales qui eò conuenerant Alexandro quarto Pontifice defuncto conſalutauit: cum Petro Aragonenſi pro regno Siciliæ nauali prælio cõflixit, in quo ſuperior etiam recepta Gerunda diſceßit: interq́; Genuenſes & Venetos poſt longum & maximum bellum pacis autor fuit: regnauit annos quindecim.

Philippus Pulcher ſub Bonifacio VIII

Philippus cognomento Pulcher, & nominis & regni ſucceſſor annos uigintiocto. Iudæos expulit: graues cum Bonifacio inimicitias exercuit: ſacris ab eo interdictus, quod eius nuncium ad expeditionem in Saracenos, regem alioquin lentum, acerbius exhortantem, in carcerem coniecerit. Quamobrem Sarram Columnam tunc forte Bonifacij inimicum ac profugum in litore Maßilienſi cognitum ac redemptum à piratis cum ualida triremi contra pontificem mittit: quem ille Anagniæ in domo paterna captum Romamq́; deductum in carcere necauit. Hoc tempore Flandrenſes à rege Galliæ defecerunt, & Templariorum ordo ſublatus.

Flamingorũ defectio

Ludouicus Glutinus x.

Philippus Lõgus

Engerannus cruci adfixus

Philippi filij tres omnes ex ſucceßione regnauerunt: Ludouicus primum cognomento Glutinus, annos duos. Deinde Philippus cognomento Longus annos quinque: poſtremo Carolus V. Ex quibus nihil aliud dignum memoria legitur, niſi quod Ludouicus Engeranum, quem ſuprà nominaui, cruci adfixit. Iudæos quoque quos pater expulerat reduxit.

Philippus Valeſius

Bellum cum Eduardo

Philippus Valeſius filius Caroli comitis de Valeſio, qui Carolus Philippi Pulchri regis germanus fuit: deficiente reliqua ſobole uti proximus cognatus regno ſucceßit. Reclamante Eduardo Angliæ rege, ac Galliæ regnum expoſtulante iure Iſabellæ filiæ Philippi Pulchri, quæ Eduardo eius patri nupta fuerat: Philippo quoque Pharamundi primi Francorum regis lege ſe tuente, quæ iubebat ut uirilis tantum ſuccederet proles. Itaque uentum ad arma: Anglus adſcitis Flandrenſibus prælio ubi ſupra triginta milia cecidere, Philippum ſuperat: eiq́; Geſſoriacum portum nunc Caleſium abſtulit. Philippus Vienenſium principatum dicitur emiſſe.

Ioannes rex ab Anglis capitur

Huic ſucceßit filius Ioannes, qui cum ante omnia bellum cum Anglico inſtauraſſet, ipſe una cum Philippo filio capitur: dimiſſusq́; certis conditionibus tributi quibus minime ſtetit. Quare ab Eduardo poſtea terra mariq́; magnis adficitur incommodis. Sed cum neq; æs alienum quod cum Parienſibus pro ſua redemptione contraxerat exoluere curaret: illi rebellauerunt duce rege Nauarræ, quem tunc captum Pariſij è cuſtodia liberauerunt exoluto tandem ære res compoſita.

Carolus V

Tempore quo captus in Anglia tenebatur, Carolus filius regnum adminiſtrabat: ubi primum dimiſſus ſtatim Burgundiam ob Philippi tunc mortem adſequitur: ante uerò bellum Anglicum cum rege Nauarræ pugnauit: quem deinde per inſidias cepit. Caroli poſt hunc tres ex ordine ſucceſſere.

Burgundia Philippo Caroli fratri conceſſa

Primus Ioannis ſupradicti filius Burgundiam quæ patri obuenerat, fratri Philippo regendam dedit. Imperatorem Carolum ad ſe uenientem magno ſumptu excepit. Moriens Carolum & Ludouicum pueros comiti Andegauenſi tutori commiſit, è quibus Carolus ſextus ſuccedens, contra Flandrenſes, qui deſciuerant, bellum geßit.

Carolus VI

Leo Armeniæ rex

Ad hunc in Galliam confugit Leo rex Armeniæ à Turcis expulſus, qui omnibus uijs conatus eſt inter eum & Angliæ regem, inter quos bellum erat, pacem componere, ut de communi conſilio in Turcas iretur. Cæterum Aruernos cum multis Aquitaniæ populis tumultuantes compreßit. Iudæos expulit. Nouum in Gallia uectigal tentauit, cæteris conſentientibus, Pariſijs cum nonnullis alijs tantum reclamantibus ac penè tumultuantibus, neceſſe fuit ab incepto deſiſtere, loco tamen uectigalis ei Francorum centum milia ex omni Gallia ſubſidio belli ſponte tributa ſunt. Dicitur & in mentis ualetudinem incidiſſe, cuius rei ſigna quædam oſtẽdit. Nam cõtra Britones ſine ulla belli cauſa de improuiſo cũ exercitu profectus admirãtibus illis inde in Normandos iter faciens perterrefactus ſtrepitu armorum militum ſuorum obuios omnis hoſtes putando necabat. Quapropter cura regni neceſſarijs tradita ipſe tantum cerebrum purgare melancholiamq́; iocis rebusq́; alijs curare nitebatur. Pannonijs itemq́; Conſtantinopolitano imperatori contra Turcas auxilia petentibus præſtitit. Caterinam filiam Henrico Angliæ regi locauit, unoq́; tempore ſocer & gener (erat tum Philippus Burgundiæ dux) extincti ſunt anno Milleſimo quadringenteſimo uigeſimoſecundo.

Carolus VII

Carolus ſeptimus ſuperioris filius bellum Henrici regis Angliæ Henrici filij diu ſuſtinuit: cum ille Galliam iure ſuo expoſtularet, tandem conciliatus inſuper ei ſuppetias contra hoſtes tulit. Normandos bello oppreßit: Rotomagum cepit, Burdegalenſes rebelles diruit: Magdalenam filiam Ladiſlao Pannoniæ Boemiæq́; regi locauit: Ludouicum filium Delphinum appellatum bis rebellem ſenſit, quod paterno ciuiliq́; animo tulit.

Pragmatica ſanctio

Ioãnæ puellæ fortitudo

In Galliæ concilio pragmaticam inſtituit ſanctionem, rem quidem impiam ac pontificum poteſtati aduerſam: per quam ipſemet Præſulatus cæteraq́; officia ſacerdotalia ius conferendi ſibi uindicabat. Quondam dum in rerum ſtatusq́; eſſet turbatione, uenit ad eum uirgo nomine Ioanna, annorum uiginti, inter Gallos ruſticos orta, dictitans ſe à deo miſſam eius cauſa tutandi ſtatus. Itaque more Amazonis terras obibat, exercitum ductabat: tandem à Burgundionibus ac Ioanne Lucemburgo capta, & Anglis diuendita ab eis cremata eſt, non tam hoſtili odio quàm quòd magicam artem fœmina uirili habitu & audacia præ ſe ferre uideretur.

Ludouic. XI

Ludouicus undecimus, Caroli ſeptimi filius immiti uarioq́; & incõſtãti ingenio ſemper fuit, bis patri rebellis, et poſtremò Delphinatu fortunisq́; omnibus priuatus ad Burgnndiæ ducẽ

Philip

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Philippum confugit, apud quem decennio moratus fruſtra ſæpe reconciliatione per oratores tentata. Dum ille ſibi conſcius ad patrem quanquam indulgentem uenire partim metueret, partim etiam diſſuaderetur ab ijs qui regis æmuli fuerant, diſsidiumq́; optabant: patre interim defuncto regnũ inijt, multis ab initio bellis agitatus. Carolo fratri apud Burgundum agenti, & eius auxilio res nouas molienti, magna ui militum reſtitit.

Balua Cardi.

Ioannem Cardinalem Andegauenſem Baluam cognominatum, quem ex humili loco ad eam fortunam euexerat: quod clam Burgundi partibus ſtudere literis interceptis deprehenderet, capi iuſsit, ac annos ferè duodecim in cuſtodia ſeruari fruſtra per oratores à Paulo Pontifice repetitus, Sixti IIII. demum precibus condonatus cum Iuliano Cardinale S. P. ad uincula legato Romam uenit. Cum eodem Burgundo patre Philippo primum, deinde filio Carolo diuturnum bellum geſsit, fruſtra Niceno Græco Cardinale atque Legato rem componere ſtudente. Cum Franciſco Britanniæ Gallicæ duce habuit de finibus contentionem: unde periculoſiſsimum omnium bellum ortum. Nam cum rex apud Turonem proceres regni in concilium uocaret huius rei gratia, illi non pro rege, ſed contra clam in eo coniurant, abſentesq́; alios ad id inducunt. Fuere autẽ hi capita. Carolus Biturigum dux regis frater, Carolus Philippi filius Burgũdus. Franciſcus ipſe Britannus, Ioãnes Borbonienſis, Ioannes Alãconienſis, Ioannes Andegauenſis Renati filius, Carolus Nemorſinorum, duces omnes. Præterea comites Carolus Andegauenſis Renati frater Cenomanorum, Ludouicus Montiſpenſerij, Ioannes Armeniacus, Ioãnes Alebretenſis, Ioannes Duneſinorum. Britannus igitur his fultus auxilijs, ne coniuratio ante tempus detegeretur, dum ſe pararent pacem cum rege facturum ſimulat: dum agitur de conditionibus dux Borbonienſis agrum uaſtare cœpit: ex altera parte Burgundus ingenti exercitu ad Pariſium obſidendum pergit. Rex eo ſe uelociter recepit: cinctusq́; ex omni parte ab hoſtibus, ducis Franciſci Sfortiæ auxilium petijt, extemploq́; Galeatio eius filio cum magna manu aduenıente ita reſipiſcere cœpit, ut iam hoſtes de ineunda concordia cogitarent. Itaque Burgundus primum cæteros conciliauit, inſtituitq́; ut inuitati omnes in conuiuio iurarent ſe poſt illa regi fideles futuros. Atque hoc pacto poſt biennium res compoſita anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimoſexto. Fuit Ludouicus ingenio uario ac inconſtanti, ſæpe Romanis Pontificibus contumax, idem cum aliquid aduerſi pateretur obſequentiſsimus. Cum diu ſine liberis fuiſſet, tandem ex Carlotta Lodouici Sabaudienſis filia Carolum octauum genuit, qui poſt eum regnauit,

Carolus VIII

cuiq́; uiuente patre, Margarita Maximiliani regis filia pacta fuerat, qua poſtea abdicata, & Maximiliano poſt diſcordiam conciliato, Annam duxit, Franciſci Britanniæ ducis filiam, ac patrij regni hæredem, repugnante ex Britonibus procerum parte, bellum uſque ſuſtinentium:

Eius geſta

Ex quo Carolus potitus omni Gallia, patre iam defuncto ad antiquum regni Neapolitani ius ante omnia repetendum animum adiecit, ad quod etiam ſollicitabatur à Ludonico Mediolani duce ob inuiſum ſibi Ferdinandum regem. Igitur cum in tota Gallia, tum Britannia inſula delectu habito, anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimoquarto, menſe octobri, cum equitum uigintiquinque, peditum quindecim millibus, iſtrumentorum quoque bellicorum curribus centum, regni uerò principibus Philippo Sabaudiæ duce eius auunculo, & alijs nonnullis iter ingreſſus per Alpes, ubi primum in Subalpina regione cum tanta multitudine apparuit, timor omnibus incuſſus, quod ſciebant ferociſsimam gentem non poſſe à maleficio contineri: præſertim cum in domibus ciuium habitarent, paſsimq́; cum familijs miſcerentur, nemo non fuit qui non tam de re, quàm de libertate, de pudicitia, denique de uita ſollicitus fuerit. Ex Aſta itaque urbe per fines Galliæ Ciſalpinæ Parmam uenit, inde in Ligures Apuanos ac regionem Lunenſem, ubi quæ ditionis erant Florentinorum tradita ſunt ei à Petro Medice oratore obuiam procedente. Inde Piſas petijt, quas in libertatem excitauit, ut in ipſa ciuitate narraui, poſtremo Florentiam, ubi aliquot immoratus dies, tantum impetrata pecunia, ſaluis rebus, diſceſsit. Inde Romam ubi appropinquauit, Alexander ſibi ac urbi timens, tranſitum primo prohibuit, deinde Romanis nolentibus bellum ſuſtinere, admiſit, pridie Calendas Ianuarij, ædesq́; diui Marci ad habitandum conceſsit, ubi ſe rex dies aliquot continuit, donec inter eos concordia iniretur. Petebat autem tria, molem Hadriani, obſidem filium Cæſarem cardinalem, & Turcarum regis fratrem captiuum. Ex his ultima duo tantum conceſſa: Re hoc modo tranſacta, è ueſtigio Pontificem ſalutatum in Vaticanum uenit, apud quem in eodem palatio dies reliquos ſubſtitit, deq́; fide ac officio ſeruando, more principum Chriſtianorum præter omnium opinionem ſatisfecit. Nam eo animo dicebatur ueniſſe, ut ſtatum etiam ſacerdotum moribus corruptum componeret in melius, conſpirantibus præſertim ex patrum ordine nonnullis. Facti tunc demum regis cauſa cardinales duo. Gulielmns præſul Maclouienſis, qui inter regis comites fidiſsimus omnium uenerat, & Philippus Cenomanenſis, ambo Britones. His obitis poſt dies uigintiſeptem quàm uenerat, rex per urbem mediam ordinibus militum comitantibus diſceſsit, tanto ueſtium diſcriminatarum, armorumq́; lucentium ſumptu, ut Polybij commemoratio de aduentu Gallorum in Italiam ſumptuoſo, tum uerſus Vergilianus de Senonibus fidem habuerit. Virgatis lucent ſagulis tum lactea colla Auro innectuntur. Cæſar cardinalis obſes è medio itinere aufugit. Ille uſque Neapolim nullum habuit aduerſarium, cum Ferdinandus iunior (ut in rebus Siciliæ dixi) metu aufugiſſet. Antonello principi Salerritano, qui Ferdinando ſeniori rebellis in Galliam ſeceſſerat, poſſeſsionem reſtituit. Columnenſibus qui eum ab initio ſecuti fuerunt, Fundos cum multis circa oppidis dono dedit, limitesq́; ditionis eorum ampliauit. At Vrſinorum factio quæ cum Neapolitano conſpirauerat, magno in metu uerſabatur, ſed paulò poſt facta mutatio, ut hi in gratiam redirent, illi uerò ademptis ijs quæ acceperant, ab amicitia diſceſſerint. Verum à Ferdinando poſtea reuertente in regnum reſtituti, illi rurſus depreſsi, quorum princeps Virginius etiam in carcerem coniectus ac extinctus eſt. Hoc in ſtatu cum Carolus Neapoli menſes ferè quatuor moratus eſſet, deficiente paulatim exercitu, ac partim morbis, partim cædib. debilitato, iam ſibi timere cœperat, eo magis quod Ludouicus dux, quem cœpti iam pœnitebat, ac Veneti non æquo animo Gallos Italiam inuaſiſſe patiebantur, omnibusq́; uiribus ad eum expellendum conſpirauerant. Rex itaque cum redire in Galliam ſtatuiſſet, Romam calendis Iunijs repetijt, pontifice uacuam, qui de induſtria in Vrbem ueterem ſeceſſerat. Deinde Piſis iter faciens, prope Parmam ad Tarum fluuium, Ludouici Venetorumq́; occurrentes acies habuit. Horum Franciſcus Gonzaga, Mediolanenſium uerò Io. Franciſcus Seuerinas duces: legatus Venetorum Melchior Triuiſanus, fuere. Equitum quoque ac peditum numero ferè quinquaginta milia, maiorq́; diu in Italia non uiſus exercitus. Galli numero inferiores, ſed uiribus ac inſtrumentis bellicis ſuperiores extitere. Itaq; pugna commiſſa, pro eis uictoria non omnino incruenta ſtetit, ex quibus ferè mille, ex noſtris uerò duo milia cecidere. Inter quos hi principes fuere,

Franciſcus Gonzaga

Galli uictores

Rodol

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Rodolphus Gonzaga, Franſciſci patruus, Rinucius Farneſius. Io. Picininus Galeacius Regias, Robertus Strotius, Vincentius Corſus, Bernardinus Fortebrachius, quorum poſtea

Venetorum gratitudo

liberos Veneti memores officij, parentum loco ſuccedere uoluerũt. Vxoribus uiduis etiam ſalaria conſtituere. Defunctos quiſq; ſuos per unius diei inducias honorifice tumulauit. Regij uerò exercitus duces, duo potiſsimũ Italici fuerãt, Ioanneſiacobus Triultius unus exul Mediolanenſis, alter Nicolaus Vrſinus Petiliani comes, qui ab initio belli captus, deinde dimiſſus, regiſq; militiæ fuit autoratus. Verùm ad Venetos in prælio transfugiens, cauſa fuit eorum aciem collabentem reſtituẽdi. Dum igitur integris adhuc rebus hoſtium prohiberi poſſet, permittentib. tandem illis, rex incolumis in Galliam penetrauit, ubi biennio poſt, morbo extinctus eſt, ætatis anno uigeſimoquarto, regni quintodecimo. ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo. Corpore fuit breui, ore inuenuſto, natura haud ſane liberalis. Etenim nec Romæ baſilicis, nec in toto itinere quicquam præterquam ea quæ ſuprà dixi, Columnienſibus donauit. Ingenio præterea magis bardo quàm adroganti: nam cardinalibus neq; aduenientibus de more adſurgebat, neq; diſcedentes adſpiciebat. Procul alioqui à cæteris uitijs, quibus plerique principes tenentur, religioſiſq; maxime hominibus deditus.

Ludouicus XII.

Huic igitur ſine liberis decedenti, Ludouicus duodecimus, dux Aurelianenſis, ex ſtirpe regia, ſine controuerſia ſucceſsit. Cui Carolus in Italiam proficiſcens, regni totius curam delegauit, Aſtæq; in præſidio dimiſit. Hanc ille iure dotis auiæ ceperat, Nouariam inſuper inuaſerat, quam hoſtes poſt regis reditum multis menſibus obſederũt. Tandem fame coactis Gallis, cupidiſq; ſe ad ſuos recipiendi, ciuitatem certis conditionibus receperunt. Huic auus item Ludouicus Aurelianenſis fuit, qui cum gratia & autoritate in regno magnopere polleret, à Io. Burgundiæ duce ob inuidiam interfectus fuerat. Quumq; eius uxor Valentina Io. Galeacij Vicecomitis filia uirago, multis lacrymis ac querelis in concilio proceres ad ultionem excitaſſet, bellum inter utroſq; populos peſtiferum eſt ortum, quod in Gallia diu poſtea durauit. Huius Carolus filius olim in bello Anglorum captus, centum ſe milibus ſcutorum redemit. Mediolani deinde principatum poſt Philippi ducis mortem, iure matris hæreditario petebat. Verum cum nec illi nec poſt ea filio Ludouico, quem ex matrimonio Cliuenſium ducum familiæ ſuſcepit, ſatis uirium ad id ſibi uendicandum fuiſſet, res aliquandiu conticuit. Ludouicus enim paternis ipſe ſimul & auitis laboribus ac periculis ſucceſsit, primum regi Carolo ſuſpectus, quod ad ſe hæreditas nominis tanti poſt eum pertineret. In Britonum bello contra eum uenit, ſimulq; cum toto exercitu profligatus, uulneratuſq; inter iacentes uix cognitus fuit, in cuſtodiam quoque ductus, poſt quadriennium uix amicis ſupplicantibus liberatus eſt. Rex

Anna uxor

deinde factus, Annam à Carolo relictam illico duxit, dimiſſa ipſius Caroli ſorore, quæ olim puero pacta fuerat, Alexandro Pont. permittente. Nihilq; prius aut antiquius habuit, quàm ut animum ad res repetendas intenderet. Itaque anno regni ſecundo, ſalutis uerò M. CCCCXCIX. delectu habito, exercitum equitum peditumq; ferè XII. milium miſit, qui Aſta primum capta, Alexãdriam propere uenit, ubi munitiones, roburq; omne militum ducis Ludouici fuerant: qua celerius omnium opinione in poteſtatem redacta nihil cunctatus Ludouicus, cum theſauro quem antea præmiſerat, in Germaniam ad Maximilianum Cæſarem eius neceſſarium confugit, cedereq; ad tempus maluit furori hoſtili, quàm licet poſſet, fortunam periclitari. Galli Mediolanum ingreſsi, quanquam à cædibus & rapinis temperauerunt, nauſeam tamen (uti ſolent) ac faſtidium ob morum diſcrepantiam generantes, ſexto quàm uenerant menſe expulſi fuere, ac Ludouicus reuocatus. Rex igitur maioribus rem uiribus aggreſſus, contrà rurſus exercitum mittit, qui non minori potentia munitum repperit hoſtem apud Alexandriam ei occurrentem. Pugna commiſſa Ludouicus ab Heluetiorũ peditatu. quib. maxime fidebat, proditus ac captus, unà cũ toto regno in manus hoſtis uenit. Aſca-

Aſcanius Ma[illegible]

nius item Cardinalis eius frater, qui cum CCC. equis ſuorum, partim ciuium Mediolanenſium aufugerat, à Carolo Vrſino in itinere cõprehenſus, iuſſu Venetorum, regi quorũ illi cõfœderati erant traditus eſt. Rex itaq; ambos cuſtodiæ adſeruari iuſſos, breui deinde tẽpore ex humanitate atq; miſericordia latius uagari ac mitius tractari ex eorum dignitate permiſit. Aſcanium etiã poſt Alexandri mortem ad noui creationem Pontificis Romã unà cum Rothomagenſi remiſit, qui poſt hanc calamitatẽ nouos adhuc in Italia tumultus ſi per eius mortem licuiſſet (nam biennio poſt ex peſtilentia deceſsit) excitauerat, adeo multis indocilis eſt quies. His geſtis Ludouicus poſt biennium Neapolitanum inſuper regnum Francorũ diu familiæ debitũ repoſcere ſtatuit. Verùm cũ Hiſpaniæ regẽ propinqui ſui cauſam tueri paratũ animaduerteret, cum eo trãſegit, ut regnũ ipſum inter ſe diuiderent. Igitur exercitus armatorum X. miliũ ab eo miſſus, nullum uſq; Capuam habuit reſiſtentem. Ea demum uiribus atq; operibus poſt dies aliquot expugnata atq; direpta eſt, armatis tantũ in ea cæſis omnibus. Inde Neapolim procedẽs, ſine contentione illico rege Frederico fugiente obtinuit, antiquis illius legibus, & ciuiũ iuribus ſeruatis: proceribus etiã regni in antiqua poſſeſsione permiſsis. Hiſpanus uerò Apuliæ ac Calabriæ partes uno tẽpore eadẽ facilitate accepit. Verùm non diu res inter eos quieta fuit, de finibuſq; ſtatim certatum, ubi Gallus ſuccubuit, ut in Hiſpania latius narratum, nõ tam uirtutis inopia, quàm ducũ negligentia: quum omnes gentes nouerint eam gentem uetere belli gloria florere, & in ſequentibus temporibus maximo Chriſtianis præſidio fuiſſe, nec ullum hodie magis nomen Turcarũ natio potẽtiſsima metuat. Hoc igitur in ſtatu res Gallicæ in Italia uerſantur, in Gallia uerò pacatiſsime ipſius Ludouici uirtute ac prouidentia: cuius ea eſt animi moderatio, ut cũ ablata ſigna referre, et aduerſus hoſtes ſe facile uindicare poſſet, quieti tamen uniuerſorum (quod ita res expoſceret) ſuam ad tempus poſt habuerit ambitionem. Fredericus autem primo

Fredericus rex

in Aenariã, deinde in Galliã ad regis miſericordiã cõfugit, ubi pro regis dignitate ſuſceptus, quadriennio poſt exceſsit.

BRITANNIA.

De ſitu & moribus Britanniæ

BRITANNIA quæ Albion à ueteribus etiam appellatur, Diodoro ac Straboni, forma triangulari, lateribus inæqualibus, ac trib. erecta promontorijs eſt, Cantio, Heleno, & Orcha. Sita etiam è regione Galliæ, circuitu XXII. milibus ſtadijs Straboni, duobus millibus paſſuum Cæſari, duob. mil. ac ſexcentis Bedæ. Longitudine uerò DCCC. Latitudine, CCC. milibus Plin. Tellus frugifera, pecore abundans, auro, argento, ferro, plumbo, pellibus, mancipijs, canibus etiam uenaticis præſtantibus Straboni, Diodoro etiam ſtanni uena, quam iuxta Helenum promontorium effodiunt, quod nunc Cornubiam uocant adhuc ea durante. Cæſar uerò ſic deſcribit. Inſula natura triquetra, cuius latus imum eſt contra Galliam: huius lateris alter angulus, qui eſt ad Cantium ad orientem ſolem, inferior ad meridiem ſpectat. Huius latus tenet circiter milia paſſuum quingenta. Alterum uergit ad Hiſpaniam atque occidentem ſolem qua ex parte eſt Ibernia dimidio

minor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

minor, ut exiſtimatur, quàm Britannia, ſed pari ſpatio tranſmiſſus, atque ex Gallia eſt in Britanniam. In hoc medio curſu eſt inſula quæ appellatur Mona. Complures præterea minores obiectæ inſulæ exiſtimantur, de quibus nonnulli ſcripſerunt, Dies continuos x x x. ſub bruma eſſe noctes. Nos nihil de eo pernoctationib. reperiebamus, niſi certis ex aqua menſuris breuiores eſſe quàm in continenti noctes uidebamus. Hæc Cæſar. Solinus ſcribit in ea naſci paruas ac decolores margaritas, ex quibus Iulius Cæſar thoraca fecit, quem Veneri genitrici dicauit. Tacitus in uita Agricolæ, Britanniam aurum & argentum ac alia metalla gignere ſcribit, & oceanum magaritas, ſed ſubfuſcas & liuentes. Cicero tantum ab his uidetur diſſentire in epiſtola ad Trebatium, ubi eius inſulæ ſterilitatem commemorat: ut ne ſcrupulum quidem argenti in ea reperiri dicat. Præterea nec muſicam. Nos tamen hodie & diuitias in ea maximas & muſicam abſolutam conſpicimus, eamq́; à paucis antiquitus aditam, nunc mercatoribus noſtris ita frequentatam, ut x i i i. die nuncij, tabellarijq́; ex ea frequentes adferantur. Oleo uinoq́; carent, pro quo ceruiſia utuntur, quam ab Hiſpanis Plinius repertam dicit: pecore maxime abundant, laniſq́; molliſsimis, quoquo uerſus exportatis magno inſulæ compēdio: quod ſignum, ſimul & cornua boum ingentia, cœli temperatioris, uerum humidioris eſt. Nam inſulæ ferè omnes humidiores, tepidioresq́; continente ſunt, Ea demū cauſa, quod Germaniæ uel Galliæ quædam loca minus ſeptentrionalia ſunt frigidiora. Viuaria animalium ad tria milia in tota inſula cernuntur, damis & cuniculis ex parte magna referta, tum pro mœnibus palis circumſepta ligneis, Iuuentus uenationis, tum ſagittandi ſtudio tenetur, quo ſeſe quotidie exercent. Cygnos ad Tameſis ripam, non minus quatuor millibus continuo nutriunt. Rex ad mille ferè homines domi alit, Sumptus eius annuus ad marcas Britannicas x. milia, uectigal x c v i i. milia, d c l x v i i. quod partim ex portorijs, partim ex procerum cenſu, tertio ex agrorū locationib. conſtat. Gulielmus enim rex, de quo poſtea dicā, deuicta Britannia, omnem agrum fiſco addixit, tantum exceptus is quē ipſe tum eius ſucceſſores ſacerdotibus, religioniq́; adſignarunt. Cæterum educit in bellum armatorum x l. milia, menſem ei totum ſine ſtipendijs militantium. Defuncto rege, qui armis potentior fuerit potitur. Inſulam totam ſicuti olim in tria promontoria ſeu tres angulos, in totidem deinde regna diuiſerunt, ubi Cantium & Londinum Angliterram appellant, quæ loca maritima uerſus Galliam & humaniora continet, ex Anglis Saxonibus appellata, quia eam partem occupauerunt. Deinde ad latus occidentale Scotiæ regnum, ubi inſula ingens Caledonia, & mare Caledonium illi uicinum, Ptolemæo cæteriſq́; geographis ponitur. Quæ pars ab Angliterra montib. eſt arduis diuiſa, ſimul & duobus maris euripis l x. paſſuū milibus inter ſe diſtantibus, qui uado tranſiri poſſunt, inſuper & muro à Seuero principe conſtituto. Scotiam Angli Albaniā uocabāt. Ptolemæus Britanniam minorem, nam reliquam maiorem appellat. Rufus uerò Britanniam ſecundā nominat. Reges Scotorū ſe liberos ſemper fuiſſe iactant. Anglici cōtrà, eos aliquādo tributarios extitiſſe ferunt. Gens bello ferox, & arcu ualida, alioquin hoſpitalis, ac bifariā diſtincta: in proceres primum, quod ruri & in uillis habitent, Scoti ſylueſtres appellantur. Regem ad bella comitantur, muneraq́; regni tutelæ ſubeunt. Reliqui mercatores & opifices ſunt, qui urbes frequentant. Reges eorum Iacobi appellati iam nunc uſq́; ſextam generationem, arces habitant munitas. Metropolim unam ſanctū Andream habēt. Tertia pars Britanniæ uerſus Iberniam Vuallia dicitur, ubi, Brigantes quondam populi fuerant, ſimul & Helenum promontorium, quod nunc Cornubiam diximus uocari ubi ſtanū effoditur. Vueſtualliā uerò partē Vualliæ occidentalem dicunt, quod Vueſt occidentē appellant. Vnde & Vueſtoſaxones, & Vueſtoangli etiam uocantur. Diſtincta hæc pars ab Anglia ex orientis parte uallo ingenti, quod Offa rex fecit, à ſeptentrione hæc, à meridie uaga fluminib. à Britannis uocatis. Regnū igitur Vualliæ uſq́; ad Eduardū i i i. m. x x x. incolume fuit. Is demū ſublato rege, locū omnem Angliæ regno ſubiecit, Cui regis filius natu maior (quem principē uocāt) præficitur. Diuiſa eſt rurſus inſula in tribus x x x i i. quas Scheras uocāt, cū totidē præfectis. Ciuitates præcipuæ atq́; antiquæ, Cantiū cui comes præficitur, Eboracum cui dux, Londinū ubi regia ad Tameſim fluuiū, reliquæ nouis ac Barbaris nominib. Hodie uerò in codice fiſci, metropoles in toto regno duæ deſcriptæ. Prima Cantuarienſis ſubditas habet Londinēſem, Roffenſem, Ciceſtrenſem, Vinctoniēſem, Oxoniēſem, Vellēſem, Batoniēſem, Lincolinēſem, Seraſbiēſem, Vigornienſem, Erfordienſem, Conuentrenſem, Licofeldenſem, Noruicenſem, Helenſem, Manerienſem, Aſſarienſem, Aslorienſem, Laudanenſem, Bangorenſem. Eboracenſis altera metropolis: habet Dunelmēſem, Carolenſem, Candidæcaſæ. Aedes uerò parœchæ ad x x. milia feruntur. Has omnes ſimul cum præſulatib. conceſſum regi iam ex ueterata licentia, tum quod longe ſepoſitus, ſine iuſſu Pontificis diſpenſare. Inſulæ autem Britanniæ minores, primum inter Angliam & Iberniā, Mona nūc Man à Britānis uocata regi Scotiæ ſubiecta, altera Angleſia nunc dicta regi Angliæ. Ibernia uerò ipſa Ptolemæo uocatur, Plinio autem Iuuerna, dimidio minor quā Britānia Cæſari. Hodiæ Irlandia barbaris appellata. Pars quæ Angliæ propinquat, humanior reliqua ferino cultu, ligneis ac ſtramineis utens ædificijs, bona etiā pars ſimul cum pecore in cāpis ac cauernis degunt, diſcalciati ferè omnes ac latrocinijs dediti. Metropolitanum tantum Armachanum præſulem habent, quē primatē appellant. Tellus nihil omnino fert, præter frumentum & equos uectorios præſtantiſsimos, quos ubinos uocant, celeriores Anglicis, quorū qui molliores ingreſſu, cādidoresq́; ſunt, Aſturcones antiquitus uocabātur, quod ex Aſturibus Hiſpaniæ uenirēt: nūc uerò ex proxima eis Britānia, ſoli natura mutata. Ibernia ſuis & ipſa lætatur ſanctis, præſertim præſulib. Malachia, Cataldo, & Patricio, qui Chriſtianos eos fecit, deinde Scotiæ præſul: Gulielmo Ochā prædicato illo dialectico ordinis Mi. ſub Io. x x i i. inſuper Cardinale Armachano, qui anno m c c c l i i i. multa doctrina ſcriptiſq́; uoluminibus claruit. Hinc oriētem & ſeptrentrionem uerſus Orcades in orbem conſtitutæ numero x x x. Plinio, Regi Scotorum ſubiectæ, ultima uerò Thyle orbis habitati.

Britannicus ager fiſco addictus omnis

Diuiſio in tria regna

Scotiæ regnū Caledonia

Vuallia

Vueſtuallia

Vueſtoſaxones.

Vueſtoangli

Tribus xxxiſ.

Cantium

Eboracum

Londinum

Tameſis flu.

Metropoles duæ

Cantuarienſis

Eboracenſis

Mona inſula

Ibernia

Armachanus metropolites

Equi

Cataldus

Patricius

Orcades xxx.

Thyle

DE POPVLIS AC REGIBVS Britanniæ uarijs.

RELIQVAM deinceps Albionis inſulæ hiſtoriam uſq́; in hodiernum diem ex annalibus eorum exceptam proſequar. Primum Beda Britanniam appellatam ſimul & habitatam eſſe dicit à Britonibus colonis ex proximo Aquitaniæ littore, quæ gēs Armoricarum eſt: nam & Plinius Armoricā appellatam fuiſſe Aquitaniam dicit. Poſt hæc Pictos in Iberniā (quæ tunc à Scotis tenebatur) tēpeſtate appulſos. Ibiq́; poſtquā aliquādiu cōſediſſent, unà cū Scotorū auxilijs partē Britanniæ ſeptentrionalē occupaſſe, atq́; eo pacto tres in ea inſula populos, antequam à Romanis dignoſcerentur, fuiſſe. Pictos enim Angli nominant populos è Sarmatia Europea prope oceanū profectos. Danos uerò ex Dacia proxima, quā illi Daniā uocant, olim Cimbricā Cherſoneſum. Sed prima initia penè fabuloſa, dicunt enim Albinam

Britones primi

Picti &

Dani.

Cimbrica

Albina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

nam quandam Syriæ regis filiam unà cum XXXII. ſorori-
bus, interfectis ab ſe uiris, à patre expulſam, in hæc loca ap-
puliſſe, nomen inſulæ de ſuo Albioni dediſſe. Coniugia dein-
de ſibi ac ſororibus expetiſſe, ex quibus nati ſunt homines
Brutus
quidam proceri atq; immanes. Hos deinde pulſos à Bruto
fuiſſe, qui & britanniam ab ſe cognominauit. Hunc igitur
Brutum Aſcanij Aeneæ filij ex Syluio nepotem ferunt fuiſ-
ſe, liberosq; genuiſſe tres, qui totidem ſibi regna conſtitue-
Locrus
runt. Locrum, à quo Locria. Cambrum, à quo Cambra. nunc
Cambrius
Vuallia, & Albanactum, à quo Albania, quæ Scotia poſtea
Albanactus
dicta eſt. Locrus igitur fratribus ſuperſtes, ſolus Britannia
Maddan
potitur, poſt quem Maddan annos quadraginta, deinde poſt
Memprijcus filius Malyn fratre interfecto: huius deinde na-
Ebracius
tus Ebraticus annos ſexaginta: cõdidit duas urbes, Caerbrã-
Caerbranke
ke ultra Vmbram, alteram uerſus Albaniam Montiſagned.
Montiagned
quæ nunc dicitur Caſtrum puellarum. Brutus deinde filius
Caezleil
annos duodecim. Leil, qui condidit Caezleil. Rudibibras, an
Cantium
nos uigintinouem, condidit Cantium, Vinctonium, & oppi-
Vinctonium
dum montis Paladur, quod Coſconium dicitur Bladud con-
Coſconium
Bladud
didit Caerbladud, quæ nunc Bladum dicitur. Leyr annos ſe-
Lencoſtrum
xaginta, condidit Lencoſtrum. Poſt quem Cunedagius fra-
tre Morgano interfecto, regnauit annos trigintatres, quo tẽ
Kinellus
pore Roma dicitur condita. Kinellus deinde filius, poſt quem
magna regni diſcordia inter frates nepotesq; multos an-
Dunuallus
nos tumultuantes, quouſque Dunuallus ex regia Britonum
ſtirpe, collecto exercitu, ſeditionem diremit, interfectisq; re-
gibus ipſe ſucceſsit annos quadraginta. Hic inſtituit, ut ad
templa confugientes ſalui eſſent, ſepultus in æde Concordiæ
Belinus
quam erexerat. Belinus ac Brennus eius filij fuere, qui-
Brennus qui uenit in Italiam
bus inter ſe dimicantibus Brennus ſuperatus, ac mox Al-
lobrogum auxilijs redintegratus, rurſus prælio congre-
ditur: pacificati tandem matris interuentu, Brennus quidem
fratri Britanniam ceſsit, ipſe in Italiam cum exercitu ue-
nit: eumq; dicũt fuiſſe, qui Gallorum dux Senonum Romam
cepit. Suruintbartheruk Belini filius regem Dacorum,
qui apud Cimbricam Cherſoneſum ſunt, tributum conſue-
tum dare negantem, interfecit, cui filius Scutelinus, deinde
Siſelinus, huic quoque Biuarus filius, cui Dauius frater, de-
inde Moruidus, Gorbanianus, Artgallus, Elidurus, Gor-
bauias, Morganus, Cumanus, Idualas, Kiuo, Gerontius,
Etellus, Coillus, Porrex, Cherin, Fulgerius, Eldanus, An-
drogeus, Vrianus, Beldulo, Coap, Cenus, Siſilius, Bladebred,
Archinal, Eldel, Keddidion, Kederthius, Samuel, Penin-
ſil, Pir, Capnir, Digneilus, Heli. Hic tres ſuſcepit liberos,
Caſsibellianum, Lud, & Kenidnum, quorum maior natu
Londinum à Lud, ædifica.
Lud Londinum ædificauit, Caſsibelliani tempore Iul. Cæ-
ſar. in Britanniam traiecit, eamq; tributariam fecit. Themiã-
Iul. Cæſar.
tius, Kendelnus cuius tempore natum dicunt dominum no-
Armingus debellatus à Claudio
ſtrum. Ginderius, Armingus, qui tributum olim à Cæſare
imperatum, Romanis negauit, ex quo Claudij principis eo
cum claſſe aduenientis bellum ſuſtinuit. Aluiragus, Mel-
rius, quo tempore rex Pictorum Albaniam deuaſtauit. Coil-
lus cui ſucceſsit filius Lucius primus Chriſtianus, anno
Lucius primus Chriſtianus
ſalutis CLVI. miſsis in Britanniam ab Eleutherio Pontifice,
Fagato & Damiano religioſis atq; doctis, qui regem cum
omni familia apud Trinouantiam urbem baptiſmate ablue-
runt, quẽ ſecuta deinde maxima pars regni eſt. Templa con-
di cœpta, & ſacri ritus celebrari. Extincto demum rege
Seuerus
ſine hærede, uarie fluctuatum eſt inter proceres donec Se-
uerus imperator eo cum exercitu profectus, primo quidem
uicit, ſed mox repulſus magna ſuorum ſtrage fuit. Mu-
rum conſtituit inter Deieram & Albaniã, hoc eſt, Scotiam,
qui Romanos fines à Britannicis tueretur, cuius adhuc di-
Carentius rex
cunt uideri ueſtigia. Carentius poſt uarios tumultus Lucio
ſucceſsit, haud magno inter Britannos loco natus, qui ex ur-

Antoninus Baſsianus
be Roma imperante Antonino Baſsiano profectus, paulatim
loca maritima inuadere cœperat, quo ſublato mox à Ro-
manis legionib. Britanni maturauere ſucceſſorẽ creare Aſcle
piodotum Cornubiæ ducem, qui Alexium ducem Roma-
Maximianus Imperator
norum cum tribus legionibus ſuſtulit. Huius tempore Ma-
ximianus Herculeus miſſus à Diocletiano principe, in Bri-
tannia uniuerſaq; Gallia Chriſtianos uarijs ſupplicijs ad-
flixit. Aſclepiadotus interim ab eius nepote interficitur.
Coel
Cui Coel ſucceſsit, qui Coeleſtriam oppidum condidit. Con-
Conſtantinus
ſtantinus Cæſar ab urbe mittitur, cui ea loca cum Gallia ob-
uenerant, Britanniam Romanis pacauit, regnumq; id ſolus
Helena Coel regis filia
adminiſtrauit, ducta in matrimonium Helena Coel regis,
qui ante eum regnauerat, filia. Ambroſius tamen hanc ſta-
bularij, id eſt, cauponis filiam fuiſſe dicit. Cui ſucceſsit Con-
Cur Anglici imperiale diadema
ſtantinus magnus, cuius gratia Anglici poſtea reges impe-
riali diademate ſunt uſi. Hoc igitur Romæ imperium ineun-
te, Octauius dux Suetiorum regnum occupauit, interfecto
Octauius dux
Trahero Helenæ auunculo, quem Conſtantinus regem in
Britannia fecerat. Hic uſque ad Gratiani Valentinianiq;
Maximianus
tempora feliciter regnauit. Poſt quem Maximianus eius ge
ner, Conſtantini magni auunculus, rem Britannicam inua-
ſit, cum quo Codanus Octauij regis filius, ut iuſtus hæres,
bello congreſſus, tandemq; pacificatus paribus auſpicijs rem
adminiſtrauit, amboq; expeditione ſumpta iu Galliam, Ro-
manum imperium infeſtauerunt multis ſubiugatis populis:
imperatorq; iam in Gallijs Maximianus habitus, demum
Gratianus tyrannus
per proditionem à fautoribus Gratiani principis interfici-
Diuotus rex
tur. Codani interea iuſſu, Diuotus dux Cornubiæ, quem Ma
ximianus diſcedens regno præfecerat, XI. mulia uirginumin
Galliam ad militum matrimonia miſit, quæ ab exercitu quẽ
Gratianus in Galliam contra Maximianum miſerat, ad unã
omnes interfectæ fuerunt. Interea is qui à Maximiano in
Britanniam ad reſiſtendum Gratiani militib. miſſus fuerat,
regnum occupante, paulopoſt interficitur. Grauius uerò ac
Melgo duces Britannici regnum & ipſi inuadentes, contra
Scotos, qui Britanniam uaſtabant, à Romanis fruſtra auxi-
Murum à Seuero factum diruunt
lia petierunt. Quare indignati murum quem à Seuero prin-
cipe factum diximus, deiecerunt, Romanosq; finibus expu-
Conſtantinus rex
lerunt. Inter hæc Conſtantius quidam tumultus Britanniæ ſe
dat, regnumq; adſequitur. Huic ex Romana coniuge tres
fuere liberi: Conſtans, Aurelius & Ambroſius. Conſtans ſe
Vortigernus
primum deo Cœnobioq; dicans, mox regnum repetẽs à Vor
tigerno Gerſeorum rege, qui regnum adripuit, de medio tol
Saxones Engiſto duce
litur. Hoc tempore Engiſto duce, Saxones nouas quærentes
ſedes in Britanniam applicuere, qui quanquam minime Chri
ſtiani, à Vortigerno in regni partem excepti ſunt, auxilioq;
ei contra Pictos, & Scotos fuere. Didonis inſuper dicuntur
uſi aſtutia, ut agrum mercati quantum pellis bubula ope-
riret, hac in tenues poſtea diuiſa partes, urbem cinxerint
in gyrum, quã ſua lingua à pellis nomine Tangraſtel nomi-
nauerunt. Mox Engiſti filio cum alia claſſe ſuperueniente
omnia compleuere. regem Vortigernum paulatim commer-
cijs ac conuiuijs delinierunt, ut in matrimonium Engiſti fi-
Lupus præſul
liam duceret, reclamante Lupo tunc præſule ſanctiſsimo.
Britanni itaque feſsi, ad filium Vortigerni confugiunt. Is
præſtantior quàm pater indole, Engiſtum per colloquium
circumuẽtum capit, locaq; omnia occupata dimittere cogit.
Quorum omniũ euentus longe antea Vortigerno, à quodam
Merlinus
uate Merlino prædictus fuerat. Is enim more philoſophi, na
tiones eas Britannicas ac Gallicas peragrabat, abſtinentia
Aurelius rex
ſingulari, multaq; uera prædicebat. Aurelius inter hæc re-
gis olim Conſtantij filius regnũ adſequitur, qui ante omnia
patris fratrisq; Conſtantis cædem ulturus, Vortigernũ bello
perſequitur, ſuperatumq; poſtremo interficit. Deinde ad fu-
Otho Engiſti filius
gandos Saxones conuerſus, Othonem Engiſti filiũ ab Ebo-

racum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

racum obſeſſum, ſupplicem ad ſe uenire coegit, cui nõ ſolum ueniam, ſed regni partem quam Catheneſiam uocant, conceßit. Interea ægrotantem Aurelium, Saxo quidam à Paſcentio Vortigerni regis filio inductus, ueneno inter medi-

Vther
Occa
Arturus

cinas de medio ſuſtulit. Cui ſucceßit Vther, qui Occam Engiſti filium interfecit. Huic deinde Arturus qui bello magna geßit, reliquias Saxonum confregit, Noruegiam, Daciam, Galliæ partem, Pictos, Iberniam, Scotiam, omnem denique Britanniam cum adiacentibus inſulis ac pelagis perdomuit. Lucium ducem Romanorum in Britanniã uenientem, cum toto exercitu deleuit. Domi quoq; luculentus menſa inter proceres utebatur rotunda, ne quod his diſcrimen ex ambitione foret. Ipſe tandem in bello contra Madredum occubuit. Hoc tempore anno ſalutis DXLII. uarij generis ac factionis in Britannia principes per annos LX. fuere. Arturo enim Conſtantius ſucceßit. Deinde Aurelius Vortiporius, Malgigo, Carentius, Comanus, Hely, Caduanus, Caduallo, Baduallodrus, Etelbertus, qui regnauit apud Cãtium, quo

S.Gregorius

tempore Sanctus Gregorius Pont. Auguſtinum uirum ſanctitate præditum, in Britanniam Euangelij cauſa miſit. Dein-

Atelſtanus rex

de Caduanus, poſt hunc Atelſtanus primus è gente Anglorum his temporibus in Britanniæ parte, quam occupauit, regnare cœpit. Echeualdus autem in reliqua inſula Etelberto ſucceßit. Sycobertus eius filius regni hæres natum & ipſe Egbertum ſucceſſorem dimiſit, qui fratris filios, quos patre extincto educabat, pueros necauit. Egberti Lotarius frater ac ſucceſſor, in bello contra Saxones occubuit, quos fratris filius contra eum duxerat. Poſt eum Edricus Egberti filius.

Vadredus
Saxonum alia manus

Deinde Vadredus anno DCCX. Deinde Egbertus alter, Etelbertus, Egfridus, Cudredus, Vadredus. Saxonum alia manus hoc tempore uenit Cerditio duce, qui ſuperato Va-

Vueſtoſaxones

dredo, regnum tenuere in parte inſulæ occidentali, ex quo Vueſtoſaxones appellati: & hoc pacto Cantiæ regnũ quod annos CCCLXV. ſteterat, ad eos translatum. Huic Cenricus, Ceualinus, Colricus, Coluphus, Kinegulphus, qui pri-

Templũ Vinctonienſe
Cadualdus qui & Petrus

mus dicitur Chriſtianus fuiſſe. Chineualcus qui templũ Vinctonienſe conſtruxit, Sexburga, Eſtiuarius, Cadualdus, qui poſt annum tertium regno deſerto, Romam Chriſti cauſa profectus à Cuniperto Longobardorum rege comiter ſuſceptus moxq; à Sergio Pontifice factus baptiſmate Chriſtianus, Petri nomen adſumpſit, ac ibi deceßit, in Petri Ba-

Iuo denarium ſancto Petro addixit

ſilica ſepultus. Iuo ſingulos Britanniæ lares, Sancto Petro ſingulos denarios quot annis pendere iußit, Cœnobium Glaſton conſtruxit. Demum imitatus Cadualdum, ſuadẽte Etelberga uxore, conceßit Romam relicto regno, ubi cultu plebeio priuatus ac pauper Chriſti cauſa conſenuit, anno ſalu-

Saxonum reges

tis DCCXXVII. Deinde Atelardus, Curredus. Sigebertus, Sinulphus. Butricus, Egbrutus. Ad reges Saxonũ reuertor, qui in eadem inſula regnabant. Poſt mortem ſiquidem Engiſti primi eorum regis, anno ſalutis DCXLVII. ſucceſſere Daale, Etelria, Etelfridus, Eduinus, Connuſus, Oſualdus, Oſnoy, Eſuinus, Egfridus, Alfridus, Ofridus, Kiuredus, Oſricus, Eolimphus, qui monachũ egit, Eburtus, Oſtulphus, Adeualdus, Alredus, Abalredus, Alnoldus, Ofredus, Aidulphus, Oſtrutus, Olle. Præterea Cribat, Viba, Cerilus, & Peandes, Penda qui & Chriſtianus, Volferus, Etelredus, qui monachum egit, Kenredus qui Romam Chriſti cauſa profectus eſt, Ceokedus, Adeluoldus, Beouredus, qui ab Offa re-

Offa rex
Templum Batonienſe
Cœnobium S. Albani

ge fugatus eſt. Offa rex memorabilis, qui Vueſtoſaxones in Britannia ſubiugauit. Templum Batonienſe fundauit, ubi & diademate redimitus eſt. Sancti Albani cœnobium conſtruxit, ipſius eò corpore translato. Poſt eum Egfridus filius, Kenulphus, qui cœnobium de Vinchetorabe ædificauit, Ke-

Dani

uelmus, Eolmephus, Bernulphus. Dani poſtea huius partem regni, quæ confinis eſt Scotiæ, ubi Eboracum, occupauere multos annos, de quibus populis ſuprà narraui. Rurſus ad Saxones per Edredum regem reuerſum. Anglorum autem

Anglorum reges
Anna felix iiij. filiabus
Etelbertus & Edimundus martyres

reges Cadualdus rex Chriſtianus, deinde fidei deſertor. Corualdus, Sigisbertus, qui etiam Chriſtianus. Anna quatuor filiabus ſanctis memorabilis, Sexburga, Etelburga, Eteldreda, Virburga. Poſt hũc Stelterus, Etelualdus, Adulphus, Alnoldus, Beorra, Etteluidus, Etelbertus, martyrio clarus coniugis iuſſu tolerato, Edimundus martyrium & ipſe ſub Danis paſſus, pro ſancto colitur. Nunc ad Butricum redeo Vueſtoſaxonum regem, quem ſuprà nominaui. Hic enim eiusq; ſucceſſores in Viloshire, Barakshire & Dorſen quibus olim præfuit præſul Ghibornenſis, nunc autem Sarenſis

Egbrutus

regnauerunt. Butrico igitur Egbrutus filius ſucceßit, qui expulſus à patre, ad Offam regem cõfugit, inde in Galliam: defuncto patre ad regnum reſtitutus, anno DCCC. imperante Carolo magno, inter principes laudatos inuentus eſt, ut qui bello regnum Vueſtoſaxonum ampliauerit, inſulamq; uniuerſam in poteſtatem redegerit. Regib. alioqui regnare permißis ad extremum cum Danis infeliciter pugnauit. Cu-

Edeluulphus ſub Leone IIII. Pont.

ius ſucceſſor Edeluulphus regna omnia quæ pater ſubiugauerat reſtituit, tantum ſibi occidentalium Saxonum regno retento, decimas omnium fructuum deo beatæq; Mariæ offerri iußit. Romam deinde profectus ad Leonem IIII. mi-

Alfredus
Tributũ duorum denariorum

norem filium Alfredum ſecum duxit, & tributum duorum denariorum à ſingulis exactum domibus, quod hodie quæſtoribus apoſtolicis eò mißis penſitant, primus beato Petro obtulit. In reditu Iudit Caroli Calui filiam duxit, pauloq; poſt diem apud Vinctonium obijt, ubi & ſepultus eſt. Cui tres ex ordine filij ſucceſſere, è quib. ultimus Alfredus, is

Oxonienſis ſchola
Cœnobia plura

qui cum patre Romæ fuit, ſtudium literarium Oxoniæ inſtituit. Cœnobia plura conſtruxit, apud Adelingeniam, apud Vinctonium, apud Caphthoniam uirginum cœnobium. Tempus dicitur trifariam diſpertijſſe, ut octo horas legendo, orando, meditando animo tantum traderet. totidem regni negotijs, reliquas corpori. Auidißimus inſuper lectitandi, ſtudiorumq;, quanquam idiota, librosq; propterea plurimos in

Eduardus

ſuam linguam conuerti fecerat. Eduardus Segnior cognomento, anno DCCC. patre quidem Alfredo literis inferior, potentia tamen & dignitate maior. Danos qui multos annos Angliam ferè omnem opprimebant, bello expulit, plures ſuſcepit liberos, Atelſtanum nothum, & Edimundum: Edredum, & Edimum ex matrimonio, Filiam uerò Carolo

S.Etelfrida
Atelſtanus
Edimundus

Craſſo Imperatori locauit. eius mater Etelfrida poſt primũ partum ſemper abſtinuit à uiro, inq; beatarum numero conſcribitur. Atelſtanus Edimundum adoleſcentem in nauigio ſine remige fluctibus perdendum uno tantum comite permiſit. Ille præ dolore ſeſe in medios fluctus præcipitem dedit, à comite cadauer exportatum, ac in urbem reductum. Atelſtanus uerò facti pœnitens VII. annis facinus expiauit. Conſtantinum regem Scotorum & Vallenſium ſub regibus Angliæ miſit, aliquot cœnobia conſtruxit. Edimundus frater regni hæres reliquias Danorum expulit, exceptis hæredibus, quos ut indomitos Melcolmo Scotiæ regi, cum eo tractu quem occupauerant, conceßit. Interfectus demum à latrone quodam tumulatur à S. Dunſtano abbate apud Glaſton, cuius templum dotauerat. Regno frater alter Edredus ſucceßit: felix duorum commercio ſanctorum, à quorum al-

S. Odo præſul
S.Dunſtanus abbas
Eduinus

tero Odone præſule Cantuarienſi ſumpto diademate, initium regni auſpicatus eſt, ab altero Dunſtano abbate apud Vinctonium contumulatus. Eius filius Eduinus ab eodem ſancto, regni item diadema accepit: Dunſtanum uerò impellente Algina concubina, ob cuius conſuetudinem ab illo obiurgabatur, in exilium miſit: ob quam rem regno & ipſe

Edgarus

pulſus à ſuis eſt, ſurrogato Egdro, ſiue Edgaro fratre, qui rempublicam, ad otium & quietem reducere conatus eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

fures & graſſatores maximè inſectatus,uſq; etiam anima-
lia noxia. Nam Caduallię regi tributum quotannis CCC.
Luporum uenatus
luporum imperauit,claſſem inſuper ad tutandam oram ma-
S.Eduar. II.
ximam comparauit.Filium poſtremo Eduardum II. in re-
gnum inſtituit inuita Alfrida nouerca,quæ cum filium Eccl-
dredum adhuc ſeptennem regnare cuperet,Eduardum ue-
natione feſſum,poculum propinando excepit, alium uerò
incautum confodit.Hunc igitur apud Gerſon ſepultum pro
Eceldredus
martyre colunt.Eceldredus itaq; per parricidium regnum
iniens,iam inde à puero indolem ignaui principis diuo Dun-
ſtano dare uiſus eſt,quod quondam dum ſacro fonte ablue-
Regia apud Londinum
retur cacauerat. A Danis multa paſſus eſt.Regnauit Lon-
dini,ubi apud ædem S. Pauli tumulatus eſt. Filios è prima
Ediusferreum latus
coniuge ſuſcepit,Edium Ferreum latus,ſic enim appellaba-
tur & Ecelſtanum : è ſecunda filia ducis Normandiæ , Al-
fredum & Eduardum regem,qui in Normandia exulauit.
Edius ferreum latus ſucceßit parte procerum Cuntonem
Daciæ regem præferente, qui olim regnum inuadens, ab
Eceldredo expulſus fuerat. Itaq; ſingulari certamine cum
Edio concurrens,cum ſe inferiorem conſpiceret, ceßit hoſti.
Cunto
quem cum poſtea Edricus interficeret,ac Cuntoni caput
ſiſtens rem gratam referret,ab eodem facinus deteſtante,
obtruncatur,haud abſimili exemplo Dauidicæ manſuetudi-
nis,animaduerſo Saulis capite.Edius igitur Eduardum ge-
nuit,qui exul in Pannonia deceßit.Et Margaritam Scotiæ
reginam,unde Matildis nata,regis Henrici primi uxor Au-
guſta. Cunto interfecto Edio,regnauit Londini annos XX.
uniuerſam Angliam,Scotiam,Daciam,Noruuergiam obti-
nuit.Cœnobia quatuor conſtruxit. Tria ordinis ſancti Be-
nedicti,quartum diui Eduardi regis.Suanũ filium Noruuer
giæ,alterum Dacie regem conſtituit.Anno M. Romam cum
Chriſti cauſa petijſſet,ingentia dona Petri Baſilicæ obtulit.
Domum deinde reuertens, pridie idus Nouembr.extinctus
Aroldus rex
eſt,ac Vinctonij ſepultus.Aroldus eius filius nothus ſucceſ-
ſit,contra quem Alfredus Etelredi filius natu maior,qui exu
labat,cum claſſe ueniens,humaniter primo exceptus, mox
à Cuntij duce captus atq; oculis priuatus eſt, eius uerò co-
Andebundus
mites ad unum necati.Andebundus Cuntonis filius legiti-
mus, fratrem Aroldum refoſſum in mare proijci iußit.In
conuiuio quondam tantum uini exhauſerat,ut repentino ex-
tinctus ceciderit.Quater in die dicitur epulas regias appa-
S.Eduar. III.
raſſe, tantum gula imperante.Eduardus III. Etelredi fi-
lius,quem dixi apud Normandos exulare:ad regnum accer-
ſitus,ſanctitate ac miraculis claruit : uxorem cum duxiſſet,
nunquam attigit. Matrem Euinam ob pudicitiam ſuſpe-
ctam,ex Vinctonienſis Præſulis conſuetudine, ablatis omni-
bus bonis in cœnobium relegauit,quam illa infamiam poſt-
ea miraculo ſoluit,nudis ſupra ignitos uomeres plantis am-
bulando.Quare Eduardus facti pœnitens,eam reſtituit : re-
gnauit annos XXIIII. Sepultus in æde Vuenonon quam
Gulielmus Normandia
ipſe conſtruxerat.Decedens ſine liberis, Gulielmum Nor-
mandiæ auunculum ſuum regni dimiſit hæredem. Aroldus
dux Vueſtoſaxonum id annum uſurpauit. Gulielmus cum
exercitu Angliam ingreſſus, Aroldum in prælio interfe-
cit,quod cauſa mortis fuerit Alfredi cognati ſui Etelredi
filij,quodq; hæres ipſe in teſtamento fuiſſet. Dicitur nocte
quæ pugnam præceßit,Normandos uigilijs precibuſq; ua-
caſſe,ac contrà,inimicos uino & cantibus. Traditur inſu-
per eum procera ſtatura,uaſtiſq; uiribus fuiſſe, tum uena-
torem maximum, adeò ut XXX. circa uillis, templiſq;
dirutis,ſyluas coaleſcere ubi feré alerentur permiſerit, pœ-
na capitis eas attingentibus indicta.Omnem præterea a-
grum confiſcauit,ut ex illo ſint ferè omnes in ea inſula regi
uectigales.Varijs quoq; moribus fuit.Templorũ modo euer
ſor modo conditor.Nam cœnobia plura extruxit in Com

Sutſaxon,ubi pugnatum fuerat.alterũ de Berdinonſay pro-
pe Londinum.Tertium apud Seuy haud longè ab Ebora-
co.Exceßit anno ſalutis M.LXXXV. regni uerò XXXI.
conditus in cœnobio Cadani, quod ipſe excitauerat,recla-
mante quodam milite,quod eum locum ab eo per uim ab-
ſtuliſſet.Ex quo neceſſe fuit Henrico filio,qui tunc aderat,
centum libris militi traditis,uexationem & infamiam redi-
mere.Eius liberi plures,partim in Anglia,partim in Nor-
mandia ſucceſſere.Fuit hoc tempore Sanct.Oſmundus præ- S. Oſmundus præſul regis cancellarius
ſul Sarenſis,regis cancellarius. Gulielmus iunior patri ſuc-
ceßit in Anglia : cum Roberto natu maiore,cui Norman- Gulielmus iunior
diæ principatus obtigerat,quiq; contra eum exercitum iam
ducebat,tranſegit pactione tributi. Auaritiæ maxima labo-
rauit infamia,ut qui uectigalia Præſulum templorum'que
plurimorum uſurparet.Ex quo decedentis ſpiritus ab Eu-
celino uiro ſanctißimo dicitur uiſus coram ſancto Albano Eucelinus
Angliæ protomartyre pœnas ſcelerum dare. Henricus pri- Henricus clericus
mus cognomento Clericus,fratri ſucceßit, Matildem Sco- S. Anſelmus
tiæ regis filiam duxit,diuo Anſelmo tunc Præſule Cantua- Matildis
rienſi nuptias conciliante,ex qua Gulielmum & Matildem
genuit,Robertum fratrem hoſtem habuit,quem in bello ca-
ptum,oculis auulſis,in cuſtodia pedore mori coegit.Hic ille
Robertus, quem ſuprà memoraui, quiq; decora multa in
Hieroſolymitana expeditione dicitur geßiſſe. Henricus
prætereà Scotorum ac Vualliæ reges ſibi ſubegit, Hely
præſulatu decorauit , cœnobium apud Redyung erexit.
Nouum item præſulatum apud Celeul conſtituit. Exceßit
in Normandia cum regnaſſet annos trigintaquinq; . Ste- Stephanus
phanus eius nepos ex filia Matilde imperatrice, Henrici Henricus II.
Imperatoris filius regni hæres fuit,ſepultuſq; in cœnobio
Stenerſyrum,quod ipſe conſtruxerat. Henricus II. ex Au-
guſta genitus uir maximus regno ſucceßit,ut qui Scotiam,
Iberniam,inſulas Orcadas, Normandiam, Aquitaniam, Ce-
nomãnos , Pictauos , Vaſconiamq; ſuo adiecerit imperio, San. Thomas martyr
quam gloriam ſcelerata deinde cæde diui Thomæ Præſulis
Cantuarienſis obſcurauit,quod facinus coram duobus lega-
tis ab Alexandro III. mißis, quibus obuiam ex bello,
quod gerebat in Ibernia profectus eſt, excuſauit tanquam
minimè ab ſe iuſſum. Addita nihilominus expiatio,ut ducen-
tos tunc armatos in Hieroſolymitanam expeditionem mit-
teret,ipſe uerò primò quoque tempore ad eandem profici-
ſceretur,quod minimè præſtitit.Sed & Heraclio patriar-
chæ Hieroſolymitano,pro auxilio tunc amiſſæ urbis ad eum
profecto, pecuniam eſt pollicitus, dictitans ſe ſaluis regni
ſui rebus diſcedere non poſſe. At ille ducem, ait, quærimus,
non pecuniam,probriſq; in eum multis iactatis iratus di- Ricardus
ſceßit.Ricardus eius filius ad expeditionem Hieroſolymi-
tanam profectus, Anno M.CLXXXI. cum Philippo Gal-
liæ rege,alijſq; principibus claſſem coniunxit.Pulſus tem-
peſtate in Cyprum,cum portu prohiberetur,iratus inſulam
eam ſibi ſubegit.Poſt hæc aliquot expugnatis oppidis in di-
ſcordiam cum Philippo ueniens, ſoluto bello , rebuſq; in-
fectis in Angliam reuerſus eſt.Cum Guidone Luſignano re-
ge quondam Hieroſolymitano atq; expulſo conuenit, ut ſibi
Cyprum haberet,ac ei iura regni Hieroſolymitani trade-
ret.In reditu captus ab Auſtriæ duce, Henrico Imperatori
cuſtodiæ traditur:qui dum pluribus rebus inſimularetur,
omnia diluit crimina,ex quo liberatus eſt.In obſidione de-
mum caſtri de Chalionelo percuſſus interijt,cum regnaſſet Ioannes rex
annos X. Ioannes eius filius comes Meretonij cum graui LXX. march. Roma. Pont. quotannis
bello à Ludouico Gallorum rege premeretur,de quo in
Galliæ hiſtoria dixi,ex uoto Angliam Iberniamq; Roma.
Pont. uectigales fecit,ut auri marchas LXX. quotannis Hẽricus III.
penderent,anno ſalutis M.CCVII. Henricus III. eius fi-
lius puer octo annorum ſuccedens,rempub.ann. LVI. feli-
citer

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

citer adminiſtrauit, præterquàm quòd cum regni proceri-
bus ſemel in diſcordiam inde ad certamen uenit. Ipſe cum
fratre Ricardo rege Alemaniæ, & filio Eduardo capti fue
Translatio S. Thomæ re, donec res compoſita. Huius anno tertio facta translatio
Thomæ martyris, per Stephium Præſulem Cantuarienſem.
Quinq; dierum feſto celebrato, omnibus accedentibus, toto
itinere commeatus ſubminiſtrati, ac uini riui, ſiphonesq́; di-
Iudæi factum ſpoſiti. Hoc etiam tempore quidã Iudæus cum apud Teuks-
buri in cloacam ſabbato cecidiſſet, ob diei obſeruationẽ ex-
trahi noluit. At comes eius loci nec inſequente die permiſit,
Eduard' IIII. ob dominicæ diei reuerentiam, ex quo extinctus eſt. Eduar-
dus IIII. Henrici ſupradicti filius anno M.CCLXXII.
Scotos ſubegit, ac rebellantes deinde memorabili pugna ad
officium reduxit, ubi dicuntur cecidiſſe hoſtium ad L X. mi
lia. Anglorum uerò tantum ſeptem milia. Quapropter im-
Prædicatores in Angliam perandæ pecuniæ gratia, conſilium, quod parlamentum uo-
cant, Londini celebratum. Hoc tempore ordinis Prædicato
rum profeſſores tunc primum in Angliam uenientes, caſtra
Eduardus V. Baynarbi mercati ſunt, & Iudæi omnes expulſi. Vixit ann.
XXXIIII. ſepultus apud Vueſtmon, cui filius Eduardus
V. cognomine Kaeruaruam apud Vueſtmon accepto dia-
demate ſucceſsit. Corpore decorus, animo nequaquam, quip-
pe qui magis uoluptarios homines, quàm regni proceres au-
diuerit. Iſabellam Galliæ regis filiam duxit, cuius poſtea fi-
lium hoſtem habuit, proq́; diſcordia componenda, uxor ad
fratrem profecta eſt. Eduardus à Vallenſibus, ad quos confu-
gerat captus, in concilio procerum regni deijcitur, qui bre-
ui poſt tempore, dum ex eo loco ad alium transfertur, pluri-
bus in eius liberationem conſpirantibus, ueru ignito à ter-
Eduardus VI. go transfixus interijt, cum regnaſſet annos X X. Eduardus
VI. eius filius adoleſcens, patre uiuente, ac iam deiecto, ad
regnum delectus, annos L. quibus regnauit, longè alius à
patre, maximum decus uniuerſæ Britanniæ peperit. Philip-
pum Gallorum regem apud Flandriæ portum bello nauali
ſuperauit, deſideratis ex eius exercitu triginta milibus anno
M.CCCVIII. Benedicto XI. fruſtra ſæpe damnante, ac
utriuſque paci ſtudente. Alteram uerò cladem poſt annos
XLIII. ei apud Caleſium intulit, quod oppidum longa ob-
ſidione unà cum Philippo & filio cepit, quos certis condi-
tionibus dimiſit, quibus illos deinde minimè ſtantes Pariſiũ
uſq; obſedit. Alij dicunt Philippum captum, & in cuſtodia in
Anglia extinctum, deinde ad ſepulturam remiſſum. Ex illo
igitur, Gallis imperatum uſq; ad certum tempus, certæq;
ſummæ tributum quotannis Angliæ regi pendendum, quod
Ioannes Haucutus minimè obſeruatũ. Hoc tempore fuit Ioannes Haucutus An-
glicus, qui domi & in Italia res plurimas bello geſsit. Ricar-
Ricardus II. dus II. Eduardi filius admodum puer, quod malè rem ad-
miniſtraret, à regni proceribus fame necatus eſt. Henricus
Hẽricus IIII. IIII. cognomento Bollyntybroke dux Erfordenſis, regna
uit annos XIII. Imperatorem Conſtantinopolitanũ in An-
Henricus V. contra Normandos gliam uenientem, magnificè excepit. Henricus V. eius filius
expeditionem in Normãdos ſuſcipiens, primum caſtrum de
Harfleur cepit, reuertens per Picardiam, ac ab ingenti Gal
lorum exercitu intercluſus, ferro uiam aperuit, ex eis unde-
cim milibus interfectis. Rurſus poſtea altera expeditione
eos aggreſſus, Rothomagum, adiuuante Carolo Gallorum
rege, cuius filiam Catharinam in matrimonium duxerat, ce
pit atq; diripuit, Anno M.CCCCXXIIII. Proceres ue-
rò qui cum eo in prima expeditione exierunt, fuere duces
Clarentiæ, Glonæ, Oxonij: comites Marchiæ, Himling, Ver
uik, Caron. Domini Leroos, Pherum, Vyllughby, Fizbug,
Talpot. Haringdon, Burdeueny, Rodulphus, Leuel, & alij
Talbotus complures. Inter hos autem Talboti magna uirtus, & in
armis gloria commemoratur, qui cum Arturo Gallorum
duce congreſſus, magnas hoſtium ſtrages edidit, poſtremo

in obſidione Burdegalæ unà cum filio interfectus. Deceſsit
Henricus apud Pariſium anno regni X I. Henricus VI. Henricus VI.
eius filius infans nouem menſium ſucceſsit, accepto ex Car-
dinale Vinctonienſi apud Vueſtmon diademate. Caleſium
armis Philippi Burgundi petitum ui ſuorum tutatus eſt. Nor-
mandiam quam pater acquiſiuerat, amiſit. Margaritam Re
nati regis Andegauenſis filiam duxit, ex qua Eduardum ſuſ-
cepit. Hic igitur Henricus qui graue bellum ſuorum ſuſti-
nuit, & ad ultimum expulſus eſt, cuius rem geſtam paucis
enarrabo. Duæ eiuſdem regiæ familiæ factiones fuerant, al- Duæ factiones regiæ familiæ, Roſæ albæ & rubræ
tera ſigno roſæ albæ utebatur, altera rubræ, quæ fuerat
Henrici: qui dum regnabat, ducis Eboracenſis alterius fa-
ctionis armis petitus, primum quidem in prælio uictor fuit,
occumbente ipſo duce cum bona procerũ manu. Ab Eduar-
do autem Marchiæ comite ipſius ducis filio paternum exer
citum redintegrante capitur, cuſtodiæq́; Londini traditur.
Interim Ricardus comes Veruik, qui patri prius Eduar-
di ſtudebat, accepta poſtea in matrimonium Henrici filia, de
eius liberatione cogitabat, ac cum rege Galliæ Henrici ad-
fine, ac eius uxore Margarita, & filio Eduardo, qui apud
regem exulabant, clandeſtino inito conſilio de improuiſo
Londinum cum maximo uenit exercitu, Henricum liberat,
Eduardus fugatur: qui nec multo poſt mutata iterum fortu-
na, rurſus comparato exercitu, conciliatoq́; ſibi fratre Ri-
cardo, qui alteri ſtudebat parti, Anno milleſimo quadrin-
genteſimo ſexageſimoſecundo, die Iouis ſancti, rege abſente,
Londinum armatus ingreditur, ac Henrico qui delectus ha-
bendi gratia diſceſſerat, cũ comite Veruick, multisq́; pro-
cerum armis aduerſus uenienti, cum exercitu occurrit, &
apud ſanctum Albanum prælio aſperrimo commiſſo, fit ſu-
perior. Henricus capitur, ac iterum cuſtodiæ traditur. In
prælio ex Eduardi partibus tria tantum milia deſiderata,
hoſtium multo plura. Londinienſes fortuuam ſecuti, eum
pro quo uictoria ſteterat, magna gratulatione exceperunt.
Interea uxor Margarita & Eduardus filius reliquias exer Margarita uxor
citus refouentes, bellum rurſus mouẽt, in quo Eduardus cum
omnibus ferè copijs occubuit. Margarita cum nõnullis pro-
ceribus capitur, cæteri ferè omnes uenia donati, ac miſsi. De
Ricardo comite, & eius fratre ſupplicium ſumptum. Regi-
nam benigne tractauit, optima oblata conditione, ſi manere
uellet, At illa ad ſuos in Galliam redire maluit. Henricus in-
terim in carcere, audita ſuorum rurſus ſtrage, ob animi do-
lorem dicitur perijſſe. Vir mitiſsimus, & æqui ſeruantiſsi-
mus, ac omnia paſſus quæ peior fortuna poteſt. Quapro-
pter pro ſancto colitur à pleriſq;, à nonnullis uerò ut impe-
rita ſimplicitate animi præditus, taxatur: ut eſt hominum
conſuetudo, pleraq; ſæpe non boni conſulere. Eduardus au-
tem ſuperatis hoſtibus, ſancti Pauli templum ſalutatum de
more nouorum regum ſolenni pompa proceſsit, cæteraq́;
pacata præter Caleſium habuit, quod tandem auxilijs Caroli
Burgundi, cui ſororem Margaritam locauerat, adſecutus
eſt: pro quibus meritis ei poſtea contra Ludouicum regem
ſuppetias tulit: præterea tributum pendere ſolitum condo-
nauit. Vir fuit alioqui ingenio manuq́; promptus in bello ſæ-
pe militis partes obibat, paruaq́; manu ingentes hoſtium co-
pias fudit. Erga uictos clementia fuerat Cæſariana: præter-
ea liberalitate magnitudineq́; animi reliqua, tum in admini-
ſtrando prouidentia par ſummis ac laudatis principibus.
Reliquo tempore X X V. annorum, quibus regnauit, paci-
ficus uixit. Decedens duos in tutela Ricardi fratris liberos
dimiſit, quibus ille necatis regnum inuaſit, Cuius parricidij
gratia infenſus populis Anglorum animos ad defectionem
ſollicitauit, Henrico VII. prælato, tunc exule ex Henrici Hẽricus VII.
ſupradicti factione, à quo bello petitus, ubi ſpes nulla fuerat.
ſumpto capiti diademate (tanta fuit illi uſque ad extremum

 ambitio)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ambitio) in prælio dimicando interfectus eſt anno regni III. Henricus VII. qui nunc regnat, rem ſuſcepit, Anno M.CCCCLXXIIII. cuius fœlicitatem cum humanitate coniunctam laudant. Fortunam belli præter primum paucis antè annis magno Britanniæ fauore periclitatus eſt, reiecto Petro, qui Eduardi ultimi ſe filium finxerat, ſimilem Pſeudophilippi apud Macedonas, & Alexandri apud Iudæos commentus hiſtoriam. Procerum enim nonnullorum, tum Maximiliani Cæſaris apud quem agebat auxilijs coniunctis, in Angliam ingreſſus eſt, ac in prælio captus: maxima deinde principis clementia dimiſſus, inter aulicos uerſabatur. Sed cum iam rurſus res nouas moliretur, iterum captus eſt, & in carcere necatus. Poſt hæc Henricus Scotiæ regem generum ſibi adſciuit, Ferdinandi quoq; regis Hiſpaniæ filiam quæ nato ducta fuerat, eo extincto alteri filio Henrico locauit. Rationem ſumptuum à Ludouico rege expoſtulauit, quos ipſe ac eius anteceſſores in auxilia Gallorum feciſſent, resq; non procul ab armis aberat: cum inter eos tranſactum, ut ea quotannis penſionibus certis exolueretur. Primus præterea regum hoc tempore qui oratores de præſtando officio Iulio nouo Pont. miſerit, maxima in Apoſtolicam ſedem obſeruantiæ ſignificatione. Inter oratores uerò eius, & Hiſpaniæ regis, inter ſacra de ſedendo orta eſt cõtentio, quæ etiam ſub Alexandro cœperat. Iulius quamquàm rem minime cognouit, locum honoratíſſimum Anglis pro tempore adiudicauit.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VERBANORVM LIBER
QVARTVS.

*

ITALIA.

ITALIA inter horam ſextam & primam Brumalem incedit, ut Plinius ait, id eſt inter meridiem & hibernum ſolis exortum protenditur. Nam apud eos ſexta ſemper meridies erat, Querno folio ab eodem comparata: ac tribus ueluti peninſula circumfuſa maribus, ſupero, infero, & Ionio. A Salaſſis, qui locus nunc Salutiarum, & Montisferrati eſt, ubi Alpes initium capiunt, Rhegium uſq; per Capuam paſſuum mil. mille XX. Latitudine uerò maxima à Varo ad Arſiam amnem in Foroiulienſi regione CCCCL. Quinq; appellata nominibus. Saturnia à Saturno primo habitatore, Trogo. Italia à rege, Plinio. Auſonia à parte Italie, quæ apud Cales oppidũ Campaniæ fuerat Liuio. Oenotria item à rege Arcadiæ, Dionyſio. Heſperia magna Virgilio ad Hiſpaniæ differentiam, quæ item Heſperia dicta eſt: uti Seruio placet. Quæ ab autoribus utriuſque linguæ de origine ipſius traduntur, ſatis in uulgus edita. Colonos habuiſſe prius Italiam, partim Barbaros, partim Græcos, Oenotrios, Morgetas, Siculos, Auſonios, Aborigines, Pelaſgos, Auruncos, & Dionyſius & Plin. itemq; Antiochus Syracuſanus qui de antiquitate Italiæ ſcripſit, autores ſunt, Ianum quoq; eum primum tenuiſſe collem apud Vaticanum, qui Ianiculus appellatus eſt: Saturnumq; alea aducctum excepiſſe. Huic Picum, Faunũ, Latinum ſucceſſiſſe, quo tempore Euander, pauloq; poſt Aeneas uenere. Quæ omnia in Latij, tum aliarũ regionum deſcriptione clarius explicabo. Ad recentiora ueniã: cum

Primi habitatores Italiæ

ſubiugata à Romanis ſociorum nomine dignata eſt, in municipia & colonias tota ferè diuiſa. Coloniarũ autem Latinarum, ut Pedianus tradit, duplex genus, quando uidelicet noui coloni ex Latio deducebantur: alterum quando ueteribus colonis ius Latij dabatur, ut poſſent habere ius, quod cæteræ coloniæ, id eſt, petendi magiſtratus, ut ciuitatem Romanam adipiſcerentur: ſicuti Pompeius Strabo Tranſpadanis fecit. Italia igitur conſulũ tempore: proprætoribus & præfectis committebatur. Imperatorum uerò procuratoribus, poſtea comitibus iam inde uſq; à Theodoſij tẽporibus. Deinde uariarum gentium barbari, Eruli, Hunni, Gothi, Auari, Longobardi, Saraceni, Pannonij irruere: de quibus in alijs ſuprà prouincijs dixi, partim in reliquis dicam. Expulſis Gothis Exarchus regebat Italiam, poſtremo Longobardi rerũ potiti, in quatuor ducatus eam diuiſere: Foroiulij, Hetruriæ, Beneuenti, Spoleti, Ticini, ubi etiam regia conſtituta, uſq; ad Carolum Magnum, quo primum tempore res cœpit reſipiſcere. Bernardo eius nepote Italiæ rege declarato. Varia deinde introducta reipublicæ forma, alijs atq; alijs hincinde dominãtibus, partim ui, partim iuſto imperio Cæſarum conceſſione, ut poſtea narrabo. De laudibus eius Plinius in ultimo libro nonnulla ponit, tum Virgilius in Georgicis. E Græcis uerò Ariſtides in Encomio urbis: & Plutarchus De fortuna Romanorum. Aelianus quoq; De uaria hiſtoria ſic ait, Italiam multi incoluere, nec ulla magis terra frequentata, quod ob terræ fœcunditatem, aquarum adfluẽtiam, maris commoditatem, portuum diſpoſitionem, præterea hominũ manſuetudinem, ciuiumq; humanitatem, cæteris regionibus antecellat. Fuereq; antiquitus in ea ciuitates mille cẽtum ſexaginta ſex: hæc ille. Hyginus autem eas ſeptingentas tantũ fuiſſe ſcribit. Plinius adeò frequentem, ut nunciato Gallico tumultu, ſola ſine exteris aut tranſpadanis octuaginta equitum, peditum uerò ſeptingenta millia armauerit. Idem ferè Polybius, uti ſuprà in Gallia narraui. Noſtra uerò tempeſtate hæc regio à deſidia ſolitudineq; maxime occupata, præda barbarorũ omnium facta eſt. Quotquot uerò duces abhinc annis trecentis fuere, nullam ei utilitatem attulere: nec tam per eos cuſtodita, quàm diſſidijs crebris atq; diſcordijs inter ſe, bellis quaſi ciuilibus agitata. Quod autem nunc ſupereſt, quadruplici regitur politiæ forma: Monarchia ut regnum Neapolitanũ, & Mediolani, cæterorumq; principatus. Ariſtocratia, ut Venetorum, ubi optimates cum principe regũt. Democratia, ut Florentinorum, Senenſium, Lucenſium, ubi ad magiſtratus & conſilium populus ſine diſcrimine admittitur. Tyrannide, ut eſt ex parte ſacroſancta Pontificis iuriſdictio à diuerſis occupata dominatoribus. Strabo in octo partes eam diuiſit, Venetiam, Liguriam, Picenum, Lucaniam, Tuſciam, Romam, Campaniam, Apuliam, Antoninus in itinere, in prouincias ſedecim. Campaniam, Tuſciam cum Vmbria in qua eſt Roma. Nurſiam in qua eſt Reate. Flaminiam in qua eſt Rauenna. Picenum in quo eſt Aſculum, Liguriam in qua eſt Mediolanum. Venetiam cum Iſtria in qua eſt Aquileia, Alpes Cortias & Apenninum, in quibus eſt Genua. Samnium in quo eſt Beneuentum, Apuliam cum Calabria in qua eſt Tarentum. Brutium cum Lucania in quo eſt Regium. Retiam primam. Retiam ſecundam. Siciliam, Sardiniam, Corſicam. Fiſcus autem apoſtolicus has prouincias in ſacro codice deſcripſit. Marchiam Taruiſinam ſiue Venetiam. Iſtriam in qua Foroiulienſes. Lombardiam ſiue Tranſpadanam, Liguriam, Romandiolam ſiue Galliam Ciſalpinam. Ducatum ſpoletanum ſiue Vmbriam. Aprutium ſiue Samnium. Campaniam ſiue Latium. Terram laboris ſiue Campaniam, aut Leborias. Calabriam ſiue Lucaniam, Apuliam, terram hydruntis ſiue Salentinos.

Coloniæ

Quatuor ducatus

Laudes Italiæ

Quadruplex politia

Diuiſio ipſius

LIGV

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

LIGVRIA.

Ligures

LIGVRES plures ab autoribus ſcribuntur. Alpini, Tranſalpini, Ingauni, Apuani, Salturi, Deciates, Exubij, Buriates, Tranſalpinorum meminere Trogus & Euſtathius, qui ſcribunt Maßiliam inter ligures eſſe, Alpinorũ uerò Cicero de lege Agraria. Ligures, inquit, montanos duros atq; agreſtes docuit natura ipſa loci, nihil ferendo, niſi multo labore queſitum. Apuanos, Deciates & cæteros populos iam extinctos, teſte Liuio libro ſeptimo de bello Ma. M. Aemilius Lepidus, & Cn. Flaminius Coss. domuerunt. De uniuerſo autem genere Florus ſic ait,

Florus
Varus

Peracto punico bello, ſequitur Liguſticum. Ligures imis Alpium iugis adhærentes inter Varum Macramq; impliciti dumis ſylueſtribus uictitabant, quos penè maius fuit inuenire, quàm uincere: tuti occaſione locorum, latrocinia magis quàm bella factitabant. Itaq; quum diu multumq; eluderent, Salturi, Deciates, Exubij, Buriates, Ingauni, tandem Fuluius latebras eorum igne ſepſit, Bebius uerò in planum deduxit, Poſthumius ita exarmauit, ut uix relinqueret ferrũ quo terra coleretur. Liuius item in IX. Nulla prouincia magis militem exercuit.

Nicea
Torpea Augusti
Monœci portus
Intemelium
Albigaunum
Merula flu.

Poſt Varum fluuium Nicea Maßilienſium colonia, Straboni Tropea Auguſti, nunc Torpia. Monœci portus, quod ſolus ibi Hercules coleretur: idem hodie, Monachus. Intemelium, nunc Vintimilium. Albigaunũ abluitur flumine Merula Plinio, à Ptolemæo memorato, obſidionem Bernardini Vbaldini, qui Philippo duci Mediolanenſi militabat, paſſum tandem oppidanorum uirtute poſt mẽſes quatuor liberatum.

Sauona

Sauona cuius meminit tantum Liuius libro VIII. ſecundo bello aduentũ Magonis in Italiam referens. Sauonæ, inquit, oppido Alpino, prædam depoſuit. Cæteri ut

Vada Sabatia
Altilia

Plinius, Strabo, Mela, in eo ferè loco uada Sabatia ponunt. Vltra eſt oppidum Altilia à Tranquillo commemoratum, hodie quoque Alteoiola uulgò appellata, deinde Genua, de

Portus Delphini

qua paulopoſt. Portus Delphini Plinio nunc etiam portus Finus dicitur. Deinde uici nouorum nominum, Sieſtrum, Lauania, Rapala.

Portus Veneris

Portus poſt hæc Veneris nomen adhuc ſeruat. Spedia item Ptolemæo, quamuis corrupto uocabulo Speciem uocent. Caſtrum S. Romuli prope Rumbam fluuium,

Lunẽſis regio

palmis nobilitatum. Sequitur Lunenſis regio, partim citra partim ultra Macram conſiſtens: magna ex parte à familia Malaſpinarum poſſeſſa, nobili ac uetuſta: de qua regione in Hetruria dicam, Genuam nunc ipſam Metropolim repetam, quæ unde originem habuerit incertum.

Genua

Nõnulli Tranſalpinæ Genuæ quàm in Gallia commemoraui, coloniã eſſe putant. Eius meminit Liuius libro XXI. ubi Publium Scipionem dicit cum admodum exiguis copijs Genuã petijſſe: libro item XXIX. Lucretio prorogatum imperiũ, ut Genuam oppidum à Magone Pœno deſtructũ ædificaret. Fuit igitur ſub imperio Romanorum uſq; ad annũ ſalutis ſexcẽ-

Rotaris rex

teſimũ ſexageſimũ, quo tempore Rotaris rex Lõgobardorum per uim eam cepit ac diripuit. Imperio deinde reſtituta unà cum cætera Italia à Carolo, ac annos centũ per comi-

Ademarus

tes adminiſtrata. E quibus Ademarus ab eodem propinquo ſuo miſſus Corſicam Saracenis oppreſſam liberauit: quo

Genuenſium geſta
Bellum cõtra Saracenos

demum ab illis interfecto, Genuenſes nihilominus uictores remanſere, nauibus Saracenorum tredecim, partim captis, partim preßis, ac illam in hunc uſq; diem tenuerunt. Sed & aliæ in ſequentibus temporibus res ab eis maximæ terra mariq; geſtæ commemorantur, quas literis mãdauit Iacobus de Voragine præſul eorum, qui uſq; ad duces ſcripſit hiſtoriam. Nam anno milleſimo centeſimoſexageſimo ad expeditionem Hieroſolymitanã cum ingenti claſſe profecti, Tripolim ac Cæſaream deperditas ac hoſtibus ademptas, Balduino regi tradiderunt, ex qua præda Catinum precioſum ſmaragdinum, ac cineres Ioannis Baptiſtæ retulerunt. Rurſusq; hortante Eugenio, cum CLXIII. nauigijs Armeniã contra Saracenos, qui Chriſtianos infeſtabant, profecti: ad extremum X. milibus hoſtium captis aut interfectis, domũ

Bellum cum Piſanis

redierunt. Cum Piſanis antiquum ac perpetuũ odium exercuerunt. Anno M.CXXVIII. Plumbinum eorum oppidum, ac plures naues ceperunt. Anno deinde inſequente Piſas annali obſidione cinxerunt. Paratis tandẽ hoſtibus omnẽ recipere conditionem, iuſſerunt uti tecta uſq; ad primã contignationem deijcerent. Anno M.CCLXXXV. prouocati claſſe CXXX. triremium inſtructa, apud Melorã inſulam, cladem eis maximam intulere, captis eorum XLVIII. triremibus. Anno M.CCXCII. rurſus bello nauali congreßi, Liburnum oppidum cum arce munitißima inſtar Phari paulo diſtante à portu diruerunt, quam poſtea Piſani pace facta reſtituere.

Bellum cum Venetis

Cum Venetis non minorẽ geſſere diſcordiã. Anno M.CCLVIII. in oriente capta occaſione Tyri & Ptolemaidis, quas cum annos LXIIII. unà cum Piſanis & Venetis tenuiſſent, negociandi cauſa tandem ad euitandam quandoq; litem inter ſe diuiſere. Cœnobium S. Sabæ Ptolemaidis Genuenſibus adiudicauit eius populi beneuolẽtia. Indignati Veneti ad Tyrum unà ſecedentes, adſcitis ſibi Piſanis, & Manfredo Siciliæ duce Genuenſium claſſem in portu Ptolemaidis incenderunt, eosq; ulciſcendi gratia aduerſus ueniẽtes, rurſus inſtaurata claſſe apud Tyrũ ſuperauerunt. Genuenſes tanto accepto incommodo, ad Michaëlem Palæologum imperatorem confugiunt, cuius auxilio Gazã, aliaq; Venetorum loca diripiunt, & portum incendunt, Raimundumq; ducem aduerſus cum claſſe uenientem capiunt. Verſus etiam ſeptentrionem imperio prorogato, ad Tanaim loca, & in Taurica Cherſonneſo Capham, quæ olim Theodo-

Tanais
Capha, quæ & Theodoſia

ſia dicta eſt, diu inter immanißimas Tartarorũ gentes poſſederunt, à Turcis deinde annis hinc ferè XXX. occupatã. Anno autem M.CCCXXVII. domi nouum creant magiſtratum, perpetuũ ducem more Venetorum: primusq; fa-

Dominicus Fregoſus primus dux

ctus Dominicus Fregoſus, qui claſſe in Cyprum miſſa cum Petro profectus eius fratre, uniuerſam inſulã in poteſtatem redegit. Petrum Luſignanum regem captiuum cum regina prægnante ſecum Genuam abduxit, quos paucis poſt menſibus ſub tributi conditione miſſos fecere: Famauguſta tantũ adempta, quam hiſtoriam latius in Cypro proſequar. Poſt hanc uictoriam bellum cum Venetis repetit inſtructißimũ, ubi Petrus à Nicolao Piſano præfecto Venetorum, bello nauali ſuperatus eſt. Genuenſes incommodum acceptũ ignauiæ principum adſcribentes utrũq; fratrem magiſtratu abroga-

Lucianus Auria dux

to in carcerem coniecerunt, ac Lucianũ Auriam claßi præfecerunt, qui ut cladem Dominici leniret, claſſe XXII. triremium inſtaurata, extemplo Iaderem Venetorum urbem

Nicolaus Piſanus

contendit, prædaq; deinde abacta, in portum ſe recepit Polentinum, ubi congreſſus cum Nicolao Piſano fit ſuperior, captis ex hoſtibus duobus milibus: in quo prælio Lucianus

Petrus Auria

ipſe occubuit. In cuius locum Petrũ Auriam ſurrogauerũt, qui audacto nauium numero ex portu Genuenſi ſoluens Iaderem applicuit: inde Venetias rurſus tendens, Gradum, Comaclũ, circaq; oppida diripit. Vlterius uerò tendere in portum catenis prohibitus, Clodiam foſſam petit ac diripit, ſex mil. hominum interfectis: pudicitia tantum muliebri ſeruata. Inde aliquot etiam oppidis captis, ad urbem rurſus cõtendere conatus, anguſtijs Euriporum prohibitus, ſimul & à bellicis inſtrumentis repulſus, Clodiam reuertit: quã dum

Carolus Zenus

munire ſtudet, interclusus à Carolo Zeno Venetæ claßis præfecto, pugna commiſſa occubuit. Cuius morte cõſternati animo Genuenſes, pace facta domum reuerterunt. Poſt aliquot deinde annos, Nicolaum Guaſcum ducem delegerunt,

Nico. Guaſcus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

F. Catalusius Coloioannem reduxit

qui claſſem auxilio Caloioanni Imper. Conſtantinopo. miſit, cui Franciſcum Cataluſium præfecit, qui rebus feliciter pro imperatore geſtis, donatus ab eo inſula Mitylene fuit, quam ipſe poſteriq; eius tenuere, uſq; ad an. M. CCCCLIIII. quo tempore poſt amiſſam Conſtantinopolim, capta eſt. Nicolao poſt annos IX.

Antonioctus Adurnus dux

Antoniotus Adurnus ſucceſſit, anno M. CCCLXXXI. uir longè prudentiſſimus. Pacem inter Ioannem Galeatium & Florentinos, quæ multos annos durauerat, ſummo ſtudio componendam curauit. Cui defuncto

Genuenses sub Francorũ imperio

Genuenſes neminem poſtea ſubrogauerunt: ob Gibellinorũ Guelforumq; factiones magiſtratu ferè corrupto. Quapropter ad tutelam Caroli VII. regis Francorum, Anno M. CCCCIIII. confugerunt, qui annos plurimos per præfectum regium remp. adminiſtrauit nomine Bulcialdum.

Bulcialdus præfectus

Hic ſtatura roboreq; ingenti, ſingulariq; certamine à Galeatio Gonzaga prouocatus ac uictus eſt. Deinde Dertonem tentauit, poſtremo Mediolanum, unde à Fazino cane turpiter reiectus eſt, reuertẽtiq; portas Genuenſes ei clauſere, peroſi Gallorum ſuperbiam: ac ſeſe Ioanni Mariæ duci Mediolanẽſi dedidere, in eoq; ſtatu uſq; ad annũ M. CCCCXXXV. durauerunt.

Desciuere à Philippoduce

Quo tempore à duce Philippo deſciuere. Cauſa fuit quod cum eodẽ anno auxilio profecti Caietanis obſeſſis Alfonſum Aragonem ducem aduerſus uenientem cum claſſe xi cepiſſent, duciq; captiuum miſiſſent: is ſtatim donis inſuper cumulatum dimiſerit. Quare indignati octo capitaneos libertatis, autore Franciſco Spinula, creauerunt: quib. paulopoſt abrogatis.

IsnardusGuarrus
Thomas Fregosius

Iſnardum Guarrum ducem conſtituere, uirũ ſeptuagenarium, quo paucis poſt diebus remoto, quod inutilis uideretur, Thomam Fregoſum Petri qui Cyprũ ſubegerat filium, ducem delegerũt. Hic fratrem habuit Baptiſtam, à quo primum pulſus: deinde uictor, in priſtinum rediijt magiſtratum. Horum item frater Io. pater fuit Pauli Cardinalis & præſulis & ducis Genuenſis qui ante hos annos Romæ deceſſit. Thomas igitur adſcito conſilio Franciſci uiri prudentis, Guidonem Torellum ducem copiarum Philippi, per agrum uagantem iuuantibus Florentinis repulit. Chium in Græcia à Venetis: & in Italia Albigaunũ à Nicolao Picinino preſſum defendit. Tandem ipſe coniuratione Ioannis Antonij Fliſci deiectus magiſtratu.

Raphael Adurnus dux

Raphael Adurnus M. CCCCXLIIII. ſuffectus nepos Antonioctì, qui ante eum

Barbana

dux fuerat, breui & ipſe tempore ob ſeditionem ſeſe magiſtratu abdicauit, ac Barbana eius patruelis ſuffectus, quem uix menſem totum regnantem Ianus Fregoſus iuuante Ioanne Antonio Fliſco ſupradicto de imperio deturbauit.

Ioã. Antonius Fliscus
Ludouicus & Nic. Freg.

Cui poſt biennium frater eius Ludouicus ſucceſſit, qui nec ipſe diu poſt à Perino Fregoſo eius patruele expulſus eſt, uiro ſingulari audacia, qui Nicolaũ fratrem doctrina moribusq; inſignem ob ſuſpicionem adfectati principatus, adcerſitum in curiam interſici iuſſit. Fuit nobilitati maxime inuiſus, quã primum ex urbe fugauit. Deinde pulſus & ipſe cum Gallorum auxilijs urbem repeteret, ab eadẽ nobilitate ſtatim interficitur. Paulus uerò urbis præſul ſupradictus, eius frater, locum ducis inuadẽs, Gallos ex urbe pellit. Carolus interim

Ioan. Renati
Prosper Adurnus

Galliæ rex audita defectione, eò Ioannem Renati Neapoli tunc expulſi filium, cum claſſe ſeptemq; armatorum milibus mittit. Huic Paulus obuiam cum exercitu fit: pugnaq; commiſſa ſuperior diſceſſit. Proſperum Adurnum, quæ familiæ concordes erant, patriæ ducem, conſentiente populo creat. Amborumq; uiribus Caſtelletum, quod in regis erat præſidio, expugnatur, adſcito in auxilium Franciſco Sfortia duce, qui Ferdinãdi regis gratia, quem regnare malebat quàm Gallos, è ueſtigio ſuppetias mille militum miſit, conſentiente etiam Ludouico ipſius Caroli filio, qui tunc patri maximè aduerſus fuerat. Anno deinde M. CCCCLXXVIII. defuncto Galeacio factione Fliſcorum impellente rebellarunt. Sed Adurnorum Spinularumq; contraria rurſus in poteſtatem Mediolanenſium rediguntur: pauloq; poſt iterum Proſpero Adurno autore tumultuantes, rurſus Ioannes pupillus cum matre Bona, miſſo exercitu XII. milium armatorum adorti ſunt: quibus Genuenſes duce Roberto Seuerinate occurrentes, magnam ex eis fecere ſtragem. Poſt eam uictoriam è ueſtigio domum redeuntes, arcem, quam Caſtelletum uocant, deiectis Mediolanenſium præſidijs recepe runt. Verùm quum Proſper urbem occupare conaretur, à Franciſco Fregoſo cæterisq; eius partium ex urbe pellitur,

Baptistinus Freg. dux
Obiectus Fliscus

ac Baptiſtinus Fregoſus Perini olim ducis filius dux creatur, uir in primis manſuetus ac bonus, quem cum Obiectus Fliſcus ſæpe de magiſtratu deijcere fruſtra tentaſſet, tandem à Paulo Baptiſtini patruo Cardinale, quem ſuprà commemo raui, repulſus etiam urbem relinquere coactus eſt. Hoc ſanè tempore unà cum reliquis ciſalpinis rurſum in poteſtatem uenere Gallorum. Præter uerò familias iam ſupradictas, Grimaldi quoq; inter eos nobiliſſimi.

Grimaldi

Nam Antonius Grimaldus claſſis contra Venetos, & Ioan. Grimaldus alterius claſſis præfecti, auxilio Philippi ducis ad defendendam Brixiam miſſi fuere,

Grimani

Grimani uerò Venetijs clari, præſertim nunc Dominico S. R. E. cardinale eruditiſſimo uiro. Eandem tamen proſapiam eſſe dicunt, & è Conſtantinopoli ex illuſtribus uiris olim profectam, ac in hos duos poſtea populos deductam.

REGIO SVBALPINA.

POST Liguriam regio Subalpina uerſus mediterraneam occurrit, quam Padus Straboni mediam diuidit, à cuius ulteriore ripa Ticino, à citeriore uerò Trebia, duobus quaſi brachijs ab latere ſeptentrionis includitur. A meridie & occidente montibus.

Trebia

Igitur inde Tranſpadani, hinc Ciſpadani dicuntur Alpibus & Liguriæ uicini.

Derto
Tanarus flu.
Alexandria

Quorum poſt Trebiam Derto eſt ciuitas, deinde Tanarus fluuius in Padũ influens Plinio. In hoc auri ramenta Antonius Trottus eques Alexandrinus legit, unde torquem factum oſtentat. Ab eodem abluitur noua urbs Alexandria, cuius origo ſic ſe habet. Poſt dirutum à Frederico Aenobarbo Mediolanum, pauloq; poſt reſtitutum, Statyelli Ligures qui uicatim cis Apenninum incolebant, relictis proprijs ſedibus, ad uicum cui Robereto nomen, commigrantes, urbem condidere, quàm primo Cæſaream uocauere, ut apparet in annalibus Alexandrinorum, in quibus Xiſtus in dedi catione facienda Cæſarienſes eos uocat: deinde expugnato Frederico, Venetorum & Mediolanenſium auxilijs, Alexander III. pont. eius inimicus, quod populus arma pro eo ſumpſerit, ob memoriam officij eam urbem Alexandriam appellauit.

Aquæ Statyellæ

Secundũ flumen, aquæ Satyellæ ſunt Plinio Straboniq;, quamquàm in eo loco menda eſt.

Augusta

Vltra Tanarum ad Padi ripam Auguſta Bacienorum Ptolemæo Plinioq;, nunc Baſſinianum oppidum.

Valentia
Forumfuluij

In eadem ripa paulò remotius Forumfuluij, quod Valentiam Plinius dicit appellari, ſicuti & noſtra ætate, nobilitatum Geraldi ordinis minorum natalibus ac ſanctitate.

Asta Col.
Alba Põpeia
Ceba
Castra Carrectensium

Inferius uerò Aſta colonia, Alba Pompeij à Tanaro abluta nomen adhuc ſeruans. Hinc uerſus Sabbatios iter facienti Ceua Pli. uetus oppidũ, ac caſtra familiæ Carrectenſis, ueteris ac nobilis, quæ ab urbe Genua originem ducunt.

Aemylia uia

Aemylia uia à Dertone, itemq; Piſis uſq; ad Sabbatios erat, quam Scaturus ſtrauit, autor Strabo. Alia Aemylia quæ Flaminiã intercipit, de qua poſtea.

Iria
Augusta Taurinorum

Trans Padum uerò Subalpinorũ hæc loca ſunt. Ad ripã ferè exorientis Padi Iria Ptolemæo, quæ fuerit mihi ueſtigãti incõpertũ. Auguſta Taurinorũ nunc Taurinum, quod Plinius ex anti-

qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quá Ligurum ſtirpe ducit, Stephanus grammaticus Maßi-
liẽſium coloniam ait eſſe à Tauro appellatam, quo ſigno ad-
Morgus flu. nauigantes eo Maßilienſes in naui utebãtur. Morgus fluuius
Plinio ex Alpibus in Padũ profluens, hodie quoque Orchas
appellatur. Eporedia plurali numero, apud Ciceronem epi-
ſtola quædam data Eporedijs ſcribitur. Plinius ſic ait: Oppi-
Eporedia dum Eporedia à populo Romano condi iuſſum, Eporeticos
enim Galli bonos equorum domitores uocant. In ſacro nunc
Doria flu. fiſci codice Hyporigienſis ciuitas nominatur. Amnis Doria
Alpes Ptolemæo, Duria Plinio nomen adhuc retinet, ex Alpibus
in Padum defluens. Hic idem dicit autor duas eſſe Alpium
fauces, Graias & Pœninas, hinc Pœnos, illinc Herculem
Vercellæ Libycorum tranſiſſe. de Alpibus ſupra ſatis dixi. Vercellæ Libycorum
à Sallibus Galliæ uicinis populis ortæ Plinio, aurifodinis
quondam claræ Straboni, ornatæ quoq; præſule Euſebio in
Seßites flu. ſacro eloquio doctißimo, regia nunc Sabaudienſium ducum.
Prope urbem Seßites fuit Plinio, nunc item Seßia ab accolis
Nouaria uocatus. Nouaria ex Vertacomoris Vocontiorum originem
Albutius Silus habet Plinio, patria Albutij Sili oratoris & Dulcini ac
Dulcinus & Margarita Gazari Margaritæ Gazarorum ſectæ autorũ, an. M.CCCVIII.
Inter ſe more pecudum promiſcue coibant, alia'que nefanda
perpetrabant. Cum'que diu latuiſſent inter prærupta mon-
tium, tandem deprehenſi, meritas ſupplicio dederunt pœnas.
Pollentia Pollentia uerſus Alpes XVI. paſ. milibus à Nouaria di-
ſtans uetus oppidum Plinio, nunc Pallantiam uocant, ubi
Cn. Plancus à M. Antonio ſuperatus interfectus'que fuit.
Banderate Banderate Plinio nomen retinet. Sallaßi populi poſt Tauri-
Sallaſsi Sabaudienſes nos olim ferocißimi, & Aurifodinis inſignes, domiti autem
ab Auguſto ut ait Strabo, & ſub corona partim uenditi, par
Auguſta prætoria tim in Auguſtam prætoriam ciuitatem ab eodem in eo tra-
ctu ædificatam translati. Hos nunc eſſe Sabaudienſes non-
Monferraten. origo nulli dicunt, unde nomen auſpicatum. Alij potius Monferra-
tenſes qui ad Alpes uſq; pertinent, quorum originem prin-
cipum ſimul & ſucceßionem uacat paucis explicare, ne no-
bilißima Italiæ familia ſilentio prætereatur. Anno ſiquidem
Aledranus DCCCCLXXXVI. Aledranus è gente ducum Saxoniæ
ex Alaſia Othonis primi propinqua ſeu filia, quatuor ſuſce-
pit liberos, Othonem, Gulielmum, Thetem, & Bonifacium,
pro'que dote marchio primus huius regionis ab eodem fa-
Gulielmus ctus imperatore, moriens Gulielmum ſucceſſorem reliquit,
Salutiæ cæteris fratribus reliquas diſtribuit terras, Ceuam, Sallu-
Boſchum tias, Boſchum, Ponzonũ, quæ oppida deinde per manus ſuc-
Ponſonum cedentibus tradita marchionibus fuere. Gulielmus itaque ex
Bonifacius filia ducis Clocestri Anglici Bonifacium genuit, qui cœno-
Guliel. II. bium S. Mariæ de Locedio excitauit. Is deinde Gulielmum
II. qui religione ſanctis'que moribus præditus, iuuenis ex-
Rainerius tinctus eſt, dimiſſo Rainerio patre Gulielmi Senis. Hic Gu-
lielmus primum militia clarus cum Conrado imp. ſororio
ſuo ad Hieroſolymitanam expeditionem profectus eſt. Ex
Iudita S. Leopoldi Auſtriæ marchionis, quatuor mares ſuſ-
Gulielmus cepit, Bonifacium, Gulielmum Longaſpaltham, Rainerium,
& Fredericum: fœminas, Iordanam, & Agnetem. deceßit
Longaſpata an. M.CLXXVIII. Longaſpatha apud Hieroſolymam in
Balduinus demortui patris locum atque gloriam uenit, Baduini'que le-
proſi regis Hieroſolymitani Sibyllam ſororem duxit, cuius
adfinitate ſimul & uirtute propria primum in ea expedi-
tione locum ſibi uendicauit. Morienti filius ſuperſtes Bal-
duinus fuit, qui in Balduini regis & aui tutela relictus, mox
ei, quod liberis careret, in regni iure ſucceßit. Verùm pau-
Rainerius lopoſt in ætate puerili decedente, Rainerius patruus Guliel-
mi frater, regni titulum hæreditario ſibi iure uendicans,
Chyri Mariam Manuelis imp. Conſtant. filiam in matrimo-
Theſſa. rex Bonifacius nium duxit, Theſſaliæ regno pro dote accepto. Quo ſine li-
beris moriente, Bonifacius minor frater hæres inſtitutus,
ſtatim Hieroſolymam proficiſcitur, ubi & ſuos mortuos, &

Sibyllam fratris quondam uxorem Guidoni Luſignano nu-
ptam uidiſſet, una cum ipſo Guidone contra Saladinum ar-
ma ſumpſit, in quo prælio cum eſſet captus, à Conrado & — Conradus
Gulielmo filijs liberatur. Nam hi accepto patris nuncio, — Gulielmus
eueſtigio comparata claſſe, Hieroſolymam petiere, tempe-
ſtate'que delati Conſtantinopolim caſu tunc obſeſſum impe-
ratorem liberauerunt. Deinde ſequentes breui fortiter pu-
gnando patrem recuperauerunt. Conradus deinde Tyrum — Conradus
cepit, ſponte ſe dedentibus ciuibus, ut à Saladino Turcis'que — Tyrum capit
eius præſidio defenderentur, Iſabellamq; deinde uiduam fi- — Iſabella uxor
liam olim Balduini regis cũ Hieroſolymitani regni titulo in
matrimonium accepit, interfectus mox à duobus Saracenis
in medio foro, patrem Bonifacium adhuc ſuperſtitẽ reliquit, — Bonif. pro regno Theſſ.
qui exercitui ſuccedens, contra imperatorem Conſtantino- — dimicat
politanum, quem filius olim obſidiõe liberauerat, pro regno
Theſſaliæ ſibi debito dimicauit: quod tãdem adſecutus, Mar-
garitam Pãnoniæ regis filiam duxit, ex qua quum nullos re-
ciperet liberos decedens Gulielmo alteri filio rem dimiſit.
Is Gulielmus dum hæc agerentur, rem paternam domi ad- — Gulielmus
miniſtrabat. Perijt in Græcia ueneno, relicto Bonifacio, qui — Bonifac. rex
regno Theſſaliæ ſucceßit, & ex conſtantia Amedei comitis
Sabaudiæ filia, Gulielmum cognomẽto Magnum, qui patrio — Gulielmus
imperio Vercellas, alia'que oppida adiecit, ex Beatrice re- — Magnus Ver-
gis Hiſpaniæ filia Ioannem, tris'que filias ſuſcepit, quarum — cellas cepit
unam Andronico imperatori, alteram Alfonſo Caſtellæ re-
gis filio, tertiam Poncello Vrſino Vrſi filio, procerum Ro-
manorum nuptui tradidit, Ioannes Margarita Sabaudienſi — Io. finem attu-
ducta, ſine liberis deceßit anno M.CCCV. finem'que attulit — lit patriæ pro-
uniuerſæ proſapiæ. Quapropter populus de communi ſen- — ſapiæ
tentia, rem Andronico Palæologo, ut adfini, regendam ob-
tulerunt. Is Theodorum ex Iolanta Montisferratenſi filium — Theodorus
eò miſit, qui antiquæ poſſeßioni nonnulla etiam pugnando — Andronici fi-
adiecit, uicecomitibus fauit, ex Argentina Opecini Spinulæ — lius & Argẽ-
filia Ioannem ſuſcepit ac Iolantam, quæ nupſit Aimoni Sa- — tina uxor
baudiæ comiti. Ioannes ex ſorore Iacobi regis Maioricenſis — Ioannes
ſuſcepit ſecundum Othonem, Ioannem, Theodorum, Guliel-
mum & Margaritam. Ex his ſecundus Otho ſucceßit adhuc — Otho II.
puer, huic deinde Ioannes frater, qui in expeditione Neapo- — Ioannes
litana extinctus eſt. Theodorus demum alius frater guber- — Theodorus
nacula paternæ ditiõis accepit, æque præſtans uiribus cor-
poris ac religione, ut qui haſtæ cõcurſu præcelleret, & cœ-
nobia multa conſtruxerit. Duas ex ſucceßione duxit uxores:
ex prima Ioanna Roberti ducis Bari filia Ioannemiacobũ
& Sophiam: ex altera Margarita Amedei principis Acha-
iæ filia nihil liberorum ſuſcepit, ex quo illa poſt uiri mortẽ — Ioanneſiaco-
cœnobio ſe perpetuo dicauit. Ioanneſiacobus uir militiæ do- — bus
mi'que clarus, à Sigiſmundo imp. uicarius totius Italiæ fa-
ctus eſt, Philippo Mariæ duci amicißimus, adiutor'que in
conſtituendo imperio fuit, reddita ei Alexandria, quæ illius
quondam famil[ ]æ adempta fuit. Ex Ioãna Amedei primi du-
cis Sabaudiæ filia, ſuſcepit Ioannem, Gulielmum, Bonifaciũ,
& Theodorum, duas uerò filias, quarum alteram Amedeã
regi Cypri, alteram Heliſabetham Salutiarum marchiõi lo-
cauit. Ioãnes cũ primũ ſucceßiſſet, & ex Margarita Sabau- — Ioannes
diæ ducis filia nihil liberorum habuiſſet, fratri Gulielmo — Gulielmus
remp. dimiſit, qui noſtra ætate princeps quodammodo mili-
taris diſciplinæ habebatur. Sæpe & Venetorum & Medio-
lanenſium copias duxit, domi in otio cum dignitate fuit, Ca-
ſale oppidum patrium templo præſule'que ornauit. E tribus — Caſale
uxoribus nulla ſuſcepta uirili prole, deceßit anno M.
CCCCLXXXIII. Bonifacius frater hæres ex — Bonifacius &
ſecunda coniuge Maria Stephani Seruiæ Deſpoti filia — Maria
duos genuit, Gulielmum, & Sangeorgium, quorum pri- — Gulielmus
mus puer adhuc extincto patre imperium hodie tenet, — Sangeorgius
matre prudentißima rempublicam adminiſtrante. Theo- — Theodorus cardinalis.
d 4 dorus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

dorus autem à Paulo II. in patrum collegium cooptatus, proximis annis ex uulnere à miniſtro dum cœnaret obſonium concidente dexteræ porrectæ caſu illato, in ualetudinem incidit, ex qua demum poſt annum extinctus eſt. Illius & manſuetudinem & humanitatem curiæ populo'que Romano perſpectam omnes collaudant.

REGIO TRANSPADANA.

TRANSPADANAM regionẽ Strabo in tris diuidit partes, Subalpinam, & Venetiam, in qua eſt Mediolanum, uſque Aquileiam: deinde Iſtriam. Plinius autem Subalpinam partim cum Liguria coniungit, ſecutus diui Auguſti diuiſionem. Deinde Trãſpadanam, in qua Mediolanum eſt, quam nonam regionem conſtituit; poſtea Venetiam, quam decimam. Poſtremo Iſtriam undecimam. Ego uerò itidem. De Subalpina igitur quæ utranq; ripam adtingit, diximus.

Ticinum flu. & oppidum

Nunc eam partem quæ poſt Ticinum uſque ad Ateſim continetur, exequar. Ticinum ex Alpibus in Padum fluens, oppidum ſui nominis habet, nũc Papiam, quod Plinius ait conditum à Leuijs & Maricis Gallica gente. Dirutum deinde ab Attila Hunnorum rege, atque iterum reſtitutum ab incolis, Odoacer rex rurſus diripuit, cum in ea Oreſtem Auguſtuli imperatoris patrẽ obſeſſum captum'que interfecit.

Balduini auſpicia

Poſt hæc annos ferè centum, Balduinus poſt longam obſidionem uictor ingreſſus, ac delere ſtatuẽs, equo in primo limine collabẽte, admoneri quodam modo uiſus, impij ſententiam animi mutauit, ſedem'que eam ſibi ac ſucceſſoribus conſtituit, qui diuerſis ædificijs ac muneribus exornauerunt.

Lombardia unde dicatur

Ex quo Lombardiæ toti regioni nomen inditum, quaſi Longobardia, quod etiam deiectis illis durauit.

Epiphanius præſul

ornatiorem tamen eam urbem reddidit Epiphanius eius præſul Aquileia oriundus, qui ad redimenda ſex milia captiuorum Mediolanenſium, regem Gallorum impulit. Hinc & Io. Pont. XVIII. fuit.

Pannonii

Ticinum tertio uaſtauerunt Pannonij igni, ferro'que graſſantes, quum in Italiam irruerunt, tẽpore quo Rodulphus Burgundus Italiæ regnum occupauit. Arcem in eo excitauit Ioannes Galeatius dux primus, cui ſorte Ticinum obuenit. Cænobium quoque Carthuſienſium extra muros ingenti addito paradiſo, nemora ſaltusq; claudendo, ubi feras ſpectaculo uenationis, priuatæ deliciæ uiderent. Poſt eius mortem Papienſes ſtudio partium Gibillinarum excitati, cuius factionis Beccharia familia princeps habebatur, Fazinum Canem cum exercitu in urbẽ introduxerunt, pacti fortunas Guelphorum: ille uerò nemini pepercit: querentibusq; Gibillinis reſpondit eos ſaluos ſatis eſſe, eorũ uerò bona quod Guelpha ſint, militibus ſe in prædam cõceſſurum, lepide cauillatus hoc modo in utriuſq; factionis inſaniam.

S. Columbanus

Oppidum Medœcia

Supra uerò Ticinum S. Columbanus oppidum, ubi ille cœnobium extruxit. Ab latere occidentis oppidum alterum etiã noui nominis Medœcia, in quo Cæſares diademate primum ferreo redimiri conſueuerunt, iam à CCCC, conſuetudine annorũ, muneribus ornata Theodorici regis, tũ Theodelindæ reginæ Longobardorum, quæ Ioannis Baptiſtæ tẽplum in ea magnifico excitauit opere, theſauro'que immodico locupletauit. Vegeuenum nouum & amœnum oppidum receſſus ducum Mediolanẽſium, ab eis & ædificijs, & aquis introductis nobilitatus. Nec minus Petro Candido Nicolai V. Pon. ab epiſtolis miniſtro, qui Appianum conuertit.

Vltra mediolanum regio

Adula mons

Bralius

Telina uallis

Sequitur Mediolanum de quo poſtea. Regio uerò, quæ ultra Mediolanum Alpes contingit, tota ferè ignobilis, ubi poſt Adulam montem, qui pars Alpium Rhetiarum eſt, uocatur'que hodie Mons Bralius, Telina uallis appellata iacet longitudine mil. paſſ. LX. ditionis Mediolanenſium. Huic & aliæ ualles coniunctæ, Agnedina, Camonica.

Agnedina

Camonica

Burmium

Larius lacus

Oppida Larii

In his oppida complura ſeu uici potius, inter quæ Burmium. Larius primo à ſeptentrione, in ortum hibernũ excurrit, inde in duo brachia diffunditur: altero Comum inter meridiem & occaſum petit: altero ad orientem Leucum, ubi Adduam amnem emittit. Circa Larium oppida, Glarea, Suricum, Domaſium, Grauedona, Muſecha, Muſsium lapidicinis inſigne, Arona. Menaſium: ex aduerſa Larij parte, poſt Adduæ oſtia Collicum. S. Nicolai fanum, Corenum, Delphus, Bellanum, Varena, Vallis ſaxina: præterea Mandellum, Leucum'que oppida munitiſsima, ducis Philippi Mariæ inſignem olim obſidionem paſſa. Contra Leucon, Malgratia, Orium, Ciuenna, Veſſena, Bellaſium. Vici, Nexum, Torium lanificio clarum. Pars Autem Larij quæ ab Menaſio Comum pergit, uici ſunt, Griantum uino laudatum, Iremetium, Letium, Sala, Colona, Arzena, Briona. Caſtra, Lugarium, Alium, Caratum, Moluaſium, Ceruobium: præterea qui uicus appellatur, ubi fanũ humiliatorũ, quo in loco olim Rufi uillã in epiſtolis Plinij celebratam fuiſſe conſtat.

Rufi uilla

Lamber flu.

Aſsis uicus & uallis Aſsina ad montem Brigantium uocatum pertinet, ubi Aſſium, Cantium, Caſsilinum, Scarena. Lamber amnis Incini plebem appellatam illabitur, à montibus Lario imminentibus cadit cum Eupilo excipitur. Eum lacum uulgò recentiores accolæ, à Luſiano uico, qui propinquus eſt, cognominauerunt. Inde emiſſus Medœciam iuxta, longe'que duobus paſ. mil. à Mediolano perfluit in Padum.

Oppida inter Lambrum & montem Brigantium

Oppida cis Lambrum

Inter Lambrum & montem Brigantium ſunt Lugarum, Inuergum, Monguтium, & ſupernè ad montes Peucianum, Puſianum, Boxiſium, Cornelum. Cis Lambrum Canturium uerſus Fabrica, Brutianum, Caſsianum, Albeſium, Carcanum, Herba, Orzanicum. Noua ſanè cunctorum nomina.

Comum

Comum uerò prope Larium Orobiorum ædificium, ut autor eſt Cato apud Plin. quorum originem ab eo ignoratam, Cor. Alexander ortam è Græcia dicit, & nominis etymum à montibus traxiſſe in quibus degunt. Trogus tamen unà cum cæteris ciuitatibus trans Padum à Gallis id oppidum conditum dicit. Strabo autem ſic: Comum deuaſtatum à Rhetijs, Pompeius Strabo Magni pater colonis eò deductis reſtituit: deinde Scipio tribus hominum milibus: poſtremo Cæſar quingentis militibus auxit, quos ciuitate donatos Nouocomenſes uocauit, & oppidum Nouumcomum.

Nouumcomum

Addua flu.

Laus pompeia

Hinc Addua plura circuit loca Brugnanum, Trilinium, Riuoltam. Vetus inſuper oppidum Laudem Pompeiam, quam Boij teſte Plinio ædificarunt: qua demum extincta alteram ad tertium lapidem Fredericus Aenobarbus, ut Mediolano damna inferret, extruxit.

Bergomum

Suprà Bergomũ eſt inter duos paruos amnes, Orobiorũ & ipſum ædificium ſicuti Comum Plinio, de quibus ſuprà dixi. Nunc harum ciuitatum factiones paucis repetam. Extincto ſiquidẽ Ioanne Galeatio, qui eas inuaſerat, præpotẽtes olim qui extorres fuerunt in antiquam dominationem redierunt, Ruſconi Comum, Vignatæ Laudẽ Pompeiam, Soardi Bergomum. Hanc enim ciuitatem prius Ioannes Picininus uicecomes ex ſorte tenebat, qui Coſiones antiquam familiam ex ea expulerat. Pulſus & ipſe tandem à Ioanne Soardo uiro audaciſsimo fuit: qui cum commodè rempub. contra hoſtes uicecomites tutare ſe poſſe minime uideret, eam Pandulpho Malateſtæ uendidit, ac ad hoſpitium Ioannis Franciſci Gonzagæ ueteris amici ſe recepit, ibi'que uſque ad extremum uixit. Poſtremo ab ipſis uicecomitibus per Ioannem Galeatium recepta, ciuem habuit noſtra ætate Bartholomæum Coleonẽ, qui rebus multis in Italia præſertim Tranſpadana geſtis deceſsit anno M.CCCCLXXV. ac Bergomi ſepultus.

Brixia

Brixiam urbẽ Cenomanni ædificarunt, qui poſt Inſubres in Italiam uenerunt Liuio Polybioq; teſtibus. Hanc expulſo Pandulpho Malateſta uicecomites ceperunt. Deinde

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

de Veneti contra Philippum ducem ſeptimo obſidionis mēſe receperunt anno M.CCCCXXVI. prodēte portam Petro Aduocato ex familia Mantuana olim extorre. Deinde Philippi ipſius longam paſſa obſidionem, à Frāciſco Barbaro eius loci præfecto magna uirtute defenſa eſt. In eius agro Ludronium & Romanum caſtra ſunt. Vnde Ludronum familia Brixiæ. In qua Paris Venetis contra Philippum militauit. Eſt item in eodem Carauagium, ubi nobilem illā cladē Franciſcus Sfortia Venetis intulit. Præterea Mercaria, Cādum, Lamacum, Clarum, Soncinum, Martenengum, Caſale maius. Olliū flumen ex Sebino lacu in plana deſcendens, primo Brixianum agrum à Bergomatibus, deinde Mātuanum à Cremonēſibus diuidit, donec padum illabitur, crebris hinc inde caſtellis & agris feraciſsimis munitum, inter quæ Platina eſt. Inter Ollium, & Padū, Cremona, Ro. col. Liuio lib. XXI. frequentibus adflicta ruinis. Priumm Antonianis tēporibus quādo ab Auguſto rerum potito ager eſt militibus datus. Deinde Vitellianis apud Bebriacum peracta pugna: Gothorum quoq;, deinde Lōgobardorum ſub Gedulpho rege an. DCXXX. euerſa: Frederici etiā Aenobarbi uim pertulit uſq; mœnibus deiectis: poſtremo Frāciſci Sfortiæ, quod ei iure dotis Blanchæ uxoris Philippo duce ſocero conceſſa fuerit, deinde rebellauerat. Factiones in ea tres, Caualcaboues, Donarienſes, & Ponzoni. An. M.CCCXII. Gulielmus Caualcabos pulſis Donarienſibus, qui Gibillinarum erant partium, dominationem patriæ Henrico imp. conſentiente corripuit, pluresq́ue tenuit annos. Cūq́ue reliquos eiuſdem factionis, qui ad oppidum Soncinum confugerant prælio tētaſſet, ſuperatus captusq́; atq; currui adligatus miſere diſcerptus eſt. Quo deinde exemplo uſi ſunt in reliquos Guelfos qui tunc aderant. Inter quos Venturinus Fundulus fugiēs à Vicario unà cū tribus filijs capitur, ac curribus prius tractus ſecuri percutitur. Anno deinde circiter M.CCCCVI. Vgolinus Caualcabos adſcitis Ponzonibus extincto Ioanne Galeatio, primum patriæ tyrannidem inuaſit: qui poſtea reiectis Ponzonibus aduerſis, Crabrinum Fundulum ex oppido Sonzino uirum impigrum exercitui præfecit. Is igitur in ſpem dominationis erectus ipſum Vgolinum è Laude Pompea cum Carolo cæterisq́; eius fratribus redeuntem aggreſſus trucidat. Ceſsit dein Philippo Mariæ duci, multa pecunia oppidoq́; Caſtiliono donatus. Verum cum mox res nouas moliretur, prodēte Oldrado Lampugnano eius neceſſario captus Mediolanum adducitur, in medioq́ue foro ſecuri percutitur. Ornatur inſuper hæc urbs ingenijs M. Furio Bibaculo poëta. Quintilio Varo Vergilij familiari. Gerardo Sub Ioneta medicinæ, aſtrologiæq́;, tum Chaldæarum Arabicarumq́ue literarum peritiſsimo, qui Auicennam Raſinq́ue ſiue Almanſorem cōuertit. Sequitur Mincius amnis, qui lacum Benacum efficit. Inter quem & Ollium Mantua ſita eſt, de qua poſtea. Inter Mātuam & Cremonam Brixellum. ſunt & noua oppida: Carauagium Venetorū clade inſigne, ubi XII. milia equitū, peditū IIII. à Franciſco Sfortia profligata. Riuam à ſanguinis corriuantis profuſione dictam uolunt, quod in eodem loco Grimoaldus Lōgobardorum rex Francos Tridento in Italiam ingreſſos magna cæde repulerit. Subloneta ex qua comites Perſiceti prodiere. Præterea Calcinatum, Carpinetum, Capriana, Godiū, Vallegium, alto in colle ſitum Mincio amni incubās: hinc murus interiectis turribus per aliquot paſſuum milia uſq; ad Tartari paludes ſe extendit: hoc tractu Villafranca media planicie ſedet, locus opere magis quàm natura munitus. Vrgatiū Scalana, Sanguinetum. Secundum Padum uerſus mare quædam etiam noua caſtra locaq́;, cœnobium S. Benedicti opulētiſsimum Matildis ædificium, in quo hoſpites cum quantauis comitum turba triduo excipiuntur. Oſtilia & Nugarolum

Obſidio Brixiæ
Ludronium Romanum
Ollium flu.
Cremona
Caualcaboues Donarienſes Ponzoni
Crabrinus Fundulus
M. Furius Bibaculus Quintilius Varus
Mincius Benacus Mantua Brixellum
Comites Perſiceti
Tartari paludes

Veronenſium ædificia, unde Nugarola familia Veronæ, ex qua Leonardum protonotarium ſummum theologum olim Ferrariæ magna facūdia diſſerentem uidi Francolinū, quod Eſtēſes ad tutādos eorum fines poſuere. Ferraria mari propinquat inter oſtia ferè ac brachia Padi, de quo poſtea. Padus ipſe apud Plin. in hanc ferè ſententiam enarratur. Etymum tradit à picea frequenti apud eius fontem, quæ Gallica lingua pades dicitur. A Græcis Eridanus uocatur. A Liguribus Bondingus, quod ſignificat fundo carēs. Cui rei eſt indicio quod ibi iuxta Bondicomagum uetuſto nomine oppidum eſt, ubi amnis præcipua exiſtit altitudo. Hic Phaëthōtis fabula & electrum ſudantium populorum; quas lacrymas eius ſororum dicūt. XXX. generoſos amnes in Adriaticum trahit. Quorum præcipui ex Apennino Tanarus, Trebia Placentinus, Tarum, Nitia, Gabellium, Scultemna, Renus. Ex Alpibus, Stura, Morgus, Duria, Seſsites, Ticinum, Lamber, Addua, Ollius, Mincius, Atheſis. Atq; hi lacus inclytos XI. procreant, è quibus præcipuos Benacum Mincius longum ſtadijs D. latum XXX. Verbanum Ticinus longum ſtadijs CCCC. latū minus quàm Benacus. Lariū Addua, longū ſtadijs CCC. latū XXX. Sebinus Olliū. Oſtia eius quod largius uomant ſeptem maria dicuntur facere. Primum oſtium Paduſæ uocatur ubi anguſta foſſa trahitur Rauēnam. Proximū Vatreni, quod Vatrenus amnis ex agro Forocornelięſi auget, quo Claudius Cæſar à Britannia triumphans prægrādi illa naui Adriam intrauit. Hoc oſtium ſpinetū ab alijs dictū eſt ab urbe Spina. Proximū deinde oſtium Capraſiū: deinde Sagis: deinde Volane, inter hæc foſſa Philiſtina, quā alij Tartarū uocant. Accedit his Ateſis è montibus Tridentinis & Tongiſonus ex Patauinorum agro. Pars eorū proximā portū facit Brundulū, ſicut Adronum Medoacus & Foſſa Clodia. In hanc ferè ſententiā Plin. Hodie noſtri nautæ ſed oſtia notauerunt, à dextra primarium olim Vatrenum à flumine appellatum. Ab læua Volanen. inter hoc & primarium Comaclina ſtagna oſtium habēt, imò portum potius quem Magnum uocant. Sed æſtuaria illa maris ſunt, quod ex ſalis concretione dignoſcitur. Ex ea item parte ubi Adriam abluit duobus oſtijs elabitur in mare. Id quod Volanæ propinquū eſt, albatum dicitur, reliquum uerò Gorium. Maioris autem huius hoſtium quod Adriæ ſiniſtram attingit Fornaces accolæ uocant. & hæc quidem de Pado. Comaclum, foſſa Clodia, ubi prælium obſidioq́ue Genuenſium, de quo in eorum hiſtoria narraui. Adria Tuſcorum ædificium quæ & mari nomen dedit, ut Plin. refert. Hanc Piſani cum claſſe ad ſacrā expeditionem parata ceperunt, Spinam autem in hoc littore idem autor à Diomede dicit ædificatam: Strabo uerò à Theſſalis: Dionyſius à Pelaſgis, qui ijdem ferè ſunt. Ambæ ſanè iam diu interiere, quanquam Adriæ quædam appareant ueſtigia: Spinæ penitus nulla. Ex harum ruina Aquileia creuit. Eſt & altera Piceni Adria.

Ferraria
Padus flu.
Bodincus
Bodincomagum
Tanarus
Tarus
Nicia
Gabellium
Scultemna
Renus
Stura
Morgus
Duria
Seſsites
Ticinus
Lamber
Addua
Ollius
Mincius
Ateſis
Oſtia padi
Paduſæ
Vatreni ſeu ſpinetum
Capraſium
Sagis
Volane
Foſſa Philiſt. ſiue Tartarus
Tongiſonus
Ateſis
Medoacus
Comaclum
Foſſa Clodia
Adria
Spina

RES MEDIOLANENSIVM.

AD Mediolani nunc reuerto Ferrariæq́ue ac Mantuæ reliquam hiſtoriam, quam ideo diſtuli, ut principum ſucceſsiones ſine interpellatione uideremus. Mediolanum igitur ſicuti de eo deq́ue pleriſque trans Padum inter res Gallicas latius ſcripſi, Inſubres Galli ædificarunt ex nomine relicti ab eis Mediolani, quod Ptolemæus inter Cenomānos ponit. De his Liuius li. XX. ait, Gallos Inſubres circiter annū urbis CCCCLX. ſubiugatos fuiſſe à Romanis. Rurſus li. XXXI. L. Furiū prætorē Gallos Inſubres rebellātes & Amilcarem Pœnū in ea parte molientem

Mediolanum

acie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

acie uiciſſe. Amilcare'que occiſo milia hominum x x x v i. fuiſſe interfecta. Et li. x x x i i. L. Furium Purpureonem & Claudium Marcellum Boios & Inſubres Gallos ſubegiſſe, Marcellum'que triumphaſſe. Poſt quem triumphum annos ferè D. Mediolanum pacatiſſimum fuit, ac principum Romanorum ſeceſſus, & quoddam quaſi diuerſorium amœnum à Traiano uſque ad Valentinianum. Quam felicitatē & quietem Arriani primum interpellauere per Ambroſij tempora. Poſt hæc Attila in Italiam ingreſſus cum omnem depopulatus eſſet Venetiam, Mediolanum euertit: quod paulopoſt reſtitutum parumper quieuit. Agitatum rurſus bello Gothorum & ducum Iuſtiniani, tandem deditionem facere coacti ſunt. A Longobardis etiam incommoda pertulit, quibus ex Italia pulſis annos c c c l x. ſub imperatorib. quaſi liberum floruit, donec Fredericus Aenobarbus an. M. c l x v. penitus dirutum colonis per uicina loca diſperſis reddidit. Exinde anno ferè v i. Frederico in bello occupato quod cum rege Gallorum gerebat, Mediolanenſes quaſi reſipiſcentes inita cum finitimis urbibus ſocietate ſolum antiquum repetunt, urbem triennio reficiunt, annos'que hoc pacto c l. continuo creuere uſque ad annum M. c c x x v i i. quo tempore uicecomites pulſis Turrianis urbe ſunt potiti. Poſt mortem uerò Philippi Mariæ populus in libertatem ſe erexit, ſed bello fame'que obſeſſi a F. Sfortia deditionem fecere. Fuere ex hac urbe uiri præclari tres pon. Alexander i i. Vrbanus i i i. Cæleſtinus i i i i. Mediolanenſis præſul Stephano v i i i. ſedente, & Hērico i i i. imp. Romano ſe pontifici ſubiecit, cum antea contendiſſet. Hic præterea factiones potentiſſimæ Vicecomitum & Turrianorum. Huius ultimæ Martinus princeps nomine, ac potentia clarus, Ecelinum quondam Italiæ terrorem ad necem uſque compulit. Deinde Philippus, Neapuleo, Guido ſucceſſores. Sed præter hos in ea nobiles familiæ Lampugnani, Gottæ, Petraſancta, Tuſcani, Porri, Caimi, Marliani, Boſſi, Triulci. Nunc uerò Vicecomitum inſequentium'que principum proſapiam res'que geſtas breuiter uideamus.

Autores Vicecomitum

Autores generis Vbertus & Berta anno circiter M. c c l. quatuor ſuſceperunt liberos Othonem Mediolanenſem, Vbertum Vintimilienſem præſules, Iacobum & Gaſparem.

Matthæus Magnus

Iacobo tantum Theobaldus filius fuit, qui Matthæum Magnum & Vbertum genuit. Ex Vberto Ioannes, Vercellinus, Otho fuere. In Matthæo res ſe primum extollere cœpit, qui & Maſeus eſt appellatus, & à rerum ac animi menſura magni nomen adeptus, uelut alter C. Marius fortunæ uices periclitatus.

Turrianorum factio

Anno ſiquidem M. c c c x i i. à Turrianis aduerſa factione, cuius Guido caput erat, expulſus diu latuit inter paludes lacunas'que Benaci piſcationibus uacans. Per Henricum deinde v i i. Lucemburgenſem imp. qui tunc Mediolanum uenerat, eius'que parti fauerat, ſpiritus adſumpſit, inimicos'que ſe ulciſcendo extorres reddidit.

Bonacoſa

Huius filij ex Bonacoſa uxore Galeatius, Ioannes, Luchinus, Stephanus. Galeatio nomen inditum auſpicio Gallorum, qui nocte qua natus fuerat maiori ſolito garrulitate cecinere. Is cum eodem imp. Romam profectus magiſter equitum eſt.

Acii res geſtæ

Accium & Marcum filios ſuſcepit, imp. Ludouico Bauaro pecunias imperanti acerrime reſtitit: quapropter ab eo captus & cuſtodiæ traditus, filius'que eius domo pulſus eſt. Caſtrutij deinde Lucenſis precib. Galeatius condonatus paulopoſt exceſſit. Accius uerò reditum pecunia impetrauit, patriæ'que tyrannidi ſuccedens Bauarum iterum Mediolanum obita Italia redeuntem minime recepit. Res geſſit, & admodum belli gloria floruit. Miſſus quondam à patre auxilio Caſtrutio Contra Florentinos, coniunctis caſtris prope Fucetium cum inimicis congreſſi ſuperiores fuere: qui uictoria elati apud Florentina mœnia caſtrametati multos dies otioſe conſederunt nemine ex oppidanis egrediente. Prima hæc expeditio Vicecomitum in Florentinos imperante Bauaro. His geſtis Altumpaſſum in eodem agro deinde Bononiā eodem Caſtrutio iuuante debellauit.

Vnde anguis inſignia

In qua expeditiōe memoratur, dum in caſtris meridiaret, in galeam uacuam quam prope poſuerat uiperam ingreſſam quieuiſſe: mox cum ſurgeret, galeamq; capiti aptaret, uiperam inde innocuam per ora dilabaſſe. Ex quo poſtea ſigna ſumpta. Alij uerò dicunt quod ex eorum familia quidā contra Saracenos res gerens, anguem ex hoſtis deuicti galea ademerit. Accio igitur ſine liberis decedente, Ioannes præſul Mediolanenſis & Luchinus patrui hæredes fuere, quibus primum ut uicarijs Mediolanum à Benedicto x i i. conceſſum, quod uacante imperio per Bauari tyrannidem eius iura ad Ro. pōt. pertinerēt. His igitur domi imperantibus, tres è fratre Stephano nepotes, Matthæus, Barnabas, & Galeatius nouem annos exularunt.

Ioannis præſulis res geſtæ

Ioannes præſul animo fuit indomito, armorum potius quàm ſacrorum ſtudioſus, ut qui continenter Italiam bello uexauerit, Parmam, Laudem Pompeiam, Cremonā, Bergomum, Genuam, Sauonam, alia'que loca trās Padum ſubegerit, quæ omnia in elogio ſepulcri in æde maiore continētur. Mortuo fratre Luchino fratris filios ab exilio reuocauit an. M. c c c l. in partem'que regni adhibuit.

Barnabas

Poſt cuius mortem Barnabas unà cum fratribus rempub. ſuſcepit, opes'ques inter ſe diuiſere, Bellum Bononienſe diu cum diuerſis pontificibus geſſit, quam ciuitatē pro iure ſuo ſibi uindicabat. Ceſſit tandem pactione pecuniæ. Regium à Feltrino Gonzaga l x. milibus nummis aureis mercatus eſt. Sarzanam Carrariam & reliqua in Lunenſi parauit, aduerſus Genuenſes qui rebellauerant iuuante Galeatio fratre dimicauit, pax data pollicentibus D c. aureorum milia. Vxorem duxit adhortāte patruo Ioāne præſule Maſtini Scaligeri filiam, quæ quoniam faſtoſa & imperioſa eſſet, Regina eſt cognominata,

Barnabæ proles

ex qua x v. ſuſcepit liberos, mares i i i i. Ludouicū Cremonæ, Carolum Parmæ, Rodulphum Bergomi, Maſtinum Laudis Pompeiæ principes cōſtituit: reliquas fœminas, quarum Viridis nupta Leopoldo Auſtriæ duci auo Frederici i i i. imp. Tadea duci Bauariæ. Valentina Petro regi Cypri. Catharina Ioanni Galeatio uicecomitti. Antonia Frederico regi Siciliæ. Magdalena duci Bauariæ, Agnes Franciſco Gonzagæ. Heliſabeta Erneſto duci Monachi in Bauaria, Angeleſia Frederico iuniori. Lucia Ludouico duci Andegauiæ primo filio regis Gallorum: deinde Baldaſſari marchioni Miſnenſi: poſtremo Admundo comiti Cantiæ Henrici Angliæ regis filio. Singulis uerò cētum aureorum milia dotes adſignatæ. Nothos habuit, primum fœminas i i i i. Bernardam, Ricciardam, Heliſabetam, Margaritam. mares v. Ambroſiū, Neſtorem, Lancilotū, Galeottum, Sacramorū:

Sacromorus

huius ultimi progenies adhuc durat: nā ex eius filio Leonardo Sacramorus alter natus, qui tris & ipſe genuit, Petrum Franciſcum, & Leonardum S. Celſi abbatem.

Galeatii proles

Nunc ad Galeatiū Barnabæ fratrem, ex quo reliqua fluxit progenies, quæ ad hunc uſq; diem regnauit. Is poſtquam cum Barnaba in patriam reſtitutus eſt ex Blancha Aimonis Sabaudienſis filia Ioannem Galeatium, & Violantam genuit, quæ Leonello duci Clarentiæ regis Angliæ filio cum dote quingentorum milium aureorum nupſit. Aduentu uiri nuptiæ celebratæ tanta conuiuij pompa, tantoq; ſumptu feruntur, ut nullæ ſimiles poſtea. Ad ſingulos intermiſſus munera ingentia fuere data, ubi adfuit & Petrarcha. Verum cū huiuſmodi gaudia ſemper dolor aliquis comitetur, ille quinto quā uenerat menſe extinctus eſt.

Ioannes Galeatius Comes

Ioannes Galeatius uerò Papiam liberam tunc ciuitatem per obſidionem cepit, ubi & māſit arce in ea quæ nunc extat excitata, uiuario'que haud longe à mœnibus & cœnobio Carthuſienſium, tum in ciuitate templo maiore

conſtru

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Virtutum primus dux

conſtructis. Is comes Virtutum & dux Mediolani primus appellatus omnium ſuorum memoriam rebus geſtis ſuperauit, quanquam à parricidio fuerit auſpicatus. Nam Barnabam ſocerum ſimul & patruum, ad quem ſimulatione ſalutandi Mediolanum ueniebat, obuiam prodeuntem in itinere adortus per proditionē cepit, in carceremq; coniectū mori coegit Mediolani imperio, cuius medietatem prius tenebat, occupato, filijs'que partim necatis, partim eiectis. Cuius facinoris cauſam Catharinam uxorem dicunt, paternas in eum prius inſidias manifeſtantem. Longe late'que imperij fines armis propagauit, omni penè Italia ſubacta. Bononiam quæ autore Ioanne Haucut rebellauerat ui recepit, ubi Actius Vbaldinus & Iantodeſchus alij'que duces profligati fuere. Veronam Franciſco Carrarienſi ademit. Senam, Groſſetum, Cluſium, Peruſiam, Piſas, Lucam, Vercellas, denique ciuitates XXIX. in Italia poſſediſſe dicitur,

Bellum cum Florentinis

Florentinorum perpetuus hoſtis cum quib. annos XII. bellum geſſit: in quo bello proceres Italiæ primi'que duces memorantur, Paulus Vrſinus, Lucas Canalis, Brachius Montonius, & Sfortia. extinctus eſt an. M.CCCCII. Non diu antequam decederet dux primus à Venceslao imp. factus: cui pecuniam multam per Cretenſem præſulem miſerat, qui poſtea Alexander V. pont. fuit. Duos omnino mares ex Catharina reliquit,

Ioan. Maria.

Ioannem Mariam, & Philippum Mariam: fœminam uerò unam, quam Lud. Aurelianenſium duci unà cum Aſta ciuitate dotis nomine in matrimonium locauit. Horum primus regnauit fera truculentior, ciues quotidie uarijs ſupplicijs necando: matrem quoque facta acerbius obiurgantem in arce Modœciæ mori coegit, dictitans in magna proſapia homines omnis generis eſſe oportere. Ipſe tandem dum ſacrificaretur à ſuis interfectus eſt. Cuius ignauia contigit, ut pleræque ciuitates rebellarent. Cremonam tunc Vgolinus Caualcabos & Ponzoni occuparunt. Otho Bonus Parmam pulſis Roſcijs. Bergomum Soardi. Comum Ruſconi. Laudem Pompeiam Vignatenſes. Vercellas Alexandriam'que Facinus Canis. Filij Barnabæ patriæ reſtituuntur. Omnis denique Italia res nouas ſpectabat.

Philippus Maria

Angleria caſtellum unde uicecomites

Philippus Maria fratri ſuccedit, Anglus cognominatus. Angleria enim, uti ſuprà dixi, caſtellum prope Mediolanum eſt, unde ſe originem uicecomites habuiſſe dicunt. is Papiam prius regebat: ante'que omnia Beatricem Facini Canis inclyti belli ducis defuncti uxorem in matrimonium duxit, quanquam imparem nobilitate, ut terras plurimas trans Padum ei hæreditarias adſequeretur. Quapropter auctus uiribus Barnabæ filios reuerſos, è Mediolano iterum expulit, è quibus Neſtorem in expugnatione Medœciæ interfecit. Denique rem paternam ſolus obtinuit. Cremonam antiquam familiæ poſſeſsionem Crabrino tyranno interfecto recepit.

Philippi res geſtæ

Bellum cum Venetis

Bononiam, Forumliuij, Forumcornelij pontifici reſtituit. Genuam ſubegit, deinde amiſit. Brixiam expulſo Pandulfo Malateſta eſt adſecutus, quæ mox à Venetis recepta, longi fuit inter utroſq; materia belli, nec longa obſidione ſuperata: ubi duces fuere Venetorum, F. Carmignola, Ioānes Malauolta, Gacta Melata, Ioānes Franciſcus Gonzaga, & Nānes Strotius eques Flo. à duce Ferrarienſi miſſus. Philippi uerò Frāciſcus Sfortia, Angelus Pergulēſis, Nicolai duo Guerrerius, & Picininus, Florauantus Peruſinus. Alfonſi regis Neapolitani quem captum olim dimiſerat amicitia perpetuo ſimul & auxilio eſt uſus, prouocatus etiam ipſius beneuolentia qui in mortis periculo eum hæredem quondam inſtituerat. Martinum V. item amiciſsimum à concilio Conſtantienſi redeuntem magnificentiſsime excepit. Duces copiarum habuit imprimis Nicolaum Picininum,

Italianus Foriulienſis

Ciarpelio

Italianum Foroiulienſem, quem poſtremo, quod in bello contra Florentinos cum inimicis conſentire clam comperiſſet, ſecuri percuſsit. Ciarpelionem quoque, qui ſub Franciſco Sfortia merebat, transfugam ſibi conciliauit.

F. Sfortiæ res

Deinde ad antiquum officium redeūtem inita inter duces ipſos concordia per Franciſcum apud Firmum cepit, ac capite mulctauit. Ipſo denique Franciſco multis in bellis uſus eſt, cui & filiam Blancham quam ſolam ex concubina ſuſceperat, locauit, quum ex ſecunda coniuge Maria Amedei Sabaudienſis filia nihil liberorū tuliſſet. Deceſsit tandem ex animi dolore cæcus penè factus, anno M.CCCCXLVII. Nam ad extremum fortunam commutatā uidit, Genuam amiſſam, N. Picininum ſpem eius unicam defunctum, exercitum ſuum ad Caſale maius iuxta Padū duce Micheleto Carmignola ab hoſtibus fuſum. Poſtremo Venetos Addua fluu. tranſmiſſo in agro Mediolanenſi caſtrametantes. Quodq; his omnibus deterius, nullum his malis ſubuenientem. Nam poſt acceptam Caſalenſem cladem Carolo Francorum regi per oratorem Thomam Thebaldum Aſtā urbem promiſerat, quæ ad Carolum Aurelianenſem ducem tunc dotali matris iure pertinebat, ſi ſuppetias ferret, ſicuti poſtea antequā moreretur biduo tradidit. Alfonſus rex unicus & fidiſsimus inuĕtus qui ſe ad iter cum exercitu accinxerat, quapropter hæres ab eo inſtitutus eſt. Verum Carolus quem ſuprà memoraui quod ex matre uicecomite natus eſſet, legitimum ſe hæredem appellabat. Fredericus item imperator imperij rem ſibi uindicabat. Inſtabat & Franciſcus iure uxoris. Denique Mediolanenſes lacerato teſtamento ſeſe in libertatem uindicauerunt, XII. ex plebe uiris reip. conſtituendæ gratia creatis, ſimul & Carolo Gonzaga exercitus duce clam accerſito transfuga è Frāciſci caſtris. Hi magiſtratus magnam nobilium cædem fecerunt qui rebus Frāciſci ſtudere uidebātur.

Sfortiadū genus

Is enim Sfortiam Attendulum patrē habuit, qui apud Cotignolam flaminiæ uicū natus ex humili loco, lixa quōdam in exercitu, ob præſtantes corporis uires, & quod cæteris æqualibus in præda uim adferret, id cognomen eſt adſecutus: paulatim'que uirtute effecit, ut è lixa gregarius miles, deinde equo adſcriptus, poſtremo exercitū duceret, ea laude ac felicitate ut ea tempeſtate tantū Brachio Montonio ſummo duci par haberetur: cū Alberici Cunij comitis ambo diſciplina enutriti eſſent. Extinctum ferunt in amne Aterno, quem Peſcaram nominant, dum puero è miniſtris eius uni periclitanti cupit ſuccurrere.

Franciſcus Sfortia

Franciſcus deinde patris, quem in cunctis expeditionib. fuerat ſecutus, quanquā adoleſcens relictus, diſciplinam ac gloriam longe ſuperauit, nō ſolum noſtrorum ſed ſuperiorum temporum ducibus cōparandus. Res geſsit cum aliorum tum Venetorum potētiæ ſæpe formidatas. Coſmæ Medicis, qui tunc in patria florebat familiaritate eſt uſus, cuius opibus etiam creuit. Venetorum exercitum cum eſſet Mediolanenſium copiarum dux, apud Carauagium memorabili clade ſuperauit, captis eorum uexillis. Poſt id Prælium Veneti pacatis reb. ac finib. ſtatutis, eum ſemper in honore habuere, ac ſibi omnibus uijs conciliauere ſtipendia dando. Elatus dein animo Franciſcus, & in ſpem principatus erectus, in Mediolanenſes, quib. ſemper militauerat, tandem uires conuertit: quos cum dura obſidione diu premeret, illi urgente fame auxilio'que Venetorum diem de die trahentium deſperato, legatum eorum Leonardum Venerium ſpe uana populum eludentem ad poſtremum in medio foro interfecerunt, Franciſcum'que in urbem & ducem receperunt. Qui confirmatis initio rebus Mediolanenſibus cum Venetis & Alfonſo bellum ſuſcepit, Renatum ſibi regem auxilio aſciſcendo. Pax tandem opera cuiuſdam monachi facta inuito Alfonſo. Ducibus copiarum eſt uſus Tyberto Brandolino, Nicolao Guerrerio Parmenſi Othonis III. filio, Florauanto Peruſino, Dulcio, Anguillario è gente Vrſina, Michaële Attendulo, Carolo Campobaſſo, & Roberto Seuerinate. Po-

ſtremo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Iãc. Piciuinus

ſtremo Iacobo Picinino, quem ſibi generum adſciuit Druſiana filia notha pacta, quæ antea Iano Fregoſo duci Genuenſi locata fuerat. Moxq́; miſſum ad Ferdinandum Siciliæ regem captum inſidijs utriuſque dicunt perijſſe. Nam patri eius Nic. Picinino ſemper æmulus fuerat, paternas imitatus ſimultates, quod Brachius cuius ille alumnus fuerat, ſemper Sfortiæ fuerit aduerſus. Itaque cum Eugenio in rebus concilij Baſilienſis occupato, Franciſcus eius perpetuus hoſtis Picenum inuaſiſſet, Alfonſi regis bellum uictor ſuſtinuit à Pont. miſſi. Erat cum Alfonſo Nicolaus Picininus, quem Franciſcus per tubicinem coram rege ſingulari certamine prouocauit, iuſſit'que appellari unum omnium ignauiſſimum hominem ſimul & proditorem. Ille commotus ſtatim ante oppidum quod cinxerant comparuit, at Franciſcus egredi nuſquam eſt uiſus. Capti in eo bello Iacobus & Fanciſcus Nicolai filij, qui ſpoliati bonis Philippi ducis precib. condonati ſunt. Nicolaus igitur ubi ſuos captos uidit, rè infecta domum abijt, animi'que mœrore paulopoſt deceſſit. Franciſcus autem exceſſit anno M. CCCCLXIIII. corpus eius triduo luctus gratia ab uxore adſeruatum, ſuperſtitibus'que unà liberis Galeatio, Ludouico, Aſcanio, Philippo, Octauiano, & Hippolyta Maria, quæ nupſit Alfonſo du-

Galeatius

ci Calabriæ Ferdinandi Siciliæ regis filio, Galeatius primus inter fratres in Gallia militãs regi Ludouico, accepto de patris morte nũtio ſtatim reuerſus, dux creatur: qui quo uixit tempore quanquam peritus rei militaris & impiger uideretur, nihil omnino geſſit, ut qui partam in ſumma quiete ditionem accepiſſet, luxuria ac libidine omnis generis alioquin tanta, ut omnis anteiret, ſuis'que propterea & odio

Ioannes And. Lampugnanus

& contemptui eſſet, à quibus tandem interfectus eſt, Ioanne Andrea Lampugnano Mediolanenſi aulicorum uno coniurationis capite ſimul & percuſſore, ac Georgij Lampu-

Georgius Lampugnanus

gnani nepote, qui poſt Philippi mortem inter autores populi libertatis & ipſe interfectus fuerat. adeo hæc eis indoles uti Brutis inſita uidebatur. Is igitur eũ aggreſſus in æde ac feſto diui Stephani in medio ſpiculatorum tribus uulneribus confodit. Statim trucidatus eſt, haud abſimilis ſeruo illi qui in Hiſpania Aſdrubalem ſimili quoque præſidio ſtipatum interfecit. Poſt eius mortem Ioannes filius puer admo-

Ioannes M. CCCCLXXVIII. Bona Sabaud. Cicchus Calaber

dum ſucceſſit anno M. CCCCLXXVIII. in tutela Bonæ matris Sabaudiæ ducis filiæ & Cicchi relictus. Is Calaber ex humili loco ob ſolertiam & rerum prudentiam apud Franciſcum auum pueri creuerat, rem'que Mediolanenſem diu adminiſtrauerat. Defuncto Galeatio apud quem etiam in honore fuerat, eius fratres in exilium miſit. Imperium

Ludonic. dux

puero conſeruauit, ſed reuocato à populo Ludouico confeſtim capite plectitur: Bona expellitur: puer interea adeo lẽtus fuit ut annos XXII. quibus regnauit cuncta autore patruo Ludouico ſint acta. Cuius auſpicijs ac prudentia Mediolanenſium dignitas ac opes conſeruatæ fuere. Decedente adhuc adoleſcente Ioanne à populo dux declaratus tutelam Franciſci pueri ſuſcepit, quem Ioannes ex Iſabella Alfonſi regis Neapolitani ſuſceperat. Blancham fratris Galeatij filiam Maximiliano Cæſari locauit. Ipſe uerò ex Beatrice Ferrarienſis ducis filia prolem etiam procreauit. Vir ore probo, moribus humanis, ingeniorum amantiſſimus, æqui ſeruantiſſimus. Nam & ſæpe ius dicebat, lites longas & inextricabiles breuiter cognoſcendo. Poſtremo fortunam, quæ centum doctorum hominum conſilia uincit, aduerſam habuit, in bello Gallorum proditus ac captus, uti ſuprà inter res Gallicas memoraui.

RES MANTVANORVM.

MAntua uerſu & genere Virgiliano notiſſima à Manto fatidica Tireſiæ filia Tyberis coniuge, quæ in hãc regionem uenit, à Tuſcis item originem habuit, quorum hæc una ex colonijs trans Padum miſſis. Hic quoque ut autores tradunt XII. Lucumones qui magiſtratus Hetruriæ fuerant, annuis'que imperijs Hetruriam regebant, habitauere. Sed clarior hic locus ante omnia ſanguinis prodigio, qui ex corpore dominico fluxit, & à Longino martyre ex humo collectus, ac in ſacellum Andreæ apoſtoli conditus. Locus deinde Gonzagarum munere ædificijs auctus. Quæ tunc res Caroli Magni temporibus Leonem III. pontificem ab urbe Roma uiſendi ſtudio prouocauit. Ipſius uerò Longini diu corpus ignoratum, ab Adelberto uiro ſanctiſſimo, diuino admonito ſpiritu egeſta humo repertum dicitur. Hic concilium Nicolai II. de deligendo à cardinalibus tantum pontifice celebratum. In quo Matildis eius urbis domina dicitur interfuiſſe. Poſtremo de expeditione communi aduerſus Turcas à Pio conuentus Chriſtianorum habitus. Hac urbe principes familiæ'que diuerſæ potitæ ſunt. Prius imperatorum conceſſione Matildim dicunt eam poſſediſſe, cœnobium'que uicinum S. Benedicti D. Anſelmo inſtante extruxiſſe, ubi uterque conditus. Anno deinde M. CCXX. Sordellus Mantuæ princeps habebatur, uaſtitate corporis ac uirium nulli ſua ætate ſecundus. Sæpe cum fortiſſimis congreſſus ex prouocatione uictor fuit. Adcerſitus à rege Gallorum cum primum coram adeſſet, negaret'que rex per iocum eum eſſe Sordellum, eueſtigio diſceſſit, reuocatus'que ac interrogatus cur abiret, ut, inquit, Mantua teſtes abducam qui de me probent. Ecelini Veronæ principis ſororem duxit, ab ea magno ſtudio per amorem expetitus, cum clam incognita Mantuam uſque ueniret. Ecelinus huius occaſione adfinitatis Sordellum poſtea ſæpe de Mantuæ proditione fruſtra tentauit: tanta illi uiro dominandi cupiditas fuit. Hic enim ex patre monacho appellato Theutonico, qui ſub Othone IIII. bello Italico meruit, natus unà cum fratre Albrico tantos ſpiritus adſumpſit, ut Italiæ regnum adfectauerit. Crudeliſſimi alioqui ambo, quibus mater Adelaita ſæpe malum uaticinata eſt exitum. Itaque cum apud Romanum uicum tranſpadanum nati eſſent, Paduam primo, deinde Taruiſium, Vicentiam, Veronam, Brixiam ſibi ſubiugauerunt. Ecelinus itaque relicto domi Albrico, ad obſidionem Mantuæ proficiſcitur, eam triennio grauiſſimo bello preſſit. Tandem cum rebus infectis diſcederet, ac Mediolanum poſtea contra Martinum Turrianum eius urbis principem tentaret, in prælio uulneratur, deductus'que permittente Martino Sontium, ibi moritur. Paulo'que poſt etiam Albricus frater de medio tollitur. Mantuani igitur poſt Ecelini obſidionem, id agri, quod medium eſt inter Mantuam & Padum, claudere foſſa ac uallo ſtatuerunt, quod accolæ Seralium uocant, triangulari forma, circuitu XXX. milliarium, ne per obſidionem hoſtium commeatu prohiberentur, cum ſit pars ea telluris feraciſſima. Poſt hæc inter Mantuanos & Cremonenſes ortum bellum de Olij poſſeſſione. Familiæ Mantuanæ illuſtres, Poltroni primum qui Cabroſos eiecerunt. Mox, Arlotti, Caſſalodi, Groſſolani, Agnelli, ac omnium potentiſſimi Bonacolſi. Quorum princeps Pinnamontes, qui prædictarum omnium ſimul familiarum paſſus olim coniurationem, omnes facile ſuperauit. Hic enim ab initio Mantuæ Magiſtratum trimeſtrem obtinebat, qui uitæ necis'que habebat poteſtatem unà cum collega Othonello magno ſanè uiro, quo per dolum de medio ſublato ſolus patriæ tyrãnidem exercuit annis XVIII. ſumma tamen omnium beneuolentia. Cui ſucceſſit Bardelarius publicum odium. Dein Boteſella ciuibus dilectus. Huic demum frater Paſſarinus. Cui filius erat Franciſcus, qui Philippino Aloiſij Gonzagæ filio familiaritate maxima coniunctus fuerat, poſtremo infenſus quod in ſuſpicionem adamatæ uxoris ueniſſet. Quapropter comiter eum ſalutanti olim

Lucumones

Matildis

Sordellus

Ecelini ge & bellum co tra Mãtua

Bellum Ma tuanorum & Cremonen tium

Familiæ illu ſtres Manta næ

Pinnamon

Bonacolſus

Paſſarinus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Philippinus Gonzaga

ti olim Philippino iratus reſpondit, ſe quandoq; talionē redditurum, uxoremq; eius in medio foro conſtupraturū. Quæ res egregio iuueni ac inſonti uiſa indigna, apud Guidonem fratrem reliquosq; ſuos primum queſtus eſt, illi de communi conſilio tollere de medio familiam ſtatuunt. Itaq; re diſſimulata Canis Scaligeri clam auxilio conuocato die quodam de improuiſo coniurati tumultum in foro faciunt. Paſſarinum apud curiam obuium & ad ædes ſuas clauſis foribus fruſtra intrare properantem interficiunt: ea demum cauſa, quod poſtea Gonzagæ in tumultibus præſertim fores continuo iubent eſſe apertas. Paſſarino interfecto reliqua ſanè turba diffugit. Gonzagæ imperio potiūtur, illi pulſi, cum imperaſſent annos LIII. In uictos pater Gonzagarū Aloiſius uti clementia iuſſit, nec perſequi ulterius, Frāciſcū ſceleris autorem capite tantum mulctauerunt. Nunc Gonzagarum genealogiam ſimul & res geſtas breuiter narrare cōtendam.

Gonzagarum progenies & res geſtæ

Ea ſiquidē ſicuti & pleriq; Italiæ nobiles ex Germanis huc olim profectis originem ſumpſit. Quorum princeps Aloiſius anno MCCCXXVIII. filios habuit, Guidonem, Philippinum, & Feltrinum. Ex ſecundo matrimonio totidem, Conradum, Albertum, & Fredericum. Poſtremo ex tertio quod fuit ex familia Maleſpinarū totidem, Aetium, Iacobū, & Ioannē.

Tres eodē tēpore nuptiæ patris, filii & nepotis

Eodem igitur tempore tres nuptiæ celebratæ patris Aloiſij, filij Conradi, & Vgolini nepotis ex Guidone, quorum alter Maſtini Scaligeri ſororem, alter Papienſem uirginē è gente Becaria duxit, ubi omnis ferè regio Trāſpadana ad celebritatē concurrit, ac dona ingentia adlata. Aloiſius item & ipſe CXX. equos donauit. Philippinus poſt hæc ſub Lodouico Pannoniæ rege meruit, in Italiam contra regem Neapolitanum ueniente.

Initiū belli cū Vicecomitibus ex adulterio Iſabellæ & Vgolini Gonzagæ

Domi interim ortum bellum à uicecomitibus ex adulterio Iſabellæ uxoris Luchini uicecomitis, & Vgolini Gonzagæ Guidonis filij. Hæc ſimulata apud uirum religionis cauſa Venetias ad Aſcenſionem eundi iter ingreſſa Mantuam uenit, ubi in domum Gonzagarū hoſpitum & amicorum uiri diuertit. ibi poſt cœnam clam noctu Vgolinum in cubiculum uocat, amorem aperit, eius ſe cauſa eò profectam dicit, ſecum cubare unáq; iter facere ſecum uelit obſecrat. Quod facinus poſt iter confectū ubi compertum eſt, Luchinus Tranſpadanos ſuoſq; omnes in ultionē excitat, rem indignam, uiolatum hoſpitium queritur, eueſtigio Mantuam obſidione cingunt. Guido pater inſons dolore penè exanimatus paulominus, quin ipſemet meritas à filio pœnas morte expeteret: res tandem compoſita ac ſedata interuenientibus pacificatoribus, utriuſq; partis amicis. Interim Aloiſius moritur annorum XCIII. felix prole liberorum ac nepotum.

Guidonis progenies

Guido natu maior rem paternam adminiſtrabat: liberiſq; tribus ſuſceptis: Vgolino, quem ſuprà nominaui, Franciſco, & Ludouico, hi duo ultimi indignati, quod pater tantum primo habenas tradidit, contra Vgolinum coniurant.

Vgolinus à fratribus interficitur

Itaq; Franciſcus eum ad cœnam inuitat, interim Ludouicus de improuiſo adeſt, Vgolinumq; in menſa confodit, conantiq; reſiſtere, alter Frāciſcus qui prope aderat uulnus iterat. Tulit pater infelix acerbo rem animo, ſimul & tota ciuitas. Quem luctū liberalitate ac ludis ſedare quæſiuerunt in nouis nuptijs Franciſci habitis: qui filiā Guidonis Polentæ Rauennatis principis ea tempeſtate duxit.

Barnabæ obſidio

Barnabas interim uicecomes ægrè ferens parricidium fratrum, uindicare bello ſtatuit, eo quod uxor trucidati Vgolini ſua neptis fuerat, quā ſubito domū reduxit. Itaq; obſidione Mantuam cingit. Illi ad Caroli imperatoris hoſpitis auiti præſidium confugiunt, qui tunc in Italia res gerebat, ac ab Aloiſio quondam honorifice exceptus fuerat, cum ad diadematis ſolennia proficiſceretur. Res tandem per ſequeſtros tranſacta. Paucis poſt annis Franciſcus moritur, poſt eum Guido pater, quem uti parentē ciuitas luxit.

Ludouicus

Ludouicus itaq; rem tenens, ædes in quibus nunc habitant ſucceſſores extruxit.

Aedes principales

Franciſcus

Frāciſcum filium ex Alda uxore ſuſcepit, cui adhuc impuberi Agnetē Barnabæ filiam locauit, ipſe in adulterio deprehenſus capite à Mātuanis plectitur. Franciſcus anno ætatis XIII. ſalutis uerò MCCCLXXXII. rei paternæ ſuccedens, quod ducis Ioannis Galeatij fœdus ac ſocietatem belli negaſſet cupiens in pace uiuere, in eius contumaciam uenit, ex quo anguem tunc è ſignis Gonzagarū deleuit, quem ex obſeruantia uicecomitum acceperant. Hinc itur ad arma.

Io. Galeatii obſidio.

Annum Galeatij obſidionem magno periculo ſuſtinuit, ubi multum militum, ac hominum fortium conſumptum eſt. Fuere duces partium Gonzagarum Guido Torellus & Bertolinus Gonzaga uir fortiſſimus. Hoſtis uerò Vgoloctus Blancardus.

Vgoloctus Blancardus

Tandem auxilio Venetorum qui Ioannem Barbum cum claſſe miſerant, & ſequeſtro pacis Carolo Malateſta uiro omnium ea tempeſtate iuſtiſſimo res compoſita.

Galeatii Gonzagæ fortitudo

Dicitur in eo bello Galeatium Gonzagam uirtutem maximè oſtentaſſe. Hic uelut alter Hercules uaſtis uiribus ac corpore, plures ex prouocatione uicit: inter quos Buccialdum ingentem Gallum tunc Genuæ præfectum. Franciſcus poſt hæc eidem duci contra Bononienſes & Ioannem Bentiuolum militauit, ubi cepit Iacobum Carrarienſem, proq; eò captiuo ſpopondit libere Mantuæ uagari permiſſo.

Iacobus Carrariēſis captiuus aufugit.

Ille humanitate principis abuſus aufugit: unde querela magna exorta. Extincto duce contra Carrarios Venetis militauit, eoſq; de ſtatu rerum omnium penitus deiecit. Moritur anno MCCCCVII. relicto Ioanne Franciſco ex Margarita Malateſta filio puero XIIII. annorum.

Ioannes Franciſcus

Is initio principatus cœnobium Cartuſienſe abſoluit. Paulam Malateſtæ Ariminenſis filiam, laudatam ac religioſiſſimam mulierem duxit, ex qua Ludouicum ſuſcepit cum reliquis fratribus.

Barbara Brandeburgenſis

Cui Barbaram marchionis Brandeburgenſis filiam locauit. Hæc adfinis erat Sigiſmundi imperatoris, quem hoſpitio excepit, ſimul & ab eo marchio primus factus. Deceſſit anno MCCCCXLIIII. principatu quadrifariam diuiſo. Ludouico maiori Mantuam, Marturiam, Godium, & quicquid ad Veronenſes uergit, Carolo Regiolum, Gonzagam, Luzariam, & quicquid de Cremonenſibus poſſidebat. Ioanni Lucido qui gibboſus erat, Caprianam, Voltam, Redengum, Cereſariam. Alexandro religioſo Cannetum, & quicquid ex Brixianis tenebat, reliquit.

Ludouicus

Ludouicus igitur patri ſucceſſor ac diu cōtumax fuit. Nam in bello Brixienſi cum Venetis militaret ad Philippum hoſtem transfugit, ubi ſub Nicolao Picinino militiæ rudimenta accepit: quod pater ita ægrè tulit, ut eius & congreſſum & adſpectum & mentionem penitus interdixerit, uixq; tandem biennio antequàm decederet recōciliatum admiſit. Adſecutus hæreditatem cum Carolo fratre bellum de imperio geſſit. Is enim Carolus uaſto uir corpore ſimul & robore, ſatis etiam eloquentiæ, animo tamen malo prauoq;. In bello quondam inter Franciſcum Sfortiam & Mediolanenſes bis utrinque transfuga, ac Franciſco tandem conciliatus ſpondente Ludouico fratre fuerat. Cumq; promiſſis minime ſtando res nouas moliretur, Ludouicus indignatus caſtra omnia quæ ex patrimonio poſſidebat ei eripuit. Ille Venetorum quibus militabat, auxilijs armatus contra fratrem uenit. Res aliquandiu timori Mantuanis nec procul à periculo fuit. Tandem Ludouicus ſuperior captis cæſiſq; plurimis apparuit. Ille fugiens ſenex poſtea in paupertate deceſſit.

Fredericus impera. hoſpitio exceptus

Rebus deinde conſtitutis Ludouicus imperatorem Fredericum III. primum Romam petentem hoſpitio excepit, eiuſq; adfinem Margaritam Bauariæ ducis filiam accepit, ex qua genuit Fredericum, qui ditioni ſucceſſit, Ioannem Franciſcum, Rodolphum & Franciſcum cardinalem à Pio Pont. factum, qui noſtra ætate apud ædis

Ludouici proles

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Laurentianas habitabat. Vir iocis & otio natus, luxu regio ac præter facultates, alioquin uerax, & inter patres conſilio haud inutilis. Deceßit admodum iuuenis ex intemperantia. Frederico autem natus Franciſcus cum fratribus patrium nunc imperium continuat.

RES FERRARIENSIVM.

FERRARIA à Smaragdo patricio exarcho Italiæ dicitur mœnibus circundata, uocataq; à ferro præſulibus Rauennatibus quibus ſubdita erat, ſicuti Argenta & Aureolum uicina oppida ab eius generis metallis: eam occupatam ab Henrico III. imperatore, pontificis hoſte, Matildis comitiſſa Venetorum Rauennatumq; auxilijs uindicauit. Eſtenſium deinde familia, quæ ex Eſtenſi oppido trans Padum uenerat, ciuitate potita eſt, cuius princeps Actius rempublicam adminiſtrabat, Frederici II. imperatoris tempore. Is dicitur in quadam hiſtoria Matildem poſt uiri mortem cepiſſe in matrimonium, quod non ſanè conuenit, cum illa anno MCXVI. deceßiſſe appareat, Henrici II. ex Beatrice ſorore neptis. Vocatus deinde ad Veronæ imperium à factione comitum S. Bonifacij, mox ab Ecelino tyranno pulſus, armis Mãtuanorum reſtitutus eſt. Prælio deinde apud Veronam inſtaurato & Actio interfecto Ecelinus potitur, anno MCCXXV. Huic Aldobrandinus filius, qui iuuenis admodum extinctus ſucceſſorem fratrẽ habuit Actium II. qui domo pulſus à Frederico II. Ferrariam occupante, inducto tyranno Salinguerra Ferrarienſe ad Gregorium Montelongum Italiæ legatum tunc agentem Bononiæ confugit. Legatus eueſtigio comparatis auxilijs Venetorum ac Mantuanorum, tum etiam Ecelini, qui Actij ſororem duxerat, Salinguerram expulit, urbemq; Actio loco Romani pontificis regendam tradidit, Gregorio IX. probante. Is deinde Caroli II. regis Neapolitani filiam Beatricem ſecundo matrimonio duxit, cum è primo Friſcum ſuſcepiſſet. qui patri iratus ob inductam nouercam, ſimulq; dominandi cupidus, eum in carcerem coniectum mori coëgit, auxilioq; Venetorum urbe potitur. Ferrarienſes ob facinus indignati Palagurram tunc legatum in ultionem tanti facinoris ſollicitauere. Legatus Friſcum Venetosq; ſacris interdicit, quos deſiſtere nolentes armis expugnare decreuit: Diegumq; Catalanum impigrum ducem cum exercitu mittit, qui tumultus autores quos habere potuit, capite mulctauit. Friſcus truculentior factus ſtatim aduerſarum partium homines cunctos trucidat, urbemq; ex parte magna incendit. Quare populus concitatus illum ad portam leonis inſecutus iugulauit, probante Dalmatio Guaſcone Clementis IIII. in ea urbe uicario. Nec Venetos tamen prohibere potuit quin dimidiam ferè urbis partem tenerent. Friſco igitur ſublato Rainaldus frater alter Actij filius qui ſuccedebat, in carcere etiam extinctus, Obizonem paternæ rei ſucceſſorem reliquit, qui primus extra nidum paternum lacertos mouit, Regium Lepidi, ac Mutinam bello ſibi ſubiugauit. Huic Accius III. filius ſucceßit, qui in bellis & ipſe frequenter fuit, Parmam, Bononiamq; tentauit: cumq; liberis careret, duobus imperium ex fratre Albobrandino nepotibus dimiſit, Rainaldo qui prior regnauit, & Nicolao. Rainaldus igitur ampliandorum finium cupidus, Argentam Rauennatis præſulis oppidum Paſſarino Bona colſo auxiliante occupauit. Deinde cum Scaligeris iunctis copijs caſtrum S. Felicis in agro Mutinenſi obſedit, quod oppidum Manfredus rex cum alijs XXX. caſtellis Carolo Boëmiæ regis filio commendauerat. Quamobrem Carolus ipſe ac Manfredus cum Beltrando copiarum pontificis duce obſidentes caſtrum adoriuntur, partimq; fugant, partim capiunt. Inter quos fuit Nicolaus Rainaldi frater. Legatus igitur pontificis ſucceſſu rerum auctus animo ac uiribus, his rebus ſuperuenit, Ferrariam uerſus tendens eam obſidere cœpit. Rainaldus princeps Nicolai frater qui urbis cuſtodiæ remanſerat, egreſſus mœnibus hoſtes prælio ſuperat, ac duces ferè omnes cepit. Galeottum Ariminenſem, Franciſcum Ordelaphum, Ricardum Manfredum Fauentinum, Hoſtaſium Polentanum, quem cum Nicolao fratre commutauit, quos omnes iuratos ne amplius contrauenirent liberos dimiſit. Poſt hæc Ferrarienſium precibus commotus, qui ſacris interdicti fuerant, Argentam pontifici ſponte reddidit. Decedens ad extremum Obizonem II. ex Nicolao fratre nepotem reliquit ſucceſſorem. Hic à Benedicto pontifice per legatum Ferrariæ, Mutinæ, ac Argentæ S. R. E. uicarius tributi conditione X. milium aureorum primus eorum conſtituitur, Parmam Maſtini Scaligeri urbem ab Accio Coregiate qui eam tueri non poterat, ſponte traditam recepit, quam & ipſe paulò pòſt cum contra Philippum Gonzagam, cuius perpetuus hoſtis ob Regium Lepidi fuit, tueri minime ualeret, Luchino uicecomiti tradidit. Ad extremum deceßit Nicolao & Alberto filijs ſuperſtitibus. Nicolaus II. pontificum perpetuus fuit amicus atque adſertor, cum Barnaba uicecomite ſæpe bello congreſſus plures retulit uictorias, inter quas illa memoratur, quam apud montem Morlanum in agro Brixienſi adſequutus eſt. Fauentiam urbem à Ioanne Haucut duce Anglico XX. milibus nummum aureorum, deinde Bagnacauallum emit, quam ciuitatem haud multo poſt Aſtorgius Manfredus per proditionem adeptus eſt. Ferrariam diuerſis muneribus ornauit. Poſtremo cum ſine liberis eſſet, Alberto fratri imperium patrium annis XXXV. ab ſe rectum reliquit, qui & ipſe cum legitima careret prole, Nicolao III. ſpurio filio rem dimiſit, anno MCCCXCIIII. Is puer admodum in cura tutorum relictus, ab Accio è familia Eſtenſium ut nothus impugnatus, à Venetis, Florentinis, & Bononienſibus defenſus eſt. Qui Accium non ſolum urbe ſubmouerunt, ſed etiam captum in Cretam relegauerunt. Igitur Nicolaus dum per ætatem licuit Othonem III. tyrannum Parmenſem inimicum habuit. Quapropter operam dedit, ut ſpecie colloquij circumuentus à Sfortia obtruncaretur, Regiumq; Lepidi ac Parmam quibus ille dominabatur, in ſuam redegit poteſtatem: inde ad publica domi munera mentem applicans, in uico Stellata munitiſſimam arcem, alteramq; item è regione Ficarolum extruxit, ubi & catenam ex utraque trahi uoluit, quæ Padi ripas communiret. Belreguardum item amœnum Eſtenſium ſeceſſum ædificijs ornauit, uxorem duxit Zilolam filiam Franciſci iunioris Carrarienſis, cui & contra Venetos auxilium tulit, quamobrem & durißimum poſtea eorum ſuſtinuit bellum. Concilium Ferrariæ ſub hoc tempore ab Eugenio celebrari cœptum eſt. Liberos è diuerſis pellicibus Leonellum & Borſum ex ſucceßione dimiſit hæredes. Suſcepit item duos alteros ex ſecunda uxore è marchionibus Salutiarum orta Herculem & Sigiſmundum, Deceßit Mediolani poſtquàm regnaſſet annos XLVII. uir admodum inter Eſtenſes præterquàm quòd literis caruit felix. Leonellus è Stella pellice ortus annos IX. rexit eleganti uir ingenio. Ferrariam ex parte Padi nouis auxit mœnibus, uicos urbis renouauit, uias munijt. Moriens Nicolaum filium puerum, quem ex uxore Ioannis Franciſci Gonzagæ filia ſuſceperat, Borſo commendauit, ut hæreditatem illi quam ab eo acciperet, dimitteret. Borſus itaque ex pellice Senenſi Ptolemæorum familiæ genitus, inito principatu ne qua inter fratres naſceretur inuidia, Herculem & Sigiſmundum

Margin notes: Matildis — Aldobrandinus — Actius II — Gregori⁹ Mõtelongus — Salinguerra tyrannus — Friſcus — Palagurra legatus — Diegus Catalanus — Obizo — Accius III — Aldobrãdinus — Rainaldus & Nicolaus fratres — Obizo II — Nicolaus II — Albertus — Nicolaus III — Leonellus — Borſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

dum quos Neapolim Leonellus relegauerat, adcerſiuit, ſimulq; cum Nicolao aluit, mœnibus urbem reſtituit, Cartuſienſium nobile cœnobium extruxit, ubi & ſe contumulari poſt fatum mandauit. Ingenijs magnopere fauit, quæ undiq; excita domi alebat, inter quæ Titum Strotium poëtam Florentinum, Ioannem Auriſpam, Vgonem Medicum, Petrum Bonum lyriſten egregium. Dux Mutinæ factus à Frederico III. dum illac iter ille haberet. Poſtremo apoſtolorum baſilicas ac pontificem magna comitum pompa nobis ſpectantibus ſalutatum uenit, à Pauloq; magnifice exceptus paucis poſt diebus abijt. Exceßitq; anno ſequenti, quo tempore & Paulus ipſe, anno MCCCCLXXI.

Hercules

Hercules deinde rem ſuſcepit auxilio Venetorum, cum Nicolaus Leonelli filius qui ex pacto quo pater cum Borſo cõuenerat, ſucceſſurus uidebatur, urbem aliquandiu tenuiſſet, ſed pulſus tandẽ ad Ludouicum auum maternum Mantuam confugit, ibiq; poſt annos tris reditum tentans obæratos circiter octingentos armauit, captaq; occaſione per abſentiã Herculis nocte Ferrariam ingreſſus de improuiſo forum inuadit, magno fragore uela uela clamitando, quod eius teſſera fuerat. Cumq; nullus per aliquot horas amicorum inſurgeret, Sigiſmundus Herculis frater collecta ruſticorum & oppidanorum turba eos eiecit, perſecutusq; extra urbem Nicolaum in quadã palude delitеſcentẽ cœpit cum XX. comitibus, ac ad Helionorã Herculis uxorẽ duxit. Illa ſtatim uirum è Belreguardo euocat: qui poſt diem tertium Nicolaum ſecuri percußit: maneq; poſt funeris pompa atratus honorauit, ſepulcroq; maiorum intulit. Poſt hoc à Florẽtinis, qui à Sixto Pont. & Ferdinando rege Neapolitano oppugnabantur, dux exercitus delectus. Anno deinde tertio in diſſenſionẽ cum Venetis uenit, quòd nõ ſeruare uetus cum illis fœdus diceretur. Quapropter bello ab eis petitus, uſque adeo fame ac armis diu premabatur: ut niſi Sixti ac ducũ prædictorũ ingẽs ac pertinax fuiſſet auxiliũ, proculdubio ſuccubuiſſet, ut alibi narraui. Ex Helionora Ferdinandi regis filia prolẽ habuit, in qua primus Alfonſus rebus paternis ſucceſſurus, Alexãdri Pont. qui toti Aemyliæ ſuis tributarijs bellũ indixerat, uexationi occurrit, ducta nuper eius in matrimonium filia Lucretia.

VENETIA REGIO.

SEQVITVR ſecũda Trãſpadanæ pars quam Venetiã appellant: hodie uerò Marchiam Tauriſianã. Longobardi enim Italia potiti eam partim Ducibus, partim Marchionibus commiſerunt: qui lingua eorum perpetuum magiſtratum & hæreditarium ſignificant, cum duces non ex ſucceßione fuiſſent. à Carolo autem magno Dalmatia ſuprà mare hæc pars appellata. Termini eius Atheſis uſq; ad Timauum qui ſuprà Aquileiam fluit. In quo tractu Foroiuliẽſes ſunt.

Venetorum origo

Venetorũ autem originis Straboni duplex fama: aut à Venetis Galliæ Belgicæ, aut ab Enetis Paphlagoniæ populis, qui poſt bellum Troianũ unà cum Antenore hæc loca petierũt. Plin. uerò autoritate Catonis Troiana ſtirpe ortos eſſe dicit.

Verona

Igitur ad ipſum Atheſim urbs Maxima VERONA à Cenomãnis una cum Brixia uti ſuprà dixi, ædificata. Clara Catullo, Plinio, Aemylio Macro, ex recentioribus uerò Zenone urbis Præſule ſanctißimo:

Luchinus Vermes

præterea Luchino Verme qui Cretam Venetis rebellem ſua uirtute recepit: deinde in Turcas profectus Chriſti cauſa certando perijt.

Iacobus Vermes

Iacobus Vermes eius filius collabentẽ ſæpe Ioannis Galeatij exercitũ reſtituit. Armoricarũ Comitem & Ioannẽ Haucut aduerſus Mediolanũ eo tempore uenientes prælio apud Alexandriam conſerto profligauit, Comitemq; cœpit.

Monticulẽſes & Comites S.Bonifacii

In eadẽ urbe duæ ſunt omnino factiones, Monticulenſes, & Comites S.Bonifacij. hi Monticulenſes creato Accio Eſtenſi urbis Tyranno deiecerũt: qui ab Ecelino poſt ea pulſus, inde reſtitutus: tandem commiſſo bello, & Accio interfecto Ecelinus potitur an. MCCXXV.

Ecelinus Tyrannus

immanißimus Tyrannus: ut qui CC. Veronenſes in carcere cremauerit. Cumq; audiſſet de Paduæ defectione, XII. millia Paduanorũ, quos militiæ prætextu obſides ſecum duxerat, diris adfectos cruciatibus Veronæ necauit. Quo extincto apud Soncinũ oppidum, Veronẽſes S.Bonifacij comitibus reuocatis in libertatẽ erecti aliquot annos quieuerũt.

Scaligerorum progenies & geſta

Canis grandis Maſtinus I

DEINDE Scaligeri ciues Veronẽſes patriæ Tyrannidẽ occupauerunt: quorum autor Canis grãdis Alberti filius Maſtini Capitaneorũ nepos, primus ex ea familia qui lacertos ditionis extenderit. Tribunus populi quem Capitaneũ uocant, creatus annos ferè XX. dominatus eſt. Ciuitateſq; Cremonã, Parmã, Regiũ, Vicentiã, Paduam, Fertinum, Tauriſiũ, in poteſtatẽ redegit: Gonzagis auxilio fuit, ut eiecto Paſſarino Mantua potirẽtur. Deceßit ſine liberis relicta fratris Alboini filijs tyrãnide Alberto & Maſtino:

Maſtinus II

quorum Maſtinus defuncto breui tempore fratre præfuit annos XVII. non minori atq; patruus animi magnitudine: ut qui Bauaro imperatori formidini fuerit: imperioq; maiorum Bergomum & Brixiam uicecomitibus, & Parmam Roſcijs ademptas adiecerit. Dein Lucam, Vicentiam, Paduam eius principe Vbertino expugnato recepit. Quare iam uicinis inuidioſus bello petitur à Venetis primo: deinde à Luchino uicecomite: qui pacem poſcenti hac conditione dederunt, ut & uicecomites & Vbertinus ſuas poſſeßiones reciperent, ipſe Veronam, Vicentiã, Parmam, Lucamq; teneret. Sed cum eas tueri non poſſe animaduerteret an. MCCCXLIIII. Lucam Florẽtinis uendidit. Parmam uerò Carrarienſes abſtulerunt.

Canſignorus Alboinus Canis grandis II Friganus nothus

Filios ſuſcepit Canem grandem Canſignorum & Alboinum. Filiam uerò Viridem Beatricem quam Barnabæ uicecomiti locauit. Ex pellicibus uerò plures alios. Canis igitur iunior Tyrannidem annos XLII. tenuit. Quo aliquando abſente Friganus eius ex concubina frater capta occaſione Veronã inuadit: quem reuertens Canis cum exercitu obſedit: deniq; potitus de fratre deq; ſeditioſis ſupplicium ſumpſit: uerum inſequente anno à Canſignoro Alboinoq; fratribus ciuibusq; unà conſpirantibus Verona expellitur.

Canſignorus

Canſignorus uerò poſtquã dominatus aliquot annos fuiſſet, circa annum MCCCLXXVII. extinctus eſt, relictis Antonio & Barptolomæo filijs:

Antonius & Barptolemæus

qui æquo iure annos V. regnauerũt. Antonius per proditionem & ſcelus fratre à ſe interfecto paulò pòſt à Frãciſco ſeniore Carrarienſi bello petitur. Cumq; expugnari non poſſet, Ioannem Galeatiũ uicecomitem ducem cõtra ſe adcerſitum non ſuſtinuit. Itaq; ipſius Ioannis Galeatij fidei Verona tradita Antonius exulauit.

Antonius expulſus Gulielmus

Cuius filius Gulielmus mortuo Ioanne Galeatio, ac rebus trans Padum turbatis ad regnũ paternum recuperãdum animum adplicuit, fretus auxilio Florentinorum quibus militauerat, ac unà cum filijs Veronam nocte quadã ingreditur, eademq; ab ipſis Carrarienſibus captus eſt, ac ueneno ſublatus.

Brunorus & Antonius

Brunorus uerò & Antonius eius filij cum annum in pace Veronam poſſediſſent, ab Iacobino Carrarienſi in uetus Caſtellũ uocati per dolum conficta cauſa necati ſunt. In quibus Scaligerorum familia defecit, quæ annos ferè LXX. regnauit.

Inſcriptio Veronæ

In eadem urbe in exteriori porta Burſariorum hæc hodie inſcriptio cernitur. Colonia Aug. Verona noua Gallieniana. Val. II. Non. Aprilium dedicari Pr. Non. Decembr. Iubente ſanctißimo Gallieno Auguſt. Inſiſtente Aurelio Marcellino. V. P. Duc. Curante Iulio Marcellino. Nunc ad reliqua tranſeamus.

Tridentum

Secundum flumen Atheſim, uerſus eius ortum, Tridentum eſt oppidum, à Rhetis unà cum Fertino & Berna ædificatum Plinio. Inferius uerò Benacus uarijs ornatur caſtellis: Peſcara, Lunato, Lagiſio, Bardolino, Garda: unde lacui nomen,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

men,Turri,Malſenno. Ex alia parte,Sirmio Catulli patria, Riuoltella,Minorbio,Feliciano, Parluaſio, Poſtremo Salodi totius regionis capite : ex his Peſcara & Lunatum antiquæ Mantuanorum poſſeſsiones arbitro F.Sfortia ineundæ concordiæ gratia Venetis ceſſere,Ludouico Gonzaga ægre ferente. Inter lacum quoq; & mare optima terra in inſulæ modum panditur, oppidis etiam nouis referta : de qua paucis ab hinc annis ingens inter Ferrarienſes & Venetos orta concertatio, tandemq́; Veneto ceſsit. In hac Rouigo, Eſtum unde Eſtenſium familia. Propius autem mari Polenta,unde totus hic tractus cognominatur. Hinc etiam familia de Polenta quæ Rauennæ quandoq; dominata eſt,ut in eo loco dicturi ſumus. Vltra duæ nobiles urbes Vincentia & Padua. prima Gallorum eſt ædificium,media duorum fluminũ Teſſinæ & Bambilonis Plinio.Hæc ſeſe ante alias ſponte Venetis dedidit. Hinc & Palæmon nobilis grãmaticus fuit Tranquillo & Euſebio teſtibus.PADVA & Patauium antiquitus dicta Antenoris ædificiũ,cuius ſepulcrũ adhuc oſtẽtant, triplici circũdata muro.Medoaco amne ab accolis Brẽta uocato, non ut quidam putant Timauo. Huc nauigatur è portu Medoaco nomine eodem quo flumen,ut ait Strabo. Euganei prope colles & populi, qui uaticinium habere credebantur : eos Plinius à generis nobilitate Græcam etymologiam traxiſſe dicit. Prope & Aponus uicus Liuij patria, ubi & aquæ calidæ morbis uarijs aptæ, Claudiani elegiaco carmine laudatæ,& à Theoderico Gothorum rege mœnibus cinctæ, teſte Caſsiodoro. Hic & Arquata item uicus, ſeceſſu Petrarchæ notiſsimus. Vrbs autem inter alios Prodocimum habuit eius urbis præſulem natione Græcum, Petri apoſtoli diſcipulum, qui annos XCII. uixit, ibiq; ſepultus eſt: recentiores quoque Lunactum & Muſactum iuriſperitos. Tum Marſilium & Ioannem Horologium medicos. Pileum de prata & F.Zabarellam Cardinales. Macrobius de Sa. ubi de fide ſeruorũ tractat, dicit imperante Aſinio Pollione tributum Paduæ, quam omnes latitarent, nullum ſeruum fuiſſe inuentum, qui libertate propoſita dominum proderet. Pedianis ait Patauinus bene de repub.meritis, datum fuiſſe ius coloniarum & Latij in magiſtratibus & ſuffragijs. Cicero in Philippicis Patauinos Romanorum amiciſsimos fuiſſe teſtatur,quòd rempub.difficillimis temporibus & armis & pecunia iuuerint.Hanc urbem Attila rex Hunnorum anno CCCCXXX. ferro igniq; abſumpſit : à Narſete deinde & Rauennatibus inſtauratam Longobardi iterum uaſtarunt, quo tempore Patauini Riualtum Venetijs ædificarunt. Quieuit multis poſtea ſeculis ea urbs uſq; ad Fredericum II. tunc ab Ecclino tyranno dominata eſt ; cui extincto Carrarienſes ſucceſſere,qui tribunatus titulo, quem capitanatum uocant, patriæ tyrannidem annos ferè centum exercuerunt,mœnibus cæteriſq; ædificijs urbem quaſſam reconcinnauerunt.Ex eis primus Marſilius urbem ac domum illuſtrẽ reddidit, pater patriæ dum uixit,appellatus. Canis grandis potentiam quandoque ueritus ſponte dominationem reliquit. Poſt eius mortem remp. repetẽs magna cum gratia geſsit,moriens ſine liberis Vbertinum cognatum hæredem inſtituit,qui Paduam in pace tenuit annos ſex. Deinde à Maſtino Scaligero pulſus, paulò poſt Venetorum ope reſtitutus eſt,pace inter eos facta.Demum excedens remp.Marſilio iuniori reliquit,qui eodẽ anno ab Iacobino cognato interficitur. Is quoque quum poſt parricidiũ annos quatuor adminiſtraſſet, tandem à Gulielmo filio notho & ipſe obtruncatur, nullã aliam ob cauſam, ut aiunt, niſi ob dolorem & uerecundiam natalium patris cauſa inflictam.Habuit item alterum ex matrimonio Franciſcum ſeniorem, qui annos XI. magna cum beneuolentia rexit,Paduam uarijs ornauit muneribus.Demum cum Barnabam ſocerum ſuum ab Ioanne Galeatio captum defẽdere ac liberare ſtatuiſſet,regnum & uitam amiſit. Nam ab eo in prælio uictus ac captus Medoeciæ in carcere extinctus eſt, an. MCCCLXXXXIII. Corpus filio Franciſco iuniori petenti conceſſum ac magnifice tumulatum. Qui poſt aliquot annos paternum inimicum metuens ad Bauarũ Imperatorem confugit, auxiliantibus poſtea Florẽtinis ac Venetis ignotus Paduã clàm ingreſſus omnia præter arcem fauẽtibus etiam ciuibus obtinuit, qua paulò pòſt Ioannis Haucut ducis Florentinorum auxilio obtenta regnauit an. XV. Mortuo Ioanne Galeatio magno ueluti terrore ſublato audacius egit.Gulielmumq́; Scaligerum exulem unà cum filijs Brunoro & Antonio Veronam introduxit, callido cõſilio, ut urbem tumultuãtem ſibi ſubijceret,quod euenit. Nam eis poſtea per inſidias de medio ſublatis, Veronam diu optatam ſuo adiecit imperio,Iacobinoq́; filio regendam tradidit.Poſt hæc Brixiam tentauit, ſed ab Iacobo de cruce & Octobono III. ducis Mediolani commilitonibus repulſus eſt. Vicentiã quæ Venetorum eſt laceſsiuit. Quamobrem illi Franciſcum Gonzagam cum exercitu miſere, qui breui tempore Veronam expugnauit capto Iacobo filio.Paduam deinde tradentibus ciuibus cepit, ac cum Franciſco egit, ut ipſe unà cum filio Iacobo ſupplex Venetijs ueniam peteret præteritorũ. Qui cum obtemperaſſet, à Venetis cum iurgio excepti & cuſtodiæ traditi ambo,necatiq; ſunt an. MCCCCVI. Cal. Decemb. ſuperſtites filij duo Marſilius & Vbertinus captã cernentes patriam ad Hetruſcos confugerunt. Atq; hic finis nobilis familiæ Carrarienſium, haud multò pòſt fatum Scaligerorũ ſecutæ. HINC reliquas Venetiæ terras exequar: iuxta littus Adria quam ſuprà narraui, Agedum,Platuum, Belunum,Opitergium, Altinum,Cõcordia colonia,Fertum. Antiqua ſanè omnia. Opiterginorũ meminit Cæſar in commentarijs, deprehenſos in naui à ſeſe mutuis uulneribus petitos occubuiſſe,ne in manus Pompeianorum uenirẽt. Opitergio à Rotari Longobardorũ rege deleto,eius urbis Præſul Magnus poſt an. XIII.ad ſtagnum confugiens Seuerino Pontifice ac Heraclio Imp.probantibus ciuitatẽ Heracleam condidit. Altinum item corruit,cuius Præſul Paulus eodem ferè tempore unà cum populo qui ſuperfuerat ex eiuſdem Pont.autoritate ſex oppida ædificauit, Torcellum, Maiorbum,Burianum,Amorianum,Aimanum & Conſtantiacum iuxta Torcellum, à Conſtante Heraclij filio Imper. cognominatum cum ille in Italiam ueniſſet. Erat & propè oppidum Mõtiſilicis uocatum, quo illorum etiam temporum iniuriam paſſo Montiſilicenſes inter ſtagna conſtruxere Albiolam & Metamaucum, ubi quondam Medoacus portus fuit, & Palæſtinam ubi Philiſtinam foſſam Plin. appellat, & Foſſas Clodias antiquum oppidum renouarunt, quod Feſtus ait à Clodio duce Albanorum olim ædificatum. Concordia colonia item Plinio,qua unà cum alijs ſublata, oppidani inter ſtagnantes aquas Caprulas oppidum excitauerũt. Fertum & incolæ Fertini Plinio, hodie Feltrum Rhetiorũ oppidum. Inferius uerò ſecundum flumen Silum Tauriſci oppidum nunc Taruiſium, ubi pater Totilæ regnauit, ex Tauriſcis qui Norici ſunt, ut ait Strabo : propè uerò in ora ipſæ Venetiæ, de quibus poſtea. Flumina præcipua Silus, Tiliauentum, ex Rheticis montibus Liquentia, ex Opiterginis Alſa, omnia priſca nunc retinentia nomina. Item Varianus, Natiſo è Carnorum iugis : prope quem Aquileia XII. mil. paſſ. à mari diſtans : de qua mox pluribus. Poſtremo Timauus Venetiæ finis. A Tiliauento enim hucuſque Carnorum regionem Plin. Straboq́; uocant. Nos hodie Foroiulienſem & Patriam dicimus. Quæ iuncta Iapidiæ eſt regioni Dalmatiæ, quam nunc Carinthiam uocant. Vnde Timauus fluit nouem oribus, & uno magnoq́; oſtio

in mare

Saloda
Rouigo
Eſtum
Poleſium
Vicentia
Padua
Timauus
Euganei colles
Aponus
Arquata
Prodocimus
Ecclinus
Carrarẽſium progenies & geſta
Marſilius
Vbertinus
Franciſcus ſenior
Franciſcus iunior
Marſilius & Vbertinus
Adria
Agedum
Platuum
Belunum
Opitergium
Altinum
Cõcordia colonia
Fertum
Magnus præſul
Heraclea
Torcellum
Maiorbum
Burianum
Amorianum
Aimanum
Conſtantiacũ
Albiola
Metamaucũ, quod & Medoacus
Palæſtina
Foſſa Clodia
Concordia
Caprulæ
Fertum
Tauriſci
Flumina
Silus
Tiliauentum
Alſa
Varianus
Natiſo
Timauus
Foroiulienſes ſeu Patria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Iuliũ Carnicũ Iulienſes Carnorum Golitia Giſulphus

in mare labitur, ut Strabo, Mela, Vergilius, unde per ora nouem: & rurſus, & Iapidis arua Timaui. Forumiulij uerò antiqua ciuitas, cuius incolas Plin. Foroiuliẽſes uocat. Eſt aliud Iulium Carnicum ſuprà ad mõtana pertinens, cuius colonos Iulienſes Carnorum appellat, quod nunc putauerim Golitiã eſſe, cui comes præſidet duci Auſtriæ ſubiectus. Foroiulij duces Longobardorum præficiebantur. Ex his Giſulphus dux tempore quo Agilulphus regnabat & Phoca imperabat à Cacano Auarũ duce captus atq; interfectus eſt. Romalinda dein uxor oppidum quod diu obſeſſum tuebatur, Cacano ob amorem matrimonij pactione prodit. Ille & oppido & mulieris amplexu per coniugiũ potitus: iam fide liberatus eam mox proſtituit atq; necauit, haud abſimili exẽplo Tarpeiæ Romanæ, quæ armillarum gratia ſimul & amoris Sabinis Capitoliũ prodidit, unde & ipſa præcipitata. Filiæ uerò matre caſtiores crudis pullis ſub mammis religatis, ſtuprum inferre uolentes fœtore abſterruerunt. In hac item regione nouum oppidum Vtina, à ducibus (ut ferunt) Auſtriæ circiter annum M C C. ædificatum. Aquileia, inquit Strabo, à Romanis condita incumbẽtibus oppoſita Barbaris, Emporium Illyricarum gẽtium. Plin. item & Liuius de bello Macedonico. Aquileia Colonia Latina eodẽ anno in agro Gallorũ deducta. Hæc enim urbs non prius caput extulit quàm ſubactis Pannonijs: ex quibus tanquam clauſtris ad Danubium patefactis, tutum id cœpit eſſe iter: quod teſte Tranquillo Auguſtus ſæpe frequentauit. Deficientibus enim cæteris Adriatici maris ciuitatibus, eò multitudo ob mercaturã conueniebat. Cui poſtremo deficienti Venetiæ ſucceſſere. Aquileienſium fides Romanis probata Maximinorum patris & filij bello, ut ſcribit Capitolinus, cum deficientibus neruis ad ſagittas emittendas capillis mulierum uterentur. Quod ante Romæ factum in bello Senonum: unde in matronarum honorem Veneri Caluæ templum dicatũ. Item Annibalis tempore, matronæ aurum gemmiſq; in medium contulere. Apud Aquileiã hæc inſcriptio legitur. Cæſ. Auguſt. Aquileienſium reſtitutor & conditor uiam quoq; geminam à portu uſq; ad pontem per Tyrones iuuentutis nouæ Italiæ ſui delectus poſterius longi temporis labe corruptam reſtituit. Vrbem tam uetuſtam & nobilem Attila rex Hunnorũ diruit: neq; unquã ei poſtea reſipiſcere fuit. Coloni migrantes Gradum tunc oppidũ in inſula Gradenſi uocitata exſtruxerunt. Ex quo patriarchatus eius diuiſus an. D C X. Agilulphus dux Foroiulienſis elegit Ioannem abbatẽ Patriarcham ueteris Aquileiæ, Candiano ſuperſtite Patriarcha nouæ Aquileiæ, quæ apud Gradum iam erat à Rom. pont. conſtituta. Conuenitq; inter eos, ut qui eſſet Aquileiæ patriarcha, omni continentis regioni præeſſet pariter & imperaret. Qui autem apud Gradum, omni Venetiarum ducatus regioni præeſſet. Ex illo, Præſulis ditioni Aquileia ſubeſt.

Vtina

Aquileia

Inſcriptio

Gradum oppidum

RES VENETORVM.

Venetiæ

VENETIAS ipſas Laurentius monachus ſcribit cœptas ædificari anno ſalutis C C C C X X I I. V I I. Cal. April. nonnulli C C C C L V I. quo tempore Attila Aquileiam cæteraſq; urbes diruit, quas paulò ſuprà commemoraui: quarum'ue ruina reſurrexere. Quæ autem forma reip. quibus'ue initijs creuerint breuiter ex eorũ commentarijs repetam. Primus in ea magiſtratus Tribuni fuere, annos ferè C C X X X I I. Poſtea duces creati. Quorum primus Paulutius Heracleanus apud Heracleam à Senatu populoq; lectus præfuit annos X X. Poſt eum Marcellus Heracleanus annos I X. Vrſus item ex Heraclea annos X I. Deinde per ſeditionẽ interfectus. Ab hoc Exarchus, qui ad eum Venetias confugerat hortatu Gregorij põtificis, reſtitutus in Rauennæ ſedem: unde à Limprando fuerat per obſidionem expulſus. In prælio captus Ildeprandus eius nepos & dux Vicentinus auxiliaris. Deinde antiquatum ducatus nomen, ac magiſter militum annuus creatus cum ducatus poteſtate: fuereq; hi uiri quinque ex ſucceßione: Dominicus Leo, Felix Cornicula, Theodotus Vrſi filius ab exilio reuocatus: Iulianus Hipatus, Ioannes Fabritianus. Hic magiſtratu deiectus ac oculis mulctatus. Poſt hæc orto inter Inſulanos & Heraclenſes bello, relictis ob cladem his ſedibus ſimul cum Equitio Medoacum migratum eſt: ubi anno D C C X L I I. res ad ducem redijt: ac Adeodatus Vrſi quondam ducis filius dux creatur: qui in ſuſpicionẽ ueniens tyrannidis magiſtratu deijcitur, ac oculis erutis mulctatur. Cuius ſucceſſores Gablaus ſiue Gabla & Dominicus Monegarius uiri ambo facinoroſi, breui tempore eundem penitus ſortiti ſunt exitum. Mauritius Heracleanus anno D C C X L V I I. Ioannem filium principatus conſortem malo quidem exemplo primus adſumpſit. Ioannem Patriarchã Gradenſem conſentiente Senatu expugnatum de alta turri præcipitauit, ſurrogato Fortunato Patriarcha: tandẽ uterq; magiſtratu deijcitur. Obelerius Tribunus Medoacenſis dux delectus ac per ſeditionem pulſus Tauriſium aufugit: ubi ab exulibus Venetis iterum dux creatur. Poſt eum Beatus & Valentinus ex ſucceßione fratres ſimul annis V. Quo tempore Pipinus Caroli filius Italiæ rex Venetos oppugnabat: ac Medoacum ſuſtulit. Ex quo Veneti in Riualtum commigrarunt. Angelus Particiacus Heracleanus dux primus in Riualto factus palatium ducale nunc extans ædificauit: ac urbs ipſa Riualtum appellari cœpta. Deinde Heracleam breuiore ambitu reficiens appellauit Nouam ciuitatem. Cœnobium item S. Zachariæ exſtruxit: ubi & eius corpus condidit. Duos adminiſtrationi filios adhibuit: quos ambos in Riualto ſucceſſores habuit. Prius Iuſtinianũ an. D C C C X. Quo tempore corpus diui Marci à mercatoribus ex Alexandria delatum eſt. Ioannes Particiacus, dein frater eius an. X X I I I. reipublicæ præfuit. Templum diuo Marco à Iuſtiniano fratre inchoatum abſoluit. Medoacum ciuitatem deſtruxit, dum Obelerium nouum ibi ducem creatum bello perſequitur. In Galliam adcerſitus à Ludouico Gallorum rege, profectus, indeq; bona cum gratia reuerſus eſt. Mox Caroßio potente ciue ſimul cum coniuratis qui in eum abſentem coniurauerant necato, cum Maſtalitiæ familiæ nobili aduerſaretur, captus apud Gradum relegatur, ubi in Cœnobio reliquum uitæ tempus perſancte monachum egit. Petrus Tradonicus ex Pola ciuitate, ann. D C C C X X X V I. dux factus Ioannem filium conſortem adminiſtrationis habuit. Templum S. Pauli extruxit: à Michaele Imper. Conſtant. rogatus naues L X. contra Saracenos, qui ex Africa in oram Hetruriæ applicuerant Saba duce miſit, quæ ab illis partim captæ, partim depreſſæ fuere. Is orto tumultu apud ſanctum Zachariam ueſperi trucidatur, ibiq; ſepultus, poſtquam adminiſtraſſet an. X X I X. Vrſus Particiacus an. D C C C L X V. Ioannem filium ſecum adhibuit. Saracenos qui Anconam occupauerant expulit. Quare ei à Baſilio Imper. Conſtan. gratiæ actæ, ac Protoſpatharius factus. Vrſus uerò muneris loco X I I. tintinnabula ærea magni ponderis ei remiſit, quæ prima fuerunt apud Græcos. Ioannes Particiacus Vrſi filius rexit an. V I. Comaclum oppidum Rauennatibus ademit. Vir tamen togæ magis quàm armis natus ac mira facundia præditus: cum in ualetudinem incidiſſet longam, inutiliſq; reipublicæ uideretur, ſponte ſe magiſtratu abdicauit. Petrus Candianus annum durauit, aduerſus Illyricos bellum geßit, alteroq; apud Muranũ ſuperatus atq; interfectus, & in templo Gra-

Paulutius Heracleanus

Riualtum

Angelus Particiacus

Noua ciuitas ubi Heraclea

Corpus diui Marci

Ioan. Parti.

Templum S. Marci

Caroſsi coniuratio

Petrus Tradonicus

Vrſus Partic.

Ioan. Partic.

Petrus Candianus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

denſi contumulatus eſt. Ioannes Particiacus licet mutus factus magiſtratum repetijt, donec ob cladem ab Illyricis illatam populum leniret tumultumq́; ſedaret: poſt menſes ſex iterum ceßit. Petrus cognomento Tribunus, ann. DCCLXXXIII. Pannonios, ſeu potius Hunnos ad conſanguineos ſuos in Pannoniam ſecundo uenientes, ac oram Venetorum populantes, terra mariq́; cōpreßit. Nam foſſam Clodiam Heracleamq́; nouam ciuitatem deuaſtauerāt. Præterea urbis partē à Riualto ad ſanctam Mariam in Iubanico muro cinxit, ad euripum maiorem crate ferrea clauſit. Vrſus Badoarius ſiue Particiacus, an. ſalutis DCCCXV. magiſtratus uerò XIX. ab Imper. Conrado nummi ſignandi ius obtinuit, compoſitisq́; patriæ rebus magiſtratu ſe abdicans in cœnobio diui Felicis Amiani uſque ad extremum tempus perſancte uixit, multisq́; claruit miraculis. Petrus Candianus rem annos quatuor adminiſtrauit. Hic filius illius Petri qui in Bello Dalmatico occubuit, filium habuit eiuſdem nominis. Protoſpatharium Albertum & Berengarij III. Imper. filium qui tunc Rauennæ dominabatur, & auxilio Comaclenſium & Iuſtinopolitanorum mercatores Venetos infeſtabat, bello ſuperauit. Comaclum oppidum expugnauit, atque incendit. Item eos qui uirgines quaſdam Venetorum die nuptiarum rapuerant, apud Caprulas inſigni prælio uictos ſubiugauit, recuperatis uirginibus, ac centum uini cadorum cenſu pollicito. Poſt hunc duo Petri ex ſucceſſione creati, alter Vrſi Badoarij, alter Petri Candiani filius, quorum nihil extat memorabile. Hic Candianus à patre olim in collegam adſumptus ob inſolens ingenium deiectus imperio & in exilium actus auxilio Alberti Berengarij Imper. filij claſſem contra patriam armauit, uerum paulò pòſt patri ob animi dolorem defuncto ſucceßit. Vxorem optimam fœminam, ex qua filium Vitalem ſuſceperat, ob ætatem iam grauem abdicauit, Vaderta Alberti ſupradicti filia ducta. Denique cum eſſet omnibus intolerabilis ob libidinem ac improbos mores, populum in ſe concitauit. In prætorioq́; incluſus unà cum filio infante necatur ac corpus in carnificinam delatum membratimq́; conciſum: in quo tumultu templum diui Marci & domus ſuprà trecentas dicuntur flagraſſe. Petrus Vrſeolus, DCCCCLXXIII. dux XXIII. uir optimus à populo iudicatus tum religioſißimus, ut qui ſæpe clanculum cubicula pauperum ægrotantium adire ſoleret ac rogare ſiquid opus. Gradum ciuitatem muro cinxit, templum diui Marci incendio abſumptum reſtituit, propiusq́; Xenodocheum nobile extruxit. Denique compoſitis patriæ rebus magiſtratu ſe abdicans, cum uxore, quam poſt ſuſceptum filium ex uoto utriuſque nunquam attigit, ex urbe in Aquitaniam ſe contulit, ubi cœnobio perpetuo dicatus miraculis claruit. Cuius exemplo Ioannes Maurocenus monachus promotus, & ipſe ſancti Georgij cœnobium maxima impēſa ampliauit. Vitalis Candianus Petri Candiani ducis frater ſtatim inito magiſtratu in ualetudinem incidit. Quamobrem officio ſe abdicans monachum & ipſe egit, ac quarto poſt die morbo inualeſcente deceßit. Quo tempore ipſius interfecti filius Præſul Gradenſis quem pater abdicauerat, & ad Othonem II. confugerat, ad uindicandā patris ſui hoſpitis & neceſſarij cædem incenſum mitigauit, Venetisq́; amicum reddidit. Tribunus Memmus quum orta eſſet inter duas nobiles familias Caloprinos & Maurocenos diſcordia magiſtratu ſe abdicare coactus, in cœnobio monachum egit: ubi paucis poſt diebus ex animi (ut creditur) dolore exceßit. Petrus Vrſeolus magnopere remp. auxit: à Baſilio & Cōſtantino Imp. impetrauit, ut immunes eſſent à portorijs Veneti. Omnem ferè Illyriam cum inſulis in poteſtatem redegit: Othonem II. Venetias ex uoto clam uenientem noctu excepit: ab eoq́; multa Venetis impetrauit. Petrum filium ab eo chriſmate perunctum, Othonem deinde nominauit, quem poſtea cum alio fratre Conſtantinopolim miſit: ubi à Cōſtantino & Baſilio Imp. decora & honores retulere. Cum Ioanne Præſule Belunenſi qui res Venetas infeſtabat fœdus iniuit. Cum Narentanis Dalmatiæ populis perpetuis hoſtibus, uaſtatis eorum finibus, pacem fecit. Gradū inſtaurauit: Corpora Fortunati, Hermagoræ, Hermogenij, Dionyſij nouo condidit ſacrario. Hoc tempore Falerij qui Venetijs nobilitate pollebant, cœnobium S. Benedicti extruxerunt ſimul & locupletarunt. Vrſeolus autē poſtquam annos duodeuiginti præfuiſſet moriens mandauit ſe tantum in atrio tēpli S. Zachariæ citra funeris pompā contumulari. Otho Vrſeolus eius filius Adrianos, quod eorum claſſem in Hieroſolymitanam expeditionem impediuiſſent, maxima clade adfecit. Gradum ciuitatem à Pepo Aquileienſiū Patriarcha dolo captam & dirutam ex S.C. inſtaurauit. Poſtremo quibuſdam de cauſis magiſtratu deiectus, Cōſtantinopolim in exilium ab ingrato populo mittitur cum annos V. ſolus adminiſtraſſet. Quem penitus exitum ſucceſſor eius Petrus Centranicus conſecutus eſt. Vrſus Patriarcha Gradēſis frater Othonis Vrſeoli autoritate ſenatus præfuit tantiſper dum Otho ab exilio reuocaretur. Quumq́; ille interea perijſſet, Vrſus ortam in patria ſeditionem compoſuit: mox anno elapſo adſtāte populo magiſtratu ſe abdicauit, ut propriæ ſaluti conſcientiæq́; conſuleret: cui pariter & reipub. nequaquam uacare poſſet. Dominicus Vrſeolus per tumultum & ſeditionem adeptus principatum tertia die coactus eſt ob populi metum Rauennam confugere: ubi in ærumnis deceßit. Dominicus Flabanicus iam decrepitus ob ſapientiā dux factus: cuius opera & conſilio Otho Vrſeolus pulſus fuit. Statuit conſentiente ſenatu ne quis in futurum dux ſucceſſorem ſibi deligeret, cum eò res ueniſſet ut eſſent omnia uenalia. Itèm quod nobilis Vrſeolorum familia tanquam tumultuoſa & patriæ ſeditioſa expelleretur, quæ nunquam poſtea reuixit. Dominicus Cōtarenus dux XXX. exſtruxit cœnobium Sancti Nicolai de Lido. Iaderenſes ad Salomonē Pannoniæ regem deficientes, bello compreßit. Cum Roberto Guiſcardo Normando bella geßit: extinctus eſt poſt an. XXVI. in patrum ac plebis gratia. Dominicus Syluius MLXVIII. cunctos ante ſe duces autoritate ſuperauit. Quapropter ſororem Nicephori Conſtantinopolitani Imperatoris duxit: eiusq́; gratia contra Robertum Guiſcardum à Michaele expulſo contra Nicephorum euocatum ac Dyrrhachium obſidētem claſſem armauit. Vnde magno accepto incommodo rediens magiſtratu deiectus eſt. Eius uxoris delicias ac ingentem mollitiem Petrus Damianus & Vincentius Gallus commemorant: Rore collecto lauabatur, unguentis iugiter oblita: ex quo diuina prouidentia uices & ipſa experta in ualetudinem incidit: ex qua tabido corpore in ærumnis deceßit. Vitalis Faledrus claſſem inſtauratam, iterum auxilio Imperatoris Alexij, qui expulſo Nicephoro imperio ſucceſſerat, contra Robertum mittit: quæ rurſus uicta ac profligata eſt. Ab Alexio ipſo obtinuit ut Dalmatiæ Curuatiæq́; imperium, quas Piratis ademiſſent, Venetis perpetuo concederet. Ea ferè tempeſtate corpus diui Marci antea ignoratum, ſeſe in eadem æde manifeſtauit, brachio exerto extra humum. Ex illo igitur loco poſtea auguſtiore recōditum eſt, ſolis duci & procuratoribus manifeſto. Vitalis Michael ſubſidiariā claſſem nauiū centū, quam in expeditionem Hieroſolymitanam miſerat, cum Michaele filio præfecto amiſit. Contra Piſanos aduerſus Venetos apud Rhodū non ſatis apparente de cauſa uenientes felicius dimicauit, ſuperata eorum claſſe nauiū XXV. Ordelaphus Phaledrus uir animo ingenti & induſtria exercitatus bella plurima geßit: inter quæ contra Dalmatiā nauali pugna: ubi

multis

Nūmi ſignandi facultas

Vitalis Candianus monachum egit

Baſilio & Conſtantino imperatoribus Otho Imper.

Faleriorum familia

Vrſeolorū familia ſeditioſa expulſa

Dominicus Contarenus

Dominicus Syluius dux maxim⁹ Nicephori Imperatoris ſororius Robert⁹ Guiſcardus

Corpus Marci prodigio inuentum

Vitalis Michael

Ordelaphus Phaledrus

multis oppidis in poteſtatem redactis, ad ultimum interfectus fuit.

Incẽdium Venetiis

Ea tempeſtate Venetijs templa nonnulla ſimul cum ædibus flagrauere, terræmotuſq́; ingens urbẽ totam concuſſit. Ciuitas etiam Medoacenſis maris inundatione pariter & incendio deuaſtata eſt. Conceſſumq́; Clodienſibus, ut ex eius ruinis ædificia publica conſtruerent, Quo tempore etiam

Gradonicorũ familia

Gradonicorum familia Cypriani templum ac cœnobium Mariani ædificauerunt, ut eò ſe transferrent uirgines, quæ in æde eiuſdem diui apud Medoacum fuerant. Badoarij quoque ei proximum Crucis delubrum cum cœnobio excitarũt. Croatiam quoq; cum plurimis Dalmatiæ locis rebellibus perdomuit, expugnata inſuper Iadere mœnibus uſque deiectis, quæ ante ad regem Pannoniæ Colomanum defecerat. In Syriam aliam claſſem ad eas terras reliquas religioni parandas miſit. Patauinos bello ui etiam ſuperauit, cum eiſq́; fœdus ſequeſtro Henrico Imperatore iniuit. Quumq́; interea Pannonius exercitum inſtauraſſet, Ordelaphus in prælio uictus occubuit, domumq́; relatus in æde Marci ſepelitur, pax Venetis per oratores impetrata. Præfuit annos XIX. Dominicus Michael rogante Caliſto pont. quum Balduinus rex Hieroſolymitanus eſſet captus, cum claſſe CC. nauium profectus à Turcarum obſidione liberauit, Tyrumq́; recepit.

Emanuel qui Caloioanni ſucceſſit

Iuſſus tandem ab Emanuele imperatore qui Caloioanni ſucceſſerat, ac tantæ uictoriæ inuiderat reuerti, ob iram in itinere multas ipſius inſulas diripuit, ſed & Spalatrum & Tragurium Pannonijs ademit.

Corpus S. Theodori

Corpus ſancti Theodori martyris Venetias ex Chio inſula quam expugnauit adlatum, ac in æde Marci ſacello quod partim Narſes ex manubijs conſecrauit collocatum.

Corpus S. Donati.

Ex Pera quoque corpus ſancti Donati in templo Venetijs à quodam Marco Iuliani conſtituto poſitum. Aedes etiam Charitatis hoc tẽpore excitata: præfuit annis XI. Petrus Palanus Iuſtinopolim imperio Venetorum adiecit: in qua expeditione interfectus eſt domumq́; relatus, ac in cœnobio ſancti Cypriani ſepultus. Ea tempeſtate Seruatoris ædes dicata,

Bonfilius Michael

cui uicarius præerat Bonfilius Michael.

Petrus Gatiluſius.

Præterea Petrus Gatiluſus Clementis templum excitauit. Xenodocheum apud Maiorbum impenſa Vrſi Badoarij magna ex parte extructum.

Rogerius perpetuus Venetorum hoſtis

Contra Rogerium Guiſcardi perpetuum Venetorum hoſtem auxilio Imperatoris Emanuelis, cui Cercyram plurimaſq́; inſulas ademit, uictor pugnauit, eiq́; imperium ſemiamiſſum reſtituit, ubi etiam interfectus eſt, cum regnaſſet annos XIX.

Dominicus Maurocenus

Dominicus Maurocenus ſtudijs pacis deditus, urbem magis ornauit ædificijs quàm auxerit imperio. Inter cætera opera turrim tintinabulorum diui Marci excitauit: præfuit annos IX.

Vitalis Michael

Vitalis Michael II. contra Emanuelem Imperatorem cum claſſe profectus Chium cepit, moramq́; nectendo peſte prohibitus non ultra ſequi, quæ aquis infectis opera hoſtis adſcribitur: ubi Iuſtiniani omnes ad unum periere qui in ea expeditione fuerant, relicto uno tantum iuuene Nicolao monacho: qui pontificis conſenſu uxorem duxit Annam filiam ipſius ducis, unde reliqua ſoboles orta. Vitalis igitur infecta re domum reuertens populum quoque peſte infecit. Cumq́; pro concione ſe excuſare uellet, à quodam uulneratus interijt. Cædem eius ſucceſſor Sebaſtianus Zianus eſt ultus, creatis decemuiris qui quæſtionem de hoc cæteriſq́; ſimilibus exemplis agerent.

Alexander III. Venetiis receptus

Is pro Alexandro III. bello nauali pugnando Fredericum Aenobarbum profligauit, Othonemq́; filium eius captum Venetias duxit, ex quo pax ſecuta. Alexander donis plurimis ducem ac Venetias munerauit, ut plumbatis literis uti poßint, ut medius Pontifex inter Imperatorem & Ducem ſederet. Ornatum quo nunc duces utuntur tribuit. Veniam quoque delictorum in Aſcenſionis feſto conceßit. Sebaſtianus poſt hæc cum in ualetudinem incidiſſet, in cœnobium ſancti Georgij ſe transferre iußit, ubi poſt aliquot menſes obijt, relictis cœnobio plurimis fundis: quo tempore Norandinus quoque in oriente extinctus eſt, quum præfuiſſet annis XXVIII.

Aureus Maſtropetrus

Aureus Maſtropetrus ſucceßit, qui paulò ante magiſtratum eundem recuſauerat, Sebaſtianoq́; ſupradicto ceſſerat ob modeſtiam. Dux XL. Annos XIIII. obito feliciter magiſtratu ſe ſponte abdicans, in cœnobio S. Crucis reliquum uitæ tempus perſancte monachus exegit.

Hẽricus Dandalus priuatus luminibus

Henricus Dandalus claſſem ſubſidiariam expeditioni Hieroſolymitanæ miſit cum Præſule Rauennate præfecto. Iaderem ciuitatem quarto rebellantem ſubiugauit. Orator quondam profectus ad Emanuelem Imperatorem queſtum ab eo uiolatum eſſe ius gentium, tandiu coactus eſt æra candentia aſpicere donec luminibus orbaretur. Quamobrem ex illo Veneti inimici Græcis fuere & Gallis auxiliares ut Conſtantinopolim caperent, ubi poſtea & ipſi ex conuentione ius etiam dicebant, Prætoremq́; unum creabant: quorum primus fuit Martinus Zenus.

Creta emitur

Cretam à Bonifacio Monferratenſi permagno emit: deceßit Conſtantinopoli, ſepultus in atrio S. Sophiæ. Petrus Zianus Sebaſtiani ducis filius Cercyram, Methonem, Coronam quæ loca piratarum fuerant, cepit: ſed & priuatis ciuibus diripiendas occupandaſq́; inſulas Græcorum odio dedit.

Creta rebellis

Cretam rebellantem in officio continuit. Conſtantiam filiam Gulielmi regis Siciliæ duxit uxorem. Cum præfuiſſet annis XXII. ſe magiſtratu ſponte abdicans ſeceßit in ædem S. Georgij.

Candax Colonia

In Cretam hoc tempore noua Colonia Candax ducta eſt: ex quo poſtea tota inſula cognominata. Iacobus Tepulus autor fuit, ut XXV. triremes auxilio Michaeli Palæologo contra Theodorum Laſcarim mitterentur: ex quo ſuperata captaq́; hoſtili claſſe obſidione Conſtantinopolis liberata eſt. Quo tempore Imperator cum pecunia magnopere indigeret à Venetis eam mutuatus eſt: locoq́; pignoris lanceam ac ſpongiam Crucis dominicæ monumenta miſit. Iacobus præterea Pontificis partes ſecutus incommoda multa paſſus eſt: præfuit annis XX. Marinus Maurocenus autor, ut Innocentius diui Marci Primicerio indulgeret, ut is Pontificalibus inſignib. uti poſſet. Quãobrem primus meruit in porticu diui Marci ducali ornatu contumulari.

Rainerius Zenus

Rainerius Zenus an. MCCL. pontẽ in Riualto conſtruxit, plateam ſtrauit, bella cum Genuenſibus adſcitis in ſocietatem Piſanis geßit. Laurentius Tepulus Iacobi ducis filius an. MCCLX. uirtute ſimul & humanitate effecit, ut Ceruienſes ſeſe Venetis ſponte dederent.

Ceruiẽſes ſpõte ſe Venetis dediderunt

Inducias quinque annorum cum Genuenſibus pepigit, quum diu pugnatum eſſet, pacificatore Clemente IIII. qui utriuſque partis legatos Viterbium adſciuit: præfuit annis ſex.

Bellum cum Bononiẽſibus

Iacobus Contarenus contra Bononienſes qui toti penè Flaminiæ dominabantur, bellum inuitus ſuſcepit: cum eſſet pacis in primis ſtudioſus, tum natura quietus. Trienn᷑ioq́; uaria decertauit fortuna: demum utriq; feßi pacem hac conditione fecere, ut Bononienſes caſtellum quod in oſtio Padi conſtruxerant diruerent, eius oſtij cura ſimul & imperio Venetis relicto. Nonnulli hoc bellum Genuenſe ſub hoc Laurentio Tepulo geſtum dicunt.

Bellum Anconitanum

Sub Contareno autem bellum Anconitanum portoriorum item cauſa: qui ſenio iam confectus, quum ſe non ſatis utilem reipublicæ uideret, magiſtratu ſe abdicauit, priuatus uiuere ſtatuens, pauciſq́; poſt dieb. extinctus eſt. Ioannes Dandalus bellũ contra Genuenſes renouauit, deinde contra Anconitanos ſe conuertit, qui mercimonia cõtra fœdus in Dalmatiã exportarent. Tandẽ Veneti poſt multa incõmoda utrinq; accepta, Nicolao III. iubẽte, pacẽ æquis cõditionib. fecere.

Aurei nummi ſignandi poſtas

Mox cum Imperatore, ut aureũ nummũ, quem ducatũ appellant, ſignare liceret, obtinuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Cum Iſtris rebellibus biennio pugnauit. Cum patriarcha Aquileienſi, qui illis fauebat, bellum renouauit. Ptolemais quanquam acriter defenſa diripitur à Soldano. Petrus Gradonicus an. M.CCLXXXX. Baiamontis Tepuli nobilis & ſeditioſi ciuis tumultum exortũ in patria compreßit. Quo tempore Decemuirale conſilium conſtituit. Hic enim Baiamontes, uelut alter Catilina necare ſenatum, tyrannidemq́; cum coniuratis inuadere, ſtatuta die conſpirauit. Poſt hæc Petrus Peram Genuenſium claſſe delatus in Græciam inuaſit. Reuertens inde ab eis in Adriatico ſinu maxima clade adficitur, nauibus ſexaginta deſideratis, ex qua illi triumphantes domum rediere.

Ferraria capta

Deinde Ferrariam Friſco Eſtenſi cum patre Accio concertante cepit. Interdictus propterea ſacris à Clemente: præfuit annis duodecim. Marinus Georgius, qui ob probitatem Sanctus eſt cognominatus, interdictus & ipſe ob eandem cauſam. Ditißimus alioquin: cœnobium ſancti Dominici ſua impenſa exſtruxit. Præfuit annum tantum. Ioannes Superantius MCCCXIII.

Marini Barotij & Iacobi Quirini ſeditio

Iacobi Quirini & Marini Barotij ciuium ſeditioſorum tumultum extinxit. nõnulli Petro Gradonico ſuprà memorato hoc referũt.

Procuratores ſex Sãcti Marci creati

Propterea procuratores ſancti Marci ſex ex S. C. cõſtituit, qui remp. curarent. Ferrariam, ut interdicto ſeq; ac remp. liberaret, probantibus reſtituit. Miſſus huius rei gratia orator Franciſcus Dandalus in Galliam ad Clementem Pont. qui pont. eum ante menſam humi proiectum conſiſtere, uinculis in collo iniectis, iußit.

F. Dandalus orator Canis cognominatus

Quapropter Franciſcus ex illo Canis cognominatus eſt, quòd ueluti canis cauſa patriæ, ſit factus. Ioannes inſuper Spalatrum, Tragurum, Sibinicum, & alia complura Dalmatiæ loca ſponte ſe dedentia recepit. præfuit annis XVI. Franciſcus Dandalus quem ſuprà nominaui MCCCXXX. Polentinos etiam ſpõte ſe dedentes, in fidem accepit.

Auxilia lata Andronico Palæologo

Claſſem rogatu Andronici Palæologi, & Ioannis XXII. Pontificis contra Turcas tunc Imperatori infeſtos miſit. Aduerſus Maſtinum Scaligerum dimicauit, Petro Roſcio Parmenſe ductore exercitus. Paduamq́; ei ademptã Carrarijs dedit. Barptolomæus Gradonicus prudentia magis quàm armis rem auxit. Primus ſocietatem cum Florentinis, qui iam potentes eſſe cœperant iniuit. Præfuit annis II. Sepultus in diui Marci porticu.

Andreas Dandalus

Andreas Dandalus Cretenſes deficientes bello nauali compeſcuit. Clementis Pont. rogatu, triginta triremes contra Saracenos Hiſpaniam uaſtantes armauit.

Bellum cõtra Genuen. III Chium Veneti amittunt

Aduerſus Genuenſes tertium bellum renouauit. Apud Boſphorum nauali prælio pugnans, primum uictor: deinde uictus à Philippo Auria eorum duce diſceßit, in quo Chium amiſit: Euboiam uix tenuit. Vrbem ædificijs magnopere ornauit, quam peſtilentia maxima inſecuta lugubrem reddidit. Nonnulli dicunt non in Saracenos Hiſpaniæ triremes, ſed in Turcas octo naues armaſſe, ex icto fœdere cum Clemente. Præterea ab Aegypti Sultano impetrauit, ut in eius regionem naues mercium gratia traducere poſſet, conſentiente pontifice. Cum Genuenſibus iterum Veneti prælio congreßi apud Calarim Sardiniæ ciuitatem uictores fuere, Antonio Grimaldo eorum præfecto ſuperato.

Ant. Grimaldus præfectus Genuenſium

Ex quo illi fractis uiribus, ſe Ioanni præſuli uicecomiti dedidere. Poſtremo ab eiſdem, quibus Paganus Auria præerat, Pola prius direpta, deinde apud Sapientiam inſulam prope Methonem ſingulari clade adfecti fuere, capto Nicolao Piſano Venetæ claßis præfecto.

Marinus Falerius ob adfectatum regnũ ſecuri percuſſus

Andreæ igitur poſt annos duodecim ſucceßit Marinus Falerius uir facinoroſus, ut qui remp. inuadere uoluerit, quare à ſenatu poſt menſem ſeptimum captus, & ad ſcalas curiæ ſecuri percuſſus, reliqui coniurati crucibus adfixi.

M. Cornarius

M. Cornarius interrex tantiſper factus, quouſque Ioannes Gradonicus dux deligeretur. Cuius tempore ſeditioſorum reliquiæ ex Mariniana coniuratione ad Pannoniæ regem Ludouicum confugerunt, quorum impulſu rex in agrum Tauriſianum populabundus, cum XL. millibus armatorum uenit, Innocentio tunc pontifice fruſtra pacem componere conante: quamobrem Venetos multis adfecit incommodis. Gradonico interim poſt annum & duos menſes extincto, ſufficitur Ioannes Delphinus, qui prouiſor fuerat bello Tauriſino.

Io. Delphinus

Is eueſtigio pacem à Ludouico impetrauit, præfuitq́; annis quinque.

Laurentius Celſus

Laurentius Celſus uir rei naualis peritus, ut qui antea bellis maritimis præerat, dux factus abſens, quum legatione apud Carolum regem Galliæ fungeretur. Cui pater dicitur obuiam unà cum reliquo ſenatu ire noluiſſe, ne filio caput aperire cogeretur.

Creta iterum rebellat

Cretam iterum rebellantem bello compreßit. Ex qua uictoria ludi pro templo diui Marci ſunt acti, concurſu haſtarum, quibus interfuit rex Cyprius, tũc fortè è Gallijs reuertẽs. Præfuit annis propè quatuor.

M. Cornarius

M. Cornarius MCCCL. eloquio præſtans, ut qui ſæpe miſſus orator fuerit, multa ob facundiam impetrauerit dux factus bellum contra Ludouicum regem renouauit: à Carolo imperatore, apud quem orator fuit, eques factus eſt.

Andreas Contarenus

Andreas Contarenus pater patriæ merito uocatus, alterq́; Venetiarum conditor, quod eam à maximis inimicorum periculis liberauerit, inter quæ Genuenſium maximum fuit, qui ob Tenedum eis ab Andronico Imp. conceſſum, & à Venetis eis ademptum, quartum bellum excitauerunt, adſcitis ſibi Ludouico rege, & patriarcha Aquileienſi, ac Carrarienſibus.

Bellum IIII Genuenſium ob Tenedum
Nic. Piſanus Clodiam defendit

Clodiam poſt longam obſidionem diripuerunt. Ante hæc cum Leopoldo Auſtriæ duce conflixerunt. Itaque pace cum eo primum facta, Clodiam per Nicolaum Piſanum qui in Polæ perditione inuidia ac calumnia quorundam in carcerem coniectus fuerat, deinde in tanto diſcrimine liberatus, recuperauit.

Tauriſium defenſum

Tauriſium grauiter à principe Carrarienſi, qui Ludouico regi militabat, obſeſſum, iuuante Leopoldo Auſtriæ duce, cui oppidum dederat, incolume defendit. Pace demum cum omnibus facta, exceßit, anno magiſtratus XIIII.

Iader empta

Iaderem quotidie deficientem ac tumultuantem tandem à Ladislao rege Pannoniæ emit. Michael Maurocenus peſtilentia poſt menſes quatuor abſumptus.

An. Venerius
Vicentia dedita

Antonius Venerius Franciſcum Gonzagam ab obſidione maxima Ioannis Galeatij per ducem eius Carolum Malateſtam ex fœdere liberauit. Clodiam à Genuenſibus ſemidirutam reſtituit. Præfuit annis XVIII. Michael Stenus Vicentiam hortatu duciſſæ Mediolani Catharinæ, poſt mortem uiri Ioannis Galeatij, quòd ſe à Carrarienſibus tueri non poterat, ſponte deditam acquiſiuit.

Padua & Verona

Deinde Paduam & Veronam per bellum, Franciſco cum filio in carcere necato, præfuit annis XIII. Thomas Mocenigus dux abſens factus, quum legatione fungeretur apud Cabrinum Fundulum, Carolum Malateſtam Aponi ducem fecit, ad tuendum Venetorum ſtatum contra Sigiſmundum imperatorem,

Sigiſmundus Imperator

qui ueniens in Italiam ad ferreum diadema ſuſcipiendum, Tauriſium aliaq́ue loca ceperat, Veronam in officio continuit, Turcas claſſe ingenti ſuperauit, Piratas æquore toto fugauit, Pannonios quotidie tumultuantes bello repreßit. Præfuit annis X.

F. Foſcarus

Franciſcus Foſcarus MCCCCXXIIII. inter principes uiros uirtute & rerum geſtarum gloria commemorandus, cui nihil ad uirtutem aut felicitatem præter literas defuit, Rauennam, eius principe Hoſtaſio Polentano expulſo, ac ciuibus ſeſe dedentibus, recepit. Contra Genuenſes apud Chium inſulam proſpere pugnauit:

Carmignola

Brixiam duce F. Carmignola, & Bergomum, & Cremam adſequutus eſt. Ipſum uerò poſtea ducem, ut infidum, quod bellum Brixienſe ducere comperiſſet, ut Philippo urbem ſeruaret, ſecuri in medio foro percußit. Poſtremo iam nonagenarius poſtquàm

præfuiſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

præfuiſſet annos trigintaquatuor, quod propter æuum iam inutilis reipublicæ uideretur, ab ingrata patria ſe magiſtratu abdicare iuſſus, ex animi (uti putatur) dolore paulò poſt deceßit. Fertur enim eius patri qui in Aegypto negotiabatur, prophetam ex illis quendam prædixiſſe habiturum eum filium, qui princeps quandoq; patriæ foret. Foſcari temporibus theſaurum S. Marci Stamatus Cretenſis homo ſubripuit miro quodam modo. Ingreſſus ſiquidem cum Borſo Eſtenſi ueluti unus è comitibus ſpectatum noctibus poſtea incluſus in templo marmoream tabulam (nam marmoribus incruſtati parietes ſunt) euulſit: deinde noctibus clam murum perfodit, interdiu tabula repoſita. Tandem ad ſacrarium penetrans, inde res æſtimatione uicies centum millium aureorum abſtulit. Re igitur communicata cum ſocio Cretenſi ſub ſacramento, ab eodem proditus eſt.

Stamatus Cretenſis theſaurum. Marci ſubripuit

Paſchalis Marimpetrus annos IIII. princeps. Chriſtophorus Maurus cum Pio pontifice ad bellum contra Turcas ire accinxerat, unà cum alijs principibus, ſi per ipſius pontificis uitam licuiſſet, XL. tamen aureorum milia ei à patribus miſſa fideliter Matthiæ regi mittenda pro ſtipendio curauit.

Paſchalis Chriſtophorus Maurus

Nicolaus Thronus MCCCCLXXII. Herculem Eſtēſem multis reſiſtentibus Ferrariæ principem conſtituit. Regnum Cypri reipublicæ parauit: cuius hiſtoriam in Cypro explicabo, præfuit menſes uiginti.

Nic. Thronus regnum Cypri cōparauit

Nicolaus Marcellus apud Scodram Illyriæ oppidum obſeſſum Turcas ſuperauit per Antonium Lauretanum claßis præfectum: præfuit annum, menſes tres.

Nicolaus Marcellus

Petrus Mocenigus dux LXX. Scodram prius obſeſſam cum prætore Veneto liberauit. Quamobrem procurator ſancti Marci abſens, deinde dux creatur. Poſt eum Andreas Vendraminus, ſub quo Turca Carnorum regionem plures dies depopulatus eſt, ad Scoritium caſtris poſitis & Tiliauento uſq; tranſmiſſo: ad quam cladem ſero iam Carolum Montonium, quem paulò ante exauctorauerant, ex Hetruria adcerſiuerunt.

Petrus Mocenigus

Ioannes Mocenigus Petri ducis germanus, cū Turca à quo annos XXVII. uexati fuerant, pacem tandem his conditionibus fecit, ut Venetus Scodram cum Tænaro Laconiæ promontorio, & Lemno inſula Othomano Turcæ relinqueret, & penderet illi quotannis VIII. aureorum milia. Ille uerò liberam Ponti nauigationem ei permitteret. Deinde ut Conſtantinopoli magiſtratus Venetus eſſet, qui iura Venetis diceret. Ioannnes præterea bellum aduerſus Herculem Eſtenſem rupti cauſa fœderis geßit, in quo eius uires oſtenſæ, quòd ſolus contra totam ferè Italiam pugnauerit. Pax demum facta Polentano acquiſito. Gallipolim & Brunduſium data mutuo pecunia regi Ferdinando pignoris loco accepit. Quumq; apud Marcum curiam incendio abſumptam reſtituere cepiſſet, morte præuentus eſt, anno principatus VII.

Ioan. Mocenigus

Brunduſium & Gallipolis Venetis parta ſimul & Polentanum

Marcus Barbadicus anno MCCCCXXXV. non toto biennio: cui Auguſtinus Barbadicus frater ſucceßit, anno MCCCCLXXXVII. Cum Sigiſmundo Auſtriæ duce pugnatum ad Roboretum Venetorum oppidum in Rhetis ob ferri fodinas quas uterq; ſuas faceret, in quo perijt dux illorum Robertus Seuerinas: diſceſſum tandem æquis conditionibus. Carolus rex Venetis item armis ex Italia pulſus de quo ſuprà mihi narratum. Turcæ iterum in foroiulienſes excurſione facta, milia hominum ſeptem capta apud Tiliauentum, quum eum ob inundationem uado tranſmittere non poſſent, interfecerunt. Paucis poſt menſibus Naupactum, Coronem, Methonemq; ceperunt, in cuius defenſione Antonium Grimanum claßis præfectum exilio mulctauerunt, quòd iniuſſus ante tempus diſceſſerit, quodq; in militum ignauiam non animaduertiſſet. Cui Melchior, huic uerò Benedictus Peſaro ſucceßit, qui Aeginam, Zacyntum, Cephaleniam hoſti ademit, ſimul Hiſpano auxiliante per Gundiſaluum Fernandum. Deinde Leſbum aliquot dies fruſtra oppugnauit cum ſocijs Gallis, qui iniußi diſcedētes DCCC. ex eis naufragio periere. Interim Barbadicus moritur, anno ducatus XV.

Auguſtinus Barbadicus

An. Grimanus

cui Leonardus Lauretanus ſufficitur, dignus maiorum indole, & ſub quo proſpera reipublicæ cuncta ominantur, cuius rei initium Peſaro dedit expugnato, Merito, expugnato, quod nunc S. Maura eſt, tantum euripo à Corinthijs diſcretum. Quo demum hoſti reddito, pax cum eo facta eſt, anno MDIII. ac Venetis tuta quocunque nauigatio permiſſa. Deinde quum Pandulphus Malateſta poſt Alexandri pont. mortem Ariminum recepiſſet, iterumq; à Cæſare Borgia eijceretur, & demum Guidone Feretrano ſuppetias ferente, tertio reuerſus, in reliquum tempus ſibi timeret, urbem Venetis tradit, eius tractus pactione qui Ciuitatula in agro Patauino appellatur. His igitur uiris ac rebus geſtis, Venetiæ florent, quas ſi citra inuidiam priſcis comparemus, proculdubio imaginem quandam reip. Ro. in eis perſpiciemus, ac in eam quandoq; magnitudinem peruenturam fuiſſe, ſi per Turcarum quib. tot annis ſoli reſtiterunt, bella licuiſſet. Nam nec fortitudo defuit, ſi cum aliorum, tum Caroli Zeni, & Nicolai Tauriſani geſta recenſebimus: nec dicendi gloria ſi Iuſtinianos, Barbaros, Bembos, Donatos aliaq; clara ingenia memorabimus. Poſtremo nec rerum bonarum copia, quum præter publicam tutelam ab externo hoſte, omnis Italia eius remige rebus abundet, adnauigantibus nautis ex Syria quotannis, unde aromata conuehunt, ex Aegypto margaritas, ex Tanai pelles, ex Britannia lanas, ex Hiſpania coccum.

Leonardus Lauretanus

ISTRIA.

POST Timauum Iſtria uelut peninſula panditur latitudine Plinio paſſuum MXL. circuitu CXXII. cum Liburnis & amne Titio terminat, ad quē ab Aquileia ſunt paſſ. CC. Mil. ut Tuditanus, qui Iſtros ſubegit, in ſtatua ſua ibi inſcripſit. De cauſa uerò nominis huius Plinius hæc ſcribit. Iſtriam cognominatam tradunt à flumine Iſtro ex aduerſa Padi fauce, contrario eorum percuſſu mari interiecto dulceſcente, ut pleriq; falſo dixere, & Nepos Cornelius etiam Padi accola: nullus enim ex Danubio in mare Adriaticum amnis effunditur: deceptus credo quoniā Argo nauis flumine in mare adriaticum deſcendit, nec procul Tergeſte, nec iam conſtat quo flumine: humeris traiectam Alpes diligentiores tradunt. Subijſſe autem Iſtro: deinde Sauo, deinde Nauporto. Cui nomen ex ea cauſa eſt inter Aemoniam Alpeſq; exorienti. Hæc Plin. Hanc quidem Aemoniam nunc ciuitatem nouam putant, prope quam ſunt oſtia Nauporti fluminis, nunc Labati, in quem ex Alpibus Iulijs deſcendētē Plinius dicit nauem fuiſſe demiſſam. Euſtathius grammaticus dicit eo tempore Iſtrum habuiſſe aditum ad mare Adriaticum, poſtea præcluſum ſiue alueum mutatum. Iſtriæ caput Tergeſte colonia Romana nunc ditionis Imperatorum, ſita in ſinu nominis ſui. In qua urbe legitur hæc inſcriptio. Cæs. Coſ. Deſig. Tert. III. uir R. P. C. Iterum murum turreſq; fecit. Poſt eam quoq; ſex paſſuum milibus Formio fluuius: nunc Ciſanus uocatus. Deinde Aegis, Parentium Plinio quod nomen adhuc priſcum portumq; retinet. Pola in extrema Italiæ ora à Colchis condita, ut Plinius & Mela. Strabo addit, quod Colchi aduerſum Medeam fugientem mißi, cum minime compotes eſſent, redire fruſtra timentes, hunc locum ædificauerunt, Polamq; quæ lingua Colchorum exilium ſignificat appellauere. Deinde à Iuſtino Iuſtiniani principis filio ad tuendam Iſtriam, oramq; Italiæ contra barbarorum incurſiones Iuſtinopolis condita, ut plane ex antiqua inſcriptione,

Aemonia

Nauportus flu. nunc Labatus à quo & uicinum oppidum Labacū

Tergeſte colonia

Formio flu.

Aegis

Parentium

Pola.

Iuſtinopolis

quæ ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quæ adhuc ibi legitur, apparet: hoc modo. D. N. Cæs. Iuſtinus P. Sal. Pius Felix uictor triumphator ſemper Aug. Pont. Max. Fran. Max. Gotth. Max. Vãdalic. Max. Cos. iiij. Trib. vij. Imp. v. Conſpicuam hãc Aegidis inſulam, intimam Adriatici maris commodiſſ. interiectam, uenerandæ Palladis ſacrarium quõdam & Colchidum Argonautarum perſecutorum quietem, ob gloriam propagandam Imp. S. C. Q. in urbem ſui nominis excellentiß. nuncupandam: honeſtiß. P. P. P. deſignauit, fundauit. C. R. P. Q. & gente honeſtiß. refertam.

Petrus Paulus Vergerius

Ex hac urbe Petrus Paulus Vergerius patrum memoria nominatur iuris ſcientiæ peritißimus philoſophus & orator, qui nonnulla & ipſe monumenta reliquit. Arrianum de Geſtis Alexandri conuertit. Deceßit in Pannonia contubernalis Sigiſmundi Imperatoris.

GALLIA TOGATA.

Boij

GALLIAM togatã Ptolemæus Pliniusq; eam tantum uocant, quæ intra Padum Rubiconem & Apenninum eſt, quod Boij Galli dudum hunc tractum occupauerint, cultuq; Romano ac toga uterentur. Boij enim (ut in Galliæ principio dixi partim etiam in Hetruria dicam) uenientes in Italiam: hic primum pulſis Hetruſcis conſedere. Cic. in Philippicis florem Italiæ ac robur Galliam uocat. Dicta eſt Aemulia, & Flaminia, quod ut ait Strabo li. v. M. Lepidus, & C. Flaminius Coſſ. & uictores Ligurum ſtrauere: Hic quidem Flaminiam è Roma per Tuſciam & Vmbriam uſq; ad Ariminum: Alter reliquam uſq; Bononiam quæ Flaminiã intercipiebat, & à Bononia uſq; Aquileiam. Liuius uerò aliter: cui magis ſtandũ. In hanc enim ſententiam lib. x. de bello Ma. ſcribit: M. Aemylius Lepidus, & Cn. Flaminius Coß. deuictis Liguribus Apuanis, pace uicinis data, ne in otio militem haberent, alter à Bononia ad Arretium uiam Flaminiam, alter à Placentia ut Flaminiæ committeret, uſq; Ariminum Aemyliam perduxit. Videtur & Tranquillus huic aſſentiri, qui ait Auguſtum non autem Flaminium à Roma ad Ariminium uiam ſtrauiſſe. Romandiola quoq; à recentioribus poſtea dicta. Cuius nominis cauſam paulò poſt dicam.

Rauenna

Primum Rauenna eſt in ora, de qua Strabo: Rauenna à Theſſalis condita perhibetur, qui quum Tuſcorum iniurias ferre nequirẽt, Vmbros quoſdam ultro adſumpſerunt, qui & hoc tempore urbem inhabitant. Illi uerò domum rediere. Plin. autem Sabinorum coloniam dicit ante urbem conditam. Hanc Auguſtus ad tuendã Illyrici oram claſſe muniuit, ut legitur apud Tranquillum. Poſtea Tyberius muris reconcinnauit, ut ex inſcriptione antiqua ſupra portam apparet. Quos poſtea Valentinianus iunior Imper. reſtituit, qui multos ibi moratus eſt annos. Poſtremo Theodoricus rex an. XXIIII. quibus eam incoluit, ædificijs baſilicisq; luculentis ornauit. Viſitur adhuc eius monumentum ab Amalaſunta poſitum. Hinc & magiſter eius Caßiodorus fuit.

Exarchatus

Hæc & ſedes quondam Exarchatus, qui magiſtratus cœpit an. DCXX. à Iuſtino primum excogitatus, ut Imp. quodam modo uicarius in Italia foret, eaq; fuit autoritate, ut Pontifex Romæ creatus, ab eo probaretur. Durauitq; an. CLXIIII. Quo tempore Aiſtulphus Rauennam cepit.

Longinus exarchus

Primus Longinus à Iuſtino miſſus qui Romam nec adiuit unquam, nec curauit, niſi per ducem qui conſulis dignitatem referret.

Smaragdus Romanus

Deinde Smaragdus & Romanus. Deinde alij. Eius ditionis fuere Rauenna, Ceſena, Ceruia, Forumliuij, Forumtruentinorum, Forumcornelij, Bononia: Mutina, quæ omnia Pipinus Aiſtulpho ſuperato, qui eas occupauerat, Romano Pont. tribuit, quod & Carolus, & ei poſtea filius Ludouicus comprobauere: uoluereq; hanc partem Romandiolam dici ex urbis Romæ nomine, cui fidißima ſemper coniunctaq; fuit.

Romandiola

Præſul Rauennas primus qui pallio decoratus ab imperatore fuerit, unde cæteris exemplum, ſæpeq; quum Romano Pont. ſubeſſe refugeret, tandem ſuccubuit.

Bernardinus & Hoſtaſius Polentarij

Bernardinus & Hoſtaſius de Polenta fratres Rauennæ dominationẽ occupauere, tenuereq; annos uiginti tres, coniecto in carcerẽ patre Guidone, quod delirarè cepiſſet. Poſt aliquot deinde annos Hoſtaſius defuncto fratre, ſolus potiebatur, qui cum deſidiam atq; ignauiam paternã præ ſe ferret, à Rauennatibus urbe Venetis tradita, eiectus in Creta exulauit. Aer Rauennæ, quanquam inter paludes, innoxius Straboni, quod latas exhalationes campeſtres, & maritimas habeat.

Sapis.

Sapis fluuius inter Rauennam & Ceſenam Plinio, Iſapis Straboni, ab accolis hodie Sapiens appellatus. Ad cuius oſtia portus, ubi Auguſtus teſte Tranquillo claſſem ad tuendam oram Illyricam tenebat.

Ceſena

Ceſena urbs uetuſta, Malateſtæ nouelli poſſeßio, mox ad Romanum reuerſa Pont. Poſtremo Cæſari Alexandri filio, unà cum cæteris uti uicario ceßit. Tempore Britonum, qui ad tuendas Pontificis partes in Italiam uocati fuerant, magnum paſſa incommodum: ibi quum ſe Ceſenam cum legato recepiſſent, à ciuibus eorum quotidie iniurias ferre nequeuntibus, mille trecenti ex eis una die trucidati fuere. Legatus re dißimulata aliquantulum, deinde adiunctis Anglicis, eos aggreſſus, tria milia oppidanorum nullo ordinis aut ætatis diſcrimine habito interfecit.

Ceruia
Forumliuij

Ceruia nouum urbis nomen (quanquam Pontificũ iuris) à Venetis occupatur. Forumliuij unũ è quatuor Aemyliæ foris, cuius ciues Martini IIII. Pontificis tẽpore, defecere, cõtra quos miſſus à Pontifice Guido de Appia uir Gallicus, qui cum toto exercitu fuſus fugatusq; eſt: Guidone Bonacto ciue Foroliuienſi mathematico, horã pugnæ, ut dicitur, ſuis ex horoſcopo conſtituente: quanquam huiuſmodi prædictiones uanæ plerunque ſunt: quam cladem poſtea Guido Feretranus eſt ultus miſſus item à Martino, qui uictis bello Foroliuienſibus, urbis mœnia diſiecit.

Viri clari Foroliuienſes

Floruere in ea ciuitate uiri literati, Guido quem ſuprà dixi. Iacobus de turre medicus. Rainerius Arſendus Bartoli præceptor, & ætate mea Blondus hiſtoricus. Militares uero Brandolinus Tibertus Branduli Moſtarda, præter omnes autem Ordelaphi quorum familia à patricijs Venetis orta, multos eſt annos dominata.

Ordelaphorum familia

Inter quos Franciſcus & Sinibaldus Ordelaphi: hi enim an. MCCCXXIIII. cum Imp. contra Pontificem conſpirauerant, & poſt Clementis v. obitum, urbis tyrannidem occupauerant: poſtea ad Pontificis fidem redeuntes, à Benedicto uicarij creati ſunt. Iidem in quodam prælio à Rainaldo Eſtenſi capti, ac poſtea dimißi fuere. Scarpetta Ordelaphus dux Alborum eiectorum Florentia, qui Foroliuium ſe receperant. Ciccus Ordelaphus item uicarius, an. MCCCCIIII. dum in lecto ægrotaret, à populo unà cum filio paruo ob eius intolerabilem tyrannidem interfectus eſt. Pinus Ordelaphus noſtra ætate, uti ſolus regnaret, Franciſcum fratrem trucidauit, eius filijs in exilium pulſis. Deceßit an. MCCCCLXXIX. infante filio notho tantum relicto in tutela uxoris Conſtantiæ, è Mirandulæ comitibus. Quumq; Galeoctus Manfred us Fauentiæ princeps Franciſci ex ſorore ſua filios exules reducere conaretur, Conſtantiam obſedit, quæ ſeſe in arcem una cum priuigno & Antonio fratre recepit. Interea Fredericus Vrbini dux à Sixto Pontifice cum exercitu miſſus, blanda effecit oratione, ut Conſtantia ciuesq; urbem Hieronymo de Riario Sauonenſi Imolæ comiti, ipſius Sixti alumno ſponte traderent, uti uicario regendam. Puer interim non ſine ſuſpicione ueneni mortem obijt. Hieronymus itaque accepta ciuitate, paucis poſt annis à ciuibus coniuratis, intra ſuas ædes trucidatur, ſuperſtitibus liberis, unà cũ matre Catha-

rina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

rina Galeatij ducis ex pellice filia uirili animo muliere: quæ per dolum arcem ingreſſa ac urbe uicecomitum auxilio potita, de coniuratis ſupplicium ſumpſit. Verum non multo poſt tempore, ab Alexandro cum auxilio Gallorum bello petita, poſtquam obſidionem aliquandiu acriter pugnando ſuſtinuiſſet, tandem in arce capitur, Romamq́; ducta diu in cuſtodia fuit. Cæſar uerò Alexandri filius ei ac Forocornelij uicarius ſurrogatur, quo deinde deiecto Iulio pont. ciuitates receptæ.

Paduſa

Fauentia

Fidentiola

Paduſa fluuius non longe ab his finibus, de quo ſuprà in regione Venetiæ dixi. Fauentia & Fidentiola, quarum meminit Liuius lib.lxxxviij. Sulla Carbonem cum exercitu ad Fouentiam Fidentiolamq́; Italia expulit. Spartianus quoq; dicit Ceionium Commodum, qui & Aelius Verus eſt dictus, natum maioribus Fauentinis. Capitolinus matre tantum Fauentina, patre Hetruſco. Hanc urbem Gothi ſuſtulerũt, atq; reſtitutã Fredericus Aenobarbus rurſus deleuit. Anno uerò inde CC. Britones in Italia militantes tertio diripuere.

Manfredorũ familia.

In hac Manfredi diu dominati ſunt. Quorum Ricardus Manfredus primus ex Capitaneo à Benedicto Pontifice, ſicuti & reliqui, Fauẽtiæ Imolæq; uicarius, M.CCCXXXIIII. factus eſt. Guidacius & Aſtorgius muris urbem reſtituerunt. Aſtorgius deinde pro Nicolao Eſtenſi contra eius neceſſarium Accium, de Ferrariæ regno decertantem, fortiter dimicauit. Ea de cauſa ab Alberico Cunij comite Fauentio expulſus à legato deinde Pontificis reſtitutus fuit. Poſtremo deprehenſus, quod legati conſilia Foroliuienſib. proderet, & ad defectionem eos ſollicitaret, captus in foro ſecuri percutitur, relictis magni nominis filijs, Carolo & Galeocto. Hic pulſus à Carolo natu maiore, Venetis militauit: quorum potentia, Anno M.CCCCLXXX. Carolo eiecto, ciuibus admodum infeſto, reſtituitur. Duxit uxorem Ioannis Bentiuoli filiam, quæ quum ab eo ſperneretur, ſimulata ualetudine, inter medicos ſicarios admiſit, qui eum in cubiculo ad ægrotantem uenientem adorti confoderunt. Huius filius Aſtorgius, egregia indole adoleſcens, quum longam obſidionem Cæſaris ab Alexandro Pont. patre miſsi ſuſtinuiſſet, tandem expugnatus, ductusq́; nuper Romam, & in Tyberim nocte quadam præcipitatus eſt. Nunc uerò ciuitas hæc unà cum Arimino, à Venetis etiam inuito Pontifice occupatur.

Forumcornelij

Vatreni flu. oſtia

Thadeus è Manfredis, ſingulari, ut aiunt, deſidia uir, Forocornelij, quod ei ex hæreditate obtigerat, à Galeatio duce eijcitur, ac Hieronymo de Riario genero pro dote conceditur. Ea urbs à militibus Narſetis diruta, deinde à Clephi crudeliſsimo Longobardorum rege Imolæ nomine reſtituta eſt, ut Rauennatibus in fide pop.Ro. perſeuerantibus opponeretur. Flumen habet Vatrenum iuxta labens in Padi oſtia defluens Plinio. Hinc fuit Ioannes decimus.

Mutillum

Mutillum oppidum, hodie Mutiliana appellatum. Liuius XXI. Per Vmbriam quam Tribum Sabinianam uocant Boios inuadere iuſsit. Deinde ad caſtrum Mutillum.

Comites Guidi

Hæc comitum Guidorum familiæ poſſeſſio, qui annos iam ſexcentos in Flaminia & Hetruria floruerunt.

Forum populi à Grimaldo dirutum

Forumpopuli Grimaldus Longobardorum rex, iratus oppidanis quod eum in tranſitu impediuiſſent, ſabbato ſancto mane, populo in re diuina & conſecrando chriſmate occupato diripuit, ac ſolo æquauit. Inſtauratumq́; poſtea à Foroliuiẽſibus, Aegidius Cardinalis legatus iterum deleuit, an. M.CCCLX.

Forumtruentinorum

Forumtruentinorum Plinio appellatum, inter quatuor Aemyliæ fora, nunc Brectonorum, interq́; Pontificis ciuitates quas Fredericus Aenobarbus accepit, in pacis fœdere Alexandro tertio redditum fuit. Huc Præſul Foropopulenſis poſt ruinam eius loci ſe recepit, unusq́; nunc utriq; præeſt.

Bononia Colonia

Bononiam coloniam Hetruſcorum. Plin. ſcribit ſolam relictam fuiſſe ex his duodecim, quas illi trans Appenninum duxere, Felſinam tunc uocatam. Deinde à Boijs qui eam Hetruſcis ademerant, Boioniam, & per paragrammatiſmum Bononiam.

Boij

De his multi autores, ut in Gallia Comata diximus. Liuius li.xxij. Q. Mutius inde in agrum legiones duxit, Boiorũ exercitus haud multo ante traiecerat Padũ, iunxeratq́; ſe inſubribus & Cenomanis. Et inferius: Boij in agrum ſuum Tannetum profecti.

Tannetum

Tannetum enim ultra Regium eſt, quod nunc Cannetum uocant, unde Cannetulorũ familia Bononiæ: ex quo patet Regienſes & Mutinẽſes ea circa omnia loca occupaſſe. Idẽ autor li.XXI. Boij ſollicitati ab Inſubribus, nec tam ob ueteres in pon. Ro. iras, quã quod nuper circa Padum, Placẽtiam, Cremonamq́; colonias in agrum Gallicũ deductas ægre patiebãtur. Tres uiri ad deducendas colonias miſsi, Placentiæ mœnibus diffiſi Mutinam confugerunt. Legati ad Boios miſsi uiolati ſunt, Mutina obſeſſa. Item lib.xxxvj. P. Cornelius Scipio Naſica Cos. Boios Gallos uictos in deditionem accepit, de quibus triumphauit. Lib.xxxvij. dicit Coloniam à Romanis deductam, agrumq́; eum fuiſſe captum. Hanc ciuitatem Ludouicus Lotarij imperatoris filius ſub Sergio Pont. cum exercitu peteret, magna clade adflixit, mœniaq́; diſiecit: quod in tranſitu à ciuibus incommodum ei fuerat illatum. Deinde breui tempore reſtituta adeo creuit, quod an. M.CCLXX. aduerſus Venetos, à quibus maris Adriatici libertate impediebantur, tribus annis bello cõtenderunt ad oſtia Padi cum armatis quadraginta millibus. Pax tandem his conditionibus facta, ut oſtiorum Padi Venetis imperio relicto, Bononienſibus tantum ſal ac frumenta per ea ſine portorio deferri liceret. Sequente anno orto in ea tumultu, pars quæ imperatori ſtudebat, eiecit Lambertacios, Aſinellos, de Andolo comites, Patricos, Carbonenſes, Storletos, de Albeſio. Dela Fracta, Dela mola, De Ruſticanis familias qui quum ſe Foroliuium recepiſſent, obſeſsi à Bononienſibus aduerſarijs, tandem uictores fuere, ſeptem millib. interfectis. Obſeſſa uerò Bononia deinde ſæpe à Vicecomitibus fuit, Accio primum, deinde Ioanne præſule, qui demum eam ex Iacobo Pepulo Thadei filio, urbis tunc domino, libris ducentis millibus Bononienſibus mercatus eſt, rexitq́; per uicarium ſuum Ioannem Olegium, qui filius eius putabatur.

Thadeus & Iaco. Pepuli

Io.Olegius

Miſſusq́; olim ad populandum agrum Florentinum fuerat, à quo illi multa incommoda paſsi ſunt. Hic tandem defuncto Præſule, quum in diſcordiam cum ſuis uicecomitibus ueniſſet, ciuitatem legato tunc Pont. tradidit, Firmumq́; in Piceno commutatione recepit. Quum iterum poſtea à Barnaba uicecomite adſcitis ſibi Florentinis urbs obſideretur, Gregorius XI. abſens Britonum X. millia ad reſiſtendum cum Bernardino duce ex Gallia miſit. Res denique compoſita inter eos.

Io.Galeatij obſidio

Ioannes Galeatius poſtremo, omnibus uehementius eam preſsit, aduerſantibus tamen Florentinis: potitus nihilominus ſe dedentibus Bononienſibus, per Ioan. Gentiacum exercitus ducem Ioannem Bentiuolum qui unus omnino reſiſtebat comprehenſum iugulauit.

Io.Bentiuolus

Is enim patriæ dominationem occupauerat, ex gente patreq́; admodum paupere genitus: iuuante Nanne Gozedino potente tunc ciue, ſolertia ſimul & audacia breui tempore effecit, ut imperium, quod illi parare ſperabatur, ſibi retineret. Verum pulſus à Iambecchariorum factione fuit, cum iam patriæ dominus omnium conceſsione uocaretur.

Iambecchar'j

Breui deinde poſt tempore, Carolo eius factionis principe extincto rediјt. Poſt mortem Ioannis Galeatij, quum Philippus dux Bononiam, cæteraq́; ablata Pontifici redderet, Antonius ipſius Ioannis filius ad conſequendam patriam dominationem tumultus excitauit.

Anto.Bentiuolus

Ex quo ab Eugenio Pontifice per Nicolaum Picininum comprehenſus, ac ſecuri percuſſus eſt, urbisq́; cuſtodiæ Franciſcus Picininus N. filius adhibitus. Is enim cum Annibalem Antonij filium notũ autoritate pollentem in

Annibal Bentiuolus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tem in patria uideret, ſimulata uenatione atq; conuiuio, eum cum primoribus in arcem S. Io. ducit. Sed poſt epulas, cæteris dimiſsis, cũ Gaſpare & Achille Maluitijs, retinuit, ac in arcem Varanenſem adduxit. Vnde clam Galatij Mareſcocti, & Virgilij Maluitij opera Annibal effugiens, Bononiam rediјt, ac libertate cõclamata, ſtatim Picininum comprehendit: ſimulq; arcem Bononienſem, quæ à præſidio Picinini tenebatur, auxilijs Florentinorum Venetorumq;, qui Simonetum de Caſtropetro miſerant, expugnat. Exercitum inſuper à Philippo miſſum unà cum Ludouico Vermio duce profligat. F. demum pro Maluitijs captis commutat, ac iam becchariјs expulſis, Cannetulos exules reuocat, Baptiſtam & Galeoctum fratres, cum quibus ſimul & Maluitijs communi auſpicio remp. rexit cum Venetis ac Florentinis ſocietate inita.

Cannetuli reducti.

Verum inuidia atq; inſtigatione Philippi ducis Baptiſta impulſus, dum Annibal Franciſci Giſlerij Cannetulorum clientis ſimulq; coniurati filium de ſacro fonte leuat, ac dexteram Franciſco initæ neceſsitudinis gratia porrigit, incautus à Galeocto Baptiſtæ fratre trucidatur. Cuius parricidij paulò poſt & ipſe pœnas dedit, à populo interfectus, in forũq; unco tractus. Quumq; Annibalis paruus filius ſuperſtes Ioannes nondum aptus regno uideretur, Sanctus Bentiuolus ſufficitur.

Sanctus Bentiuolus

Hic natus ex concubina Herculę patre, Ioannis filio, Antonij fratre, qui in Hetruria res geſsit, & Eugenij iuſſu ſublatus eſt: Florentiæ tunc filius pauper agebat fulloniam factitans. Igitur à Bononien. ad remp. adcerſitus, ex opifice princeps ſubitò factus, ſeſe minime degenerẽ oſtendit. Exules qui mœnia iam tenebant extemplo adreptis armis, præter ſpem omnium repulit.

Hercules

Is Herculem & Conſtantiam liberos reliquit, quorum alter uiuit, altera Antonio ex comitib. Mirandulæ nupta proximis annis Romæ deceſsit, matrona pulchritudine incomparabili: tum ingenio indoleq; proſapiam referens.

Io. Iunior

Ioannes nunc potitur Annibalis filius, eiectis Maluitijs, cum quib. ſummam habebat neceſsitudinem, ſolusq; in tota Aemylia, Alexandri Pont. uiribus reſtitit. Vrbs item ea tot paſſa uarietates abhinc annis circiter XC. à Põtificis Præfectis mœnibus reſtituta fuit. Cenſetur & claris ingenijs L. Pomponio Atellanarum ſcriptore, ut ait Euſebius, Ruſticello oratore, ac L. II. pontifice. Inter recentiores uerò Ioanne Andreæ, & Calderino iuriſperitis.

Claterna

Inter Bononiam & Forumcornelij Claterna antiquum oppidum, Plinio Straboniq;, cuius nũc parua uidentur ueſtigia.

Renus Sauena

Amnes quoq; Renus & Sauena, nunc Quadena uocata.

Vatrenus

Inter Forumcornelij & Fauentiam, Senius & Vatrenus Straboni, nunc Santernus.

Anemo Mutina

Iuxta Fauentiam uerò Anemo Plinio: nunc Lamonem uocant. Mutina colonia Ro. deducta unà cum Piſauro & Parma, ut Liuius teſtatur lib. XXXIX. In hanc nihil reperitur ſæuitum Gothis aut Longobardis, nec eius etiam mẽtio omnino. Quam hodie cernimus, aliam eſſe à uetere conſtat, ædificatam circiter annum MC. De hoc oppido ſuprà multa adtulimus: nullus enim æquè à ueteribus memoratur locus. Hic Bruti & Cæſaris bellum ciuile, nunc uerò ditionis Eſtenſium.

Scultenna flu.

Prope Scultenna fluuius ex Alpibus in Padum labitur: ubi autem extenditur in finem ab accolis Panara uocatur. Illuſtratur illa ciuitas Geminiano præſule ſanctiſsimo, ſub Iouiniano principe.

Regium Lepidi
Reginenſes
Regini
Reginates
Coregiates

Regium Lepidi ab ipſo Lepido Triumuiratus tempore conditum, cuius meminit Frontinus, itemq; Plinius, qui Reginenſes eos uocat: Rheginos uero apud Brutios. Reginates etiam in hac parte commemorat, fortè nunc Coregiates: unde nobilis eiuſdem nominis etiam familia, quæ res multas in Italia geſsit, de qua paulò poſt dicam. Ornatur hæc ciuitas Maximo urbis ciue, ac Præſule uiro ſanctiſsimo, qui Venetias deinde translatus fuit. Sunt alia nouis nominibus oppida partim ex ueteribus corruptis.

Campi Macri
Piorum familia
Mirandula
Parma

Inter quæ Carpi: quod id putauerim quod Straboni in ea parte ponitur, Campi Macri, ubi dicit quotannis mercatum fieri ſolitum. Huic Piorum familia iamdudum dominatur. Item Mirandula quæ proprios habet oppidi nomine principes. Parma colonia deducta unà cum Mutina & Piſauro, ut Liuius in XC. Eius agri caſtella, factionesq; urbis à quatuor paulò antè tenebantur familijs, Roſcijs, Coregiatibus, Palauicinis, & Vitalenſibus.

Roſcij
Coregiates
Palauicini
Vitalenſes

Qui uni quondam parebant duci Mediolanenſi diſsidentes inter ſe. Hanc olim urbem adſecutus eſt Guido Coregias, Philippini Gonzagæ auxilio, pulſus deinde ab Accio Coregiate fratre, Eſtenſium uiribus freto. Accius uerò quum eam tueri non ualeret, Obizoni Eſtenſi tradidit, Obizo rurſus Luchino uicecomiti.

Othoij.

Poſt hæc Otho tertius tyrannus, eam eiectis Roſcijs inuadit, quem ad extremum Nicolaus Eſtenſis per Sfortiam in colloquio circumuentum, ut ſuprà dixi, de medio ſuſtulit. Poſtremo urbs hæc uicecomitibus ceſſit, nunc uerò cum reliquo ſtatu Gallorum regi. Abluitur ab eius nominis flumine. Ad familias redeo. Inter Coregiates, præter ſupradictos fuit Giſbertus Coregias qui dux Senenſium exercitus, uenit in ſuſpicionem, ne Picinino tunc hoſti ſtuderet: quapropter à Senenſibus in urbem adcerſitus e curiæ feneſtris præceps deijcitur. Inter Roſcios uerò Petrus Marſilius, & Rolandus. ex his Petrus Venetis olim contra Maſtinum Scaligerum militauit: in quo bello occubuit, ſingularis modeſtiæ uir, ſimul & prudentiæ, quippe qui ſuos in ſeuera diſciplina retineret, ac diceret, ut à ſtupris ac furtis, præter omnia, abſtinerent. Huius nepos Petruſmaria Roſcius Venetus item in bello Ferrarienſi militans contra Herculem Eſtenſem Parmam uexabat, ut ducem Mediolani ab eo diuerteret bello. At ille Nucetum & Candidam arcem, eius oppida, ei eripuit. Quo extincto, Veneti memores officij, eius fratrem Iacobum ſtipendio XXX. millium aureorum ſuſtentarunt.

Tannetum

Tannetum, de quo ſuprà mentio. Hic Narſes, conductis decem millibus Longobardorum Totilam prælio ſuperatum interfecit.

Brixillum

Brixillum apud Mutinam Plinio ponitur. Id oppidum quum ſubeſſet Rauennatibus, Rotaris rex captum diruit, eodemq; bello ab ipſis Longobardis materia, turribus, ac pluteis munitum, Rauenantes iniecto igne penitus deſolauerunt.

Tarus flu.
Fidentiola

Tarus fluuius ultra Parmam Plinio nomen adhuc retinet, ex Apennino in Padum fluens. Deinde Fidentiola à dextera uetus oppidum ab læna nouo nomine oppidum Bobium ad Apennini iuga ſitum, ubi nobile cœnobium à Theodolinda regina Longobardorum extructum.

Bobium
Cœnobium ubi libri reperti

Hic an. Milleſimo CCCCXCIIII. huiuſcemodi libri reperti ſunt. Rutilius Naumatianus. Heroicum Sulpitij carmẽ. LXX. epigrammata. Terentianus Maurus de literis, ſyllabis, & metris omnis generis. Cæſius Baſſus: Velius Longus de orthographia. Adamantius Martyrius de b litera & muta, u uocali. Probi catholica: Cornelij Frontonis elegantiæ Latinæ. Sergius Grammaticus de litera liber perſimilis Iulio Polluci de uocabulis rerum, ſed hoc amplius, Latina Græcis uocabulis reſpondent. Caſuus Sacerdos de octo partibus orationis. Paraphraſis ſuper ſex Virgilij libris. Trium æclogarum Virgilij enarrationes. Dracontij uarium opus. Prudentij hymni. Computus, ſic eſt inſcriptus, Græcorum & Latinorum. Alter liber, computus digitorum inſcribitur. Agenius Vrbicus de controuerſijs agrorum. Higinius de limitibus agrorum, & metatione caſtrorum. Balbus de nominibus menſurarum. Vitruuius de Hexagonis, Heptagonis, & id genus. Frontinus de qualitate agrorũ. Cæſarum leges Agrariæ, & colonariũ iura: quorũ bona pars his annis proximis à meo municipe Thoma Phædro bonarũ artiũ profeſſore, eſt aduecta in urbẽ.

Placentia colonia

Placẽtia colonia deducta à quatuor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quatuor uiris. Cornelio Scipione, & Tito Sempronio Longo Coſs. deductis eò ſex milib. colonorum, ut opponeretur Gallis qui eam partem tenebant, ut autor Pedianus. Liuius lib. XXI. Agro Gallorum capto, coloniæ deductæ ſunt Placentia & Cremona. Placentinos Cic. de ſe benemeritos in orationibus uocat, quod pro reditu ſuo cum tota Italia certauerint. Hinc fuit T. Tinca orator, ut Cic. in Bruto.

T. Tinca

Gregorius etiam Decimus, uir ſanctus, qui Lugdunenſe concilium celebrauit. Hæc an. M.CCXIX. à Palauicinis tunc primum tyrannis poſt Longobardos, cum antea libera fuiſſet, occupata fuit: uarijs deinde agitata caſibus poſt Ioannis Galeatij mortem ſæpe direpta eſt. Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſium exercitus extincto Philippo, eam ad Venetos deficientem poſt longam obſidionem, etiam nauali prælio, cum Padus excreuiſſet, captam diripuit. Proceres in eo bello fuerant Iacobus Picininus, Guidaccius Manfredus, Ludouicus Vermes, Carolus Gonzaga, omnes autem ſub duce Franciſco.

Trebia

Apud Placentiam Trebia flu. uetus retinens nomen, clade quoque Romanorum inſignis, ex Apennino in Padum fluit.

Claſtidium

Claſtidium Straboni, haud longe à Dertone.

VOLATERRANI
COMMENTARIORVM VRBANORVM
LIBER V.

HETRVRIA.

HETRVSCOS dicturus, nihil habeo potius præfari, quàm quæ Liuius libro V. Tuſcorum ante Romanorum Imperium late terra mari'que opes patuere. Mari ſupero infero'que, quibus Italia inſulæ modo cingitur, quantum potuerint, nomina ſunt argumento: quod alterum Tuſcum, communi uocabulo generis, alterum Adriaticum mare ab Adria Tuſcorum colonia uocauere. Italiæ gentem Græci eandem Tyrrhenam & Adriaticam uocant. Hi in utrunque mare uergentes incoluere urbibus duodenis terras: prius cis Apenninum ad inferum mare, poſtea trans Apenninum totidem quot capita originis erant colonijs dimiſſis, quæ trans Padum omnia loca excepto Venetorum angulo, qui ſinum circum colunt maris, uſque ad Alpes tenuere. Alpinis quoque gentibus eadem haud dubio origo eſt, maxime Rhetis: qui loca ipſa efficiunt, nequid ex antiquo præter linguæ ſonum, nec eum incorruptum retineant.

Dionyſius

Dionyſius uerò Halicarnaſſeus ait, Hetruſcorum originem, alij indigenas, alij aduenas putant. Qui indigenas uolunt, à minutis ædificijs ac paruis, quæ lingua eorum ſicut & Græcorum Thyrſes dicuntur. Qui uerò aduenas dicunt, Tyrrhenum Atyis regis Lydorum filium huc cum claſſe aduectum uolunt.

Xanthus Lydius

Xanthus Lydius qui Lydorum ſcripſit hiſtoriam, neque Tyrrheni alicuius, neque Hetruſcorum mentionem facit. Sed Lydum & Torebum Atyis filios dicit, totidem populos inter ſe diuiſos ab ſe cognominaſſe. Hellanicus Leſbius ſcribit Pelaſgos tantum in hanc partem ueniſſe, ac eos poſtea Tyrrhenos cognominatos, dictos'que poſtea Tuſcos à ſacrificio ritu, quos Thyoſcos Græci uocant. Placet tamen Dionyſio eſſe populos licet confuſos, poſtea uno Tyrrhenorum nomine uocatos. Multa enim dicit oppida à Pelaſgis ædificata, quæ poſtea à Tyrrhenis occupata, Tyrrhenorum dicta ſunt, ut Agilina, Piſa, Falerium, Feſcenium.

Tuſcis ſermo barbarus

Indicium uel maxime barbaros hic quandoque habitaſſe, ſermo peregrinus. Nam autor Liuius, cum ad ſyluam Ciminam à Fabio conſule uicti eſſent Hetruſci, quidam eos per ſyluam inſecutus, qui linguam Hetruſcam prope nouerat. Idem quoque in nono ſcribit, Romanos pueros antiquitus Hetruſcis literis ſicuti poſtea Græcis erudiri ſolitos. Plin. Ilicem uetuſtam dicit fuiſſe Romæ æreis literis Hetrucis inſcriptam. Volaterris quoque nuper reperta ſaxea imago longæ uetuſtatis cum literis circa (uti putamus) Hetruſcis, quæ nulli hodie dignoſcuntur. Auguſtus item apud Tranquillum Mecœnatem ſuum uerbis Hetruſcis exagitat, Eſar eum id eſt deum Hetruriæ uocans. Esar deus

Hinc Romanis ornamenta triumphalia, & deorum cerimoniæ: & primus aruſpex Tages, & Piſeus tubæ repertor: & Ludio adcerſitus in Theatra. Hinc Mezentius rex diuûm contemptor, qui uini mercede Rutilis auxilium tulit, deinde Porſena: nec alia gens magis Romanos ab initio exercuit. Tandem duobus ultimis prælijs uicti ſuccubuere. Primo ad ſyluam Ciminam à Fabio conſule, uti ſuprà dixi. Deinde ad lacum Vadimonis à Papyrio dictatore: ubi CCC. milibus prælio deletis, Hetruſcorum uires penitus interiere. Hetruſci ſubiugati ad ſyluam Ciminã, ad lacum Vadimonis

Bis poſtea defecere. primum in bello punico ad Magonem. Liuius XVIII. Cor. cos. in Hetruria iudicijs agitauit eos qui ad Magonem reſpiciebant. Deinde bello ſociali, quorum principes Arretini, quo tempore Romani Arretium & Cluſium uaſtauerunt. Defectio Hetruſcorum

Poſt hæc in officio uſque ad Honorij principis tempora durauere. Ex illo multa à Gothis, plura à Longobardis incommoda paſſi ſunt: quorum imperio ſub ducibus agebant, quibus demum pulſis ab imperatoribus, per Caſtaldium magiſtratum nouum cœpta Hetruria regi. Caſtaldius magiſtratus Hetruſcorum

Eius ciuitates Ludouicus Pius cum Paſchali pontifice diuiſit: ut Arretium, Volaterræ, Piſæ, Cluſium, Piſtorium, Luca, Luna imperio adiudicarentur, reliquæ Pontifici. Poſtquam uerò imperium ad Berengarium Germanos'que uenit, preſſa Hetruria unà cum reliqua Italia uarijs calamitatibus fuit: inter'que cæteras anno M.CCCCXL. ab irruentibus Pannonijs direpta eſt: à Vandalis item circa Populoniam Leone imperatore: poſtremo à Saracenis, qui Sardiniam tenebant. Ipſius termini Macra, Tyberis, & Appẽninus. Macra flu.

In ora igitur poſt Macram, Luna prima offertur cum portu quondam nobili, iam uſque Lucani tempore deſerta, Vates placuit adciri, quorum qui maximus æuo Aruns incoluit deſertæ mœnia Lunæ. Luna

Ex huius ruinis nouum oppidum ac uicinum Sarazana excitatum, præeſt'que utrique præſul unus, Nicolai V. qui inde fuit oriundus prouidentia. Sarazana

Hæc cum oppido unico Petraſancta à Florentinis adempta Lucenſibus tenebatur: per aduentum uerò Caroli regis an. M.CCCCXCVI. ad antiquos dominos ambæ redierunt. Petraſancta

Petraſancta enim Lucenſium eſt ædificium. Quo tempore de finibus illi cum Genuenſibus litigabant: appellarunt'que ex cognomine uiri Mediolanenſis, qui ab imperatore arbiter eò miſſus locum illum Lucenſibus adiudicauit. Ex ruinis illius oppidi excitatum putatur, quod Lucus Feroniæ uocatum Ptolemæo ponitur. Lucus Feroniæ

Nonnulli Fanum Herculis putant. Hinc Macræ fluminis accolæ cum tota Lunenſi regione antiquitus Apuani uocabantur Ligures ab Apua oppido, quod ſatis putauerim eſſe Pontremulum ex cõiectura uerborum Liuij lib. X. Apuani / Apua Pontremulum

Sempronius è Piſis in Apuanos Ligures uaſtando aperuit ſaltus uſque ad Meram fluuium & Lunæ portum. Meram enim apud eum flagitioſe ſcriptum puto pro Macra. Nam meræ amnis hic nullus alius mentionem facit: Auſeris Lucenſium eſt non Mera, ex multa coniectura, ut alibi narrabo. In hac parte plurima caſtra nouo nomine, magna ex parte Maleſpinarum familiæ ſubiecta. Maleſpinarũ familia

Tantum Carrea Plinio nominatum. Nunc fortè Carrara: unde marmor nobile Romanorum ædificijs expetitum. Iuuenalis: Procubuit ueluti qui ſaxa Liguſtica portat. Carrea

Foſſas Papyrianas Ptolemæus etiam ponit: ex cuius ruinis Foſſonouum à mari aliquantulum recedens ædificatum exſtimauerim. Foſſæ Papyrianæ

Similiter & Tiguliam ab Tigulia

Nucetum. Fiuizanum. Liburnus portus qui Labro & Salebro. Vada Volaterrana. Cecina flu. Populonia. Portus Traiani. Populinum. Appianorum proſapia. Iacob. II. Rainaldus Vrſinus. Baldaſin. Mannetes Appianus. Iacob. III. Iacobus IIII. Scatones. Subertani. Vmbronis oſtia. Telamon portus.

eodem hic locatam, quam nunc Lagulam uocant. Caſtro autem Nuceto, iuglandes in eius agro frequentes nomen dedere. Fiuizanum cum paruis uicis tantum hic hodie Florentinis poſſeſſum. Poſt Lunenſium regionem Liburnus eſt portus Ptolemæo uocatus, Ciceroni autem Labro. ſcribit enim ad Q. fratrem in epiſtolis ad Atticum: hominem conueni, & ab eo petiui, ut quamprimum rediret: ſtatim dixit: erat enim iturus, ut aiebat, ad III. idus, ut aut Labrone, aut Piſis conſcenderet. Antonino in itinere Salebro dicitur. Vada hinc Volaterrana Straboni Plinio'que. Oſtia fluminis Cecinæ, qui per agrum Volaterranum fluit initium'que à Monterio prope Maſſam habet. Populonia notiſſima uetuſtate hãc Niceas patricius Conſtantinopolitanus claſſis imperialis præfectus, regnante in Italia Bernardo Caroli nepote, igni ferro'que deleuit. Huc quoque Vandali mari excurrentes, à Baſiliſco Leonis III. præfecto repulſi ſunt: quem poſtea locum Plumbini princeps Corſis referſit, qui totam Hetruriæ oram deprædabantur. Portum habuit, qui iamdudum deſertus ab accolis, nũc Baractus uocitatur, prædonũ receſſus. Contra hunc ex alia dorſi parte portus Traianus Ptolemæo: ubi nunc Populinum eſt, quaſi parua Populonia, ex eius'que ruinis excitatum poſſeſſum'que ad hunc uſque diem Appianorum familiæ. Cuius princeps Iacobus Appianus ſcriba Piſanorum, qui Petrum Gambacurtam ciuitatis principem dominum'que ſuum per proditionem interfecit, Imperium'que ſibi adripuit. Huius filius Gerardus, minime aptus rem paternam tueri, Piſas Ioanni Galeatio uendidit Plumbino ſibi retento. Ex hoc & Paula Martini pontificis ſorore ortus Iacobus II. uir admodum mitis: qui cum ſobole careret, concubinam ex Aethiope eius tympaniſte grauidam ex ſe putans, uicinarum urbium legationes ad puerperium baptiſma'que inuitauit: illa uerò interim puerum toto corpore atrum pariens, patrem referentem, riſum inuitatis, pudorem'que Iacobo excitauit. Hoc demum extincto Rainaldus Vrſinus eius gener ſucceſſit, qui grauem Alfonſi regis obſidionem paſſus quòd Florentiæ inimicos eius fouiſſet, magno ſe animo defenſitauit, regem'que tandem re infecta diſcedere coëgit. In quo bello Galeatij Baldaſini Siculi, militis Alfonſi, memorandum traditur facinus: ter hic muros aſcendere conatus, ter è ſummo deiectus eſt, quater cum hoſte ex prouocatione uictor. Armatus ſiniſtra ephippium equi, dextra tenens haſtam, in equum inſiliebat: defuncto Rainaldo Catharina eius uxor metuens regem, miſſis ad eum oratoribus, aureum poculum, VI. pondo quotannis dare promiſit. Poſt hanc populus quendam Mannetum Appianum ſolum ex ea familia ſuperſtitem, qui apud Troiam Apuliæ cum uxore iam ſenex & inglorius agebat, ad imperium accerſiuerunt, qui bona cum gratia multos præfuit annos, cenſum Alfonſo pendendo. Moriens duos ex concubina filios reliquit, quorum minor Iacobus III. maiori à populo prælatus patri ſucceſſit, uir ſæuus ac libidinoſus dum uixit. Et ipſe decedens ſuperſtitem filium reliquit ſimul & ſucceſſorem Iacobum IIII. quo nuper ab Alexandro pulſo, Cæſar eius filius oppido potiebatur: eo'que mox deiecto, ille rurſus patriæ reſtitutus eſt. In horum agro ac ditione duo parua oppida paulum à mari remota, Scarlinum & Suberetum, quæ fortaſſe fuerint ex colonis his quos Scatones & Subertanos in ora Hetruriæ Plin. uocat. In littore Senenſium ſunt Vmbronis oſtia nauigiorum capacis, ut idem eſt autor. Labitur ex montibus qui ſunt inter Arretium & Senam recto tramite. Telamon portus à Telamonio Teucro huc adplicante poſt Bellum Troianum, ac extincto fratre diuerſa exilia quærente. Huc & Marius etiam ex Africano exilio reuertens peruenit. Denique apud hunc nobilis illa Romanorum contra Gallos uictoria, Aemylio Lepido, &

Herculis portus. Fœnilia. Anſidonia. Grauiſcæ. Caſtrumno. Cornetum. Minio. Tarquinii. Blera. Pyrgi. Centumcellæ. Aug prodigium. Portus ro. Auſeris.

Attilio Regulo Coſs. teſte Polybio. Prope hunc etiam portus Herculis, quod nomen non mutauit, & anſidonia cum portu quæ dicitur Fœnilia iam extincto. Marſilianum: montes quoque Acutus, Ianutius & Argentarius, Senenſium & pontificis Romani terminus. De Anſidonia prodigium fertur, quum à Carolo Magno contra Longobardos difficilius cæteris expugnaretur, adducta S. Anaſtaſij caluaria, caſtris'que prælata, ſtatim in poteſtatem ueniſſe. Quapropter hæc cum nonnullis etiam ſupradictis littoralibus dono eius cœnobio Romæ ab eo conceſſa, cuius rei monimentum in eodem templo marmorea tabula inſcriptum legitur. Poſt hæc Grauiſcæ à Geographis ponuntur, quæ iam interiere. Deinde Caſtrumnouum, quod Cornetum eſſe diligentiores putant. Nam & pars hodie ciuitatis eo nomine appellatur. Vocabatur & caſtrum Inui, uti Seruius in uerſu Virgiliano lib. VII. teſtatur. Pometios caſtrum'que Inui, Bolam'que Choram'que. Inuus enim Pan ſeu Faunus dicitur, ab ineundo, ob eius libidinem. Is uerò corniger quum ſit, non mirum Cornetum poſtea locum fuiſſe appellatum. Amnis hic labitur Minio, è montibus uicinis, recta in mare profluens ſemita. Virgilius. Minionis in aruis, Paulum uerò à mari remota Tarquiniorum ueſtigia uiſuntur, nomen priſcum adhuc retinentia. Tarcontis ædificium, illius qui duodecim Hetruriæ ciuitates condidit: uti Strabo. Huc applicans Demaratus Corinthius Lucumonem genuit qui Tarquinius Priſcus uocatus. Blera Plinio Ptolemæoq; ueſtigia & oppidi & nominis retinet: Pyrgi uerò ciuitas uetus putatur. Virgilius, Et Pyrgi ueteres. Centumcellæ, quarum meminit Plin. in quadam epiſtola: Hadrianus inquit, princeps centum iudicibus totidem cellas ædificauit ad audiendas præſente ſe cauſas inſtitutas. Hic etiam Auguſtinus librum de trinitate ſcribens, prodigium pueri, cocleari pelagus euacuare conantis uidit. Poſtremo portus Rom. à Claudio extructus, deiecta naui maxima, quæ olim magnũ obeliſcum adduxerat, ut ait Tranquillus. Abſoluta iam ora, ad interiora reuertar, initio à Piſis ſumpto.

RES PISANORVM.

PISAS Dionyſius à Pelaſgis conditas dicit. Plin. Virgilium ſecutus, à Piſeis Peloponenſi, ſitas'que inter Arnum & Auſerim ſcribit. Strabo autem ſic: Piſæ ab his conditæ ſunt Piſanis, qui è Peloponneſo cum Neſtore aduerſus Ilium militauerunt: remeantes errore diſiecti, hi quidem Metapontum, alij Piſanum tenuerunt agrum. Duos autem inter amnes ſitæ ſunt in eorum congreſſione, Arni & Eſaris, quorum alter ex Arretio multus delabitur: non tamen integer, ſed trifariam diuiſus, alter ab Appennino. Confluentibus autem illis unum in alueum, adeo tolluntur mutuo alterius impetu, ut qui in Amborum ripis extent, ſe inuicem adſpicere nequeant: hæc Strabo. Qui autem hi amnes ſimul confluentes ſint, ſanè alios non uidemus, quàm Eram & Elſam nunc uocatos in Arnum confluentes. Eram'que uiciniorem Piſis ab eo Eſarem uocari neceſſe eſt. Plin. uerò inter Auſerim & Arnum dicit. Eſt autem Auſeris flu. prope Lucam, cuius olim pars riuus ille qui iuxta Piſas nunc labitur fuit. Hunc etiam forte Strabo intelligit, ac pro Auſeri Eſarem ponit, nam Era, nec ex Arretio, nec Apennino labitur: quod ſi de Auſeri dicit, neceſſe fuerit eum quandoque in Arnum alio curſu influxiſſe. Piſanorum terra mari'que res diu floruere. Anno ſiquidem DCCCCLXII. Otho primus quum primum Piſas ueniret, ſeptem Germanorum familias in eo loco reliquit habitare uolentium. Quas & facultatib. & honoribus ornauit. Quæ ſunt huiuſcemodi, Caſamacta, Orlandi, Ripafracta, Gatani, Guſcmarij, uicecomites, Dodi. Non multis poſt annis, quum à

pontiſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

pontifice edictum eſſet, ut cuiq; Chriſtianorum liceret Sardiniam poßidere, modo à Saracenis eam liberaſſet, Piſani eã expeditionem aduerſus Muſactum eorum regem fecere.

Bellum contra Saracenos

Interea Lucenſes, qui ſuperiore anno ob quaſdam incurſiones in diſcordiam uenerant, adiunctis Tranſpadanis in agrũ Piſanum inuadunt, Valdeſerchium ceperunt, quos Piſani ſtatim remeantes uſq; ad Ripamfractam fugauerunt, nec multo poſt cum claſſe Regium obſederunt.

Muſactus rex

Muſactus è Sardinia Piſas inuadit atque incendit, multitudine ad uicinos ſe montes & loca proxima transferẽte. At Piſani cum uictoria remigrãtes, ac incenſam urbem ingreßi die ſancti Sixti, an. M. VI. reſtituere in Primis ædificia curarũt. Poſt annum deinde ſextum Cardinale Oſtienſi à põtifice miſſo, tum Lamberto præſule Piſano Populum impellẽtibus, Chriſti cauſa Sardiniam rurſus repetẽtes, uictoria potiuntur, inſula capta atque incenſa, fugatoʹque Muſacto.

Sardinia capta

Verum poſt triennium ab eodem irruptiõe facta, unà cum cæteris Chriſtianis pulſi eã amiſerunt, eodemʹque anno cum Genuenſibus ſocietate facta recuperauerunt, ex conuentis præda illis, Piſanis uerò inſula ceßit. Quæ ab eis in quatuor diuiſa eſt partes, Arboreã Calarim, & alias duas, quibus ſingulis magiſtratus præfecerunt, quos iudices appellabant.

Carthago cũ rege capta

Carthaginem dein an. M. XXX. claſſe ceperunt, regem captum ad põtificem duxere, quem Chriſtianum factum, ac diademate redimitum, tandem remiſere. Poſt an. XX. Muſactus antiquam Sardiniæ poſſeſſionem recepit, multis caſtellis & ædificijs ornauit. At Piſani rurſus impulſore Pontifice eandem expeditionem tentantes, ac in Corſicam tempeſtate delati, eam deinde Sardiniam ceperunt, quam Muſactus ante fugam prius cũ bonis his quæ exportare non poterat incendit. Anno poſt hæc Panormum in Sicilia Saracenis ademerunt, ex cuius uictoriæ manubijs, Præſulis ædis ac baſilicã ædificare cœperũt, ubi prius ædes diuæ Reparatæ fuerat: uectigali adſignato partim quod Beatrix Hetruriæ comitiſſa Piſis ſepulta, ac eius filia Matildis ei adſignauerant: partim quod Henrici III. conceßio, à quo per legatos impetratũ, ut Papiniani & Reguli in ualle Serchi redditus ei dicarentur. An. M. LXX. bellũ Genuenſiũ occaſione ablatæ eis Corſicæ ſuſtinuerũt, nec multo poſt XII. ipſorum triremes Arni oſtia ingreſſas, die item S. Sixti ſuperauerunt, ex quibus VII. mercibus onuſtas Græciã petentes ceperunt. Ex quo Piſani inter faſtos eum diem retulerunt, bis iam conſecuta uictoria, templumq; ei extruxerunt. An. M. XC. in expeditionem Hieroſolymitanam unà cũ Gallicis proceribus & ipſi cum ingẽti claſſe profecti, Caloiamnem Imp. qui in itinere commeatum ac tranſitum impediuerat, multis adfecerunt incommodis, inſulis inſuper nonnullis ademptis: cum quo pacem hac conditione fecerunt, ut ceptũ iam Piſis templum, cum ſacris ædibus, ſua abſolueret impẽſa.

Baleares inſulæ captæ

An. M. CVIII. in maiorem & minorem inſulas Baleares adhortante Paſchale II. Põt. expeditionẽ ſuſcepere, ubi mẽſes à profectione XXVI. labores famemq; ac naufragia experti: ſemeſtri tandem obſidione eas cepere, ac Piſanos in eo bello mortuos tumulo cum elogio rei geſtæ Maßiliæ in æde Victoris honorauerunt, quod adhuc extat his Verſibus:

Verbi incarnati de uirgine mille peractis.
  Annis bis centum, bis ſeptem connumeratis.
Vincere maioricas Chriſti famulis inimicas
  Tentant Piſani Maumeti regna prophani.
Mane neci dantur: multi tamen his ſociantur,
  Angelicæ turbæ cœliʹque locantur in urbe.
Terra deſtructa claßis redit æquore ducta,
  Primum ope diuina ſimul & uictrice carina.
O pia uictorum bonitas, defuncta ſuorum
  Corpora claſſe gerunt, Piſasʹque reducere quærunt.
Sed ſimul adductus ne turbet gaudia luctus,
  Cæſi pro Chriſto tumulo claudũntur in iſto.

Ex ea igitur præda portas ligneas retulere, quæ nunc in tẽplo Piſano cernuntur, paruamʹque columnam ſupra portam maiorem ſtantem, Duas inſuper colũnas porphyreticas, quas poſtea Florentinis ob merita ſeruatæ ab eis, Piſanis abſentibus, urbis contra Lucenſes, dono dedere. Quæ pro foribus templi diui Ioannis hodie cernuntur. Sed & rege Saraceno Maioris interfecto, reginam captam cum paruo filio Piſas in triumphum duxere: ubi ad urbis Præſule Chriſtianus ſimul & canonicus factus, ad poſtremum rex Maioris in paternum regnũ dimittitur.

Regina maioris inſulæ cum filio Piſas ducitur

An. M. CLXVIII. Americo regi Hieroſolymitano contra Saracenos qui Alexandriam occupauerunt, XL. triremes miſerunt, conſecutaq; uictoria, gratiæ eis actæ per legatum. Humaniʹque & hoſpitales in Ro. pont. fuere. nam his ferè tẽporibus Gelaſiũ III. Henri. III. Imp. iram fugientem, dein Caliſtum II. è Burgundia Romam illac iter habentem, qui & Sardiniam Piſanis conceßit, exceperunt.

Piſani hoſpitales in Roma. pontifices

Innocẽtium II. item eiectum Piſas duxerũt, ac eius cauſa unà cum Imp. Siciliæ regnum Rogerio auferre contẽderunt. Quo tempore Neapolim annis VII. ſimul cum oppidis circa multis præſidio tenuerunt, inde iuris ciuilis Pandectis, quæ nunc apud Florentinos ſunt, Piſas traductis: Salernitanamʹque denique ciuitatem obſederunt, pro quib. meritis ille pacem inter ipſos & Genuenſes primum conſtituit.

Pandectæ iuris

Deinde Piſanum præſulem Metropoliticum fecit. Poſtremis uerò temporib. Gregorium XI. ex Gallia Romam redeuntem, quanquam interdicti ſacris ab eo ob Florentinorũ ſocietatem fuiſſent, gemina triremi iuuerũt. An. M. CLV. fœdus cũ Gulielmo Rogerij filio iniuerunt, à quo plurimis donati muneribus fuere. Aedẽ diuo Barptolemæo dicauerunt, ac pars urbis quæ Chinſica uocatur flagrauit. An. autem M. CLIX. cum Frederici Aenobarbi partib. ſtuderẽt, Palarius conſul, qui poſtea Palario caſtro nomẽ dedit, cum Gerardo comite ac nobilibus Piſanis auxilio ipſi Imperatori, qui Mediolanum obſidebat profectus eſt.

Palarius conſul
Gerardus comes

Rurſus eidẽ ad expugnationem urbis ueteris cum exercitu adfuere. Paucis deinde poſt annis Concho conſule multa ædificari publica cœpta ædificia, & Rainerius homo Piſanus ac ruſticus, qui terram arabat, omnis ueneris expers, ac iuſtißimus ſanctitate florebat.

Conchus conſul
Rainerius

An. M. CLX. cum claſſe Albigaunum ceperũt, ex quo Genuen. bellum in ſe concitarunt, qui cum LII. triremibus in oſtio Rhodani conflixerũt, ac demum uicti & rebus ſpoliati, liberi precibus ducis condonati fuere.

Albigaunum captum

Deinde Gregorio VIII. ſequeſtro, qui ea tempeſtate Piſas uenerat, pax inter utrumq; populum facta: mox ad Hieroſolymitanam expeditionem, cum eodem Frederico claſſem L. triremiũ unà cum Vbaldo Lanfranco urbis præſule miſerũt, qui Imperatore in flumine caſu demerſo, ſtatim domum reuertit.

Hieroſolymitana expeditio
Vbaldus Lanfranchus præſul

Sub eodem præſule Campum ſanctum dicauere, ex terra quam Hieroſolymis adduxerant iniecta nuncupatum.

Campus ſanctus

Idem quoq; Præſul in Gorgonam inſulam Othonis Imp. furorem aufugit, quod eum ut Pontifici rebellem Innocẽtij III. iuſſu Piſis publice ſacris interdixerit. Poſt hæc Piſani Frederico I. pontificis hoſti magnopere fauerunt, cuius cauſa Cardinales quoſdam à Grægorio VIII. ad cõcilium contra eũ ex Gallis adcerſitos apud Maloram depreſſerunt.

Cardinales deprimuntur.

Malora enim ſaxea moles ſeu ſcopulus inſtar inſulæ aquis abditus V. paſſ. mil. in mari procedens receſſu cauo ac brachijs portum efficit Piſanum.

Malora portus

Huius igitur ſceleris haud multo poſt diuina ultione pœnas dedere, ſuperati in eodem ferè loco, memorabili clade à Genuenſium claſſe, dum de Corſicæ imperio decertarent, ubi triremes XLIX. hominũ uerò XII. milia deſiderauerunt.

Superati Genuenſes

Sed ab eiſdem iterum paucis poſt annis alia ſuſtinuere incommoda, portu ac turri apud Liburnum captis atq; incenſis. Ab eodem item Gregorio Sardiniæ titulo pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uati non deſtitere quin omnib.uiribus perſeuerarent, traderentq; & ipſi ſuis proceribus facultatem,inſulã eam quoquo modo cõſequendi,quam ad poſtremũ Bonifacius VIII. Aragonũ regi tributum pollicẽti,reliquis excluſis cõceſsit,

Bellum cum Aragonum rege ob Sardiniam

cũ quo rege etiã poſtea bello contenderũt, multisq; demum acceptis incommodis, pacem certis conditionibus fecerunt. Manfredi etiã Siciliæ regis Frederici filij partes contra pontificem iniuerunt,Quo poſtea crimine à Clemẽte IIII. expiati fuere.Paulò uerò antè,anno uidelicet M. CCLVIII. cum Venetis contra Genuenſes ſocietatem iniuerunt an. X. duraturam.Qua etiam tempeſtate apud Acconem in Syria cõtra eoſdem pugna nauali commiſſa ſuperiores fuere,

Sigerius Saxecta conſul

præfecto claſsis ac duce Sigerio Saxecta conſule ſimul & Henrico Gataneo capitaneo Piſano. Statum uerò reipub.uarius magiſtratus adminiſtrauit.Primo unus conſul, deinde Antiani cum poteſtate,ac capitaneo,poſtremo dux: uerum ex his nonnulli tyrannidem occupabant,populo non diu tolerati.

Vgolinus co.

Anno ſiquidem M. CCLXXXII. Voglinus comes eorum ciuis,qui oppida quædã in agro Piſano retinebat, multos annos in patria dominatus cum partium putaretur Gibellinarum,Guelphis tamen & Florentinis faueret,ab Vbaldis, Gualandis, Lanfrancis, Orlandis ſimul coniuratis expulſus,ad Florentinos confugit, quorum auxilio multa patriæ damna intulit.Demum poſt aliquot annos reuocatus ac

Roger.præſul

autore Rogerio præſule ciuitatis è familia Vbaldorum per proditionem captus, unà cum filijs fame abſumptus: cuius adhuc familiæ cernuntur reliquiæ,in agro Piſano Gerardeſcam poſsidẽtium,ab eo Gerardo uocitatam,quem ſuprà auxilio miſſum à Piſanis dixi. Sed & eadem tempeſtate alij quoq; ex urbe pulſi à factione uicecomitum ad Florentinos

Nerius Gallura

item ſe recepere.Inter quos Nerius Gallura,eorumq; ſimul & Lucenſium auxilijs multas in patria excurſiones fecere. Demum Piſas portu pontibusq; occupatis obſederunt.

Guido Feretranus

Piſani tot preſsi anguſtijs Guidonem Ferretranum accerſiuere, cuius uirtute,ſimulq; Dei benignitate reſpu.reſtituta,ac Põtadera multaq; alia amiſſa recuperata fuere.

Fred.Feret.

Guidoni Fredericus item Feretranus in exercitu ſucceſsit,cuius tunc opera

Balnea ad aquas

Balnea ad aquas ædificijs habitationibusq; ornata fuere.

Rodulphus

Poſt hæc Piſani mandata quædam impe.Rodulphi,qui Miniate morabatur,ſpernentes,planè ad defectionem tendere uidebantur.Quare uicarius eius bellum inferens,Piſas adeo

Vgutius Fagiolanus

diripuit,ut uix poſtea reſipiſcere fuerit. Vgutius deinde Fagiolanus è Flaminia oriundus uir fortiſsimus, capitanei nomine ad regẽdam remp.accerſitus,

Luca capta

Lucæ dominationem inuaſit.Florentinos plurimis adfecit incommodis, præſertim

Mõs Catinus

ann. M. CCCXI. apud montem Catinum uallis Neuolæ, Piſtorienſibus ac Volaterranis ſibi adſcitis.Sed quum ex parente Tyrannus factus eſſet,primum Lucenſes filium eius Nerium ex urbe pellunt, quòd Caſtritium nobilem adoleſcentem è Caſtracanum familia in carcerem duci iuſsiſſet. Vgutio igitur in eos prodeunti,ac inde paulò pòſt re infecta redeunti,eodem die Piſani portas clauſerunt,ille ad Maleſpinas unà cum filio confugit,ubi tentato ſæpius nec quicquàm

Gerardus comes

reditu ad ſolum paternum reuertit. Piſani deinde Gerardum è comitibus Donorciatici reb. præficiunt; poſt uerò

Fatius comes

hunc Fatium comitem:hic ciues ad concordiam induxit, uir unus omnino iuſtiſsimus putatus:deceſsit poſt annos III.ex peſtilentia,maximo omnium deſiderio de ſe relicto.

Piſis ſtudium literarum

Anno M. CCCXXXIX. Piſis ſtudium literarum inſtitutum, probante Pontifice.Deinde renouantibus bellum Florenti-

Ioannes Haucutus

nis, Ioannem Haucutum ex Anglia uocauerunt,cuius ductu Florentinos adeo preſſerunt, ut omnibus circa oppidis captis,ad portas urbis ſint caſtrametati, uerum duce, ut dicitur corrupto,illius periculum uitauere,paucisq; poſt annis commutata fortuna duce Galeocto Malateſta, Piſanos inſigni clade adfecerunt,ex eisq; ad mille captos in triumphum duxere. Pax deinde ſubſecuta Innocentij Pont.legato pacificatore.Piſani id Gambacurtarum, qui tunc urbis potiebantur,auaritiæ referentes,eos ex urbe pepulerunt:ac Ioannem Agnellum nobilem uirum Piſanum ducem primum nouo tunc magiſtratu conſtituerunt. Anno M. CCCLXV. Cuius item non longa felicitas. Poſt annos ſi quidem IIII. dum Lucæ quo ſalutatum Carolum Imper.ierat,ludos ſpectat,ruina podij,crus perfregit: ex quo magiſtratu ſe coactus eſt abdicare, Filijq; Gualterius ac Franciſcus in eius locum in templo ab uniuerſo populo ſurrogati. Verum illis

Antiani renouati

inuidioſum recuſantibus magiſtratum, Antiani ad palatij conſeſſum,antiquamq; rediere poteſtatem. Carolus interea Piſanis ſeptem aureorum milia ſingulis menſibus donec eſſet in Italia imperauit, Anno M. CCCLXIX.

Petrus Gambacurta

Petrus Gambacurta cum Guidone fratre ac filijs XII. aureorum milib.Carolo datis, reditum in patriam impetrauit, ubi tanto exceptus cum honore,quanto nemo unquàm. Hic igitur Florentinorum fuerat amicus: quumq; aliquandiu rem tenuiſſet ab Iacobo Appiano uiro Piſano ſcriba reipu.rerum

Ia. Appianus

omnium conſcio per ſcelus interficitur.Iacobus rerum potitus poſt annos IIII. remp. filio Geraldo dimiſit. Hic uidens urbem minimè tueri poſſe, anno dominationis III.

Galeatius uicecomes. Gabriel filius

Ioanni Galeatio uicecomiti uendidit, plumbino oppido ſibi reſeruato.Galeatius uerò decedens,hanc in portionem Gabrieli filio ſuo notho teſtamento reliquit,qui & ipſe diffiſus uiribus,eam rurſus Florentinis uenundedit, illi ſtatim urbem capiunt. Piſani indignati, Ioan. Gambacurtam exulem reuocant,eoq; duce facta irruptione, Florẽtinos urbe deijciunt, bona deripiunt,ſeſe in libertatem omnino uendicantes,atq; ut id tutius agant, Agnellorum factionem urbi etiã reſtituunt:ac cum Gambacurtis conciliant, ante aram Euchariſtia inter utrumq; familiæ principem diuiſa. Mox rupo fœdere,Gambacurta Io. Agnellum per proditionem cædit,ac poſtremo Florentinis aliquot menſes Piſas obſidentibus uendidit.illi an. M. CCCCV. in urbem recepti, Gino Caponio primo prætore.

Gerardus Gambacurta

Huius poſtea Ioannis filius Gerardus Gambacurta,dum Ferdinando Siciliæ regi aduerſus Florentinos uenienti,caſtella quatuor in Apennino ſita,quæ pater à Florentinis meritò proditionis acceperat, tradere cupit,per ſuorum proditionem decipitur,caſtellis Florentinis traditis,ex quo ille regem pauper diu ac miſer ſecutus eſt. Captas igitur Piſas,Florentini uſq; ad annum milleſimum quadringenteſimum nonageſimum quintum tenuere.

Piſani aduentu Caroli rebellant

Aduentu tunc demum & hortatu Caroli regis Gallorum, illac iter contra regem Neapolitanum facientis ſeſe iterum in libertatem uendicantes,nõ ſolum magiſtratus,ſed eorum antiquas in urbe familias expulerunt, bonaq; diripuerunt. Se quoque tuendi gratia in fidem Venetorum dedidere. Quorum auxilio excurſiones in hoſtili crebras auſi facere,ab eis tandem Turcarum bello imminente deſerti, ſuis nunc auſpicijs uiuunt nequicquàm ſæpe ab hoſtibus bello laceſsiti, magna ui animi potius,quàm uiribus annis iam prope XII. reſiſtunt.

Luca

Luca Romanorum colonia.Liuius XXI. Annibal in Ligures,Sempronius Lucam conceſsit.Frontonius lib. III. C.Domitius Caluinus cum obſideret Lucam oppidum Ligurum,non ſitu tantum & operibus ſed etiam propugnatorum præſentia tutum,circuiri muros iubet. M. Varro dicit eam à lucentibus clypeis dictam, quibus eorum turres erant munitæ.Nulla ciuitas tam breui tempore plures experta dominos. Nam à Gothis poſſeſſam ante omnia, Narſes VII. obſidionis menſe in poteſtatem redegit: deinde à Bonifacio eius urbis ciue dominata, qui ex Beatrice Henrici Imper. filia Matildem genuit,coniugem Gotifredi magnæ ditionis hæredem, deq; Chriſtiana religione optimè

merit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

meritam. Deinde Vgutius Fagiolanus quem ſuprà in hiſtoria Piſana pulſum unà cum Nerio filio dixi. Dein Caſtri-

Caſtritius

tius à Caſtracanum familia, ex captiuo patriæ dominus factus. Res multas in Italia geßit, Galeatio uicecomiti, & Accio eius filio familiarißimus. Florentinorum acerrimus ac perpetuus hoſtis. Poſt eius mortem filij à Ludouico Bauaro Imper. eiecisti fuere, quum ille patrem ſuis hoſtibus fauentem reperiſſet. Poſt Bauari diſceſſum Teutonici, qui in præſidio Lucæ erant, cum Marco uicecomite, quem miſſum à Bauaro obſidem tenebant, ciuitatem Florentinis precio L X X X. milium aureorum obtulerunt: illis autem renuentibus iterum diſcedente Marco, minore ſatis precio Gerardino Spinulæ Genuenſi dedere, qui uix accepta poſſeßione, à Florentinis obſidione premitur. Tandem unà cum ciui-

Ioan. Boemiæ rex

bus rebus deſperatis, Ioannem Boemiæ regem, qui tunc fortè in Italiam à Brixienſibus adcerſitus uenerat, ad tutandam rempub. euocat: ille dominatione accepta, Lucam ab obſidione quinq; menſium liberat. Poſt hæc diſcedens, Petro

Pe. Roſcius
Maſtinus Scaliger

Roſcio Lucam & Parmam commiſit, ille ex conuentione quadam Maſtino Scaligero tradidit: Maſtinus uerò Florentinis uendidit, qui nouem tantum menſes eam poſſederunt. Piſani reminiſcentes Lucam eorum potius eſſe iuris, uti rebellem Imper. ab Henrico ſibi conceſſam, urbem obſidione durißima cingunt, agrum ſimul undique cum caſtris occupant, fruſtra Roberto tunc rege, eos tanquàm à poſſeſſione ſua diſcedere mandante: tandem poſt aliquot menſes

Carolus Imp.

pax certis conditionibus facta. Nec diu poſtea Carolus Imper. Ioan. regis ſupradicti filius in Italiam ab Vrbano pont. adcerſitus, Lucam diuertendo accepit, ubi aliquandiu moratus eſt: diſcedens Cardinalem quendam Gallicum in eo

Lucenſes pecunia ſe à vicario Caroli redimunt.

loco reliquit. Qui urbem Lucenſibus X X I. aureorum mil. uendidit à Florentinis mutuo acceptis, à quibus & ciues nonnulli ſolertes ad reconcinnandam rempub. eorum, mißi fuere. Arx item quam Caſtritius olim excitauerat, eueſti-

Paulus Guiniſius

gio diruta. in eoq; ſtatu uſque ad Paulum Guiniſium fuere: Hic cum multas poßideret opes, ac patriæ tyrannidem oc-

Florentinorũ obſidio.

cupaſſet, infelicem habuit exitum, ut mox dicam. Florentini poſtremo Lucenſes obſident per Nicolaum Fortebrachiũ, ægrè ferentes quod Ladislaus Pauli filius Philippo duci, eorum hoſti militaſſet. Illi ad opes Philippi confugientes, Franciſco Sfortia, & Nicolao Picinino ducib. ab eo mißis non ſolùm peſtem à domo pepulerunt ſed ultrò auſi Floren-

Guidãtonius Vbaldinus

tinos inuadere, quibus Guidantonius Vbaldinus dux fuerat, prælio commiſſo ſuperiores fuere, ubi hoſtium equitum quatuor, peditum tria milia deſiderata fuere. In eo bello, quum Paulus rebus Florentinorum clàm ſtudere deprehenderetur, à populo captus, ac Franciſco traditus ab eodem Mediolanum ad Philippum ductus, atque in cuſtodia extinctus eſt. Filius uerò Ladislaus qui eodem tempore ſub Franciſco patriæ militabat, ubi patrem eſſe captum accepit, ilico aufugit. Aliquot deinde poſt annis, clàm noctu Lucam ingreſſus, ſeſe magiſtratibus oſtendit, flens atque obteſtans, uti iam inſontis laborum miſererentur: quod ſi per eos minus in patria uiuere: ſaltem mori liceret, ſeſe paratum eorum iuſſu ſupplicium ferre. Illi miſericordia commoti, humaniter caſtigant, hortanturq́; uti ſortem æquo animo perferat: neu ciuitatis amplius hoc pacto ſtatum perturbet, datiſq́; comitibus & pecunia, abire iuſſerunt. Hinc fuere Pon-

Phridianus

tifices duo, Lucius I I I. & Alexander I I I. hic & Phridianus Præſul ante omnis colitur, cuius meminit Gregorius; cum in alijs de Lucenſibus benemeritus tum quod Auſerim amnem agros inundatione uaſtantem diuinitus compeſcuit,

Auſeris

ex quo pars ea quæ Auſeris nunc dicitur ab eo diducta adſpicitur. Hæc & Agnelli mei patria uiri moribus, ac litera-

Fanum Herc.

tura ornatißimi. Prope Lucam fanum Herculis, cuius oppidi parua nunc extant ueſtigia. Deinde Feroniæ lucus Ptole-

Feroniæ Lucus.

mæo, qui nunc Bientina cum lacu fortè fuerit, nonnullis uerò Petraſancta, uti ſuprà monſtraui: alter enim Feroniæ lucus apud Soracten. Fucetium oppidum cum altero lacu: ſunt qui hos Focenſes appellare uelint, ex Deſiderij regis marmore, Viterbij reperto. Dein Piſcia, Pratum, noua nomina, de quibus alijsq́; in Florentinorum epitome mentionem faciam.

Focenſes
Piſcia
Pratum

Piſtorium propius Appennino, cuius meminit Salluſtius in Catilinario. Nullum æque oppidum Florentinis negotium fecit, acriusq́; reſtitit, cum ſæpe uictum fortius reſurgeret, ſocietate auxilioq́; maximè Caſtritij Lucenſis freti, cuius etiam adhortatione ac uiribus Philippum Tidicem Piſtorien. tyrannum patriæ conſtituerunt: Florentinis magnopere aduerſum, ipſius Caſtritij generum: tandem anno M. C C C L I. penitus ſuccubuit, ut in Florentinorum referam hiſtoria. Hæc ciuitas mater ſeditionum totius Hetruriæ, ab ipſa nanq; Alborum & Nigrorum factiones Florentiam defluxerunt. Deinde Cancellarij & Pantiatici crebris tumultibus urbem implicuere. Ii quum diu quieuiſſent, proximis annis ita ſunt excitati, ut omnia cruore, cæde, incendioq́; referſerint, nec finis adhuc eſſe uideatur, Cancellarijs nunc potientibus. Hic Nicolaus Forteguerra cardinalis Theanenſis Atheneum nobile ac religioſum conſtituit pauperibus doctrinæ operam dare cupientibus refugium.

Piſtorium

Philippus Tidices

Atheneum piſtorienſe

Feſulas ex una Pleiadum ferunt eſſe dictam, inter X I I. Hetruriæ, cuius adhuc ueſtigia uiſuntur, cum nobili cœnobio à Coſmo Medice ædificato, ſubiugata à Florentinis anno M. X X I I I I. locus memorabilis clade Redagagis Gothorũ regis à Stilicone ſuperati. Hinc Minio fluit amnis ad mœnia uſque Florentina. Supra in Apennini iugo caſtra Florentinorum notißima. Inſuper & terra Paſumenna, quam Strabo dicit ab Arretio eſſe cæteris remotiorem, qua Annibal iter ad Traſimenum fecit, licet alia uia facilior aſcenſu Arimino deinde per Vmbriam foret, à præſidijs Romanorum tamen magis tenebatur. Quibus uerbis Caſentinum deſcribere uidetur. Sequitur pars quam Liuius in deſcriptione itineris Annibalis, omnium fructuum feracißimam eſſe dicit inter Feſulas & Arretium, quam uallem Arni ſuperiorem appellant: tunc paludibus occupabatur, obicibus ſaxorum curſum Arno remorantibus: quæ in ſequentibus temporibus Inciſæ oppido in ea parte ædificato nomen dedere.

Feſulæ

Redagages
Minio flu.

Terra Paſumenna.

Caſentinum

Arretium inter X I I. item ponitur, bis rebellauit. Liuius X X V I. C. Terentius Varro obſides ab Arretinis ſenatorum filios cepit. C X X. Item bello ſociali autores fuere Hetruriæ defectionis ſimul cum Marſis & Picentibus, Quapropter Sylla in eos acrius ſæuijt proſcriptis ciuibus antiquis, nouam deducendo Coloniam: indicio eſt marmoris inſcriptio, quæ adhuc in ea urbe cernitur. Arretini ueteres duplici r. Plin. Arretini ueteres, Arretini fidentiores: proceſſu deinde temporis uaria cum Florentinis bella geſſere, quamquàm Guelphi & ipſi fuerunt earundem partium uſque ad Fredericum I I. Verum poſtea Tarlati Vbertiniq́; Gibellini extorres, reducti Manfredi Siciliæ regis tempore aduerſari cœperunt, primusq́; Gulielmus Vbertinorum princeps, patriæq́; præſul ſimul & Tyrannus, ac duci propior quàm ſacerdoti, Florentinis ſæpe bellum intulit, poſtremo Guidone Feretrano ſimul & exulibus Florentinis auxiliantibus, cum eiſdem Carolum I I. Siciliæ regem ſocium habentibus, congreſſus in prælio apud Bibiennam occubuit, ubi Aretinorum tria milia cæſa: capta autem duo milia fuere, Guido deinde Petramala Tarlatorum caput, ſacerdotio ac Tyrannidi ſuccedens anno M. C C X V I I I. à Florentinis & Roberto rege bello ſuperatus, cum eis conuenit, ut urbis imperio penes Robertum relicto, ipſe urbis adminiſtrandæ, creandorumq́; ma-

Arretini veteres

Tarlati

Vbertini Gulielmus præſul

Guido Petramala.

giſtratuum ius haberet. Deinde gliſcente imperij cupiditate, cum Tifernum Pontifici abſtuliſſet, à Ioanne XXII.

Cortonæ I. præſul

præſulatu deycitur ex Aretina inſuper diocœſi Cortona deducitur, primo præſule in ea ex Vbertinorum familia conſtituto. Quam ob rem Guido iratus, Vbertinorum caſtella euertit. Poſtremo præter pontificis autoritatem Ludouicum Bauarum eius hoſtem diademate ferreo Mediolani de more redimiuit, Dumq; reuertit, febre correptus, in itinere apud Nigrum montem deceſsit, uir armis natus magis quàm religioni. Arretium, Burgum, Tifernum, Caſtilionem, Terramnouam in ſuam poteſtatem redegerat: Arretium mœnibus reſtituit, Viam quæ ab Angiari ad Burgum ducit, latiorem reddidit, ubi quondam Nicolaus Picininus à Florentinorum & Pontificis exercitu ſuperatus eſt.

Petrus Saccon

Hoc extincto, res ad Petrum cognomento Sacconem eius fratrem peruenit: hic quoque in diſſenſionem cum Vbertinis, quamquam eiuſdem factionis uenit, cauſaq; fuit, ut Vguitij Fagiolani liberi caſtra quidem amitterent: at illi reddito talione, ut Sacco Tifernum, & Burgum, quibus deperditis, neceſſe fuit cedere Florentinis. Itaque eis Arretium uendidit, caſtris ſibi quibuſdam reſeruatis. Mox in ſuſpicionem ueniens, captus ab eiſdem & in carcerem coniectus, direptis eius bonis. Qui ædibus incenſis liberatus poſtea à Gualterio Florentinorum tyranno, in dominationem rurſus redijt. Bellum Florentinis Perufinisq; intulit. Caſtra Vallisarni, Ficinum atque alia incendit, & in Montemuarcum ſe recipit. Iterum ab Arretinis eiectus, ad Carolum Imperatorem fruſtra confugit. Demum apud Bibiennam oppidum ſuum exceſsit octogenarius, eo robore, ut etiam par iuuentuti arma indueret, omniaq; militis munera obiret. Liberos nonnullos reliquit, quibus paulò pòſt Bibienam cæteraq; oppida ademerunt, impulſoribus pariter & ad-

Vbertinus

iutoribus, Farinata, & Ario, Vbertinis, qui in gratiam nuper cum Florentinis redierant, ob egregiam eorum in bel-

Biordus

lo Theutonico nauatam operam, in quo & Biordus ex eorum familia cecidit. Interea Arretini poſt Gualterij Florentinam tyrannidem, in libertatem ſe iterum uendicauerunt, ac L X. ciues creati, rempub. aliquandiu feliciter adminiſtrauerunt. Verum inter ſucceſſores poſtea diſcordia nata, pars altera Carolo Pannoniæ regi, qui aduerſus Ioannam Siciliæ reginam tunc in Italiam uenerat, urbem tradidit: quo paulo poſt diſcedente, Sacconis filij ſimul cum Vbertinis reliquisq; Gibellinis rurſus in urbem aduerſarijs expulſis reuocati, ob metum & ipſi mox contrariam iterum reuocant factionem, qui ſimul unà poſtea urbem di-

Engeranius

ripuerunt. Arretium poſt hæc Engeranius Ludouici Andegauenſis dux XII. milium ex Gallia ſupplementum adferens in itinere, auxiliantibus Sacconis filijs ex torribus diripit, arcem uerò cum oppugnare cœpiſſet, adlato de morte Ludoui. nuncio, deſiſtens, urbem Florentinis, Anno

Arretium diuenditum

M. CCCCLXXXV. L. milibus aureis uendidit. Paucis dein poſt annis Ioannes urbis præſul à Gregorio XI. inſtigatus, bellum eiſdem mouit, uictus tandem ac fugatus eſt, ædes crematæ, propinqui interfecti. Res deinde Aretinis

Aretini rebellaut

pacata, uſque ad annum M. D I I. fuit. Quo tempore, illi impulſore Vitellotio Tifernate à Pontifice cum exercitu miſſo, rebellauerunt: captaq; arce & magiſtratu, res cito deferbuit, autoritateq; Lodouici regis Gallorum Florentinis amici, ſedata eſt: ac urbs propterea ciuibus ob metum diffugientibus, penitus uiduata, in miſera nunc cernitur con-

Teſta Aretina

ditione: ſed de his pluribus cum ad res uenero Florentinas. Arretina teſta apud ueteres in precio, cuius meminit Martialis, ea nunc terra præſtantior apud Dirutam uicinum caſtrum reperitur, ubi & Figlina fiunt: ita & ſoli natura ſæpe tempore mutatur, & Saguntina quondam apud maiorem inſulam nunc exercentur. Cenſent Arretium Leonardo, Carolo, & Ioanne Tortellio bonarum artium peritiſsimus, ac Franciſco iuriſconſultiſsimo, necnon Guidone etiam muſico ſupra hæc tempora, qui totam melodiam ſex notis in manus

S. Donatus

articulis inuenit. Sed præter omnis Donato martyre urbis præſule ſub Valentiniano imperante: is ut apparet in tabu

Zenobius tribunus

lis antiquis apud eccleſiam Aretinam exiſtentibus: Zenobium tribunum Landerici filium ſenatorem Romanum diuitem ac potentem Chriſtianum fecit, qui Aretinam poſtea dotauit baſilicam, ubi multa oppida nominantur ab eo conſtructa, quæ nunc Seneſium ſunt. Hinc fuere Mecœnas teſte

Laurentinus Pergentinus Cortona

Macrobio, & Laurentinus ac Pergentinus duo fratres martyres ſub Diocletiano, in eademq; iacet urbe. Cortona prius Corithum: Silius. Arreti muros, Corithi nunc diruit arcem. Dionyſius Cortonem prius dictam ait: deinde factam Romanam coloniam, Cortonam cœpiſſe uocari. Hanc condi-

Dardanus

tam prius a Pelaſgis Tyrrheni occupauere, hinc Dardanus fuit Troianæ gentis conditor. Virgil. Hinc illum Corithi Tyrrhena à ſede profectum. Eam inſequentibus ſeculis Arretini expugnauerunt, à quibus diu poſſeſſa fuit, ablatam deinde Pontifex ab eis deiecto Guidone, præſulatus honore

Vgutius

(uti ſuprà dixi) decorauit. Deinde Vgutius tyrannus eam poſſedit, qui à Florentinis deſciendo Ioan. Galeatio adhæſerat: tandem ob libidinem in fœminas, eſt à ciuibus interfectus, ſuperſtitibus liberis, qui exularunt, ac religioſis patriæ locis annuis penſionibus relictis, quæ adhuc durant. Poſtremo illac Ladislao Siciliæ regi tranſeunti, ſponte ciues ſe dedentes ille admiratus, per cauillum interrogauit, an apud eos eſſet copia ueruecinæ: denique non multo poſt,

Petramala Ciuitella Minutius Traſimenes

eandem Florentinis uendidit. In hoc agro Petramala, unde Arretij familia, à Florentinis diruta: & Ciuitella Guidonis præſulis ædificium, quod Minutius quidam per bellum Ioan. Galeatij tenebat. Procedendo Traſimenes reperitur notiſsimus, ac clade Romanorum nobilitatus. Peru-

Peruſia

ſia in Appennini parte, ciuitas Hetruriæ ab Achæis ædificata, ut Trogus ſcribit, ut Appianus de bellis ciuilibus, ex XII. Hetruriæ. Hæc in Auguſti uenit poteſtatem, compulſo ad ultimam famem L. Antonio triumuiri fratre, mœnibus inſuper ab eo reſtituta Auguſta eſt appellata. Septem

Auguſta Totilæ obſid.

deinde annis obſidionem crudeliſsimi Totilæ paſſa, ad ultimum direpta eſt, interfecto eius præſule ſanctiſsimo Her-

Herculanus præſul

culano, natione Germano. Inſequentibus deinde temporibus, ſub Bonifacio V I I I. ſicut & multæ aliæ Italiæ ciuitates, quum Ioanni Galeatio Vicecomiti ſe dediſſet, per

Vgolinus Trincius Raſpantes

Vgolinum Trincium tyrannum Fulginatem ab eodem Pontifice cum exercitu miſſum, ad officium reducta eſt. Secutæ poſtmodum Raſpantum qui Gibellini erant & Gentilominum factiones. Hi poſtremi nobiles, annis uigintiquatuor exules fuere: plebis partes Biordus Michelectus tunc tuebatur, uir autoritate uirtuteque armorum inter ſuos potens: qui cum iam ferendus ob morum inſolentiam non uideretur, à Guidoloctorum coniuratione qui & ipſi gratia pollebant incautus trucidatur cum omni ferè familia præter Cicolinum eius fratrem. Hic equo conſcenſo urbem percurrit, clientes excitat, uiuum adhuc fratrem non interfectum eſſe ſimulat. Hisq; adeò effecit, ut Guidoloctos omnis armata multitudo petitis eorum domibus de medio

Brachius Montonius

tollerent. Verum paulò pòſt eiectus & ipſe à Brachio Montono, ac demum reſiſtens captus in prælio atque interfectus fuit. Is enim Brachius ob ſingularem uirtutem electus à populo Princeps, nobilitatem plebi conciliauit: è Montono uico Peruſiæ finitimo fuit militia clarus, cuius geſtis Campanus librum dicauit. Alberici primum Cunij Comitis diſciplinæ ſe tradidit. Deinde Alfonſi regis autoritatem ſecutus, eius iuſſu Aquilam Martini Pontificis

oppid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

oppidum, quem Alfonſus in adipiſcendo regno aduerſum ſenſerat, obſedit, in qua obſidione à Iacobo Cadola Martini duce ſuperatus occubuit. cuius poſtea cadauer effoſum Pontifex in urbem perduci, ac extra portam ſancti Laurentij in loco profano, quod ſacris eſſet interdictus, tumulari iuſſit. Dum uixit aduerſa ſemper factione cum Sfortia fuit, cum ambo ex eiuſdem ducis diſciplina prodiſſent.

Odo filius

Filium Odonem reliquit, qui breui poſt tempore à Guidone Torello apud Aretium interfectus eſt.

Carolus Montonus

Alterum item filium Carolum diu ſuperſtitem uidimus, qui quanquam patriam indolem referebat, infortunatus uſq; ad extremum fuit, anteq; hos annos Venetis militans contra Turcas apud Forum iulium in prælio cecidit.

Nicolai Fortebrachius & Picininus.

Ex eius item ludo Nicolai duo prodiere, alter Fortebrachius appellatus ſiue Stella, quod è Stella eius ſorore ſit genitus, alter Picininus ex eadem urbe ob corporis breuitatem dictus. Hic multis ſæpe in prælijs uictor, ad extremum miſſus à Philippo duce aduerſus Florentinos eorum agrum late uaſtauit: idemq; Comite Puppi ſibi adſcito per Apenninum Peruſiam peruenit. Peruſini uerentes ne tyrannidem occuparet datis ei aureis nummis L. milibus uexationem redemerunt. Mox Tifernum, poſtremo Anglare Florentinorum oppidum peruenit. Ibiq; cum eorum copijs quibus Eugenius Pontifex per Ludouicum Patriarcham Aquileienſem legatum auxilio fuerat, infeliciter conflixit.

Iacob. Picininus

filium habuit Iacobum cognomine paterno, non minore fama ac indole, qui tanto fuit Italicis principibus terrori, ut non prius conquieſcerent quàm eum per inſidias de medio tollerent, ut in rebus Siciliæ regum narraui.

Franciſcus Picininus

Franciſcus alter filius Bononiæ captus mihi inter Bononienſes iam dictus.

Oddi & Baliones

Deinde ſecutæ duæ aliæ factiones, Oddorum & Balionum. Hi diu præualuerunt, pulſis ad extremum Oddis. Quorum princeps Fabricius protonotarius Simonis filius nothus, cum reditum tentaſſet mediam percurrens urbem armatus, nullo ciuium conſequente trucidatur, reliqui uerò admodum multi qui cum eo erant, laqueo ſuſpenſi. Baliones uerò iam inde à Gotifredo Baliono primo rege Gallico, qui Hieroſolymas recuperauit, genus ſuum iactant, & uſq; à Frederici Aenobarbi Cæſaris temporibus mœnia Peruſina ſumma autoritate tenuiſſe, multasq; in Italia tum pro patria res geſsiſſe. inter quos Odo claruit, qui Nellum genuit, & Malateſtam. Nellus dum uixit gratia nomineq; cunctos gentiles anteceſsit.

Brachius iunior

E Malateſta uerò & Iacoba Brachij Montoni nepte quinq; ſuperſtites filij: Brachius, Carolus, Sfortia, Guido, Rodulphus. Ex his Brachius ſenioris Brachij nomen potius quam uirtutem referebat: Nam trucidatis uno die in medio foro per inſidias Rodulpho patruele Nelli filio: ac eius nato Franciſco creuerat. Quo facinore non diu gauiſus & ipſe unicum filium Gryphonem, in quo ſumma ſpes fuerat, interfectum uidit. Proximis dein annis Rodulphi filius Ioannes Paulus Carolum, Odone Caroli filio natum per diſcordiam domo pepulit. Cumq; nuper contra Cæſarem Alexandri filium Aemyliæ ducem unà cum Vrſinis conſpiraſſet, ab eodem fuit patria eiectus Carolo reſtituto, quo paucis poſt menſibus defuncto Alexandro Pontifice, rurſus expulſo alter reuertit.

S. Conſtantius

Fuit hinc inter cæteros V. C. quos alibi attigimus Conſtantius martyr ſanctiſsimus.

Vrbs uetus

Sequitur inferius Vrbs uetus: huius origo non ſatis conſtat quum nouum ſit uocabulum, urbs autem uetuſta appareat, ob quam rem minime aſſentior Blondo, ſiue Aretino, qui eam à Florentinis originem habuiſſe dicit. Sed potius his qui Herbanum eſſe putant, quod Ortano uicinum Plinio, nominis etiam propinquitate quadam corruptioris. In hac quoque factiones duæ, Merulinorum, & Muſatorum, multam quandoque ſeditionem excitauerunt. Templum etiam nobile cum ædibus in ea uiſitur, Vrbani V. ædificium.

Cluſium

Cluſium prope Glanem in monte ſitum, regia quondam Porſenæ, qui in ea Labyrinthum pro monumento extruxit, ut Plin. ait, qui & Cluſinos ueteres & nouos ponit. Meminit huius urbis Plutarchus in uita Syllæ his uerbis. Sylla deleto Carbonis exercitu apud Cluſium, Fauentiam, & Fidentiam, ipſo Carbone Italia pulſo propoſita tabula omnem Italiam cædibus inuoluit, ac Volaterras in deditionem accepit. Item Cluſium Sylla petijt, & prope Glanem prælium inijt, dein prope Saturniam reliquias hoſtium profligauit.

Carbo & Martius ſuperati

Carbo habuit apud Cluſium ad XXX. hominum milia, & duas Damaſippi legiones, & nonnullas alias cum Carino & Martio. Poſtremo illi qui Cluſij relicti fuerant XX. milia numero à Pompeio prælio ſuperantur. Hæc ille interpellatim. Nunc quoque in ualle Arbiæ multa ferramenta reperiuntur à foſſoribus.

Sena

Senam, urbem antiquam eſſe autores multi demonſtrant. Polybius ait, Senones pulſos à Romanis, aliam coloniam eius nomine Senæ, quam apud Adriaticum reliquerunt, condidiſſe. Ptolemæus Senam etiam in Hetruria ponit, quod nonnulli non putantes in exemplari Græco ſcriptum maxime errant, quum nos in antiquiſsimo Bibliothecæ Vaticanæ uolumine id legerimus.

Sanienſis Colonia

Plinius Sanienſem coloniam uocat. In lib. quoque Coloniarum nuper inuento Sanienſis colonia nominatur. Feſtus ait, populi qui ſupra & infra Romam habitabant, quòd rebellaſſent, moxq; ad officium rediſſent, Sanates appellati ſunt. Apianus libro primo bell. ci. Pompeius autem Martium circa Senas debellauit, urbemq; diripuit hoſtiliter.

Balneæ Seniæ

Cic. quoque pro Cælio balneas Senias commemorat. Blondus teſtatur ſe in Cœnobio S. Georgij Venetijs in quodam libro legiſſe Ioannem XVIII. ex ſenis diœceſibus uicinis illi partes addidiſſe, ex quo Senas cognominaſſe urbem. Quod quantum ſit uериſimile ex ſupradictis autoribus deprehendi poteſt. Nam Ioannes ipſe Senam præſule diocœſiq; decorare potuit, nomen uerò antiquius multo apparet, uti ſuprà oſtendi. Extant hodie tabulæ apud Aretium donationis Zenobij Tribuni Landerici filij Senatoris Romani potentis ac diuitis, eccleſiæ Aretinæ factæ temporibus Damaſi Pontificis.

Caſtrum Senenſe

In quibus commemoratur eccleſia S. Mariæ apud Caſtrum Senenſe ab eodem Zenobio ædificata, ac eccleſiæ Aretinæ ſimul cum alijs conceſſa. Hic autem locus eſt hodie Senæ ad portam S. Marci, in parte quæ dicitur Caſtellum uetus, ubi adhuc extant aliqui parietes ſemidiruti, cryptæq; & cuniculi. In eiſdem tabulis dicitur Caſtrum ipſum Senenſe ab Romanis ædificatum. Quod ſanè intelligendum, dum coloniam accepit. Præterea multa commemorantur templa ab eodem Zenobio conſtructa, ſimul & oppida quæ hodie Senenſium ſunt.

S. Quiritius in Oſenna
Corſilianum
Landericus
Lucinianum
Politianum
Secianum
Balnea Arapulana

Inter quæ templum cum caſtro S. Quiritij in Oſenna, Corſilianum, Corſiliani, Corſi filij ædificium, Fuuianum quem Venatorum appellat Landerici patris Zenobij, Politianum, Lucinianum, Secianum à uiris omnia Romanis cognominata. Præterea Balnea Arapulana quæ non procul à Corſiliano, quod Pientia eſt deinde à Pio Pontifice illic oriundo cognominata. Multa quoque ad Vmbronem & Vrciam quæ iuxta S. Quritium, & ad Axum, qui iuxta Turranorium fluunt appellata. In commentario quoque Benedictidei Florentini ſcribuntur hæc oppida Senenſium à Florentinis occupata fuiſſe, uidelicet,

Fuuianum
Caſtellina

Politianum, Fuuianum, quod Foianum nunc uocant. Ciuitellam, Reddam, Roncinum, Bonicium, Caſtellinam, Brolium, Caccianum, Collem, & ſanctum Geminianum.

S. Anſanus

Senenſes Chriſtiani primum ab Anſano qui fuit Tranquillini ciuis Romani filius, facti ſunt. Is XII. annorum ætate clam patre à Protaſio preſbytero ſacroſancto fonte ablutus, atque à Maxima uirgine è Tonagritano pago ex eodem

Maxima

ſonte ablutus fuit, amboq; poſtea iuſſu Maximiani principis martyres. Maxima quidem fuſtibus cæſa, Anſanius uerò è carcere fugiens uenit Balneoregium. Inde Senam, ubi dum Chriſtum prædicaret à Lyſia proconſule in ignem proiectus incolumis euaſit: ductus tamen ad flumen Arbiam ſecuriq; percuſſus ibiq; ſepultus eſt calend. Decembris. Hæc autem ex ipſius hiſtoria traduntur. Senenſes Florentinorum perpetui ſunt hoſtes, iuncti quondam eorum exulibus Gibellinis, nobili apud Arbiam uictoria potiti ſunt. Noſtra memoria Iacobum Picininum hoſtem habuere multa eis incommoda inſerentem, quòd petenti mutuo per oratorem iure paternæ amicitiæ X X. mil. aureorum negaſſent: ille Caſtilionum Peſcariæ, quod eſt oppidum agri Senenſis uerſus mare: continuo inuadit, unde

Gisbertus

tandem Calixti Pontificis auxilio pulſus eſt. Giſbertum Corregiatem eorum ducem ſuſpectum, ac Picinini partibus clam ſtudentem, accerſitum in curiam è feneſtris præcipitem dederunt. Quo tempore ciues multos partim capite, partim exilio mulctauerunt, inter quos Patricius fuit uir ea tempeſtate literatus. Noſtra uerò ætate, anno M. C C C C L X X I. ingentem rurſus ſeditionem excitauerunt, tribubus quas montes uocant inter ſe diſſidentibus. Antonius Belantes, qui princeps eius fuerat Senatus, unà cum quibuſdam nobilibus apud arcem Alcinoi ſecuri percuſſus: utraque pars breui tempore uarietatem experta fortunæ, nunc demum ob exulum tenuitatem, & horum qui potiuntur potentiam, quieſcit: quorum princeps Pandulfus Petrutius. Is hodie patriam omnium ferè conſenſu ob eius ſapientiam & animi magnitudinem optimis regit inſtitutis. Borghiſium ſocerum, facta imprudentius corrigentem, de medio ſuſtulit, cumq; nuper contra Cæſarem Aemyliæ ducem unà cum Vrſinis conſpiraſſet, bellum ab eo periculoſum paſſus eſt, quum iam agri partem captam maioraq; in dies hoſtem minantem animaduerteret, ſeruandæ patriæ cauſa ſponte ceßit. Re ſedata paucis poſt

Volaterræ

menſibus ingenti ciuium lætitia reuocatus eſt. Fuere hinc pontifices Alexander I I I. & duo Pij. Volaterras primam Hetruriæ ciuitatem priuſq; ædificatam inter xij. fuiſſe, plura ſunt argumento: ante omnia nomen ipſum, quaſi Volatyrrhenorũ hoc eſt Hetruſcorum urbem appellatam. Nam Tuſcos ueteres uola oppidum aut arcem uocaſſe indicant multa apud eos, Volſinij, Volcæ, Volæ, Voltumna Hetru. dea. Tyrrhenos quoque græci Hetruſcos uocant à Tyrrheno Lydorum duce huc applicante, ac xij. ciuitates conſtituente annis ante bellum Troianum ferè centum, ante uerò urbem conditam quingentis. Deinde locus natura munitus. Nam teſte Thucydide tunc ob piratas frequentes & toto orbe latrocinia, altiora loca ac munitiſſima occupabant. Deinde autoritas Plinij, qui Volaterranos appellatos eſſe dicit Hetruſcos. Poſt hæc in antiquis ipſorum diarijs quæ ad manus meas uenerunt, comperio, Hetruriam oppidum nobile ad oram eos diu poſſediſſe, Rebellantemq; quandoque Tuſcinatum cognominaſſe, ac ob inundinationem in mare abijſſe, uadaq; iuxta ædificata: hodieq; ferunt accolæ ueſtigia ſub aqua per maris tranquillitatem clariſsime conſpici. Præterea multa hic nuper refoſſa ueterum monumenta ſimul & ſtatuæ cum literis Hetruſcis, quæ Liuio Plinioq; teſtibus in precio apud Romanos fuere nec uſquam alibi locorum conſpiciuntur. Denique Petrus apoſtolus hanc ut in Hetruria primam ante

Romulus

omnis ad fidem uocauit, miſſo Romulo ſanctißimo uiro, qui per Herculis portam ingreſſus ſicuti ſcribitur, ubi eos Chriſtianos fecit Feſulas abijt, ac urbis utriuſque Præſul eſt conſtitutus. Hanc hodie portam ad Arcum eſſe putauerim ex nominis corruptione tum antiquitatis ueſtigio.

Volaterra

Quæ uerò poſt illos priſcos ab autoribus traduntur adducam. Volaterrani teſte Liuio Scipionis claſſem in Africam proficiſcentis frumento iuuerunt, quòd eorum ager latißimus, ut ait Strabo, uſque ad mare procederet, qui nunc eſt magna ex parte Piſanorum. Idem ait ſtad. X V I. ad oppidum conſcendi. Hic etiam Marianos proſcriptos conſtitiſſe, tandem triennio à Sylla obſeſſos locum reliquiſſe. Sylla uerò poſtea rerum potitus agrum eum publicauit, quem Cæſar deinde primo ſuo conſulatu in perpetuum liberauit, ut eſt autor Cicer. in epiſtola quam pro municipibus Volaterranis commendatitiam Qu. Valerio proprætori ſcribit, quum ille antiquam Syllæ legem renouare uellet. In oratione item pro domo ſua, Volaterranos non ſolum ciues, ſed optimos ciues urbe Roma frui dicit. Et in epiſtola ad Atticum ſe gloriatur in conſulatu Volaterranos & Aretinos quorum agros Sylla publicauerat nec tamen diuiſerat, in antiqua poſſeßione retinuiſſe. Tempore uerò triumuiratus ex municipio colonia facta eſt. Sic enim in libro ſcribitur Coloniarum. Volaterræ lege triumuirali in centurijs ſingulis iugera C C. Decumanis & Cardinibus eſt aßignata, quam omnem ueterani in portionibus diuiſam pro parte habent, in quos limites cepit interualla pedum C C C C. de quibus centurijs unuſquiſque miles accipit iugera X X V. & L X X X V. & L X. Irruentibus deinde diuerſam gentium in Italiam barbaris nullam eam iniuriam paſſam ſimul cum Florentia reperio uſque ad Pannonios, quos poſtea dicam: præterquàm breuem admodum Vandalorum excurſionem, quum ad Populoniam Leone I I I. imperante applicuere, quo tem-

Iuſtus

pore Iuſtus presbyter ex Africa ubi erat ortus in Vandalica illa inſectatione pulſus unà cum Clemente fratre

Clemens Octauianus Regulus

Octauianoq; item presbyteris ac Regulo Præſule ſocijs eadem naue aduectis in proximum Hetruriæ littus applicuit, ac Volaterris conſedit, eumq; populum ſecta, ut multa Italiæ tunc loca, infectum Arriana, ſua doctrina reſtituit. Inſuper ciuitatem obſidione Vandalorum liberauit iactis de mœnibus panibus medicatis, qui & hoſtes adfecerunt, & opinione copiæ à ſpe potiundi terruerunt, pro quibus meritis Præſul eſt à populo electus: ac mox extinctus prope mœnia cum fratre contumulatur, ubi uallis prius nemoroſa fuerat, locumq; pœnitentiæ

Alcus

ſibi delegerat. Procedente tempore Alcus uir potens in ea ciuitate in eodem loco gemina templa conſtituit. Maurus uerò Præſul Senenſis alterum Iuſto dicauit: alterum uerò Clementi, in quo poſtea Camaldulenſium cœnobium patrimonio cuiuſdam ſancti monachi qui in eodem loco ſitus eſt excitatum conſpicitur. Octauianus uerò ſocius procul omni cura in eremo uixit urbi uicina, ubi eius nunc cernitur templum eodem ferè tempore conſtructum. Poſtea uerò Longobardorum duces in Hetruria hanc ſibi ſedem uti tutiorem delegiſſe ex cognomine nobilium familiarum comperimus, quæ Longobardi honoris gratia, ueluti reliquiæ priſcæ gentis appellabantur. Ex his Amerigus, qui ſiue ui, ſiue Imperatorum permiſſu, in hac etiam regione dominabatur, Hetruriæ comes appellatus. Hic igitur ut Berengario primo Italiæ regi qui eum expellere nitebatur reſiſteret, Pannonios, qui tunc primum ex Hunnis uenerant nondum Chriſtiani, in Italiam uocat. Illi uerò ante omnia præter fœdus Hetruriam eius domum inuadunt, omnemq; flamma atque ferro euertunt, bona diripiunt. Quo ſanè tempore reperio Volaterras deſolatas, atque ab eiſdem incenſas: paucisq; deinde poſt annis ab Othone primo qui Pannonios expulit, in eum qui nunc cernitur murorum ambitum breuiorem reſtitutas fuiſſe, mißis eò Germanis

ſimul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſimul cum antiquis eius loci familijs ad incolendum: ac ex eius nomine Othoniam appellatam, quam poſteri corrupto uocabulo Anthoniam uocauere annis hinc prope ſexcentis. Vicinioribus uerò ſeculis Imperitante Frederico II. duo Conſules unà cum eius uicario rempubl. regebant, Morbo & ipſi partium adſecti Gibellinarum Piſanis adhæſerant: Capitaneumq́; ex eis accerſebant atra ſcuta cum alba cruce depicta præferentes. Poſt mortem uerò Frederici, quum Florentini ſub iugum omnis penè uicinos miſiſſent, illac quoque cum exercitu tranſeuntes prælio tumultuario ac de improuiſo ſuperatos, liberos tamen dimiſere. Guelfi tantum, tradentibus portam Acceptantibus, reducti: Familiæq́; admodum nobiles Gibellinorum eiectæ, Bomparentes, Alegretti, Topi, Ciacci, Aliocti, Ardingelli, Magalocti, Ciafarones, Moricones: Guelforum uerò nomina, Belfortes, Tignoſelli, Bonaguidi, Acceptantes, Baldinocti, Marcheſi, Manecti: præterea Gabretani, Libiani, Quercetani, ex caſtris quæ tenebant appellati. Hi omnes unanimes rempubl. adminiſtrabant, curiamq́; quò nunc unà cum prætore conueniunt ædificarunt uexillo Grypis aſſumpto. Poſt autem an. XX. pace ſequeſtro Rainerio Belforte præſule ciuitatis inter utroſque facta exules reducti ſunt: ſed quum per eorum impotentiam ex æquo uiuere non eſſet, autore Magiſtro Fide ciue uno ſanctiſſimo populus aduerſus nobilitatem caput extulit. Magiſtratus duos creauit, XII. populi defenſores, & XV. bonos uiros curandi ærarij, ac crucis rubræ in albo clypeo ſigna ſibi aſſumpſit, ſexcentorum conſilio conſtituto quos in rubro codice conſcripſerunt. Nobiles autem ad familias XLIII. in albo: atque ita coëgerunt ut dupla præter alios pœna tenerentur, ſi quem è populo uiolaſſent. Verum hæc non diu per eoſdem potentes licuere, paulatim in pristinam reſurgentes tyrannidem, inter quos duo tunc utriuſque factionis capita pollebant: Alegretti, & Belfortes.

Alegretti
Belfortes

Huius item Belfortes, alterius Baro iudex principes fuere. Quumq́; Baronis filius Rinucius in præſulatu Rainerio ſucceſsiſſet, eſſentq́; Gibellini gratia inferiores, per tumultum à Belfortibus cum ſuis ac clientum familijs pellitur, domusq́; incenduntur. Illi uerò in Caſtrum Berignonem ſe recipiunt, unde poſtea bello ſunt eiecti. Belfortes igitur qui è Germanis originem habuere, ſoli potentes uno tempore undeuiginti milites, ac ijdem uirtute duces fuere. Ex his Octauianus eques Belfortis filius ac Rainerij præſulis ſupradicti frater, primus inter ſuos factione paucorum populi Capitaneus eligitur: ea uir gratia apud omnis, ut quum filium Belfortem equitem domi faceret, omnes Hetruriæ legationes gratulatum cum donis uenerint, diebus XV. epulum populo partim in foro, partim in Baſilica proxima dederit. Ludouicum Pannoniæ regem illac è Neapoli redeuntem hoſpitio pro dignitate ſuſcepit, eiq́; Philippum filium ducendum ad pont. dedit, qui mox in præſulatu ciuitatis Rinucij ſucceſſor fuit. Intermiſſa hæc dominatio parumper per Gualterij regnum Florentiæ. Rurſus eo extincto, nec illius uicario qui urbi præerat reſiſtere ualente, ſtatim reuixit, tumultu cædeq́; tota urbe facta. Quumq́; in dies magis in ciues populumq́; partim ſuſpicione, partim auaritia ſæuirent, Ioannes Ingerannus præcipua in XII. magiſtratu autoritate collegas ad ſe uindicandos animat, qui tradita ſibi à populo de tota republ. conſtituenda poteſtate, ann. M. CCCLXI. libertatem conclamant, Belfortes capiunt, eorumq́; principem Bochinum equitem in foro poſtera die ſecuri percutiunt. Reliqui ſe ad Florentinos recipiunt. Nam hi quum unà cõſpiraſſent, per oratores urbis patrocinium ſumunt, pacem inter utroſque conſtituunt, nonnullos primorum auro corruptos ad ea quæ uoluere pacta traditis portarum clauibus fœderatorum tamen nomine deducunt. In quibus nondiu perſeuerauerunt nouo grauantes tributo. Iacobo demum Ingeranno Ioannis ſupradicti nepote uociferante iura prodi ac uiolari, eaq́; de cauſa in Stinchas Florentinas coniecto, res procul à defectione non erat, quapropter ab incepto deſtitere. An. deinde M. CCCCXXX. occaſione rurſus imperatæ pecuniæ Iuſtus Antonini concitata plebe Prætorem inuadit, urbem ad defenſionem ſollicitat: quod quum eſſe ex republ. non uideretur, accerſitus in conſilium, è feneſtris deijcitur. Rainaldus Albizus qui iam cum exercitu aderat compreſſum tumultum inueniens agrum tantum caſtellaq́; ademit, quæ anno inſequente reddita ſunt. Fruſtra deinde ſæpius tentati primum ab Imp. Sigiſmundo iuxta prætereunte, deinde ab Alfonſo Arragone qui agri partem tunc ceperat: an. demum M. CCCCLXXI. laceſsiti à Laurentio Medice, quòd aluminis tunc inuenti partem ſibi uendicare uellet, deſciuerunt, non tam Florentinorum fœdus quàm illius tyrannidem detrectantes. Ex quo primum in ciues qui unà cum eo conſpirabant cæde animaduertunt, cincti demum obſidione à Frederico Feretrano poſt dies XX. certis conditionibus deditionem fecerunt. Florentini præter pacta urbem eueſtigio diripuere, profana ſacraq́; omnia miſcentes, ac ſacroſanctum Præſulis tribunal cum ædibus euertentes eodem in loco arce conſtituta, agrum denique ademere. Hæc uerò antiqui fœderis reſtitutionem, ut eſt non ſolum regium, ſed æquum, omnibus officijs nititur mereri. Nam & cæteris hoc tempore deficientibus & ſumma deditionis commoditate ſola fidem ſeruauit, ſponteq́; auxilium qualecunque miſit. Præſules hic olim utranque exercuere poteſtatem, ex quibus unum forte tumultuoſius agentem, ad baſilicæ portam ciues interfecere, quo piaculo annis XXVII. paſtore caruerunt. Ornauit autem eam cathedram poſt Iuſtum Vgo Præſul ſanctiſsimus. Hic ex Agnani uicini caſtri nobili Saladinorum familia, quum Volaterranus ſimul & Paduanus eſſet Canonicus, ob uitæ modeſtiam ac iuris pontificij ſcientiam promotus, uarios labores & ærumnas ab infeſtis ciuibus ob eccleſiæ libertatem & res conſeruandas eſt paſſus, quæ omnia patientia ſuperando ad ſenectutem ſine querela peruenit. Deceſsit anno M. CCCCLXXXIII. inhumatus diebus X. à populoq́; adoratus ob uiſa ex eo prodigia, deinde conditus in eius urbis baſilica fuit. Cenſetur eadem & claris uiris, Cecinnarum proſapia Romæ illuſtri, A. Perſio, & Lino Pontifice quos alibi commemoraui. Ager metallorum feraciſsimus, æris, melantheriæ, aluminis, ſulphuris, ſalis qui ex aquis puteanis in plumbeis lebetibus igne paulatim condenſatur miro candore toti ferè Hetruriæ ſuppeditans. Aquarum inſuper calidarum quæ morbis plurimis medentur. Inter eius caſtra ripa Maranci ædificium in alta rupe Comitum S. Floræ è quibus Marancius fuit, mœnibus deinde à Volaterranis cinctum, quod mea ætate Alfonſus Arago diripuit: ab eiſdem quoque Comitibus ſimul & Senenſibus montem Feltranum ademptum Petrus Belfortes eques per uim recepit, deinde inuitis Volaterranis, Florentinis uendidit, quod paulò pòſt muris deiectis redditum nunc Minutiorum familia poſsidet. Silanum quod Bomparentes ex urbe pulſi tenuerunt, deinde eorum affines Petronij ciues Senenſes per proditionem acquirentes arce in ea excitata demum Florentinis & ipſi uendidere. Luſtignanum, quod à tyrannis Caſtilionenſibus direptum Rolandus Africantes à Volaterranis miſſus mœnibus cinxit, iuxtaq́; frater ipſius Rainerius eodem mandato Volaterranum Caſtellum condidit ob uicinorum diſcordiam. In antiqua Deſiderij Longobardorum regis inſcriptione quæ adhuc Viterbij cernitur literis Longobardis, leguntur ab eo conſtructa Geminianum, & Miniatum: Foſcenceſq́; in eadem

Iuſtus

Vgo præſul

Geminianum
Miniatum
Foſcenſes

nomin

nominantur, quos nonnulli Fucetium oppidum eſſe conten-
dunt. Aliqui uerò lucum prope Geminianum ex flumine
Radacomalũ regionem eam perlabente dictum. cum his etiam Radaco-
malum in agro Volaterrano ab eodem ædificatum, notiſſi-
Ruſellæ colo. mum nunc oppidum. In agro autem Senenſi Ruſellæ colonia
Pli. uocata inter XII. urbes, cuius adhuc ueſtigia prope
Alcinoi mons Alcinoi montem cernuntur. Suana urbs & Suanen. Pli.
Suanenſes nunc ditionis Senenſium. Lucinianum item, quod arbitris
Bononienſib. ſibi adiudicatũ Florentinis initio belli cum Io.
Galeatio, paulopoſt ad Senenſes antiquos dominos defecit.
Politianum Politianum uerò oppidum quum olim ſponte ad Florenti-
nos ueniſſet, proximis annis in aduentu Caroli regis ſimul
cum Piſis rebellauit fugato prætore, arceq́; diſiecta. Longa
dein obſidione ac bello fortiſſime reſiſtens in pace nunc ac
Vetulonia fœdere Senenſium degunt. Vetulonia ubi nunc Maſſa qui-
dam uerò iuxta Viterbium eſſe contendunt, quod ſanè ex
Ptolomæi abaco & deſcriptione eſſe non poteſt. Hic haud
diu aluminis uena reperta, Cerbonem præſulem celebrant.
Volcæ Prope locantur Volcæ Ptolomæo Plinioq́;, ubi nunc Craſ-
Coſæ ſetum, Coſæ item quarum ueſtigia uidentur ubi nunc Orbi-
tellum. Verg. Quiq́; urbem liquere Coſas. Perierunt ob
murium multitudinem teſte Plin. quod fatum & Smintæ
Saturnia col. inſulæ in ægeo accidit. Deinde Saturnia colonia Ptolomæo
S. Quiritius in Saturniana appellata ueſtigia ueteris & nominis & ædifi-
Oſenna. cij retinet ad breuem murorum ambitum redacta. Quiri-
tium in Oſenna aliud oppidum in antiquis tabulis uti ſuprà
Vmbro memoraui uocatur. In agro item Senenſi flumina Vmbro,
Alma. Prilla de quo ſuprà, præterea Alma apud Antoninum in itinere,
nunc Arbia appellata. Prilla apud Plinium, nunc Palia. No-
minum uerò recentiorum Vrcia, Formio, Albengia prope
Patrimonium ſaturniam labens. Sequitur, quod patrimonium Petri appel-
Petri. lant à Matilde cuius ſuprà mentionem feci relictum. In quo,
Aquula quam uocant Aquampendentem Ptolemæus Aquulam, unde
Aquulenſes Aquulenſes Plinius & Aquaſenſes uocant ex manifeſta loci
Volſinij coniectura. Deinde Volſinij de quibus Liuius x. Coſ. Poſt-
humius Hetruriam exercitu primum uaſtauerat Volſinien
ſium agros, deinde cum egreſſis ad tuendos fines haud pro-
cul mœnibus pugnauit. duo mil. CCC. Hetruſcorum cæſa.
Item apud eundem & Cæcilium Volſinienſes auxilium
contra ſeruos, qui ab eis temere manumiſſi contra dominos
inſurrexerant, à Ro. petierunt: Miſſus itaq; Decius Mure-
Chriſtina na. Hic Chriſtinam uirginem & martyrem adorant. Lacus
iuxta eſt, quem apud Columellam tantum lacum Volſinien-
ſem nominatum reperio. Inſula hic amœniſſima eſt, quam
Farneſiorum nobilis familia, cum nonnullis circa uicis no-
tiſſimis uini generoſitate, poſſidet. Balneoregium Deſiderius
item rex Rodam appellare uidetur. Plin. Straboq́; in hac
Decem pagi parte decem pagos ponunt. hoc oppidum natalibus Bona-
uenturæ nobilitatur, cui proximis annis Gabriel Cardi.
Agrienſis ordinis minorum templum excitauit. Tuſcanen-
Tuſcanenſes ſes Plin. nunc Tuſcanella oppidum. Faliſci gens & populus
Faliſci & oppidum Straboni in hoc tractu longe ſequuntur, &
Faliſcum Plinio gentis caput quod proculdubio Mons fla-
ſconis ex certis argumentis apparet. Nam in colle eſt, quod
nullum aliud inter Faliſcos uidemus. Ouidius ubi de feſto
Iunonis ibi celebrato ſcribit, ac Aleſo conditore auriga
Agamemnonis. Difficilis aditus huc uia præbet iter. Iamq́;
pererratis profugus terraq́; mariq́;, Mœnia felici condidit
alta loco. Ille ſuos docuit Iunonia ſacra faliſcos. Præterea
ex copia fructuum & loci amœnitate, in eodem carmine
pomiferos faliſcos idem uocat. Deniq; nominis ueſtigium
cum uetere conuenit. Ouidius item in faſtis. Venerat Atri-
dis fatis agitatus Aleſus: A quo ſe dictam terra faliſca pu-
Lucus Hetru. tat. Plin. cum Hetruriæ lucum dicit appellari, ob ſyluam for-
te Volſinienſem eo uſq; pertinentem, ſiue ob ſacra prædi-
cta. Aequos autem faliſcos Seruius ait dici, quòd Rom. ab Aequi faliſci
eis quaſdam acceperint leges ſupplemento XII. tab. Hos
Camillus expugnauit, cuius iuſtitia populos eos ſollicitauit,
ut deditionem facerent, quum ille magiſtrum ludi filios
principum ciuitatis prodentem uinctum remiſiſſet, autor
Liuius VI. Lino etiam, ſicuti & nunc, ſemper abundauere.
Silius. Induti ſua lina faliſci. In hoc item oppido Flauianus
præfectus eiuſdem ſub Hadriano martyre narratur, cuius Flauianus
hodie caluariam oſtendunt. Viterbium uerò ipſum inter
faliſcos etiam palam eſt fuiſſe Longulam appellatum. Li- Viterbium Longula
uius enim ait libro IX. Dictatorem Papyrium traducta
ſylua Ciminia ad terrorem cum exercitu Longulam per-
ueniſſe. Et deinde paulo inferius, cum Hetruſcis ad lacum
Vadimonis dimicaſſe dicit: quod ſanè præter nomen urbis Lacus Vadi-
etiam de lacu indicat, eum eſſe qui in campis Viterbij ue- monis
nientibus Romam dextrorſus relinquitur. Non autem ut
Blondus apud Roſolum. Nam ueriſimile non eſt, ut ſemel
Hetruſci à ſylua Ciminia per Fabium fugati ulterius cum
exercitu progrederentur. Apud Viterbium Vetuloniam
etiam fuiſſe quidam nuper ſcriptor tradidit, quod ſanè ex
Ptolemæi poſitione, ut alibi dixi, eſſe non poteſt: neque
etiam ueriſimile duas ciuitates adeo contiguas fuiſſe. Hic
& Deſiderij regis marmoream tabulam repertam habent
literis Longobardis, quæ beneficia in Viterbienſes & non-
nulla Hetruriæ loca commemorat. Ego tamen ad propin-
quiora ueniam. Quum eius tyrannidem Vicorum fami-
lia, quæ uico Eluij proximo dominabatur, annis ferè CC.
exercuit, quorum ultimus Franciſcus uicus urbis Præfe.
ſub Eugenio ſublatus unà cum reliquis ſacroſanctæ ditio-
nis prædonibus à patriarcha Vitellico, dominationis ha-
buit ſucceſſorem Captorum familiam, cuius caput Ioan- Captorum fa-
nes ſenior olim, ac deinde filius eius Princiualles, dum ſub ctio
Nicolao V. Viterbium reuertit in itinere ab inimicis tru-
cidati fuere. Nec diu poſt Gulielmus Captus Caliſto ſe-
dente noctu domi fuit interfectus, ciuitasq́; propterea cæ-
dibus partim ac tumultibus tota exarſit: quæ tandem ſe-
data quum diu quieuiſſet, ſub Alexandro, anno MCCCC-
XCVI. nouas excitauit ſeditiones interfecto Ioanne Capto
Iuniore potentiæ ſucceſſore ipſius opera Pontificis ſimul
& aduerſarum partium. Quem paulò pòſt ulti Columnen-
ſes cædes plurimas domorumq́; direptiones fecere. Trien-
nio deinde poſt, his rurſus ab Vrſinis pulſis, & aduerſa
factione reſtituta, noua crudelitatis exempla, ciuiumq́; ca-
lamitates uiſæ fuere. Necdum finis. Eſt & altera apud
Samnites Longula. Agillina quæ poſtea Cære appellata eſt Agilla
à Pelaſgis condita. Tyrrhenis enim eam oppugnantibus quũ Ceræ
unus ad mœnia accedens quod nomen urbi rogaſſet, reſpon
ſum eſt à Theſſalo neſcio linguæ Hetruſcæ χαῖρε, id eſt, ſal-
ue, quod Tyrrheni poſtea dempta aſpiratione uocauere, au-
tor Strabo. Acron uerò in uerſu Horatiano, Dignus Cærite
cæra, dicit: Cærites populi erant Hetruſcorum, quibus deui-
ctis Ro. omnibus iuribus & utendi & condendi leges pri-
uauerunt. Huius oppidi quoq; habitati Vrſinorum ditionis
cernitur ueſtigium, natura loci munitum, quod his tempori-
bus obſeſſum diu Alexandri Pontificis copijs reſtitit. Sunt
qui Cerueterum dicant proximum illi oppidum ex argu-
mento nominis, tum loci indicio antiquum Cære fuiſſe. Fo- Forũ Claudij
rum Claudij Straboni, Plinio, ubi nunc Tolfa eſt & alumen
Pij II. temporibus inuentum, Ioannis Caſtrenſis hominis
tranſpadani opera atq; ingenio. In hac parte & Præfectu- Præfecturæ
ræ claudij, & Via claudia. Lacus Ciminus cum monte & claudiæ.
ſylua antiquitus inacceſſa, ubi Fabius tot milia Hetruſco- Via claudia
rum fugauit. Liuius IX. Sylua erat Cimina, magis tunc inuia Lacus Ciminus
atque horrenda quàm erant nuper Germani ſaltus: nullus
ad eam diem ne mercatorum quidem abdita ea intrare
præter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

præter ducem ipſum audebat. Capta aut cæſa eo die Hetruſcorum x L. milia. Virgilius, Et Cimini cum monte lacus. Nã

Vicus Eluiij
Sutrium
Nepet

lacus uici eſt, & ſylua ſucciſa longè minor, permeabilisq́;: nã prius uia Caßia Vetrallã uerſus iter faciebant. Vicus hic caſtrũ Præfec. urbis poſſeßio, qui uicus Eluij dicitur Antonino. Sutriũ & Nepet olim in Hetruria potẽtia floruere, quapropter cum his Rom. ſocietatem iniuere. Sutrium Liuius clauſtra Hetruriæ uocat, ob locum bellis opportunum contra Hetruſcos. Sutrinorum Camillus audita defectione, teſte Liuio, ob celeritatem iußit milites commeatum trium dierum ſecum exportare, ne ea res cauſa moræ eſſet. Itaque in prouerbium uenit Plautinum, Quaſi eant Sutrium: de his qui ad plures dies cibaria ſibi exportant. Pro redactis autem ad officium contra reliquos Hetruſcos eos laceſſentes feliciter pugnatum à Fabio apud Ciminiam ſyluam, uti ſuprà monſtraui: Nepeſinos quoq; qui cõtra eoſdem auxilium

Surianum

implorauerant, ac ſeſe poſtea excuſantes hoſtibus dediderant. Nepet ex marmoribus Sutrij repertis, quanquam & apud autores & Nepe & Nepete corrupte inuenitur. Surianum caſtrum Vrſinis Nicolaus tertius Pontifex tradidit, ubi arcem excitauit, ac demum defunctus eſt. Hoc Britones qui uenerant in Italiam diu tenuerunt, iter obſidentes, quouſq; Martinus v. id in poteſtatem redactum Pontifici ſubeſſe uoluit. Alexander uerò ab initio Pontificatus ex eo Vrſinis reddito primus incommodum ſenſit, quum bellum

Vetralla
Forum Caſsij

aduerſus eos ſuſcepit. Vetralla Forum Caßij putatur. cuius meminit Antoninus in itinere, ex argumento præter alia, quòd ædes diuæ genitricis mœnibus proxima ſancta Maria in Caßia dicatur. hac quondam iter in Hetruriam Cicero in Phil. Via, inquit, Caßia quæ Hetruriam diſcriminat.

Ortanum
Ferentia

Ortanum oppidum & Ortani incolæ Plinio. Virgi. Ortanæ claſſes, ſicut Byzantium & Bizantij. Ferentia Ptolemæo, Ferentium Plinio Straboniq́;. Quãquam apud quoſdam Fe-

Ferentinum

rentinum malè legitur. Ferentini autem incolæ. Oppidum Faliſcorum eſt cuius adhuc uidẽtur ueſtigia, unde Otho Imperator fuit: Ferentinum uerò inter Hernicos, cuius dicun-

Falerij

tur Ferentinates. Falerij & Falerium oppidum Faliſcorum, cuius adhuc ſtant parua mœnia ſimul cum priſco nomine. Feſcennia Plinio, & Feſcennium Straboni his propinquum ponitur, ſiue potius inter eos. Id'que putauerim eſſe nunc Ciuitatem Caſtellanam. Vnde olim carmen nuptiale.

Veientes

Veientum populi intra x x. ab urbe lapidem ſunt apud Liuium v. apud Plin. x v i. è regione Cruſtumiorum medio Tyberi. Qui antiquariorum iudicio apparent eſſe caſtra: quæ partim procerum Rom. partim Cœnobij ſancti Pauli ſunt. Videlicet Fianum, Naccianum, Laprignanum, Turrita,

Veij

Ciuitella, Arignanum, Caſtrumnouum. Veij autem ipſi inter hos omnino putantur ubi nobilia ueteris oppidi ueſtigia ſub Vrſinorum ditione apparent, quæ adhuc Veiana appel-

Capenates

lantur. Faliſcos Veis uicinos Liuius ponit libro v. Capinatum, inquit, & Faliſcorum aduentu Veijs adauctum bellum. Hi enim populi, quia proximi regione erant, deuictis eis, ſe proximos eſſe periculo credebant. Capinates hodie Cana-

Syluæ Arſia
Meſia

pinam caſtrum exiſtimant. Syluam quoq; Meſiam dicit Veientibus ademptam fuiſſe: & rurſus Arſiam ſyluam apud eos memorat, quæ fortè Bacchane fuerat: nam eo uſq; imperium prorogabant. Hi Rom. bellum æſtates x. ſuſtinuere, deinde à Camillo ſubiugati, de quibus alio in loco narrabitur diligentius. Bacchana apud Antoninum in itinere legi-

Stagna Sabatia

tur. Stagna Sabatia unde aqua Sabatina Romæ, lacus Anguillariæ circaq́; fons, argumento loci in medio lacus, quia ad-

Alſinum
Alſietinus lacus
Fons Veneris

huc Sabatinũ uocatur. Alſium unde Alſietina Romæ aqua & lacus, quem Brachiani quidam eſſe putant: & oppidum prope Vicarellum, cuius aquæ Veneris ex inſcriptione repertæ uocatæ formarumq́; ueſtigia uiſuntur. Plinius tamen & Ptolemæus in littore ponunt ubi nunc S. Seuera, eſſe'que nonnulli arbitrantur ipſum ex coniecturis cum alijs tum propinquitatis. Nam Strabo x i i i i. miliario diſtare dicit. Fregenas uerò non aliud putauerim, ut eruditis etiam quibuſdam placet, quàm Brachianam, ut quaſi Fregianum corruptius dicatur. Ex argumento etiam carminis Silij. Alſium, & obſeſſæ campo ſqualente Fregenæ. Obſeſſas uocat & campum ſqualentem ſiue ob aquarum ſalientium pe-

Vicus Aurelij
Soracte

nuriam, quæ in eo eſt agro, ſiue ob lacum ſubiectum olim nemoribus cinctum. Vicus Aurelij nunc Vicarellus: omnia ſanè uicina ſunt inter ſe loca. Soracte uicinus urbi mons, Sylueſtri Pontificis ſeceſſus, ubi olim Apollo colebatur, cuius ſacerdos Virgilio & Strabone teſtibus ex Irpinorum familia nudis plantis ardentes prunas perambulabat. In hac

Flauianum
Feroniæ lucus

parte duo item oppida ſita Straboni ſunt, Flauianum & Feroniæ lucus. Virg. Flauinia quiq́; arua colunt: horum nulla ueſtigia, niſi tantum hodie ſancti Syluestri oppidum appa-

Cremera

ret. Cremera flu. ille exiſtimatur qui nunc uicinus primæ portæ v. ab urbe miliario. hic enim Fabij cum Veientibus prælio congreßi periere.

RES FLORENTINORVM.

FLORENTIAM ob eius hiſtoriam ultimo loco reſeruaui. Hanc Aretinus à Syllanis conditam dicit: quod omnino eſſe falſum liber coloniarum nuper in-

Colonia Florentia à i i i. uiris

uentus manifeſto demonſtrat. Nam Coloniam quidem Romanorum eſſe, uerum à i i i. uiris deductam oſtendit. Sic enim ſcribitur: C. Cæſaris & M. Antonij & M. Lepidi Colonia Florentina deducta à i i i uiris, adſignata lege Iulia. Centuriæ Cæſarianæ in iugera per Cardines & Decumanos: termini rotundi pedales, & diſtant à ſe pedes M M. C C C C. Sic igitur exiſtimandum quando de hoc certa principia haberi non poſſunt, quod etiam Vallæ in quadam epiſtola placuiſſe uideo, ut Feſulani & ex uicinis montibus homines ad loca mitiora deſcendentes iuxta Arnum habitationes inceptauerint, dictiq́; ab initio teſte Plinio Fluentini, quod præfluenti Arno fuerint appoſiti. In receptione uerò coloniæ quàm ſuprà commemoraui, quod plerunque nomina mutarent, Florentini appellati. Nam Florentia Ptolemæo, Procopio, pluribusq́; ueterum nominatur. Ad hanc poſtea magnitudinem paulatim peruenit, ter diuerſis temporibus mœnibus prorogatis, ut incolis facilẽ dignoſci poteſt. Furorem Totilæ ut autor eſt Procopius quanquam ſæpius tentata, dei benignitate incolumis euaſit. Eorum res geſtas, quod his omnia referta ſint, quanquàm ſuperfluum eſt narrare, breuiario tamen percurram, his tantum præteritis quæ in cæteris Hetruriæ ciuitatibus commemoraui, initioq́; à Frederico i i. Imperatore ſumpto quum omnia ferè ex illo cœperint. Nam quum perpetuum eum ac acerbißimum hoſtem continuo metuerent, ſatis habebant intra mœnia ſe incolumes tantum continere. Hoc extin-

Antiani creati

cto x i i. uiros Anno M. C C X X. creauere, quos Antianos uocauerunt, nihil'que potius eis fuit quàm Guelfos quos expulerat Fredericus in cunctas Hetruriæ ciuitates reducere. Quorum gratia Piſtorienſibus primum bellum indicunt, breui admodum prælio laceſſentes dum ſuſpectos in exilium pellunt. Et in Apennino Caßianum exulum timore munierunt. Montariam item caſtrum, uti ſuſpectum ſolo æquauerunt. Mox Aretinos, Piſanos, Miniatenſes, Volaterranos cum exercitu magis terrentes quàm debellantes coegerunt partibus eiſdem ſtudere: Volaterras tamen improuiſa pugna tranſeundo ceperunt liberas dimittentes. Interea Gibellini omnes Florentini qui expulſi fuerant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

rant,quorum princeps Farinata Vbertinus fuerat, Senam ſe recipiunt, indéq; ad Manfredui Federici filium Siciliæ regem, qui tunc autoritate ac potentia in Italia maxime pollebat,oratores mittunt ſubſidia poſtulatū,dictitantes ſe huiuſcemodi incommoda eius cauſa patris'ue partium ſuſtinere.Ille quum reſpondere cunctaretur,tandem cohortem tantum unam Germanorum cum ſuo uexillo miſit auxilio, qui cum in prælio ante omnes caderent,uexillo direpto,ac probris omnibus ab hoſtibus tracto, Manfredum incenderūt,

Iordanes dux apud Arbiam

ut Iordanem ducem cum M. D. equitibus ſupplemento mitteret,qui unà cum exulibus Florentinis,Senenſibusq;,ac Piſanis apud Arbiam flumen prælio commiſſo memorabilem illam cladem hoſtibus intulere,ubi dicuntur ex eis ad XXX. milia partim cæſa,partim capta: quem exitum fertur Tergianus Aldimarus eques Florẽtinus ſatis præuidiſſe, & ſæpe fruſtra in ſenatu reclamando prohibere uoluiſſe.

Tegianus Aldimarus

Poſt hãc uictoriam illi in patriam redeunt,ac Guelſos expellunt, qui Bononiam ſe receperunt: Mutinenſibusq;, ac Regienſibus auxilio fuere partes fugiendi aduerſas.

Foreſius Aldimarus

Guido Guerra

Inter hos tumultus Foreſius Aldimarus qui caput eorum fuerat, fortiſſimè pugnando cecidit.Duce dein ex eis Guidone Guerra conſtituto Clementis V. Pontificis amicitiam ſibi conciliant, ſignáq; domeſtica eius ſibi aſſumunt,aquilam uidelicet rubram ſub pedibus luthcum tenentem ſerpentem,ſeq; dein Carolo tunc primum aduerſus Manfredum uenienti auxilio fore pollicentur. Interea Gibellini antequam Iordanes ad Manfredum rediret,conſilium apud Emporium oppidū uicinum habent, ubi Senenſes,Piſaniq; conſulunt omnino delendam eſſe Florentiam ſi ſe ſaluos eſſe uellent,nec aliter unquam aduerſarijs licere conquieſcere. Tunc Farinata patriæ incenſus amore Meliora deus, inquit, nõ ego unquam patiar pulcherrimã urbem,quam ipſe non condidi,deſtruere.

Guido Nouellus

Inde diſcedentes Florentini XXXVI.uiros conſtituūt,qui cum Guidone Nouello remp,curent.Hi cum multos ex plebe adminiſtrationi promouiſſent, indignata nobilitas unà cum Guidone ſeceßionem facit: primum Alberti tumultum excitant, ac

Seditio plebis & nobilitatis

unà omnes pro æde diui Ioannis in armis conſiſtunt, Plebs item apud Timothei templum cogitur,quam Guido fruſtra conatus inuadere eadem die Pratum ſeceßit,poſtea reuertens clauſas reperit portas.Interim intus formidãtes Guelforum potentiam ac nouam Caroli amicitiam,eos inita concordia reuocant, adfinitatesq; inter ſe iungunt nullo plebis nobilitatis'ue diſcrimine.

Bondelmõtes

Quæ res quanquam æqua,turbas nihilominus paulò pòſt excitauit.Bõdelmontes nobilis eques quum ob plebeam ſponſam à ſuis obiurgaretur, eamq; propterea abdicaſſet,in ponte dum equitaret interficitur.

Gibellini iterum expulſi

Rurſusq; res turbatæ,ac partes excitatæ.Demum Guelfi Gibellinos iterum expellunt, rebelles uindicant, bonisq; omnibus priuant, uſq; in hunc diem odio perſequentes, magno quidẽ piaculo illius reipub. tum probro Chriſtianæ religionis: quodq; peius tolerante Ro. Pontifice.Iurant noui magiſtratus ante omnia ſe ſtudia partium ſeruaturos,ac contra fraternam charitatem facturos. Inſuper & memoriam nefandi principis horum ſcelerum autoris ac illius reipubli. perpetui hoſtis,quam omnibus modis delere debuerant, hoc peßimo diſſenſionis inſtituto quotidie renouant.

Capitaneus partis Guelfæ creatur

L.Sabellus

Gregorius X.

Igitur his expulſis ſtatim partis Guelſæ capitaneum externum ac nobilem creant,primusq; fuit Lucius Sabellus.Sed paulatim ad ciues ac plures idẽ magiſtratus poſtea redactus.Dein Gregorij X. illac Lugdunum Concilij gratia proficiſcentis, ac ciues ad reducendum exules,utq; comumni concordia cum alijs ad Hieroſolymitanam expeditionem cogerentur exhortantis,iuſſa contemnentes triennio ſacris interdicti fuere, à

Nicolaus III, XIIII. uiri creati

quo nec etiam in reditu prope mœnia tranſeunte,ſed tantum à ſucceſſore ſoluti fuere.Sub Nicolao III. recreati aliquantulum: is Latinum Cardinalem Vrſinum miſit,qui reducta exulum parte rem ad otium deduxit, XIII. uiris qui reipubli.inuigilarent creatis.quibus diu bene uiuere non licuit per mortem Nicolai, ex quo alia reipubli.forma mutata.

Latinus Card.

Priores artiũ creati.

Priores enim artium tres primum creati: deinde ſex,ſinguli è ſingulis tribubus,quæ ſex tunc erant: poſtea XII. poſtremo VIII. qui adhuc durant.

Bonitium expugnatum

Vicarius Rodulfi Cæſaris

Inter hæc à Gibellinis Bonitium oppidum occupatū Flo.expugnant,ſoloq; æquant, ad habitandum incolis tantum ſub monte planities conceſſa ubi nunc cernitur. Eodemq; tempore Vicarius Rodulphi Cæſaris Miniatæ morabatur, cui minime parebant. Anno quo interijt Carolus rex quem ſuprà nominaui, urbis mœnia ampliata,uiæq; ornatæ ultra Arnum.Hoc tempore Nerius Gallura cum reliquis exulibus Piſanis à patria expulſus ad Florentinos ſe recepit,quorum auxilio damna plurima Piſanis,ut in eorum hiſtoria commemoraui, clades etiã illa memoranda apud Bibienam Aretinis illata:de qua,deq; rebus Aretinorũ cum ad eum locum ueniã dicam.

Vexillifer iuſtitiæ creatur

Ianus Dolob.

Quumq; plebs tunc à mobilitate premeretur,neceſſarium duxere Vexilliferum iuſtitiæ creare:quo etiam tempore Ianus Dolobella tanquàm tribunus Plebis inſurrexit,uir admodum bonus ac uenerabilis,permotusq; patriæ charitate magiſtratu ac populo conſentientibus legem rogauit,qua familiæ nobilium XXXVI. ſeditioſorum notabantur,hoc eſt ab adminiſtratione reip.penitus eijciebantur.

Familiæ XXXVI. notatæ

Mox facta quadam cæde per eos populus tumultum excitat, Aedesq; poteſtatis huius cauſæ mali incendit. Ianus confeſtim ut autor ſeditionis inſimulatus in exilium mittitur,ubi demum extinctus eſt.Nobilitas itaq; erecta magiſtratum rogat legem iniquam contra eos latam antiquari,plebs contra rogat,uentum ad arma,in quibus aliquot dies belli ſpecie citra pugnam conſtitere.Et hæc quidem omnia ſpatio annorum.

S.Ioan.& Ficinum oppida ædificata Curia item

Alborum & Nigrorum origo

Anno uerò M.CCXCVIII. condita à Florentinis apud Arniripam oppida duo,S.Ioannis,& Ficinum,& curia ubi nunc habitant priores exædificata,in quo loco prius Vbertinorum domus dirutæ fuerant. Anno deinde pòſt altero quo fuit Iobilæum, Piſtorij Cancellarij in duas diuiſi partes Albos & Nigros: Florentinam etiam urbem contaminarunt,quum ſtudio componendæ pacis ex eis quidam eò ueniſſent.Hi quum utriuſq; factionis eſſent,domos in quas diuerterant in ſuam quilibet ſectam deduxerunt.

Verius. Corſus Donatus

Albi apud Verium Cuchiū, Nigri apud Corſum Donatum,Hic primū cum ſua factione depellitur.

Carolus Valeſius

Carolus Valeſius regis Galliæ frater ad res componendas à Bonifacio VIII. accerſitus, quòd legatus eo miſſus nihil profeciſſet.Dum florentiæ poteſtas ei facta eſſet, ecce Corſus irruptione facta per portam Feſulanam quã refregerat cum auxilio urbem ingreditur,Magiſtratibus deiectis alios creat,omniaq; commutat,atq; miſcet.Carolus poſt quinq; mẽſes quàm uenerat abijt aliqua ex parte renormata republica.Corſus igitur aliquãdiu toleratus,cum demum omnia per uim agere ſimul & Vgutionis Fagiolani gener nuper factus ad Tyrannidem planè tendere uideretur,iuſſus eſt à Magiſtratibus in curiam uenire:quo negante ædes obſidentur,atq; expugnantur,demum fugiens populo conſequente interficitur.Hic exitus uiri.

Dantes expel.

Nicolaus pra. Legatus

Sed ab initio poſt eius reditum ſtatim Albi expelluntur,inter quos Dãtes Alengerius poëta fuit,qui eo tempore legatione apud Bonifacium fungebatur. Nicolaus Pratenſis Cardinalis ſumma tunc uir autoritate mittitur legatus, is in partes XX. Populum diuiſit: plebi fauebat,exules Albos Gebelliuosq; unà reducere quærebat,demum rebus minime impetratis interdicta ſacris ciuitate diſceßit,egitq; cum Bonifacio ut XII. uiros principes Nigræ factionis accerſiret,quibus obtemperantibus alij exules qui erant apud Arretium, certiores facti clam per Nicolaum,numero VIII. milia cum auxilijs Florentiam

uſq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uſque portas irruentes repulſi ſunt. Bonifacio tandẽ utriuſque factionis principes uocanti Verius Alborum partium minime paruit, dictitans ſeſe nullam habere inimicitiam. Itaque malum hoc ei inde adſcriptum. Poſt hæc Florentini facta cum proximis ciuitatibus ſocietate, Lucenſibus, Volaterranis, Senenſibus, Piſanis, de communi conſilio

Robert⁹ dux Florentinorũ Piſtorium obſidetur

Robertum Caroli regis filium adoleſcentem ducem exercitus euocant, cum quo Piſtorium obſident. Et iam quintus erat menſis quum duo legati opera Nicolai ſupradicti à Pontifice mittuntur ut ab obſidione diſcedant. illi quamuis Roberto obtemperante ac in Galliam diſcedente bellum nihilominus proſequentes XI. obſidionis menſe anno MCCCVI. Piſtorium ſaluis ciuibus in deditionem accipiunt. Mœnia ſtatim diruunt, urbemq́; inter ſe & Lucenſes diuidunt. Verùm poſtea Lucenſibus ex ueteri odio rogantibus ut portæ funditusq́; omnia diruerentur, non ſolum non ſunt aſſenſi, ſed Piſtorienſes ut ſe defenderent ultro

Arcianũ ubi

ſunt hortati, eoq́; liberos dimiſere. Deinde in Arcianum caſtrum Vbaldinorum quo ſe receperant exules conuertunt,

Scarparia

idq́; uaſtantes Scarpariam poſtea in eo loco caſtrum

Neapulio Legatus

ædificauere. Interea legatus Neapulio Vrſinus à Clemente mittitur ex Gallia, qui rebus & ipſe infectis reuertit. Deinde Arretinos, qui tunc opera Vgutij Fagiolani Tarlatos Vbertinosq́; ac reliquos Gebellinos reuocauerant, bello laceſſunt. Quo ferè tempore certos armatos cohi-

Volaterrani cum Geminianenſibus de finibus contendunt

bendi cauſa in agrum miſere Volaterranorum, qui de finibus cum Geminianenſibus contendebant, iam'que ad arma uenerant. An. deinde MCCCXII. Henricus VI. Imp. petijt per legatos à Florentinis, primum quod ei in Italiam maxima cum gente Florentia iter facturo commeatum, cæteraq́; neceſſaria præpararent: deinde ut ab Arretinorum qui ſui eſſent, bello abſtinerent. Quibus reſponderunt, primo ſe non putare poſſe, cum Romanorum ſit imperator, Italiam quam conſeruare debuerat, tanta multitudine eum uelle opprimere. Deinde ſeſe eum pro dignitate proq́; facultate (modo ueniat amicus) ſuſcipere paratos. Arretium

Robertus rex quinq; annis dominus

uerò non dominandi, ſed pacis concordiæq́; inter eos componendæ gratia debellare. Interea Robertum regem certis conditionibus quinquennio dominũ ciuitatis accerſunt. Henricus igitur cum Mediolani diu ſubſtitiſſet: inde Romam, poſtea Florentiã uenit: apudq́; S. Saluium caſtra locat cum ingenti exercitu & exulibus Florentinis, inter quos Dantes erat. Quumq́; uicinæ iam terræ rebellarent, intusq́; maxima trepidatio eſſet, non defuit eis deus ac fœderatorum fides: qui fuerant, Lucenſes, Volaterrani, Senenſes, Bononienſes: quorum auxilijs tanto periculo reſtiterunt. Demum ille poſt dies XL. incenſis tentorijs media nocte diſceſſit: Ignis autem cum nondum intellectus terreret ciuitatem, mane re cognita exhilarauit. Inde apud Caſcianum proximum caſtrum, ac in Hetruria menſibus aliquot conſumptis, poſtea domum reuertit. Poſt cuius diſceſſum fa-

Contra Piſanos

cile omnia recuperarunt, ac Piſanis bellum intulere, quibus dux erat Vgutius Fagiolanus: à quo cladem maximã apud montem Catinum ſuſtinuerunt, ubi Roberti regis frater ac nepos cecidere. Roberto tempus imperij triennio pro-

Caſtritii Lucẽſis obſidio

rogatum. Pace facta cum Piſanis Caſtritius, qui Lucæ Vgutio expulſo ſucceſſerat, Florentinos adſiduo bello uexabat, auſus cum Accio uicecomite ad Paretolam altero à Florentia lapide caſtra ponere. Poſt triduum inde diſcedens Montemmurium cepit: prius Signiam ceperat. Piſtorienſes ſibi adſciuit: inter eosq́; Philippum Tidicem ciuem eorum tyrannum Florentinis aduerſum conſtituit. At illi miſſo exercitu eum de repub. deiecerunt oppido capto,

Carolus Roberti

quod Caſtritius deinde per obſidionem iterum recepit. Poſt hæc Florentini Carolũ Roberti filiũ, eiſdem conditionibus

Donatus Acciaiolus

quibus ante patrem ad regendam remp. per Donatum Acciaiolum equitem oratorem adcerſunt. Is enim Donatus autoritate ac prudentia princeps tunc patriæ fuerat: quumq́; ob ciuium charitatem de exulibus reducẽdis ageret, in exilium miſſus Baroli extinctus eſt. Huius germanus Nicolaus Cardin. ac uicecancellarius magna item exiſtimatione Piſis an. MCCCCVI. deceßit. Eodem ferè tempore alter Angelus eiuſdem familiæ, ord. præd. patriæ præſul florebat, & Nicolaus etiam eques Neapoli apud Ioannam Vicerex potentißimus: qui & Francum gentilem ſuum ad regendas Athenas, quæ iuris reginæ fuerant, miſit. Is poſtea dux eius loci factus annis ferè XXX. ſucceſſoribus eum reliquerat: deſitum tandem, Turcarum aduentu. Poſtremo ſiquid ornatus deerat, Donatus iunior familiæ cumulauit.

Piſtorium

Sed ad publica rurſus reuerto. Florentini inſuper Piſtorienſibus fuere auxilio, ut Guelfos extorres reducerent. Hi demum per ciuilem diſcordiam ſeſe Florentinis dedidere his conditionibus, quibus nunc utuntur. Poſt Caſtritij mortem Lucam diu obſedere: cuius exitum belli deq́; Lucen-

Baldi

Friſcobaldi

Ioan. Olegius

ſium cum Florentinis rebus geſtis in Luca narraui. Baldi quoque & Friſcobaldi nobiles quòd uim externam magiſtratui attuliſſent, à populo expelluntur. Ioannem Olegium Ioannis Præſulis uicecomitis ducem, auxiliante Saccone

Recaſolanorũ familia

Ioãnes & Syluester Medices

Aretino Scarperiam obſidentem, per Albertatium Recaſolanum reppulerunt: quæ uictoria Ioannis & Syluestri equitum ex Medicum familia ſubſidio uenientium uirtuti eſt adſcripta. Ipſi autem Recaſolani exules hoſti adhærentes, unà cum eorum oppido Vertine ſublati ſunt. Sacconem bello compreſſerunt, filiosq́; ipſius patria ditione eiecerũt. Paulò pòſt & Albertos: quorum domus & Cardinale uno & Baptiſta eſt honeſtata, uiro antiquario tum doctrinis omnibus ornatißimo. An. MCCCX. mœnia poſtremo prorogata fuere, portæq́; ubi nunc exiſtunt. Primum nanque trans Arnum circa ueterem põtem tantum ſuburbana ædificia & uillæ hortis permixtæ ſine mœnibus fuere. Deinde producta urbs à templo, olim Martis, nunc S. Ioannis Baptiſtæ ad Thermas publicas & theatrum uetus. Secundo productum pomœrium, ex una parte ad ripas fluminis: ex al-

Gualterius dominus

tera uſque ad S. Laurentij ædem. Gualterius Gallicus dux Athenarum appellatus: qui ſub rege Carolo Remp. Florentinam adminiſtrante meruerat, in urbem eodem quo Carolus imperio adcerſitur: qui quum tyrannum magis quàm rectorem ageret in curia reſidendo, magiſtratu eiecto, omnibusq́; minima de cauſa minitando intolerabilis factus, à populo domi obſidetur: tandem ſequeſtro Angelo Acciaiolo Præſule poſt X. menſes imperio ſe abdicare coactus, tantum incolumis relictis omnibus in Galliam ſe recepit.

Pandulfus Malateſta

Deinde Pandulfo Malateſta duce aliquandiu uſi memorabilem illam obſidionem Ioan. Haucuti ducis Piſanorum paßi ſunt, qui ad S. Saluium caſtrametatus eſt. Paucis

Galeoctus

poſt annis ignominiam duce Galeocto item Malateſta inclyta uictoria compenſauere, captis ex eis mille in triumphumq́; ductis. Ipſe uerò Ioan. Haucutus qui poſt Piſanos Gregorio XI. contra Bononienſes unà cum Britonibus militabat, opera Barnabæ ad Florentinos transfugit: quum paulò antè

Rodulfus Varanus

Rodulfus Varanus qui in Florentinorum exercitu Pandulfo ſupradicto ut pigro duci exauctorato ſucceſſerat, ad Gregorium transfugiſſet: à quo ſacris interdicti fuere quod auxilia unà cum Barnaba Bononienſibus tuliſſent: per Vrbanum II. poſtea recõciliati: quo tempore Carolus Pannoniæ rex qui pro Siciliæ regno cõtra Ioannam uenerat, à Florentinis diu pollicitum repetebat: quem & illi à ſuis ceruicibus

Arretium

XI. mil. aureis depulerũt. Mox Arretiũ ab Ingeranio Ludouici Andegauẽſis duce L. mil. emerũt. Sed & alia quoq́; loca omnia tunc forte conſecuti ſunt, quæ poſt Gualterij tyran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Volaterræ
Miniatenſes

nidem in libertatem ſe reduxerant. Volaterranos ſponte in fidem deditos ob diſcordiam ciuilem habuere. Miniatenſes item paulò antè Caroli aduentum, uerum paulò pòſt uenientibus eò Teutonicis rebellauere. Demum in poteſtatem

B. Mangiadorus

redactis per Bernardonem ducem, haud multò pòſt Benedictus Mangiadorus patriæ princeps, è Miniato tunc exul, in oppidum irruptione cum paucis facta magiſtratum Florentinum interfecit, libertatem conclamando, nemineq; proſequente eadem ſubito uia incolumis regreſſus eſt. Geminianum & Collem paulò pòſt, ſponte item ob diſſenſionem ſeſe dedentibus oppidanis, habuere.

Pratum

Pratum ex regina Ioanna & Ludouico Andegauenſi mercati ſunt, conciliante rem Nicolao Acciaiolo equite ſupradicto. Cortonem à Ladislao Siciliæ rege L X. millium etiam commutatione acceperunt. Vallem Arni ſuperiorem eiectis Vbertinis Pactijs ſimul & Comitibus Guidis qui ea loca tenebant.

Comites Guidi

Comites enim Guidi annis ferè C C C C. initium habuere hoc modo. Otho Imper. quum quondam in templo die S. Ioan. Baptiſtæ in ſolennibus adeſſet, ſpectaretq; quandam

Baldraca

puellam nomine Baldracam admodum forma præſtantem, alioqui de plebe & pauperem, parente tentata in ſpem ea potiundi uenit: illa acerbiſſime renuit, malleq; ſe pauperem eſſe dictitans quàm impudicam. Quamobrem imp. nobile reſponſum admiratus decreuit eam pro uirtute munerare, Guidoniq; uni ex ſuis nobilibus adoleſcenti eadem hora locauit: iuſſitq; domum magna procerum frequentia comitari, pro dote caſtris plurimis & apud Vallem Arni & apud Caſentinum conceſſis. Hinc comites Guidi appellati: ex quibus Guidum Guerram Guelforum ducem ſuprà memoraui: quumq; per tyrannidem cuncta agerent, ſublati unà cum caſtellis eorum ſunt: ac ex his partim Terranoua in Aretino ædificata. Vltimus ſanè ex eis Franciſcus

Comites Puppii

Roberti filius: qui quum Puppium caſtrum in Apennino teneret, ſpe potiundi Caſentini ſe Nicolao Picinino tunc hoſti dedidit: ex quo à Florentinis deinde expugnatus ſaluis rebus ac liberis ex cõditione diſceſſit. An. M C C C L X X X.

Lex monitoria

orta ſeditio ob legem monitoriam latam: qua multæ familiæ monebantur, hoc eſt, ab adminiſtratione reip. & ma-

Syluester

giſtratibus obtinendis reijciebantur: quam quum Syluester Medices Vexillifer antiquaſſet, plebs in autorum legis domos impetum faciunt: poſt hæc Syluestro ſucceſſorem ipſimet creant de plebe Michaëlem Landi: ſed planè repugnante nobilitate, ac infimos homines ad magiſtratus admittere nolente, plebs ad S. Mariam nouellam ſecèdit, ſuosq; ibi dies aliquot creauit magiſtratus, in forum deinde armata prodijt, cui Michaël equum conſcendens ſequentibus bonis partim ui, partim propriæ dignitatis aſpectu occurrendo, rem ad otium & concordiam deduxit. Poſt hæc externa naſcitur turbatio per tempora Caroli

Morialis

I I I I. Imper. Morialis genere Gallus miles S. Ioannis, prædonis modo in Caſentinum cum equitum octo milibus irrupit: quo facile repulſo, non diu poſt alter item prædo in-

Cõradus Lindus

ſequitur, Conradus Lindus homo Germanus: qui quum ab Apenninicolis circum obſideretur, oratores tunc Florentinos ad eum miſſos retinuit, ſtratagemate uſus donec paulatim illis fauentibus ſe in tutum recepiſſet. Deinceps bel-

Mediolanenſe bellũ X I I. an.
Io. Riccius

lum inſecutum Mediolanenſe, quod Florentini X I I. annis aduerſus Ioannem Galeatium magna perſeuerantia ac animi magnitudine geſſerunt ex ſententia Ioannis Riccij equitis, qui longa oratione populo perſuaſit, hoſtis tyrannidi ac cupiditati dominandi, omnibus uijs ac uiribus occurrendum, iniurijs eius plurimis commemoratis: ne & ipſi ſicuti reliqua ferè Italia in miſeram eius inciderent ſeruitutem. Nam Viceconitum aliorum prius arma potuiſſe ſuperari monſtrauit, quum Præſuli Ioanni & eius duci Ioanni Olegio ſæpe reſtitiſſent. Igitur Galeatius ex omnibus eius terris Florentinos diſcedere iuſſit. Duces utrinque plures.

Mors Io. Haucuti

Ioannes Haucutus Florẽtinus in medio ferè belli tempore extinctus: ſtatua in templo equeſtri Florentiæ honoratus contumulatur: cui Bernardonem Guaſconem ſuffecerunt, qui olim dux Britonũ in Italia à Gregorio X I. miſſus ad tuendam eius ditionem, ſe in patrimonio adreptis quibuſdam

Malauolta Senenſes

Pontificis caſtris continebat. Deinde Orlandus Malauolta nobili inter Senenſes genere Florentinis adhæſit, quare à ſuis ciuibus qui partes Vicecomitis ſectabantur exilio cum tota familia mulctatus eſt. Huius ſucceſſor Ioannes Malauolta duci poſtea Philippo in bello Brixienſi militauit. Vi-

Ioantedeſcus

cecomiti uerò Ioantedeſcus nepos Sacconis Aretini ſe autorauit.

Ioan. Accij Vbaldinus

Cui initio belli extincto Ioannis Accij filius Vbaldinus ſucceſſit, Albericus item de Barbiano, Octobonus Parmenſis. Adcerſita etiam Florentinis externa auxilia, Robertus Imp. cui uenienti Venetias miſſus Ioan. Medicis Coſmi pater ad exoluenda C C. mil. Iacobus Comes Armoricarum & Stephanus Bauariæ dux per Ioan. Riccium & Rainardum Bonfiliacium equites legatos, ambo exitu infelici. Nam alter dum auxilio Florentinorum Franciſcũ Carrarienſem Paduæ à Galeatio ablatæ reſtituere conaretur, ſpe pacti ſtipendij fruſtratus redijt domum. Alter Iacobus dum Alexandriam nititur inuadere, à Iacobo Verme duce ſe in caſtra poſt pugnam recipiens de improuiſo à tergo petitur, ubi magnam ſuorum cædem paſſus etiam ex uulnere paucis poſt diebus extinctus eſt. Cum de pace Genuæ conuenirent apud Antonium Adurnum ducem, roganti oratori Ioanni Galeatij quis pro hac ſponderet: Guido Delpalagio Thomæ equitis filius, uir moribus integerrimis unus ex legatis, Hic enſis ait, qui utriuſque uires expertus eſt. Verum paulò pòſt rupto utrinque fœdere bellum repetitũ, nec diu poſt intermiſſum, anno uidelicet M C C C C. ob pe-

Peſtilentia Florentiæ
Rinucius Farneſius

ſtilentiam Florentiæ maximam inſecutam, qua ad X X X. hominum millia periere: quando & Rinucium Farneſiũ qui eis militabat extinctum magno honore ſepelierunt. Bellum igitur poſt hæc maioribus uiribus infeliciter inſtauratum apud Caſaletium Bononienſium uicum, ubi copiæ Florentinorum omnes periere Bernardone etiam duce capto, & Bononia quæ ad eam diem in ſocietate populi Florentini fuerat ſub iugo Mediolanenſium miſſa. Iam prope mœnibus ipſis Florentinis timebatur, niſi interim morte Galeatij ex morbo contracta reipub. diuina prouidentia ſubueniſſet. Conſumpta traduntur in eo bello ad decies centena & ducenta aureorum millia. Poſt eius obitum Philippi filij factionibus etiam aduerſi fuere, cum quo primum apud Senogalliam male re geſta duces ille ſuos in Apennino uaria Florentinorum oppida direptum miſit: at Florentini inita cum Venetis ſocietate cauſa fuere ut ab illis Brixia occuparetur: contraq; item Picininum ad eam urbem obſidendam

Nannes Strotius

ab eo miſſum, Nannem & ipſi Strotium cum C C C. equitibus miſerunt: ille rurſus pro Lucenſibus aduerſus eos Picininum, Franciſcum Sfortiam. Poſt Mediolanenſe Piſanum

Comes Caui

renouatur. In principio belli Bertoldo Vrſino & Comite Caui ducibus ſunt uſi, quibus quòd apud Vicum Piſanũ menſem iam conſumpſiſſent, bellum ducere uiſis, ſucceſſo-

Ludouic⁹ Melioratus Angelus Pergula
Gaſpar Vbaldinus

rem miſerunt Ludouicum Melioratum Innocentij V I I. fratris filium, qui Angelum Pergulenſem Piſanorum ducem cum M. D. equitibus apud Volaterras profligauit, alterum dein ducem Gaſparẽ Vbaldinum fregit. Quoniam uerò reliquam hanc hiſtoriam in Piſanorum deſcriptione commemoraui, tantum hæc ultima repetam. Cum Ginus Caponius miſſus à Florentinis Sarazanam ex Gabriele Vicecomite C C. aureorum millibus Piſas mercatus eſt, ex illo ciuitatem capientes mox inde irruptione facta reiecti, conclamataq;

à populo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

à populo libertate obſeßio rurſus renouatur : interim Bur-
gundiæ ducis orator ad Ginum qui unà cum Maſo Albizo
equite, bello præfectus erat, in caſtra uenit nunciatum, ut
ab expugnatione ſuorum dediticiorum abſtineat: quumq́;
neganti audacius minitaretur, Ginus eueſtigio iratus eum
in Arnum comprehenſum deijci iußit. Poſt itaque men-
ſes XIII. urbem Ioanne Gambacurta prodente conſequi-
tur, in eaq́; primus Prætor ius dixit, ac concionem habuit
ad populum ad bene ſperandum adhortans, qua cunctorum
animos demulſit. Cui Bartholomæus Ciampolinus uir fa-
cundia autoritateq́; præditus dicitur reſpondiſſe. Florenti-
Nicolaus Vzano — norum deinde rempub. Nicolaus Vzaño adminiſtrauit, uir
opibus potens in bello, qui auxilium Bononienſibus contra
Pallas Strotius — Ioannem Galeatium ferens captus, & Papiæ in carcerem
coniectus eſt. Cui Pallas Strotius eques ſucceßit, qui orator
Fauentiam ad componendam cum Philippo & Venetis ac
Florentinis pacem profectus eſt, quò partes conuenerant.
Huius proſapia maximè præpolluit cum diuitijs tum equiti-
bus, Nanne quem ſuprà diximus, Thoma, Philippo & al-
tero Pallante. Ferrariæ quoque, quò ſe pridem recepere
per exilium, propagauerunt, ubi Titus etiam Strotius ele-
giarum ſcriptor, ſed & ædes inuidioſæ Philippi Strotij nu-
per exſtructæ, priuatorum ædificia cunctorum in Italia an-
tecellunt. Igitur Pallantis potentia, Coſmum Medicem ex-
pulit, qui poſt annum quo Paduæ exulauit à ciuibus reuo-
catus, talionem & ipſe aduerſarijs reddidit. Huius pater
Ioannes Riccius mercator in patria diues memoratur : ma-
iores item equites illuſtres mihi ſuprà nominati, quos omnis
Coſmus — alioſq́; ſimul ætate ſua Coſmus rebus geſtis antecelluit, ne-
que unquam priuato talis potentia, neque inerudito ſapien-
tia par, neque denique mercatori tot contigerunt diuitiæ,
neque illis, quod magis mirandum, quiſquam & magnificen
tius & religioſius eſt uſus, egentibus opitulando, templa plu
rima per orbem conſtruendo, ac reip. ſubueniẽdo. Quumq́;
unus omnia poſſet, non omnia uoluit, quantoq́; ei plura li-
cuere, tanto magis infrà ſuam fortunam uictitando ſibi dene
gauit. Eoq́; prudentiæ fama peruenit ut eius dicta factaq́;
pariter celebrentur. Franciſci Sfortiæ maximè amicus, tum
Conciliũ Florentiæ — Baldaſſaris Coſſæ olim Ioannis XXIII. cuius Theſaura-
rius fuit. Eius tempore concilium Florentiæ ab Eugenio
celebratum: & baſilica Reparatæ ab eodem Pont. dedica-
ta : cuius rei gratia pons ligneus mira celeritate exſtructus
ab æde prædicatorum ubi ille habitabat, uſque ad baſilicam
ſorte pertingebat, auleis ab lateribus ſupraq́; opertus: quod
opus non magnificũ ſolum, ſed neceſſarium uiſum ob mor-
talium multitudinem uias replentium, qui ad eam celebri-
tatem conuenerant. Cuius etiam Pontificis Coſmus poſtea
auxilio nobilem illam uictoriam apud Anglarem oppidum
contra Nicolaum Picininum à Philippo duce miſſum adſe-
cutus eſt, quibus meritis pater patriæ fuit à ciuibus appel-
latus : deceßit anno ætatis LXXX. ſalutis MCCCCL-
XIIII. Petro potentiæ ſucceſſore relicto, quem ſimul &
Ioannem ex Conteßiuæ matrimonio ex Auerniorum fami-
lia ſuſceperat. Is igitur moderato quietoq́; fuit ingenio,
miſſusq́; quondam uiuente patre legatus unà cum Dieti-
ſaluio Nerone, Angelo Acciaiolo, & Nerio Gini ad Fran-
ciſcum Sfortiam nouum Mediolani ducem de gratulatione.
Coniuratio Pyctana — Iidem poſtea uiri præter Nerium in eum anno MCCCC-
LXIIII. coniurauerunt autore Luca Pycto. Is in repub.
& popularitate celebris & ætate iam grauis indignum du-
cebat iuueni cedere, ac tyrannidem eo modo in libera ci-
uitate ex ſucceßione continuare. Angelum dolor repulſæ
matrimonij ſollicitabat, quum ille filium eius generum no-
bilitate primarium præ alio recuſaſſet. Dietiſaluium ue-
rò uetus in eam familiam odium. Igitur hi Nicolaum Sode-
rinum eiuſdem factionis uirum nacti, ſummum tunc Magi-
ſtratum obtinentem, Decemuiratum abrogauerunt : cui — Decemuiri abrogati
dandorum adimendorum magiſtratum erat poteſtas. Pla-
neq́; hoc modo effecerant, ut partes Pyctanæ præualerent,
ac quæſitam ab initio libertatem in ſuam libidinem atque
potentiam conuerterent. Petrus uerò à ſuis etiam excita-
tus cum Nicodemo tunc ducis Mediolanenſis Florentiæ le-
gato agit, ut eius opera ducis, familiæ Medicum iuſtis de
cauſis amicißimi, auxilia propere ſibi mittantur. Illi con-
tra ex Borſo Eſtenſi Ferrariæ duce ſuppetias conquirunt.
In hoc tumultu quum utræque copiæ prope urbem in armis
conſiſtentes imperata expectarent : Soderinus iam magi-
ſtratu functus, ac conſilio & audacia promptus, ut rem
ad manus quandoque deduceret, cum trecentis Germanis
armatis, è diuerſis tabernis conquiſitis, ad domum Lucæ
ſe confert, eo animo ut reliqui coniurati cum ſuis quiſ-
que uiribus eò conuenirent, indeq́; in Petri domum uno im-
petu irrumperent. Verùm Luca prohibente, qui iam an-
tea clàm placatus rem animo detrectare cœperat, non ulte-
rius proceſſum, paulatimq́; magiſtratu publico & amicis
utriuſque interuenientibus in concordiam uentum. Petrus
ut inuidiæ cederet populari, ſe in uillam ſuam Caregium
transferri iußit, morbo articulari impeditus, quo toto fe-
rè tẽpore dum fuit in potentia laborauit. Aduerſarij interea
minime quieſcentes, ut qui temporis neceßitate concordiam
magis ſimulauerint quàm ex animo iniuerint, Borſianos
milites qui in loca uicina ſe receperant conuocare, ciuesq́;
rurſus ad ſtudia libertatis animare cœperunt. Petrus cer-
tior factus in urbem reuertitur. Sfortianos & ipſe quos iam
domum remiſerat propere reuocat, clientelasq́; ſubditorum
undique conquirit. Quumq́; iam & auxilijs & ciuium ſtu-
dijs ſuperior appareret, inimici paulum retardati, tum res
ad otium rurſus deduci uidebatur. Petro interim & Luca
ſollicitantibus populus in forum in concionem quam parla-
mentum uocant cogitur, ubi Decemuiratus reſtitutus, ac — Decẽuiri inſtaurati
de nouo XIIII. uiri creati, qui exilij necisq́; ciuium pote-
ſtatem haberent, Lucæ uerò ut ciuitatis liberatori publice
priuatimq́; actæ gratiæ : Quod factum aduerſarij cum ma-
nifeſto in ſua capita redundare animaduerterent, ſumptis
quæ poterant bonis celeriter ex urbe profugiunt : Angelus
Neapolim, Soderinus Ferrariam, Dietiſaluius Bergomum,
ad ueterem amicum atq; hoſpitem Bartholomæum Colium, — Bellum Colianum
qui tunc patriæ princeps armorum gloria ac militiæ diſci-
plina in Italia florebat, cumq́; ad reducendos exules animat,
monſtratq́; ex re ac gloria eius, tum Venetorum quibus
eſſet autoratus, fore, eorum partes Florentiæ præualere.
Ille ſenatu Veneto conſulto ſuis exulumq́; auſpicijs nego-
tium ſuſcipit, ac quantummaximum poteſt equitum pedi-
tumq́; numerum ſcribit, dißimulans ſe nunc regem Neapo-
litanum, nunc Mediolanenſem ducem petiturum. Hi enim
ambo in amicitiam atque auxilium Florentinorum conuene
rant, ac Fredericum Vrbini ducem cum exercitu miſerant,
qui per uallem Anemonis, quæ eſt agri terminus Florentini
Aemyliam uerſus, itinere facto in Fauẽtinum populabundus
irrupit, quod Aſtorgius Manfredus princeps eius urbis — Aſtorgius Manfredus transfuga
Florentinorum militiæ autoratus ad Venetum defeciſſet:
quumq́; Colium, qui planè uiribus ac numero ſuperior erat,
aduerſus uenientem conſpiceret, progreſſus ulterius loco
munitißimo caſtra poſuit : eo quidem animo, ut copias ſo-
ciales quæ iter dicebantur ingreſſæ, minori periculo expe-
ctaret : nec tamen propoſitum tenuit, quum hæ diutius tar-
darent quàm credebatur, & munitionibus caſtrorũ aduer-
ſus potentem exercitum fidendum non iudicaret. Itaq; hunc
quoq; locum dimittens inter oppidũ cui Bononienſe cogno-
men eſt, & forum Cornelij conſedit: quorum alterum Bono-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

nienſium diœceſeos erat, altera ciuitas Thadæi Manfredi, quos ambos pro ſocialibus ſentire tunc erat opinio. Bellum hoc modo aliquot annis protractũ laceſſantibus utrinque potius quàm dimicantibus inter ſe hoſtibus, cum nullibi conatus ſuccederent, ac uirtus militum propè par eſſet: nam omnes ferè Italiæ duces utrinque conuenerant.

Dieteſſaluij finis

Poſt hæc Dietiſaluius ſe Ferrariam recepit, ubi aliquandiu moratus demum Romam uenit: ibiq; breui poſt tempore apud filium Zenobium exceßit annorum ferè L X X X. ſituſq; in æde Mineruæ ingredientibus dextrorſum, uir animo inquietus, ingenio ſagax, alieni appetentißimus, ſui parcißimus: nam ad X X X. millia numûm aureorum digrediens ſecum extulit. Quatuor item eius fratres, inter quos præſul fuit Florentinus, in exilio pariter extincti ſunt. Petrus autem Medices ſoluto bello Coliano paucis poſt annis exceßit, articulorum doloribus conſumptus: cuius gratia domi ſe diu continuerat.

Laurentius Medices

Laurentius eius filius adoleſcens, unà cum Iuliano fratre ex coniugio Lucretiæ Tornabonæ genitus, rei priuatæ ac publicæ hæreditatem adiuit, auo ſimilior quàm patri, autoritateq; iam in ea ætate conſtantiaq; ſenili, quæ unà cum annis creuit: nec ſolum familiæ, ſed patriæ lumen attulit, ut illa inter orbis terras non ſolum pulcherrima ſed felicißima ac potentißima haberetur. Eius item adiecit imperio Sarazanam ac Petramſanctam in regione Lunenſi, propagatis etiam in parte Aemyliæ finibus.

Coniuratio Pactiana

Paſſus & ipſe coniurationes uarias, ſed Pactianam inter alias periculoſißimam, quæ hoc modo ſe habuit. Romæ duo Franciſci Pactius & Saluiatus Præſul Piſanus autores fuere: Hic quod in honoribus ac adipiſcenda præſulatus poſſeßione Laurentium aduerſum habuerat, alter quod quum ſe nobilitate, ingenio ac propè diuitijs, parem eſſe conſpiceret, non æque potentia, dolebat. Igitur hi cum Hieronymo Riario Sixti I I I I. neceſſario rem communicant, quod ei pariter inuiſum illum ſciebant. Nam quum theſauri Pontificij cuſtos ab initio fuiſſet, in Tiferni obſidione Nicolao Vitellio Tifernati auxilium ferre clandeſtinum contra Pontificem deprehenſus fuerat. Conſcio igitur & adnuente Pontifice Piſas primum, deinde in uillam Pactianam profecti dies aliquot in ea ſubſtiterunt dum reliquos coniuratos adhiberent, remq; omnem ordinarent. Inde uerò X. Calendas Maij die dominico an. M C C C C L X X V I I I. coniurati ſpecie rei diuinæ Florentiã ueniunt ſimul cum Raphaele legato Hieronymi propinquo, qui unà ſeu forte ſeu conſilio aderat, è ſchola Piſana nuper factus cardinalis. In ædem omnes Reparatæ mane ad ſacrificium conueniunt. Saluiatus interim cum ſuis clam armatis templo diſcedens, in curiam ut Cæſarem Vexilliferum alloquatur alio ſimulato negotio proficiſcitur, eo tamen conſilio, ut orta cæde in templo ipſe præſto eſſet, qui curiam ſimul cum magiſtratibus inuaderet. Igitur dato ſigno cum Euchariſtia attolleretur:

Bernard⁹ Bandinus Antonius Volaterranus

Bernardus Bandinus primus, Iulianum Laurentij fratrem confodit: Antonius Volaterranus, qui primas ſibi partes depopoſcerat odio ductus ueteris in Volaterranos iniuriæ, Laurentium ex alia parte aggreditur poſt tergum, paululumq; intra iugulum ferit, quum ille ſtatim ad clamorem conuerſus ictum uitaret, ac iterare uulnus uolentem propere ſubterfugit in ædis ſacrarium proximum, ubi à ſuorum multitudine exceptus ac ſeruatus eſt. Fama interim eum eſſe uiuum peruagante, animus Laurentianis additur. Coniurati alij aliò diffugiunt præter Iacobum Pactium equitem, qui equo urbem percurrens ad libertatem populum excitabat, quumq; neminem proſequentem uideret, protinus egreſſus porta Fauentina fugam adripuit. Legatus è templo à ciuibus in curiam ductus ac cuſtodiæ traditus, tum pro uiri dignitate tractatus eſt. Interea Saluiatus qui cum Vexillifero de induſtria ſermonem protrahebat ut finem expectaret, ſtatim comprehenſus & ipſe eodem die cum omnibus ſuis ſontibus & inſontibus, ſimul & Franciſco Pactio, Iacobo Saluiato, ac Iacobo Poggij filio, qui & ipſi inter coniuratos erant, ad Curiæ feneſtras ſuſpenſus fuit. Poſtridie uerò eius diei Renatus Pactius (nam is tantum conſcius fuit, in uillamq; abijt ne rei quam minime probaret intereſſet, tantum ei nocuit ingenij opinio quo cæteris gentilibus præſtabat, & quo potißimum formidatus erat) ſequenti uerò die Iacobus Pactius ſimul cum Ioanne Baptiſta Monteſecio è fuga retractus eundem exitum habuere. Is enim Ioannes Baptiſta miles erat Hieronymi, cui datum ab initio negotium Laurentium inuadendi: Verum, qua mente aut conſilio neſcitur, rem eodem die detractauit, eiuſq; officio delegatus Antonius quem ſuprà nominaui: nec tamen propterea ſupplicium euaſit. Antonius uerò octauo die in cœnobio prope Poteſtatis ædes repertus ſimul cum Stephano idem ſubijt fatum: erat autem Stephanus Iacobi Pactij ſcriba, qui Antonium ſequi remq; iuuare ſe receperat, ac minime præſtiterat.

Ioannes Fran. Tollentinas

Laurentius Tifernas

Adfuit eodem die è coniuratis Ioannes Franciſcus Tollentinas ex agro Forocornelienſi cum peditibus mille, totidemq; Laurentius Tifernas ex alia parte, qui ubi rem infectam uiderunt, magno ſe periculo domum receperunt. Hoc nuncio Pontifex accepto Laurentium ſacris interdicit, quòd dei ſacerdotes legatumq; attigiſſet. Ille uerò ut eius placaret animum, legatum remiſit. At Pontifex nihilominus bellum Florentinis ob eum aperte decreuit, ſociumq; ad id regem Siciliæ Ferdinandum adſciuit, qui ſimul Alfonſum regis F. Calabriæ, & Fredericum Vrbini, duces cum exercitibus miſerunt, ut agrum eorum Senis uicinum popularentur. Laurentius uerò in republica confirmatus, ac à populo poteſtate accepta, Herculem Eſtenſem cum copijs in occurſum mittit, qui apud montem, qui dicitur Imperialis, conſtitit. Hic enim mons tanquam compedes ex ea parte iacet, naturæ munimine ulterius procedere uolentes facile prohibens. hoſtes itaque iam Caſtellana, Brolio, Cacciano, nonnulliſq; circa Caſtellis expugnatis, hunc montem petentes poſt dies aliquot ſuperauere. Inde ad oppidum Collem caſtrametauere, quod etiam paucis diebus quanquam munitißimum in poteſtatem receperunt, præter partem ſuperiorem, quæ reliquis ædificijs arcis modo ſupereminet: quam ſi expugnaſſent, nihil erat reliquum quàm ad mœnia Florentina procedere. Laurentius uerò cum iam periculum imminere conſpiceret, ultro decreuit ad regis hoſtis miſericordiam confugere. Itaque ad ſuos oratione habita, ac profeſſus ſe reipublicæ cauſa periculo obiecturum, itinere per mare Tyrrhenum facto Neapolim celeriter adplicuit, ubi humaniter exceptus ſupplex ueniam petijt, ac cum rege annui cenſus pactione tranſegit, paucisq; poſt diebus incolumis ad ſuos regreſſus eſt ac bellum diſſolutum. Quòd factum pontifex quanquam grauiter tulit, quod ſe neglectum præteritumq; uiderit, auxilijs tamen deſtitutus pacem coactus eſt facere.

Oratores X I I Florentini

Quamobrem oratores X I I. ad eum mißi qui ueniam præteritorum peterent, ac populum Florentinorum communi cauſa expiarent. Fuere autem hi, Franciſcus Soderinus, præſul Volaterranus, Antonius Rodulfus, Ioannes Ianfiliatius, Petrus Mimerbertus, equeſtris ordinis omnes, Guidantonius Veſputius iureconſultus. Maſus Albizus. Ginius Caponius. Iacobus Lanfredinus. Dominicus Pandolphinus. Ioannes Tornabonus, & Antonius Medices. Ex his Præſul caput legationis orationem in ſenatu habuit, ueniamq; petijt præteritorum. Die deinde dominico primo aduentus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tus, anno M C C C C L X X X. omnes mane in porticum baſilicæ Petri conueniunt, Pontificem atque patres præſtolantes. Ibi Pontifex pro foribus templi procumbentes ad genua, uiritim de more uirga conuerberatos terga expiauit, ingreßi deinde baſilicam ſacrificio interfuere, quo peracto domum reducti ſunt omnium patrum familijs comitantibus, Nam prius Vrbem nemine de more obuiam procedente ingreßi fuerant. Poſt hæc Laurentius defunctus periculo reſipiſcere paulatim, maiorcq́; poſtmodum apud ſuos ciues eſſe autoritate, ac Tyranno propius agitare, cum ſicarijs incedere, excubijs ac nuncijs diligentius inuigilare, Denique amiſſas in bello facultates undecunque recuperare cœpit, Vir aſpectu triſti, ore truculento, ſermone ingratus, animo factioſus, in curis agitans continuo præter unum muſicæ ſolatium, natura tamen non uti monſtrabat inclemens aut inciuilis: Nam cum Saluiatis poſt eam coniurationem adfinitatem iniuit. Mihi quoque quem Antonij ſupradicti fratris mei grauis cauſa ſuſpectum reddere debuerat, epiſtolam humanitatis ac officij pleniſsimam ſcripſit, adeoq́; elegantem ut eam à Politiano ſcriptam omnino putauerim, niſi ille poſtea iuraſſet Laurentij ingenio dictatam, qui paucis, ſi quando à curis eſſet uacuus, in hoc genere cederet. Ingeniorum alioqui cenſor fuit atque amator: nam Piſis ſcholas liberalium artium inſtituit, Florentiæ quoque Græcæ diſciplinæ, Demetrio uiro doctißimo adcerſito. Ex matrimonio Claricis Vrſinæ Petrū, Ioannem, & Iulianum, fœminasq́; tris ſuſcepit, quarum una Magdalena Franciſco Innocentij V I I I. Pontificis filio locata, cauſa fuit ut Ioannes frater Cardinalis fieret. Exceſſit ex morbo annorum ferè X L V. in uilla ſua Carigiana

Prodigium

I I I I. Idus aprilis M C C C C L X X X X I I. Paulò antè prodigiū uiſum, tactum de cœlo templi culmen diuæ Reparatæ: inde ſaluo cætero ædificio marmor quadratum, ingenti uaſtaq́; mole, ad imum deiectum, ita politis lateribus ſicuti antea poſitum fuit, lataq́; in uertice feneſtra apparuit, quod præſagium plerique poſtea duxerunt partis imperij Florentinorum per Laurentij mortem ruituræ.

Petrus medices

Petrus rem deinde ſuſcepit ſæuus natura, quam ab initio diſsimulare conatus, poſtea manifeſto oſtendit, in proximos ac propinquos primum erumpendo, partemq́; eorum nullis ac leuibus de cauſis in exilium mittendo, partem etiam grauioris ſupplicij pœna territando, aliaq́; præter moderationem ſuorum maiorum tentando, quæ liberi populi ſtatus iam ferre non poterat.

Caroli regis aduentus

Itaque quum Carolus Galliæ rex eo tempore contra regem Neapolitanum proficiſcens tranſitum peteret, ipſe factionem Vrſinorum ſuorum ſectatus qui Neapolitano adhæſerant, manifeſto negauit ægre populo ferente. Imminente deinde periculo, & hoſte appropinquante, ſibi metuens unà cum Paulo Vrſino (qui tunc Florentinis militabat) ſenatu aut populo minime conſulto, regi obuiam profectus Sarazanæ circaq́; oppidorum arces munitionesq́; tradidit. Florentini uerò ſe ſuggillatos ac neglectos aſpicientes grauiter tulerunt, primusq́; Franciſcus Valorus uir annis ingenioq́; grauis uociferari cœpit, rem indignam iuuenem pati rempublicam adminiſtrare, cui nec metus ullus, nec ciuium reſpectus, aut ſanum ſit conſilium: quem etiam ſecutus Tanaus Nerlius homo diues ac animo libero, populum animauerunt, ut nouam poſt eum legationem ad regem mitterent, cuius caput Hieronymus Ferrarienſis ordinis prædicatorum, de quo plura poſtea dicemus.

Legatio Florentinorū ad Carolum

Hic ſeſe regi excuſat, culpamq́; præteritæ contumaciæ in Petrum reijcit, populum per ſe eius maieſtati deuotißimum ſemper extitiſſe. Petrus igitur reuertens quum iam mitius omnia tentanda ac humanius fore conſpiceret, ultro in Curiam uenit magiſtratibus rationem rerum à ſe geſtarum redditurus, quos quum prandentes offendiſſet, poſt prandium reuertit turba ſuorum comitatus: quem procul uenientem quum Iacobus Nerlius unus ex magiſtratibus adſpiceret, ad fores cum lictoribus proruit, eumq́; ſe admiſſurum dixit, ſi ſolus ingrediatur, Petro uerò inſtanti fores clauſit. Ille ubi ſe uidit excluſum, propere domum redijt, metuq́; maioris mali quanta potuit celeritate equo conſcenſo diſceßit. Poſt hæc Galli Florentiam ingreßi quàm maximum omnibus incuſſerunt timorem, quod præſertim in ciuium domibus habitarent. nihil tamen eorum quæ expectabantur euenit, ſaluisq́; rebus ac pudicitia mulierum poſt diem octauum diſceſſere. Reſpublica deinde ad popularē redacta ſtatum æquè ſe habuit aliquandiu, exules omnes reducti, à cædeq́; temperatum, quæ in rerum huiuſmodi mutationibus fieri ſolet: conſilij locus ampliatus, auctusq́; numerus uſque ad ciues mille & quingentos. Quumq́; tempore procedente ex infima plebe homines adminiſtrationi adhiberentur, nobilitas autem ſuſpecta eſſet, paulatim ciuitas diuiſa clandeſtinæq́; diſcordiæ cœperunt, ex quo reipublicæ autoritas diminuta. oppida etiam quædam rebellare cœperunt.

Politiani defectio

Politianum quod ſæpius tentatum nunquam receptum, Sarazanaq́; ac Petraſancta ad antiquos dominos redierunt. Piſani item de quibus paulò pòſt dicam, rebellauerunt. Petrus autem quum poſt annum reditum in patriam per uim fruſtra tentaſſet auxiliante Virginio Vrſino, iterum poſt annos aliquot idem expertus maioribus copijs ad mœnia prope adceßit nullis reſiſtentibus, præterquam quod clauſas offendit portas. Conſpirauerant enim quinque ciues de eo reduceudo, qui comprehenſi ac ſecuri percußi ſunt, quorum nomina Bernardus Niger, Nicolaus Rodolphus, Ioannes Cambius, Iannocius Puccius, & Laurentius Tornabonus.

V. Ciues ſecuri percuſsi

Quieſcentibus tandem aliquandiu ab externis bellis non defuerunt inteſtinæ diſcordiæ exortæ ob Hieronymum Ferrarienſem quendam ordinis prædicatorum.

Hieronymi ordinis prædicatorum ſecta

Is enim aſtutia ſingulari, mediocri doctrina, ſermone facundo, ambitione immenſa, prophetam ſe eſſe ſimulabat: palamq́; in templo concionando ſemper aliquid quod populo nouis tunc calamitatibus adflicto ac ſuſpenſo placeret, prædicando paulatim effecerat, ut opinionem de ſe maximam apud omnes generaret: eoq́; res proceſſerat, ut non ſolum in rebus diuinis, ſed in adminiſtranda rep. à ciuibus paſsim conſuleretur, nihil omnino publici aut priuati niſi eo autore fieret. Pars uerò ciuium ſaniore conſilio, eum uti ſubdolum ac ueteratorē reijciebat: nec tamen manifeſte, multitudinis periculo. Itaq́; non ſolum ciuitas, ſed priuatæ domus omnes diſcordes inter ſe fuerant. Iamq́; ipſe metu aduerſæ partis non religioſis, ſed militum gladijs atque lictoribus ſtipatus ad templum diuinumq́; uerbum prædicandum accedebat, magiſtratibus præterea ſui ordinis Pontificiq́; maximo contumax. Nam Alexandro minime obtemperandum dicebat, ſacris ipſe ab eodem interdictus nihilominus ſacrificabat. Vrbem Romam, quam omnes Chriſtiani uenerantur ac religionis cauſa petunt, fugiendam eſſe minimeq́; adeundam ſuadebat. His igitur perſuaſionibus atque exemplis non procul aberat à conſtituenda noua hæreſeos ſecta, niſi diuina prouidentia ſubueniſſet. Eò enim inſaniæ uenerat ut prodigia ſe facturum iactaret, ac per medios ignes incolumem tranſiturū. Quod ſanè quum res magna uideretur, decretum publice eſt ut de ea re periculum fieret. Itaque ſtatuta die igne in medio foro ſuccenſo iuſſus uenit cum Euchariſtia, ſeq́; hoc modo ignem petiturum dixit: Cognita uerò aſtutia minime conceſſum. Ille ubi ſe deprehenſum animaduertit, ſibi timens cum ſuis fautoribus ad ædem S. Marci ubi habitabat propere reuertit. At magiſtratus certos ad eum expu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

gnandum mittit : ille munitus ſe inſtrumentis omnibus bellicis defenſitat, tandem expugnatus ac captus in cuſtodiam ducitur. Poſt dies aliquot ex autoritate Pontificis cum duobus alijs eiuſdem ordinis qui cum eo conſenſerant in medio foro crematur, reliqui uerò ſectatores eius populi furorem uix euitarunt. Franciſco autem Valorio penes quem inuidia ferè totius facti fuerat, domus bonaq; direpta, uxor etiam interfecta, ipſe quoque iuſſus in curiam uenire in media uia trucidatur. Poſt hæc Alexander Pontifex cupidus filio Cæſari late imperium propagandi, oppida Florentinorum in Hetruria tentat, ac Vitellocium Tifernatem eorum hoſtem ob interfectum fratrem, ſimul cum Petro Medice Arretium cum copijs mittit, qui breui tempore à ciuium magna parte coniurata intra mœnia recepti: Gulielmum Pactium eius loci præfectum capiunt: Coſmumq; filium eius urbis præſulem in arcem fugientem paucis poſt diebus arce recepta ſimiliter comprehendunt, aliquotq; inſontes ciues Florentinorum amicos cum paruis liberis miſerando ſpectaculo trucidant, proximamq; caſtri Bactifolis arcem expugnant, interfectis ad unum omnibus colonis qui pertinacius reſtiterant. Mox etiam Cortona Cardinali Medici eodem modo ſe tradidit. Idemq; ferè omnia circa oppida uſque Ficinum fecere. Deinde Vitellocius ac Petrus Puppium Apennini oppidum obſedere, quumq; pertinacius inſtarent ecce regis Gallorum mandata ſuperueniunt, quæ iubent eos ab amicorũ & in fidem receptorum iniuria ac bello abſtinere. Itaq; regis procuratori iuſſu pontificis omnia tradita. Ille uerò poſt dies aliquot Florentinis adſignauit. At Medices Arretiniq; ſpe fraudati, hi quidẽ ob metũ familiæ ferè XI. fugientes coloniã mutauerũt. Illi autem rebus infectis in urbẽ Rom. remigrarũt. Florentini igitur hoc tanto caſu admoniti ad creandum nouum ac perpetuum magiſtratum, qui eandem ferè quam Dux Venetiarum, habeat poteſtatem, animum induxerunt: quod quanquam libero populo res noua ac dura uideretur, tamen conſiderantes quod longe melius per unum res adminiſtraretur qui continuo rebus inuigilaret, ac de his quæ emergunt ad ſenatum referret, in tanta præſertim Italiæ perturbatione, omnes publicam ſalutem priuatis commodis ac ambitionibus prætulerunt. Itaque anno MDII. centuriatis comitijs ac omnium ferè tribuum ſuffragijs Petrum Thomæ equitis filium Soderinum, abſentem, ac Arretij præfectum uirum ſine prole, ac magnopere ſapientia, nobilitate, diuitijs, in ciuitate pollentem, perpetuum uexilliferum elegerunt, Cuius uirtute ſimul & felicitate, adhibito præſertim conſilijs Franciſco fratre præſule Volaterrano longe prudentiſsimo, bene reipub. totiq; Hetruriæ, tum de rebus Piſanorum optatum breuiter finem ſe conſecuturos ſperarent. Hi enim ut in eorum loco narraui, quod ſe proditos Florentinis ab initio dicerent atque iniuſta ſeruitute grauatos, ſub ipſum Gallorum aduentum rebellauerunt, magnosq; hoſtium impetus in hunc uſque diem ope magis diuina quàm humana tolerauerunt. Duces uerò contra eos miſsi plures. Inter quos Paulus Vitellius quum ducere bellum deprehenderetur, captus ac Florentiæ ſecuri percuſſus eſt. Petrus igitur quum ante omnia nihil deliberatius habuerit quàm cœptum bellum totis uiribus proſequi, rem nouam atque arduam commentus, ut amnis commoditate hoſtem prohiberet, Arni alueum aliò traducere aggreſſus erat, ſi per impetum fluminis ruptis obijcibus licuiſſet. Frequentes tamen hoſtium excurſiones repreſsit. Bartholemæum Aluianum nuper ab eis accerſitum, ac uicinorum populorum præſertim Senenſium auxilijs non contemnenda manu inſtructum, apud S. Vincentium non longe à uadis Volaterranis tranſitu prohibuit, toto ipſius profligato exercitu, captisq; ex eis ferè mille cum impedimentis, ubi Herculis Bentiuoli ducis & Marci Antonij Columnæ magnopere uirtus emicuit. Hi nullũ perterritus dare tempus oportere exiſtimantes, e ueſtigio cum exercitu XX. millium ad oppugnanda mœnia Piſana profecti ſunt, quæ corona ſimul ac operibus uno tẽpore aggreſsi iam diſiecta murorum parte, nulla ui tamen obſtinatum pro libertate hoſtem ſuperare uoluerunt: quin ocyus telis ac machinis repulſi tum pedites qui obiter urbem per Arnum ingreſsi fuere partim cæſi ſunt, partim ob metum terga dedere. Itaq; nullo iam ſuccedente conatu, iuuantibus præſertim Hiſpanis quorum autoritati ſe Piſani tradiderant, exercitus relicta obſidione nondum exacto autumno ad hyberna ſe recepit Anno belli undecimo.

Arretinorum defectio

Petrus Soderinus Vexillifer perpetuus

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM VRBANORVM
LIBER VI.

LATINI, VOLSCI, HERNICI, EQVI.

LATIVM antiquum à Tyberi uſq; Circeos erat. deinde uſque ad Lirim protractũ Plinio. Horum caput Romam (teſte Dionyſio) Siculi gens indigena prius tenuere, ante hos nulla memoria. Deinde Aborigines Siculis pulſis lõgo bello, qui in mõtibus prius habitauere ſine muris uicatim. Venere poſtea Pelagi & alij Græci, qui auxilio Aboriginibus fuere, & ſubiugãdis finitimis & ædificãdis urbibus à Tyberi uſq; ad Lirim, uocatiq; Aborigines uſq; ad bellũ Troianũ: ſub Latino autẽ rege Latini, poſtremo à Romulo Romani. Aborigines enim ipſos alij indigenas fuiſſe, ac nõis cauſam ex mõtiũ habitatione traxiſſe: nonnulli uerò gentẽ uagã, & ſine laribus: Cato & Sẽpronius Græcos eos dicunt ex Achaia ortos ciuitate (uerior ſermo habet ex Arcadia aduectos) duce Oenotrio Lycaonis filio, multos ante bellũ Troianũ annos cum Peucetio ſocio. Hæc ex Dionyſio. Trogus autẽ libro XLVII. ſic ait: Cultores Italiæ primi Aborigines fuere, quorũ rex Saturnus iuſtitia præditus fuit, ut nihil ſub illo quiſquã priuatæ rei habuerit. Ob cuius exempli memoriã cautũ eſt, ut in Saturnalibus ex æquali omniũ iure, paſsim in cõuiuijs ſerui cum dominis recũbant. Itaq; Italia regis nomine Saturnia appellata, & mons ubi habitauit Saturnius, in quo nunc ueluti à Ioue pulſo ſedibus ſuis Saturno, Capitoliũ eſt. Poſt hunc regnaſſe Faunũ ferunt, ſub quo Euãder ab Arcadiæ urbe Pallãteo in Italiã uenit, cui Faunus montem, quem ille Pallanteũ poſtea de nomine patriæ uocauit, conceſsit. In huius radicibus templũ Lyceo, quẽ Græci Pana, Romani Lupercal uocant, conſtituit. Hæc Trogus. Liuius item Herculẽ dicit paucis poſt annis deuicto Geryone, cum bobus huc cõceſsiſſe, exceptũq; ab Euandro, & aram ei maximã ſub radicibus Auentini poſitam. Virgilius quoq; in VIII. pulcherrime hanc originem repetit. Hæc nemora indigenæ Fauni nymphæq; tenebãt, cũ his quæ ſequuntur. De nomine autẽ ipſius Vrbis Feſtus hæc ſcribit. Cephalus Gergitius qui de aduẽtu Aeneæ in Italiam ſcripſit, ait Romã à comite quodã Aeneæ in mõte Palatino ædificatam ſimul & nominatam. Apollodorus à Romo filio Aeneæ & Lauiniæ. Atteius qui ſcripſit res Cumanas, à Sicyone huc ob inopiã domiciliorũ delatos quoſdã multo errore Aborigines uocatos, mõtemq; Palatinũ, in quo cõſederunt, à robore ſuorum & uiribus Valentiã appellaſſe: quod nomẽ poſtea ab Euãdro aduenĩete, Græce appellatũ ῥώμην. Agatho Mycenarũ hiſtoriæ ſcriptor, Aeneam ex uaticinio Heleni

Siculi

Aborigines

Latini Romani

Saturnia

Capitolium olim Saturnius mons

De nomine Vrbis

Heleni in Italiam cum Roma ex Aſcanio nepte adpulſum, in Palatino urbem de illius nomine condidiſſe. Gellius poſt obitum Aeneæ imperium Italiæ perueniſſe ad Latinum Telemachi Circesq; filium, & ex Roma filios ſuſcepiſſe Romum & Remum, urbemq; in Palatino conditam ex Romi nomine uocaſſe Liuius & pleriq; alij, hos duos ex Ilia ueſtali & Marte natos, à Numitore auo expoſitos, & ab Acca Laurentia Fauſtuli uxore nutritos, lupæ nomine, quod meretrix eſſet: alterum Romulum ex auſpicio uiſo XII. ulturum, urbi nomen dediſſe. Hæc de Romæ origine apud ueteres comperta.

Natalis urbis

Ipſius natalem quo palilia Romulus celebrauit, Ouidius XII. Calend. Maij tradere uidetur, nonnulli XI. dicunt. Quo horoſcopo ſanè incertum, quum alios alij ponant. Ante ſalutem annos ferè DCC. poſt Ilium captum CCCXXXIII. Olympiade VII. ut ait Dionyſius.

Nomina Tribuum XXXV

Tribus in ea XXXV. Pedianus fuiſſe ſcribit, à tributo (ut inquit) dando, uel quod tres tantum à principio fuerint. Tatienſis à Tatio, Ramnes à Romulo, Luceres à Lucumone, aut luco quem Aſylum Romulus appellauit. Tribuum autem nomina ex uarijs autoribus collecta, huiuſmodi ſunt: Romulia, Tatienſis, Saburrana. Palatina, Exquilina, Collina, Claudia, Lemonia. Pontia, Cruſtumena, Scaptia, Stellatina, Sabatina, Tomenina, Armenſis, Papyria, Pupina, Pupilla, Pollia, Galeria, Falera, Veturia, Aemylia, Cornelia, Vfentina, Mentina, Pontina, Publicia, Antheſis, Velina, Anienſis, Terentina, Volicinia, Metia, Faucia. Quas Plutarchus nomina Sabinarum nuptarum dicit fuiſſe, apud alios tamen autores diuerſas ob cauſas. Vrbis autem regiones XIIII. fuiſſe ex inſcriptione quæ pro ædibus hodie Capitolij cernitur palam eſt, quam mihi ponere uiſum eſt. Imperatori Cæſari diui Traiani Parthici filio diui Neruæ nepoti Traiano Hadriano Aug. pont. max. Trib. pot. XX. Imp. II. conſ. III. PP. Magiſtri uicorum Vrbis regionum quatuordecim. Has igitur in quodam uetuſto libello repertas, cui nuper quidam P. Victorem ſeu Fabium inſcripſit, compendio percurram.

Regio Capena I.

Prima Capena continet areas, Virtutis, Honoris, Spei, Carſucæ, Panaria, ædes camœnarum, Apollinis, Martis, Mineruæ, Tempeſtatis. Lacum Promethei & Vipſani. Balnea Volani & Mamertini, Thermas Seuerianas & Commodianas, Vicum Vitrariorum, Arcus tris, Druſi, Veri Parthici, & Traiani Principum: mutatorium Cæſaris, Almonem fluuium.

Mons cœlius II

Regio ſecunda. Mons cœlius continet Templum Claudij, Macellum magnum: lupanaria, Antrum Cyclopum, Cohortes uigilum, Caſtra peregrina, caput Africæ. Arborem ſanctam. Domus Philippi, Victilianam. Ludum matutinum & Gallicum. Micam auream. Regiam Tulli Hoſtilij.

Iſis & Serapis III

Regio tertia, Iſis & Serapis continet, Nonetam, Amphitheatrum, quod capit loca CCCXXXVII. Mil. Ludum magnum & Dacium: Domum Bruti, Suburram: lacum paſtorum, Scholas quæſtorum & Capulatorum, Thermas Titi & Traiani. Porticum Liuiæ, caſtra Miſenatium:

Templum pacis IIII

Regio quarta. Templum pacis continet Vulcani aream, Buccinum, Apollinem Sandalarium, templa Remi, Veneris, Fauſtinæ, Horreum Carthaceum, Tigillum ſororium, Coloſſum altum ped. CCII. Metam ſudantem, Viam ſacram, Baſilicam Pauli, forum tranſitorium, Carinas, Domum Pompeij, balneum Daphnidis.

Exquilina V

Regio quinta, Exquilina cum turri, Nymphæum diui Alexandri, Hortos Mecœnatianos & Plancianos, Herculem Sullanum, Amphitheatrum Caſtrenſe, Campum Viminalem ſub aggere, Mineruam medicam, Iſidem patriciciam, templum Iunonis Lucinæ, macellum Liuiani, Cohortes ſeptem.

Alta ſemita VI

Regio ſexta, Alta ſemita continet templa Salutis, Separis, Floræ, Quirini, capitolium uetus, ſtatuam Mamuri, thermas Diocletianas & Conſtantianas, decem tabernas, Gallinas albas, aream Callidi, Cohortes tris uigilum, Hortos Salluſtianos, gentem Flauiam.

Via lata VII

Regio ſeptima, Via lata continet lacum Ganymedis, Arcum nouum. Nymphæum Iouis, Aediculam Caprariam, porticum Conſtantini, templa Solis, Spei, Fortunæ, equos Tiridatis regis, forum ſuarium, hortos Largianos, Manſuetas, Lapidem pertuſum.

Forum Romanum VIII

Regio octaua, forum Romanum continet, Roſtra, comitium, columnam cum ſtatua M. Ludij, Senaculum aureum, equum Conſtantini, atrium Mineruæ, fora Cæſaris & Augusti, & Traiani, cum templo & columna Colchide alta ped. CXXVIII. habente intus gradus CLXXXV. feneſtras XLV. Baſilicam argentariam, umbilicum Romæ Græcoſtaſim, Porticum Iuliam, templa Iani, Mineruæ, Veſtæ, Cocidæ, Saturni, Iouis tonantis, Caſtoris, Concordiæ, & Romuli, Ludum Aemylium: equum æneum Domitiani. Oratia pila, Lacum Curtium, Aedem Herculis rotundam, ſacellum pudicitiæ patriciæ, Aedem Matutæ, Capitolium, Aſylum, Horrea Germanica. Aquam cernentem quatuor Scauros ſub æde, Antrum Caci, Vicum Iugarium, Porticum margaritariam, Vicum unguentarium, Elephantum herbarium.

Circus Flaminius IX

Regio nona. Circus Flaminius continet ſtabula quatuor, factionum octo. Porticum Philippi. Mimitias duas, ueterē & frumentariam, Cryptā Balbi, theatra tria in primis quod capit loca XI. Mil. DX. Pompeij quod capit LXXX. Mil. Marcelli quod capit triginta milia, Campum Martis trigarium, Ciconias nixas, Pantheon, ædes Bellonæ, ante quam columna eſt, unde ad bellum ituri duces haſtam iaciunt, Baſilicas Neptuni, Macidij, & Martiani, Templum diui Antonini, columnam Cochlidem altam pedibus CLXXVI. habentem gradus CCVI, Feneſtras LVI. Thermas Alexandrinas & Agrippinas, Porticum Argonautarū: Iſæum & Serapæum, Mineruā Calchidicam, Mineruium, inſulam Phelidis, carcerem Claudij decemuiri.

Palatium X

Regio dicima Palatium continet, Caſam Romuli, Aedem matris deum, Aedem Apollinis, Curiam ueterem, Pentapylum, domum Auguſtanam, Tyberianam, Ciceronis, Auguratorium, Arcam palatinam, ædem Iouis uictoris, Fortunam reſpicientem Septizonium, uictoriam Germanicanam.

Circus maximus XI

Regio undecima. Circus maximus qui capit loca CCCLXXXVI. mil. continet. templum Solis & Lunæ, ædem matris deûm, Iouis arbitratoris XII. portas, Templum Mercurij, Cererem, Ditem patrem, portam Trigeminam, Apollinem cœlum reſpicientem. Herculem Oliuarium, Velabrum, Fortinium, arcum Conſtantini, forum olitorium in quo erat columna lactaria, ad quam infantes lacte alendos deferunt.

Piſcina publica XII

Regio duodecima, Piſcina publica continet aream Radicariam, uiam nouam, Fortunam mammoſam, Iſidem Atenodoriam, Aedem Bonæ deæ, ſubſaxanæ, Thermas Antoninianas, Septem domos Parthorum, Campum lanatarium, Domum Chilonis Cornificij, Priuata Hadriani, Cohortes quatuor uigilum.

Auentinus XIII

Regio decimatertia Auentinus continet Armiluſtrum, Templum Dianæ ac Mineruæ commune, Templum libertatis, Scalas Gemonias, Nymphe tria, Thermas Syriacas, & Varianas, & Decianas. Priuata Traiani, Dolacrum, Mappam auream, Horrea Platonis, Galbæ, & Anicetiana. Porticum Fabariam, Scholam Caßij, Forum Piſtorium.

Trans Tyberim XIIII

Regio decimaquarta Trans Tyberim hortos Neronis, Ianiculum, Manias, Balneum Ampelidis, Priſcidianæ. ſtatuam Valerianam, Caput Gorgonis, fortis Fortunæ, Coriariam, Herculem cubantem, Campum Brutianum, Arcam Septimianam, Thermas Septimianas, Ianum Septimianum. Hactenus uetera, quibus ego monſtratiunculas nonnullas ex antiquorum opinione ſubijciam, non tam ut multis, præſertim eruditis incognitas, quàm ut omnibus uel peregrinis cognoſcendas, ne princeps terrarum ciuitas, per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

indiligentiam minime deguſtetur. Plin. libro tertio ſpatium urbis à miliario ad ſingulas portas, quæ tunc erant, mil. dicit eſſe per directum ferè x x x. Ad extrema uerò tectorum cum caſtris prætorijs ab eodem milliario per uicos omnium uiarum paulo amplius ſeptuaginta. Compita item larium (nam ſingularum male apud eum ſcribitur) regionum omnium c c l x v. exiſtere: quin & auſus ipſe tectorum altitudinem in ſpatio computare. Erat enim milliarium ſignum in fori Romani capite, unde principum itineris ad omnes portas omneq; iter capiebatur. Vrbis circuitus ſub Valeriano qui mœnia reſtituit, fuit teſte Spartiano milliaria quinquaginta, quod ſanè ueriſimile non uidetur, niſi ex iuriſconſulti ſententia iudicabimus, qui Romam aliam

Roma Vrbs

ab urbe facit, Vrbem tantum intra mœnia eſſe, Romam uerò ſacrum etiam pomœrium ſuburbanaq; comprehendere. Nam ab Otricoli ponte uſq; ad mœnia uia plena ædificijs erat. Itaq; peregrini ſe tunc Vrbem ingredi putabant, ut accidit Conſtantio principi teſte Marcellino, quum primum Romam cum Ormiſda uenit, & ubi medium eſſet urbis

Palatium

percontanti. Romulus ab initio Palatium tribus tantum cinxerat portis. Mugonia ab animalium mugitu inde exeuntiũ, Carmentali ab Euãdri matre, quæ poſtea Scelerata ob egreſſos c c c v i. Fabios uocata, & Pandana ſeu libera, quæ in Aſylum tendebant, quod augẽdæ urbis gatia, criminoſorum refugiũ inſtiterat. Liuius inſcribit triginta ſeptem fuiſſe, puto ueteres connumerando, quæ intra auctam reſtiterant urbem. Quæ uerò nunc apparent, Flumẽtana Populi porta, ex antiqua Flumentana quæ ignoratur. Nam ipſius Liuij tempore, qui illius meminit, Populi porta non erat, quum mœnia Collinam nõ excederent. Hic igitur nefandi. Neronis ſepulcrum templo diuæ genitricis ceßit, et Via Flaminia inter quam & ripã Tyberis, nũc quoq; ueſtigia Auguſti ſepulcri conſpicimus, quem Hadrianus æmulatus è regione ſimule in Vaticano excitauit. Porta Collatina, quæ Collatiã Sabinorũ oppidum ducebat, dicta etiam Procopio Pinciana à Pincio ſenatore, unde Gothorum olim irruptio. Mons Pincius collis dicebatur, hortulorũ, quod pars inferior humida accommoda hortis exiſteret. Deinde Salaria, à ſale in Sabinos exportando: ſeu Quirinalis à Quirini ſacello: eadem & Collina, à Colle Quirinali, qui & tricepſis, & quinquecepſis Varrani ex capitum collium numero dicitur. Feſto autẽ &

Agonius

Agonius, quaſi ſine angulis eſſet. Ex quo ueriſimile Circum deinde Flaminiũ, Agonium poſteros appellaſſe, quod modo Circi maximi angulis ex omni parte careret: quanquam apud Varronẽ Acgonius ſcribitur, niſi forte ſit mendum. Vſq; ad hanc portã Collinam mœnia fuerãt, quæ illi uſque ad pontẽ Miluium prorogare cogitarũt, Verũ aruſpices prohibuere, quod intra urbẽ nec habere comitia, nec le-

Vimilanis

gere milites pro exercitu liceret. Deinde Viminalis, ſeu ſanctæ Agnetis à uiminũ multitudine. Neuia, ſeu porta maior. Exquilina, ſeu Tyburtina, ſeu ſancti Laurẽtij, Cœlio montana nũc clauſa prope ſanctũ Stephanũ rotũdum. Aſinaria, ſeu ſancti Ioãnis. Latina antiquitus nõ nominata, ſed tantũ uia

Capena

Capena, ſeu ſancti Sebaſtiani, ubi Appia uia. Trigemina ſancti Pauli exiſtimatur, quomodo tamen haud ſatis ſcio, quum Liuio teſte Horatij qui cũ Curiatijs pugnauerunt, porta Trigemina ſint ingreßi quo tempore non erat hæc pars Auentini, niſi forte ex uetere porta huic inditum nomen. Aurelia, ſeu ſancti Pancratij. Portuenſis & Vaticana ſatis notæ, Septimiana etiã trans Tyberim, ubi Septimij Seueri inſcriptio antequam ab Alexandro reficeretur, legebatur. Triumphalis cum ponte è regione ſancti ſpiritus interijt, quãquam de hac diuerſæ ſentẽtiæ. Pontes uerò primum inſulæ Fabritius & Ceſtius, quorũ alterum Valentiani & Gratiani, alterum Lepidi & Marci Canij nomine reſtitutũ, inſcriptio

adhuc indicat. Sublicius ab Anco Marcio, poſtea lapideus

Sublicius pons

ab Aemylio factus Aemylius eſt dictus: atq; is eſt, cuius extant fundamenta ad eam pertinentia ripam, ubi nunc Naualia ſunt. Aurelius, qui & Xiſtus poſtea ab autore reſtituẽdi dictus. Aelius ab Hadriano apud eius molem. Vaticanus ſeu Ianuclenſis prope ſanctum ſpiritum, iam deſijt. Sunt qui diuerſos eſſe dicunt. Moluius ab omnib. cognitus. Palatinus ſeu ſanctæ Mariæ, qui in palatium ducit extra urbem uerò

Mammeus

Mammeus à matre Alexandri imp. inſtauratus, quem Antoninus pius fecerat. Nomentanus quò itur Nomentum, à

Aquæ Ro.

Narſete factus, ut eius carmine indicatur. Aquæ ex Iul. Frontino dicendæ, qui aquarum curæ à Nerua delegatus fuit. Igitur nouem ab eo ponuntur. Appia poſt initiũ Samnitici belli inducta ab Appio Claudio cenſore, qui & uiam Appiam à porta Capena Capuam uſq; ſtrauit, cõcipitur in agro Lucullano, qui nunc Tuſculanus putatur in uia Præneſtina. Anienem ueterem M. Curtius cenſor, cũ. L. Papinio annis quadraginta poſt Appiam perducendam de manubijs è Pyrrho captis curauit. Concipitur ſupra Tybur x x. mil. Extra portam Ro. Martia à. L. Martio rege in capitolium perducta, concipitur uia Valeria ad mil. x x x. prope Sublacum, quam ait ſuo tempore Frontinus in Auentinum à Traiano perductã, Traianam fuiſſe dictã, ut etiã effoſſum nuper marmor, quod nos uidimus, indicat. Tepula, quam ex agro Lucullano Seruilius Cepio, & P. Caßius Longinus cenſores in Capitolium perducendam curauerunt. Iuliam M. Agrippa ab inuentore uocatam, introduxit ex Tepula uia ſubterranea, ſupra terrã uerò fictili ſtructione, opere arcuato. Idem Virginẽ itẽ ex Lucullano perduxit, ſic appellatã, quod quærentibus aquã puella uirgo uenas ignotas monſtrauit. Concipitur uia Latina mil. v i i i. in locis paluſtribus. Claudia, quã Caius princeps introduxit ex fontibus Curtio & Ceruleo, mil. x l v i. uia ſublacenſi, Claudius abſoluit opere arcuato. Titus deinde reſtituit, ut ex inſcriptione adhuc portæ maioris apparet. Huius ueſtigia maxime comparent, tranſeũt per Cœlium formæ nunc & olim appellatæ. Anio nouus, hic ex fonte purior quàm uetus deductus. Ambo uerò, ſimul & Claudia, in urbẽ confundebantur. Duæ regioni ſeruiebant trãſtyberinæ, quorũ unà Alſietina uia Claudia mil. x i i i i. è lacu Alſietino concepta, ob frigiditatem minus ſalubris, quæ ab Auguſto fuit introducta. Altera Sabbatina è ſtagnis Sabbatijs poſt Fotinum memorata: de utriſq; quid ſentirem, ſuprà narraui. Harum quoq; hodie uiſuntur ueſtigia formæ unius extra portam Brãchatij, quam Sabbatinam putauerim alterius apud ſanctũ ſpiritum. Almo is exiſtimatur, qui apud

Almo

portam Capenam urbem uſq; ad Circum Max. nunc profluit. Ex quo Iuuenalis, Madidamq; capenam. Lucanus. Et lotam paruo reuocant Almone Cybelem. Viæ extra urbem,

Viæ multæ

Appia, Latina, Præneſtina, Tyburtina, Salaria, Nomentana, Oſtienſis, Laurentina, Labicana, Adreatina. Flaminia, Caſſia, Cimina, Valeria, Claudia, Auleria. Omnes ſanè notæ, & alibi mihi deſcriptæ. Viæ uerò in urbe, Suburra notißima à foro Traiani ad Martini & Agathæ templa. Via ſacra, ubi ſanctæ mariæ nouæ templum. Via noua, quæ à circo Max. ad portã uſq; Capenam. Alta ſemita, & regio uia à thermis Conſtãtini uſq; ad portam Viminalem. Via lata regio et uia, ſatis monſtratur ex æde nunc S. M. in uia lata. Via triumphalis citra Celſi templum, è cuius regione pons erat, rectà per Floræ nunc campum, uſq; ad Velabrũ. Carinæ apud Petri uincula, unde & auguria captabãtur. Piſcina, publica regio & uia circa Xiſti templum, & thermas Antonianas.

Vaticanum

Vaticanũ, ut ait Varro, à uatum ibi reſponſis, ſeu quod deus Vaticanus, qui puerorũ uagitibus præerat, ibi coleretur. Fora Romana, in primis ab arcu nũc Seueri ad tris nũc extan-

Fora Ro.

tes colũnas pertinẽs, contra Coſmũ & Damianũ apud aquas

eque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

equeſtris Domitiani ſtatua, Statiana fuerat. Hoc forum Cæſar, deinde Auguſtus, teſte Tranquillo, ampliarunt: ex quo Martialis ait, Atq; erit in triplici par mihi nemo foro. Neruæ, idem & tranſitorium, quod ad Traiani inde ad alia fora tranſibant, quod ne ſpatio fraudaretur, pars Quirinalis eſt exciſa: huius adhuc extant ueſtigia. Boarium apud ſanctum Georgium ex arcus uicini inſcriptione, quod ibi bouis eſſet ſtatua. Ouid. Area quæ poſito de boue nomen habet. Erat & piſcarium haud longe à Boario, ut ait Varro, ruſticorum & cupedinis, & holitorium, & piſtorium iuxta ædem Veſtæ.

Campus Martius

Pantheon

Columnæ

Campus Martius, qui Tarquinij fuit ager, quod extra urbem eſſet in confeſſo apud omneis, quamobrem & Pantheon, & circus fla. extra fuerant. Columnæ cocleæ duæ, altera Traiani, ubi depictum bellum Dacicum, cui apud Parthos res gerenti dedicata fuit à ſenatu. Altera Antonini Pij in reg. columnæ, cuius egeſtio fundamenti uti quorundam eſt opinio, uicinum fecit montem, qui acceptorius dicitur. Quidam antiquiorem faciunt, Citatorumq; prius dictum, quò citatæ ad comitia tribus ſe recipiebant.

Thermæ

Thermæ Diocletianæ notæ. Conſtantinianæ apud equos Tiridatis Alexandrinæ, quæ antea Neronianæ fuerant, apud S. Euſtathium. Agrippinæ apud Pantheon: Titi poſt S. Martinum, dicunturq; hodie, Capoces, quaſi capaces aquarum. Apud has hoc anno M D V I. Felix Romanus ciuis, dum arcum diu obſtructum in uinea ſua recluderet Laocoontem Virgilianum cum duobus filijs inuenit a Plinio lib. X X X V I. capite V. his uerbis memoratum Laocoon in Titi Imperatoris domo, opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis præponendum: ex uno lapide eum & liberos draconumq; mirabiles nexus de conſilij ſententia fecere ſummi artifices Ageſander & Polydorus & Athenodorus Rhodij. Viſum igitur noſtris par opus famæ, quapropter pontificis iuſſu in ædes Vaticanas traductum, quando hæc cura adhuc animos contaminat. Thermæ Domitianæ apud Syluestri, Nouatianæ apud Pudentianæ, Gordianæ, Euſebij. Olympiades apud Paniſpernæ templa. Varianæ autem & Syrianæ et Decianæ in Auentino.

Templa Romæ

Templa etiam quædam deprehendimus. Aeſculapij inter inſulæ pontes quod S. Ioanni, ex altera parte Iouis quod S. Bartholemæo, nunc dicata uidimus, nec alia ueſtigia apparent. Ouidius, Iunctaq; ſunt magno templa nepotis auo. Ipſam uerò inſulam teſte Liuio aggeres frugesq; in eum locum conſtipatæ fecerunt, quæ ex agro Tarquinij in Tyberim deiecto conuenerunt. Herculis apud ſcholam Græcam ſub Auentino, ubi ærea ſtatua mea ætate reperta, quæ in ædibus Conſeruatorum uiſitur. Aedem Herculis rotundi ad forum boarium Liuio, quæ nunc S. Stephani rotundi iuxta Tyberim ſatis habetur argumenti eſſe, propeq; ædiculam Pudicitiæ patriciæ inter ſcorta & uinopolia nunc S. Mariæ Aegyptiacæ dicatam. Veneris Erycinæ extra portam Collinam ex uerſu Ouidiano. Templa frequentari Collinæ proxima portæ. Nunc inter uepres monumenta quædam apparent. Hic teſte Liuio ludi quandoq; facti Tyberi circum fluminium inundante. Aliud item Veneris apud Circum maximum. Solis ab Aureliano conditi, quidam exiſtimant eas eſſe ruinas, quæ ſupra Columnenſium ædes apparent. Apollinis & Martis, ubi febris ſacellum in Vaticano. Martis item extra portam Capenam ad tertium lapidem bello Gallico à Camillo uotum, iuxta quod lapis Manalis uocatus conſiſtebat, quo per ſiccitates in urbem relato pluuia ſtatim manabat. Hodie S. Mariæ prunetæ imago ſiquando Florentiam transfertur, idem ſed cultu efficit ueriore. Martis ultoris ſuprà memoraui. Neptuni in ripa Tyberis id eſſe opinabantur, unde his annis proximis prope S. Blaſium ingentes lapides ſunt effoſſi. Dianæ ubi Priſca in Auentino Iouis ultoris, quod & Pantheon notiſſimum. Capitolini ſuprà narratur. Floræ in Quirinali poſt ſanctam Suſannam ex Martialis carmine. Qua uidet antiquum proxima Flora Iouem. Nam capitolium uetus prope Suſannam cernitur ubi deſcenderis, è regione uerò horti Salluſtiani. Templum Caſtoris & Pollucis, nunc Coſmi & Damiani ex Ouidij carmine. Fratribus illa die fratres de gente deorum, Circa Iuturnæ conſtituere lacus. Hic lacus prope ſanctum Gregorium in ſpecis conſpicitur. Hi fratres Tyberius & Druſus fuere, qui templum quod Poſthumius bello latino uouit, & filius dicauit, illi reſtituerunt. Concordiæ quod Manlius prætor in Gallia uouit in arce dicatum: alterum Flauius ſcriba in area Vulcani. Tertium Liuia conſtruxit ob uiri cum ea concordiam. Idq; putatur quod in hortis S. Mariæ nouæ conſpicitur. Templum pacis iam notiſſimum. Aram pacis prius fecerat Auguſtus, quam auxit Agrippina. Iani apud S. Georgium quadrata nunc ruina. Ouidius. Quum tot ſint Iani, cur ſtas ſacratus in uno? Hic ubi iuncta foris templa duobus habes. Templum Bonæ deæ à Claudia ueſtali in Auentino deinde à Liuia reſtitutum. Saturni in foro, ut deſcribitur à Macrobio, ubi ærarium erat: id exiſtimamus ex coniecturis, quod ſub Capitolio Hadriano martyri poſtea dicatum cernimus. Iunonis Monetæ, ubi ædes Seruatoris, & olim domus Manlij. Vbi autem locus damnatorum Iupiter: ubi Ara cœli arx fuerat ex coniectura altioris loci & ſubterranei quem nos uidimus. Poſt arcem Buſta Gallorum, qui Liuio teſte in obſidione Capitolij peſte abſumpti ibidem cremabantur. Iuxta uiſitur Iupiter Panarius ſiue Piſtorius ingenti ſtatua, nunc cubitanus memoria iactorum panum à Manlio, opinionem copiæ facientium. In Capitolio ciuium nullus poſt Manlium damnatum habitabat: Ter autem flagrauit, ad id gradibus ſicuti nunc aſcendebatur. Carcer Tullianum uocatus apud ſanctum Nicolaum: Eruditioribus tamen hic carcer Claudij triumuiri ſeu latomiæ ſunt: Tullianum uerò ubi ſanctus Petrus ſub Capitolio, ex indicio quod teſte Varrone Tullus Hoſtilius hunc foro Romano imminentem condidit. Templum Veſtæ rotundum inſtar pilæ quod Veſta terram ſignificet, Ouidio teſte, Numa inter Palatium & Capitolium dedicauit, quod & Cicero indicat. Lucus inquit Veſtæ ad radices Palatij deuexus in uiam nouam: nunc ſanctæ Mariæ liberatricis, ubi plurima ueſtalium ſepulcra uidimus eruta. Nam in ea parte uia noua multis uiæ ſacræ coniungitur. Templum Fauſtinæ & Antonini apparet ex inſcriptione prope Coſmum & Damianum. Libertatis in Auentino ex mulctatitia pœna à Tito Sempronio Gracchorum auo. Matutæ à Seruio Tullio in foro, deinde à Camillo refectum. Fortunæ uirilis, ubi nudæ uirgines inſpiciebantur. Ouidius. Vt tegat hoc celetq; uiros, fortuna uirilis, præſtat.

Amphitheatra

Amphitheatra duo primum Titi notiſſimum fontes habebat duos ad recreandum æſtu laborantem turbam: alterius ſanè fontis nunc in uia inter amphitheatrum & arcum Conſtantini ſuperſunt ueſtigia. Vidiq; ego iam uetus numiſma habẽs à tergo amphitheatrum cum his fontibus. Alterum Tauri Statilij ex hortis cœnobij ſanctæ crucis oſtenditur.

Theatra

Theatra tria: Pompeij apud ædes Vrſinorum in Floræ campo, ubi ſtabula ſunt equorum, aperte nunc cernitur, quapropter non temere fortaſſe poſteritas hunc locum de ipſius amicæ Floræ nomine appellauit. Marcelli à Cæſ. cœptum, ubi Sabellorum ædes. Balbi ignoratur.

Bibliothecæ

Obeliſci

Bibliothecæ X X I I I I. ſed præcipuæ Palatina & Vlpia. Obeliſci ſex potiſſimi, in circo maximo duo, quorum unus adhuc monſtratur obrutus. In cãpo Martio unus, qui horas oſtendebat. In Vaticano adhuc incolumis Auguſto & Tyberio dicatus, ut ex inſcriptione apparet. Hic omnino teſte Plinio in ſui

molitio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

molitione effractus eſt, nauis quæ eum ex Ægypto iuſſu Au-
guſti adduxerat in portus conſtructione ſubmerſa eſt, & ar
bor quatuor cõplectentium ulnis craſſitudine fuit. In Mauſo
Arcus — leo item Auguſti duo alti ſinguli ped. X L I I I. Arcus etiam
plures, ex quibus tantum apparent Titi, Conſtantini, Se-
ueri, Galieni ad S. Vitum, & Domitiani, qua itur per Fla-
Circi — miniam ad Populi ædem. Circi quatuor oſtenduntur, Fla-
minius, & Maximus, & apud tabernas obſcuras appellatas,
ubi funes torquentur: quartus apud ſanctum Sebaſtianum,
ob prætorianorum exercitationem conditus, uti putatur.
Naumachiæ — Naumachiæ quinq;, ex quibus una Domitiani monſtratur, è
regione arcus eius inter uinearum caua dextrorſus eunti-
Curiæ Roma — bus ad ædem Populi Curiæ ſiue cenacula quatuor tradũtur.
Pompeij prope theatrum ipſius. Alia in capitolio eſſe conij-
citur, ubi adhuc columnarum inſcriptio uiſitur: S.P.Q.R.
incendio conſumptum reſtituit. Hoſtilia cum regia Tulli,
ubi ſancti Ioannis & Pauli ædes. Vetus apud Petri uincula.
Nam & Curiæ, ſicuti pleraq; opera publica dedicabantur,
non tamen omnia dedicata ſacra. Exquiliæ, ubi Sancta M.
maior, prius ad præſepe dicta, ab excubijs Serui Tullij qui
Armiluſtrum — habitauit. Armiluſtrum id putauerim ſpatij quod in Teſta-
tia nunc eſt, nam in regione Auentini ponitur, nec ſanè
aptior locus recenſendis armis ac militibus oſtenditur. Fue-
Argiletum — re & in eodem fornaces Argiletum & ſiſcus ruminalis,
prope ambo ſub palatij parte, ab latere Sancti Georgij. apud
Velabrum Lupercal — etiam templum Velabrum fuerat. Lupercal ex alia item
parte ſupradicti montis, quæ Septizonium ſpectat Seueri
Imperatoris, opus ſepulcri gratia conditum. Tyburis lo-
cus adhuc durat, ubi Martialis domus ex eius indicio car-
minis. Inſuper & cloacis aqua ſubterlabente, urbs penè tota
penſilis erat, ut ex libro tertio epiſtolarum Caßiodori cõ-
ijcimus: inter quas cloaca maxima teſte Liuio à Tarquinio
Priſco facta, quæ adhuc hodie monſtratur è taberna qua-
dam in Iudæorum platea, & in ripa Tyberis. Id autem ædi-
ficij, quod apud Angeli templum cernitur, ædes apparet re-
ſtituta à Seuero & Antonino filio, ut ex inſcriptione cerni-
Domus Neroniana — tur. Nonnullorum etiam priuata deprehenduntur. Domus
Neroniana, teſte Tacito incipiebat inter Cælium & Pala-
tinum circa ferè arcum Conſtantini, tendebatq; in exqui-
lias. Domus Cæſariana, ubi Liuia porticus, poſtea templum
Pacis. Ouidius. Diſce tamen ueniens ætas ubi Liuia nunc eſt
Porticus, ingentis tecta fuiſſe domus. Tranquillus uerò ait,
Templum Pacis, ubi Liuiæ quondam porticus. Domus Ci-
ceronis in palatio iuxta forum. In eadem parte Vellia eſt,
à uellendis olim pecoribus, attondendisq; gregibus in eo lo-
co, ut ait Varro, ubi & ædes Publicolæ dirutæ. Turris Me-
cœnatiana cum hortis, unde Nero ſpectauit incendium, in-
ter thermas Diocletianas, & baſilicam ſanctæ Mariæ Ma-
ioris loco eminentiore. Priuata Traiani, id eſt, ædes cum ther
mis in Auentino, teſte P. Victore: ea nunc apparent, quæ
in uinea noſtra comprehenduntur: nam eo uſq; aqua item
Traiana deducebatur, ut ex marmoreis literis repertis con-
ſpeximus. Hic enim Martius frater uetuſtatis curioſißimus,
alta effoſſa tellure, cameras, lithoſtrota, ſolia balnearum, la-
Prata — tißimasq; reperit habitationes. Prata Mutia, & Quintia
trans Tyberim, quorum altera prata uidemus appellari, al-
tera Quintia, quæ Q. Cincinnatus arabat, contrà ubi tunc
Naualia — Naualia erant Liuius dicit eſſe. Naualia autem ipſa nunc
Ripam uocamus. In Cælio præter aquarum formas, ædes
Lateranorum, propeq; æream ſtatuam pacificatoris M.
Nymphea — Antonini uidemus, ut alibi narraui. Nymphea in urbe un-
decim. erant enim loca principum uirorum, amœna aquis
Mutatoria Baſilicæ — inductis. Mutatoria item magnorum priuatæ domus ad
ſeceſſum & delicias. Baſilicæ etiam plures, quò ſe reciperẽt
diuerſi litigantes. Reliqua ſic traduntur. In urbe tota ædi-

culæ C C C X X X I X. Domus Mil. C C C X C V I. Inſulæ — Aediculæ
X L V. Millia D C I I. uici C X X. uicomagiſtri D C X X I I I I. — Domus
curatores uiarum X X I X. Officinæ piſtoriæ C C L I I I I. — Inſulæ Vici
Cohortes prætoriæ X. urbanæ I I I I. uigilum V I. Men-
ſæ Olcariæ Duo milia, C C C. caſtra equitum ſingulario- — Caſtra
rum, Peregrinorum, Miſenatium, Rauennatium, Tabel-
lariorum, Lecticariorum, Victimariorum, Silicariorum,
Prætoriana, ubi nunc caput bouis in uia Appia à Tyberio
ibi in præſidio dicata, primusq; tyrannicum morẽ exercuit.
Domus hic etiam maioris ædificij, ac magnorum uirorum
notantur. Reliquæ inſulæ. Templum ſiue ædem quum erat
incolumis. quum uerò ſemidiruta aut obſoleta, aream dice-
bant. Cœmiteria ſacra, Priſcillæ in uia Salaria apud ſan- — Cœmiteria ſacra Ro.
ctum Syluestrum, Prætextati in uia Appia apud ſanctum
Ianuarium: Catecumbæ apud ſanctum Sixtum. Domicillæ in
uia Ardeatina apud ſanctam Petronillam. Ad duas lau-
rus in uia Labicana Balbinæ: item in uia Ardeatina Calo-
podij, in uia Aurelia apud ſanctum Caliſtum. Ad urſum pi-
leatum, apud ſanctam Bibianam. Commodillæ in uia Oſtien-
ſi. Thraſonis in uia Salaria. Apud ſanctum Saturninum. In
cliuum cucumeris apud S. Ioannem Baſilæ in uia Salaria.
Ad inſalatas in uia portuenſi. Apud ſanctum Felicem Baſi-
liei in uia item Ardeatina. De cæteris uerò religioſis locis,
quæ in primis commemorare fas erat, inter pontifices mihi
dicetur. Reliqua item profana, curioſorũ ſcholæ diligentius
perſcrutanda relinquo, cum priſca urbis facies nulli ſatis di-
gnoſcatur, tot paſſæ barbarorum iniurias. Igitur his gene-
ratim proſpectis, ad reliquam Latij deſcriptionem ueniam,
quod quatuor in primis conſtat gentibus, Latinis, Equis, Vol
ſcis, Hernicis, omnibus inter ſe confuſis, ut uix dignoſci ſit.
Priſci Latini appellari teſte Feſto, qui ante urbem condi-
tam fuerant, ac ferè omnes interiere. De horum itaq; alio-
rumq; bellis Romanis alibi ſimul confertim dicemus. Nunc
oram ex ordine deſcribam: primumq; Oſtiam quæ ab An- — Oſtia
co Martio extructa, teſte Liuio, militiæ omniumq; mune-
rum uacationem habuit præter dies X X. in aduentu Anni-
nibalis, quo Reipub. ſubueniretur. Euerſam quondam à Sa-
racenis Leo Quartus reſtituit Corſis colonis inductis. Mar
tinus Quintus deinde turrim in ea excitauit, quam Iulia-
nus Sauonenſis cardinalis eius loci præſul magno ſumptu no
ſtra ætate refecit, occupatamq; à Gallis hoſtibus, Alexander
iterum per uim receptam, fidẽtiore munimine reſtituit. An-
tium Romana colonia, ut Liuius in octauo: horum naues de- — Antium col.
uictæ exciſis roſtris, ſuſpenſisq; foro nomen dedere. Hic & — Roſtra
fortunæ templum nobile, & portus à Nerone extructus, qui — Fortunæ templum
Antiatibus militiæ uacationem dedit captus loci amœni-
tate, Tranquillus autor. Hoc oppidum expugnatum olim
à Mario & Cinna Liuius L X X X. teſtatur, qui inter Vol-
ſcos id connumerat: ex eius ruina ædificatum poſtea Ne-
ptunum in littore, Columnenſium caſtellum. Nymphei flu- — Nympheus flu.
minis oſtia, cloſtra Romana, Aſturia cæde Ciceronis inſi- — Cloſtra Ro.
gnis. Hic etiã Coradinus Imperator Henrici filius captus à — Aſturia
Carolo primo Siciliæ rege, ac ſecuri percuſſus eſt. Mons — Mons circeius
Circeius, ubi Circe translata homines mutabat in feras, te-
ſte Vergilio. Terracina quæ ſacroſanctam uacationẽ habuit, — Terracina. quæ & Trachina
in aduentu item Annibalis ſuſpenſam, ut Liuius X X V I.
Eius portum refecit Antoninus Pius, ut Spartianus ait.
Hæc antea Trachina teſte Strabone ab aſperitate appella-
ta, ob ſaxa & imminentem collem. Palus huic Pontina pro- — Palus Põtina
pinqua, quam duo efficiunt amnes, Aufidus, & Vfens: pri- — Aufidus Vfens
mi Strabo, alterius etiam Virgilius meminit. Et in mare uo
luitur Vfens. dicta autem Pontina à Pometia urbe uicina,
quæ interijt. Hæc palus X X I I I I. urbium loca occupa-
bat, ut ait Plinius ex autoritate Mutiani, exſiccata tandem
à Cor. Cethego Cos. cui ea prouincia obuenerat, agerq; ex
ea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ea factus, ut Liuius libro XLVII. Inſequentibus deinde ſe-
culis iterum exſiccata à Theoderico rege Gothorum, ut ex
eius inſcriptione in eo loco cernitur: dicta etiam lingua Vol
Anxur ſcorum Anxur teſte Plinio, cauſam refert Seruius gramma
ticus, quod Iupiter puer, Anxurus cognominatus, in ea co-
leretur, quaſi ἄνευ ξυρῦ, id eſt, ſine nouacula, & imberbis.
Hoc in loco mari adiungitur Appia uia, ſtrata à Roma uſq;
Brunduſium, ut Strabo. Hodie uerò ob paludes deſerta eſt:
Capenates ab læuaq; petitur euntibus Neapolim, præterea Capenates
Satura populi & oppidũ Satura, iam extincta omnia, cõſpiciebatur:
Feroniæ lucus & Feroniæ deæ fons atq; lucus à ferendis fructibus dictus,
ob agri fertilitatem, quò Annibalem diuertiſſe Liuius dicit.
Amyclæ In hac ora Amyclæ fuere à ſerpentibus deletæ Plinio ori-
ginem à Laconicis Amyclis habuere. quare tacitæ ſint ap-
pellatæ, Seruius cauſam reddit, quod irruentibus hoſtibus,
ne urbs terreretur, conticuere: uel quòd à ſerpentibus ſi-
Oſcorum terra ne hoſtium tumultu ſint deletæ. In hac item Oſcorum ter-
ra, tot antea ſeculis extincta, felicitatem tamen eam adſecu-
ta, quòd in theatris atque poematis Romanis eius linguæ ue
Formiæ ſtigia remanſerunt. Formiæ quas Lacones condidere, prius
Hormiæ à portus commoditate appellatæ Straboni, Villa
quondam Ciceroniana inſignis: id oppidum nunc Mola uo-
Minturnæ catur. inter hanc & Sinueſſam Strabo Minturnas ponit,
Marij quondam latebras, nunc Traiectus caſtellum eſſe di-
Eris flu. qui & Clanis cunt. Eas unà cum Fregellis interluit Eris amnis poſtea Cla
nis dictus, qui ex agro Veſtino Apenniniſq; montibus de-
fluit: Ptolemæus aliquantulum à mari recedentes Mintur-
nas ponit: Romanorum colonia fuit, unà cum Veſtino de-
ducta, Sacroſanctamq; uacationem habuit ob cœli grauita-
Caieta tem. Liuius X. Caieta cum portu nobili, Leſtrigonum pa-
tria. Silius. Et regnata Lamo quondam Caieta. Etymum ab
Aeneæ nutrice trahit Virgilio Straboniq;. Sinui Caietano
Cecubus mõs continuus Cecubus mons & ager, uitibus laudatus, cui ad-
Fundi iacent Fundi uia Appia. Quæ oppida ſanè omnia Frederi-
cus rex Columnenſibus paulò antè dono dederat, deinde à
Liris flu. Ludouico Gallorum rege ablata. Liris amnis ex Apennino
fluit nunc Garilianus, ab accolis uocatus: haud longe ab eius
Sinueſſa oſtijs Sinueſſa, aliud à Sueſſa, celebris quondam urbs, nunc
uicus paruus, in ſinu locata, unde nomen accepit: atq; hæc
quidem in ora latinorum loca præcipua. Nunc à littore re-
motiora attingam, Poſt Romam proxime ager Laurens,
Laurentum oppidumq; Laurentum, Latini regia, à lauru in eo loco in-
uenta Seruio: iuxta Lauinium à Latini fratre. Lauinia uerò
ab Aeneæ coniugis nomine, eodem teſte autore. Dionyſius
autem treis diuerſos ac propinquos populos ponit. Lauren-
tinos, Lauinienſes, & Lanuuiatas. Antoninus in itinere ab
Oſtia Laurentum XVI. mil. paſſ. unde Lauinium totidem.
Lauinium, nunc Caſtellũ Columnenſium ciuitas diuina exi-
ſtimatur, teſtimonio reperti quondam marmoris à Proſpe-
ro ex ea familia cardinale. Municipes erant, quibus ciui-
tas ob antiquitatem data, ſacraq; addita, inſuper & bello
Lanuuii Latino pepercerunt, ut Liuius in VIII. Lanuuij & Lanu-
uium ciuitas, ubi eodem teſte autore templum erat Iuno-
nis ſoſpitæ, cui omnes Cos. ex omnibus ciuitatibus ſacrifica-
Numicius bant. Numicius amnis Aeneæ morte inſignis: quem undis
Ardea immerſum, pro Ioue indigete colunt. Ardea, Turni & Ru-
tulorum regia, à Danaë Perſei matre ædificata, quæ adhuc
Alba exſtat. Alba Aſcanij ædificium ante urbem conditam annos
CCC. ubi reges longo ordine uſq; ad Numitorem & Amu-
lium ſucceſſere: hinc mons & lacus, & templum latialis Io-
uis Tarquinio Priſco impulſore ædificatum, quò ad ferias
Latinas quotannis conueniebant, uiſceratioq; fiebat, id eſt,
carnis diſtributio ſingulis petentibus, iuueniſq; ſacrorum
princeps ex eadem gente conſtituebatur. Cicero pro Milo-
ne: Vos Albani tumuli. Nam hodie quoq; ab Appia porta
uſq; ad Albanum ſepulcra tota ferè uia uiſuntur: unde pau-
cos ante annos effoſſam ac delatam ad ædis conſeruatorum
magno miraculo uidimus mulierem integro corpore obli-
tam craſſo unguento, ſupra annos MCCC. quantum ex eru-
tis uicinis marmoribus conijcere poteramus extinctam. Al-
bani uicti à Tullo Hoſtilio fuere, ac in Cœlio monte per-
miſsi habitare: oppidum à Romanis dirutum, atque iterum
reſtitutum Henricus tertius Imperator rurſus deleuit. Nunc
autem Sabellorum ditionis. Prope etiam Sabelli caſtri ueſti-
gia uidentur, unde gens ea originem duxit, ubi cœnobium
antiquum refecit ætate noſtra Ludouicus Patriarcha Aqui
leienſis. Aritia urbs quondam nunc Riccia uocata in breue
redacta caſtellum à Syluio Sabello poſſeſſum. Huic proxi-
mum Dianæ Tauricæ templum fuerat quod Artemiſium uo Aritia
cabant CLX. ſtad. ab urbe diſtans, hodie Cinthianum pu-
tatur ex Dianæ nomine adhuc uocatum Columnenſium ca-
ſtrum. Hic plurima licia ac uittæ ſuperſtitiorum pendebãt:
hic uallis inter utrunq; oppidum ubi Aegeriæ Numæq; col Cinthianum Vallis ægeriæ
locutio dicitur fuiſſe. Hic Hippolytus Virbij nomine poſt-
quam reuixit translatus, Oreſtes quoque & Iphigenia ex Iphigenia
Taurica regione cum deæ ſimulacro aduectæ, templum id
conſtituerunt: ubi rex Aricinus ſacerdos nefario ritu præ- Aricinus Rex
ficitur, qui regem ante ſe & hoſtiam humanam prius ma-
ctauerit. Itaq; fugitiuus eſt aliquis ſemper necem & ipſe cõ-
tinuo ac inſidias cauens: autores Strabo, & Sillius. Cinthia- Lacus
no item proximus eſt lacus in alta ualle nemoribus cinctus,
in quo demerſam antiquitus nauim Proſper Card. Columnẽ
ſis patrum memoria extrahi iuſsit, quam Baptiſta Albertus
uir planè antiquarius ac doctus, exiſtimabat de induſtria
collocatam, ut inde fons oppido ſubminiſtraretur. Nemus Nemus oppidum
item aliud oppidum uicinum ſub eadem familia. In Nemo-
rẽſi Cæſar uillam incœperat loci amœnitate captus, ut Trã-
quillus. Tuſculum clarum uilla Ciceroniana & Catonum ge Tuſculum
nere, ædificium Telegoni Vlyſsis & Circes filij. Sillius Mœ
nia Laertis quondam regnata nepote. Videmus nunc eius
ueſtigia ſupra caſtrum Fraſcati, fontemq; ex eo uſq; Romã
manantem. Tuſculani Frederici Aenobarbi Imperatoris
quondam coniuncti copijs, Romanos inſigni clade adfece-
re, ut poſtea reſipiſcere non eſſet. Romani itaque memores
iniuriæ poſt aliquot annos tanta in eos ira perciti ſunt,
ut uix urbis fundamenta relinquerent. Algidum in alto Algidum
monte ſitum ex aëris algore propterea dictum, nunc Roca Rocca
papæ ex ueteris ſitu deſcriptionis exiſtimatur, ſyluaq;
proxima adhuc Allij ſylua cognominatur. Collatia prope Collatia
Romam uia Tyburtina, ubi ſtuprum Lucretiæ, nunc nulla
ueſtigia. Gabij uia Præneſtina diſtant centum ſtadijs ab Gabii
urbe æque ac Præneſte, ut ait Strabo. Id Zagarolum qui-
dam exiſtimant, quod mihi non probatur, cum propinquio-
res urbi ex ſupradicta autoritate deprehendantur, potius
autem interiere. Lacus Regillus nunc S. Seueræ. Columna Lacus regillus
oppidũ cuius adhuc ueſtigia uidentur. Præneſte uerò ipſum Columna
in conſpectu urbis orientem uerſus autorem habet Cæ- Præneſte
culum Vulcani filium apud Virgilium. Strabo Polyſte-
phanum, Plinius Stephanen appellat. dicitq; Præneſte ob
lentiſci copiam poſtea uocatum, quod Græci πρίνον di-
cunt. Feſtus, autem, quod montibus præſtet, ubi ſitum eſt.
Hic Sulla XII. hoſtium milia unà cum ipſo Mario iuniore
interfecit. Templumq; fortunæ condidit, unde ſortes pete-
bantur. In eoq; lithoſtrota primum cœpere, ut autor Pli-
nius. Hoc oppidum inſequentibus temporibus etiam diru-
tum, primum à Bonifacio VIII. deinde Eugenio IIII.
Verſus autem meridiem Labici oppidum, quod nunc Labici
Valliſmontonũ comitum ditionis, quidam eruditi putant.
Ser. dicit hos à Glauco Minois filio etymum trahere:
Nam cum is in hæc loca ueniret, uidiſſetq; diſcinctos, zo-
nam tri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

nam tribuit, qua ſeſe clypeoſq́; accingerent, quaſi ἀπὸ τῆς
λαβῆς. Virgilius & picti ſcuta Labici. Liuius in IIII. Q.
Sulpitius Priſcus oppidum Labicos corona aggreſſus ſca-
lis captum diripuit. Cenſuitq́; ſenatus frequentem coloniam
deducendam, coloni ab urbe CL. miſsi iugera acceperunt.
Tybur — Tybur XVI. ab urbe mil. Argeo poſitum colono. Corax al-
Corax — terius autor oppidi diſtantis XX. paſſuum millia. Tybur-
tini & Tyburtes dicuntur, apud hos multa uetuſtatis mo-
numenta, Hadriani & Marij Vopiſci uillarum, Tybur-
Anio — tinus lapis, Anio flumen cum Albunea, qui apud eos cata-
ractis impellitur magno impetu è ſublimi in præceps. Di-
citur apud ueteres, tum Martialem, ebur ac dentes can-
didos reddere: apud Pauſaniam uerò frigidum primo in-
gredientibus, deinde caleſcere: oritur tacito è montibus
Sympruinis, coniungitur Tyberi, tertio ab urbe lapide. Ti-
bur dirutum quondam à Frederico Aenobarbo Imp. poſt
aliquot annos reſtitutum eſt. Via tiburtina ultra Anie-
Mons ſacer — nem III. mil. conſpicitur mõs ſacer quod Ioui ſacratus eſſet.
Velitræ — ut ait Feſtus. Huc plebs Romana olim ſeceſsit. Velitræ, in-
colæ Veliterni & Velitrani Auguſti genere inſignes, ho-
Nympheus — die ditiſsima ciuitas. Deinde Nympheus fluuius. Hinc Vol-
Volſci — ſci incipiunt. Inter orientem uerò & Septentrionem Fide-
Fidenæ — nas inter Anienem & Tyberim ac Eretum fuiſſe depre-
hendimus, quod Plinio teſte Tyberis eos à Vaticano ſicuti
Cruſtuminios à Veientibus diuidebat. Diſtitiſſe præterea
XL. ſtadijs tantum ab urbe Dionyſius dicit. Coloni enim Ve
ientum fuerant. Contra quos poſt Sabinos primum bel-
lum geſsit Romulus. Liuius IIII. ſcribit eos Veientum
conſanguineorum ſuorum bello irritatos, Romanos le-
gatos interfeciſſe, quorum ſtatuæ in roſtris ob honorem po-
ſitæ fuerunt, mox Fidenis expugnatis necatiſq́; ſontibus, no
ui coloni inducti, quibus Fidenates interfectis rurſus re-
bellare. Iterum ab Aemylio Dictatore captæ deſolatæq́;
ſunt Fidenis, ut ait Tranquillus, ruina theatri hominum
Cruſtuminii — XXII. millia periere. Cruſtuminij paulo ſupra Fidena-
Caletranus a-ger — tes. Ager Cruſtuminius & Caletranus dicitur Plinio oppi-
dorum nomina tenere. Cruſtuminiũ oppidum Colonia Al-
banorum Dionyſio eſſe dicitur. Liuius quoque ſcribit hos
Ceninenſes — populos ſimul & Ceninenſes & Antennates, indignatos
Antennantes — ex raptu Sabinarum, contra Romanos profectos fuiſſe
Acrone duce, ex quo uicinos fuiſſe apparet. Ideo Plinius in-
ter Sabinos ponit. Strabo autem inter Latinos. Inter Cru-
Eretum — ſtuminios Eretum oppidum, nunc mons Eretundus. Vir-
Nomentum — gilius, Ereti manus omnis. Iuxta hoc Nomentum ponunt
caſtrum hodie notiſsimum, uiam habet ab eo cognomina-
tam: omnia ſanè ditionis Vrſinorum. Plinius connumerat
populos LIIII. in antiquo latio, iam uſque ſuo tempore
interijſſe, inter quos Fidenates, Collatiam, Gabios, Cruſtu-
Bolę, Coriolũ — mium, Antennam, Ceninam, Bolas, Coriolum, quo ſe Mar-
tius Coriolanus exul receperat: oppidaq́; huiuſmodi te-
Satrium — ſte Liuio Romanis ademit, Satrium, Longulam, Corio-
Longula — los, Nouellam, Poluſtram, Corbionem, Veteliam, Trebiam,
Nouella — Labicos, Pedum. De hoc Liuius. Ad urbem à Pedo ducta,
Poluſtra — & ad foſſas Claudias & Bouillas ab urbe paſſus mille po-
Corbio — pulatur. Pedi autem quod hic commemoratur Horatius
Vetelia — meminit. Quid dicam te nunc facere in regione Pedana.
Trebia — Hernicorum nunc populos Campaniam uocant, ſunt au-
Pedum — tem Allatrium, Anagnia, Fruſino, prope quem Coſas labi-
Hernici — tur fluuius Straboni. Verulum, Signia, uini auſteritate no-
Allatrium — tiſsima. Ferentinum. Hernia enim ſaxa ipſorum lingua uo-
Anagnia — cant, quibus horreſcit tota regio, de his Liuius in VIII.
Fruſino — Martius Tremulus Longus omnem gentem Hernicam in
Coſas flu. — deditionem adcepit. Et paulo ulterius. Anagninis, qui ar-
Verulum — ma Romanis intulerunt ciuitas quæ ſine ſuffragij latione
Signia — data fuerat adempta, & magiſtratibus præterquam ſacro-
Ferentinum

rum curatione interdictum. Volſci ſeptentrionem uerſus — Volſci
cum Marſis terminant, quorum Sueſſa caput: quam ultra — Sueſſa
Lirim ſitam Tarquinius Priſcus adſcitis Hernicis expu-
gnauit, una cum Pometia, è cuius manubijs templum Ioui — Pometia
latiali apud Albanum excitaui. Pometiæ uerò urbs & agri
Pometij in hac parte frequens apud autores mentio, quæ
iam & ipſa interijt. Huius enim coloni Sueſſam migrarunt,
ex quo Sueſſa Pometia dicta, deinde Veſtinorum. Supra
uerò Caſinum præclara ciuitas latinorum nouiſsima, in- — Caſinum
quit Strabo, nunc oppidum cum Cœnobio S. Germani diui
Benedicti commoratione nobilitato. Silius. Nymphiſq́; ha-
bitata Caſini Rura euaſtantur. Sora colonia quæ tempore
Annibalis defecit ad Samnites interfectis Romanis colonis: — Sora colo.
uicta deinde à M. Pœtilio & Gn. Sulpitio Coſs. ac Samni-
tibus ſecuri percuſsis deducta noua colonia, ut Liuius Po-
ſtremo à Frederico Aenobarbo, ſedente Gregorio VIII.
diruta eſt. Noſtra ætate Ducem habuit urbis præfectum
Sixti pont. fratris filium. Sub Sora inter Liris fluenta, ue-
luti inſula Interamna continetur Plin. In hac parte eſt illa — Interamna
inſula amœna, de qua loquitur Cicero de legibus. Hic etiam
Fregellæ olim urbs florentiſsima cum à Romanis defeciſ- — Fregellæ
ſet diruta, & ad uicum iam uſq; à Strabonis tempore reda-
cta. Ea nunc ſiue ex eius ruinis Ponſcoruus oppidũ exiſtima
tur. Silius: Et quæ fumantem texere giganta Fregellæ. Aqui — Aquinum
num iuxta eſt, quod Melpha fluuius abluit Straboni: Et Ar- — Melpha
pinum. Quorum alterum diui Thomæ, alterũ Ciceronis & — Arpinum
C. Marij natalibus gloriatur: ex quo Arpinates hodie ob ho
norem tanti municipis tris literas M.T.C. pro ſigno publi-
co conſcribunt. Liuius in VIIII. eo anno Sora & Arpi-
num recepta à Samnitibus: & libro X. Arpinatibus & Tre-
bulanis ciuitas data. Atina inter Liris & ipſa confluenta. De — Atina
qua ſic in libro Coloniarum ſcribitur. Atina muro deducta
Colonia. Deduxit Nero Claudius. Iter populo non debetur.
Ager eius pro parte in lacinijs & ſtrigis eſt adſignatus. Vir
gilio quoq; Atina potens in catalogo dicitur. Scaptum iam
interijt. Frabateria quæ nomen adhuc retinet. Meminere Si- — Frabateria
lius & Iuuenalis. Venafrum bacca nobile. Setia. Priuernum — Venafrum Setia
Camillæ patria. Virgilius: Priuerno antiqua Metabus cum — Priuernum
excederet urbe. Proxima huic Sermoneta nouo nomine op- — Sermoneta
pidum. Cui Caietanorum familia paulò antè dominabatur:
qua ſublata ab Alexandro ea terra cum uicina circum re-
gione Lucretiæ filiæ conceſſa. Atrium in eo eſt itinere, nunc
Itrium. Atriani inter priſcos Latinos à Dionyſio comme- — Atrium
morantur qui rebellauere. Hos autẽ populos confuſe ab au- — Atriani
toribus poſitos, eſt difficile ſanè iudicare inter quos fuerint,
ſicuti ſuprà narraui. Nam & Antium urbi uicinum, & Ve- — Velitræ
litras Liuius inter Volſcos ponit. Volſcis enim, inquit, uictis
Veliternis ager ademptus: & Velitras coloni ab urbe miſsi.
Et alibi Sp. Caſsius Cos. Antiates Volſcos fundit, fugatq́;,
compulſos in oppidum Longulam perſecutus, mœnibus po-
titur. Equi etiam qui fuerint populi non facile diſtinguun-
tur, commixti alioqui Latinis & Volſcis. Verba tantum Li — Equi
uij ponam ex libro VI. ut per ea ſit cuiq; perſpicere. Camil- — Liuius
lus, inquit, uictor ex Volſcis in Equos tranſit, & ipſos bel-
lum molientes cum exercitu eorum ad Bolas oppreſsit, ac — Bolæ
urbem aggreſſus, primo impetu cepit: & item libro X. So-
ram atq; Albam Coloniæ deductæ. Albam in Equos VI. mi- — Alba inter Equos
lia Colonorum ſcripta.

VMBRI, SABINI.

Vmbri

VMBROS Plinius uetuſtiſsimos Italorum po- — In Vmbria ter animalia pariunt
nit, quaſi ὀμβρίους, quod inundatione terra-
rum imbribus ſuperfuiſſent. Prius Siculos ait,
Liburnoſq́; expulere, qui agrum Præcutia-
num Adrianumq́; inuaſerant. Demum & ipſi à Tuſcis ex-
pulſi ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

pulſi ſunt c c c. eorum urbibus expugnatis. Tuſci uerò deinde à Gallis. Stephanus grammaticus ex autoritate Ariſtotelis ſcribit in Vmbria ter in anno animalia parere, arbores biferas fructus ferre: Mulieres plerunque geminos parere. Termini eorũ hinc Tuſci, inde Sabini. Ex aquilonis autẽ latere longo tractu uſque ad mare Adriaticum Straboni protenduntur. Nunc uerò Apenninum non tranſeunt. Primum igitur poſt latium oppidum Otriculũ in monte ſitum. Quod quidam inter Sabinos ponunt, ut Strabo, Plinius inter Vmbros. Ameria urbs antiquiſsima condita Annis D C C C C L X I I I I. ante Perſicum bellum, ut Plinius ex autoritate Catonis. Ager Amerinus, ut ſcribitur in libro Coloniarum, lege Auguſti eſt deſignatus, & ueteranis eſt quidẽ adiudicatus, & pro extimo libertatis legem ſunt ſecuti, ubi termini ambiguum nunquã circa ipſum oppidum, ſed extra tertium milliariũ Lex Cæſariana operta eſt, in abſoluto termini ſiti ſunt, id eſt, s s. P. S. De D C C C. P. S. X I I. Tuder, Silius: Et gradiuicolam excelſo in colle Tudertem, Martem enim colebant. Nunc quoq; natum ad arma populum uidemus, & continuis ſeditionibus ad nihilum pene redactum. Iturũ Strabo hic cõmemorat. Plinius uerò Arnates, Caſuentinos, Carſulos, quam nunc Caſcinam uocãt. Sunt & nouis nominibus Cærctum, Mons falcus, Pontem, clarum Ludouico iuriſperito: Meuania clara Propertio & Clitumno amne dealbandis iumentis memorabili. Eam quoque Tines paruus fluuius præterlabitur, ut Strabo & Silius. Spoletum Colonia Romana teſte Plinio in libro Coloniarum ſcribitur. Ager Spoletinus in iugeribus & limitibus interciſiuis eſt adſignatus ubi cultura eſt. Cæterum inſolutus eſt montibus, uel ſubſitius, quæ reipub. alij Ceſſa Cenſita ſunt. Nam & multa loca hæreditaria accepit eius populus. Hic Theodericus rex nobile prætorium extruxit, cuius ſucceſſores Gothi oppidum id euerterunt, reſtitutum deinde à Narſete. Hic etiam ducem Longobardi conſtituere, unde hæc regio tota apud poſteros cognomen accepit. Aſiſium & Aſiſinates incolæ, Plinio, Ptolemæo, clarum Diuo Franciſco eiusq; templo nulla materia conſtructo. Huic mons imminet Aſis, qui oppido nomen dedit, quin & fluuius ſimul putatur ex uerſu Propertiano, ſubiectumq; montibus Aſinis eſſe, quem Chiagium nunc uocant. Tifernum prope Tyberim nunc ciuitas caſtelli, ut ex Plinio conijcimus, qui ait Tyberim per Vmbros non longe à Peruſia Tiferno ac Otriculo ferri: Tifernatesq; inter Vmbros collocat. De hoc ſcribitur in libro Coloniarum. Ager Tifernus in Centurijs fuit adſignatus, poſtea iuſſu imperatoris Tyberij Cæſaris quis prout occupabat miles. Deficientibus his alijs paucioribus eſt adſignatus, termini plerique qui ratione obſeruationis tantum aſcendunt quantum rectura limitum. Hodie in ea ciuitate Vitelliorum factio præpollet. Nicolaus eius familiæ princeps à Sixto pontifice pulſus: deinde populi fauore reſtitutus arce diſiecta, tandem multa quondam in patria cæde facta facili morbo deceſsit. Filij pariter extincti. Camillus in prælio. Paulus quod bellum aduerſus Piſanos cœptum ducere putaretur, captus à Florentinis quibus militabat, ac ſecuri percuſſus. Vitellotius deniq; natu minor idem ſecutus fatum ſub duce Valentino Alexandri Pontificis filio, cuius exercitum ductabat: quum aliquando transfugiſſet, reconciliationis deinde ſimulatione Senogalliæ, una cum cæteris captus & trucidatus eſt. Qui uix tyrocinio poſito iam pene toti Italiæ tum Gallorum regi formidoloſus cœperat eſſe, Cuius cæde accepta fratri notho patriæ præſuli in oppidum redeunti, Tifernates portas clauſere, ac ſeſe antiquo eccleſiæ iuri Alexandroq; pontifici permiſere. Oppidum Burgi ſexto hinc milliario. Quod mœnibus auxit Guido Petramala Arretinus præſul, ditionis eccleſiæ ab Eugenio I I I I.

Otriculum
Ameria urbs
Tuder
Martis tẽplũ
Iturum
Arnatæ
Caſuentini
Carſuli
Cerctum
Mons falcus
Pontum
Meuania
Clitumnus
Spoletum
Aſiſium
Aſis mons
Tifernum
Vitelliorum factio
Burgum S. ſepulcri

Florentinis ob duodecim millia aureorum mutua pignori datum: Fulginia urbs Silio appellatur. Plinius Fulginates nominat, & Foroflaminienſes: Strabo tantum forumflaminij. Hiſtoria recentior habet, quòd à Longobardis id oppidum dirutum fuerit, ubi Forum flaminij, aliudq; prope inſtauratum quod nunc cernitur. Huius loci tyrannus Vgolinus Trincius ſub Bonifacio I X. fuit, eiq; Peruſiam quandoque rebellem ſubdidit. Eius ſucceſſor Conradus cum Brachianas partes ſequeretur Martino V. pontifici aduerſas, per Franciſcum Sfortiam ei bellum mouentem ad ipſius Pontificis eccleſiæq; autoritatem ſe conuertere, ex datæ pacis conditione compulſus eſt. Iſpellum in codice ſitum Straboni Plinioq; antiqua Brachianorum poſſeſsio Nuceria in Apennino ſita. Quatuor eius nominis in Italia, alia in Campania, tertia item in Apennino prope Mutinam: Quarta in Apulia, Nuceria Apulorum Ptolemæo uocata, alijs Luceria. Gualdum nouum oppidum Pontificis, ſequitur factiones Peruſinorum. Inginum. Plinius inter Vmbros Ingininos ponit & Arnates. De his urbibus Silius ſic ait: His urbes, Arna, & lætis Meuania pratis. Iſpellum, & duro monti per ſaxa recumbens Narnia, & infectum nebulis humentibus olim Inginum, patuloq; iacens ſine mœnibus aruo Fulginia. Inginum quidam Eugubium falſo putant, quum de lino Eugubino Plinius mentionem faciat, quapropter antiquum & ipſum, quod decorauit Vbaldus eius urbis & ciuis & præſul ſub Alexandro I I I. uir ſanctiſsimus. Hanc ex pontificum ditione primus occupauit Antonius Feretranus. In hac prouincia ponunt & Saxoferratum, de quo plura mox in Piceno. S A B I N I iuxta Vmbros ponuntur, dicti Plinio quaſi Seuini à deorum cultu. Strabo antiquos eſſe Sabinos, & indigenas dicit, ab eisq; & Samnites, quos etiam Sabellos uocant, & Picentes deſcendiſſe: ac uiam ſalariam ſtrauiſſe, quæ à porta Collina incipit, & in quam Nomentana incidit apud Eretum Sabinorum oppidum, ſuprà Tyberim iacens. Cato à Sabino Sangi filio ortos. Dionyſius commixtos Laconibus dicit, qui fugientes duritiem legum Lycurgi in Italiam circa Terracinam Feroniæ Templum conſtituere, ex eisq; pars ad habitandum cum Sabinis profecti, puritatem uiuendi, moresq; laconicos docuere. Silius à Sabo & Sancto uidetur originem repetere. Ibant & genti pars Sanctum uoce canebant Autorem generis, pars laudes ore ferebant Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus dixiſti populos magna ditione Sabinos. Sanctus hic, ut ait Ouidius, tribus appellabatur nominibus: Sanctus, Fidius, Semipater. Quærebam Nonas Sancto Fidio'ne referrem, An tibi Semipater: cum mihi Sanctus ait? Cuicunque ex iſtis dederis, ego munus habebo. Nomina terna fero, ſic uoluere Cures. Cures enim Sabinorum quondam metropolis interiere, Tatij Numæq; patria, unde & quirites dicti Straboni. Sabini igitur Nare & Aniene fluminibus interluuntur. Nar enim, ut Plinius ait, è monte Fiſcelli defluens iuxta Vacunæ nemora & Reate: ex alia parte Anio ex monte Trebanorum Plinio ortus, lacus tris amœnos ambo faciũt, qui Sublaqueo quod & Sublacum dicitur, nomen dedere. Tacitus è Sympruinis montibus ait Anienem oriri. Farfarus amnis ubi Cœnobium celebre ac notiſsimum. Virgilius: Et amœnæ Farfarus undæ, proximus eſt. & Allia itẽ paruus amnis clade Rom. inſignis, nunc Curreſius ab accolis dicitur. Cæteros Sabinorum populos Plinius latiores facit quàm Strabo. Nam ab Anieni propinquis incipit, in quibus ſunt Fidenates, Cruſtumij, Eretum, Nomentum, & huius generis, de quibus inter Latinos dixi Strabonem ſecutus. Reate Sabinorum urbs Italiæ medium Plinio. Hic prope campus Roſeæ, & lacus Velinus, qui ab oppido nunc Pe-

Fulginia
Foroflaminienſes
Trinciorum familia
Iſpellum
Nuceria
Gualdum
Inginum
Eugubium
Sabini
Sabus
Sanctus
Cures metropolis
Nar flu.
Sublaqueum & ſublacum
Farfarus
Allia flu.
Reate Italiæ medium.
Velinus lacus
Campus roſeę

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

deluco nomen accipit. Virgil. Et Roſea rura Velini. Pli-
nius ſcribit, cum Vopiſcus cauſam apud Prætores ageret,
campos Roſeæ dixiſſe Italiæ ſumen eſſe, in quibus perticas
Sacrani pridie deſectum gramen operiret. E Reate orti Sacrani
Muli Reatini ſunt appellati, ut inquit Feſtus, qui è Septimontio Ligu-
Narnia quæ & Nequinum res Siculosq́; eiecerunt. Nam uere ſacro erant orti. Fe-
ſtus Arcades eſſe dicit, qui cum peſtilentia laborarent ſa-
crum uouerunt uer. Virgilius: Sacranæq́; acies. Reatinos
mulos Strabo magnopere commendat. Præterea Narniam,
Trebulam, Interamnam, Nurſiam, circaq́; loca, Plinius
inter Sabinos ponit, Strabo inter Vmbros. Narniam, Nar
amnis interluit. Nequinum antea dictum, ob loci iniquita-
tem ac aſperitatem, Plinio. Hinc fuit Captamelata Dux in-
uictiſsimus, & qui plures Venetis uictorias peperit, quam-
Tetricus mõs obrem ab illis equeſtri ſtatua eſt honoratus. Adiacet &
Narniæ Tetricus mons aſperrimus, unde Tetrici homines
ſeueri dicuntur Feſto. Virgilius: Qui Tetricæ horrentis
Caſperii rupes amnemq́; ſeuerum, Caſperiosq́; colunt, Forulos, &
Foruli
Imellum nomen Imelli. Qui populi iam interiere ſimul cum Ami-
Amiternum terno, cuius Plinius, & Alfatentia, cuius etiam Liuius me-
Alfatentia minere. Interamna prata adeo irrigua habet, ut quater in
Interamna anno ſecentur Plinio. Poſt hanc Interamnæ duæ eidem po-
nuntur autori, inter Præcutinos, ut alibi dixi, quæ Liuio
Trebula quæ Interamnis dicitur libro IX. ac inter Latinos. Trebula ho-
& Mutiſcæ die Treuium. Plinius ait hanc Mutiſcas, & Suffenates
prius uocatas. Virgilius: Oliuiferæq́; Mutiſcæ. Fluuius au-
Tinna tem prope oppidum Tinna Plinio memoratus exiſtimatur,
Silio Timia uocatus, Timiæq́; inglorius amnis. quidam
Sanctulus hunc chiagium potius. Nurſia cunctis borealior: hic San-
ctulum præsbyterum ac confeſſorem colunt, qui tempo-
Nurſia re Gregorij primi fuit. Nurſinos Auguſtus grauiter mul-
ctauit, quod in tumulo ſuorum, qui apud Mutinam ceci-
derunt, pro libertate extinctos inſcripſerunt. Huic uici-
Carſuli num oppidum Carſuli Plinio, unde Carſulani, quod Caſci-
nam nunc uocant.

PICENTES.

Picentes PICENTES numeroſi quondam populi:
CCCLX. eorum oppida in poteſtatem po
puli Romani ueniſſe, ortos præterea à Sa-
binis uoto uere ſacro autor eſt Plin. Stra-
Pici auſpiciũ boq́; eoſdem dicit uſos Pici ductoris auſpi-
cijs, unde Picentes dictos & regionem Picenum. cur au-
Marchia tem nunc Marchia dicatur ſuperius in regione Venetiæ di-
xi. A populo Romano & hi unà cum Marſis defecere, in
quos demum uictor Pompeius Strabo Magni pater acriter
animaduertit. Siti ſunt trans Apenninũ ad mare uſq́; Adria-
Rubicon flu. ticum longe magis quàm late Porrecti, ut ait Strabo: à Ru-
bicone uſque ad Homatrium fluuium ac Adriam oppidum.
Rubicon ipſe nunc Piſitella, paruus quidem amnis, ſed me-
morabilis quod terminus Gallorum ac Rom. prouinciæ fue-
rit, nec legionibus ultra tranſire licebat, ut ex inſcriptione
eius loci huiuſmodi: P. R. Imp. miles, tiro, commilito, quiſ-
quis ea manipularie'ue, cẽturio'ue, turmæ'ue, legionarie'ue,
ſiſtito uexillum, nec ultra hunc amnem Rubiconẽ ſigna'ue
ductũ cõmeatum'ue traducito. Si quis huius iuſsionis ergò
aduerſus ierit, feceritue, adiudicatus eſto hoſtis pop. Rom.
ac ſi contra patriam arma tulerit, penatesq́; è ſacris pene-
tralibus aſportauerit S. P. Q. R. Sanctio plebiſciti. S. V. C.
Ariminium Liuius XIIII. coloniam dicit in Picenum cum
Beneuento deductam. Rurſus libro XIIII. Sẽpronio præ-
tori Ariminum prouincia obuenit. Strabo Vmbrorum di-
cit Coloniam. Hæc prius à Cæſare occupata, initium belli
ciuilis dedit. Hucuſque uia flaminia munita fuerat, ut in
Gallia dixi. Hic & concilium celebratum, quod Hiero- Concilium
nymus improbatum dicit. Ornatur hæc urbs præſule ſimul Ariminenſe
& martyre Gaudentio ſub Conſtantio principe, ob Arria- Gaudentius
nos ei aduerſos. Patria fuit Epheſinus ſepultusq́; in eadem
regione, ubi templum ſimul cum Cœnobio dicatum ei poſt-
ea fuit. In porta urbis hæc legitur inſcriptio: Imper. Cæ-
ſar diui Iul. Fi. Auguſtus Pont. Max. Cos. XXIII. Trib.
Pot. XXII. P P. murum dedit curante L. Turno Secundo
Aproniani Præfect. urbis Fi. Acteio. V. C. Correctore
Flam. & Piceni. Inſequentibus temporibus à Vitige Go-
thorum rege obſeſſum, Ioannes Vitaliani Dux Iuſtiniani
Cæſaris defendit. Quumq́; exarchatui ſubeſſet unà cum ui-
cinis oppidis Romano ceſsit Pontifici: poſtremo in Malà-
teſtarum ditionem uenit. Quæ familia à Malateſta initium Malateſtarum
ſumpſit temporibus Othonis III. cuius amicitia atque au- familia
toritate plura ille obtinuit loca. Ex hoc nati Maſtinus,
Pandulphus & Galeoctus. Hic ultimus cognomento Vn-
garus appellatus, dux belli clariſsimus fuit anno MCCC-
XXXIIII. Clementi VI. Contra Nicolaum Eſtenſem mi-
litauit: Quamobrem Arimini Vicarius eſt factus. Tris &
hic liberos ſuſcepit, Carolum, Pandulfum Galeatium. Ca-
rolus res in Italia magnas geſsit, ſæpe Florentinis, ſæpe Ve-
netis militando, moribusq́; ac grauitate ferè Catoniana.
Galeatius Piſaurum & Forum Sempronij tenuit. Quorum
alterum Franciſco Sfortiæ, alterum uerò Forum Sempro-
nij, Vrbini Comiti uendidit. Pandulphus & ipſe militia
clarus apud Mediolani ducem Ioannem Galeatium mul-
ta ſtrenue geſsit. Brixiam, & Bergomum in ſuam pote-
ſtatem redegit, diuq́; tenuit, tandem omnia pulſus à Vene-
tis amiſit. Tris item hic genuit liberos: Robertum, Si-
giſmundum, & Malateſtam: quorum primus natu maxi-
mus Ariminum poſſedit, uir ſanctitate ac miraculis clarus,
uxorem quam duxit nunquam attigit, nihilq́; ei potius fuit,
quàm egentibus opes diſtribuere, ac pudicitiam perpetuo
cum iuſtitia & uitæ abſtinentia colere. Quondam à pon-
tifice quædam loca ad eum pertinentia reddere iuſſus, con-
feſtim obtemperauit. Cum coorta in eum ſeditione quod
minus rem curare uideretur ſtrictis gladijs peteretur, ante
omnia effuſis ante deum precibus, foras mox egreſſus ſeſe
illis inermem tunicatumq́; tradidit. Ad cuius adſpectum
omnium animi deliniti ac furor compreſſus. Malateſta No-
uellus appellatus Ceſenam Ceruiam Britonorum poſſedit.
Sigiſmũdus quum prior eſſet ætate Roberto extincto Ari-
mino ſucceſsit, quum ante Fanum Senogalliamq́; teneret,
uir facinoribus coopertus & maioribus diſsimilis, cuius
atrocia facta ſatis in oratione Pij pontificis cum cõdemna-
tus fuit, manifeſta ſunt. Dux alioqui belli haud obſcurus.
Hic tamen (quis crederet) leui morbo ac facili perijt, præ-
teritorumq́; pœnitere monſtrauit, relicto filio Roberto Robertus ma-
Magnifico cognomento. Qui ex duorum bellorum uicto- gnificus
ctorijs oſtendit iuuenis quantum cæteris præſtitiſſet no-
ſtri ſeculi ducibus ſi per immaturam mortem licuiſſet. Alte-
ro cum Neapuleonem Vrſinum à Paulo II. miſſum cum
ingenti exercitu ſociali ad Ariminum expugnandum, cum
longe paucioribus ipſe ſuperauit. Altero uerò Alfonſum
Calabriæ ducem contra Sixtum pontificem ſumma ui pro-
ficiſcentem, collatis ſignis in prælio fugam turpiſsimam ad-
ripere compulit, captis omnibus ferè eius exercitus prin-
cipibus uiris. Roberti deinde filium nothum Pandulfum,
poſtquam is aliquot annos ſine controuerſia patriam te-
nuiſſet ditionem, nuper Alexander pontifex expulit, Cæ-
ſare filio ſurrogato: quo deiecto ille ſtatim reuerſus quum
ciuibus non ſatis fideret, urbem Venetis tradidit, qui eam
ad hunc uſque diem quanquam reclamante pontifice reti- Baptiſta
nent. Fuit & ex eadem familia Baptiſta Malateſta, cui & Malateſta
Leonard

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Leonardus Arretinus, & plurimi eo tempore eruditi, ut fœminæ doctiſſimæ ſcripta plurima dicabant. Poſt Ariminum ſequitur in ora caſtrum Durantis à Gulielmo Duranti decano Carnotenſi ædificatum, illo qui ſpeculum iuris compoſuit, cum illuc theſaurarius à Martino IIII. miſſus eſſet.

Piſaurum colonia

Iſaurus flu.

Piſaurum ciuitas ab Iſauro fluuio proximo, nunc Folia appellato, Romana colonia ſimul cum Mutina & Parma deducta, ut Liuius XXXIX. Inter colonos autem qui traducti fuerant, Accius Tragœdiarum ſcriptor ab Euſebio memoratur, & iuxta fundus Accianus ab eo cognominatus. Totilæ & hæc ruinam paſſa. Deinde à Beliſario reſtituta, poſteris temporibus à Malateſtis, ut dixi, dominata, à quibus diuendita Sfortiæ & Alexandro fratri conceſſa eſt. Huius poſtremo filius Conſtantius Ioannem filium nothum ſucceſſorem habuit. Is ab Alexandro pont. gener adſcitus, ſpreto mox matrimonio ac dirempto ab eiuſdem exercitu nuper expulſus, ac filius ſurrogatus eſt, quo rebus excidente Io. ſtatim reuocatur. Prope Iſaurum Cruſtumium torrens eſt. Lucanus. Cruſtumiumq; rapax, hodie Conchliam uocant. Focaria item promontorium cum IIII. paruis oppidulis.

Fanũ fortunæ

Fanum fortunæ ſimilem paſſum ruinam, & ab eodem reſtitutũ, Cardinale nunc ſuo Iulij beneficio decoratur Gabriele Iuriſperitiſſimo.

Metaurus fluuius

Senogallia

Metaurus amnis cæde Aſdrubalis memorabilis. Senogallia à Senonibus condita. Silius, Et Senonum de nomine Sena. Hanc Sixtus præfecto urbis fratris filio regendam conceſſit.

Eſis fluuius

Ancona

Eſis fluuius qui & oppido Eſio nomen dedit Plinio, nunc Flumeſinus dictus. Ancona è ſitu quod quaſi cubitum in Adriaticum promineat, Syracuſanis qui Græci Dorici erant Dionyſij tyrannidem fugientibus, ædificata Stra. Lucanus, Quam Dorica ſuſtinet Ancon. Eius humilior pars à Gothis quondam obſidentibus diſiecta, Conone Iuſtiniani duce male defendente: ab altero deinde duce Narſete, & obſidione liberata, & ædificijs reſtituta, profligatis ab eo LXVII. Gothorum nauibus. Poſtea à Saracenis Lotarij Imper. Sergij Pont. temporibus poſt Venetorum naues in Tergeſtino ſinu incenſas, oram omnem depopulãtibus Ancona capta atq; incẽſa eſt.

Portus Anconitanus

Portũ in ea excitauit Traianus princeps ex marmoris eo loco inſcriptione: Imper. Cæſari Diui Neruæ F. Neruæ Traiano optimo Aug. Germanico Dacico, Pont. Max. Trib. Pl. XIX. Imper. XI. Conſ. VI. P. P. Prouidentiſſ. princip. S. P. Q. R. Quod adceſſum Italiæ hoc etiam addito impenſa ſua portu, tutiorem nauigantibus reddidit. In libro autem Coloniarum ſic ſcribitur: Ager Anconitanus limitibus Græcanicis in centurijs eſt adſignatus.

Numana

Poſt Anconam Numana ſita eſt, quidam Humanam dicunt in marmore legiſſe, ueteris ueſtigia nominis tenens, à Siculis item condita. Plinius meminit, etiam Silius.

Cupra

Cupra uetuſta urbs Tuſcorum ædificium, ubi templum Iunonis erat quod Cupram Iunonem appellabant, ut Strabo: Silius quoque: Quis littoreæ fumant altaria Cupræ.

Caſtrũ nouũ

Caſtrum nouum, uetus etiam oppidum, hodie Flauianum. De his ſcribitur in lib. Coloniarum. Ager Cuprenſis, Truentinus, Caſtranus, Aternenſis lege Auguſt. ſunt adſignati.

Palmẽſis ager

Truentus flu.

Ager Palmenſis, in hoc tractu Plinio memoratur: nunc quoque turris palmæ. ſequitur fluuius Truentus cum oppido eiuſdem nominis, quod ſolum Liburnorum in Italia reliquum eſt, ut ait Plinius.

Matrinus flu.

Omatrinus

Vomanus

Adria Picentium

Deinde Matrinus fluuius Ptolemæo, Omatrinus Straboni, Vomanus Plinio, apud quem Adria eſt Picentium ſita, VII. millibus paſſuum à mari diſtans, Romanorum Colonia. Liuius libro XI. Sena & Adria Coloniæ deductæ. Aliam in Venetia dixi. Silius. Atque humectata Vomano Adria.

Aſculum Colonia

Intus autem Aſculum, Piceni nobilis Colonia inter Truenti brachia: ultima ferè Picentium in ea parte ac Capua, ut Antoninus in itinere. Captum in bello Marſico, maiorem alijs ſuſtinuit animaduerſionem, incenſa urbe quod legatos Aſculani interfeciſſent.

Beturius Borrus

Ventidius Baſſus

Cicchus mathematicus.

Cenſetur claris uiris Beturio Borro oratore, Ventidio Baſſo, qui de Parthis triumphauit. Recentioribus uerò Nicolao IIII. pont. & Cicchо mathematico. Ioſias autem nobilis adoleſcens ſub Caliſto III. tumultus in ea excitauit, Ioannem F. Sfortiæ fratrem qui Aſculanos defenſitauerat interficiendo. Quare paſſus exilium, tandem cum nec quieſceret, captus à Roderico legato pontificis propinquo, ac Romam ductus eſt.

Firmum

Firmum antiquum oppidum, cui præfuere diu præſules è Capranicenſium familia, donec Ioannes Baptiſta Pantagathus ultimus in matrona deprehenſus atque eiectus: cum aliquandiu exularet, tandem inexplorato redire auſus interfectus domi à populo fuit.

Præſul Firmanus

Liberoctus Firmanus

Nuper uerò id oppidum Liberoctus Firmanus inuaſit. Is haud ſane ex loco magno miles Cæſaris Alexandri filij fuerat, eiusq; fauore, tum etiam Vitellotij Tifernatis auxilio, cum quo adfinitatem iunxerat, Firmum ducẽtis ferè comitantibus armatis profectus, neceſſarios ac propinquos quos putabat dominationi poſſe obſiſtere, ad eum ſalutatum uenientes de improuiſo ſeptem numero trucidauit: urbisq; iam Tyrannus arcem quam olim Franciſcus Sfortia id ea inceptauerat (nam & id oppidum una cum reliquis in Piceno aliquandiu F. tenuit) abſoluere conabatur: uerum ultore deo ſequenti anno, eodemq; die S. Syluestri quo facinus ipſe perpetrauerat, à Cæſare contra quem conſpirauerat, una cum Vitellotio cæterisq; per proditionem captus atque interfectus fuit.

Vrbs Saluia

Vrbs Saluia Antonino, Pliniоq;, ubi nunc modica ſane ueſtigia Vrbiſaltæ caſtri.

Potentia Traiana

Potentia flumen & oppidum, olim Traiana potentia quæ Plinio & Ptolemæo in littore ponitur, nunc uerò ſub Recinenſibus.

Ager Potentinus

De qua in lib. Coloniarum: Ager Potentinus, & Recinenſis, & Pauſulenſis, eidem ſunt adſignati. Ricinenſium Plin. item meminit: eorum urbs Helia Ricina ad Helio Seuero principe ædificata: deinde à Gothis diruta. Coloni prope ædificauerunt Racanetum & Maceretum.

Maceretum Inſcriptio

Nam & Macereti hodie inſcriptio legitur huiuſmodi. Imper. Cæſari L. Veri Auguſti filio, Diui Pij nepoti, Diui Hadriani pronepoti, Diui Traiani abnep. Diui Neruæ atnep. L. Septimio Seuero Pertinaci Auguſto Parthico Max. Arabico Adiabenico ab pont. max. tribus pot. XIIII. Imp. XI. Conſ. III. P. P. Colonia Helia Ricina cõditori ſuo.

Sentinates

Sentinum Straboni: unde Sentinates Plinio, in quorum agro, ut Liuius X. ſcribit, Decius patris exemplum ſecutus, pugnando aduerſus Hetruſcos, Vmbros, & Gallos ſe deuouit. Hoc oppidum Longobardorum quoque uim pertulit:

Fabrianum

Saxoferatum

è cuius ruinis duo uicina oppida Fabrianum, & Saxoferratum constructa ſunt prope quod ad mille paſſus iuxta fluuium Sentinum adhuc uocatum, cernuntur ueteris ueſtigia ciuitatis: multaq; ſæpe reperta nomiſmata, lithoſtrota, pauimentaq; nobilia. Fluuius hic hodie terminus Piceni & Vmbriæ, ex hoc oppidum inter Vmbros ponunt. Fabrianum uerò ultra ſex milibus paſſuum inter Picenos, antiqua Clauellorum poſſeſſio fuit.

Clauellorum familia

Horum familia nobilis ad Baptiſtam poſtremo Thomæ filium redacta. Is cum auare crudeliterq; imperaret, odium publicũ cœperat eſſe: cumq; primores in eum coniuraſſent, hora ſtatuta in templo ſigno dato, inter ſacra illa ſymboli uerba, Et incarnatus eſt de S. S. pariter inſurgentes eum trucidauerunt, è ueſtigioq; ad ædis properantes, uniuerſam familiam, nulli neque ſexui neque ætati parcendo ſuſtulerunt: nec defuit per intemperantem libidinem, qui cum una ex illis uirginibus etiã interfecta rem haberet. Quapropter tanto ſcelere perpetrato, cum magnam ſibi populus inuidiam contraxiſſet, ac libertatem quam conclamauerat, non ſatis ei tutam ani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

maduerteret, ſeſe in Franciſci Sfortiæ fidem tradidit: nunc pontificum regitur auſpicijs, chartarum officinis ex magna parte uectigal quærens.

Auximum

Auximum in bello ciuili, in poteſtatem Cæſaris uenit. Deinde à Gothis captum, à Beliſario demum poſt longam obſidionem receptum eſt.

Cingulum
T. Labienus

Cingulum Straboni mons, Plinio uerò oppidum à T. Labieno qui è partibus Pompeianis fuit ædificatum.

Camerinum
Varranorum familia

Camerinum ſitu loci munitiſſimum, in Apennini iugo Varranorum genti diu poſſeſſum, in qua maximè Gentilis commemoratur, pluribus in Italia rebus geſtis: cui Rodulphus filius ſuccedens, quatuor & ipſe ditionis ſucceſſores liberos dimiſit, Gentilem Pandulphum & Berardum ex primo: ex ſecundo uerò matrimonio Petrum Gentilem, & Ioannem. Primi duo in ſecũdos cõſpirauerunt, corrupto Patriarcha Vitellio uiro factioſo, qui tunc legatus Picenum adminiſtrabat. Hic cum eos adcerſeret, alter tantum Petrus Gentilis comparuit; quem ſtatim monetæ adulterinæ accuſatum capite plecti iuſſit. Alter uerò Ioannes, qui domi remanſerat ob ſuſpicionem, à fratribus interim trucidatur, clam in cubiculum quaſi collocuturis conuocatus. Tantum igitur ſcelus Camertes auerſati non tulerunt, breuiq; pòſt tempore unà impetu in eos facto. Gentilem Pandulphum & Berardi filios obtruncant. Nam Berardus pater Tollentini quod oppidum in portionem eius ceſſerat, paulò antè interfectus fuerat. Protinuſq; libertate conclamata, ſeſe Franciſco Sfortiæ, qui tunc Picenum occupauerat, tradiderunt. Sed diuina poſtea prouidentia factum, ut extinctorum Inſontium filij patriam poſſiderent.

Iulius Varranus

Ex quibus Iulius Ioannis filius, cum in ſumma felicitate in ea iam conſenuiſſet, ad poſtremum Priami exitum habuit. A Cæſare nanque Alexandri pont. filio unà cum oppido, & tribus filijs, Venantio, Annibale & Petro captus, atque in arce Pergulenſi, quò ducti omnes fuere interemptus, uno tantum ſuperſtite Ioanne Maria natu minore, quem pater initio belli cum gaza Venetias ueluti Priamus Polydorum in Thraciam, meliore tamen fato miſerat, qui rebus Cæſarianis attritis Pio III. ſuccedente in patriam ditionem pacificus redijt.

Tignum

Tignum urbs antiqua, de qua Cæſar in Com. Interea certior factus, Termum pr. cohortibus V. tenere Tignum. Nunc S. Maria in Georgio.

Farſina

Farſina, ſic enim repertum in antiquis marmoribus in eo loco, non Sarſina, ut iam conſuetudo, clara Plauto alumno, & copia lactis, ut Silius teſtatur, olim inter Vmbros ponebatur:

Matelica
Tollentinum
Pollentia
Eſium
Feretrum
Forum Sempronij
Candianum
Luceoli

Matelica, Tollentinum, Pollentia, Eſium, Feretrum, Vrbinum, Forum Sempronij, oppida antiqua ſane omnia, unde Matelicates, Tollentinates, Eſinates, Pollentini, Feretrani, Vrbinates, Foroſempronienſes appellati Plinio. Luceoli apud Callium oppidum à Longobardis dirutum: cuius ruina Candianum alterum oppidum excitatum de nomine Candiani uicini fluminis. Luceolis enim Narſes audita Totilæ morte caſtra poſuit: hic & Eleutherius Exarchus quod ad imperium aſpiraret ab exercitu Rauennate interfectus. Iuxta Candiani ripam uiæ Flaminiæ pars cernitur, ſaxumq; CC. paſ. lon. & VIII. altit. perforatum ac peruium curribus, Forulum ex ea cauſa appellatum cum T. Veſpaſiani conditoris inſcriptione. In hac parte multa ſunt oppida à Feretranis Vbaldiniſq; poſſeſſa. Inter quæ Pergula, S. Angelus, ubi mercatus, Carda, Maſſa, Trabatia, qui locus prope Apenninum ex abiegna materia, ac trabibus ædificijs aptis, nomen auſpicatur. Ceſanus quoque flu, cum Mondaino caſtro poſt Metaurum.

Callium
Vrbinum

Callium nouum nomen. Vrbinum cuius meminit Tacitus in bello Vitelliano. Plinius ait Vrbinates cognomine Metaurenſes. Dum teneretur à Gothis Beliſarius poſt longam obſidionem tandem in deditionem accepit: quòd fons intus per æſtatem aruerat.

Comites Feretrani

Poſtremo in comitum Feretranorum poteſtatem uenit. princeps eius familiæ Guido, Bonifacij VIII. temporibus res multas in Italia geſſit, partes imperatoris Conradini ſecutus contra Manfredum. Progenitores eius iam inde uſque à tempore Frederici Aenobarbi cœperunt à quodam Oddantonio, cuius ſucceſſores Galeatius, Guidantonius, Fredericus, Nolfus, Fredericus: deinde Guido ſupradictus,

Guido
Fredericus

cuius ex fratre Feltrano nepotes Ludouico Bauaro militantes ab eodem Rom. pont. aduerſario, & in omnibus eius terris uicarios conſtituente alter Callio, alter Calaſſus Vrbino præficiuntur: cui deinde ſucceſſere Monfeltranus Boncontes, Monfeltranus alter Antonius, qui poſt Guidonẽ caput extra nidum exeruit: Eugubium rei patriæ adiecit.

Antonius Eugubii primus dominus

Franciſcum Cantiani principem ſuum aduerſarium, à legato Florentinorum pacis cauſa ex conſtituto coram deductũ uulnerauit: quapropter à Florentinis ob iniuriam bello petitus, ac ad æquum conuenire coactus eſt. Odonẽ habuit ſucceſſorem. Is quum matronas per libidinem ſectaretur, populari tumultu iuuenis interficitur: uncoq; in forum tractus, ac ſecta genitalia mordicus tenens.

Guido primus dux

Guido filius, primus Vrbini dux, parente melior, deo rebuſq; ſacris propẽſior, quàm armis, ad poſtremum amictu ordinis minorum efferri uoluit: Ante coniugium prolis cupidus, Fredericum Bernardini Vbaldini filium infantem loco filij educauit. Deinde ex Columnenſi matrimonio filio ſuſcepto: Fredericum in bellis militiaq; foris ablegauit: hunc domi nutriebat: quo puero extincto

Fredericus

Fredericus in urbem reuocatus, ac princeps factus eſt, qui poſtea fautoribus & alumnis non fuit pœnitendus: ea in eo uirtutum ſemina, ut nulli ducum ſuo tempore ceſſerit: alter Philippus Macedo, ſi parua licet componere magnis, non ſolum alterius oculi amiſſione, quo priuati ambo à commilitonibus ſuis fuere: ſed humanitate ſermoniſq; facundia hoſtes demerendo ac ſuperando militiæ ſimulq; morum monſtrator egregius: quibus caterua nobilium puerorum ex tota Italia tanquam in officina uirtutis apud eum erudiebatur. Non minus domi liberalibus artibus intentus, ædis magnificas ab ſe constructas bibliotheca ornauit. A Sixto IIII. dux è comite factus ei tributo ſi quod debebat remiſſo. In caſtris demum Venetis militando ex morbo deceſſit, relicto filio Guidone, qui nunc uiuit, potentiæ non felicitatis ſucceſſore.

Guido III. dux

qui his proximis annis dum Alexandro Pont. contra Vrſinos militaret, ab hoſtibus captus profligato exercitu XXX. milibus aureorum ſe redemit. Deinde à Cæſare Alexan. F. per proditionem pulſus, ut in Alexandri geſtis narraui: demum illo rebus excidente à ciuibus reuocatus incolumis nunc agit: uir alioqui ingenti humanitate, ac literatura mediocri. Et quoniam Feretranorum mentionem fecimus de Vbaldinis, unde genus ipſe Fredericus traxit, pauca dicam.

Vbaldini

Hi ab initio ciues Florentini fuere, ac in agro Mugellano caſtra plurima poſſedere: ſecutiq; Imperatoris Frederici Aenobarbi partes agrum Florentinorum quotidie populabantur: quo extincto, gens ab ipſis ſublata, cum oppidis Montaria, Accianico, Collereto & quibuſdam alijs, ac Scarperia nunc appellata oppidum munitiſſimum excitatum. Clara in primis militia domus, Ducibus Guidanto, Accio, Ioanne, Gaſpare, Bernardino Frederici patre, Octauiano etiam cardinale, qui miſſus legatus ab Innocentio IIII. Neapolim ut Manfredo regi reſiſteret re tamen infecta domum reuertit.

PRAEC

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

PRAECVTINI, MARRVCINI, VEſtini, Marſi, Ferentani, Peligni, Samnites.

VLTRA Picenum, ut inquit Strabo, Veſtini ſunt, & Marrucini, & Marſi, & Ferentani, & Peligni, & Samnites populi omnem regionē montanā incolentes. Nunc uno nomine Aprutium uocant, quaſi Præcutium, & Præcutini populi in ea parte Ptolemæo poſiti: Plinio uerò Præcutiani appellati.

Præcutini

Hi terminos habent Apenninum & mare: ab occidente uerò Picentes: ab oriente populos uſque ad amnem Fiternum, ubi quaſi cubitus in mare prominet. Neque enim ulla æque regio populis frequens ob aëris ſalubritatem. Igitur poſt Vomanum Marrucini: quorum Theata Plinio, cuius præſul Theatinus in ſacro codice deſcriptus durat. Straboni malè ſcribitur Tegeate.

Vomanus
Marrucini
Theata

Fluuij autem plures, Albula, quem Libratam uocant. Salinus, Iuuantius Plinio, nunc Tordinus, in quem Viciola & Flumicellus appellati torrentes influunt, qui Interamnæ dant nomen, omnes ſanè ex Apennino uenientes. Deinde Aternus nunc Peſcara, qui Marrucinos à Veſtinis diuidit Straboni.

Albula
Salinus
Interamna
Iuuantius
Aternus

Veſtini enim uſq; ad Lirim, & Sueſſam durant, quorum Amiternum: de quo Liuius x. ſcribit, P. Cornelium alterum Cos. Amiternum oppugnatū de Samnitibus cepiſſe. In eodem colle VIII. mil. diſtat oppidum Furconiū etiam celebre: utriuſque ſanè apparent fundamenta: alterum iam pridem interijt: Furconium uerò Longobardi eruerunt, ex quorum ruinis Aquila V. mil. Amiterno uicina eſt ædificata, ſitu auis illius inſtar prædominante. Penna Plinio, unde Pennenſes, adhuc durans. Angolus Ptolemæo. Angula Plinio, nunc S. Angelus ueſtigium nominis ſeruat. Beretra Ptolemæo.

Veſtini
Amiternum
Furconium
Aquila

poſt Aternum Peligni ſunt, qui à Frentanis Sagro Straboni, Saro Ptolem. hodie Sanguine fluuio appellato diuiſi ſunt, cuius ueſtigia nominis nunc Pelenum pro Peligno retinent. iuxta eſt mons niger. Pelignorum Metropolis olim Corfinium. Hoc oppidum in bello Marſico Italicum appellauere, tanquam commune uniuerſis Italis receptaculum & propugnaculum contra Pop. Rom. ut ſcribit Strabo: loci adhuc exſtant ueſtigia: captus hic primum à Cæſare locus cum Domitio.

Peligni
Corfinium

Sulmo Ouidij patria, qui eius in Faſtis ſcribit originem. Huius erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida, à quo Sulmonis mœnia nomen habent. Aufidena Ptolem. Liuioq; IX. qui ait, Bouianum inde aggreſſus, nec multo poſt Aufidenam ibi cepit. Sunt & circa flumina, Auentinus, Viridis, Trinium etiam Plinio portuoſum uocatum: ſunt qui oppidum dicant, unde forte Tranium uicinum in apulia: præterea Lentus, Forus item amnes, Maela mons. Caramaricum, Cantalupum, Montorium oppida.

Sulmo
Aufidena
Trinium

Propeq; Aternum oppidum, ubi ſaxum, ſub quo fons olei Petronici uocati manat, multis quæſitum. Deinde Populium natura loci munitum, ac frequens. In ora uerò Pelignorum Orton Pto. Ortonium Straboni, qui inter Frentanos id ponens ædificium, & domicilium eſſe dicit ex naufragijs eò ſe recipientium nautarum. Huc adplicatur è Dalmatia in Italiam mercatus gratia, qui apud Anxanum Ptolemæo uocatum proximum oppidum hodie fit. Plinius Anxium uocat & Anxinos populos, nunc Lancianum. Vectigal Ortonæ portus Carolus Siciliæ rex Baſilicæ principis Apoſtolorū urbis Romæ condonauit. Frentanam etiam urbem Ptolemæo in hoc loco Villafranca corruptius appellata nunc refert. Poſt hæc Fiternus amnis: horum populorum terminus & Apuliæ initium.

Oleum Petronicum
Populium
Ortona
Anxanum
Frentanum
Fiternum

Marſorum uerò gentes & Samnitum omnes in iugis Apennini ſunt ſitæ. Marſi originem à Marſo habuere Circes & Vlyſsis filio Plinio. Silio autem à Marſya, qui uictus ab Apolline huc conceſsit & regnauit. Sed populis nomen poſuit metuentior hoſtis, Cum fugeret Phrygias trans æquora Marſya Crenas, Mygdoniam Phœbi ſuperatus pectine Loton. Gens haud magna, alioqui ferox. Initium defectionis Italiæ à Marſis cœpit, qui non impetrata libertate, & communione ciuitatis cæteros exciuere: ex quo ſociale bellum Marſicum appellatum exarſit. Victi demum à P. Sulla fuere, ſub quo tunc Cicero militauit. Caput eorum Marruuium prope Fucinum lacum à Marro conditore uocatum, ut Silius, & Virgilius. Quin & Marruuia uenit de gente ſacerdos: quod ſanè interijt.

Marſi
Bellū ſociale
Sulla
Marruuium

Alba, unde Albenſes: altera in latio, unde Albani, ut Plinius ait: eſt alia in regione Subalpina. Hæc Marſorum ſiue Equorum, ut Liuio placet, ſimul cum Erſenia Coloniæ Romanorum ſunt, C. Genutio, & Sergio Cornelio Coſs. deductæ, ut Liuius in VII.

Alba colo

Prope eſt Fucinus lacus, nunc Marcæ, cum oppido Celano, cuius emiſſarium Claudius fecit. Per hunc aqua Martia Romam uenit. In hoc lacu piſcem Plinius ponit, qui octonis natat pinnis: cum cæteri tantum quaternis. Hinc nemus Angitiæ, id eſt, Medeæ ab angendis ſerpentibus, ut Seruius. Medeam enim hic quandoque habitaſſe, & uim ſoporiferam ſerpentum Marſos edocuiſſe dicunt.

Fucinus

Valeria Regio hic Straboni ponitur, quæ à Tiburtinis initium capiēs, ad Marſos & Corfinium ducit: in ea urbs Valeria patria Bonifacij IIII. iam extincta. Carſeoli. Quod oppidum Plin. & Ptolemæus inter Equiculos ponunt: quæ gens ad Marſos pertinebat: ſimul cum Claſtidio, qui ſanè omnes interiere: ex horumq; ruinis excitata ſunt noua oppida uicina Taliacotium, Vicouarum, Celanum.

Valeria
Carſeoli inter Equicolos
Claſtidium

SAMNIVM IN QVO AVSONII, Arunci, Sidicini, Hirpini.

SAMNIVM populi longe ſequuntur in Apennino, qui & Sabelli dicti diminutiuo uocabulo, quod à Sabinis orti ſunt Plinio Strabonią; qui ait, Duce Tauro in hæc loca uenerunt Opicis eiectis. De ijs Florus libro primo ſic ait. Samnitum populos ualentes, attamen fœdifragos, ut qui ſæpius à Romanis rebellauerint, cladibus ipſis animoſiores, L. annos per Fabios & Papyrios patres, eorumq; liberos urbs Romana ſubegit: poſtremo primos ad Annibalem deficientes iterum perdomuit. Igitur à ſeptentrione cum Appulis: à Meridie cum Campanis & Lucanis terminant. Caput eorum Boianum Ptolemæo, Bouianum Plinio. Quod adhuc extat. Liuius in VIII. Inde uictor exercitus Bouianum ductus. Caput hoc erat. In libro Coloniarum ſic ſcribitur. Bobianum oppidum lege Iulia milites deduxerunt: ſit iter Colonis: populo iter amplius non debetur quàm ped. X. Ager eius per Centurias & ſcamna eſt adſignatus.

Bouianum
Samnii caput

Nunc uerò Beneuentum præpollet, olim Maleuentum Plinio. Liuius XIII. eam coloniam una cum Arimino deductam dicit. In libro Coloniarum dicitur: Beneuentum muro ducta Colonia Concordia: deduxit Nero Claudius Cæſar: iter populo nō debetur. Ager qui lege Triumuirali Veteranis eſt adſignatus. Seruius id à Diomede conditū dicit: multas deinde paſſum cum uarietates, tum calamitates conſtat. Nam euerſum quondam à Totila rege, deinde reſtitutum à Longobardis ducibus, Annosq; CC. poſſeſſum, Saraceni demum Garganum montem tunc tenentes, excurſibus huc delati ſolo æquauerunt. Conſtantinus item Imperator, quando in Italiam uenit è Conſtantinopoli, Longobardorū ciuitates inuaſit: Nuceriam Appulorum diruit, Beneuentum obſedit: cui præerat Romualdus dux. filius ſtatim euocato patre, qui aberat, obſidionē ſoluit. Hoc præterea Gulielmus Normandus

Beneuentum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

mandus occupauit: breuiq; tempore eo pontifici ceßit: ob quam rem Siciliæ rex ab Hadriano IIII. appellatus eſt. Poſtremo ab Othone II. direptum, dum ciues eos plectit, qui cum in bello Apuliæ contra Imper. Conſtantinopolitanum deſeruerant.

Sabatus
Calor
Eſernia colo.

Sabatus fluuius iuxta labitur ex Apennino, in quem Calor influit. Eſernia Colonia adhuc durat, quæ una cum Alba deducta eſt, ut Liuius libro VII. in lib. Coloniarum: Eſernia Colonia deducta, lege Iulia. iter populo debetur ped. X. limitibus Auguſteis eſt adſignatus.

Sepinum
Sepinates
Aliſa
Theanum
Sidicinum

Sepinum adhuc integro & nomine & oppido, unde Sepinates Plinio. inferius uerò contra Apenninum Aliſa, quæ adhuc durat, olim clarum oppidum, unde Alſani. Theanum Sidicinum: hoc tantum è Sidicinis reſtat Plinio, Alterum eſt Appulum. Hæc colonia deducta à Cæſare Auguſto, iter populo debetur ped. LXXX. Ager eius limitibus Auguſteis militibus eſt adſignatus.

Trebula
Cales

Trebula municipium: altera eſt Sabinis Plinio Straboniq;. Cales municipium muro ductum: Iter populo non debetur, ager eius limitibus Græconicis antea fuerat adſignatus, poſtea iuſſu Cæſaris Auguſti limitibus nominis ſui eſt renormatus.

Auſones

Hoc oppidum prius ab Auſonibus habitatum fuit, ut Liuius & Feſtus referunt, uicinumq; Theano urbi. Originem uerò habuit à Calai Boreæ filio, poſt reditum Argonautarum in ea loca adplicante. Silius. Quem genuere Cales, non paruus conditor urbi, ut fama eſt, Calais.

Calenũ uinũ
Nola. Calidiũ

Calenum enim uinum prædicatum. Nolam Liuius inter Samnites ponit libro XCIII. Sylla Nolam in Samnio recepit, & agros eius militibus diuiſit: de hac tamen in Campania dicam.

Calateria

Calidium, & Calateriam Stra. in hac parte dicit eſſe, in itinere euntibus ab urbe Capua, Beneuentum & Brunduſium: Calidium enim nunc Calitrum uocatur, paruum oppidum. Eſt & Atrium.

Batula
Rufræ
Bouillæ
Murgantia
Romulea
Calaria
Caudini
Tifernum
Volana
Palumbinum
Ceſſenia
Herdonia
Milonia
Aquilonia
Duronia
Caudinæ
Caſertani
Ariani
Melfitenſes
Trecaricenſes
Rapolani
Monſpiloſi
Troiani

Sunt alia priſca à Liuio commemorata Batula, Rufræ, Bouillæ, Murgantia, Romulea, Calaria, Caudini, Tifernum, Volana, Palumbinum, Herculaneum, Theleſia, Marmoreæ, Melæ, Furſulæ, Orbitanium, Ceſſenia, Herdonia, Milonia, Aquilonia, Duronia. Quorum nulla ſunt hodie ueſtigia. Caudinæ Furcæ, ut Liuius dicit, duo fuerant ſaltus alti & anguſti & ſyluoſi, ubi exercitus Romanorum magnam ignominiam paſſus T. Caluino, & Sp. Veturio Coss. quã aboleuit L. Papyrius curſor Samnitibus cum duce Pontio Herennio ſub iugum mißis. locus hic Caudium nunc uocatur, prope Beneuentum VI. mil. Sunt & alia recentia nomina, de quibus nihil auſim adfirmare, ut Caſertani, Ariani, Matalonenſes, quibus Caraſarũ nobilis familia dominatur: præterea Melfitenſes, Trecaricenſes, Rapolani, Monſpiloſi, Troiani. Troia enim hæc ædificata à Bubagano quondam fertur Henrici II. tempore: Anno MVIII. Græcis colonis inductis, in locum qui castra Annibalis Pli. uocatur. Arianum nonnulli Aram Iani dicunt prius dictam, nullo tamen antiquitatis ueſtigio: hic Othonem quendam Romanum Eremitam huc ſecedentem adorant. HIRPINI quoque & Auſones, & Arunci, & Sidicini parte Samnitum commixti cenſebantur.

Hirpini

Hirpini ex lupo dicti, qui eis in ducenda Colonia dux oblatus eſt: Samnites enim Hirpum lupum appellant. Confines autem eorum & in mediterraneis habitant. Hæc Strabo.

Compſa
Auellinates

Plin. inter hæc ponit Beneuentum, Aquiloniam, Compſam, Auellinates, Caudinos, & eius tractus loca. Compſæ nomen & mœnia habitata reſtant, de qua Liuius libro II. de II. bello. Annibal adcitus in Hirpinos à Statio ſe pollicente Compſam traditurum.

Auella
Auellini

Auella quoque, alia ab ea quæ in Campania eſt: unde Auellinates à Plinio dicti. In codice uerò Fiſci hodie Auellinenſis, in altera uerò Auellinus præſul conſcribitur. Auſoniam, ut ait Feſtus, appellauit Auſon Vlyßis & Calypſus filius eam partem Italiæ, ubi urbes Beneuentum, & Cales: deinde paulatim tota Italia, quæ Apennino finitur, dicta eſt Auſonia ab eodem duce, à quo etiam urbem Auruncam conditam ferunt. hæc ille.

Auſonii

Liuius uerò libr. VIII. Auſonũ gens magis nouo quàm magno bello fuit inſignis. Cales enim urbem incolebant. Sidicinis finitimis arma coniunxerant: unoq; prælio haud memorabili duorum populorum exercitus fuſus. L. Papyrio Craſſo & Cæſone Duilio Coss.

Sidicini
Arunci

De Sidicinis autem & Aruncis idem in eodem lib. ſic ſcribit. Inter Sidicinos & Aruncos bellum ortum, T. Manlio Cos. in deditionem accepit. Sed priuſquã à Roma auxilium mitteretur, fama adfertur Aruncos oppidũ deſeruiſſe, profugosq; cum coniugibus ac liberis Sueſſam conueniſſe, quæ nunc Arunca appellata. Mœnia antiqua, eorumq; urbem à Sidicinis deletam Sulpitio Longo & T. Aelio Peto Coss.

CAMPANIA.

Campania

CAMPANIAE tractus tribus conſtat finibus, ad Sinueſſam, ad Miſenũ, ad Neapolim, quem Cratera ex forma dicunt. Termini eius uſque ad Sarnum fluuium, antiquitus uerò uſque ad Silarum protrahebatur. Straboni ex occidente Lirim, è ſeptentrione Samnites habet. In quo ſpatio Leboriæ & ager Leborinus ſitus eſt, hodie terra laboris uocatus, omnium feracißimus.

Cic. de Campanis

Cicero de lege Agraria contra Rullum. Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorũ, & magnitudine fructuum: ſalubritate aëris, & pulchritudine regionis. Ex hac copia nata illa arrogãtia, quæ à maioribus noſtris alterum cõſulem poſtulauit.

Sinueſſa

Igitur in ora prius ad Liris oſtia Sinueſſa muro ducta. Iter populo non debetur. Ager eius in iugeribus limitibus interciſus: militibus eſt adſignatus. Liuius libr. XL. Volumnio & Appio Claudio Coss. duæ coloniæ circa Veſtinum & Falernum deductæ: una ad oſtium Liris, quæ Minturnæ appellata: altera in ſaltu Veſtino, Falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur Græca urbs fuiſſe, Sinueſſa deinde à Romanis colonis appellata.

Falernus ager
Vulturnus flu.
& oppidum

Falernus enim ager non oppidũ erat, ubi uinum nigrum prædicatum nunc ſanè deſijt. Vulturnus fluuius cum oppido eiuſdem nominis, nunc caſtellum Vulturni uocatum.

Cuſanus
Sabatus
Calor

In hunc autem Cuſanus, Calor, cæteriq; circà amnes omnes influunt. Sabatus etiam in ſe receptos euomit: cuncti autem ex Apennino. Pontia inſula ex aduerſo unde paludem Pontinam falſo quidam dictam putant.

Bauli oppidũ
Maßicus
Gaurus

Bauli oppidum. Maßicus mons uitibus laudatus: nunc Arx Mondraconis dictus. Paulum uerò ultra Gaurus mons alter & oppidum, Bacchi fama non inferior, qui priſcum adhuc retinet nomen: dicitur & εὔπλοια ab optimo portu. Papinius. Et placidum limen nimiumq; Euplœa carinis. Silius itidem. Illic Nuceria & Gaurus naualibus apta. Omnia uerò non procul à Vulturno.

Liternum
Cumæ

Liternum Scipionis uilla notißima. Cumæ à Cumæis Euboicis orti, qui unà cum Chalcidenſibus uenere, ut Liuius in VIII. ſiue ἀπὸ τῶν κυμάτων.

Miſenum

Deinde Miſenum ab Aeneæ ſocio promontorium, ubi receptus erat Ro. claßium amplißimo ſinu.

Baiæ

Poſt hoc Baiarum portus, à Baio Vlyßis ſocio illic ſepulto. Silius. Ore giganteo ſedes Ithacenſia Baij. ubi & lacus erat & aquæ calidæ, amœnißimus Romanorum ſeceſſus.

Acheruſia palus
Auernus
Lucrinus

Hic & Acheruſia palus, & Auernus, & Lucrinus, & foſſa locaq; ſubterranea, cum antro Sibyllæ à Cimmerijs appellato habitata. Ad quæ loca dicit Strabo ex Ephori autoritate, per ſacrificia prius intrabatur placatis numinibus, quod ſulphurea ſint & cauernoſa. Aderant ſacerdotes ductores intrantium. Fons ibi quem ex aquarum fœtore Phle-

gethont

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

gethontem putabant. Hi hoſpites ad oraculum excipiebant:
uictumq; ex metallorum effoßione, tum uaticiniorum mer-
cede quæritantes: propterea Homerus dicit ſolem eos nullo
tempore adſpicere. Homines ipſi deinde à quodam rege de-
leti quod illis nequaquam ſucceſſerit oraculi fides. Nunc
ædes ipſa alio translata permanet. His annis cum Auerni lu-

Antrum ſibyllæ

cum ſuccideret Agrippa, conciſaq; uſq; ad Cumas ſubterra-
nea foſſa omnia fabulæ apparuerunt. Hæc ille. Cicero in

Cimmerii

Academicis. Et Cimmerij, quibus aſpectũ ſolis, ſiue deus ali-
quis, ſiue natura ademit, ſiue eius loci quem incolunt, ſitus,
ignes tamen adorant. Apud Baias amœnitas illa prædica-

Villa Cæſaris

ta & ſeceſſus Romanorum: apud Lucrinum uilla Cæſaris,
ubi Euripus exciſo monte magna impenſa admiſſus, teſte

Puteoli Dicarchea

Virgilio. Puteoli prius Dicarchea à iuſto imperio dicta,
quod Cumæorum fuerat Emporium. Annibalis tempore
nomen mutauit, à puteorum quidam dicunt putore, qui in
toto illo tractu exiſtit. Hæc Strabo. In libro Colon. ſic repe
rio. Puteoli colonia Auguſta iter populo Romano debet
ped. x x x. Ager eius in iugeribus Veteranis & tribunis le-

Phlegræus campus

gionarijs eſt adſignatus. Campus Phlegræus apud Cu-
mas Straboni ponitur, ubi Hercules Gigantes ſuperauit,

Pauſilypum

nullam ob aliam cauſam niſi quod terra ipſa ſuapte natu-
ra bellorum concitatrix eſt, ut ipſe ait. Pauſilypum pro-
montorium prope Neapolim locus amœnißimus, hic longa

Villa Luculli

eſt cauerna quam Seneca Cryptam Neapolitanam uocat:
hic uilla Virgilij & Luculli, qui montem maiore impen-
ſa excidit quàm uillam extruxerat, ut ait Plinius: ex quo
peruius teſte Strabone factus erat curribus. Nonnulli hanc

Neapolis

uillam Caſtellum oui eſſe uolunt, eius opera à continenti di-
uiſum. Sequitur Neapolis in ſinu locata, quem ex ſimilitudi-
ne Cratera Strabo uocat, originem & ipſa à Cumæis &
Calcidenſibus habet, prius Parthenope dicta à Sirenis ſe-
pulcro. Quinquennale hic gymnicum & muſicum cer-
tamen, iubente oraculo celebratum. Hic ſeceſſus frequens
Romanorum, præſertim ſtudioſorum aut uita molliore
degentium. Hæc Strabo. Solinus uocatam eſſe Neapolim ab
Auguſto, ſed hoc falſum, cum Cicero Neapolitanorum &
alij ante eum mentionem faciant. Neapolitani ſemper fide-
les Po. Rom. fuere. Nam bello Punico x L. pateras auri ma-
gni ponderis eò attulere, ut Liuius refert, fruſtra ab Anni-
bale ſæpe tentati. Inſequentibus temporibus multa ſunt paſ-
ſi. Genſerico Vandalorum regi, qui ex Africa urbem Ro-
mam Capuamq; euertit, magna ui reſtitere. Paucis poſt an-
nis à Beliſario duce diu obſeſſa per lapidem aquæductus
cauum intromiſſo milite in eius uenit poteſtatem. Deinde
cum Saraceni omnem oram à Caieta uſque Rhegium ob-
tinuiſſent, Neapoli quoque ſunt potiti annos x x x. quo-
uſque Ioan. x. iuuante prælio ad Minturnas commiſſo eos
expulerunt. Nulla æque ciuitas tot ſanctis præſulibus cla-

Aſprenus

ret. Aſpreno ante omnis à Petro conſtituto, deinde Seuero,
Athanaſio, Ioanne, Gaudioſo, confeſſoribus omnibus. Præ-
terea Ianuarij preſ. Beneuen. & Agnelli abbatis inſuper,
& reſtitutæ uirginis & martyris cui dicata Baſilica,
Candidæ uiduæ Neapolitanæ Petri diſcipulæ corporibus
decorata. Sub Nicolao v. Pon. tremuit, multaq; milia perie-

Palæpolis

re. De reliquo eius ſtatu & regibus in Sicilia dicam. Pa-
læpolis urbis ueſtigia adhuc uidentur prope Neapolim
mille paſſus. de Hoc Liuius libro v I I I. ſic ait. Palæpolis
fuit, haud procul ubi Neapolis nunc eſt, duabus urbibus
idem populus habitabat, Cumis erant oriundi. Et infe-
rius. Palæpolim P. Plancio captam fuiſſe, Neapolim uerò au-

Promontoriũ Herculis
Pompeii urbs
Caſtellum Græci

xilio Nolanorum Ro. deditam. Vltra Neapolim pro-
montorium Herculis, deinde Pompeij urbs quam Sarnus
abluit, ut Strabo dicit. Nunc id putatur quod caſtellum
Græci appellant. Iuxtà Veſuuius ſeu Veſeuus eſt mons qui
arſit tempore Titi, ubi Saleius Baſſus & Plin. periere, au-
tor eſt in epiſtola eius nepos. Nunc Summa uocatur. In-
de Græcum uinum Romam exportatur, quod Plinius Pom-
peianum appellat, quod iuxta Pompeios oppidum ſit. Po-

Stabiæ caſtellum maris

ſtremo Stabiæ nunc Caſtellum maris. Nam præſul hodie
Stabienſis in codice Fiſci adnotatur. De qua urbe Plinius
ſic refert. In Campano agro Stabiæ oppidum fuit uſque
ad Gn. Pompeium Cos. pridie Cal. Maij, quo die Sulla le-

Sarnus flu. & op.

gatus bello ſociali id deleuit, quod nunc in uillas abijt. Sar-
nus uerò fluuius una cum oppido priſcum retinet no-
men. Deinceps mediterranea Campaniæ quæ ante omnes

Oſci Opici

Oſci tenebant, quorum tantum lingua Theatris ac poe-
matis Romanis remanſit. Opici quoq; quorum lingua ru-
dis & inculta erat, quare opicus pro ruſtico & indocto po-
nitur apud Gellium x I. & Iuuenalis. Opicæ mandat amicæ.

Caſilinum

Caſilinum clarum olim oppidum apud fluenta Vulturni,
nunc Caſtellucium uocatum. Vicus ſane paruus, quidam
Arnonem putant. Suſtinuit annum obſidionem Anniba-
lis poſt uictoriam Cannenſem, defendente cohorte Peru-
ſina, ubi uires eius fractæ, modius tritici uenditus c c. &
qui uendidit fame perijt. Hic error illius qui Annibalem
Caſilinum pro Caſino duxit, ex quo ſupplicio pœnas er-
roris dedit. Liuius lib. x x I I. Fabius Gallicanum mon-
tem, & Caſilinum occupat, quæ urbs Vulturno flumine di-
rempta falernum à Campano agro diuidit. De Capua ue-
rò gentis capite uariæ ſententiæ. Liuius in I I I I. Eo anno
Vulturnum Hetruſcorum urbs, quæ nunc Capua eſt, à
Samnitibus capta. Capuaq; à duce eorum, uel quod pro-
pius eſt uero, à campeſtri agro eſt appellata. Tranquillus
ſic, Cum in Coloniam Capuam deducti lege Iulia Coloni
ad extruendas uillas ſepulcra uetuſtißima reuellerent, ta
bellam æneam in monumento inuenerunt, in quo ſcriptum
erat: Capys conditor Capuæ. Seruius dicit Hotruſcos com-
perto falcone accipitre, qui lingua eorum uocabatur Ca-
pys, coloniam in eum locum deduxiſſe. In libro col. ſic. Ca-
pua muro Colonia Iulia felix iuſſu Imperat. Cæſaris à
x x. uiris eſt deducta: iter populo debet in ped. c. Ager
lege Sullana fuerat adſignatus. Poſtea Cæſar in iugeribus.
militibus pro merito diuidi iußit. Legimus enim quod hæc
à Iulio deducta refragante Cicerone. Hæc primum poſt
Cannenſem pugnam ad Annibalem defecit, eiusq; fero-
cem animum mollijt. Alterum Cos. per T. Annium à Ro-
manis petijt grauiter increpante atque reſiſtente Torqua-
to. Victi paulò pòſt à Fluuio Cos. Senatus omnis necatus
eſt, præter nonnullos, qui antea rebus deſperatis, celebrato
inter ſe conuiuio, inter ebrietatem uenenum ſumpſerunt. Po
ſteris deinde temporibus Capua à Genſerico rege igni
ferroq; abſumpta eſt. Gothis poſtea eiectis cum refici ha-
bitariq; cœpiſſet, poſt annos circiter c. à Langobardis
ſub x x x. Ducibus detegentib. iterum deleta eſt. Inſtau-
rata poſtremo ab eo loco procul duobus millibus paſſ. Nec

Abella

ſatis conſtat à quibus aut quomodo. Abella ſupra Neapo-
lim uerſus Septentrionem, dicitur & Auella. nam inter B.
& V. adfinitas, ut ait Lucianus, unde Auellanæ nuces

Virgilii uerſus

Macrobio. Virgilio. Et qui maliferæ deſpectant mœnia
Abellæ, putauerim potius legendum quàm bellæ, quan-
quam ex apocope euphoniæ cauſa ſtare poßit. Miorq;
Seruium dixiſſe, Virgilium uoluiſſe Nolam dicere, nec
eam nominare quod non receptus olim in eam fuerit, idq;
argumento eſſe: Nolam malis abundare. Nam abella ma-

Auella

lis etiam abundat. Atella non longe ab Auella: unde Atel-
lani, hi enim Oſcis prognati dicuntur, clari in Rom. Thea-
tris & poëmatis laſciuo fabularum modo. Atellarum
ſcietor T. Pomponius Bononienſis, qui fuit tempore Cicero-
nis: de his Liuius, Valerius, Iuuenalis, Vrbicus, ex odio riſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

moret Atellano. Altera eſt, noua tamen, apud Venuſiam: quam Carolus rex Galliæ nuper debellauit. Ex huius autem

Aduerſa
ruinis Aduerſa ciuitas exiſtimatur à Roberto Guiſcardo ædificata, dum aduerſus Neapolim & Capuam pugnaret, caſtris ibi poſitis aliquot annos: primusq́; omnium Neapoli potitus regnum Neapolitanum cum Sicilia coniunxit.

Acerræ Acerrani Glanius flu.
Acerræ, unde Acerrani Plinio. Hodie quoque Acerrarum præſul in Codice Fiſci deſcriptus eſt, his Glanius non equus à Virgilio dicitur: eſt enim aqua haud magna ſtagnans, & ferè paluſtris quæ quandoque inundatione officit regioni. Liuius libro VIII. Acerrani Romani facti: lege à Papy-

Nola
rio prætore lata, qua ciuitas ſine ſuffragio data eſt. Nola his proxima quam Liuius in Samnio ponit. Trogus ab Iapygis conditam dicit, cepit uerò C. Iunius Cos. ut Liuius XXXIII. & XCIIII. Sulla Nolam in Samnio recepit, & agros eius militibus diuiſit. In libro coloniarum: Nola muro cincta Colonia Auguſta, Veſpaſianus deduxit. Iter populo debetur ped. CXX. Ager eius limitibus Sullanis militibus fuerat adſignatus. Apud Nolam Marcellus do-

Nuceria
cuit primus Romanorum Annibalem poſſe uinci. Nuceria Campaniæ, altera in Vmbris. Hæc Saracenorum dicta eſt, quod ab illorum ex Italia pulſorum reliquijs diu ſit poſſeſſa. Sunt præter hæc oppida plura, ab autoribus no-

Celenna Tifata
minata, quæ iam interiere, inter quæ Celenna. Virgilius. Tifata Liuio plurali numero. Sic enim li. XVIII. Samnites cũ imminentes Capuæ colles firmo præſidio tenuiſſent, deſcendunt inde quadrato agmine in planiciem, quæ Capuam Tifataq́; interiacet. Feſtus quoque ait Tifata locum eſſe iu-

Combulteria Trebula Auſticula Agri tres Leborinus Falernus Stellates
xta Capuam. Sed de alijs item Liuius libro XXIII. Combulteriam, & Trebulam, & Auſticulam, urbes circa Capuam quæ ad Pœnum defecere, Fabius ui cepit. Poſtremo agri tres in Campania celebrati, Leborinus, Falernus, & Stellates. Hic ultimus Ager & Campus dicitur ultra Capuam, circiter mille paſſus, duo uerſus oram, quem hodie Maxonem accolæ uocant. Liuius in IX. Eodem anno in Campum Stellatem agri Campani excurſiones factæ: eius apud Ciceronem de lege agraria mentio, apud me item alibi.

PICENTINI, LVCANI, Brutij.

PICENTINORVM Lucanorumq́; tractus longe protrahitur. Ex his Picentini à Sarno uſque ad Silarum procedunt, quò uetus olim Campania protendebatur prognati ab his qui Adriam in piceno colunt. Quos Romani colonos huc traduxere pulſis Lucanis, qui ipſi antea Sybaritas indigenas eiecerant, ut autor Stra-

Picentia Surrentum
bo, qui etiam Metropolim eorum Picentiam fuiſſe dicit. Igitur poſt Sarni fluuij oſtia Surrentum eſt de quo in libro Col. Surrenti ager ex occupatione tenebatur à Græcis ob conſecrationem Neruæ, ſed & montes Sirenaicos limitibus pro parte Auguſtianis eſt adſignatus. Cæterum inſoluta re manſit, iter populo debetur. Vbi Siren eſt. Se-

Mineruæ promont. Salernum
quitur deinde Mineruæ promontorium, Vlyßis ædificium adhuc nomen retinens. Intus uero Salernum, quod Romani munierunt in Picentes & Lucanos ob initam cum Annibale ſocietatem. Supra uerò S. Seuerinum, nouo nomine oppidum nigri uini præſtantia celebre, quod Romam mari exportatur, olim Amineum. Virgilius: Sunt & Amineæ uitis firmißima uina: coniectura ex Macrobio eſt, qui ait Amineum quondam oppidum, ubi nunc Saler-

Seuerinatum familia
num fuiſſe. Hinc Seuerinatum familia nobilis prodijt, ex qua Robertus cum filijs noſtra ætate res multas in Italia geßit, fortis in bello, magis quàm felix. Cecidit in prælio dux exercitus Venetorum aduerſus Eluetios, qui ob neceßitudinem Sfortianorum magnopere autoritate ac opibus creuerat. Initium gentis à Gallis fuit, iam inde ſub Carolo primo, quo Beneuentum obſidente, ac iam cum exercitu terga dante: procerum unus ex hoſte forte interempto ſublata ſanguinolenta interula pro uexillo aciem firmauit. Vnde poſtea rubræ lineæ ſigna poſteri ab-

Sylarus
ſumpſerunt. Sylarus fluuius è Samnitum defluens montibus, proprietatem hanc habet, ut ait Strabo, quod uirgul-

Lucani
ta in eum dimiſſa lapideſcant. LVCANI poſt Silarum habitant, uſque ad Laium fluuium, à Samnitibus orti, qui duce Lucio, ut ait Plinius ſuperatis bello Poßidoniatibus, eorum potiti ſunt urbibus. Hi cum alio tempore populari ſtatu regerentur, ingruentibus bellis regem magiſtratusq́; ipſi delegebant. Nunc gens tota Romana eſt. Poſt Silarum Iunonis Argiuæ templum ab Iaſone conſti-

Poſsidonia Peſtum
tutum, deinde ad ſtad. quingenta Poßidonia Sybaritarum ædificium, quæ deinde Peſtum dicta eſt, & Sinus Peſtanus, & Poßidoniates ijdem ut Strabo & Plinius: hodie parua uidentur ueſtigia, celebris indicium loci, è cuius

Polycaſtrum
interitu uicina urbs Polycaſtrum excitata eſt in medio ſi-

Caputaquẽſe
nu. Paulo autem ſupra uerſus mediterraneam nouum oppidum, Caputaquenſe: Malfitanum quoque oppidum, de cuius nomine regionem hodie cognominant, Pij Pontificis propinqui tenent mercedem quondam lati Ferdinando re-

Malfitani Afellani Elea urbs
gi auxilij. Ego Malfitanos eos eſſe putauerim, quos Plinius Afellanos in hac parte uocat. Elea urbs, unde Eleates. Elienſes uerò ab Elide Piſea. Hinc Zeno ſtoicus, & Parmenides fuere. Hanc Plinius Phocenſium ædificium

Velia Oenotriæ inſulæ Palinurus promont. Pixantes promont. Buxentum Florentum Potentia Acheruſia Laius flu. Brutii
eſſe dicit, uocatamq́; ſuo tempore Veliam. E regione duæ ſunt inſulæ Oenotriæ. Deinde promontoria Palinurus, & Pixuntes, qui etiam & portus & amnis eſt. Ex altera parte à Scyllaceo uſque Metapontum Buxentum ciuitas, & Florentum nobile quondam, paruum nunc oppidum, nomen retinet, cuius Liuius meminit. Potentiam & Acheruſiam nonnulli inter Lucanos, Plinius inter Brutios ponit: fluuium Laium cum oppido eiuſdem nominis hic conſtituunt. BRVTII tractum, quem nunc Calabriam uocant, occupabant poſt Laium fluuium incipientes, & in fretum Siculum modo peninſulæ excurrentes. Lucanorum hi paſtores & tranfugæ fuere, lingua enim Lucanorum Brutij rebelles, fugitiuosq́; ſignificant. Annibalis deinde Romanorum, armis attriti traduntur. In ora primum Tempſa quam Auſonij condiderunt, ut Stra-

Themeſa quæ & tempſa
bo & Plinius, quorum ætate dicunt dictam eſſe Themeſam. In Cypro autem alia Temeſa. Vtraque æriſodinis prædita. De hac Liuius Tempſa, & Croto coloniæ deductæ.

Terina
Ager Tempſanus de Brutijs captus erat. Deinde Terinam, quam quum Annibal defendere poſſe deſperaret, ſo-

Pandoſia
lo æquauit. Pandoſia regia quondam Oenotriorum, ubi Alexander Moloſſorum rex trucidatus eſt, Dodonæo deceptus oraculo, Acherontem & Pandoſiam caueret, quum ſimili appellatione loca in Theſprotis ſint Straboni. Nam

Acheruſia Hippo Colo. quæ & Vibo & Valentia
& hic Acheruſia aqua & ciuitas, cuius præſul Acherontinus in ſacro codice deſcribitur. Deinde in ora Hippo Plinio Hipponium Straboni, Locrorum Colonia, quam uterq́; autor dicit à Romanis Vibonẽ, deinde Valentiam appellatam: urbs adhuc extat ſinumq́; efficit Hipponiatem.

Portus Herculis Metaurus flu. Medua Regium
Portus Herculis metaurus amnis, alter eſt Piceno. Medua item fluuius Plinio: Straboni autem Medama oppidum. Dein Rhegium Chalcidenſium colonia à caſu etymum trahens, quum Sicilia à continenti Italia diſcinderetur. ἀπὸ τοῦ ῥηγνῦναι, ut ait Strabo. E regione in orientem nauigantibus, promontorium Leucopetra inuenitur à co-

lore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

lore appellata. Finis hic Apennini. Cic. Quum me uenti ad
Leucopetram quod eſt promontorium agri Rhegini de-
tuliſſent. Locri poſtea ſequuntur, promontoriumq; Locro-
Locri rum Zephyrium uocatũ. Locrenſium Græcorum hi coloni
ſunt, uiuebantq; iuſtis ac ſanctis legibus, quas Zaleucus con-
ſcripſit, ut ait Ephorus. Seceſſit apud eos Dionyſius eiectus
tyrannide: Vnde tandem ob libidinem & crudelitatem expul
ſus eſt, filiabus eius à populo proſtitutis, deinde trucidatis:
Alex flu. ob quas diuturnam eius obſidionem pertulerunt. Alex flu-
uius Rheginum agrum à Locrenſi diſterminat, nomẽ adhuc
retinens, ubi Cicadæ cantare dicũtur in ripa Locrenſium ob
ſicciorem regionem, in altera uerò ripa minime, ut ait Stra-
bo: apud quẽ & Dionyſium ſcribitur Alex alecis, ὡδὶ προ·
Carcinas χοῆσιν ἄληκος. apud Theocritum uerò, Ales aletis. εἰς τὸν
Cecinus ἄλεντα ἕρπομες. Idẽ Plinio Carcinas appellatur. Pauſaniæ
uerò, ac Aeliano Cecinus Euſtathius inquit Locrenſes Italici
ſerui erant Locrenſium Ozolarum, qui apud Criſſeum
ſinum inter Græcos ſiti ſunt, ac dominis in bello commo-
rantibus matronis concubuerunt. Timentes deinde iram do-
minorũ aufugerunt in Italiam Euanthe duce, paulo poſt con-
Eunomius ditam Crotonẽ, uocatiq; Epizephyrij, quod uenientibus ab
citharœdus occaſu portum habent accommodum. Apud eos ſtatua Eu-
Statua nomij citharœdi cum cicada facti memoriã teſtans, quod illa
abruptæ caſu chordæ ſuccederet. hæc ex Euſtathio. Liuius
li. V I I. Locros in Brutijs Criſpinus oppugnare cœpit. et rur
Butrotum flu. ſus: Annnibal à Brutoto amne haud procul ab urbe Locris.
Sagra flu. Poſt Locros Sagra fluuius. Deinde Caulonia, prius Aulonia
Caulonia quaſi Vallonia à uicina conualle dicta, ab Achæis ædificata
Straboni, qui ſuo tempore uacuam fuiſſe dicit. Caulonis op-
pidi, Plinius etiam meminit. Itemq; Virgilius: Caulonis ad ar
ces. Liuius etiam: In Brutijs Caulone oppugnatione ſub ad-
uentum Annibalis. Nunc uerò ueſtigia remanent apud Lo-
Scilletium cros. Poſt hanc Sciletium oppidum Athenienſium Colonia
qui Mneſtei comites fuere. Hoc etiam tempore, & urbis,
Sciletieus ſi-nus & nominis extant ueſtigia. Hinc Sciletticus ſinus cognomi-
Petelia natus, qui ad Hipponiatem ſinũ Iſthmum facit, quem Diony-
ſius quandoq; mœnibus munire cogitauit. Peteliam quam ſu
prà nominaui, Strabo Lucanorum Metropolim dicit à Phi-
loctete & Melibœo profugis ædificatam. Plinius uerò inter
Brutios, itemq; Liuius in I I I. de I I. bello. Petelia in Brutijs
quæ una ex Brutijs mãſerat in amicitia Romanorũ, aliquot
pòſt mẽſibus quàm cœpta eſt oppugnari, ab Himilcone ex-
pugnata eſt: deinde recepta Petelia ad Conſentiam aſcen-
Altamura dit. Ex huius occaſu putatur uicinum oppidum Altamura
Conſentia ædificatum. Conſentia Brutiorum metropolis. Liuius li. v.
In Brutijs ex X I I. populis qui ad Pœnum defecerant, Con-
ſentini & Turij in fidem populi Romani redierunt. Et
rurſus: Ad Gn. Seruiliũ Cos. qui in Brutijs erat Conſentia,
Vffugium Vffugium, Vnargo, Beſidiæ, Etriculũ, Argentanũ: Dampe-
Vnargo tia: multiq; alij & nobiles populi defecere. Itaq; loca hæc ho
Beſidiæ die cernimus, iam mutata ſeu potius interempta. Ex eorum
Etriculum ruinis noua excitata, Catacenſe, Biſinianenſe, Roſanenſe.
Sipheum interius uerò Cariacenſe, Strangulenſe, Vmbriaticen-
Argentanum ſe, S. Seuerinæ, multaq; alia in ſacro codice deſcripta. In hac
Dampetia
Croto ora urbs uetuſtiſſima Croto eſt Achæorum colonia, ex
oraculo Miſcello duce, quo tempore Archias Syracuſas ædi
ficauit, ut in Sicilia dicam. Cenſetur Pythagoricis multis, &
Milone ac alijs athletis, quos ſeptem unà Olympianicas ui-
dit. Extra mœnia ad tertium lapidem templum habuit nobi-
Iuno Lacinia le Iunonis Laciniæ: prope & promontorium, Lacinium.
Lacinium Iuxta Crotonem Aeſarus labitur fluuius Dionyſio κρό-
Aeſarus flu. των ὡδὶ αἰσάροιο προχοῆσι. Poſt Crotonẽ Sybaris urbs ab
Sybaris Achæis & ipſa condita inter duos ſita fluuios Crathidem
Crathis flu. & Sybarim: ingens quondam opibus X X V. ciuitatibus ſub-
iectis. Sybaritæ ut nimium molles ac delicati taxantur,
quum eò proceſſerint, ut uel equos ad ſymphoniæ cantum
ſaltantes haberet. Quæ res cauſa fuit Crotoniatum contra
eos uictoriæ, dum equi eorum ad tubæ ſonitum ſaltare cæ-
perũt. A Crotoniatibus demũ direpti, dein etiam ab Athe-
nienſibus funditus deleti, aliam prope ædificauerunt ciui-
tatem quam Turios uocauerunt à fontis uicini nomine. Tu
rij quoque ipſi poſtea in Lucanorum uenere poteſtatem:
poſtremo cum à Tarentinis delerentur auxilia, Roma-
nis petentibus miſere colonos, nomineq; urbis mutato
Copias uocauerunt. Hæc Strabo. Crathim uero ipſum à
paſtore eius nominis dictum, qui capellam adamauit, &
utrique poſt fatum conditum ſepulcrum, ut ait Aelianus.
Strabo ait proprietatem dealbandi capillum habere. Poſt
hæc Plin. itemque Strabo duos ponunt amnes nauiga-
biles, Acirim & Sirim, inter quos Troia quondam ciui- Aciris
tas fuit, quæ tempore procedente inductis colonis Ta- Siris flu.
rentinis Heraclea dicta eſt. Proſtremo Metapontus in ſinu Troia Heraclea
Tarentino, reperitur à Pylijs ædificata, qui poſt bellum Metapontus
Troianum cum Neſtore nauigauerunt, deletum à Samniti-
bus, ut ait Strabo. Ephorus uerò Daulium Criſæ Delphis
finitimæ tyrannum, eam condidiſſe dicit. Antiochus, Me-
tapontum poſt Locros, à filio Siſyphi eiuſdem nominis,
quem Barbari Metabum cognominabant, appellatum quan-
doque Siritim: præterea à Pylijs eſſe ædificatum, & in Siritis
agricultura felices Metapontinos auream æſtatem Apol-
lini dedicaſſe. Hæc Euſtathius in Dionyſium & Strabo.
Hodie nanque in eo loco paruum cernitur ædificatum ca-
ſtellum. Idem Mamertum oppidum cum ſylua Brutiæ picis Mamertum
feraciſſima ponit. Pix Brutia

IAPYGIA, MESSAPIA, PEVCETIA
Daunia, Salentini, Apulia.

SEQVITVR tractus à Tarento uſque
ad Hydruntem, & ab eo per littus uſque
ad montem Garganum, qui regiones ſenis
appellatas nominibus. inter ſe adfines conti
nebat, Iapygiam, Dauniam, Meſſapiã, Peu-
cetiam, Salentinos, Apuliam, quæ noſtro tempore uno
Apuliæ nomine cenſentur. Et ultra Apenninum ſitæ omnes,
ſubiugatæ uerò à C. Sulpitio, & Q. Aemylio Coſſ. ut Li-
uius in V I I. & item in I X. per Q. Iunium Bubulcum Bru-
tum. Contigua primum Metapontinis Iapygia eſt uſque ad
Brunduſium, iſthmo incluſa X X X I I. mil. paſſ. à Iapyge Iapygia
Dædali filio. Qui dux Cretenſis in hæc loca adplicuit, ut
Strabo. Eadem & Meſſapia dicta à Meſſapo duce, ut Meſſapus
idem. Quam & ipſe & Ptolemæus diuerſam à Peucetia fa
ciunt, eam magis ſeptentrionalem ponendo. Pli. uerò, Meſſa-
piam dicit, quæ antea Peucetia dicta eſt à Peucetio fratre
Oenotrij. Oenotrius enim Lycaonis filius, ut ſcribit Dio- Dionyſius
nyſius Halicarnaſſeus, ex Archadia unà cum Peucetio ſo-
cio, cum multos annos ante bellum Troianum in Italiam
adplicuiſſet, Brutios & Lucanos uſque ad ſinum Poſſido-
niatem tenuit, quam Oenotriam cognominauit eiectis Au- Oenotria
ſonijs. Peucetius uero Apuliæ partem quam tenuit, Peuce-
tiam dixit. Deinde pars utraq; tantum uſq; ad Poſſidoniam,
ſinumq; eius latiſſimum, ex Italo rege Italia dicta eſt. Poſtre-
mo tota & Italia, & Oenotria appellata. Igitur in hac par- Italia
te duæ tantum nobiles urbes, Tarentum, & Buduſium: al-
tera colonia Laconum eſt ſinum Tarentinum efficiens, Tarentum
maxime importuoſum, à Tarento heroẽ, Straboni, qui ori-
ginem eius hoc modo repetit. Lacedemonij quum aduer-
ſus Meſſenios rebelles bellum gererent, nec redire niſi bello
conſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

confecto ſtatuiſſent, miſere domum iuuenes lectos, qui uirginibus commixti proli & ciuitati conſulerent: hi qui deinde nati Partheniæ uocati eiecti ſunt, tanquam nothi, ab ijs qui poſt annos XVIII. cum uictoria redierunt. Illi uerò duce Phalantho egreßi huc adplicuerunt, eiectis Cretenſibus qui loca ea occupauerant. Tarentini quondam potentia ac rebus geſtis, terra, mariq; floruerunt, exteros duces plures adcerſiuere. Contra Meſſapios & Lucanos, Alexandrum Epirotarum regem, & ante eum Archidamum Ageſilai filium, poſtea Cleonymum & Agathoclem, poſtremo Pyrrhum aduerſus populum Romanum. Nam teſte Liuio XII. quum à Tarentinis claßis Rom. direpta eſſet, eius occiſo præfecto, legati à ſenatu ad eos queſtum de iniurijs mißi, pulſati fuere. Ex quo bellum eis indictum. Pyrrhus ſemel uictus, rurſus ex Sicilia in Italiam reuertens, per Curium ſuperatur. In Annibalis deinde uenere poteſtatem, à Fabio poſtremo recepti. Sale abundant candidißimo, atque foßili.

Brunduſium

Plin. Brunduſium lingua Meſſapiorum cerui caput ſignificat, cuius ſimilitudinem refert, portu & fama Appiæ uiæ hucuſque ſtratæ nobilis. Hinc Romanorum claßis orientem petitura ſoluere ſolebat. Hodie ſub ditione Venetorum eſt, à rege Fernando pecunia mutua commutatum. Finis hic Adriatici ſinus, prope autem uerſus orientem breui tractu & anguſto Calabri ſunt, Ptol. uocati, in quibus Rudiæ Ennio poëtæ nobiles.

Rudiæ

Silius: quem Rudiæ genuere uetuſtæ. Strabo, Rhodiam uocat. Nihil hodie ueſtigiorum apparet.

Lupiæ
Aletium

Lupiæ, deinde Aletium, oppida Ptolemæo poſita. Eſt tamen Aletium nunc paulum ab antiquo remotum.

Salentini

Sequuntur Salentini in peninſula ſiti. Hi, ut ait Feſtus à ſalo, id eſt, mari dicti ſunt: populi ab initio Cretenſes & Illyrici, qui unà cum Locrenſibus in hanc oram Italiæ adplicuere.

Hydruntes

Metropolis eorum Hydrũtes, unde cognominata eſt hodie tota regio, ſita è regione Apolloniæ, ſpatio L. paſſ. mil. quod interuallum coniungere pontibus Pyrrhus prius excogitauit, poſt eum M. Varro cum bello Piratico ſub Pompeio præfectus eſſet, utrunque aliæ impediuere curæ. Plinius.

Turcarum irruptio

Traiecit huc ætate noſtra Maumethis Turcæ claßis, oppidani omnes necati, matresfamiliâs conſtupratæ. Quare res tanto terrori nobis fuit, ut niſi poſt annum tertium ob Maumethis mortem diſcedere coacti eſſent, nulla mora quin totam Italiam inuaſiſſent.

Saſina inſula
Neritum

In hoc medio curſu parua inſula Saſina eſt Ptolemæo Plinioq;, nomen adhuc retinens. Neritum Salentinorum urbs Ptolemæo, adhuc durat. Eſt & aliud prope Corinthum.

Luca promõ.
Gallipolis

Leuca promontorium antiquum in quo nunc caſtellum S. Mariæ de Leuca. Gallipolis Græca urbs Pomp. Melæ. Plinius autem Senonum dicit, quod ipſa nominis indicatio monſtrat, & apud utrunque per G. ſcribitur: uidentur tamen pugnantia, quod eadem & Græca ſit, & Gallica.

Vxentum
Soletum

Vxentum oppidum Plin. in ſacro codice præſul Ogentinus ſcribitur. Soletum deſertum Plinio, cuius adhuc ueſtigia uiſuntur.

Manduria

Manduria urbs. Liuius in VII. Q. Fabius Cos. oppidum in Salentinis Manduriam ui cepit. Nunc quoque Mandurinum uocatur.

Apulia

APPVLI autem uerſus occidentalem extenduntur plagam uſque ad Garganum & amnem Fiternum, ijdem Dauni appellati à ſocero, ut ait Plinius,

Dauni

Diomedis, cuius in hoc tractu plura ſunt ædificia. Feſtus autem hunc Daunum clarum uirum ex Illyrica gente, propter patriæ ſeditionem huc conceßiſſe dicit, regionemq; hanc cum Diomede diuiſiſſe.

Egnatia

Igitur in ora primum Egnatia, Plin. Ptole. & Horatio, ex cuius occaſu nouum iuxta oppidum excitatum Monopolis.

Monopolis
Barium

Barium Plin. quod dicit antea Iapygẽ uocatum à Dædali filio Iapyge. Ex Bari nunc nomine tota pars ea terraq; cognominatur.

Salapia

Salapia Annibalis meretricio amore notißima, ut autor idem, & item Liuius. De hac Vitruuius ſic ſcribit: In oppidum Salapia uetus, quod Diomedes condidit, ſiue ut quidam dicunt, Elephias Rhodius. Incolæ, quotannis ualetudine laborantes à S. P. Q. R. per M. Hoſtilium impetrauerunt, ut inde quatuor paſſ. mil. mœnia transferentes, ſecundum mare ſalubrius habitarent.

Salpa
Melfita
Trinum
Cannæ

Erat in eodem littore paulò recedens Salpa, quæ iam interijt. Deinde recentia nominá Melfita, Traninum, quod Trinum Plin. poſitum fuiſſe exiſtimauerim. Circa uerò locum ubi nunc Barolum, Cannæ fuerunt Romana clade inſignes. Hodie quoque præſul Cannenſis in ſacro codice reperitur: qui ueteris ueſtigium nominis uſurpauit.

Aufidus flu.
Cannuſium

Deinde Aufidus amnis è montibus Hyrpinis defluens iuxta Canuſium, quò ſe recepit Terentius Varro cum reliquijs exercitus Cannenſis à Buſa muliere exceptus.

Venuſia
Ampſanti colles
Atella
Aſculum
Satrianum
Bituntum
Mateola
Mateolani
Theanum
Appulum

Interius uerò Venuſia, unde Calor fluit. iuxta Ampſanti colles Virgilio deſcripti ex ſententia Donati. Atella alia à uetere quæ eſt prope Neapolim. Aſculum, Satrianum, ubi equi præſtantißimi. Horatius: Me Satrianæo uectari rure caballo. Bituntum unde Bituntini Plin. adhuc durat. Mateola unde Mateolani Plin. nunc Matera urbs & præſul Materanus. In Apennino autem Theanum Appulum, ut dignoſcatur à Sidicino. Liuius in VIII. ſic ait: Ex Apulia Theanenſes Canuſiniq; populationibus feßi, obſidibus L. Plaucio datis in deditionem uenere. Theanates quoque Appuli ad nouos Cos. fœdus petitum conceſſerunt. Nam Florento nobili oppido Iunius potitus erat. hæc ille.

Florentum

Hoc enim Florentum de quo inter Samnites mentionem feci, adhuc cernitur.

Nuceria
Appulorum

Luceria Daunorum oppidum Stra. Plinioq;, Ptolemæo autem Nuceria Appulorum. Hæc diruta à Conſtantio imperatore, quando è Conſtantinopoli in Italiam uenit.

Garganus mons

Poſt Aufidum Garganus mons, qui ueluti dorſum Adriatico prominet. ſuper eo ipſum oppidũ S. Angeli, ubi uiſum prodigium quod in ſacra legitur hiſtoria. Hunc etiam Saracenos occupantes Grimoaldus rex Longobardorũ ſingulari in Chriſtianos beneficio expulit. Inde poſt annos centum, iterum tenentes Carolus Magnus fugauit.

Irium Arpos

Intus uerò Hyrium. Arpos, poſtea Argyppa à Diomede condita Straboni, cuius tempore deleta erat:

Manfredonia
Sipontum

Nunc Manfredonia in eodem prope loco à Manfredo Siciliæ rege cernitur excitata. iuxta & Sipontum, olim Sipûs Straboni Plinioq;, à ſepijs capiendis. Hanc partem tenuit Diomedes olim, ubi monumenta reliquit:

Inſulę Diomedeæ

E regione nanque inſulæ ſunt Diomedeæ, numero V. ubi ſocij ipſius dicuntur in aues conuerſi, quæ teſte Aeliano de auibus, Græcis adplaudere, alios inſectari quodammodo uidentur. Nunc uerò in eiſdem locis Cœnobium nobile canonicorũ reg. S. Aug. uiſitur.

Larium

Larinum municipiũ parũ à mari diſtans, à Theano autem mil. XVIII. ut ait Ci. pro Flacco, adhuc durat regiturq; ab Vrſinorum familia.

INSVLAE TYRRHENI MARIS.

TYRRHENI ſiue inferi maris inſulæ ſecundum Siciliam de qua poſtea dicam, Sardinia & Corſica ſunt. De origine Sardiniæ Ariſtoteles περὶ τῶν θαυμασίων ἀκουσμάτων. In Sardinia, inquit, inſula Græcorum antiquorum ueſtigia apparent, multa quoq; decora, & templorũ teſtudines adfabre elaboratæ. Has ab Iolao Iphiclis filio factas eſſe cõſtat, qui una cum Teſpiadis ad hæc loca adnauigauit.

Theſpiade
Ichnuſa
Ariſteus

Vocabatur autẽ prius ex forma Ichnuſa, humano ſimilis ueſtigio. Feracitate fructuum felicißima. Hic Ariſteum illum agri ſtudioſißimum dicunt dominatum fuiſſe. Nunc autẽ nihil tale fit, quod in manus Carthaginenſium uenerit, qui indigenas quicquam agriculturæ attingere prohibuerunt, ipſi ſedulo ei rei ſtudentes. Hæc ille.

Diodor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Diodorus item Iolaum plures in ea ciuitates condidiſſe dicit. Pauſanias, Euſtathius, & Capella à Sardo Herculis filio dictam uolunt, habitatam prius ab Hiſpanis, deinde ab Heraclidis & Theſpiadis, poſtea ab Carthaginenſibus, quibus Romani ſucceſſere. De ijsq́; uarij ſunt annales. In alijs L. Cæcilium Metellum uiciſſe Sardos & Corſos legimus, teſte Feſto Rufo in alijs. L. Cornelium Scipionem diruta

Calaris
Sulca

Calari Sardiniæ urbe & Hannone ſuperato de Sardis & Corſis triumphaſſe, ut autor eſt Liuius. Sardi item à T. Graccho perdomiti totq́; captiuorum ab eo ducti, ut prouerbium fuerit, Sardi uenales. Inſequentibus temporibus Saraceni ſubditam tenuere: ſæpe à Piſanis recuperata, ſæpe deperdita, ad poſtremum in Hiſpanorum uenit poteſtatem, per Iacobum Aragonem prius recepta. Tres in ea metropoles, Turritana, & Arborenſis ſub qua S. Iuſta, & Ciuitatenſis. Tertia Calaris, ſub qua Sulcitana, Dolienſis, Snellenſis: recentia ſane nomina præter Calarim ac Sulcam, & in codice Fiſci adnotata. Inſula tota cœli grauitate infamatur. Pauſa dicit eam ſerpentes herbasq́; habere innocuas, præter herbam quandam ſimilem lappæ, quam edentes ridendo pereunt, ex quo prouerbium inſanitate deſperata, σαρδώνιος γέλως, Sardonius riſus. Item inſulam totā conſtare longitudine M C X X. ſtad. Latitudine C C C C L. Hæc ille. Corſica uerò Cyrnos olim, ut ait Dionyſius, quod montibus tanquam capitum uerticibus abundet: Corſas enim tempora Græci appellant. Melle illaudato referta eſt. Tantum uina commendata, quæ Romam exportantur. hominum, ſicuti canum & equorum ferox genus, ac tantum latrocinijs natum. Hoc fermè tempore, quod iter Hetruriæ omnemq́; oram maritimam infeſtabant, expulſi ex urbe Roma ſubiectisq́; terris ab Alexandro fuere. Ciuitates Plinio

Mariana
Aleria
Ilua
Aethala
Oglaia
Capraria
Aegilium
egilium
Gorgona
Planaſia
Stura
Palmaria
Pandataria
Prochita
Anaria quæ Inarime & Pithecuſa & Iſchya
Megaris
Capreæ
Apraxopolis
Leucothoe
Pontia
Dianium
Arthemiſiam
Menaria
Colubraria
Veneria
Cuniculariæ

Mariana à C. Mario, Aleria à Sulla Dictatore deductæ Coloniæ: quarum nomina cum mœnibus durant. Tota inſula longitudine à Septētrione in meridiem porrectam mil. paſſ. C L. latitudine L. Circuitu C C C X X X I I. ut idem teſtatur autor, qui ait, X X X I I I. olim in ea urbes fuiſſe. Corſicæ prope ſunt Ilua Chalibum generoſa metallis, Aethala à Græcis dicta ob ferri officinam in eo loco flagrantis: Plinio item & Stephano. Præterea Oglaſa, Capraria, quam Græci Aegilion uocant: Igilium uerò contra Telamonem, unde nobile uinum rubrum. Gorgona. Planaſia quod fallax nauigantibus ſit æqualis freto uiſa. Plinio in Antiano Stura Palmaria. In puteolano Pandataria, Prochita: Aenaria eidem à ſtatione nauium Aeneæ, ab Homero Inarime dicta, à Græcis Pithecuſa, non à ſimiarum multitudine, ut aliqui putant, ſed à figlinis doliorum. Hodie uerò Iſchyam uocant, puto ex robore munimento loci. In Surrentino Megaris, Capreæ quam Apraxopolim Auguſtus uocare ſolebat, ob amœnitatis receſſum inertem, Leucothoa, Parthenis, ex Sirene. In Formiano Pontia. In Compſano Dianium, quam Arthemiſiam uocant. In Viponenſi Menaria, Colubraria, Veneria. Inter Sardiniam & Corſicam inſulæ paruæ Cuniculariæ uocatæ Plinio.

SICILIA.

Cyclopes
Leſtrigones
Sicani

DE Sicilia Thucydides in hanc ferè ſententiam. Primi dicuntur eam incoluiſſe Cyclopes & Leſtrigones, quorum origo nuſquam reperitur. Poſt hos Sicani genere Hiſpani, à flumine Hiſpaniæ Sicori à Liguribus eiecti: & adhuc Sicani parte inſulæ ad occaſum ſpectantem incolunt. Deinde plerique Troianorum

Elymi
Troiani

capto Ilio in finibus Sicanorum conſedere, qui dicti ſunt Elymi. Vrbes eorum Eryx & Egeſta: his accolæ adceſſerunt quidam Phocenſes. Poſt hos Siculi ex Italia fugientes Opicos, uictis bello Sicanis Siciliam appellauere: ante uidelicet Græcorum aduentum annis C C C. Deinde Phœnices partem quæ ad Aquilonem uergit negociandi cauſa tenuere, ac Motyam Soluntem & Panormum, finitima Elymis oppida inhabitauere: unde breui traiectu Carthagini forent uicini. Tot igitur barbari Siciliam incoluere.

Phocenſes
Siculi ex Italia
Phœnices

Græcorum
Chalcidenſes

Græcorum primi Chalcidenſes ex Eubœa tranſeuntes cum Theocle illius deductore Coloniæ Naxon incoluere. Inſequenti anno Archias ab Hercule prognatus è Corintho profectus: Syracuſas tenuit pulſis prius ex Italia Siculis: Iidem Chalcidenſes Theocle duce poſt annos V I I. habitatas Syracuſas, Leontinos Siculis eiectis: deinde Catinam incoluere, cum ipſi Catinenſes Euarcum feciſſent Coloniæ autorem.

Archias

Lampis

Lampis ea tempeſtate è Megaris in Siciliam uenit, & ſupra flumen Pantacium loco quodam (cui nomen Trogilo) incolas collocauit. Illinc digreſſus poſitis in Tapſo incolis: poſt eius mortem duce Hyblone è Tapſo migrantes, qui regionem prodiderant, Megaras incoluerunt. Qui Hyblæi ſunt dicti, quiq́; poſt C C L. annos à Gelone rege Siculo expulſi ſunt.

Hybla
Tapſus

Gelo tyran.
Siculus Itali filius

Philiſtus ſcribit L X X X. annis ante bellum Troianum Siculum Itali filium ex Liguribus in Siciliam adpulſum inſulæ nomen dediſſe.

Trogus de Sicilia

Trogus libr. I I I I. plura de Sicilia ſcribit, quod Italiæ pars quondam fuit terræ motibus diuiſa Rhegio proximo promōtorio, quod Græce abruptum dicitur, cauernoſa tota ſulphurea ſubterraneisq́; meatibus uentis penetrabilis: ex quo miracula ardentis Aetnæ & Veſuuij montis Scyllaq́; & Charybdis, cæteraq́; monſtra: quæ ob eam cauſam finguntur, quod nauigantes ad pelagus propter anguſtias eius undarum exurgentium ſonitus quaſi latratus, & uoraginem expaueſcunt.

Diodorus

Diodorus item Sicaniam prius dictam fuiſſe dicit ex autoritate Timæi à Sicanis antiquis indigenis, quibus ob frequentes ignes deuaſtantes, inſulam deſerentibus Siculi ex Italia profecti occuparunt, pauloq́; poſt colonijs Græcorum eò deductis, & linguam Græcam & cultū elegantiorē didicere. Ab ijs deinde fabularū commenta de Cerere & Proſerpina, & commonſtratis ab ea frugibus & arandi modo, quod fœcundiſſima ſit tellus, & horreum pop. Rom. à Cicerone appellata, quæ ſæpe maximos eorum pauerit exercitus: Frumentarijs uerò & negotiatoribus Rom. magno fuerit compendio.

Cereris figmenta unde
Horreum

De qua idem Cic. in Verrem multa commemorat. Noſtra uerò tempeſtate proximis his annis urbem ingenti fame leuauit, cum aureis iam X X X. modius ueniſſet. Circuitus inſulæ totius Plinio mil. paſ. D C X V I I I. Nunc qui eam ab initio tenuere breuiter attingam. Trogus in eodem, lib. itemq́; Thucydides (uti ſuprà cōmemoraui) eam Cyclopum atq; Leſtrigonum patriam ante omnes fuiſſe adfirmant, quorum originis nullus habetur autor. His extinctis Aeolus regnum occupauit, qui, ut ait Diodorus, quod uelis uti nautas inſtituerit, & tempeſtates uētosq́; prænoſcere docuerit, Ventorum deus eſt habitus. Poſt quem ſingulæ ciuitates in Tyrannorum imperiū cōceſſere, cum Carthaginienſibus ſæpe uarijs prælijs dimicauerunt. Deinde Athenienſes ſpecie ferendi auxilij Catanenſibus contra Syracuſanos, Nicia Alcibiade & Lamacho Ducibus profecti neceſſitatem inimicis fecere adcerſendi auxilia Gilippi Lacedæmoniorum ducis, cuius uirtute Syracuſani obſidione liberati fuere: rurſusq́; petiti adiuti ſunt à Peloponenſibus, tunc Athenienſium inimicis, ut in Thucydidis hiſtoria uidere licet. Per aliquot deinde annos à Carthag. expugnata atq; dominata eſt, ſuperato Agathocle, rurſus à Dionyſio recepta: quo ſublato Hiero caput extulit, qui Dux Syrac. pulſo Artemidoro alterius factionis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ctionis duce à ſuis rex appellatus eſt,ut Polybius refert.
Dumq́; contra Mamertinos ueniret ab Appio Cos. uictus
eſt:Mamertinis partim ſe Romanis, partim Carthaginien-
ſibus dedentibus, ex quo cauſa & initium fuere primi bel-
li Punici.Deinde pax regi, & Syracuſanis data & amici-
Syracuſani rebellant — tia inita. XXXIIII. poſt annos rebellauere Syracuſani
cæſa prole Hieronis. Itaque eò M. Marcellus miſſus non
Marcellus — prius redijt quàm captis ac direptis Syracuſis. Nunc loca
breuiter enarrabo.

LOCA SICILIAE.

Trinacria — TRINACRIA enim quum ex tribus
promontorijs dicta ſit,Peloro Italiam,Li-
lybæo Græciam, & Pachyno Africam re-
Meſſana — ſpicientibus: Meſſana primum in ora eſt
poſt pelorum,inſtar Phari Alexandrini tur
Zancle — rim habens.Zancle prius uacata. De qua Chucides in hanc
ſententiam Zancle originem habet à latronibus Cumæis ex
urbe Chalcidica profectis Periemene & Cratemene duci-
bus, ſic appellata quod falcis ſpeciem præferat Siculo uoca-
Anaxilus — bulo.Iidem poſtea à Samijs eiecti ſunt.Nec multo poſt Ana-
xilus Rheginorum tyrannus exterminatis Samijs urbem
indiſcretis hominibus frequentē reddidit,& à ſua quondam
Polybius de Mamertinis — patria Meſſenam appellauit.Hæc Thucydides. Polybius au-
tem hos Mamertinos poſtea uocatos fuiſſe dicit. Qui deſti-
tuti legionibus Romanis,quæ Regij morando Siciliæ urbes
tuebantur à Syracuſanis poſtea nunc Carthaginenſium par-
tibus ſtudentibus, duce Hierone bellum paſsi ſunt. Romani
Appio Claudio Cos. Mamertinos primum, quanquam no-
xios et ſceleris conſcios ſponte in deditionē acceperūt.Dein
Syracuſas ceperūt, ex quo primi belli punici exarſit origo.
Inſcriptio Meſſanæ — Meſſanæ item hodie monumentū ueteris inſcriptionis huiuſ
modi cernitur. Senatus populusq́; Ro. Claudio. Q. Fabio
Cos.altero Meſſanam Siciliæ ciuitatem claſſe profecto re-
ſerante percepit.Hieronē Syracuſanorum regē,Pœnorumq́;
copias Hieroni cōiūctas tam celeriter ſuperauit,ut Appium
Claudium Cos.ad hanc rem gerendam potius ciuitas ſuæ uir
tutis admiratorē quàm belli ſuſciperet adiutorem. Nam rex
Pœniq́; urbis non tam multitudine ac animoſa nobilitate
propulſi uictos quā ſeſe didicere congreſſos,qui ante conſu-
lis aduentum ultra Leontinum profugi pacem expoſcentes,
Romanorum gloria,Meſſanenſiū nobilitate,propria mulcta
centum talenta ærario ſoluenda ſupplices impetrauerūt: ob
quod ſtatuit urbē ipſam titulis nobilitatis extolli alijsq́; pro-
uinciæ ciuitatis eiusq́; ciues Romanoum honore Siciliæ ca-
put illic fungi poteſtate Romana,lapides eius à Leōtino uſq;
Phædas extendi. Nam id ſpatiū cæteris deficientibus Roma-
næ ditioni ſeruauit.Chirographum hoc faſtis Romanis ad-
iunctum laudē ciuitatis oſtentans adſcribi, Romanamq́; gra
titudinem merito reſpondere. Adprobatum eſt præſens de-
cretum patrum à Cn.Calatino Tri.Pl.poſt urbem condi.an.
CCCCLXXX.remp.primo bello Punico turbāte. Ibidem
Altera inſcriptio — altera inſcriptio:S.P.Q.R. Seruio Fuluio Flacco P. Calpur-
nio Piſone Coſs.urbem Meſſanam à prouinciæ coloniæ tri-
butis cuiuslibet uectigalis fixi mobilisq́; pondere per omnia
ſecula liberauit: quia dum Siciliæ graue formidabileq́; bel-
lum ſeruile multitudine conſpirantium inſtructa copia-
rum potentiæq́; magnitudine ſubiugaſſe, quod prius Ro.
diſperſerat,conſulesq́; terruerat, ſeruos Meſſana ſagaci-
ter habitos pace mature frenatos, quin uno P. Calpurnio
Cos.deſignando luem Siculis:Ro.Po.ſtimulos, & à ſe pro-
futurum compar abſtulit nocumentum, atque ſe uili ſerui-
tute eripuit,precioſa libertate gauderet. Ex hoc enim præ-
ſens Chirographum faſtis Romanis adiunctum laudem ci-
uitas extentam decreuit adſcribi, ut gratiam meritis Ro-
mana circunſcriptio coæquaret. Adprobatum eſt hoc pa-
trum decretum ab Octauio Pl.Tribuno poſt urbem condi- — Feſtus
tam an.DCCXX.remp.bello ſeruili turbante.Feſtus aliam
quoq; Mamertinorum cauſam repetit hoc modo.Quum pe-
ſtilentia laborarent Samnites,uer ſacrum ex oraculo: id eſt
quæcunq; uere proximo nata eſſent,immolaturos uouerunt.
Quo facto peſtilentia minime ceſſante, conſultus iterum
Apollo reſpondit nonnullos animo uiolatos expelli oporte-
re.Hi itaque in Siciliam uenientes atq; ibi conſidentes cum
auxilio in bello Meſſanenſibus eſſent,ab eis ob meritū in par
tem urbis atq; agri accepti ſunt, uocatiq́; Mamertini, quod — Mamers
collectis in ſortem duodecim deorū nominibus Mamers ſor- — Mars uocatur
te exierit,quo lingua Oſcorum Mars ſignificatur.Huius hi-
ſtoriæ autor eſt Alſius in lib.primo belli Carthaginienſis.
Meſſanenſes poſtremo cum rebellaſſent Valerio Meſſalæ
à quo ſubiugati fuere cognomen dedere. Nuper extinctus
eſt Conſtantinus Laſcaris in ea urbe, qui in Græca diſci- — Aetna
plina profitebatur. Aetna his proxima, Ineſia prius dicta,
mons cum oppido, ubi miraculum flammæ. Alia enim En-
na uocata eſt, ubi Proſerpinæ raptus, de qua paulo poſt- — Adranum
ea. Adranum urbs cum fluuio eiuſdem nominis & Argen- — Argentum
tum,unde Adrani & Argentani Plinio:Taurominium in eo — Naxum Taurominium
dem littore Naxum uocatū. Thucydides ait:Chalcidēſes du
ce Theocle incoluiſſe Naxum & extra urbem poſuiſſe aram
appellatam Archigenæ,cui nauigaturi ſacrificarent.Strabo
dicit:Zancleos ex Hybla condidiſſe Taurominium: deinde — Charybdis
Romanorum coloniam fuiſſe. Idem ait Charybdim ante
Taurominium & Meſſanam apparere profundum immen-
ſum ubi freti inundatione & uorticibus nauigia periclitan- — Centuripæ
tur.Centuripæ, Aetnæ & Symetho proximæ,urbs quam Au — Catina
guſtus ædificijs reſtituit. Catina ædificium Naxiorum ſub
radicibus Aetnæ,eam Hiero renouatis colonis Aetnam uo-
cauit,poſt eius mortem priſtinum recuperauerit nomen.Si-
lius. Tum Catine nimium ardenti uicina Typheo:Et glome
raſſe pios quōdam celeberrima fratres.Hi fuere, ut ait Stra — Amphimō & Anapias fratres
bo, Amphimon,& Anapias:cum clades patriæ inferretur,
parentes humeris ſuſtulerunt.Nunc multo celebrior Aga- — Agatha
thæ uirginis natalibus.Apud hanc Symethus labitur fluuius. — Symethus
Paulum uerò ab ora recedentes, ſunt Megara & Leontini — Syracuſæ
duæ clariſsimæ quondam urbes.Deinde Syracuſæ.Quas Ar — Megara
chias à Corintho aduectus condidit: qui una cum Miſcello — Leontis Archias
ex oraculo eis propoſitis diuitijs,& ſalubritate, ut alterum — Miſcellus
eligerent, Archias cum diuitias prætuliſſet Syracuſas omniū
rerum fertiles habuit.Alter uero Miſcellus prælata ſalubri-
tate Crotonem ædificauit. Syracuſani itaq; adeo creuerunt
opibus,ut in prouerbio ſit cum ad diuites loquimur, uobis — Archimedes
ne decima quidem Syracuſanorum adeſt. Hæc urbs Archi-
mede Mathematico cenſetur, qui Marcelli expugnationem — Lucia uirgo
ſuis inſtrumentis triennio diſtulit. Nunc autem Lucia — Agrigentum
uirgine gloriatur. Agrigentum quod Græci Acragatem — Geloi
uocant, Geloi incoluere anno CVIII. poſt conditam Ge-
lam ducibus Ariſtono & Pyſtilo ab Agrigento uicino
fluuio cognominatam,ut autor Thucydides. Quem fluuium
in forma ſpecioſi pueri pinxit antiquitas, ut Aelianus au-
tor ſcribit:item Duris, quod pleræque ciuitates Siculæ à
fluminibus nomen habent, ut Gela, Syracuſæ, Himera, Se-
linuntes, Phoimanites, Erycum, Camyrum, Alycum, The-
rinum, Camerinum. Polybius & flumen & urbem Acra-
gantem à regione Acrage uocari uult,διὰ τὸ ἔυγειον. Sunt
& aliæ in Thracia, in Eubœa, in Cypro, in Aetolia. In hac — Equi Agrigentini
equos optimos naſci Vergilius etiam teſtatur. Acragas
generator equorum. Agrigentinorum præterea eſt ſum- — In Agrigentinorū luxuriā
ptuoſe & ædificare & epulari.Quapropter Plato,ut refert — ſcommata Platonis
Aelianus de uaria hiſtoria, in eos cauillabatur, Agrigētinos
ædifi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Phalaris tyrãnus
Alcamenes
Alcandrus
Panormus
Himera
Ergoteles
Olympionica
Nebris mons
Eryx urbs
Venus Erycina
Entella
Myle
Hybla
Selynus
Gela
Lindii
Camarina
Gelo tyrãnus
Palice urbs
Palici quot
Cratera
Triochala ubi bellum ſeruile

ædificare, ut ſemper uicturos, epulari ut ſemper morituros. Hic Phalaris imperauit crudeliſsimus tyrannus, tauro à Perillo inuẽto ciues cruciabat. Quapropter à populo unà cum coniuge & filijs crematus eſt: poſt quem Alcamenes, huic uerò Alcandrus uir mitis ſucceſsit. Ex latere occidentis Panormus urbs, & ſtagnum de quo Polybius. Aulus Aquilius & C.Cor.Coss. cum claſſe c c x x. nauium intra ſpatium trium menſium ædificata in Sicilia primo bello punico Panormum quod tunc à Carthaginenſibus tenebatur, debellauerunt, è duobus lateribus aggreſsi primam urbis partem primo captam Neapolim, deinde urbem ueterem aliam partem: altera eſt in Creta Panormus. & item alibi. Sic enim Græci nominant locum nauibus applicandis accommodum. Himera urbs & fluuius deducta ab Euclide Suno & Sarono. In hanc diuertit Hercules cum Geryonis armentis, ubi aquas calidas proueniſſe Palladis iuſſu ferunt, in quibus Hercules membra labore ſordida abluerit, molliorâq; reddiderit, ex quo Himera appellata. autor Stephanus. Hinc Ergoteles Olympionica fuit, cuius uiri ſimul & urbis Pindarus in Pythicis meminit. Himera autem flu. à Nebride monte fluit, qui ut ait Solinus à Nebridibus, id eſt hinulis dictus eſt quibus abundat. Eryx mons & urbs, à filio Veneris ab Hercule uicto, ubi Veneris Erycinæ templum: loci adhuc ueſtigia uidentur. Entella urbs ab Entello qui apud Vergilium cum Darete hortante Aceſte pugnauit. Entella Hectoreo dilectum nomen Aceſte. Myle in ora. Ouidius in Faſtis: Sacrarumq; Myle paſcua læta boum. Hybla mons & oppidum, ubi mel conficitur hybleum. Selynis urbs prope Lilybæum. Vergil. Et ſyluis palmiſq; onuſta Selynis. Dicitur & Selinus. Gela quam Antiphemus è Rhodo, Eutymus è Creta ſuam uterque coloniam ducentes, pariter condidere, an. x L v. poſt habitas Syracuſas: ex Gela fluuio uicino appellata, cum Lindij uocarentur. autor Thucydides. Stephanus dicit Gelam fluuium appellari, quòd glacie concreſcat, quam Opica & Sicula lingua Gelam uocant. Camarina condita à Syracuſanis, autoribus Daſcone & Menecle, ut refert Thucydides, eiectoſq; aliquanto poſt ob defectionem à Syracuſanis dominantibus Gelo tyrannus accepit pro redemptione Syracuſanorum, quos habebat captiuos: Tum ipſe coloniæ deductor factus eos in terra Camarina collocauit. Et cum rurſus ſedibus eiecti fuiſſent, tertio ſunt ab eodem collocati. Eſt & palus Stephano quæ præter naturam aliarum immota melior eſt quàm mota. Vnde prouerbium μὴ κίνει καμαρίναν. Vergil. Et fatis nunquam conceſſa moueri, Apparet Camarina procul. Palicẽ Ducetius Siculorum dux C.Nautio Rutilo, & Lucio Minutio Carutiano Coss. condidit. Theophilus autem in deſcriptione Siciliæ fontem dicit. Prope autem templum Palicenſium erant v. dæmones quidam, quos Aeſchylus in Ethnis dicit Iouis & Thaliæ filios fuiſſe. uocabãtur Palici, quòd mortui ſemel iterũ reuixerunt. Ratio quòd ibi fons ſit ſenis altus cubitis aquam eructãs, quem Crateras appellant, ut uideatur campus ei ſubiectus aquis immergi rurſuſq; poſtea apparere. Locus præterea ſacer iureiurando. Nam quod iurant in tabella deſcribunt, eamq; fluuio proijciunt: Si ſanctum & inuiolatum, aquis ſupernatat: ſi falſum & iniuſtum, deprimitur. Silius. Et qui præſentem damnat periura Palici, poſcunt ſupplicia. De quibus in Macrobio plura. Triochala ubi ſeruile bellum concitatum eſt. Silius. Et mox ſeruili uaſtata Triochala bello. Cic. in Verrẽ lib. v I I. In Triochalino quem locum fugitiui ante tenuere. De ſeruili bello hæc Florus. Fugitiui duce Syro fractis ergaſtulis ad L x. mil. coniurauerunt. Prætorum caſtra exuperata, Manilij, Piſonis, Lentuli, Hypſei. M.Perpenna uicit, & obſeſſos Aetnæ cõſumpſit. Hinc

M.Aquilianus
Drepane
Egeſta quæ & Segeſta.
Enna umbilicus Siciliæ.
Aceſta
Arbela
Abace. Abola
Amatana
Agium,
Agyrena
Acre, Bucina
Bremia
Biclus
Craſtus
Cephalodum
Camireni
Eugea
Minœa
Heraclea
Epipole
Helorus
Metaurus
Motya
Macarium
Macarenſes
Morgentia
Omphace
Thermæ
Tapſus
Tyndaris
Tarchila
Thiſſe
Hycarum
Selynis
Selynuntii
Mons regalis
Gulielmus
Fredericus II
Flumina
Plemmirius
Symethus
Himera
Gela, Helorus
Alabys
Hypſa
Vagedruſa
Pantagia
Camarina
Inſulæ Aeoliç

ouans urbem ingreſſus. Poſt paulò idem incendium excitauit Themiſo Cilix paſtor, interfecto domino ergaſtula aperuit. Prætoriana caſtra Seruilij & Luculli ſuccubuere. M.Aquilianus exemplo Perpennæ, & ferro, & fame maceratos cepiſſet, niſi metus ſupplicij fuiſſet. Itaque magna ex parte mortem ſibi conſciuere. Dux aufugit. Drepane falcis figura, quod eò falx Saturni genitalibus abſciſsis eiecta ſit, ut ait Strabo. Egeſta ubi aquæ multæ Philoni, ab Egeſto Troiano: Segeſta deinde uocata. unde Segeſtani Plinio, hodie quoque ueſtigia apparent. Enna urbs in monte umbilicus Siciliæ dicta quod in medio ſit. Strabo dicit Syracuſas & Erycem duas maris arces in medio Ennam retinere. Hic fabula Proſerpinæ raptæ à Plutone, ſpecuſq; adhuc uiſitur, unde dicitur ad inferos contendiſſe. Liuius de bello Macedonico, Regionem eam amœnam, ac perpetuo flore uernantem appellat: hodie quoque caſtrum Ennæ dicitur, ubi concilium totius inſulæ cum opus cogitur à Præſide. Deinceps ex ordine literarum Aceſte, ab Aceſte Troiano, Arbela, Abace, Abola, Abatana, Agium, Agyrena, Acre, Buccina, Bremia, Biclus, Craſtus urbs, unde Epicharmus poëta, & Lais meretrix, ut Anthus teſtatur, de uiris illuſtribus. Cephalodum Plin. hodie quoque Præſul Cephalodenſis appellatur. Camirus urbs, ubi Cocalus regnauit, Oebali filius. Eugea ſita in monte huic proxima, Cocali regia, ubi Minos perijt, & cuius militibus. Minœa condita Plinio. Hanc Heracleam Liuius dicit uocari. Epipole locus præceps & altus, uicinus Syracuſis. Helorus media producta ab Heloro flumine, ubi Apollodorus in Chronicis dicit eſſe piſces manſuetos, qui è manu paſcuntur, labitur è Pachyno. Eſt altera in Macedonia urbs. Metaurus Locrenſium ædificium. Motya, Macarium: unde Macarenſes Pli. nunc item nomen retinent antiquum. Morgentia, unde Morgentini apud eundem autorem. Omphace. Thermæ oppidum ubi primum reperta comœdia. Silius. Litora Thermarum priſca dotata Camœna. Solinus quoque hic primum, ait, inuenta eſt comœdia: hic & cauillatio mimica in ſcena ſtetit. Oratoria etiam in Sicilia inuenta. Tapſus clade Romanorum inſignis. Et undantem Rutulorum ſanguine Tapſum. Altera in Africa, huius colonia. Tyndaris, Tarchila, Philiſto, & Tarchialus regio. Altera in Macedonia. Tiche prope Syracuſas Ephoro. Tychum uerò mons in medio Prœtiæ & Eretriæ. Thiſſe condita à Siculis à qua Thiſsinenſes Plinio, Silio. Hicarum, Philiſto. Hicara uerò Apollodoro in Chronicis dicta. meminit & Thucydides. Selynis prope Lilybæũ. Vergil. Et ſyluis palmiſq; onuſta Selynis. Dicuntur & Selynuntij & Seluntij incolæ, quoniam Græcis σελινοῦς dicitur: hanc urbem hodie Mazaram appellant. Sunt & noua oppidorum nomina: Mons regalis & Auguſta, quorum primum Gulielmus rex Siciliæ cognomento Bonus conſtruxit, patris Gulielmi, qui Malus cognominatur, infamiam ac latrocinia compenſando. Hic inſtituit, ut pauperibus eſſet refugium. Templum ubi cathedrale cum ampliſsimo uectigali conſtitutum, apud quod canonici regulares nullius unquam horæ intermiſsione alternantes deum collaudant. Auguſtam uerò Fredericus II. Imper. excitauit, ut inſcriptio portæ Tetraſtichi clare indicat. Flumina præcipua, Plemmirius, Symethus Himera, Gela, Helorus, Alabys, Hypſa, Vagedruſa, Pantagia, Achates, ubi lapis teſte Plinio eius nominis reperitur. Hipparis prope Camarinã nauium capax ex monte oriens materia abundante, quam Camarinei excidentes in ſubiectum amnem proijciunt, deuehendam fluctibus in urbem ſine nauigio: meminit Pindarus in Pythicis. Καὶ σεμνοὺς ὀχετοὺς ἵππαρις οἷσιν ἄρδει κολλᾷ τε γάδιων θαλάμων λάχεως. Inſulæ autem Siciliæ primum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Lipara
Thermiſſa

Aeoliæ, quæ (ut ait Plin.) & Lipareæ & Vulcaniæ à Latinis, Ephcſtiades à Græcis appellatæ ſunt numero VII. Lipara, Thermiſſa, Strongile, Didyma, Ericuſa, Phœnicuſa, Euonyma. Plin. Aeolias dicit appellatas quod ibi Aeolus Iliacis regnauerit temporibus. Aeolides uerò aliæ ſunt in Aegæo ex Aeolica lingua cognominatæ. Aliæ item Cenys iuxta Pelorum Stephano. Coſyra in medio ſpatio Lilybæi, & Clupeæ, & Carthaginienſis oppidi Straboni. Melite. Ouid. Melite ſterili uicina Coſyræ. Cucuna cuius meminere Stephanus & Dionyſius poëta: clara morte Pontiani Pontificis ſub Alexandro Cæſare. Aeguſa tantum cæteris: Ptolemæo duæ ſunt: Aethuſa & Aeguſa. Sirenuſſæ tres inſulæ Sirenibus dicatæ ad ſinum Poſsidioniatem ſeu Peſtanum Straboni, nonnullis ad Pelorum Siciliæ. Ptolemæus eas Sirenum inſulas appellat. Acradina inſula ciuitates habet prope Syracuſas, quas expugnauit Claudius Marcellus. Eſt & pars Syracuſarum. Charax autem regionem eam uocat & inſulam. Ex his igitur omnibus ciuitatibus & locis cum pleraque interempta, plurima etiam mutata ſint, ut ſuperius oſtendi:

In Fici codice præſules

Codex fiſci hodie XII. tantum præſules deſcriptos habet. Cephaludenſem, Panormitanum, Agrigentinum, Catanienſem, Mazarienſem, Melitenſem, Meſſanēſem, Maleuitanum ſeu Maleenſem, Montis regalis, ſancti Marci, Pactenſem.

SICILIAE RELIQVA AC POSTERIOR Hiſtoria.

ENARRATIS igitur Siciliæ cum initijs tum locis ea nunc dicenda reſtant, quæ poſt captas à Marcello Syracuſas ſunt ſecuta, quando Sicilia in prouinciæ formam redacta per prætorē à Romanis adminiſtrabatur. Deinde ſub imperatoribus uſque ad Caroli tempora. Tunc igitur partito inter utrunque imperium orbe, Sicilia omnis cum Calabria & Apulia Conſtantinopolitano ceſſit. Cui ſine controuerſia paruit uſque ad Nicephorum Imperatorem cognomento Thomam, quo tempore Saraceni Apuliam, Garganum montem, Luceriamq́;, & nonnulla circa loca occupauerunt, ann. DCCCCXIIII. Vnde ſæpe poſtea factis excurſionibus Calabriam, Neapolim, Lirimq́; aduſque flumen, & loca urbi uicina penetrauere. Quibus Ioannes X. Pont. una cum Alberico Hetruriæ comite occurrendo ui maxima reſtitit, illi ad Garganum ſe recepere. Deinde poſt annos ferè C, quàm Italiam tenuiſſent, penitus expulſi ſunt. Quomodo autem, aut à quibus expulſi ſint duplex eſt fama. Otho Præſul Phryſingenſis de geſtis Frederici primi, dicit Robertum cognomento Guiſcardum quod erronem eorum lingua ſignificat, quoniam telluris multum uictor obiuerit, inter Normandos natus, in Italiam ad quærendas nouas ſedes tunc primum ueniſſe: ubi Apuliam colonis paucis atque ignauis habitatam aſpiceret, ſuos domo aſciuiſſe cum exercitu: breuiq́; tempore omnem eam regionem ac Siciliam expulſis Græcis ſimul & Saracenis, in ſuam poteſtatem redegiſſe.

Tancredus
Normandus

Altera eſt fama, crebrior quidem inter autores. Tancredus Normandus armorum gloria inſignis cum numeroſa prole finibus ſuis egreſſus in Italiam, in Aemyliæ regione conſedit, & iam principem Salernitanum bello laceſsiuerat,

Gulielmus
Ferrabas

cum filius eius Gulielmus cognomento Ferrabas cum Molocho præfecto Michaëlis Catalaici Imper. Conſtantinopolitani, qui Calabriæ Siciliæq́; præſidebat, ac principibus Capuano & Salernitano tranſegit, ut ſi Apuliam à Saracenis recuperaſſet, eam in parte poſsideret. Qua demum armorum ui potitus, ac ſpe conditionis deceptus paulò pòſt una cum XL. milibus Normandorum, qui ad expeditionem Hieroſolymitanā eo tempore ſe accinxerant, Siciliam, Apuliam, Calabriam cepit: ac Melphim edito in colle, quo impedimenta cōgereret, ædificauit.

Melphis

Atque ita imperium moriens reliquis ex ſucceſsione fratribus dimiſit, qui comites Siciliæ dicti XLIII. annorum ſpatio, magna cum felicitate creuerunt.

Drogo

Inter quos Drogo fratri ſucceſsit, an. VII. qui primo reiectus ab exercitu Michaëlis Etheriaci Imp. mox apud Aufidum amnem uictor diſceſsit.

Hunfridus
Robertus
Guiſcardus

Poſt quem Hunfridus, mox quartus Gottifridus, inde Robertus Guiſcardus ſucceſſere. Is igitur ultimus res bello magnas geſsit: Apuliā per ſe Siciliam per Rogerium fratrem rexit. A Nicolao II. Pontif. dux atque Feudatarius conſtituitur: Normandorum auxilijs ei conceſsis, quibus rebelles proceres in officio contineret, ac Beneuento reſtituto, quod frater eius Gulielmus occupauerat, de quibus omnibus apud Aquilam in concilio conuenere. Gregorium VII. Romæ obſeſſum per portam Flaminiam irruptione facta, ab Imperatoris Henrici III. iniuria aſſeruit. Quare ab eodem Apulia rurſus hac conditione conceſſa, ut Anconam, Picenumq́;, quod gens eius occupauerat, redderet. Neapolim primus poſſedit longa obſidione ui expugnatam. Poſtremo contra Alexium Imperatorem, qui Chriſtianis aduerſabatur, profectus in Græciam plurimis locis captis apud Caſiopen inſulam interijt, an. MLXXXVI. ætatis uerò LXII. uir alioqui laudatus. Tantum ab Antonino Florentino Præſule, ut dominationis nimium cupidus taxatur.

Rogerius & Boemundus contra Alexiũ Imperatorem

Inter liberos eius Rogerium & Boemundum exinde bellum exortum, cum prælatum in regno Rogerium alter quereretur. Itaq́; haud longe à Beneuento prælio cōmiſſo Boemundus uictus principatum tantum Tarētinum interuenientibus paternis amicis pacificatoribus tenere permittitur. Paulò pòſt deo militans ad expeditionem Hieroſolymitanam ubi res magnas geſsit proficiſcitur. In itinere cum Alexand. Imperatore paterno quondam hoſte, fœdus & amicitiam inijt, donatus ab eo muneribus ac liberaliter exceptus: diſcedens uerò fidem irritam habendo eius oppida multa inuaſit. Quare in reditu pertimeſcens, cum eius imperij tranſitum uitare non poſſet, ſe mortuum finxit, atque in arca clauſum deferri. ubi domum peruenit, eueſtigio Dyrrhachium claſſe aggreditur, locaq́; imperij nonnulla: tandem pax inter eos facta. Rogerio interim poſt annos regni XXV. uita functo

Gulielmus

Gulielmus filius ſuccedit: qui ſtatim inito principatu, Alexij Imper. iam defuncti filiæ nuptias expetens, Conſtantinopolim contendit, ſtatu prius rerum ſuarum Caliſto II. Pont. commendato. Rogerius inter hæc Rogerij fratris filius, capta abſentis occaſione ſpretoq́; Pontifice regnum inuadit. Gulielmus ſpe nuptiarum fruſtratus, regnoq́; ſimul eiectus ſeſe ad principem Salernitanum recepit. Ibiq́; priuatus ex animi mœſtitia diem ſine liberis obijt. Rogerio itaque ſecundo per uim principatum occupanti, Caliſtus bellum indicens, dum eius rei gratia ſe Beneuentum confert, paulò pòſt morbo correptus interijt. Innocentius II.

Rogerius II

deinde cauſam proſecutus, cum eo apud S. Germanum uictor conflixerat, niſi paulò pòſt duce Calabriæ Rogerij filio cum ſupplemento ueniente captus fuiſſet: à quo & patrem captum dimittere ac omnia quæ circa regnum optauerat, præterquam regis nomen concedere compulſus eſt. Poſt hæc Anacleti Pſeudopontificis partibus fauens, ab eo utriuſque Siciliæ rex declaratur, aduerſus quem Innocentius iuuante Lothario Imper. cum exercitu profectus, eum regno deiecit, quod ille ſtatim Pontifice defuncto recuperauit. Belli gloria clarus eſt habitus, ac inter cæteras expeditiones Africanam Chriſti cauſa ſumpſit, in qua Tunim tributariam fecit: cum Imper. Conſtantinopolitano dimicauit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Contra Saracenos Afri.

micauit. Demum è Sicilia reuertens, amiſsis opera Venetorum quibus hoſtis erat XX. triremibus fuga euaſit, ac Panormi extinctus eſt ſuperſtite filio ſucceſſore Gulielmo II.

Gulielmus II rex primus

qui regnauit annos duodecim. Is igitur rex primus ab Innocentio quarto creatus eſt: Magnusq́; ob eam cauſam appellatus. Sed mox immemor beneficij terras Pontificis apud Beneuentum occupat, ille iratus eum regno abdicat: Emanuelem Imper. contra eum excitat, ipſe interea aduerſus eum exercitu ire pergit. Quem cum omnia ſuperantem & proceres eius à quibus ad hoc excitatus f...:at cum eo conſentientes animaduerteret, inuitis patribus, qui bellum malebant, de pacis conditionibus egit. Gulielmum ſupplicem ac humi proiectum ueniam petentem in regnum rurſus reſtituit.

Gulielm' III

Is ad extremum decedens filium Gulielmum tertium reliquit hæredem. Qui rex an. XXV. partibus Alexand. III. Pont. maximè fauit, pecunia fugientem iuuit. Hieroſolymitanæ denique expeditioni opibus contra Saladinum præſto fuit. Siciliæ tantum profuit, quantum pater ante nocuit: Montem regalem urbem extruendo, pauperes fouendo, quibus meritis Boni cognomentum accepit patris comparatione qui malus eſt appellatus.

Tãcredus nothus

Hoc demum ſine liberis extincto Tãcredus quidam è genere Guiſcardi nothus eligitur: Clemente & eius ſucceſſore Cæleſtino III. acriter obſiſtentibus, ac res repetentibus. Ille interea cædibus & rapinis omnia complebat.

Conſtantia Rogerii filia Henricus Frederici filius

Cæleſtinus ut aliò rem transferret, Conſtantiam Rogerij regis filiam deo dicatam è Cœnobio Panormitano Henrico Frederici Imper. filio ſimul cum regni iuribus matrimonio tradit. Henricus igitur Tancredum bello perſequens Neapoli demum obſeſſum interfecit, regnoq́; unà & imperio ſucceſsit, ac utrunque mox Frederico II. filio reliquit.

Fredericus II Imperator Manfredus Carolus Andegauenſis

De quibus in alio lib. inter Imperatores dicam. Res ad Manfredum Frederici II. filium nothum deducta, uirum facinoribus coopertum. Qui e ueſtigio loca Pont. inuaſit: Innocen. IIII. Alexand. III. & Vrbano IIII. maximè infenſus, ac regno abdicatus, euocato contra eum Carolo, diui Ludouici Francorum regis fratre, Andegauenſium duce, cui regnum conceſſum. Quod probatum deinde à Clemente IIII. hac lege fuit, ut XL. mil. nummûm aureorum quotannis Pontifici penderet. Igitur an. MCCLXIII. Carolus traiectis Alpibus quum diu uarijs prælijs cum Manfredo cõcurreret, eum tandem apud Beneuentum ſuperatum interfecit.

Conradinus Imperator

Deinde Conradinum Imper. Manfredi fratris filium auxilio uenientem, poſt multa prælia, poſtremo apud lacum Fucinum, cum Henrico patruo rege Sardiniæ, & toto exercitu ſuſtulit.

Carolus contra Saracenos

Carolus itaq; ſuperatis hoſtibus, uindicatoq́; ſibi citra ultraq́; Pharum Siciliæ regno Romam uenit, ubi ſenator factus rem urbanam aliquandiu ſuo arbitratu diſpoſuit, Vrſinis maximè inuiſus. Pace itaque in Italia conſtituta in Africam proficiſcitur, ſuppetias fratri Ludouico ferens, qui Chriſti cauſa res ibi gerebat, quo paulò pòſt extincto cum Saracenis reddita Tuni quam ceperat, tributi conditione pacem fecit: mox in Italiam reuerſus omnia turbata offendit. Nicolaus III. gentis Vrſinæ ob ueterem familiæ ſimultatem eum ſenatorio munere deiecerat, ſimulq́; Petrum Aragonem ſollicitauerat, ut iure hæreditario Conſtantiæ uxoris quæ Manfredi regis filia fuerat, regnum Siciliæ inuaderet.

Conſtantia Manfre. filia Petrus Ara.

Galli in Sicilia interfecti

Petrus itaque hac ſpe erectus, cum claſſe quaſi aliud ſimulãs Sardiniæ propinquat: Siculos ſtatim Gallis infeſtos clam ad defectionem ſollicitat. Qui ad unum omnes, ueſperi dato ſigno, ex ea natione utriuſque ſexus interficiunt. Quo perpetrato Petrus ſtatim Siciliam occupat, ann. MCCLXXXIII.

Carolus II

Carolus itaq; in hoc tumultu aduerſus ire parans, extinctus eſt Neapoli ſuperſtite Carolo II. filio. Hic paternam expeditionem proſecutus, pugna nauali apud Siciliam congrediens ſuperatur atq; capitur. Martinus quartus Pont. interea Gallicis fauens Petrum ſacris interdicit, regnoq́; paterno abdicat, bona diripientibus concedit. Quæ omnia eius ſucceſſori Honorio IIII. poſtea probata fuere. Quapropter Philippus Caroli patruus Galliæ rex inito prælio cum Petro Gerundam propè abſtulerat, niſi peſtilentia exceſsiſſet: quem & ipſe Petrus ſecutus paulò pòſt ex uulnere interijt, relictis Iacobo & Frederico filijs:

Iacobus & Fredericus

quorum Fredericus ex Hiſpania cum claſſe delatus in Siciliam à Roberto Caroli filio uexatam, non ſolum Siciliam totam, ſed & Calabriæ partem aſſecutus eſt.

Iacobus rex

Iacobus uerò domum reuertens regnum paternum inijt, Sicilia dimiſſa ſeſe apud Bonifacium de fratris iniuria excuſando. Quare ab eodem rex Sardiniæ creatur, modo eam à Piſanis liberaret.

Sardiniæ fit

Carolus autem quem ſuprà captum in prælio dixi, ſtatu eius interim Neapoli à legato apoſtolico incolumi ſeruato, quadriennio poſt à Frederico dimittitur, pacificatore Carolo Valeſio Philippi regis fratre, ea de cauſa cum exercitu in Italiam profecto.

Car. Valeſius pacificator

Conditiones fuere ut Siciliam Fredericus, dum uiueret, ſibi haberet, dimiſſis Carolo quæ in Italia ceperat, daretq́; operam ut ſua impenſa Pontificis conſenſum his rebus impetraret. Dumq́; hæc peragerentur, duos interim filios obſides tribueret. His actis Carolus paucis poſt annis de uita deceſsit, relictis ex Maria filia regis Pannoniæ maribus XIIII. è quibus notiores VII. fuere.

Caroli II proles Car. rex Pan. S. Ludouicus

Carolus Martellus, qui rex poſtea Pannoniæ fuit, & pater Andreæ, qui ſucceſsit in regno Apuliæ Roberto fratri & interfectus à Ioanna fuit. Diuus Ludouicus qui Præſul Toloſanus ordinisq́; minorum, & inter ſanctos relatus fuit.

Robertus dux q rex poſtea Philippus Raimundus Ioannes Petrus Blanca Iaco. Leonora Fre.

Robertus dux Calabriæ qui regno ſucceſsit. Philippus Princeps Tarentinus pater Ludouici Ioannæ reginæ coniugis. Raimundus. Ioannes princeps Peloponneſi. Petrus Comes. Duas uerò filias alteram Blancam Iacobo Aragoni, Leonoram autem Frederico Iacobi fratri locauerat. Regnauit an. XXXIII. Vir quidem domi felicior quàm foris, liberalis in primis habitus regiæq́; naturæ, unico tantum libidinis uitio ſenectutem fœdante. Robertus poſt mortem patris Clemente V. probante regnum inijt, ann. MCCCVIII. tenuitq́; XXXIII. uir domi forisq́; admirabilis. In primis liberales artes coluit, doctisq́; præſertim Petrarchæ magnopere fauit, unicus Florentinorum & omnium Guelphorum amicus. Henricum VII. Imper. Italiam turbantem bello perſecutus eſt, Fredericum Aragonem finitis inducijs cum tota Sicilia afflixit, filium ſuum Carolum Florentinis à Caſtrutio Lucenſi bello preſsis, ac ſine contentione dominum petentibus miſit: qui paulò pòſt ætate florente deceſsit ſuperſtite filia Ioanna, quæ poſtea regnauit.

Car. Rob. fil.

Ioanna regina

Ni. Calapiſcis

Non præteribo rem miram quæ hoc tempore contigit. Nicolaus quidam Calapiſcis cognominatus, ex Apulia oriundus à puero in mari aſſuetus agebat, interq́; marinas beluas illeſus plures dies cõtinuos uerſabatur profunda pelagi penetrãdo. Nautis ſæpe uiſus tanquam marinum monſtrum apparebat, futuras tempeſtates prædicebat.

Andreas

Extincto Roberto Andreas Caroli Pannoniæ regis filius rẽ ſuſcepit an. MCCCLXII. qui Ioannam in matrimonium duxit, eiuſdemq́; dolis quòd ignauus uideretur interfectus, poſt annum tertium quàm regnare cœperat, ſuperſtite filio Carolo cognomento Paruo: illa uerò alteri nupſit conſobrino, Ludo. filio Philippi Tarentini principis, fratris Roberti.

Caro. Paruus Ludo. Phil. principis fil. Ludouicus Pannoniæ rex

Quod ſcelus Ludouicus Pannoniæ rex, Andreæ frater, ulturus, in Italiam cum exercitu uenit, illisq́; fugientibus in Prouinciam Neapoli potitus eſt menſes aliquot. Inde peſtilentia compulſus deceſsit relictis Pannoniorum in ea præſidijs. Ioanna interea redijt ex Gallijs, & à Clemente Pontif. Neapoli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Auenio diuendita

unà cum uiro Ludouico regni ſceptrum diademaq́; accepit, ac feudi debiti loco Auenionem Pontifici ex patrimonio tradidit. Inſequente deinde tempore proſpera ſemper eſt uſa fortuna.

Ludouic' Andegauenſis in regnũ adoptatur

Decedente Ludo. Ludouicum alterum ducem Andegauenſem regis Galliæ fratrem in regnum adoptauit.

Carolus III

Quapropter à Carolo nepote Ludouici Pannonij, qui contra Ioannam paulò antè uenerat Vrbano Pont. impulſore, prælio ſuperata eſt, ac puluillo ori iniecto necata. Contra hunc Carolum paulò pòſt Ludouicus ipſe Andegauenſis cum L V. mil. Gallorum traiectis Alpibus uenit, ac per Hetruriam iter faciens biennioq́; cum Carolo fruſtra dimicans in Apulia morbo perijt. Andegauenſes reliqui eius exercitus Arretio quod Ingeranio duce cum ſupplemento uenientes ceperant, Florentinis L X. mil. aureis uendito, ad ſummam redacti egeſtatem palantes domum ſeſe receperunt. Carolus igitur tertius potitus interfecta regina, & ſuperato Ludouico quatuor rexit annos.

Pannonius

Deinde ad Panoniæ regnum à proceribus accerſitus paulò pòſt reginæ uiduæ dolis ſublatus eſt, ſuperſtitibus Ladislao & Ioanna liberis.

Ladislaus rex

Ladislaus principatum inijt, an. M C C C L X X X V I. tenuitq́; an. X X I X. Cuius initio reliquiæ exercitus Ludouici Andegauenſis, quiq́; ei parti ſtudebant, mortuo Carolo ſtatim tumultum excitantes, pulſis inimicis Neapolim tenuerunt. At Vrbanus V I. uerum regni ſucceſſorem Ladislaum adoleſcentem declarauit, iuſſitq́; Caietæ quæ ſola in officio permanſerat ſumi diadema, ſimulq́; Albericum Cunij comitem magnum regni Coneſtabilem creatum cum exercitu Neapolim miſit, qui breui pulſis Andegauenſibus Ladislaum in regnum reſtituit.

Albericus Cunii comes magn' Coneſta.

Hunc deinde regem Rom. fugato Innoc. V I I. ad componendum tumultum in urbem conuocauerunt. Qui breui poſt tempore pacatis rebus diſceſſit. Iterumq́; reuertens abſente Pont. dum Piſis concilium celebratur urbem occupat, profligatis ducibus Ioan. X X I I I. uſque ad regni fines. Pont. Poſtremo Florentiæ morante, tertio urbem inuadit. ann. M C C C C X I I I I. pro quibus iniurijs ab Alexand. V. primum regno abdicatus eſt, & Ludouicus Ludouici Andegauenſis filius poſthumus ſurrogatus, qui hæres poſtea à Ioanna regina inſtitutus fuit: Ladislaus uerò uſque ad extremum ſeſe defenſitando incolumis durauit.

Ludouic' Ludouici Andegauẽſis filius.

Florentinorum præterea maximus hoſtis, à quorum duce Malateſta Piſaurenſi uictus eſt. Deceſſit admodum iuuenis ex uulua amicæ medicata, opera Florent. qui ſi per uitam licuiſſet tota Italia breui tempore potiturus uidebatur. Nam præter regnum, urbem Romam, Peruſiam, Aſſiſium, Cortonam quam poſtea uendidit Florentinis, in poteſtatem redegerat.

Ioanna II

Huic ſoror Ioanna ſine liberis extincto ſucceſſit M C C C C X V. regnauit ann. X X I. tempore ſchiſmatis ac Conſtan. concilij, Hadriani molem in urbe tenuit: ad quam oppugnandam cum Brachius Montonus ueniret, paulò pòſt ſuperuenientibus ipſius reginæ copijs duce Sfortia repulſus eſt: Rom. tantum neutram ſequentibus partem.

Inconſtantia Ioannæ

Variæ fœmina fortunæ, tum etiam inconſtantiæ fuit: ut quæ prius Iacobum quendam Marchiæ comitem è Gallia ſtirpe regia oriundum in matrimonium uocauerat, quem paucis poſt annis omnia ſuo arbitratu adminiſtrare uolentem eiecit, ac Alfonſum Aragonem adoptauit.

Alfonſus Arago in regnum adoptatur

Qui poſt aliquot annos ingenium animaduertens in arce Neapolitana eam obſedit: illa implorato Sfortiæ auxilio ad Alfonſum fugit: tandem potita Ludouicum Ludouici Andegauenſis filium, quem ſuprà memoraui, hæredem inſtituit: quam quidem inſtitutionem prius Alexand. V. & deinde Ioanni X X I I I. probatam, Martinus rurſus ratam habuit, reclamante Alfonſo.

Ludouicus I. F rurſus adoptatur

Renatus Ludouico fratri

Interim moritur Ludou. cui Renatus frater à Ioanna ſurrogatur, cum qua regnauit an. V I. Tandem ab Alfonſo pulſus in arcem nouam primum ſe recepit: quumq́; Genuenſes amici cum aliquot nauibus fruſtra auxilium tuliſſent: Florentiam, deinde Piſas, inde Narbonem peruenit, ubi conſeneſcens non longe ante hoc tempus deceſſit, uir in omni fortuna feſtiuus, uacuusq́; à curis, & qui quondam late dominabatur.

ſuccedens ab Alfonſo pellitur

Nam præter regnum Neapolitanum, Andegauẽſibus, Lotaringiæ ac prouinciæ ferè toti imperabat, ad extremum amiſſo filio Ioanne ſine liberis moriens, titulum iusq́; regni Neapolitani Carolo ultimo eius nominis Gallorum regi, eius neceſſario, reliquit.

Renatus iunior

Quod ægrè ferens poſtea Renatus iunior dux Lotaringiæ, eius ex filia Violanta & patre Frederico comite Vademontenſi nepos, ſe exhæredatum, in Galliæ regno tumultum fruſtra excitare conatus eſt. Hic etiam poſtea magna adoleſcens uirtute Carolum Burgundum Galliæ terrorem ac Ludo. regi formidoloſum, aduerſus uenientem manu ſua interfecit, opimaq́; ex hoſte ſpolia retulit.

Alfonſi res geſtæ

Alfonſus igitur inter noſtri ſeculi proceres maxime emicuit, non ſolum armis, ſed etiam ſapientia ſummis uiris comparandus, cuius dictis factis'ue priuatim uolumen dicauit Antonius Panormita. Hic Ferdinando patre Aragoniæ rege defuncto, cum aliquandiu regnum prudenter adminiſtraſſet, adoptatus in filium à Ioanna Neapolitanorũ regina diſſuadentibus amicis expeditionem in Italiam ſumpſit. Reginæ opem tulit. Ludo. Andegauenſem ducem, qui regnum ſibi hæreditario iure debitum adfirmabat, pluribus prælijs afflictum expulit. Reginam adoptionis pœnitentem minimeq́; promiſſis ſtantem armis coërcuit. Renatum regni æmulum bello ſuperatum cedere compulit. Ioannem Vitelleſcũ Alexandriæ Patriarcham magnis copijs contrauenientem regno fugauit. Caietam bis cepit, ſemel acri pugna deuictam, & iterum ab altera ciuium factione cum defeciſſet. Neapolim à Renato defenſam tandem expugnauit, ingreſſus urbẽ per tubos occultos, à fabro quodam cementario monſtratos: ſicuti & olim Beliſario contigit. In ea expugnatione Petrum fratrem amiſit. Alterum uerò Ioannem fratrẽ Nauarræ in Hiſpania laborantem periculo exemit. Maſſiliam urbem noctu inuadens cepit ac diripuit. Ac inſulam Gerbini quam ueteres Lothophagiten appellauerunt, à continenti Africæ quatuor miliaribus diſtantem, obſidione cinxit. Bophorium prouinciæ regem cum copijs aduentantem in proximo littore uictum ex minoribus caſtris ad maiora compulit, nec diu poſt ab eiſdem Barbaris tributa ſuſcepit. Eugenio Pont. qui ſibi de regno aduerſarius fuerat, quas uoluit pacis dedit conditiones. Franciſcum Sfortiam ex agro Piceno armis expulit. In Albania quoque per legatos Turcarum potentiæ reſtitit. Prælio nauali unà cum Io. Fratre multisq́; proceribus captus à Genuẽſibus & ad Philippum ducem adductus, ab eoq́; liberaliter dimiſſus, regno tandem potitus eſt. Cui gratus adeo fuit, ut eum teſtamento hæredem ſcripſerit in periculo quodam mortis. Florentinos bis bello petijt, primo cum auxilio Philippi Mediolanum contra Venetos proficiſceretur, interimq́; ille decederet, copias omnis in Hetruria conuertit, quum illi Venetis auxiliares fuiſſent. Ripam Aranciamq́; ac nonnulla parua caſtra in Volaterrano cepit: rurſusq́; poſt aliquot annos fœdus cum Fran. Sfortia Alfonſi hoſte ineuntes per filium ſuum Ferdinandum uexauit, qui Fuuianum Caſtillionumq́; ac alia quædam tunc ex eorum ditione cepit, poſt eius autem diſceſſum ſtatim recuperata. Fuit corpore ſtaturaq́; breui, natura hilari, humanitate liberalitateq́; omnis ſui ſeculi principes exceſſit. Accumbenti omnes ſine diſcrimine adſiſtebant, loquendiq́; libertas tunc omnibus ſimiliter data. Deceſſit iam ſenex anno regni Italici X X I I. Salutis M C C C C L V I I I. Ferdinand. eius filius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

lius nothus, quem ſuprà à patre miſſum cum exercitu dixi, regno iam ab Eugenio inſtitutus ſucceßit, diadematis inſignibus à Latino Vrſino legato ſuſceptis. Felix proculdubio princeps, quòd ter in ſummum periculum adductus euaſerit. Nam ſtatim in ipſo exordio Ioannem Renati Andegauenſis filium cum claſſe aduerſus uidit uenientem adſcitis Genuenſibus: deinde Marino duce Sueſſano, Ioanne Antonio principe Tarentino, Antonio Iacobi filio Cadola, qui inter Præcutinos dominabatur: Duce Sorano, Nicolao Campobaſſo, Ioanne Vitimilio genere Siculo, Crotonis Marchione. Sed hic ab initio captus à rege fuit, & Iacobo Picinino ſimul cum Aquilanis. Hos itaque omnes una contra conſpirantes habuit. Auxiliares uerò Pium in primis Pontificem ſpe nuptiarum ſpuriæ filiæ, quam Antonio ſororis ſuæ filio ſimul cum Genlano & Amalfitano principatu recepit. Is enim Simonetum: deinde Robertum Vrſinum impigros duces eò miſit. Franc. etiam Sfortia per Alexandrum fratrem ac Robertum Seuerinatem cum exercitibus ſubuenit. Igitur prima apud Sarnum pugna feliciter geſta, multi ex regis exercitu cecidere unà cum ipſo duce Simoneto. Inde ad Troiam inſtaurato prælio Picininus cum ſuis eſt fuſus. Rex poſtea cum Barolum ſe recepiſſet, quod oppidum ſimul cum Trinio fidiſſimum in toto regno habebat, præſto ei adfuit Georgius Scanderbechus Caſtriota, regulus è proxima Macedonia à Pio uocatus. Hic quod adiutus quondam in bello Turcarum à patre Alfonſo fuerat, omnibus uiribus regem in eo loco obſeſſum iam ab hoſtibus liberauit. Quumq; paulatim ille ſuperior fieret: Andegauenſis iam belli fortunæ diffidens, ſimul quod Gallos Genuæ pulſos uiderat, rebus infectis ſexto anno quàm in Italiam uenerat in Galliam reuertit. Reliquos uerò aduerſarios Ferdinandus, ſequeſtro ſimul & ſponſore Alexandro Sfortia cum ſibi conciliaſſet, regni totius potitus eſt, uerum conciliatus fidem punicam præſtitit. Sueſſanus ante omnes eum ſalutatum in caſtra profectus, ſtatim comprehenſus eſt, cuſtodiæq; traditus. Deinde per Præcutinos, Frentanoſq; iter faciens Cadolarum in eo loco dominantem familiam ſuſtulit. Poſtremo uerò Picininum. Is nanque è Sulmone quem tenebat, eo tempore Mediolanum nuptiarum Druſianæ Franciſci filiæ ſpuriæ cauſa uenerat, eoq; deinde adhortante Neapolim regem ſalutatum una cum Franciſci legato tutelæ gratia profectus eſt. Quumq; in itinere Sulmone quaſi cunctabundus ſubſtitiſſet, Bocardus Comes uir Cremonenſis ſuperuenit è Neapoli, quem Picininus unum ex omnibus fidißimum eo cuncta exploratum promiſerat, rex quoque de induſtria donis honoribuſq; auxerat. Hoc itaque moras caſtigante, ſecuraq; ac læta omnia pollicente, ille iter ingreſſus obuiam etiam regem honoris gratia procedentem habuit. Poſt dies aliquot in roſa ludiſq; conſumptos in arcem nouam ad prandium inuitatus, poſt epulas ultimumq; à rege digreſſum, captus eueſtigio fuit, dieq; tertia, ut eſt omnium ferè opinio in carcere necatus. Ferdinandus interea literas excuſationis Franciſco ſtatim miſit, Picininum ingratitudinis accuſando, qui nec rebus præteritis ac inſectationibus contentus adhuc noua moliretur: quare non ſolum propriæ, ſed Italiæ totius ſalutis cauſa eum cepiſſe dicebat. Franciſcus igitur ægre rem ferre uiſus, Hippolytam filiam, quæ ad nuptias regis nurus proficiſcebatur, iußit aliquandiu in itinere ſubſiſtere: Triſtanumq; filium ad repetendum properare. Rex defunctum iam ei ac refoſſum oſtendit, cauſamq; mortis retulit, quòd Ioan. Andegauenſem ex Aenaria, quam Iſchyam uocant, inſula tumultu ac clamore exorto Picininus in carcere uidendi cupidus ad altam per ſubſellia conſcendit feneſtram: unde cadens crure perfracto paucis poſt diebus obijt. Res tandem conciliata nuptiæq; nurus concelebratæ. Bracchiani omnes iam tunc ab initio capto Picinino iuſſu regis ſpoliati ac direpti fuere. Druſiana uerò uxor, quæ interim Sulmonem uenerat, tantum incolumis cum ſuis remiſſa. Poſt hæc Ferdinandus tris fecit expeditiones, unam in Florentinos ſimul cum Sixto Pontifice, ut Laurentium Medicem inde pellerent, in qua uictor illum compulit Neapolim ſupplicem uenire, cum eoq; clam annui tributi conditione tranſegit, ut in hiſtoria Florentinorum latius narraui. Deinde in Sixtum IIII. Pontificem adſcitis ſibi Columnenſibus: ubi pugna commiſſa in campo mortuo inter Velitras & Coram, Alfonſus filius cum omnibus copijs à Roberto Malateſta profligatus, turpiter fugere ſolus coactus eſt: proceres eius uniuerſi capti, ac Romam ducti. paulò pòſt conciliatis rebus gratis dimißi fuere. Tertiam expeditionẽ in Turcas habuit, qui Hydruntem inuaſerant, ubi militum flore conſumpto regni uires adeo exhauſit, ut præter auxilia ſacros templorum theſauros attingeret. Facileq; tunc animaduerſum non ei pecuniam, aut potentiam eſſe, quæ in opinione prius hominum fuerat, quam opinionem auxerat eius auaritia. Tanto igitur periculo Turcarum principis interitus finem impoſuit: præſidium quod erat Hydrunti, in regis ſe fidem ſaluis rebus conditione dediderunt, quam Ferdinandus minime ſeruauit. Poſt hæc proceres regni rurſus in eum conſpirauere: autore Antonello principe Salernitano: Innocentiumq; Pont. ann. I. pontificatus eius ad hoc adſciuerunt: qui autorato Roberto Seuerinate cum à militibus ac ſuis deciperetur, pacem ea conditione fecit, ut rebelles uenia conceſſa conſeruaret, ac tributum Pontifici debitum penderet, quod neutrum rex ſeruauit. Itaque procerum pars aufugit, ut princeps Salernitanus: pars capta, ut Anellus qui orator Romæ diu ipſius fuerat, Antonellus Auerſa eius ſcriba, nonnulliq; alij quos omnis de medio ſuſtulit. Reliquis autem in moribus, mente fuit ſubdola, nemini fidus, minimeque aperte iraſcens. In uenationibus frequens. Nam CCC. ſolebat accipitres cum totidem magiſtris alere, ubi obiter & legationes audiebat, & negotia plura obibat. Ex Iſabella ducis Sueſſani filia liberos ſuſcepit, Alfonſum Calabriæ ducem, Fredericum, Ioan. Cardi. & Franciſcum. Fœminas uerò Helionoram, quam Herculi Eſtenſi, & Beatricem, quam Matthiæ Pannoniæ regi, tertiam uerò ſpuriam Antonio Pij pontificis propinquo locauit. Henricum item ſpurium ex quo genitus Aloyſius, qui neptem Innocentij pontificis pactam matrimonio prius habuit: mox Pontifice defuncto abdicata, Cardinalis Tarraconenſis eſt à ſucceſſore creatus. E regijs filijs Franciſcus & Ioannes Cardinalis, ac Henricus iuuenes admodum defuncti patre ſuperſtite, qui demum & ipſe ex morbo ferè ſexagenarius deceßit, ann. MCCCCXCIIII. regni autem XXXIX. Alfonſus rem paternam ſuſcepit ex Card. Montis regalis legato Alexand. Pontific. propinquo, diademate ſuſcepto, magno quidem apparatu lætitiaq;, quam paulò pòſt in luctum commutauit, ob Carolum Gallorum regem aduerſus uenientem: Quapropter timore perculſus, ſimulq; quod infenſum ſe populis eſſe conſpexerat, uix toto uertente anno ubi ſe regno abdicarat, eoq; filio Ferdinando permiſſo, cum bonis quibus potuit in Siciliam aufugit, ubi in cœnobio Montis regalis, inter monachos agens abſtinendo, ueteris uitæ pœnitentia libidines ac ſcelera præterita, quibus maximè fuerat obnoxius, magna ex parte uidetur expiaſſe. Biennioq; tantum poſtea uixit. Dux fuit alioqui in bello magis infortunatus quàm imperitus, exactorq; ac uindex diſciplinæ militaris ſeuerus, non-

Pugna Sarnenſis.

Ia. Picinini filius

Alphonſus iunior

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Ferdinandus iunior

nullis uerò potius crudelis. Ferdinandus igitur iunior ita ut dixi à patre inſtitutus, ætate annorum x x. in ipſam Gallici tumultus flammam incidit, quam proculdubio non expectauit, ſed ſponte cedere ſtatuens cum gratia atque indole ſuos omnis antecederet, regni proceres ad ſe uocatos in hanc ſententiam eſt allocutus. Quando deus ita iuberet ſe furori Gallorum ceſſurum, ne quod uiribus impar eſſet illis potius quàm ſibi incommodũ pariat. Nam ſecum agi longe felicius putare, regem in bello per fortitudinem mori, quàm priuatum per ignominiam uiuere. Quod ſi amor ullus Arragonenſium apud eorũ corda remaneret, eum quandoq; ſi forte ſuperſtes fuerit poſt eam calamitatem, in patriam reuocarent, ſperarentq́; non regem ſed regni laboriſq́; ſocium habituros. His dictis omnes amplexus ac lacrymans diſceßit. Carolo uerò poſt menſes v i i i. in Galliam reuertente in regnum rurſus reuocatus, poſt biennium deceßit ſine liberis,

Fredericus

Frederico patruo ſucceſſore relicto. Pulſus & ipſe poſt annum ſextum à Ludouici Gallorũ regis exercitu in Aenariam proximam inſulam cum tota familia confugit: inde in Galliam conceßit, ſeq́; ipſius regis miſericordiæ permiſit: cuius humanitate ſeruatus incolumis nunc uiuit, ac apud eum pro regia maieſtate tractatur. Hic Aragonenſium finis, qui præter ipſum cum filio omnes periere. Regnũ deinde ipſum, inter Galliæ Hiſpaniæq́; reges diuiſum, minime ſeruatis limitibus, eoſdem in hodiernum diem diuerſis agitauit diſcordijs atque prælijs, quæ omnia in hiſtoria cum Gallorũ tum aliorum latius aliquantulum narraui.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VRBANORVM
LIBER VII.

GERMANIA.

GERMANORVM quàm latiſſima & libera natio: exteros ſiquidẽ nunquam admiſere, quin potius alienas ipſi prouincias occupauerũt. Nam Franci, Cimbri, Longobardi, Vandali, Burgundiones, Germani omnes, ut poſtea narrabimus, magna in terris peregrinis regna excitauere. Primi Rom. Druſus Nero & Germanicus in ſuis eos ſedibus laceßiuere, magis quàm ſubiugauere, ut ait Tacitus. Carbonem, Caßium, Scaurum, Aurelium, Seruilium Cepionem, M. Manlium quoq; fuſis quinque ſimul conſularibus exercitibus Po. Rom. attriuerunt. Quintilium Varum treſq́; cum eo legiones etiam Auguſto abſtulerunt, nec unquam poſtea ſub iugum mißi. Ciuitates eorum alijs aliæ reguntur politijs, ſeu duces, ſeu comites, ſeu leges habentes proprias, partim etiam imp. Rom. de quibus alio loco dicetur.

De moribus Germanorũ

Gens fidelitate cõſpicua. Nam Phriſiorum legatio, ut Tacitus ſcribit, tempore Neronis Romã ueniens, cum in ſpectaculis quoſdam legatos in orcheſtra ſedentes conſpicerẽt, audirentq́; ob fidem in Rom. hunc eis honorem adiudicari, ſubiratos reſpondiſſe fertur, nullos eſſe mortales Germanis fideliores. Quare & ipſi ex eo loco promoti in orcheſtra conſederunt. Iul. etiam Cæſar eos caſtitate commendat, ac mares ante an. x x. fœminæ uſum ignorare, præterea caſei lactiſq́; auidißimos dicit. Sed & quod noſtra cernimus tempeſtate circa æris ferriq́; officinas miro ac callido ingenio uerſantur. Nam inſtrumenta bellica, machinas, præterea ferreos literarum characteres, eorum nuper inuẽtum omnes facile norunt. Loca eorum quanquam difficile perſcribere, quod ex magna parte ſicut & cætera nomina ædificiaq́; mutauerint, tum quod Ro. non ſæpe acceſſa, quæ tamen inueni ac deprehendere ex autoribus partim etiam ex locorum indigenis potui, in medium adferam.

DE DIVISIONE ET POPVLIS Citra Rhenum.

IGITVR Germaniæ longitudo cũ Rhetia, & Norico Plinio ex autoritate Agrippæ Paſſ. M D C L X X X V I. latitudo C C X L V I I I. Ptolemæo autẽ latitudo ab Alpibus uſque in Oceanum, longitudo intra Rhenum & Viſtulam fluuios. Straboni uſq; ad Albim tantum. Plinius ultra Viſtulam Sarmatiæ partem prope Boryſthenem intra limites eius contineri dicitur. Nam uniuerſam in quinque diuidit genera. In Iſteuones proximos Rheno, quorum ſunt Cimbri mediterranẽi. Hermiones quorũ ſunt Sueui, Hermandui, Catti, Cheruſci. Ingeuones pars Cimbri Teutones ac Caucorum gẽtes. Vindelos, quorum ſunt Burgundiones, Varini, Guthones, Peucini, Baſternæ Dacis contermini. Ptolemæus in tres eos diuidit partes, in Germaniam ſuperiorem, inferiorem, & magnam: ut qui ad Rheni fontes habitant Italiæ uicini uſque ad Vangiones nunc Vuormacienſes ſuperiorem: qui uerò uiciniores Oceano ſeptentrioniq́; ſunt inferiorem teneant: magnam trans Rhenum penitiores uocat populos uſque ad Albim. Igitur in Germania ſuperiore gentes hæ finitimæ inter ſe ſunt, Rhetij, Vindelici, Norici, Boij, Heluetij, & qui Pannoniam ſuperiorem nunc Auſtriam colunt: Qui omnes prope Alpes Rheniq́; fontes ac citra Danubium regiones tenent.

Rhetij Vindelici

Rhetij, ut Trogus ſcribit, à Rheto duce Hetruſcorum, qui expulſi à Gallis in proximis Alpibus cõſedere. Rhetios & Vindelicos hodie inter Sueuos ponunt, antiquitus autem Sueui loca inferiora & latiora occupabant. De quibus poſtea dicam.

Auguſta Vindelicorum

Horum ciuitas Auguſta Vindelicorum nomẽ adhuc retinens priſcum: Vlderico Præſule ſanctißimo decorata, eiuſq́; nomini baſilica dicata.

Cõſtãtia quæ Gaunodurum

Conſtantia à Conſtantio principe dicta, Pto. Gaunodurum, celebris concilio. ubi Martinus v. tribus abrogatis Pont. creatus eſt.

Taurisci

Sequuntur Norici, & Boij. Quorum regionem Bauariam noſtra ætas uocat, quaſi Boiariã. Nam in eo loco ponuntur Pto. Boij, & Bononia urbs. Strabo eſt autor quod Boij relicta Italia regionẽ Noricorũ incoluere. De his itaque atque alijs in hanc ſententiam ſcribit. Rhetij, & Heluetij Vindelia & diſcreta Boiorum regio ad Iſtri fontes prope ſyluam Ercyniã ſunt uſq; ad Pannonios. è quibus Heluetij, & Vindelici in montibus campos habitant. Rhetij uerò & Norici uſque ad Alpium ſumma tenent, & Italiã uerſus inclinãt, hinc Inſubribus, inde Carnis & Aquileiæ tractui. Idem lib. v. Priſcis temporibus plurimæ Gallorum gentes Padum incolebant, è quibus amplißimi fuere

Boii

Boij, Inſubres, & qui olim cum geſſatis Senones Roma per uim potiti ſunt. Hos Romani poſterioribus annis perdiderunt.

Boiaria

Tauriſci

Norici

Aenus flu.

Lycus flu.

Boios uerò è finibus eiecerunt, inde migrantes circum adiacentia Iſtri loca cum Tauriſcis habitarunt. Hæc Strabo. Tauriſcos enim Noricos uocat. Plinius item. Aenus enim fluuius Baiarios à Vindelicis, & hos à Rhetijs Lycus diducit. Neq; eſt (ut ait Strabo) nunc deſerta regio, ſed populis frequens.

Badacũ nunc Salczaburgẽ.

Ratisbona

Etelburgium

Palatinus

Nam ſunt Bauaris ſiue Noricis nunc ciuitates Badacũ, hodie Salczaburgenſis, à fluuio quam Salczan uocant, qui ab Aeno profluit. item Ratisbona metropolis eius, Etelburgiũ, ubi ſchola literarum cui comes Palatinus dominatur, elector Imperij ex Bauariæ ducibus. Is nunc cum Maximiliano bellũ gerit: amiſitq́; nuper auxilia in prælio Boemorũ ſex milia. Hos ſequitur Pannonia ſuperior, nunc Auſtria, cuius longitudo ſex dierũ iter extenditur, latitudo du-

plo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

plō minus. Tellus aquis irrigua, uitibus conſita, unde uinum in Boemiam, Morauiam, Sleſiam exportant: Danubio uicina, ducibus ſubiecta, quos omneis repetij dum inter imperatores de Maximiliano mentionem facio.

Vienna flexū
Noua ciui.

Eius oppida Vienna olim Flexum quantum ex Ptolemæi collocatione cognoſcere poſſumus. Item Noua ciuitas, ubi Auſtrales Fredericum ab Italia redeuntem obſederunt, Ladislaum puerum regem poſtulantes.

Heluetii

Heluetij quos nunc Suizeros uocant, circa Rheni fontes habitant. agros etiam in Italia poßident, citra montem qui S. Gothardi appellatur Mediolanenſis diœceſcos, prodiga gens animæ, ac bellacißima: breui utuntur armatura, pectore tantum uerticeq́; ac parte interiore lacertorum contecti. Hos ad CCC. mil. olim tranſire conantes in Galliam, Ceſar in Heluetiorum bello compreßit, amotis equis & ponte uno die ſupra Ararim conſtituto. His annis multa eorum milia cum Carolo Francorum rege in Italiam uenientia uidimus, qui ſeditionem Romæ magnam excitauerunt. Nuper etiam Germanorum inclytum fidei nomen infamauerunt, prodito Ludouico Sfortia Mediolani duce, quem ei militantes captum in acie hoſti Gallo repetenti tradiderunt.

Lucerna
Nauſium
Berna
Forū Tyberii
Suntia
Tugurinum nunc Turegiū
Curienſes
Raurici
Augusta
Rauricorum
Baſilea nunc

Oppida eorum Lucerna, olim Naſium: Berna nomen adhuc retinens antiquum: incolæ Bernenſes, quorum meminit Plin. Forum Tyberij Suntia. Turegium olim Tugurinum. Curia & Curienſes antiqui populi, & alij complures pagi, liberi alioquin & indomiti, & dum hæc proderem Imp. Maximiliano aduerſi. Proximi Heluetijs citra Rhenum Raurici Plinio Ptolemæoq́; appellati. Quorum ciuitas Auguſta Rauricorum, nunc Balſilea uocata imperatoria urbs, ubi pernicioſum illud concilium Germanis ſollicitantibus uix tandem magno negotio Eugenij IIII. periculoq́; ſublatum eſt.

Argentoratū
Spira
Vangiones ſeu Vuormacienſes
Macontiacum

Hos iuxta in eadem ripa Argentoratum nunc ciuitas Argetinenſis. Deinde Spirenſis, & Vangiones nunc Vuormacienſes. Macontiacum nunc Maguntia, Præſuli ſubiectum. Hic Martinum colunt, in cuius etiam feſto mercatum celebrant. Præterea Confluentia, ubi confluunt amnes, & Lucc burgen. noua urbium nomina.

Colonia
Agrippina

Proxima Colonia eſt Agrippina M. Agrippæ monumentum, qui hos populos à ſe uictos ac uolentes in citeriorem ripam traduxit. Hic corpora trium Magorum è Mediolano Frederici conceßione translata, maxima eius populi religione adorantur.

Ducatus Cliuenſis
Butonodorū
Vetera caſtra Rom.

Deinde Cliuenſis ducatus olim Butonodorum, & Vetera caſtra Ro. Ptol. Trans Rhenum uerò non longe omnes hi ferè populi ſunt, Vbij, Batavi, Phriſij, Sicambri, Tencaterij, Vſipetes, Cheruſci, Catti, Hermandui, Cauruni, Longobardi, Sueui. Quos nunc Holandia, Selandia, Gelria, Aßia, Marchia Badenſis, Iſtûalia, Francones, & Sueui uſq; ad Albim fluuium occupant. Hos omnis Druſus & Germanicus bellis olim laceßiuere.

Batavi
Holandia
Traiectenſes
Naualia

Batavi enim, ubi nunc Holandia, propinqui Oceano inter duo quaſi Rheni brachia inſulæ modo ciuitatem habent Traiectenſem, ubi Pto. Naualia ponit: cui Præſul dominatur tantum Imper. ſubiectus, alioquin potentißimus, ut qui XL. armatorum milia ad bellum educit. Hic etiam Martinum præcipue colunt, cui & baſilica dicata ob coerciti Rheni in eius feſto prodigium, qui agrum maximo periculo Traiectenſem inūdauerat. Præfuere huic urbi tres Præſules, unus martyr Gregoras an. CLXXII. alter Lambertus regnante Pipino, III. Seruatius Hebræus Hieronymi tempore: ambo confeſſores.

Selandia
Mitelburgen.
Vbii
Marchia Badenſis

Prope eſt Selandia ferè ultima Germaniæ tellus inter ſeptentriones & occidentem Rheni oſtijs obiecta. hæc Philip. archiduci una cum Flandria & Brabantia paret, urbs eius Mitelbur. negotiatorum locus. Vbij trans Rhenum Straboni, ubi nunc Marchia Badenſis ſub duce Cliuenſi. Tres enim in Germania Marchiæ ſunt: hæc de qua loquimur, altera uetus inter Saxones, tertia noua prope Pomeraniã, de quibus poſtea.

Iſteuones
Iſtuali
Viſurgis

Iſtualia & Iſtuali populi quos Pli. Iſteuones uocat proximos Rheno è regione Coloniæ utranq; tenent ripam. Viſurgi amne quem hodie Veſeram uocant ab oriente terminant, à meridie uerò montibus Anobis Aßiæ coniuncti.

Montes Anobis
Aſcia

Cum Iſtualis Carolus Magnus pro fide dimicauit, donec eos Chriſti religionem ſubire coegit: Sæpe uerò rebellantes & ad priſtinam ſeditionem redire conantes coercuit, quoſdam inter eos clandeſtinos iudices conſtituendo, quos Scabinos uocabat, quibus poteſtas plectendi foret. Aßia inter Iſteuones & Francones montana regio, quæ à Rheno in ſeptentrionem porrecta Thuringæ iungitur uerſus Anobos montes.

Thuringi qui Cimbri mediterranei
Sicambri qui Gelrenſes

Thuringi enim his proximi ſunt, eoſq́; putauerim eſſe quos Plin. Cimbros mediterraneos uocat. Sicambri quoque Gelrenſes hodie putati, quos Cæſar traiecto Rheno ſe fugaſſe dicit in commentarijs. Hi ut ait Strabo, duce Melone cum Ro. dimicantes ac uicti, datis obſidibus pacem fecerunt, quamuis illis proditis rebellauerint.

Vſipetes
Tencaterii
Sueui

Vſipetes & Tencaterij, ut ſcribit Cæſar, à proximis Sueuis exagitati traiecto Rheno Menapiorum loca in Gallia occupauerunt. Sueui antiquum retinent nomen. Non una gens eſt, ait Tacitus, ſed maiorem Germaniæ partem obtinent proprijs nationibus & nominibus diſcreti. Inſigne gentis obliquare crinem: hi partim ultra, partim citra ſyluam habitant, quorum uetuſtißimi, Senones, Longobardi, numero quidem minores, ſed armis ſuperiores. Inter Sueuos etiam Rhetios hodie ponunt, ſicuti ſuprà commemoraui.

Conſtantia
Vlma
Alcimenis
Francones

In quibus Conſtantia urbs ſupradicta, Vlma quoque continetur quæ Alcimenis uidetur Ptolemæo uocari ſupra Vindelicos ſita. Deinceps de Franconibus, poſtea de Longobardis dicam: nomina utraque antiqua. Franconum meminit Cic. in epiſtolis ad Atticum. à meridie Sueuos & Bauaros habent, ab occaſu Rhenum, ab ortu Boemos, Alluitur regio flumine Megano, Ptolemæo Menio uocato, in Rhenum defluente. Plures eorum ciuitates ac claræ.

Herbipo.

Inter quas Herbipolenſis, cui dominatur Præſul idem & dux Franconiæ. Quare dum ſacrificat ſtrictum enſem in ara collocat. Hic emporium nobile quo ex utraque Germania conuenitur. Hic etiam mos eſt Imperatorem deligere.

Herfordia
Bamberga
Regantus

Herfordenſis urbs nobilis Maguntino Præſuli ſubiecta, literarumq́; ſtudio celebris. Bambergenſis ad Regantum nouo fluuium nomine ſita, quam Henricus I. Imper. quem ciues pro ſancto colunt exſtruxit. In ea ſitus eſt & Berengarius Cæſar qui Italiæ regnum occupauit. Habet & arcem munitißimam, in quam narratur olim Albertus Franconiæ dux ſe recepiſſe contra obſidionem Ludouici regis, deceptuſq́; ab Othone præſule Maguntino cum aliter expugnari non poſſet, in eius fidem ac iuſiurandum ad Ludouicum ineundi fœderis gratia diſceßiſſe: quumq́; aliquantulum ſpatij proceßiſſent, hortante ipſo præſule ambos ad prandium rediſſe, quod ieiunos proficiſci ob moram forte longam futuram non oporteret. Pranſi igitur iterum egreßi quum ad Ludouicum ueniſſent, Albertus eueſtigio trucidatur fruſtra præſulis fidem implorans: at ille ſeſe uti promiſit ſemel eum incolumem reduxiſſe aiebat.

Nuremburg.

Nurēburgen. quoque in Franconia potentißimi. Nonnulli item præſules, oppida complura, ciuitates quas imperiales appellant Imper. tantum ſubiectas retinent, dux tamen Bambergenſis Franconiæ primus habetur. Ex hac igitur natione Franci prouenerunt qui nunc rerum in Gallia potiuntur, quorum ſuprà in eorum hiſtoria meminit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

RES LONGOBARdorum.

Longobardi

NVNC ad Longobardos ueniam quos Ptolemæus in hac parte haud longe à Rheno ponit: Tacitus item in deſcriptione Germaniæ inter eius populos cõmemorat. Paulus autẽ Foroiulieſis qui genus ab eis ducebat e Scandia Germanici maris inſula profectos dicit. Horum hiſtoriam ſcripſere Iſidorus ſecundus Tridentinus & Paulus ſupradictus, quam compendio operepræcium fuerit explicare. Hi ſiquidem, Anno ſalutis D X X. finibus egreßi Pannonias primo occupauerunt, ac an. X L I I. tenuerunt duce Andoino, qui cum Turiſmundo Gepidarum rege bellum geßit, eiusq́; filium interfecit: Alboinum ex Rodelinda genuit. Hic poſtea ſuccedens Narſeti contra Totilam in Italiam auxilia miſit. Tandem ab eodem ob indignationem in Iuſtinum clam ſollicitatus Italiam inuaſit, an. D L X V I I I. ac primum Foroiulio capto ducem Siſulphum in eo loco præſidio reliquit: Venetiam omnem breui ſubegit: Papiam poſt triennalem obſidionem recepit, ibiq́; regiam conſtituit.

Andoinus
Turiſmundus Gepidarũ rex
Alboinus in Italiam uenit

Guimundi Gepidarum regis filiam Rodiſuidã in matrimonium duxit, quumq́; ſocerum cum tota gente deleuiſſet uxori caluaria patris propinauit: quamobrem illa indignata operam dedit, ut à ſatellite quodam uir necaretur: ex quo pulſa à Longobardis unà cum filia Alſunda ad Longinum tunc Exarchum Rauennatem ſe recepit, ubi paulò pòſt ſeſe ambo ueneno necauerunt. Alboino igitur qui regnauit annos X X V I. X V in Pannonia, & X I. in Italia, Cleph filius ſucceßit, qui regnauit menſes V I I I. Quo demum à ſuis interfecto, interregnum inter eos decẽnio durauit. Quo tempore Burgundiones Galliam ingreßi depopulati ſunt. Auctaris deinde filius rex declaratur, Flauius cognominatus, quod poſtea cognomen poſteri uſurparunt, hic Brixellum in oſtio Padi ſolo æquauit, Childebertum Francorum regem cum ingenti exercitu contra eum uenientem ſuperauit. Quo extincto Agiulphus dux Taurinenſis regnauit annos X X V. Theodelindam Bauari ducis filiam uxorem duxit, cum Smaragdo Exarcho miſſo à Mauricio imper. bellum geßit, eiusq́; filiam cepit, ob quam rem multa Romanis Italiæq́; intulit incommoda. regnauit annos X X V. Theodelindæ uxoris ingenium ſapientiaq́; in primis commendatur. Huic Gregorius pont. lib. Dialogorum dicauit, quibus uirum eius mitiorem erga religionem reddidit. Hæc poſt uiri mortem annos X. cum filio Adoaldo ſumma pudicitia ac ſapientia rexit imperium. Cœnobium Bobienſe ædificauit. Medœciæ templum nobile S. Ioannis Baptiſtæ, prætoria quoq́; extruxit in quibus Paulus Foroiulienſis dicit depictos fuiſſe ornatus Longobardorum, crinibus tantum anteriore parte ad ora propenſis, ac utrinque diſcriminatis, occipitio uero raſo ceruicem nudabant: ueſtibus laxis maxime lineis quales Saxones Angli habere conſueuerunt: quæ ornatæ inſtitis ac fimbrijs latioribus fuerant uario colore contextis, calceis uſq́; ad ſummũ pollicem penè apertis, & alternis loris ac nodis obligatis. Huius tempore Cacanus Auarum rex Foroiulium cepit Giſulpho duce interfecto. Igitur poſt Theodelindam & Adoaldũ filium Arialdus X I I. deinde Rotaris X V I. annos regnauerunt anno D C X X X V I. Hic Rotaris Arriana inquinatus ſecta totam deinde gentem commaculauit, Arrianis ubiq́; præſulibus conſtitutis. Qua de cauſa Theodorum Exarchum bellum ei mouentem apud Scultennam Mutinæ amnem ſuperauit, maioresq́; exinde ad ſumens ſpiritus Ligures debellauit, Genuamq́; urbem & apud Venetias Opitergium miſeris modis diripuit. Rodoaldus autem eius filius, V I I. annis quibus regno præfuit nihil memorabile geßit. In libidine deprehenſus cũ matrona interfectus fuit. Huius hæreſi Aripertus annos I X. regnauit, de religione benemeritis. Nam Cottias Alpes in quibus Genua, & quicquid citra Alpes uſque in Gallias continetur, quæ omnia Rotaris abſtulerat, diuo Petro reſtituit impulſore Ioanne I I I. pont. Huic Gundipertus filius ſucceßit, qui cum fratre Pertari de regno dimicauit, poſt annum uerò à Grimoaldo duce Beneuentano auxilij ſimulatione interficitur, cuius poſtea ſororem ipſe Grimoaldus in matrimonium unà cum regno accepit: in quo confirmatus ante omnia ad Cacanum Auarum regem mittit, ut niſi hoſtis eſſe malit Pertarim Gundiperti fratrem qui ad eum profugerat minimè foueret. Pertaris igitur ſupplex ad eum accedens ueniam impetrauit. Deinde in ſuſpicionem iterum ueniens, ad Clodoueum Galliæ regem confugit. Clodoueus itaque auxilio cum ingenti exercitu properans pulchro ſtratagemate apud Aſtam ciuitatem uincitur, ut ait Paulus. Nam Grimoaldus ſimulata fuga illos inſolentes ac ſecuros redidit, ac demum uino otioq́; indulgentes de improuiſo adortus magnam ſtragem ex eis fecit, ut collis ille poſtea Tumulus Gallorum uocaretur. Forumpopuli quod eum in tranſitu læſerat dum rediret ſabbato ſancto occupatis mane circa ſacra oppidanis diruit. Opitergium funditus deleuit. Fines Foroiulienſibus, Tauriſanis & Ceruienſibus conſtituit. Alzecum Bulgarorum regem ſuis ſtipendijs in Italiam uocauit, locaq́; adſignauit circa Beneuentum, Bobianum, Eſerniam. Pro ducibus Guaſtaldos mutato nomine terris præfecit, ut ſcribit Paulus qui ad hæc uſque tempora peruenit. Defuncto Grimoaldo Pertaris profugus in regem reſtitutus annos V I I. regnauit ſolus, ac tres cum filio Cuniperto. Ducem Tridentinum rebellantem magno longoq́; bello apud Adduam fluuium ſuperatum interfecit. Cunipertus Caduallum Anglorum regem uenientem in Italiam magnifice excepit. Huic filius Limpertus ſucceßit admodum puer cum eius tutore Ariſprando, quem Regimpertus apud Ticinum prælio ſuperauerit, regnauitq́; annum. Huius quoque natus Aritpertus I I. annos I X. Cum quo Ariſprandi filius Sigiprandus de regno dimicauit, captoq́; demum oculos eruit, ſimul & uxorem eius naſo auribusq́; truncis dehoneſtauit. Lintprandum quoque fratrem in cuſtodiam miſit, qui ſtatim poſt Aritperti mortem regnauit annos X X X I I. religioſißimus quidem princeps, ut qui corpus diui Auguſtini è Sardinia, quod uideret eam inſulam à Saracenis diripi, papiam perduci iußit. Romã apoſtolorum limina ſalutatum uenit imperante Leone I I I. & ſedente Gregorio I I. qui obuiam regi proceßit. Bauariæ magnam partem ſubiugauit. Rauennam per obſidionem cepit. Vrbem Romam ab obſidione qua cinxerat, hortatu Caroli Martelli & Zachariæ pont. liberauit. Huic Rachis ſucceßit uir mitißimus, à quo Zacharias ipſe omnia quæ optauerat impetrauit. Deinde poſt annos V I. regno ſe ſponte abdicans monachum egit Aiſtulpho fratri relicto imperio. Hic contrà immitis & Ro. pont. hoſtis dum uixit extitit. Rauennam cum toto Exarchatu per uim cepit. Quumq́; ſubiugata omni penè Italia urbem Romam dura obſidione premeret, Gregorius I I I. coactus eſt Pipini Francorum regis auxilium implorare: cuius ſucceſſor Stephanus I I. ea de cauſa in Galliam profugit. Aiſtulphus adueniente Pipino cum exercitu perterritus, terras ſe recipit ablatas põtifici reſtituere: quod minime præſtitit: cuius perfidia exciuit Pipinum Alpes traijcere cum exercitu, eumq́; ui cogere pactis ſtare. Deſiderius eius ſucceſſor eodem pene furore Romam obſidens, Carolum Magnum ad ſuccurrendum pontifici prouocauit, à quo ſuperatus eſt: Papia recepta bello gentiq́; Longobardorum finis impoſitus, anno D C C C. ſedente Hadriano. Illi ſe in ſubalpinam Italiam recepere. Al-

degiſius

Marginal notes (left column): Guimundus rex Gepidarũ · Rodiſuida · Alſunda · Cleph rex · Auctaris Fla. · Agiulphus · Theodelindæ ſapientia · Quis ornatus Longobardorum · Adoaldus · Arioaldus · Rotaris · Rodoaldus

Marginal notes (right column): Aripertus · Gundipertus · Pertaris · Grimoaldus · Clodoueus · Forumpopuli deletum · Opitergium · Guaſtoldi pro ducibus · Pertaris · Cunipertus · Limpertus · Regimpertus · Aritpertus · Sigiprandus · Lintprandus · Rachis rex monachum egit · Aiſtulphus · Deſiderius · Longobardorum finis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

degiſius uerò Deſiderij filius ad imp. Conſtantinopolitanum confugiens, eiusq; potentia fretus aduerſus Carolum bellum mouit, à quo demum captus ac in custodia mori coactus eſt. Et hæc quidem de Longobardis, nunc alios proſequar.

Phriſii

Poſt Batauos iuxta Oceanum Phriſij ſunt antiquum retinentes nomen, ab oriente Saxones, ab occidente Traiectenſes habent: quos inter Phriſios etiam ponit Otho præſul Phriſingenſis, qui res Gemanicas ſcripſit: gens alioquin ferox ac libera, quanquam Philippus Burgundus eos ſibi ſubiectos eſſe dictitaret, pecoris abundantes omnis generis. Fimum inopia ligni comburunt.

S. Albertus præſul Maguntinus

Albertum quondam præſulem Maguntinum, qui Fuldenſe cœnobium extruxit, apud eos de Chriſti fide concionantem martyrio adfecere.

SAXONES, CIMBRI, populiq; uſque ad Viſtulam.

VLTRA Albim ad oceanum item Saxonum gens maxima. Habent ab occidente Viſurgin, ab aquilone Cimbricam Cherſonneſum, à meridie Francos Boemosq;, ab oriente Sleſitas & Prutenos: in quo ſitu

Pomerani

comprehenduntur Thuringi, Luſatij, Pomerani, orientalia Saxonum colunt. Ducem habent unum ex electoribus.

Viſmaria
Sundis
Griſpual.
Stetinum
Roſtochium
Caminum
Teutones

Oppida uerò Viſmariam, Sundim, Griſpualdam, Stetinum, & Roſtochium, ubi ſtudium literarium ſimul & negociatorum locus. Caminum ampliſſima urbs cui præſul dominatur, non minor Maguntiaco, ac tantum Romano pōtifici ſubiectus. Teutones Plinio, Teutonari Ptolemæo, alijs uerò Teutonici. Hi ſunt qui in Italiam contra Romanos irruerunt, & à C. Mario uicti. In Saxonia ſalinæ uberrimæ ſunt. Præterea argētifodinæ apud Goslardam ab Othone primo inuentæ. Hi deniq; ſunt qui cū Carolo Magno ac Francis annos ferè XXX. bellum geſſere, tandem ſub iugū miſſi Chriſti fidem ſuſcepere. Ab his etiam Britannia occupata nomen Angliæ ſumpſit. Creuere etiam magis & gente & autoritate poſtquàm imperium ad Germanos peruenit.

Marchia Vetus & noua

Inter hos Marchia uetus & noua. Prima inter Oderam & Albim fluuios conſiſtit, ubi ab Albis ripam ſunt Stendulum, Gadeolum, Soltuedleum, & Oſtroburgium noua oppida, præterea Miſna ampliſſima ciuitas ac regia: ubi & alia ſunt Merſeburgium olim Martinopolis. Lipzg, nobile Thuringorum emporium. Numburgium duci Saxoniæ parens.

Odera
Ortellum
Brandebur.
Francfor.

Nouam Marchiam influunt Odera, Spreda, & Ortellum flumina: huius metropolis Brandebungen. ciuitas, cui marchio præeſt unus ex electoribus. Apud Oderæ ripam Francfordia eſt, diues emporium. Sprede Berlinum, Ortello Auelpurgium nobilisq; plaga Prigetuteza uocata adiacent. Inter Saxones quoque Madeburgenſes, Bremenſes, Alberſtadenſes, Ildemenſes, Verdenſes, Brunſuicenſes, Amburgenſes, Luneburgenſes, Lubicenſes. Madeburgenſes enim ex Caroli Magni inſtituto ius ciuile Ro. lingua Saxonum compendio reductum habent, quo cæteris eius regionis populis ius dicunt.

Alberſtadii nouus mos

Alberſtadij templum idem Carolus extruxit cum ampliſſimis & prouētibus & officijs, ubi quotannis inſtitutum conſpicitur inauditum. Die nanq; cinerum peracto ſacrificio facinoroſum quempiam ſordidatum & operto capite templo eijciunt. Is die noctuq; diſcalceatus urbem ſacra templaq; ſalutando perambulat: tantum poſt mediam noctem in plateis aliquantulum quieſcit. Deinde inuitatus (omnes enim cum inuitant) quicquid apponitur taciturnus ueſcitur: demum in die cœnæ dominicæ in templum adcerſitus abſoluitur, pecuniaq; collata cumulatur, ac cum

Hadamus
Brunſuica

Hadamum nominant. Brunſuica celebris urbs ædificijs, inſignis præſertim ſobole Othonum imperatorum.

Bremenſes

Bremenſes Daciæ uicinam gentem olim Cimbricam ſe quondam ad fidem Chriſti deduxiſſe gloriantur.

Lubicum
Vneodes
Lucconia

Lubicum Saxoniæ ciuitas imperialis ab Vmbodo Vitigo Cimbrorum duce ædificata, in eo loco quem Venedes adhuc Saxoniæ partem tenentes Lucconiam dixere. Hanc quum Fredericus Aenobarbus obſediſſet, Henricus eius urbis præſul pace impetrata conſtructione baſilicæ ornauit, eiq; ab eodem imperatore multa decora, præterea immunitates obtinuit. Quapropter adeo creuit ut Lubicenſium auxilium ſæpe Daciæ reges ad ſuos in officio continendos implorauerint. XII. uiri reip. præſunt, quos cōſules appellant, quorum perpetua poteſtas eſt. Plebs ſiquid graue patiatur ad Cæſarem prouocat. Extra huius mœnia nobile cœnobium S. Brigidæ conſpicitur.

Ciuitates imperiales

Sunt quoq; inter Saxones multi principes & ciuitates quæ uocantur imperiales, pleriq; uerò urbibus dominantes præſules. Miſma autem, cum Thuringiæ, Luſatiæ, ac Franconiæ magna pars, ducibus Saxoniæ parent.

Cimbri

Cimbri autem uicini Saxonibus ad oceanum ſunt, & Cimbrica Cherſonneſus gēs notiſſima Romanis cladibus. Qui ut ſcribit Florus, ab extremis profugi, cum terram eorum oceanus inundaſſet, in Italiam traijcientes, ad ſenatum miſerunt ut ſedes eis darentur: qui excluſi, primo Silanum, deinde Manilium tertio Cepionem expulerunt, poſtremo & ipſi à C. Mario uicti ſunt. Inde redeuntes qui ſuperfuere ad Mæotidem conſedere paludem. Hos Græci teſte Strab. Cimmerios uocant, quorum Homerus meminit in Odyſ. ponitq; inter Sauromatas.

Dacia
Suetia
Noruegia

Nunc ſane Cimbricam Cherſonneſum Daciam uocant, cui rex præeſt qui Suetiam & Noruegiam peninſulas in eodem mari obtinet, Ptolemæo & antiquis minimè poſitas, quod ignotæ atque imcompertæ tunc eſſent: nobis autem ob Chriſti fidem, quæ ad hæc loca penetrauit omnia patefacta: lateq; ſeptentrio pulſa barbarorum ſuperſtitione diuinis nunc laudibus frequentatur. In Suetia regnauit patrum memoria Valdimarus: in Noruegia Aquinus eius gener, quibus extinctis Margarita uxor utrique regno ſucceſſit uſque ad ſenectam. Poſtremo Henricum puerum Pomeraniæ ducem ſibi adoptauit, eiq; filiam locauit. Is quum an. LV. ſine prole regnaſſet tandem Frederici III. imp. tempore regno deiectus eſt à populis, & Chriſtophorus Bauariæ dux ſuffectus, eius ſororis filius, qui auunculum Henricum in inſula proxima quam Gothiam uocant, regnare permiſit. Chriſtophoro defuncto populus quendam Carolum ſibi præficiunt, uirum in primis ſacrilegum ac ſceleſtum.

Chriſtiernus

Quare & ipſe non diu toleratus regno pellitur, & Chriſtiernus ſurrogatus qui hæc tria regna ſimul poſſedit. Hunc ego Sixti IIII. tempore ad urbem uoti reum uenientem uidi, honorificeq; exceptum. Noruegiæ Innocentij VIII. pont. conceſſione permiſſum ſine uino calicem ſacrificare, quod ob immenſa frigora uinum in ea regione importatum aceſcat. Cuius rei gratia legatio miſſa.

Vltra Viſtulā populi
Gythones
Phenni
Ombrones
Varini
Pruſia

Deinceps ultra Viſtulam regiones ad Sarmatiam pertinent, uerum nonnullæ ex his Germanorum ſunt, Plinio Tacitoq;. Inter quas Gythones, Phenni, Ombrones, Varini ad mare Venedicum. In quibus hodie locis ſunt Pruteni, Maſſagetæ, Lituani, Varini, Leuonij, Poloni Moſcouij. Igitur Pruſiæ regnum, & Pruteni populi ripam utranque Viſtulæ accolunt barbara omnino gens, idolorumq; cultores uſque ad Frederici II. tempora fuerant, tunc Chriſtiani amiſſa Ptolemaide Syriæ ciuitate, Teutonici fratres S. Mariæ quibus eam ciuitatem colere permiſſum fuit, expulſi in Germaniam rediere. Quumq; armis potentes & præſenti animo eſſent, ipſius Frederici conceſſione hæc loca omnia pulſis infidelibus receperunt, deinde templa ac loca religioſa conſtituere: & trans Viſtulam, Po-

meranen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Pomeranẽſes
Culmenſes
Sambienſes
Varnenſes
Mariæburgũ
Leuonienſes

meranenſem, Culmenſem, Sambienſem, & Varnenſem, ſedes cum præſulibus ordinauerunt. Mariæburgum oppidum in loco eminenti extruxerunt, regiam magni magiſtri qui cæteris præſidet. Duo item alij inferiores magiſtri apud eos, quorum alter Leuoniam, alter Alemaniæ conuentum regit. Horum officium, fidem armis tueri: nec ullus adſciſcitur niſi Teutonicus ac nobilis. Barbam nutriunt, exceptis his qui ſacrificio præſunt: literas minime diſcunt, orationem dominicam pro canonicis iterant horis, originem uerò eorum exactius in Hieroſolymorum deſcriptione dicam.

Bellum cum Polonis

Hi patrum noſtrorum memoria cum Vladislao Poloniæ rege graue & internecinũ bellum geſſere, excitis utrinq; uicinorum auxilijs: ſub iugum tandem cum tota gente miſsi oppidis item omnibus, præter Burgum S. Mariæ deperditis, à Sigiſmundo poſtea imperatore in priſtinum regnum reſtituti fuere. Frederico deinde I I I. imperãte ſeditione orta inter milites eius ordinis & plebem, à legato tunc Nicolai V. pont. plebs ſacris interdicta, ac propterea indignata, L. oppida euertit, ſeſeq; Cazimiro Poloniæ regi Vladislai filio dedidere, qui ob memoriam paternæ poſſeſsionis rem aggreſſus aduerſus magiſtrum uenit. Hi uerò ſe auxiliis Sleſiæ ducis adcerſitis defendere. Varia pugna & anceps diu fortuna belli. Tandem Cazimirus deſideratis ſuorum ſex millibus profligatus diſceſsit. Narratur & de eiſdem perbellum quoddam exemplum.

No. pulchrum facinus

Quondam defuncto magiſtro quum de ſucceſſore deligẽdo ageretur, quidam rogatus ſententiam dicere ſeipſum delegit, ac omnibus prætulit, dictitans aliorum ſe mentes ignorare, ſuam probe noſſe, utilem ſe futurum omnino ſi præſit. Quare omnes adſenſere, resq; uti promiſerat fideliter, ac proſpere omnib. ceſsit.

Lituania

Lituania his proxima regio ad mare Balteum ſita, paluſtris ferè omnis.

Victoldi crudelitas

Huic dominabatur Victoldus Vladislai frater eius, qui ad Poloniæ regnũ uocatus fuit, tanta uir crudelitate ut dicto nõ odiẽtes inſutos in pelle urſina urſis ad hoc nutritis obijceret. Is deinde ex duce rex à Sigiſmundo imperatore factus, ante deceſsit quàm diadema indueret.

Sindrigal

Eius ſucceſſor Sindrigal urſam dicitur aluiſſe, quæ cibum è manu caperet, è ſylua mane oſtium cubiculi ipſius adire ſolitam, ac pedibus pulſantem admittere conſueuiſſe: quæ res occaſionem poſtea dedit quibuſdam contra eum conſpirandi, qui urſæ ſimulatione mane ingreſsi eum interfecerunt: quo extincto res Lituana ad Cazimirum Poloniæ regem peruenit. Eorum regio tantum mercatoribus aditur, qui pelles emunt Zibillinos ab Italis appellatas: his loco pecuniæ qua carent omnia commutant.

Copia pelliũ & mellis
Bonaſorum uenatio.

Viuunt lacte, carne, ac melle, quo abundant ex apibus ſylueſtribus. Venantur urſos, & bonaſos, qui bobus ſylueſtribus ferè ſimiles ſunt periculo, quod ut uitent hunc ſeruant modum: locum in quo uerſantur ſepiunt, uno tantum relicto aditu, qui in uallem imam deducat. Feræ per eum de induſtria perunctum ac lubricum in uallem ruunt. Ibiq; aliquot dies fame debilitatos ac manſuefactos facile capiunt. Idola nonmultos ante annos adorabant. poſtquàm uerò Vladiſlaus ex eis regnum Poloniæ una cum fide ſuſcepit, ipſi quoque ex magna parte à ſuperſtitione diſceſſere. Teſtatur Pius pontifex ſe à quodam Hieronymo monacho Pragenſi, uiro literato ac plane ſancto, qui eas partes adeundo ad regionem deducere conabatur, audiſſe, quæ monſtra uiderat à Lituanis culta: à quibuſdam ſerpentes, ab alijs ignis, à nonnullis ſol, & malleum ferreum, quo quidam gigas turrim perfregiſſet, in quo ſol diu per nubilum abſconditus à rege quodam per uim incluſus fuiſſet. Alij uero ſyluas quas quum Hieronymus ſuccidere iuberet, fœminæ totius tractus ad regem queſtum uenere, ſacra religionemq; eis auferre. Quamobrem re infecta de regno decedere iuſſus eſt. Sermone utuntur ſemidalmatico, ut ferè Sarmatia omnis Europæa. Ciuitates in ea, Vilnenſis gentis caput, Chiouienſis, Mednicenſis, Luceorienſis, quibus nunc præſidet Alexander Poloniæ rex, Ioannis Moſcouiæ ducis gener, ſimul & hoſtis dum hæc proderem, cum quo de finibus tantum concertatio. Cum Tartaris autem uicinis internecinum bellum gerit, de quibus pòſt paulò dicam.

Varini

Varini ſequuntur in eodem tractu, quos Plinius commemorat, quamuis hodie Varnos dicant. Horum præſul fuit Pius, paucos ante menſes quàm pontifex crearetur. Is quum ditionis ſit Prutenorum ſolus illorum præſulum eorum habitum non geſtat.

Maſſagetæ

Sunt & Maſſagetæ in hac parte alij ab ijs qui in Sarmatia ponuntur, parua admodum terra, unius iter diei, uerum longa à Prutenis uſq; ad Leuonios pertingens, neque adhuc Chriſtiana, Polonorum regibus ſubiecta. Poloniam autem ipſam inferius dicemus.

Leuonij

Leuonij poſtremi Germanorum ad littus Venedicum ad paralellum ferè Scandauiæ inſulæ, unde originem habere uidentur. Nam in ea Ptolemæus Leuonios populos ponit. Hi à Prutenis uicinis debellati Chriſti fidem ſuſcepere. A Tartaris ſæpe infeſtantur, eorum metropolis Rigenſis ciuitas.

Rigenſis
Mediterranea
Sleſia
Odera
Vratislauia

Hoc littore expedito ad mediterranea Germaniæ ueniam, ubi Sleſia eſt, qnam Odera perlabitur longitudine mil. L X X X. Caput gentis Vratislauia ad ripam Oderæ ſita. Factiones in ea multæ, quondam orto tumultu conſules ciuitatis è prætorij feneſtris deiecti ſunt: cuius criminis autores poſtea Sigiſmundus imp. capite mulctauit. Sermone utuntur Teutonico, quamuis trans Oderam Polonicum ſapiens.

Boemi
Alemani

His uicini Boemi, & Moraui, de quibus paulopoſt. Alemani teſte Aſinio uiro Italico, qui res Germanorum diligenter perſcripſit, in Germania genus aduentitium eſt ex uaria colluuie gentium, quod ſanè nomen indicat ἀλέμωναι, id eſt, errare. Hos inſuper Theodoricus Gothorum rex tributarios imperio fecit. Deinde in Francorum uenere poteſtatem; ut tradit Agathius Græcus autor.

Sylua Ercynia

Nunc de ſylua Ercynia pauca narrabo. Hæc uaſta magnitudine ab Heluetijs & fontibus Danubij oriens iter dierum L X. continet, ut Mela ſcribit, alia mutando nomina ſecundum populorum diuerſitatem. A fonte Nigra ſylua ab incolis appellatur: à Necari fluuio uſq; Menum Germanis Octenual: à Meno ad Loriam amnem propè Confluentiam Veſterbulum. In occidentem primo tendit, deinde in Orientem flectitur. Frãconiam ab Aſia & Thuringia diducens, iterum ſe mediam aperit & circuli modo recipit Boemiam, eamq; à Saxonibus diducit. Inde in montes Morauiæ tranſiens, perq; mediam Pannoniorũ regionem à dextra, & Polonorũ læua uſq; ad Dacos, & Getas penetrat.

Sylua Bacenis
Flumina
Rhenus

Bacenis altera ſylua trans Rhenũ Sueuos à Cheruſcis diuidit. Nunc Sylua nigra haud procul à Badenſi agro. Veniam ad flumina, quorum princeps Rhenus è Rheticis fluens montibus aquilonem uerſus in oceanum tribus erumpit oſtijs. Lacus duos efficit, Venetum, & Acroniũ: hodie lacus Bodinæ & Cellenſis uocatos.

Menus
Necarus
Limagus
Moſella
Vidrus
Amaſis
Melibocus
Trophæa Druſi
Viſurgis
Salas
Albis
Odera
Viſtula

Corriuatur Meno, Necaro, Limago, Moſella, Moſa fluminibus. Vidrus è montibus fluens Anobis in Oceanum, Phriſios à Batauis & Gelrenſibus diuidit. Amaſis à monte Meliboco ubi Trophæa Druſi ſunt, Padeburnã & Monaſterium urbem ac Phriſios abluens fertur in mare. Viſurgis, hodie Veſera, ex eodem monte naſcitur. Salas, apud quem Druſus uictor extinctus eſt. Albis à montibus qui Sleſiam à Boemia diuidunt. Madeburgenſem & alias Marchiæ ac Saxoniæ ciuitates abluit, & prope Amburgam in Oceanum fertur. Oderam ſuprà memoraui. Viſtula Sar-

matiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Inſulæ
Mare Alnacũ mortuum

matiam à Germania diſterminat. Deinceps de inſulis & mari Germanico quod Timæus Analcum uocat, Philemon Mortuum, Euſtathius etiam Cronium, quod ibi Saturnus ob frigiditatem regnet. Quapropter in idem abſciſſa eius genitalia proiecta dicuntur. Apollonius poëta Cronicum mare appellãt etiã receſſum Ionici ſinus, à quadam inſula Cronia uocitata.

Cronicum

Huius igitur Germanici maris inſulæ quædam ab antiquis commemorantur. Xenophon Lampſacenus à littore Scytharum tridui nauigatione inſulam eſſe magnam Baltiam tradit, quæ & mari Balteo nomen dedit.

Baltia inſula
Balteũ mare

Eandem Pytheas Baſilicam uocat. In his uaria hominum monſtra feruntur, alij ouis animalium uiuere, alij uerò Hippoderes equinis eſſe pedibus. Sinus præterea duos efficit, quorum alter Plinio Cedanus, Ptolemæo Venedicus appellatur. Hic inſulæ ponuntur, quarum clariſſimæ Pli. Scandauia & Emingia locus præterea, quem alterum orbem eſſe dicunt, ubi Billeuionum gens habitat.

Sinus Venedicus Cedanus in quo Scandauia
Emingia
Belleuionum gens

Alter ſinus conterminus Cimbris, ubi inſulæ Romanis armis cognitæ, interq; Gleſſariæ uerſus Britanniam Electriades à Græcis uocatæ, quod ibi electrum naſcatur à Barbaris Auſtrania dicta eſt. Hæc Pli. Ex quo fortè ueriſimile fuerit eam partem Germaniæ, quam nunc Auſtriam uocant, hinc nomen & coloniam accepiſſe.

Gleſſariæ
Electriades
Auſtrania
Auſtria

BOEMIA.

De initiis Boemiæ

BOEMIA nunc ac Pannonia deſcribendæ, quæ unà cũ Pannonia quanquam diſiunctæ regiones ſimili catalecto uiuendiq; inſtitutione quodammodo utuntur, ſæpeq; euenit ut deficiẽte utrobiq; regia ſobole ab horum aliquo populorum ſucceſſor potius quàm uel à uicinis Germanis uel alijs gentibus accerſatur, ac quandoq; unus cuncta poſſederit. Quare prius de Boemis quæ in eorũ annalibus qualibuſcunq; qui iam autoritatem ſibi uendicauerunt, comperio: deinde quæ ipſe apud ueteres de his inueſtigauerim.

Czechius
Leches

Dicũt enim ex Croatiæ populis in Dalmatia duos egreſſos eſſe fratres, Czechium, & Lechen. Alterum uerſus oriẽtem & ſeptentrionem tractum tenuiſſe, ubi planities latusq; campus erat, quẽ eorum lingua Pole dicunt, ex eoq; Poloniam terram cognominaſſe.

Pole id eſt planum

Alterum Czechium in Germaniã ad Albim fluuiũ cõſediſſe, mõtanaq; loca circa occupaſſe ubi mulier fatidica Libyſſa nomine agebat: locumq; Boemiã ex eo uocaſſe, quod ſic uaticiniũ ipſi appellarent.

Libyſſa fatidica

Ego uero originem habuiſſe à Dalmatia ob morũ & linguæ ſimilitudinem non negauerim: uerum eos uetus tenuiſſe nomen, ueriſimile magis fuerit quàm nouum mutuatos. Nam Bemos in ea parte Ptolemæus gentem maximam eſſe dicit.

Bemi
Marcomanni
Quadi

Iuxta uerò Marcomannos & Quados gentes bellicoſiſſimas, à Traiano, deinde à M. Antonino debellatos, & hucuſq; Romanum prorogatum imperium. Hi Morauiam circaq; adiacentes Boemorum populos comprehendebant, Germani ſanè omnes. Verum nunc gens hæc aduena, regionis eius nationis antiquæ robur ac uires mutata, res maximas bello geſſit. Sterilitate uini oleiq; ſicuti & pleraq; Germaniæ loca laborant: pabulo frumento, pecoreq; abundant. Latitudo eius longitudini, par trium forte dierum iter. Sylua Ercynia undiq; cincta, Albi fluuio media irrigatur: ab oriente Morauos, ab arcto Saxones: ab occidente Noricos: à meridie Auſtriam & Bauariam habet. Oppida uerò Pragam, Cadanum, Bruxiam, Sclakenuendum, Cuticinum.

Praga
Cadanum
Bruxia

Nunc ad reliquam eius regni ſucceſſionem ueniam: poſt Czechiũ quem diximus primum è Croatia ueniſſe, Cracus dux à populo deligitur, quẽ dicunt uirum fuiſſe iuſtum & equi ſeruantiſſimũ qui Cracouiam apud fluuium Cudacam ab incolis appellatum condidit. Craco filia Libyſſa ſucceſſit.

Cracouia
Libyſſa

Hæc uirgo fatidica & uates erat, ob eamq; cauſam ſapientiſſima exiſtimata, quare à populo coacta nubere, Primislaũ quendã in agro bubulcum ſibi delegit quẽ ſciret & bonitate & iuſtitia præſtare.

Primislaus
Vicegradus

Hæc ante omnia arcem modicam ad Vicegradum excitauit, quã poſtea mœnibus latius cinxit, appellauitq; Pragam, ſumpto auſpicio à primo obuio opifice qui limen portæ faceret, quod lingua eorũ eo uocabulo appellatur. Aedificauit & Libum caſtellum ubi ſepulta eſt. Primislaus uir ſolus poſtea regnauit, imperio fœminarum, quod tempore Libyſſe magnopere inualuerat propulſo. Illæ igitur rep. deiectæ duce Valaſca muliere fortiſſima coniurant, ac hora cõſtituta necatis uiris ac parentibus, abreptis equis & omni gaza, proximum occupant collem, ubi caſtro Dieuino exædificato regẽ ad certamen prouocant.

Valaſca mulier

Tanta deniq; audacia fretæ multos annos more Amazonum adſiduis armis bellum ciuile excitauerũt. Ad extremũ uicta Valaſca inſidijs Primislai imperiũ uiris reſtitutũ. Primislao Numislaus, huic Mnatha, cui Voinus filij parẽtibus ſucceſſere: Voino autem nati duo fuere, Vinslaus, qui Pragæ dominatus eſt, et Vratislaus, qui Lucẽſis princeps, poſtea Enczacẽſis dictus fuit.

Voinus
Vinſlaus

Vinslao Grezomislaus, qui & Neclam cognominatus, uir ignauus, hunc Vratislaus patruus de regno deturbare quærens bello inter eos orto interficitur, quũ prius cõdidiſſet ciuitates Medriam & Pubecham, quæ deinde de ſuo nomine Vratislauia eſt appellata, Sleſiæ nunc caput. Neclea deinde Hoſtiuitus, Hoſtiuito Borſinous filius ſucceſſit, qui cũ Ludimilla cõiuge quam pro ſancta colunt, primus Boemorum Chriſtianus, à Methodio Morauiorum præſule factus eſt an. DCCCCXCVIII.

Medria
Pubecha
Vratislauia
Hoſtiuitus
S. Ludimilla
Borſinous primus Chriſtia

Huius duo filij Spitigneus & Vratislaus ex ſucceſſione poſtea regnauerunt. Vratislao duo nati Venceslaus & Boleslaus, ueluti Cain & Abel alteri fuere. Nam Vẽceslaus uir ſanctus, regniq; ſucceſſor, ab altero per proditionẽ & ſcelus trucidatur.

Spitigneus
Vratiſlaus
Boleslaus
S. Venceslaus

Nec minore flagitio eorum mater Draomiria necis conſcia fuit, quæ & Ludimillam ſocrum ſanctiſſimam apud quam Venceslaus fuerat educatus, necari iuſſit. De Venceslao traditur, perpetuo caſtitatem ſeruaſſe, horas canonicas quotidie obijſſe, noctibus per brumam ac medias niues diſcalceatũ templum petere ſolitum. Inde prodigium fertur, ueſtigia cruenta fuiſſe interdiu animaduerſa. Baſilicam Pragenſem ab ſe extructam S. Vito dicaſſe: Dotimaro Saxoniæ uiro ſanctiſſimo primo eius præſule conſtituto: poſt quẽ Adelbertus Boemus uir non minore ſanctitate præfuit, qui poſt Stephanũ Pannoniæ regem & multos Dalmatiæ populos ad fidem deductos à Prutenis tandem ſupplicio adfectus eſt.

S. Dotimarus
S. Adalbertus Pragẽſis martyr

Sed & alia Venceslai memorantur, pauperes eius regni ex magna parte ſuſtentabat: ducem Curuenſem contra fas regnũ inuadentem, ac eum prouocantem, ſingulari certamine diuinitus ſuperauit: interfectum poſtremo, ut dixi, à fratre, poſteri pro martyre colũt: cui templum Poloniæ primum dicatum. Igitur poſt Boleslaum filius Boleslaus iunior rem ſuſcepit. Cuius frater Stratiquates cœnobio ſe addixit, uir inconſtantia tum ambitione maxima præditus, ut qui poſtea Cracouiẽſis præſul eſſe magnopere adfectauerit.

Boleslaus iunior
Statiquates

Boleslaus deinde tertius, ſecundi filius regni hæres, cui Moſcho rex Poloniæ Cracouiam per fraudem eripuit: unde cauſa inter eos magni exorta eſt belli. Boleslaus demum ſimulatione colloquij circumuentum, Moſconem luminibus effoſſis mulctauit: deinde Cracouiam obſedit.

Boleslaus
Cracouia à Polonis ca.

Boleslao frater erat Odalricus, qui apud Henricum imp. exul nutritus fuerat: armis Cæſarianis munitus repente adeſt, patriumq; regnum recepit: ac Iaromiro alij fratri ob regni adfectati ſuſpicionem, oculos euulſit. Boceriam puellam, quod Beatricem interpretantur, è plebe natam ob amorem in matrimonium duxit, ex qua Bizetiſlaum ſuſcepit. Is deinde Iuditham Othonis imp. filiã deo dicatam,

Bizetislaus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

catam è cœnobio in uxorem ſibi iunxit:unde ortum bellum inter generum & ſocerum apud Boleslauiam Boemiæ oppidum,quod interuentu ipſius puellæ ueluti quondam Sabinarum diremptũ facile fuit,Bizetislaus poſt hæc defuncto patri ſucceßit cum antea in Morauia tantum permittente genitore dominaretur.In primis bellum Polonis intulit, Cracouienſem Gneſnenſemq; diripuit ciuitates an.ſal. M X X X. ob quam rem ab Henrico I I I.fruſtra ſæpe admonitus bello ſuperatur,ac ſupplex ueniam petere tum tributa pendere cogitur.Pace hoc modo facta deceßit:quinque ſuperſtitibus liberis,Spitigneo,Vratislao,Corado,Iaromiro,Otorio:quorum Spitigneus regnum paternum:reliqui Morauiam obtinuere. Vratislaus à fratre Spigneo bello petitus in Pannoniam ad Andream regem confugit: eiuſq; filiam uxorem duxit: ac paulò pòſt fratri uita functo ſucceßit.Iaromiri alterius fratris diaconi magna leuitas narratur, qui præſul Pragenſis factus, cupijt & Morauienſis eſſe expulſo Ioan. præſule, quam rem rogatus tunc à pont.miſſus & Matildis comitiſſa ſedauerunt. Hic Vratislaus Leopoldum Auſtriæ ducem bello ſuperauit.Morauiam,Poloniam,Sleſiam, Luſatiam Hẽrico I I I I. Imp. iuuante, Boemiæ regno adiecit, an. M L X X X V I.Poſt hunc Conradus frater tertius,deinde fratris filij ſine regio cuncti nomine ſucceſſere præter Vratislaum Vratislai filium,qui à Fred.I.ob eius egregia in eum merita,rex appellatus eſt.Nam operam ei magnopere in expugnatione Mediolani nauauerat.Nobilem deinde pontem ſupra Multauiam extruxit,X X I I I I. munitum arcubus, qui magnam Pragã paruæ cõiungit.Sobieslaus poſt hunc an.V. regnauit:deinde Fred.Vladislai filius: poſtea Conradus qui in Apulia in bello occubuit:mox Bizetislaus, qui Henricus appellatus eſt, præſul idem & dux Pragenſis:demum Venceslaus eius frater,atque hi omnes ducali nomine. Primislaus uerò ſucceſſor rex Boemiæ I I I. appellatus, ex eis qui diadema acceperint,quod à Philippo Friderici I I.fratre ac Imp.cõſecutus eſt.Huic filij ſucceſſere Venceslaus & Othocarus,qui & Primislaus dictus eſt rex V.Boemiæ.Huius itaque Othocari felicitas & res bello magnæ commemorantur. Auſtriam ex hæreditate Margaritæ uxoris adſecutus eſt:ab Vlrico duce Carinthiam emit:Stiriam,Pruſiam, Tartaros uicit: Cuniſpergiũ oppidum ædificauit: oblatum imp. nomen comtempſit:in diſcordiam cum Rodolpho Cæſare ueniens tandem adactus parendi ſacramẽto & adſinitate inter eos inita conciliatur.Quamobrem ab uxore Margarita obiurgatus quod per metum & ignauiam pacem feciſſet, iterum prælio concurrens à Cæſaris exercitu profligatur atq; occiditur:regno nihilominus Venceslao puero eius filio tradito.Hic ille Venceslaus alter quem pro ſancto colunt, & portentis clarere dicunt, ſocer Gentilis Vrſinini, quiq; filium iuniorem omnia ſibi dißimilem habuit.Nam is & uino & luxuriæ tantũ deditus apud Morauiam in prætorio interfectus eſt, annos agens X X I I. Henricus deinde Carinthiæ dux regnum obtinuit,quem Albertus imp.expellens filium ſuum Rodolphum regem cõſtituit:quo mortuo res ad Henricum reuertitur.Contra quem Ioan.filius Hẽrici V I I. Lucceburg.an. C X X V. uſque ad Sigiſmundum imp. id regnum ſucceſſoribus tradidit: in Italiamq; uenit: ciuitates principesq; multos tutatus Lud. Bauaro & Fred. Auſtriæ duce inter ſe de regno dißidentibus circiter annum M C C C X X X I. Brixiam quoque,Bergamum, Lucam, Parmam,Mutinam,in poteſtatem recepit.Poloniæ regnum cum id tuto tenere non poſſet, Cazimiro acceptis X X. mil. marcharum argenti conceßit. Poſtremo aduerſus Anglos regi Francorum militans profectus cum toto exercitu in prælio cecidit die S. Rufi nefaſta Boemis, cum regnaſſet an.X X X V. Carolus eius filius qui cum patre in Italia res geſſerat imp.ex rege factus eſt Romæ diadematis de more ſolẽnib.obitis.Pragam templis & ædificijs præſertim regia domo pulcherrima ornauit:ſcholam liberaliũ artium in eadem ciuitate inſtituit:pontem lapſum refecit: Pragenſem baſilicã metropoliticam fecit:primus qui filium Vẽceslaum uiuens ſucceſſorem ſibi conciliatis electoribus malo quidem poſteris exemplo inſtituerit. Venceslaus itaque ingenio ſocordi,captus in bello à Io.duce Luſatiæ ut redimeretur marchio Morauiæ tunc captiuus liberatus eſt: iterum à fratre Sigiſmundo captus è cuſtodia fugit: tandem imperio abrogatus ab electoribus, ac Sigiſm.eius frater ſurrogatus eſt: poſt quem regnum ad Ladislaum puerum regem item Pannoniæ,de quo in Pannonia dicemus,peruenit. Hoc extincto Boemorum pars Cazimirum Cazimiri Poloniæ regis filium iure adſinitatis quòd ſororem ipſius Georgius duxerat,pars uerò Matthiam Pannoniæ regem legerunt:tandem Georgium Pogebratium regno præfecere uirum autoritate principẽ, qui rem diu pro Ladislao puero adminiſtrauerat Hußitarum tamen ſecta inquinatum. Poſt Georgij mortẽ ad Vladislaum Cazimiri fratrem Pãnoniæ regem res Boemica peruenit.deinde ad Io. Albertũ,poſtremo ad Alex.qui dum hæc proderem uiuebat. Et de Boemica quidem ſatis Morauia illi ex orientis parte continua montibus tantum,& amne Morauia diſcreta,uini,frumentiq; feracitate mollior aliquãtulum quàm Boemia:gens latrocinijs dedita,ad quam nõ ſecurus ulli adceſſus.Caput gentis Volagradenſis ciuitas quæ Olimicenſis poſtea dicta eſt.Oppida uerò Brunna & Znoymia,ubi Sigiſm.imp.deceßit:hic igitur multos annos regnatũ.Nã Boemi,Roxolani,Poloni, Morauio regi quãdoq; paruere. Rex autẽ ipſe Romano imp.Ex his Suadoplucus regum penultimus primus Chriſtianus fuit, à Cyrillo fratre Methodij præſule Dalmatiæ cum tota gente multiſq; Dalmatarum populis in fide inſtitutus.Quum Arnulpho imperatori tributum ſolitum negaret: uictus ab eo in prælio clam fugam mutata ueſte adripuit,ſoluſq; per ſaltus errans cum tribus eremitis tandem incognitus uſque ad extremum perſancte agitauit, ſeſe tantum in morte prodens.Succeßit huius filius Arnulphi liberalitate, quanquam indignus. Is ubi de patre accepit, ab eremo corpus relatum honorifice tumulauit. Verùm irreligioſus homo uſq; adeo ſacerdotes deſpexit,ut Methodium præſulem ſanctißimum, quem ſuprà nominaui,quod eum mane poſt longam moram è uenatione redeuntem non expectauerat ad ſacrificium,contumelijs inceſſerit,pauloq; minus manibus abſtinuerit.Quare Methodius fugiens,eum ſacris interdixit. Quo paulò pòſt mortuo regnum Morauiæ ad Cæſares peruenit, è quibus Sigiſmundus eam genero ſuo Alberto regendam dedit: rebellantem ipſe Albertus magno illato incommodo ſubiugauit. Proceres in hac regione ex magna parte Hußitarum ſecta contaminatos Ioannes Capiſtranus noſtra ætate frequentibus concionibus emendare conatus eſt. Ea ſiquidem hoc modo cœpiſſe traditur:tempore Venceslai ultimi Ioannes Viklef è ſchola Oxonienſi nouos quoſdam codices, in quibus hæc hæreſis ſcripta continebatur,in Boemiam attulit: adſcitiſq; ad hoc facinus Ioanne Hus & Hieronymo Boemis doctrina linguaq; potẽtibus, res late ſerpere cœpit, uſque adeo ut uocati ij duo in concilium Conſtantienſe ad cauſam dicendam non ſolum errorem non poſuerint, ſed ſumma pertinacia ſupplicium ignis pertulerint. Cineres ne à ſectatoribus colerentur in profluentem iactati. Hinc Vickleuiſtæ & Hußitæ appellati. Dictitabant officium concionandi aut docendi euangelij, uel cuiuis licere exercere, præterea ſub utraque ſpecie ſacramentum ſuſcipere, tum ſacerdotes more Chriſti omnia communia habere oportere.Sed & hic aliæ ex alijs (uti fit) exortæ ſectæ,

Adami

Margin notes, left column: Boleſlauia — Spitigneus — Conradus — Vratiſlaus rex I I — Primiſlaus rex I I I — Venceſlaus & Othocarus rex V — Cuniſpergiũ opipdum — S.Venceſlaus — Gẽtilis Vrſin. — Venceſlaus filius — Henricus — Rodolphus — Ioannes Lucceburgenſis — Carolus

Margin notes, right column: Schola Prag. — Pons reſtit. — Venceslaus — Sigiſmundus — Ladiſlaus — Georgius — Pogebratius — Vlatiſlaus — Ioannes Alb. — Morauia — Volagradẽſis ciuitas — Olimicenſis — Brunna — Znoymia — Suadocupus primus Chri. — Cyrillus præſul Dalmatiæ — Methodius — De ſecta Hußitarum ſeu Vickleuiſtarum — Ioan. Vicklef — Ioannes Hus — Hieronymus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Adamitæ, Taboritæ, Orphani, qui Ziſka & Procopio ducibus facundis & aſſertoribus acerrime illata reſellebãt Iacobellus, Conradus, Rocazana, Petrus Anglicus corruptores pro ueritatis magiſtris ab eis culti. Quatuor reges Venceslaus, Sigiſmundus, Albertus, & Ladislaus, peſtem hanc extinguere continuis bellis non ualuere. In locis enim natura munitis montibusq; ingenti multitudine ſeſe abdiderant, calicem pro uexillo in acie præferentes, unde facile deijci non erat. Ex quo malum non impune uſque ad hoc ſeculum ſerpit.

POLONIA.

Cracouia à Craco

POLONIA utranq; Viſtulæ poßidet ripam ex parte Germaniæ, Sleſiæ, Morauiæq;: ex parte Sarmatiæ Lituanis, Leuonijs, Gythonibusq; coniungitur. Eam in minorem, & maiorem diuidunt: minor ubi Cracouia, ſecunda ubi Poſnania. Gneſna ſeptentrionalior. De ipſius origine quoniam in Boemia quæ ferebantur dixi: pauca quæ reſtant ex eius regibus referam. Hic Vandali primum fuere: deinde à Craco, quem ex Croacia ueniſſe & autorem generis ac primum ducem fuiſſe tradunt, uſq; ad Boleslaum per duces remp. adminiſtrauerũt: deinde Boleslaus dux quum Othonem imperatorem multis officijs demereretur, ad poſtremum eum ad ſe uenientem apud Poſnam magnifico ſumptu recepit. Ex quo rex primus ab eo ex duce factus eſt. Longa deinde regum ſucceßione, ann. MCCCC. quum rex ſuperſtite tantum filia deceßiſſet: hanc Gulielmus Auſtriæ in matrimonium unà cum regno accepit, qui cum minime Polonis homo Germanus ſatisfaceret, adcerſitus Vladislaus ex Lituania tunc minime Chriſtianus, qui ſtatim inito principatu fidẽ recepit. Ex quo Lituani Roxolaniq; ex magna parte regno adiecti Poloniæ ſunt. Cum Tartaris feliciter dimicauit. Prutenos bello maximo ſibi ſubiecit. Ex ſecundo matrimonio duos genuit liberos, Vladislaũ, & Cazimirum: quorũ Vladislaus maior natu patri defuncto ſucceßit. Is ille qui poſt ad Pannoniæ regnum uocatus eſt, quiq; in clade Varnenſi unà cum Iuliano Cæſarino legato contra Amurathen Turcam extinctus eſt. Cazimirus alter frater qui Lituaniam ex hæreditate acceperat. Poloniæ fratri ſucceßit. Is demum habuit liberos Vladislaũ, qui Poloniæ rex ac poſt Matthiæ regis mortẽ à Pannonijs adcerſitus eſt, Cazimirum, de quo mox dicam: Ioannem Albertum qui Boemiæ Poloniæq; ſucceßit: Alexandrum qui Lituaniam primo, poſtremo Ioanne Alberto nuper defuncto utrumq; regnum obtinuit, ac Fredericũ qui præſul Cracouiẽſis ab Alexandro VI. pont. in patrum collegiũ deinde cooptatus. Ante hunc Pij pontificis tempore præfuit ei ciuitati præſul alter ac cardinalis Spitigneus, uir literis legitime imbutus. Cazimirus autem quem ſuprà memoraui perpetuo cœlebs ac caſtus uixit, nihilq; prius habuit quàm fidem, abſtinentiam, ac iuſtitiam colere, res ei cunctas à patre delegatas in regno ſapientißime obiuit, demum annorum XXV. decedens ac Lituaniæ ſepultus, in beatorum eſt numerũ relatus. Sed omnis facile ſuperauit fama ſanctitatis diuus Stanislaus eiuſdẽ urbis præſul anno ſalutis MVIII. interfectus à rege Boleslao, cuius hodie corpus in baſilica Cracouienſi conditum ueneratur. Vltra Viſtulam Maſouiæ ducatus & Podolia regio & Drauaniza fluuius, ab eis dictus, Maſouiam à Lituania diducens ad Polonos pertinentes. Et Gneſnenſis & Poſnanienſis urbes in ſacro codice conſcriptæ. Ad hos Callimachus Geminianenſis meus familiaris penetrauit, ubi & literis & ingenij ſolertia, ex paupere diues magnopere apud eos reges quibus erat dilectus, ante hos annos deceßit.

Boleslaus rex primus

Gulielmus Auſtriæ

Vladislaus ex Lituania primus Chriſtia.

Cazimiri lib.

Vladislaus

Io. Albertus

Alc. Lituaniæ

Frederic' præſul Crac.

Spitigneus

Beatus Cazimirus

S. Stanislaus præſul

Boleslaus

Gneſnenſis

Poſnanienſis

SARMATIA EVROPAEA.

SARMATAS Græci Sauromatas uocant. Omnes enim teſte Plinio, qui extremi gentium ac ignoti propè exiſtẽtes mortalibus degũt, tam Europæos quàm Aſiaticos, communi uocabulo ueteres Scythas appellauere: uerum à poſteris Græcis diuiſi, ut Sauromatæ uſq; ad Rha fluuium dicantur: & ex his Europæi tantum, qui inter Viſtulam & Tanaim continentur. Ex parte uerò auſtri montibus Sarmaticis: à ſeptentrione autẽ ſinu Venedico, & terra incognita. In hoc igitur ſpatio ij principales populi ab autoribus nominantur, Venedici, Phenni, Vindili, Varini, Gythones, Burgundiones, Peucini, Baſternæ, Omani, Roxolani, Sauari, Beßi, Budini, Amaxobij, Geloni, Geuini, Alani, Agathyrſi, Arimaſpi, Tauri, Tartari, Flumina uerò Boryſthenes, Tyra, Hypanis, Axiaces, Tanais, & palus Mæotis. Montes Riphei, Arympei, Aræ Cæſaris, Alexan. De huiuſmodi Sarmatis primus Romanorum triumphauit Domitianus princeps, cruenta tamen uictoria, cæſis apud eos duobus inclytis ducibus Aurelio Fuſco & oppido Sabino. Poſtea longo interuallo Claudius II. item princeps cæſis ex eis ad millia CCC. His in uniuerſum enarratis ſingula nunc uidenda. Primum ex his plures in Germania diximus, ut Phennos quos mira fœditate populos Tacitus dicit, nunc Prutenos aut Lituanos putauerim. Varinos, nunc Varnos, ſeu Varnenſes, Gythones Ptolemæo, Guthones Tacito: ijdem populi non procul à Viſtula collocantur. Omani prope Polonos, nunc Comanos eos appellant, qui regibus & nationi Pannoniorum ſæpe mœleſti fuere. Burgundiones de quibus Plin. & Ptolemæus, hos in Galliam migrantes quum Galliã ſcripſi, enarraui. Sauari Ptolemæi, ij ſunt quos recentiores Auaros uocant, qui multas in Europa regiones depopulauerunt. Ad Poſtremũ in Italia Foroiuliũ duce Cacano pulſis Longobardis ceperũt. Peucinos Tacitus dicit, à quibuſdam Baſternas uocari, ſermone cultuq; ut Germani: in hac parte & Vindilos ponunt, ubi nunc Poloni, de quibus mox dicam.

Domitianus

Claudius II

Phenni

Varini

Gythones

Omani

Comani

Burgũdiones

Sauari, qui & Auari.

Peucini, ſeu Baſternæ

Vindili

RES VANDALORVM.

VINDELI Plinio Ptolemæoq; hi ſunt, quos ætas poſterior Vandalos appellauit, qui olim Gandarico duce filio Modigilli, qui regnauerat prior annis triginta: ex primo uidelicet anno Gratiani imperij. ſollicitati à Stilicone anno ſalutis circiter CCCC. paucis ante annis quàm Gothi Rom. caperent Gallias inuaſere. Inde in Hiſpaniam traiecto Pyreneo, penetrantes: loca circa Beticã, quæ Vãdalia poſtea dicta eſt, occupauerũt: ubi capta Hiſpali quum Gandaricus templum profanare uellet, ſubita morte corruiſſe dicitur. Cui Genſericus ſucceßit. Ex Hiſpania poſt aliquot annos, iubente Honorio, à Gothis item expulſi in Africam traiecerunt: quam tunc Bonifacius comes ab Honorio miſſus adminiſtrabat. Ante omnia Hipponem obſident, ubi Auguſtinus noſter ſeptimo obſidionis menſe deceßit. Potiti tandem cum omnia diripuiſſent, breui poſt tempore Heturiam inuadunt claſſe ad Populoniam applicantes: unde à Baſilico duce Leonis primi, è Græcia cum ingenti claſſe ad ſuccurrẽdum in Italiam miſſo, expulſi fuere. Genſericus poſt hæc ex Africa uocatus Romam ab Eudoxia Theodoſij iunioris filia, Valentiniani item iunioris uxore, contra tyrannidẽ Maximi, qui urbis imperiũ occupauerat, omnia in urbe diripuit, Maximo lapidibus interfecto. Poſt dies XIIII. Eudoxiam cum filia Eudocia & Placidia ſecum in Africam abduxit: matrẽ ſibi, filiam alterã Honorico nato, alterã Placidiam Olibrio, qui poſt imperator fuit, matrimonio iunxit.

Modigillus

Gandaricus

Genſericus

Honoricus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Præter hæc ſecta Arriana omnia compleuit, ut teſtatur Iuſtinianus in Codice De officio præfecti proconſulis Africæ. Denique quum regnaſſet an. XLVIII. moriens Honorico reliquit habenas, qui haud patre melior in oppugnanda fide poſt annos VIII. pediculari morbo miſere perijt.

Guntabundus
Ildericus

Deinde Guntabundus Genſerici ex Gunzone filio nepos ann. XXVI. Is Ildericum ex Eudocia & Honorico natum hæredem relinquens, iureiurando adegit, ne orthodoxis ullo pacto faueret: at ille mortuo patre pio periurio confeſtim omnes huiuſcemodi ab exilio reuocauit.

Gilimer

Poſt eum Gilimer, V. regnauit annos, uir in primis crudelis, qui nec parentibus pepercit: uictus demum à Belliſario ac in triumphũ ductus, an. LXXIIII. ex quo Genſericus in Africam ingreſſus eſt. Hic Vandalorum finis, ut autor Procopius.

Alani

Nunc cæteros exequar Alanos, Ptolemæus in parte Scythiæ ponere uidetur: Capitolinus in parte Daciæ: Marcellinus itemq́; Plin. & Dionyſius poëta in hac Sarmatia Europæa. Ioſephus lib. ultim. ait, inter Tanaim & Mæotidem habitare, ac inita cum Hyrcanis ſocietate Medos ſuo tempore fuiſſe depopulatos. Hi demum fuere, qui uno ferè tempore cum Vandalis Gallias, deinde Hiſpanias petierunt: ſed breui & ipſi à Gothis, cum quibus eandem ferè gentem & linguam eſſe Procopius dicit, expulſi regnum amiſerunt.

Agathyrſi
Geloni

Agathyrſas & Gelonos populos, Agathyrſus & Gelonus Herculis filij conſtituerunt, ut eſt autor Euſtathius. Ex his Agathyrſos dicit Herodotus cultu præſtare, eſſeq́; ab origine Græcos, agri cultores quoque & optimam incolere terram. Mela dicit eos, ora fuco inficere, qui nulla deletur aqua: ex quo Virgil. Pictiq́; Agathyrſi. Hi denique Bacchum ex India redeuntem excepere.

Roxolani
Ruteni

Roxolani Plinio Ptolemæoq́;: Roxani Straboni: hodie uerò Ruteni. Hi quondam aduerſus Mithridatis Eupatoris duces dimicarunt, quibus imper. præerat Taſius, ut ait Strabo. Sed Chriſtiani nunc ſunt, Græca tamen ſecta, lingua ſemidalmatica, ſicuti ferè & Lituania & Polonia uicinæ regiones:

Albi
Moſchouii
Moſqua

bifariam autem diuiſi, qui dicuntur Albi, uicini Lituaniæ, ex nomine fluuij Moſcouij dicuntur, ac Moſquam regiam habent, cui præſidet Ioannes dux, qui ex Helena Andreæ Palæologi Deſpoti ſorore plures ſuſcepit liberos. Hic ad mare uſque Venedicum poſtremus omnium imperat. Ex quo Strabo ait ſuprà Roxolanos neminem habitare. Ibi ingens ſylua, & homines ſylueſtres pellibus tantum urſorum quos uenantur tecti: natura alioqui ſimplices, melle uictitantes, ac mercatoribus eò adnauigantibus pro frugibus pelles pretioſas commutantes.

Nogardia

Retinent inſuper urbem maximam, quam Nogardiam, hoc eſt nouum caſtrum, eorum lingua uocant, quæ Græcum ſolet habere præſulem. Is fuit ætate noſtra Iſidorus cardin. Rutenus ab Eugenio factus. Hic lapis in medio foro quadratus, quem dum ciuitas erat libera qui aſcendere poterat, neque inde deijci, princeps habebatur. Huc aditur tantum pellium cauſa: moneta utuntur non ſignata.

Ruteni rubri
Tartari

Alteri Ruteni, rubri appellati, Orientaliores, ac Boryſtheni propiores ſunt. De Tartaris locus iam expoſcit, his uicinis populis atque infeſtis, loqui. Hos Plin. Tactaros uocat, ponitq́; inter Tauros, de quibus paulò pòſt dicam. Hi ann. MCCXXI. Batone duce finibus egreſſi ad mare uſque balteum defluxere, uicinosq́; accolas Roxolanos, Gazeos, qui & Lazi Procopio dicuntur, præterea Polonos depopulati, poſtremo ad Pannonios penetrantes, omnem eam regionem triennio uaſtauerunt, ut in Pannonia dixi. Inter Boryſthenem & Mæotidem campos habitant inadceſſos, quum aqua, tum frugibus, tectisq́;, ac omnibus neceſſarijs carentes, pecore abundant. Vitam in tentorijs ducunt, equorum inutilium ſanguinem potant, cæteriq́; utiles equi inter niues ungulis herbas radicesq́; perquirunt, breuiq́; cibo longas tolerant excurſiones. Lege ac lingua omnes utuntur Mahumetana, ac cum Turcis uicinis adfinitates ineunt. Septenis agunt ſub principibus quos Cæſares appellant. Ex his unus Lituanis Rutenisq́; uicinior ac infeſtus, Cæſar Caphenſis dicitur, quod prope Capham loca teneat. Eſt enim id caſtellum iuxta mare in Taurica Cherſonneſo munitiſſimum, ditionis olim Genuenſium, nunc Turcarum. Cæterum Tartari ore ſunt tetro & horrendo, raſo ſincipite à medio uertice ab utrunque tempus, oblongis poſt tergum capillis, lata facie, preſſis naribus, ore abraſo, præter labrum ſuperius.

Budini

Deinceps ad reliquos Sarmaticos. Budini ἀπὸ τῶν βοῶν καὶ ἀινύδων, quod in curribus ut plerique Scythæ agunt, à bobus tractis.

Amaxobii
Melanclæni
Neuri

Amaxobij ſimile ferè genus, ἀπὸ τῶν ἁμάξης καὶ βίς. Melanclæni quòd atris ueſtibus utantur, Anthropophagi enim ſunt Herodoto teſte. Neuri eorum regionem olim ob ſerpentes reliquerunt. Incantatores perhibẽtur eſſe, in lupum ſeſe aliaq́; animalia conuertentes, ut Euſtathius in Dionyſium.

Hylea regio

Hylea regio mari quo abluitur nomen dedit, ut Plin. Herodotus etiam ſic ait, Traiecto Boryſthene, à mari in primis eſt Hylea regio. Valer. poëta. Mouit & Hylea ſupplex cum gente Syenen. Stephanus tamen eam regionem Ponti facit.

Cimmerii &
Oretæ
Ialmon

Cimmerij & Oretæ inter Sauromatas. Ii in Odyſſea nominantur. Hi ſecundum Dionyſium Achæi ſunt, qui ſecuti Agamemnonem, ſiue Ialmonem filium Martis, regem Aſplendonum, huc tempeſtate delati. Plin. Cimmerios poſt Arimpæos ponit.

Eſſedones
Arimaſpi

Eſſedones Plin. Iſſidones Hecateo, Aſſedones Alcmani poëtæ ijdem populi. Arimaſpi in hac parte Plinio ponuntur iuxta Ripheos, quos Dionyſius Arimaneas uel Arimannos uocat. Aeſchylus uerò μονῶπα στρατόν, id eſt, monoculum exercitum, quod ſagittarij quum ſint optimi, alterum inflectunt oculum, ut à paruis adſueti altero melius cernãt, unde etiam nomen auſpicati ſunt Herodoto. Nam Ari Scythicè, unum ſignificat, & Maſpos oculum. Idem dicit autor, ſuper Arimaſpos Grypes eſſe aurum ſeruantes.

Grypes
Riphei
Arimpæi

Hos prope Riphei ſunt montes: ultra uerò Arimpæi habitant, iuſti & mites. Plin. dicit eos in nemoribus agere ac baccis uictitare: quos ſatis puto ex eorum genere ſylueſtrium hominum ſuprà mihi memoratorum, ſub Moſchouiæ duce degentium.

Aræ Alex.

Ad Ripheos uſque curſus Alexandri, ubi eius aræ ponuntur. Suprà uerò Hyperborei ſunt montes, quos nonnulli in Aſiæ principio ponunt, de quibus mox in Aſiatica Sarmatia.

Tauri popu[li]
XXX

Nunc autem uerſus mare Ponticum deſcendendo Tauros gentem maximam percurram: dicuntur enim non à monte, ut quidam eruditus nuper nullo autore ſcripſit, ſed ab animali, quod ibi Oſyris docuerit boues aratro iungere, ut tradit Euſtathius. Nam Oſyris dicitur uniuerſum orbem agricolationem monſtrando obiuiſſe.

Tactari

Horum igitur Plin. XXX. populos fuiſſe dicit, inter quos Tactaros ponit de quibus ſuprà dixi. Apud hos Diana Taurica, cui Iphigenia præeſt, & uictima humana ſacrificatur.

Tauroſcyth[æ]
Curſus Achil-
leius

Hic Tauroſcythæ qui montana tenent, & Curſus Achilleius, & Taurica Cherſonneſus oblonga, in mari protenſa modo uittæ mille ſtad. Eo uſque dicunt Achillem proſequutum Iphigeniam fuiſſe, raptam ex Aulide in Scythiam à Diana, quum ceruam pro ea ſuppoſuit, ibiq́; moratum cum ea rem habuiſſe. Nonnulli alium Achillem eius regionis regem illius amore captum fuiſſe dicunt. Hæc Euſtathius in Diony. Plin. ait hanc peninſulam ad formam eſſe gladij in tranſuerſum porrectam, & ab exercitatione Achillis cognominatam eſſe Achillis Curſum.

Achillis tu[mu]lus
Achilleũ pro[mon]torium
Cherſonne[ſus]

Ab hac CXX. milia inſula in ponto eſt, Achillis Tumulus appellata, de qua in ponto dicam: & promontorium Achilleum contra Cimmerium Boſphorum, Ptolemæo. Cherſonneſus

Taurica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Theodoſia · Panticapeum · Phanagoria · Nymphæum · Parthenum · Charax mons · Sinus Carcinitus · Iſthmos · Noua mœnia · Boſphorus · Mæotis

Taurica moribus & elegantia Græca, libertate quondam à Romanis donata, ut autor Plin. In hac urbes nobiles, Theodoſia, & Panticapeum metropolis Boſphorianorum, à Panticapeo Aetæ regis filio ædificata, quæ poſtea Phanagoria eſt appellata, quod phanarium ſit ac forum circa incolentium Europæorũ Euſtathio. Præterea Nymphæum, Parthenium: Charax mons, ſinus Carcinitus. In Iſthmo, Noua mœnia, Boſphorus Cimmerius lat. x x. ſtad. qui os Mæotidos appellatur. De Mæotide uerò ipſa in Ponti deſcriptione dicam: Erullos inſuper fortiſſimã gentem in Sarmatia flumẽ ſupra Iſtrũ habitare Procopius de bello Goth. ſcribit, qui, ut ait, ſenio confectos, ſeu morbo adfectos ob pietatem interficiunt: uxor defuncti iuxta tumulum laqueo ſe ſuſpendit, infamis qui huic deſit officio. Longobardos olim uicinos Anaſtaſio imperante ac duce Rodulpho infeſtauerunt, qui dux cum eſſet ab iniuria belli aliquandiu quieſcens, à ſuis uti ſegnis inſimulatus pugnare rurſus coactus cum multis eorum millibus cecidit. Exercitus reliquiæ antiquam patriam repetentes cum Rogis conſtitere. Deinde in Italiam unà cum Gothis commixti uenerunt: poſtremo ob famem pars Gepidarum gentis uicinæ militiæ ſe autorauerunt, pars in Thylen inſulam ſe contulere. Iuſtinus princeps eos primum Chriſtianos fecit, eorum ſæpe auxilijs uſus. Gothos quoque Trazaitas Procopius hic ponit & Hunnos. Flumina hic, primum Tanais Europæ terminus, Græco uocabulo porrectus extenſusq́; dicitur, quod longe fluat, Barbaris quandoque Silis nunc Vola uocatus. Nam plerique fluuij Barbara ſibi uſurpant nomina, ut Nilus, Thermodon, Araxes, Eridanus. Tanais igitur è Ripheis montibus oritur Ptolemæo, è Caucaſo Dionyſio, è magna uerò palude Herodoto, quibuſdam alijs nullum certum habet principium. Hic Græcorum colonia quondam fuit à Polemone Colchorum rege diruta, quum minime obtemperaret. Commune id emporium eius regionis: nunc in eodem loco caſtellum eſt Venetorum Tana, unde pelles & mancipia exportantur, quæ Sarmatæ mercantur, appellantq́; Carcaſos. Boryſthenes ingens Sarmatiæ fluuius à montibus exit Venedicis, & per fines Sarmatiæ in Pontum Ptolemæo: Plinio autem & flumen eſt & lacus & oppidum & gens, uocaturq́; à Barbaris Neper, qui Tartaros à Lituanis diuidit: præterea Tira & Axiaces, quem Hypanim etiam uocant, Barbari uerò Neſter, ex Peucinis montibus in Pontum fluunt. Flumina præterea è montibus Venedicis in ſinum eiuſdem nominis, Ptolemæo, Chrones, Rubon, Truntus, Cherſinus.

Rogi · Gepidæ · Gothi trazaitæ · Hunni · Polemon · Tanais · Boryſthenes · Axiaces ſeu Hypanis

SARMATIA ASIATICA.

Rha · Rhymnium · Rha barbarũ · Hyperborei

SARMATIAE Aſiaticæ limites Ptol. intra Tanaim & Rha fluuios monteſq́; Caucaſum & Hyperboreos concludit, in quo fermè ſpatio populi clari ſunt Rhombitani, Melancleni, Zygi, Hunni, Turcæ, Amazones, Hyperborei, Gerri. Hippophagi. Flumina uerò Rha, Rhombites, Rhymnium, unde & montes Rhymnici. Rha in primis maximus amnis, apud quem, inquit Arrianus, radix naſcitur medicamento nobilis, quod Rha ponticum, ſeu Rha barbarum uocant. Oritur ex Hyperboreis. Flexiones facit ſimiles Tanai inter ſe aduerſas, ab Alexand. alter Tanais putatus. De Hyperboreis qui ſuprà Rhipheos habitant, Plin. dicit eos inter Antipodum ſolis occaſus & noſtrum orientem, putari à nonnullis ſemeſtrem diem habere, maneq́; ſerere & ueſperi metere. Domus his nemora, nullum morbum, perpetuam ſalubritatem, ætatem quàm longam ad mille annos, procul à lite & iniuſtitia. Herodotus contrà, nullos eſſe Hyperboreos dicit: aut ſi ſunt, neceſſe & Hypernotios quoſdam eſſe. Poſſidonius eſſe quidem eos adfirmat, uerum habitare iuxta Alpes Italiæ. Polybius ait, ſuprà Tanaim uerſus ſeptentrionem ignota eſſe omnia, ſomniareq́; ſi qui de his loquuntur aliquid aut ſcribũt. Rhombitani accolæ fluuij ſunt Rhombitis, Strabo. Ptolemæus maiorem & minorem ponit Rhombitem, paulò pòſt Mæotidem ex Rhomborum frequentia nominatum. Zygi de quibus Marcellinus ait, Immani diritate Zygos & Napas. Dionyſius poëta præter Zygos ponit etiam Sindos inter Sarmatas. Hunnos ſuprà Caſpios & Albanos ponit Dionyſius. Simocatus quidam eſt autor Euſtathio in deſcriptione orbis, Hunnos circa Boream & orientem conſiſtere, eosq́; Turcas à Perſis appellari. Alij ſunt Hunni Europæi, de quibus Procopius libro v. ſic ait, apud Mæotidem Cimmerij habitant antiquitus nominati, nunc autem Hunni, quibus olim rex quidam imperabat qui duos habebat filios, Vturgurum, & Cutrigurũ: hi inter ſe regno diuiſo utramque ripam Mæotidis oſtij incoluerunt, donec paulatim Iſtrum traijcientes cum ualido exercitu loca imperij Romani populati ſunt: horum alter Vturgurus domum poſtea reuerſus circa eandem conſedit paludem: Cutrigurus autem Romano imper. negotium faceſſebat, occidentem uerſus late loca occupauit. His uicini apud Mæotidem ſunt Gothi Trazitæ appellati, remoti ab alijs Gothis, qui Viſigothi dicuntur. Hos traijcere conantes Iſtrum Hunni ſæpe repulerunt. Vſque ad pontum habitant Euxinum, iter dierum x x. Arrianam colunt ſectam, miſereq́; ad Iuſtinianum anno eius imperij x i. oratores quatuor, ut præſulem eis mitteret, quum alter apud eos eſſet extinctus. Hæc Procopius diuerſis in locis in eodem libro, ex quibus deprehendimus Hunnos, qui Pannoniam ceperunt, Europæos fuiſſe: colonos fortè Hunnorum Aſiaticorum de quibus ſcribimus: hosq́; ſimul eandem eſſe gentem cum Turcis & Lazis & Zanis, qui à Iuſtiniano ſuperati ſunt per Theodorum, ut autor eſt Agathias. Verum diuerſis cognominibus appellati, ex ducibus plerique nomen habentes. Reliqua Hunnorũ in hiſtoria Pannoniæ proſecuti ſumus. Amazones apud Rha fluuium ſitæ, hodie quoque à noſtris coſmographis in inſula ponuntur Edil fluuij, quem Rha dicunt eſſe. De his Trogus libro i i. ait, duo fratres Scythæ cum exercitu apud Rha flumen conſtitere: ibiq́; poſt multos annos conſpiratione uicinorum, quibus erant infeſti, trucidantur. Horum uxores qui cum eis aderant, in aduena terra ſumpta mulierum manu ſeſe tuentur contra uiros: quibus tantum concubitus cauſa admiſſis, mares filios interficiebant, fœminis dextram adimebant mamillam, unde nominis etymologiam ſumpſerunt. Primæ earum reginæ Marpeſia & Lampedo: his Orithyia & Antiope ſucceſſere, contra quas profecti Hercules & Theſeus uictoria ſunt potiti, Menalippe & Hippolyte ſororibus Antiopes captis: deinde Pantaſilea Orithyiæ ſuccedens, & in bellum Troianum profecta, cum toto exercitu trucidatur. Hoc itaque modo ex ſucceſſione uſque ad Alexãdrum Magnum durauere. In hanc ille ſententiam. Strabo autem lib. x i. eas dicit indicio eſſe late quondam dominatas fuiſſe ciuitates ab earũ reginis cognominatas in Aſia, ut ſunt Epheſus. Smyrna, Myrina, Paphe, & aliæ complures. De Thaleſtri regina, quod in Hyrcania cum Alexandro prælio concurrerit, ut quidam ſcriptores tradunt, non adſeuerat. Herodotus de hoc genere refert, Amazones Thermodonta Paphlagoniæ incoluerunt, quæ quum in ſedibus ſuis à Græcis eſſent debellatæ, congregatæ unà pontum Euxinum contra eos traijcientes, à uentis reiectæ in Mæotidem deſcendentes, omnem eam regionem depopulatæ ſunt. Quumq́; eſſent ſpe-

Rhombitani · Rhombites · Zygi · Napæ · Sindi · Hunni · Hunni Turcæ · Gothi trazitæ · Amazones · Edil · Rha · Thaleſtris regina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cie pulchræ pacem cum iuuentute ob Venerem fecerunt, ſimulq́; Tanaim tranſeuntes iter trium dierum uerſus orientem conſedere, ubi nunc ſunt apud Sauromatas: ut uerò quidam uolunt, Iſtrum traijcientes cõtra Græcos uſq; ad Ariopagum uenere: unde nomen ab illis locus tanquam à Marte reiectis adſumpſit. Hæc Herodotus. Dionyſius quoq; poëta eas Thermodonte huc migraſſe dicit, ἀμάζονες πλαγχθεῖσαι πάτρηθεν ἀπόπροθι θερμώδοντος. id eſt, Amazones profugæ patria procul à Thermodonte.

RES TVRCARVM.

TVRCAE in hac parte inter Sarmatas Aſiaticos ſupra Caſpias portas commemorantur Plinio, Melæq́;. Qui uaſtas dicit eos colere ſolitudines, aliq́; uenando. Ptolemæo Tuſci in eadem parte ponuntur. Simocatus hiſtoricus, ut tradit Euſtathius, ait Hunnos à Perſis Turcas uocari. De his itaque Scilix Græcus autor, qui hiſtoriam ſcripſit Conſtantinopolitanam, ſic refert: Turcarum genus Hunnicum eſt circa Caucaſum montem, gens maxima atque libera: quum Saraceni late dominarentur in

Maugmet Imbrael Mucaleth turca

Aſia, atque inter ſe diſsiderent, Maugmet princeps Perſidis & Mediæ contra Imbraelem item Saracenum Babyloniæ principem, auxilia Turcarum adcerſiuit: illi duce Mucaleth, uictoria potiti, ad imperium Perſiæ aſpirare cœperunt: præſidiaq́; in Araxis ponte conſtituta à Saracenis, ne Scythæ tranſirent in Perſiam, cum amouere conarentur prohibiti, manu ualida prædone duce Strãgolice cõtra exercitum Maugmet ueniunt, ac tandem potiuntur.

Strangolix

Totius Perſiæ Strangolix Sultanus efficitur: ruptisq́; Caucaſi clauſtris Turcas alios euocat: uicinis bellum ſuſcitat: Babylonem Piſſaſirio rege ſuperato in poteſtatem redigit: contra Carbeſſen Arabiæ Principem bellum primum per Cuelmã legatum, deinde per Aſangatris filiũ infeliciter geſsit, amiſsis copijs ac profligatis: uerum alij atque alij inſurgentes huius nationis totam Aſiam occupauere. Hæc Scilix.

Otho præſul

Otho autem præſul Phriſingenſis dicit eos egreſſos è finibus anno ſal. D.CCLX. regnante apud Francos Pipino: Aſiam occupauere, ac cum Saracenis de una lege conuenere, quum prius uti reliqui Scythæ idola colerent. Inſequentibus deinde temporibus diuerſi ex his duces ac principes loca diuerſa cepere.

Solimanus

Solimanus Niceam uſque ad Helleſpontum & Tarſum Ciliciæ, qui in prima expeditione Hieroſolymitana expulſus à noſtris cum tota familia fuit.

Ducath Aſſungur

Ducath Damaſcum omnemq́; regionem Decapoleos: Aſſungur Alapiam, Anexianus Antiochiam cum modicis finibus: nam uſque Laodiceam Syriæ Calypha Aegypti è gente Saracenica poſsidebat regiones. Poſt annos circiter LXXX. regnante apud

Syracinus Norandinus

Hieroſolymas ex noſtris Almerico Syracinus Norandini Damaſceni principis dux ſimulatione ferendi auxilij Caliphæ Aegyptio, qui tunc à noſtris oppugnabatur, eum obtruncauit, Sultanumq́; ſe primum Aegypti conſtituit.

Saladinus

Huius Saladinus ſucceſſor Hieroſolymæ Syriæq́; regnum noſtris expulſis in poteſtatem recepit, proceſſuq́; temporis & ipſi Saraceni cum nomen ex Turcis, quod inter Arabes uerſarentur uſque in hodiernum diem accepere: perpetuaq́; poſtmodum lege ſanxere, nequis Turca aut in ſecta Mahumetana natus Sultanus eſſet, ſed aut Chriſtianus fidei deſertor, aut alterius nationis captiuus ac ſeruus.

Turcarum familiæ IIII

Inſequentibus deinde ſeculis ann. circiter MCCL. quatuor è Perſide familiæ cum totidẽ ducibus ac exercitibus late per Aſiam, perq́; Europam uagati ſunt, Aſambeci, Candelori, Caramani, Othomanni.

Candelori Caramani

Candelori Sinopen, regionemq́; circa Pontum ceperunt. Caramani Ciliciam, quorum ultimus Abramus auxilium contra Othomannos à Pio pont. per oratores petijt. Vtraque igitur familia à Mahumete Othomanno pulſa ad opes Aſambeci confugit.

Aſambeci Vſuncaſan

Hic Aſambecus Vſuncaſan appellatus, una ex quatuor familijs in Perſide regnabat omniũ potentiſsimus: apud Tauros ciuitatem ab eis uocatam regiã cõſtituerat, ac Othomannis plures ademit urbes: cum Venetis ex ea cauſa fœdus iniuit: oratorq́; Venetorum Catherinus Zenus ad eum miſſus anno MCCCCLXXII. multas eius opes teſtabatur ſe uidiſſe: contra Othomannum ad ſeptingenta hominum millia coëgiſſe, ipſum in caſtris uenari ſolitum equos ſylueſtres quibus ueſcebantur. Pruſiæ ac Nataliæ regiones hoſtium depopulatum eſſe. Denique Cappadoces, Armenos, Meſopotamios, uicinosq́; circa populos omnis ſubegiſſe. Aliæ quoque literæ Securani Genuenſis, qui apud eas nationes negotiabatur, ad Sixtum pont. eodem ferè anno idem teſtabantur: præterq́; etiam Sorochum nepotem magni Tamberlani ab eo expugnatum, apud mare Caſpium Samorcantem urbem proximam Amazonibus tenentem. Hiemſalem regem Babyloniæ cum toto exercitu ſuperatum: Aegypti Sultanum ob formidinem ad fœdus ineundum compulſum. Quæ omnia poſt eius mortem deſciuere, filijs non pari uirtute aut felicitate ſuccedentibus. Ex quo Othomanni, ac alij, multa de eorum imperio abſtulerunt.

Sophi

Nuper uerò ann. MDII. excitatus eſt in Perſide uir bubulcus & idiota, nomine Sophi, qui ſe prophetam dei nominat, reſponſaq́; dat: opertaq́; facie more Moſeos populos audit: magnoq́; cum exercitu ingreſſus uicinas nationes ſubegit. Othomannis maximè aduerſus, quibus multa iam abſtulit, eaq́; antiquis poſſeſſoribus & dominis Aſambeci nepotibus tradidit. Armenos Chriſtianos ultrò obuiam ob metum procedentes bona ſpe iuſsit eſſe. Othomanni autem, quos è quatuor deſcripſimus familijs, eodem tempore Othomanno duce in Aſiam primum minorem irrupere. Hic enim ex humili fortuna ob uirtutem rei militaris magnum ſibi nomen in Turcarum gente parauerat:

Orchanes

cuius filius Orchanes ſuprà nidum paternum in Thermodontem & Bithyniam tranſgreſſus, caput extulit:

Amurathes

huius item Amurathes rem maiorum adauxit: duobus ſiquidem de imperio Græcorũ certantibus ab altero auxilio adcerſitur, pacta Callipoli: quam adſecutus primus Turcarum paulatim per diſſenſionem principum Græcorum in Europam, in Thraciam primo, deinde in reliquam Græciam manus iniecit. Huius è duobus ſuperſtitibus liberis,

Pazaites

alter Solimanus breui deceſsit, alter Pazaites paterno ſucceſsit imperio, maiorum fama non inferior. Thraciam, Mœſiamq́; magna ex parte ſubegit: maiora facile conſecuturus, ſi per eius infelicem exitum licuiſſet. Captus ſiquidẽ à Tamberlano, de quo uiro inter Parthos poſtea dicemus, in caueaq́; uinctus cathenis modo feræ circunducebatur. Filij hac clade accepta eueſtigio per Thraciam fugientes à Græcis

Celapinus

capti ſunt, è quibus Celapinus natu maior, inutili quidẽ noſtrorum conſilio, ad recuperandum paternum regnum dimiſſus obijt, ſuperſtite filio Orchane pupillo, quem tutor

Moſes

ac patruus eius Moſes cupiditate adrepti imperij de medio ſuſtulit: quod denique & ipſe ſine liberis extinctus, fratri

Mahumetes Amurathes

Mahumeti reliquit. Hic igitur primus Danubium traiecit: multasq́; eorum ciuitates tributarias fecit. Huic Amurathes filius ſucceſsit: quem aliquandiu Græcus imperator in Aſiam traijcere conantem interclуſit: demum ubi eò penetrauit, Muſcapham Pazaitis filium regno paterno ſpoliatum egentem contra eum excitauit: quo uicto Amurathes ſolus rerum potitur: Theſſalonicam ui captam diripuit: Epirumq́; ac Aetoliam ſubiugauit: Sinderouiam Georgij deſpoti Seruiæ ſoceri ſui urbem expugnauit. Cum centum armatorum millibus Pannoniam ingreſſus obtinuiſſet, niſi

commeat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

commeatus per anni penuriam defuiſſent. Bis tamen Pannonios bello fudit: ſemel apud Varnam, in qua Vladislaus rex cum duce Ioanne Hunadis & Iul. Cæſarino legato profligatus fuit: de quo quid deinde fuerit incertum, non amplius uiſus eſt. Ioannes ut peritus rei militaris fatum prædixerat: non creditus ſeſe ante finem pugnæ in tutum recepit. Legatus fugiens dum aquaturus equum in amnem ingreditur, à latronibus Pannonijs trucidatus in medio campo iacuit. Poſt quam uictoriam Amurathes ſimul cum alijs rebus geſtis, iam ſatis gloriæ peperiſſe putans, uitæ tranquillitati conſulere deinceps ſtatuit. Itaque cura rerum Mahumeti puero & eius magiſtro Callibaſſæ tradita, ipſe imperio ſe abdicans ſecretum petijt. Reuocatus paulò pòſt à ſuis cõtra Ioannem Hunadis iterum aduerſus euntem rurſus uictoriam retulit, atque iterum ſeceßit. Moritur apud Pruſiam Bithyniæ ciuitatem, quæ erat ante captam Conſtantinopolim Othomannorum regia. Mahumetes igitur defuncto patre, inſtituta maiorum pro ingenio correxit: rem domi foriſq; legibus ordinauit: Conſtantinopolim expugnauit. Auctus deinde uiribus ad Albam inter Danubij & Saui confluentes caſtrametatus, magnam à noſtris plagam accepit x x x. ferè mil. è ſuis deſideratis. Fuere in eo exercitu tres Ioannes, Vaiuoda dux regis Pannoniæ, Ioan. Caruagialla legatus, & Ioan. Capiſtranus ordinis minorum, ſub Caliſto III. Poſt hæc Seruiã inuaſit: eius Deſpotus Georgius relicto defenſioni filio in Pannoniam aufugit. Trapezuntem deinde ac Boſinam fugatis eorum principibus ſubegit: omni denique ferè Græcia cum Peloponneſo, Macedoniaq; ac Illyrico potitus, in Italiam ad extremum penetrauit, Hydrunto capto: in quo bello per triennium geſto, flos omnis Italiæ abſumptus eſt: benigne nobiſcum egit dei prouidentia, autore inter hæc de medio ſublato. Ad cuius nuncium mortis Sixtus pont. qui iam de fuga in Galliam, & alma urbe beatis apoſtolis qui eam tuerentur, relinquenda cogitauerat: cum patribus ac de plebe deo gratias agens, tabernas claudi: iuſtitium ac triduale ſacrum indici iubet. Mahumetis igitur filius Pazaites qui nunc imperat, rem paternam ſuſcepit, expulſo Zizimo fratre, qui Rhodum primo, deinde in Galliam, poſtremo in urbem Romam ad Innocentium VIII. captus cum cuſtodibus Rhodiorum militum uenit: obuiam Franciſco pont. filio procedente: exceptuſq; publice in ſenatu, pontificem, deinde patres more ſuo conſalutauit: mox cuſtodiæ traditus eſt, donec ab Alexandro ſucceſſore ablatum Carolus VIII. rex Gallorum hinc ſecum Neapolim duxit, qui paucis poſt diebus ueneno extinctus, maximi initium mali nobis fuit: nam rem tutam fore Chriſtianis frater per oratorem pontifici receperat eo incolumi. Igitur an. MCCCCXCVIII. excurſiones in Carnorum regionem tranſmiſſo Taliauento fecit: multa fidelium milia trucidauit. Biennio deinde poſt longa obſidione Methonem cepit, omnibus ad unum oppidanis cum præſule necatis ſubuenientibus Venetis. Poſtremo Gallorũ claſſem ſuppetias ferentem apud Lesbum perdidit: quæ ſingula alijs etiam in locis mihi repetita.

Mahumetes

Hydrunti expugnatio

Pazaites

Zizimus

Carni

Methone capta

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM

LIB. VIII.

ILLYRICVM.

ILLYRICI ab Illyrio Cadmi & Hermiones filio, ut tradit Euſtathius, cognominati, quorum ſepulcrum prope Ceraunia cernitur. Huc enim è Thebis profecti in ſerpentes mutati fuerunt, poſtquam Cadmus Martis draconem, qui Dyrcen cuſtodiebat, interfecit. Ratio fabulæ ut idem dicit, quod homo Græcus & politicus mores induerit barbaros, & uictum ferinum. Appianus autem aliam repetit originem: Polyphemo uidelicet & Galateæ tres fuere filij, Celtus, Galatus, & Illyrius, qui totidem conſtituere populos. Illyrio deinde filij, Achilles, Autarius, Dardanus, Medus, Taulantius, Perrhebus: filiæ quoque Partha, Daorta, Daſara: à quibus Taulantij, Perrhebij, Achillei, Autarici, Dardani, Medi, Partheni, Daſarici, Darſij prodiere. Autario ipſi Pannonius, uel Pæonus potius, & Scordiſcus filius fuit. Pæoni uerò Tribalus, à quibus pariter nationum cognomina traducta ſunt. Hæc ille. De Illyrijs Florus ait, quod primo bello Punico, regnante Teuca muliere, populationibus non contenti, licentiæ ſcelus addiderunt, legatos Rom. ſecuri percuſſerunt, præfectos nauium igni cremauerunt, idq; quo indignius fieret mulier imperabat. Itaque Cn. Centimala duce, late ſuperati fuerunt. De eadem regina quæ Agronis regis uxor fuit, Polybius ſic ait: Illyrij ſæpe eos qui ex Italia nauigabant, & ex Phœnice mercatores deprædabantur. Romani conqueſtum ad Teucam reginam P. Iul. & T. Coruncanum miſerunt: alterum eorum liberius locutum, poſtea diſcedentem in itinere iußit interfici contra ius gentium. Ita miſſus Cn. Centimala cum exercitu Teucam ſuperauit, illa ſeſe in urbem Rhizonem recepit, & procul à mari in ipſa Rhizonis fluuij ripa pacem fecit, hac conditione ut tributum daret, omni Illyrico excederet, paucis exceptis locis, ut non ultra Liſſum ei nauigare liceret. De Illyrijs poſtea, uti Liuius teſtatur, L. Anicius prætor capto Gentio rege qui rebellauerat, triumphauit. Deinde Scipio Naſica conſ. expugnato Delminio, unde Delmatæ dicti ſunt, amplißima ciuitate. Mox Q. Metellus cognomẽto Delmaticus. Poſtremo Aſinius Pollio Auguſti tempore, Salona oppido munitißimo in poteſtatem recepto. Inſequentibus uerò temporibus Sclaui dicti ſunt, à Græcis autem Sclaueni, de quorum origine Procopius Græcus autor ſic ſcribit: Sclaueni gens Scythica Iuſtiniani tempore in Illyricum irruere, multaſq; ſtrages ediderunt, contra eos imperator exercitum miſit Germanorum, qui multos ex eis interfecerunt. Sclaueni nihilominus prædas egerunt, & incommoda multa uicinis intulerunt: Iſtrumq; nequeuntes tranſire, ſe domum receperunt. Poſtea uerò paulatim Gepidis militantes ſuprà capita omnium emerſere, ac Iſtrum tranſeuntes imperij Rom. loca occupauere, interq; Illyricos conſtitere. Catalecto utuntur ſemiſcythico ac proprio in ſacris uſque literis ac ſacrificijs, conceßione pon. ac ſancti præſulis eorum Cyrilli. Magiſtratus ac principes Banos appellãt. Dominãtur nunc partim à Pannoniorũ regibus, partim à Venetis: ligneis habitant plerumq; ædificijs culmo contectis, præter paucas littorales urbes in quibus humanius degũt: tellurem optimam colunt: ubi teſte Ariſtotele, bis grauidæ pecudes & quater in anno tondentur. Regionem omnem Rom. ut eſt autor

Teuca regina Agronis uxor

Cn. Cẽtimala

Gentius

Scipio Naſica

Q. Metellus

Aſinius Pol.

Sclauorũ origo

Sclaueni

Bani magiſtratus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Illyrici diuiſio

Rufus, in prouincias XVII. diuiſere. Noricorum II. Panoniorum totidem, Valeriam, Samenſem, Delmatiam, Mœſiam, Dacorum II. Sub ditione Macedoniæ ſunt VII. Macedonia, Theſſalonicenſis, Achaia, Epiri II. Latitudo totius Illyrici Plin. paſſ. mil. CCXXV. ab Arſia uſque ad Drinum DCCC.

Adrius mons

Adrius mons Straboni Mediam, ut Apenninus Italiam diducit, hinc Adriaticum, inde Pannonias reſpiciens. Mutat autem Ptolemæo in itinere nomina, Ocra, Carnus, Bebius, Albanus, Adulas, Getius, Scardus, pro uarietate regionũ appellatus. Hunc præter Rufum diuus Hieronymus, Alpes Iulias uocat, quendam deſcribens locum. Inter Conſtantinopolim, inquit, & Alpes Iulias. Duobus principalibus abluitur tota regio fluminibus, Sauo, & Drauo: citra Adrium uerò alijs minoribus, Edanio, Titio, Narone, Rhizone, Drilone, Drino, omnibus in Adriaticum erumpentibus ſinum.

Iapydes
Liburni
Dalmatæ
Dryopes
Cerauni
Iatæ
Chelidonii

Populi autem inter idem mare ac montes hi ferè nominantur, Iapides, Liburni, Illyrici, Dalmatæ, Dryopes, Cerauni, Iatæ, Chelidonij, Hyelles, confuſi ferè omnes. Iapydum, & Liburnorum ciuitates XIIII. conuentum Scardonitanum petebant. Ius latij habebant, ut autor Plin. Iapides ex Gallis Illyricisq́; nati cum latrocinarentur uicti ab Auguſto, ut idem refert, fuere.

Hyllis

Hyelles Cherſonneſum habent teſte Apollodoro, qui Hyllis appellatur, habens ciuitates XV. Ad hos Argonautæ deſcenderunt, ab ijs etiam Iaſon didicit tripoda Phœbi eò aduectum abſcondere, quod fatum erat illam terram inexpugnabilem fore ubi tripos eſſet: dicti ab Hyllo Herculis filio, & Melitûs Aegæi fluminis filiæ: qui apud Phæacas natus non tulit eſſe ſub Nauſithoo. Itaque cum parte Phæacum uenit ad Cronium mare, autor Euſt.

Dalmatarum oppida LX.

Dalmatarum oppida ad LX. fuiſſe, ex magna parte ab Auguſto incendio uaſtata teſtatur Plin.

Arſia fluuius
Aluona
Flamona
Senia
Enona
Phanates
Phanaticus ſinus
Iadera
Scardona
Sicum
Spalatum
Halmiſſa

ex his in ora poſt Arſiam ponuntur Ptolemæo, Aluona, Flamona, ubi flumen hodie uocant. Senia, nunc Signia, qua breuiore itinere ex Italia tranſmittunt Pannonias petituri. Enona nunc Nona. Phanates, qui ſinui Phanatico nomen dederunt, ius latij habebant. Iadera colonia, pro qua bellum diuturnum inter Venetos & Pannonios, Scardona incolumi adhuc nomine, ubi olim conuentus. Sicum nunc Sibinicum. Spalatum, Plinio commemoratum, olim Diocletiani palatium. Euſebius in Chronicis. Diocletianus haud longe à Salona in uillæ ſuæ palatio moritur. Hinc Halmiſſa octo ferè paſſuum mil. procul, arce nobilis, Ciclodie uocata: inter quam & Spalatum tractu maritimo ad montes uſque pertinet gens, quæ quòd Diocletiani genere ſe ortam iactat, eorum locum politicam quaſi remp. appellant, iuribusq́; ſuis uiuunt in hodiernum diem, ſenatu Veneto permittente.

Chelonius ſinus
Narona col.
Naro fluuius
Epidaurũ colonia
Raguſia

Sinus deinde panditur Chelonius: Narona colonia Plinio, hodie Narenta ad nihilum ferè redacta. Naro quoque fluuius eidem ponitur, Ptolemæo Narbo, & Straboni Varo, in utriſque menda. Epidaurum à Gothis dirutum colonia Rom. e cuius ruinis Raguſia iuxta ædificata, libera nunc ciuitas, tantum Turcis tributaria. Hoc Epidaurum Pauſanias & Strabo Limiram cognominant, quòd portuoſum ſit: alterum Epidaurum in Peloponneſo, ubi Aeſculapij templum.

Rhizo oppidũ & fluuius
Catharum
Butua

Rhizinium Plinio, Polybio autem Rhizo oppidum ciuium Ro. & amnis, ubi nunc Catharum cernitur, arce Venetorum renouatum oppidum. Butuauium Plinio, Ptolemæo Butua, priſcum retinet nomen, à Cadmo Aegyptio condita: dicta quòd bubus ad currum iunctis huc commigrauerit, uel à Buto Aegypti ciuitate. autor Stephanus.

Antibaris
Docleates
Olchinium

Antibaris nouo nomine urbs metropolitana, quæ ex Docleatium uicina ciuitate ruinis creuit. Præſul eſt unus nunc utriuſque. Olchinium, quod antea Colchinium dictum eſt, à Colchis conditum, ut autor Plin. nunc Dulcinenſis ciuitas:

Drino, qui &

deinde Drino fluuius, Pli, Ptolemæo Drilo: is eſt quem Bolianam Dalmatæ appellant.

Boliana

Poſt eum Drinus Dalmatiæ Albaniæq́; terminus. Eſt item alter iuxta minor, eiuſdem nominis, qui lacum efficit, in Drilonemq́; exit.

Liſſus colon.

Poſt Drinũ uerò Liſſum oppidum ciuium Rom. ab Epidauro C. mil. paſſ. diſtans, ut autor Plin. nunc Alexienſis dicitur ciuitas: de qua deq́; alijs in Albania locis (nam & Albanos eos Ptol. uocat) in Macedonia dicemus.

Scodra

Intus autem ſunt oppida, Scodra ciuium Ro. à mari XIX. paſ. mil. diſtans, ut Plin. nunc Scutarenſis ciuitas, ante hos an. XXX. à Venetis poſſeſſa: deinde à Mahumete Turca ingenti obſidione preſſa, ac demum in pacis conditione recepta.

Delminium
Salona
Tribullum
Diocleatæ

Delminium, unde Delmatæ appellati, ſuprà Liuio commemoratum, nunc Damna uocatum, haud longe à Scodra. Salona à Pollione, ut ſuprà dixi, expugnata. Tribullum Plin. nunc Tribunienſis præſul in codice deſcriptus. Diocleatæ, ubi nunc Dioclēſis urbs diruta, falſo à quibuſdam Diocletiani ædificiũ exiſtimata, quando Plinio ponuntur.

Carni

Supra Iſtros Carni ſunt lata regio, à Foroiulienſibus incipiens atq; ad montana pertinens: Germani eam Carinthiam uocant, quaſi Carnithiam, corrupto uocabulo, quanquam nonnulli alteram faciunt: eadem tamen eſt gens, Dalmatica quidem, & ducibus Auſtriæ ſubiecta.

Golitia

In hac Iulium Carnicum Ptolemæo Plinioq́;, quod ex loci ſitu Golitiam quidam eſſe contendunt: cui præfuit ætate noſtra Henricus comes uir turpiſſimus, æque corpore atq; animo, qui filios indolis longe melioris, ac matris nobilitatẽ referentes reliquit.

Labatum
Neuportus

Eſt etiam in hac Labatum oppidum ex nomine fluuij uicini, quem Plinius Neuportum appellat, unde deſcendit Argo nauis ad Iſtros. Dalmatæ Lublanã hoc oppidum uocant ex Lugea uicina palude. Hanc regionẽ in primis bonam fertilemq́; eſſe Ludouicus imperator monſtrauit, qui ei Arnolphum primogenitum filium ducem conſtituit.

Modruſa

Modruſa quoq; nouo nomine ciuitas in hac parte inter montes ſita eſt. Magiſtratum habent Carniti archiducem Auſtralibus hodie ſubiectum. Morem præterea hunc barbarum, ut non ſolum in furto deprehenſum ſed furti ſuſpectum extemplo ſuſpendant: poſt triduum de ſuſpicione iudicant. Si iure mortuum animaduerterunt, pendere eum ſinunt: ſi minus, contumulant, eiq́; iuſta faciunt.

Iapidia
Stiria

Proxima huic Iapidia, quam Stiriam nunc uocant, licet Pius pontifex eam Valeriam putat: ego uerò ex deſcriptione Rufi, Valeriam potius Croatiam dixerim, inter Danubium & Drauum.

Cilia
Sulla aut Sylli

In hac Cilia eſt ad Saui ripam, urbs, uti apparet ex ueſtigijs, antiqua. Nam inſcriptiones in ea plures nominum Rom. apparent: oppidani à Sulla conditam dicunt, uocariq́; Sullacem, nulla tamen autoritate quam ſciam. Nam fortè ea fuerit aut ex eius ruinis, quam Ptolemæus non longe ab hac ponit, Celiam appellatam. Huic comes imperat Auſtralibus ducibus ſubiectus. Is fuit ætate noſtra Fredericus uir facinoroſus, qui pellicis cauſa nobilem ac probam uxorem interfecit. Quumq́; ſub Nicolao V. Romam ad iubileum ueniſſet, nec melior propterea factus eſſet, rogatus quid ei profectio contuliſſet, ut non prioris ſim oblitus artis inquit: Nam & ſutor meus ad crepidas item redijt, qui mecum iter fecerat. Filiam habuit Barbaram, quæ Sigiſmundo imperatori nupſit, filiumq́; Vlricum haud patre meliorem. Is eſt qui tutor poſtea Ladislai pueri fuit, de quo in Pannonia mentionem faciam. Ex Stiria ſal in Germaniam aſportatur.

DE INSVLIS ILLYRICI.

Tragurium

INSVLAS autem Illyrici amplius mille frequentatas Plinius dicit. Potiſſimæ nunc Tragurium. Alterum in ora fuiſſe Strabo & Ptolemæus tradunt.

Arba
Pharus

Arba, Pharus: antea Parus. Plinio: Ptolemæo autẽ Pharia, uetera omnes ſeruãtes nomina.

Eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Liſſa
Iſſa

Eſt in eodẽ mari Liſſa, Plinio, & Antonino, & in hodiernũ diem uocata, et Iſſa, Iſſeo quodã uiro clara, ut Strabo et Athenæus ſcribũt.

Chiſſa
Giſſa

Eſt & Chiſſa quæ eadẽ fortè fuerit cũ Giſſa ſicuti Iſſa & Liſſa. Antoninus tamen duas his uerbis facit, Bractia, Iſſa, Liſſa,

Corcyra

Corcyra, Melite. Giſſam putant quam hodie Pagam nominant, quoniam ueſtigia in pago adhuc extant Giſſæ appellatæ.

Melite

Meliten, Ptolemæus Meliginam uocat, Polybius Melituſam. Hinc canes Melitei in delicijs, ut Plinius refert Corcyra, quam Melænam uocat eodem teſte, nunc Curſula: altera uerò quæ ante Epirum eſt, Corcyra dicitur.

Bractia

Bractia ab Antonino uſq; in hodiernũ diem uocata: Venetis unà cũ alijs ſeruit. Polybius tamen Brectiam dicit, & Brectianos colonos. Stephanus Elaphuſam ait à Græcis uocari,

Crepſa
Apſorum

& etiam à quibuſdã Brectanis, Crepſam, & Apſorum, Ptolemæus in eadem inſula ponit. Hodie eiuſdem nominis duas uocant inſulas, quas prætor unus Venetus regit.

Portunata quæ & Vigilia
Curita

Portunata, quæ hodie Vigilia, ſeu Vegia dicitur, quanquam ſunt qui Vegiam eam eſſe uolunt, quam Ptolemæus & Plinius Curitam uocant. Ego tamen potius exiſtimauerim eam dici, uel eius eſſe colonos, quæ à Ptolemæo Vectia ſcribitur in ora.

Apſyrtides

ſunt item in eodem mari Apſyrtides inſulæ eorum qui Apſyrto duce à Medea trucidato, non adſequuti quod iuſsi fuerant ab Aeta rege, formidantes reditum in hoc partim loco, partim in Illyrico circa Ceraunia conſedere. Apollonius in Argonauticis rem omnem explicat.

Drauus
Sauus

Deinceps pars Illyrici, quæ ultra Adrium eſt, ubi Drauus & Sauus amnes maximi in Danubium fluunt, alter ex Noricis uiolentior, Sauus ex Alpibus currens. CXV. mill. paſſ. interuallo.

Colapis
Bacuntius
Valdanus
Vrpanus

Amnes quoq; non ignobiles, Colapis, Bacuntius, Valdanus, Vrpanus, in Sauum omnes miſcentur. Inter hos igitur Dalmatiæ populi plurimi Pannonijs immixti ſunt. Ex his ſunt Iapides ſiue Stiriæ pars campeſtris.

Valeria

Præterea qui loca Valeriæ tenẽt: de quibus Rufus ſic ait: Marcomanni, & Quadi de locis Valeriæ, quæ ſunt inter Danubium & Drauum, pulſi à Tyberio ſunt, & limes ab Auguſto inter Romanos & Barbaros per Vindelicum & Noricum, Pannoniam, & Mœſiam eſt conſtitutus. Hanc hodie partem Croaciam uocant regibus Pannoniorum ſubiectam, eiq; adſcribitur præſul Croacenſis.

Præſul Croatinus
Amantini

Amantini quoq; populi, quos Rufus item deuictos à Tyberio dicit, unà cum Pannonijs, in hoc ferè ſpatio fuerant, ubi etiam antiqua urbium nomina,

Segeſtica
Sciſcia
Syrmium
Taururum

Segeſtica, Sciſcia, Syrmium, Taurentum, nunc Belgradum, uictoria illa inclyta Pannoniorum contra Turcas duce Ioanne Hunnadis nobilitata. Situm eſt in Saui & Danubij confluentibus

Teutoburgiũ
Quinqueccleſienſes
Cibalis

Vbi uerò Teutoburgium Ptolemæo, in Draui & Danubij coitu ponitur, Quinqueccleſienſem ciuitatem nunc uidemus. In ripa Saui ulteriore, eſt etiam Cibalis Ptolemæo, non ignobilis urbs, patria Decij imperatoris. Omnia nunc Pannoniorum regibus dominata Antequàm ab Illyrico diſcedam ciuitates apud Fiſcum apoſtolicum in tota regione deſcriptas ponere uiſum eſt.

Metropoles III. Iadrẽſis, Raguſia, Antibarenſis

Tres omnino metropolitanæ Iadrenſis, Raguſina, Antibarẽſis. Sub prima Tragurienſis, Pharenſis, Signanus, Scardonenſis, Arbenſis, Nonenſis, Croacenſis, Titienſis, Sibinicenſis. Sub Raguſina Stagnenſis, Roſſenſis, Tribulienſis, Buduarienſis. Sub Antibarenſi Dulcinenſis, Dinaſtrenſis, Suatinẽſis, Polacenſis, Albanenſis, Sardenſis, Scutarenſis. Catharenſis uerò ſub Stranẽſi, pleraq; corruptis, uti demonſtraui, nominibus, quorũ nonnulla inter Albanos ſunt, de quibus poſtea dicemus. Nunc ad Pannonios Tranſeam.

PANNONIA.

Bathorex
Tyberius Cæſar

AD Pannoniã ſpectat quicquid eſt agri ultra Sauum. Hanc Tyberius Cæſar uiuente Auguſto, ſubacto rege Bathone, ac per Alpes Iulias itinere facto biennio domuit, quũ nullus ad eum diem auſus fuiſſet ad Danubium arma transferre, quamuis ſæpe inſultantibus Barbaris. Multis deinde ſeculis Romanis principibus ſubditam exterarum gentium diuerſæ nationes inuaſere, domiciliumq; primum ac quaſi pontem in ea conſtituere, unde facile in urbem Rom. inuadentes Latinum nomen, quod tantopere cupierunt, euerterent. Igitur prima irruptio Gothorum fuit: paulò antequàm urbem occuparent. illac iter populabundi fecere, quum Illyricum etiam penè omne uaſtarunt. Poſt hos Longobardi: deinde Hunni: mox Auari: poſtremo Tartari omnem eam regionem uexauerunt, quod accommoda ſit ad primos impetus excipiendos, ab ijs præſertim nationibus, quæ è Scythia egrediuntur. Pannoniam à Græcis Pæoniam uocari ſcribit Appianus, & Pannonios Pæonas: cæteri uerò ſcriptores Pæoniam diuerſam faciunt: eamq; apud Axium fluuium in Macedonia conſtituunt. Duas Pannonias Ptolemæus poſuit, alteram ſuperiorem ubi nunc Auſtria, de qua in Germania diximus: & hanc de qua nunc ſcribimus inferiorem, cuius limites multo breuiores quàm imperiũ: nam & Iaziges, qui Tranſyluani: & Daci, qui Valacchi: & Valeriæ populi, qui Croatij nunc ſunt: præterea Amantini ex magna parte ipſorum regioni ſubijciuntur. Eius quidem ciuitates, quod uicatim potius habitent, & ligneis ædificijs, ueteres non poſuere: ſed gentes quæ Straboni ſunt, Breuei, Audizeti, Ditrones, Piruſcæ, Deſitiacæ, quibus Batho quondam imperauit, & alij conuentus ignobiles in Dalmatiam uſque diſtenti ſunt: & Sardiei ad meridiem pertinentes, qui Sardiates Plinio uocantur, nunc uerò Sardenſes, reliqui ex magna parte interiere. Nec ſanè quæ à Ptolemæo ponuntur urbes dignoſci nunc poſſunt, mutatis nominibus & locis: hodie nanque in ſacro fiſci codice ciuitates XIII. adnotantur.

Metropoles, Strigonien. Colocenſis

Metropoles omnino duæ, Strigonienſis, & Colocenſis. Sub prima Agrienſis, Mitrienſis, Vacienſis, Iaurienſis, Quinqueccleſienſis, Veſprimienſis. Sub Colocenſi, Zagabrienſis, Tranſyluanus, Varadienſis, Sirmienſis, Canadienſis: ex quibus ultra Danubium ſunt Agrienſis, Vacienſis, Syluanus. Qui Iazyges ſunt Metanaſtæ, id eſt, migratores, & coloni eorum qui apud Mæotim ſunt: ulteriora Daci poſsident, qui nunc Valacchi, de quibus poſtea. In medio fermè tractu in ſinu Danubij, ac ferè peninſula, Buda Pannoniæ regia continetur. Inter hos tantum Agrienſes, quos Appianus Agrianos uocat, antiqui ſunt. Deſcripta iam in uniuerſum regione, reliquam adijciam hiſtoriam, ubi & urbium nouarum, quas paulò ſuprà commemoraui, origines pro uirili parte uidere licebit, priusq; de moribus pauca dicam.

De moribus Pannoniorũ

Igitur habitu & catalecto ferè illyricizant, uti & conſanguinei Boemi & Poloni, artium omnium indociles præterquàm militaris, quam naturæ feritate ita exercent, ut ne per brumam quidem uacent, magnoq; adiumento nomini Chriſtiano tuendo contra Barbaros fuerint. Villis atque uicis abundant ſtramineis, quas ſæpe reficiunt ad ſubitam inimicorum incurſionem, uel alia leui de cauſa flagrantes. Nos id ſumus periclitati, quo tempore cum cardinale Aragonenſi legato proficiſcebamur, ſerui negligentia per noctem lucerna totum uicum comburentis: itaque Turcas adeſſe putantes, ac humo ſurgentes, ubi ſtrati paſsim cubitabamus, quiſque trepidus uia, quæ ſibi primum in tenebris offerebatur, properabat. Ego uerò in cauerna quadam ſolus aliquot ho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ras delitui, donec ueritas patefacta. Cæterum inculti ac procul à delicijs, hyeme, ut reliqui Aquilonares pelliti in pyriterijs agunt potui ciboq́; plus iuſto uacantes. Mirandumq́; id in primis, cum merum, aromataq́; præter cæteros mortales frequentent, iuuẽtutem tamen eſſe caſtam, & abſq; ſcortis agere: uitibus, pecoreq́; abundant, olea nequaquam. Regis uectigal admodum tenue. Cura regni præſulibus, ac proceribus traditur: hi iußi à rege extemplo L. armatorum millia ſuis ſtipendijs exhibẽt. Pompam ſeruorum præferũt, argenteis ſplendoreq́; ueſtium utuntur. Dum equitant arundinem in manu geſtant. Id inſigne nobilitatis, quod & Germanis commune. cætera plebes ſordida. hominem interficere leui de cauſa promptum habent, idq́; impune licet. Iidem religioſi, magnaq́; pars ante lucanas uigilias ac ſacras obeunt horas: in templis errare, aut aliud agere quàm ſupplicare dum ſacrificatur, pro crimine ducunt. Sextam feriam ſacram habent, ieiunioq́; uenerantur. Excitata eſt ea natio ante paucos annos ſingulari & eleganti ingenio Matthiæ Regis, qui artes bonas, tum Italicos magnopere adamauit, quorum commercio & adfinitate, in cultum ſplendidiorem omnia reſtituit. Nunc quibus Pannonia ab initio creuerit auſpicijs, ſub quibus'ue regibus uſq; in hodiernum diem fuit, quantum ex eorum annalibus licet deprehendere, breuiter attingam. Poſtquàm, ut dixi à diuerſis principio Barbaris regio percurſa eſt, Longobardis inde poſtremo diſcedentibus Hunni ſucceſſere, è Sarmatia Europæa egreßi: quorum genus in Sarmatiæ deſcriptione narraui. Ex his poſtea Hungari, quaſi Hunnari appellati. Hi ſiquidem anno ſalutis circiter CCCC. duce Keue Pannoniam ingreßi ad Tulmam Auſtriæ locum contra Romanos uictores fuere, in quo prælio dux ipſe occubuit. Cui Attila rex ſucceßit, ingenti uir animo, qui ad propagãdum imperium intentus, cura Pannoniæ Budæ fratri, unde oppido nomen delegata, ipſe cum copijs in Galliam traiecit, Aurelianumq́; obſedit. Inde cum Aetio duce, qui adſciuerat in ſocietatem Theodericum Gothorum regem, tunc Galliæ Narbonenſis partem tenentem, apud campos Catalunenſes, collatis ſignis concurrens ſingulari clade adfectus eſt, in quo prælio Theodericus cecidit. Igitur tanto accepto incommodo ſe in Trecas recepit, ubi præſulem Lupum uirum ſanctißimum obuium habuit: à quo oratione placatus recluſis portis recipitur. Rhemenſes uerò, quod contra eum conſpirauerant, deleuit, ubi Nicaſium urbis præſulem cum Eutropia ſorore qui religione incenſi in oculis hoſtium manſerunt, martyrio adfecit. Quos exitu conſimili mox ſecuta eſt Vrſula, Britanniæ regis filia, unà cum XI. mil. uirginum, ab eodem in expugnatione Coloniæ interfecta. Demum reuerſus fratrem Budam, qui regnum occupauerat de medio ſuſtulit. Poſt aliquot deinde annos rurſus redintegratis uiribus, itinere per Illyricum facto Aquileiam triennio obſedit, ubi per ciconiam cum pullis è ciuitáte migrantem deprehendit magnam eſſe intus famem, quapropter inſtando uicit, eam'que ab ſolo diruit. Poſt hæc alias Padi terras depopulatus ad Mintium caſtra poſuit, ubi à Leone primo pontifice eò profecto ſola oratione delinitus, cum pace diſceſſit, ducta in matrimonium Honoria Honorij principis filia, cuius nuptias dum reuerſus in Pannoniam celebrat, uino grauis ac luxuria è ſanguine è naribus obrupta uena defluente extinctus eſt. Poſt eius mortem filijs quos ad LX. dicunt fuiſſe de principatu contendentibus, res eſt ad duos deducta, Chabam & Adalarium. Chabas tandem cum reliquis fratribus prælio uictus, Conſtantinopolim aufugit. Pars eius exercitus cum ducem profugum ſequi nolet inter Iazyges, ubi nunc Tranſyluani conſtitere, ac propter Hunnorum odium gentis, ſeſe uicinis infenſos animaduertentes, Zetel cognominauerunt, qui Latine Siculi dicuntur. Hi in hodiernum uſque diem perſeuerant ſuis tantum utentes legibus, ore truculentiores quàm Vngari, tum barba & capillis promißis terribiliores. Hac igitur Attilæ ſucceßione annis ferè CCC. in Pannonia regnarunt, Deinde anno ſalutis ferè DCCXLIIII. à morte Attilæ CCC. imperatore Conſtantino V. ſedente Zacharia pontifice, Hunnorum alia manus finibus egreſſa contra conſanguineos ſuos in extrema Pãnonia bellũ mouit apud locum qui Herdel appellatur, ſeptem ducibus exercitu partito. Quorum primus Herpad ad Albam caſtrametatus, hoſtium duce Zuataplugo interfecto, Pannoniam uictor obtinuit, inde poſt annos VI. uicinos infeſtare cœpere. Carniam, Stiriam, Carinthiam (quibus populis Gregorius patriarcha Aquileienſis tunc potens auxilio fuit) tentauerunt. Deinde in Bulgaros aliquot factis excurſionibus, in Italiam anno ferè DCCCCIX. cum XVI. armatorum millibus traiecere, Paduam igni ferroq́; diruerunt: quibus Berengarius primus eius nominis ad Forumiulij occurrens primo quidem ſuperatur, mox per Venetiam debacchantes adortus compulit annui fœdere ſtipendij ad ſedes proprias remeare: qui paulò pòſt promißis minimè ſtantes ſollicitati ab Albergio Hetruriæ comite contra Romanos, iterum duce Toxone auo diui Stephani, reuerſi: primum contra fœdus Hetruſcos adoriũtur, captisq́; multis mortalibus poſt aliquot annos eodem terrore repetentes, ſi quid erat reliquum aſportauerunt. Quos Berengarius ſecundus imperator magna ui pecuniæ placatos remigrare compulit. Toxoni Geyca filius ſucceßit diui Stephani pater. Stephanus rex primus diui Henrici imperatoris opera, cuius neptem in matrimonium duxerat, Chriſtianus ſimul & rex factus, iuuante quoque diuo Adalberto præſule Pragenſi à quo baptiſma ſuſcepit, ſanctitate ac miraculis claruit: nec tamen ab armis remotus, quippe qui plurimas ex hoſtibus præſertim infidelibus, uictorias retulit: & Keam ducem Bulgarorum in prælio interfecit. Inde gaza multa redacta, ex cuius manubijs baſilica Alberegalis ab eo extructa, muneribusq́; ornata. Filium Emericum ducem, ſanctitate & ipſum præditum amiſit. Hic à teneris annis ætatulam ſuam deo uouit, ſupplicijs ieiunijsq́; intentus, præterea uini ac Veneris expers florente ætate deceſſerat, Cuius mœrore obitus pater in ualetudinem incidit pedum, unde extinctus eſt, quum regnauit annos XXXIX. ſepultus in æde Alberegalis, ab eo, uti ſuprà dixi conſtituta. Vazulem patruelem ſuum inſtituit hæredem, quem antequàm decederet Keilla regina eius coniunx comprehenſum exoculauit: Petrumq́; conſanguineum ſuum inſtituit. Petrus igitur diui Stephani ex ſorore nepos, patrem habuit Gulielmum diui Sigiſmundi Burgundiæ regis ex fratre nepotem: qui Sigiſmundo interfecto Venetias aufugit: ubi ducta in matrimonium imperatoris ſorore Gertrudi, filiam ſuſcepit Keillam reginam. Defuncta Gertrudi, ſororem diui Stephani duxit: ex qua hunc Petrum ſuſcepit: qui ob libidinem & ſæuitiam, & præſertim quod homo Germanus, quæ natio eſt odio Pannonijs, triennio poſtquàm regnauit pulſus eſt, ſuffecto Aba rege: ac ad Henricum imperatorem in Bauariam confugiens, dum belli uires redintegrare molitur, Pannoniorum arma contra ſe excitauit, qui Bauariam omnem depopulati ſunt. Aba nihilo melior Petro Canadini quadrageſimæ tempore omnem nobilitatem in conſilio uocatam necauit: multum reclamante Gerardo, eius urbis præſule ſanctißimo. Quare Pannonij adcerſito auxilio Abam fugant: Petrum exulem reſtituunt: Chriſti religionem delere contendunt, præſulibusq́; ciuitatum ad unũ omnibus necatis, inter quos fuit Gerardus ipſe

clarus

Pyriteria

Matthias rex

Hunnorum gens

Attila rex

Buda oppidũ

Lupus præſul Trecenſis

Nicaſius præſul

Vrſula

Aquileia

Honoria Honorii filia

Chabas

Adalarius

Zetel, qui & Siculi.

Hunnorũ alia manus

Herdel

Herpad dux

Carnia

Stiria

Carinthia

Dux Toxon

Geyca Toxonis filius

S. Stephanus primus rex ac Chriſtianus.

Diuus Emericus.

Vazal

Keilla

Petrus rex

Aba rex

Gerard' præſul Canadienſis martyr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

clarus miraculis ac ſanctitate. Boni igitur omnes ſucceßione

Bela

facta, Endram, Leuentham, & Belam, filios Vaſualis patruelis Stephani regis, quem diximus à regina exoculatum, in Polonia exulantes ſtatim reuocant. Ex his Endra, Petrum cum manu Teutonicorum in auſtriam confugientem, in itinere adortus cepit, oculisq; orbauit: qui poſt paulò deceßit anno III. quàm ad regnum reſtitutus fuerat: ſepultusq́;

Quinqueccleſienſis urbis origo

Andreas rex

Tibiſcus

apud Quinque eccleſias, quam urbem ipſe conſtruxerat, ac principi apoſtolorum dicauerat. Andreas, qui & Endra prius dicebatur, anno MXLVII. apud Albam accepto diademate, initio regni nihil habuit potius quàm deſertam ac paulatim deſtitutam Chriſti religionem populis reſtituere, ac cogere ad ea ſeruanda, quæ diuus Stephanus perſancte præceperat. Conſtituto imperio ac mortuo fratre Leuentha, tertium fratrem Belam regni conſortem ac ducem fecit: regis Ruthenorum filiam in matrimonium duxit, ex qua Salomonem & Dauid genuit. Bela uerò Geyſam & Ladislaum. Henricus interim imperator Petrum regem, quem interfecerant ulturus, fines Pannoniorum cum exercitu ingreditur, ſed paulò pòſt conditio conubij pacem fecit: Salomoni regis filio Sophia filia collocata, nuptiæ apud Mornam fluuium celebratæ. Poſt hæc Andreas cupidus gloriæ, Salomonem tunc puerum quinquennem diademate iusſit redimiri, excuſatione quod nouum exemplum cauſa pacis populorum introduxiſſet, cum præſertim fratrem tunc Belam ſuſpectum haberet: quem cum nullo pacto placare poſſet, tollere de medio conſtituit. At ille ad Miſcam Poloniæ ducem ſocerum ſuum confugit. Andreas item filium Salomonem ad ſocerum eius imp. miſit. Igitur Bela Polonorum

Tibiſcus flu.

copijs inſtructus apud amnem Tibiſcum, qui hodie à Barbaris Tiſſa appellatur, cum Andrea concurrens prælio fit ſuperior, Andreas in Germaniam fugit: ſed ad portas Muſini captus atque interfectus eſt, ſepultus in cœnobio S. Amani, quod ipſe conſtruxerat: regnauit an. XII. Bela

Bela rex

regno per fratris cædem potitus, bonus alioquin princeps habitus, populos à multis uectigalibus immunes fecit: primus Byzantios nummos argenteamq́; monetam percußit: mercatum die Saturni communem inſtituit. Deceßit lapſus equo fractusq́; membra poſt annos regni tris, ſepultus in cœnobio S. Seruatoris ab eo conſtituto. Huius quoque illud Perſancte factum commemorandum, quod Pannonijs petentibus iterum à fide deſciſcere, & cædem facere præſulum, reſpondit ſe tempus ad deliberandum uelle: interim multos ex eis ſceleris autores interfici iußit. Deceſ-

Salomon rex

ſit ſuperſtitibus Geiſa & & Ladislao filijs. Salomon, quem diximus apud ſocerum Henricum imperatorem exulare, è ueſtigio Bela extincto, ſoceri armis in regnum reſtitui-

Geiſa

tur. At Geiſa Belæ filius qui in Poloniam confugerat, comparata Polonorum manu aduerſus eum profectus, apud Monſum caſtrum munitißimum in armis conſtitit: donec per pacificatores concordia inter eos inita, Geiſa, & Ladislaus duces in Pannonia remanſere. Poſt hæc Salomon Hunnos, ingenti multitudine Pannoniæ fines ingreſſos fudit, fugauitq́; anno regni eius XIII. Tertium deinde molitur bellum periculoſißimum contra Græcos Bulgarosq́;, qui Zanam fluuium traiecerant, quos aduerſus proficiſcens in Albam Bulgaricam locum munitißimum ſe recipere coëgit. Salomon oppidum obſidione trimeſtri circundat, illi auxilio Saracenos, quos Beſſos uocant, adcerſunt: his Pannonius uenientibus, cum armis occurrit: eisq́; ad unum omnibus coram trucidatis, ſpem defenſionis oppidanis adimit: tertio tandem menſe uirgo captiua. Pannonia oppidum incendens cauſa fuit belli finis, unde præda ingens domum relata: cuius cupiditas diſcordiam rurſus inter regem & fratres duces excitauit: itaq; ſe ad arma accingunt. Rex Germanorum, illi Polonorum auxilijs inſtructi deſcendunt in campos Vaciæ, ubi ſylua erat tunc inaceſſa, ſoli tantum eremitæ cuidam ſancto Vacz nomine

Vacz eremita

Vacienſis urbis origo

frequentata: unde Geiſa poſtea rex ex illo urbi nomen indidit, templo etiam maiore conſtituto. Igitur primum duces hic armis decernere ſtatuunt. Alacer inter alios Ladislaus, angelorum uti fertur ac diuinitatis inſtinctu fratrem bono eſſe animo adhortatur: inito prælio duces ſuperiores fiunt tanta cæde, ut uires illius regni quodammodo exhauſtæ fuerint. Rex ad Conſon, & Poſon caſtra ſeſe ex clade recepit, ubi gazam ac familiam condiderat: uenientem mater increpuit, arguitq́; inſcitiæ rei militaris, ex quo indignatus ille uix ab ea manus abſtinuit. A Ladislao tandem

S. Ladislaus cum fratre prælio congreditur

apud Poſonem obſeſſus, in ſingulare cum eo certamen uenit: in quo, ut dicunt, territus diuini quaſi oris aſpectu hoſti conceßit. Poſt hãc uictoriam Geiſa adſumpto ſceptro, triennio regnauit. Quo extincto, Salomon indulgentia Ladislai iterum reſtitutus, dum in Bulgaros & Græcos mouet, ac Danubium cum exercitu traijcere maturat, ab imperatore Conſtantinopolitano fugatus, in quoddam caſtrum citra Danubium ſe recepit: in quo obſeſſus & cum paucis relictus, clam in deſertum locum alia re ſimulata ſeceßit, ubi præterita facta, perpetua penſauit abſtinentia: ſepultus eſt apud Polam Iſtriæ ciuitatem. Ladislaus uir ſanctus ea mo-

Diuus Ladiſlaus

deſtia fuit, ut ſuperatum ab ſe inimicum iterum regnare permiſerit: quin ſi per proceres licuiſſet, qui eum ad rem ſuſcipiẽdam magnis precibus compellebant, regnum in perpetuum recuſaſſet, tantum ducis nomine contentus, præter uitæ ſanctitatem, qua emicuit, etiam bello præclarus. Hun-

Contra Hunnos

nos iterum traiecto Tibiſco in Tranſyluaniam irruentes acri prælio ſuperauit: Rhutenos item, qui olim Roxolani dicebantur, in fines ingreſſos fortiter reſtitando compulit pacem ſponte petentes ad proprias ſedes remigrare. Polonos infeſtos coercuit oppido Cracouia tribus menſibus obſeſſo, quod ad deditionem compulit opinione caſtrenſis copiæ ſtratagemate deceptum, quum Ladislaus montes fa-

Stratagema S. Ladislai

rina integi iußiſſet. Inde agros Boemorum depopulatus eſt, quod propinquum eius Conradum, imperatoris Othonis filium eieciſſent. Adcerſitus ad expeditionem Hieroſolymitanam alacri ſe animo accingebat, ſi per mortẽ licuiſſet. extinctus eſt anno ſal. milleſimo nonageſimoquinto, tertio calendas Auguſti, regni uerò decimonono, nullis relictis filijs. Sepultus Varadini in cœnobio diuæ genitricis ab eo

Varadinenſis ciuitas unde

conſtructo. Nam & baſilicam Varadinenſem fundauit, ac locũ ciuitatis Varad appellauit, apud parœchos caſtri Bior prope fluuium Keures. Erat enim Varad eremita ſanctißimus, qui in eodẽ loco agebat, ubi tunc ſylua ingens fuerat, Dicitur diuus Ladislaus quum ſine legitimo decederet hærede, regnum diuæ genitrici reliquiſſe: quapropter eius imaginem poſteri in nummo: ex altera uerò parte regis

Colomanus præſul Varadinenſis rex

percuſſerunt. Colomanus Geiſæ filius patruo Ladislao ſucceßit antea præſul Varadinenſis ab eo conſtitutus, ſed ſuis omnibus ſuperſtes apoſtolica indulgentia reginam à patruo relictam ducere permiſſus, ut unà & regno & proli conſuleret. Horas tamen canonicas ſemper obiuit. Cum Rhutenis bella geßit. Dalmatiæ regnum, Petro eorum rege montem Hadrium hoſtiliter traijciente in prælio interfecto, Pannoniæ regno adiecit: claſſem uti cum Venetis conuenerat ad Aquileiæ expugnationem miſit, quæ poſtea ab imperatore capta fuit. Improbo dicitur ore fuiſſe, luſcus, claudus, gibboſus, lingua bleſus, omnia denique Ladislao dißimilis. Initio quidem regni peregrinos ad expeditionem Hieroſolymitanam illac iter habentes prohibuit, incommodoq́; adfecit: his addidit parricidiũ Almo fratri luminibus ademptis. Hic enim quũ baſilicam

Deme

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Demeſienſe templum

Demeſienſem conſtruxiſſet, regem in ea conſecranda adcerſiuerat, ubi proditionis apud eum inſimulatus, ac interfici iuſſus, ad aram confugit, à qua nullis uiribus diuino miraculo auelli potuit, inde poſtea ad imperatorem ſe recepit, ubi & diem obijt. Colomanus uerò deceßit anno ſalutis M C X I I I I. regni X X V. ſepultus apud Albam Stephano et Ladislao filijs ſuperſtitibus.

Stephanus I I

Stephanus I I. regnauit an. X V I I I. ſepultus Varadini, monachi habitum iamiam moriturus accepit, perpetuam cum Comanis pacem habuit, inuitis Pannonijs, quibus maxime inuiſi fuerant.

Comanorum gens

Erat & hæc gens Scythica quæ prope Polonos conſederat, non procul à Tartaris, quæ regnum continuo infeſtabat.

Bela I I

Bela I I. Almi illius quem exoculatum fuiſſe diximus filius, & ipſe quoque cæcus ſeruabatur à Pannonijs in regnum, quod Stephanus ſine prole deceßiſſet. Duxit uxorem Helenam regis Seruiæ filiam, ex qua Geiſam, Ladislaum, Stephanum, & Almum ſuſcepit: mulier ſanè ingenio uirili, quæ coacto procerum concilio de cæcitate illata uiro quæſtionem habuit, deprehenſi criminis autores, ſtatimq́; necati. Sed nec tumultus ex alia parte defuit principum Pannoniorum ei aduerſantium, ac Borichum filium Colomani nothum ei obijcientium. Is igitur coacta Polonorum & Rhuthenorum manu multas ei turbas intulit, proſtremo uictus in prælio atque interfectus eſt. Poſt hanc uictoriam Bela in regno confirmatus reliquo tempore otio, animoq́; indulſit ad temulentiam uſque, qua ſæpe corruptus nihil dicitur petentibus uel turpe negaſſe: regnauit annum: ſepultus apud albam M C X V I.

Geiſa

Geiſa Belæ cæci filius natu maior rem ſuſcepit, qui cum Germanis in Pannoniam irruentibus graue & periculoſum geßit bellum, primo uictus: deinde uictor ad Ludouicum Galliæ regem legationem miſit, ut Boricus hoſtis paternus ad quem ille confugerat dederetur: quod minime impetrauit, ne libertas regni uiolaretur. Mox ipſum Ludouicum illac iter in expeditionem Hieroſolymitanam habentẽ honorifice excepit, cumulauitq́; donis: Conrado uerò imperatori minime debuit: qui paulò pòſt eodem itinere ad idem bellum proficiſcens Pannoniam, non religioſi, ſed prædonis more ingreſſus fuerat: regnauit an. X X. ſepultus apud Albam.

Stephanus

Stephanus I I I. Geiſæ filius & hæres omnium conſenſu, patruos habuit initio ex ſucceßione regnum uſurpantes Ladislaum, deinde Stephanum Belæ I I. filios qui breui tempore interiere. Regnauit annos X I. ſepultus Strigonij, I I I I. nonas Martij, M C L X X I I I.

Bela I I I

Bela I I I. Stephani filius, Geiſæ nepos, regnauit an. X X I I I. ſepultus apud Albam: huius tantum memoratur in prædones fureſq́; acris animaduerſio.

Emericus

Emericus Belæ I I I. filius Conſtantiam natam rege Aragone pactam habuit, quæ mox uiro ſuperſtite apoſtolica indulgentia nupſit Frederico imperatori. regnauit an. V I I I. deceßit M C C. pridie calend. Decembris, ſepultus apud Agriam urbem.

Ladisla' I I I

Ladislaus Emerici filius menſes V I. dies V. ſepultus apud Albam.

Andreas Hieroſolymitanus rex

Andreas cognomento Hieroſolymitanus, filius Belæ I I I. Emerici frater poſt Ladislaum ex fratre nepotem ſucceßit: initio regni, iuſſu pontificis, uotum olim paternum de profectione Hieroſolymitana abſoluit, uti teſtatur Decretalis, licet, de uoto & uoti redemptione. Paucis poſt menſibus redijt, multas inde ſanctorum reliquias aſportans, quas ad hunc uſque diem in Pannonia uenerantur. Ex Getrudi uxore Germana genuit Belam, Colomanum, Andream & diuam Eliſabetam: quam locauit duci Turingiæ Lantgrauio, qui in expeditione Hieroſolymitana extinctus eſt: cuius uiri feſtum ob merita Hieroſolymis à Chriſtianis celebratur. At uxoris geſta religio'que apud omnes notiſſima nationes. Andreas obijt anno ſalutis milleſimo C C X X X V I. regni trigeſimo: ſepultus in cœnobio de Egnis.

Bela I I I I
Tartari

Bela quartus Andreæ patris ſucceſſor, Tartarorum illam nobilem cladem paſſus eſt: qui cum quingentis millibus armatorum Pannoniam inuaſerunt anno M C C X L I. His rex ad flumen quod Saium ipſi uocant apud Agriam ciuitatem occurrens, in prælio ſuperatur, in quo omnes Panoniæ uires conſumptæ. Inde ad mare confugiens delituit in Dalmatia, quò gazam ab initio, familiamq́; miſerat. Hoſtes igitur debacchati igni ferroq́; late omnia uaſtarunt: deinde Vaciam, poſtea Varadinum diripuere: in hoc etiam fœminas in templo clauſas omnis cremauerunt. Ad poſtremum Strigoniam obſident, quò totius regni reliqua multitudo cum bonis tanquam in arcem, quod citra Danubium eſſet, ſe contulerat, turribuſq́; ac uallo ſe munierat. Illi flumen glaciatum pedibus equiſq́; auſi traijcere, oppidum breui expugnauerunt, quum cæterorum facta cædes, tum C C C. matronarum, quæ ſe primum miſericordiam quærentes obtulere. Triennio igitur hac ſæuitia utentes, tandem fame coacti Pannoniam deſeruerunt. Bela in regiam reuertens, poſt hæc duo bella geßit, alterum aduerſus Fredericum Auſtriæ ducem in quo ipſe cecidit, alterum uerò aduerſus Othocharum Boemiæ regem, in utroq; infeliciter geſto fuſus fugatuſq́;: regnauit annos X X X V. ſepultus. Strigoniæ unà cum coniuge Maria filia imp. Conſtantinopolitani, ac filio duce, cum hoc elogio.

Elogium

Dum licuit, tua dum uiguit rex Bela poteſtas, Fraus latuit: pax ſumma fuit: regnauit honeſtas.

Stephanus V

Stephanus V. Belæ filius Otocharum Boemiæ regem cum auxilio Germanorum magnis uiribus fines ingredientem apud fluuium Rapſcam appellatum fugauit: præterea Bulgaros cum eorum rege, ac Buda oppido expugnato ſuperauit: regnauit an. I I. ſepultus in inſula Budenſi in æde diuæ genitricis.

Ladislaus

Ladislaus I I I I. Stephani filius, cognomento Kiuilaizlo, bellum cum Comanis geßit: duce Oldamur apud lacum Hood. Prælio inito tandem uictor diſceßit, cum imber aduerſo in hoſtem uento diuinitus iactaretur. Poſtea cum eis pace facta, eorum inſuper ſuperſtitione ſe contaminauit. Sed & erga uxorem Caroli regis filiam, non minus irreligioſe ſe habuit, pluribus ei pellicibus inductis. Quare ad eum caſtigandum miſſus legatus à ſummo pont. Philippus Firmanus qui quamuis parum in hoc genere profecerit, barbas tamen quas ad eum uſque diem promiſſas gerebant ponere, cultioremq́; ſumere habitum eis perſuaſit.

Quando Pannonii barbas poſuerunt

Cæterum ſiue ob regis mores ſiue præterita, & etiam inteſtina bella, hoc tempore res Pannonia magnopere inclinata uidebatur, eoq́; deducta, ut rex ignobilium equorum biga tantum ueheretur, interq́; cætera eius probra Comanorum amicitiam ſeruaret, à quibus demum iuſta ultione interfectus eſt: nonnulli à proceribus regni dicunt, nulla relicta prole.

Andreas I I I
Venetus

Andreas I I I. Andreæ Hieroſolymitani nepos, cognomento Venetus, poſt Ladislaum rem ſuſcepit, cuius proſapia ſic habet. Quum Andreas Hieroſolymitanus è peregrinatione rediret, in Italia ab Eſtenſium familia hoſpicio laute exceptus, marchionis filiam poſt primum matrimonium duxit, quæ poſt mortem uiri in Italiam grauida remigrans, paulò pòſt filium Stephanum in domo paterna peperit, quem Pannoniæ regem appellabant. Is quòd in auum maternum conſpiraſſet, Ferraria profugus ad Iacobum Aragonem in Hiſpaniam ſororis ſuæ uirum: deinde rurſus in Italiam-Rauennam, poſtremo Venetias uenit. Ibiq́; ducta uxore principis uiri filia, huc Andreã ſuſcepit. Qui poſtquam creuiſſet fretus quum propinquorum tum Venetorum potentia, in Pannoniam Ladislai tempore cum magna manu uenerat, pauloq́; poſt Ladislao interfecto, eius iuuante factione, ut diui Stephani genus ſucceßit. Non defuere proceres qui pont. per nuncios ſollicitarent, uti Carolus puer ad regnum mitteretur: cuius origo huiuſcemodi

Caroli regis origo.

cemodi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cemodi eſt. Rex Stephanus v. *Belæ* IIII. *filius Mariam ex ſe natam Carolo Tardo Caroli primi Siciliæ regis filio locauit, ex qua ille Carolum Martellum patrem huius Caroli ſuſcepit. Igitur ea de cauſa miſſus unus & item alter legatus in Pannoniam, rem tentauit: interea Andreas in pace moritur anno* MCCCCI. *ſepultus Budæ in æde diui Ioannis.*

Ladislaus

Ladislaus ſiue Venceslaus, Venceslai Boemiæ regis filius, à magna procerum parte lectus inualeſcente quotidie Caroli factione, ſeſe auxilio patris in Boemiam recepit: poſt

Otho rex

quem Otho Bauariæ dux à procerum concilio ſurrogatus, breui & ipſe tempore à Carolanis expellitur. De hoc narratur, dum fugeret, diadema diui Stephani, quod in œnophoro cõditum metu inimicorum ferebat, in itinere cecidiſſe, moxq́; ab ijs qui id iuſſi quæſitum ierant, repertum in uia fuiſſe. Hoc poſtea à Ladislao Vaiuoda unà cum Othone, dum illac iter haberet, interceptum eſt: ſed iuſſu legati mox in coronando Carolo reſtitutum, cautum enim fuerat ei nationi, ut nullum abſque illo regem admitterent.

Carolus rex

Carolus igitur plures annos abſque regni poſſeßione nequicquam fauentibus amicis, demum pulſis Ladislo & Othone, iuuante quoque legato apoſtolico Gentile ordinis Minorum obtinuit an. MCCCX. *ſedente Clemente* IIII.

Caroli proles

Tris ex ſucceßione duxit uxores, Mariam Poloniæ regis, Beatricem Lucemburgenſem Henrici imperatoris filias, & Helizabetam. Ex hac ultima tris liberos ſuſcepit, Ladislaum, Ludouicum, & Andream.

Ludouicus
Andreas
Ladislaus

Paſſus coniurationem admodũ magnam fertur cuiuſdam Feliciani, unius procerum qui è fæce à Matthæo Palatino fuerat eductus. Is calendis Maij regem cum tota familia in regia prandentem nactus, clam propinquans ſtricto gladio petit, primumq́; dextræ uulnus inflixit, ac reginæ ſanctæ mulieris manum obijcientis quatuor concidit digitos. Tumultu ſtatim excitato à circumſtantibus trucidatur, & in totam eius familiam ſæuitum. Carolus deinde in Italiam mari aduectus, Andream filium ſeptennem ad eius patruelem Robertum Siciliæ regem, qui eum petierat, duxit: cui poſtea Ioannam neptem locauit. Redeuntem breui poſt tempore adierunt Ioannes Boemiæ cum Carolo filio, & Poloniæ, reges ad renouandum cum eo fœdus: in quibus excipiendis multorum dierum pompa ac ſumptus prædicantur. Paucis inde poſt annis Locka dux Ruthenorum ad ineundam ſocietatem: poſtremo Cazimirus eius ſororius, qui Ludouicum Caroli filium tunc puerum, quod ipſe ſine liberis eſſet in Poloniæ regnum adoptauit. Ipſe uerò bellum unum contra Valachos duce Bazarad Vaiuoda rebellantes, idq́; infeliciter geßit. Apud Vicegradum commorari ſolebat: laborabat ſæpe ex pedibus. Deceßit anno regni XXXII. *ſepultus apud Albam in æde diuæ genitricis: quam tempore ſuo flagrantem, ſaluis diuorum reliquijs, ac in turri quadam locatis, reſtituerat. Ea ferè tempeſtate magna uis locuſtarum omnes eas regiones inuaſerat.*

Ludouicus

Ludouicus anno MCCCXLIII. *uiuente patre Carolo duodeuiginti natus annos regnum inijt: primum bellum aduerſus Saxones qui Tranſyluaniam infeſtabant feliciter geßit. Alexandrum Vaiuodam, qui & Valachis & patri Carolo ſemper hoſtis fuerat, ultro ſe dedentem habuit. Tartaros, Trãſyluanos, Siculos infeſtantes per Andreã Loezk Vaiuodam Alexandri filium repreßit. Gregorium Curiaci & Viliptium Croatiæ principes, qui Croaciam unà cum magna parte Dalmatiæ ad defectionem ſollicitauerant, cum exercitu ad Byhegh oppidum caſtrametatus ante ullum prælium obtemperare compulit. Gregorium iterum rebellantem per legatum compeſcuit: cum Venetis parum feliciter dimicauit. Iaderem enim oppidum olim Pannoniæ unà cum copijs amiſit, oppidanorũ ingenti facta cæde. Interea cum Andreas frater in Italia apud Aduerſam ciuitatem reginæ Ioannæ coniugis dolo de medio ſublatus eſſet:*

Ludouicus in Italiam

Ludouicus rex cum exercitu ualido in Italiam ad ulciſcendam iniuriam properauit: cuius aduentu Ioanna unà cum Ludouico uiro principe Tarentino, qui ſe regem Siciliæ uocabat, trans Alpes in prouinciam tribus triremibus aufugit. Ludouicus Neapoli potitus omnes noxios mulctauit, regemq́; ex illo ſe Siciliæ ac Hieruſalem appellauit: anno inſequente demum remigrans Stephano Laczk filio Vaiuodæ & Volfrado Teutonico regni Neapolitani curam delegauit, qui rebelles plurimos bello uictos ſecuri percuſſerunt.

Vernerius

Mox Vernerium ducem à Ioanna & Ludouico contra eum miſſum cum quingentis militibus Conechium, cepit. Deinde Ioanna ipſa cum uiro Ludouico magno instructa exercitu ueniente, Ludouicus certior factus confeſtim iterum in Italiam traiecit: Barioq́; & Canuſio ac Aduerſa tribus menſibus expugnatis, res paulum intermiſſa eſt, quod annus inſtabat iubilei. Quare Romam religionis gratia iter conuertens à Bonifacio IX. *magnifice in palatio exceptus eſt: quotidie Veronicam uiſere uoluit, quatuor aureorum millia aræ principis apoſtolorum obtulit. Paucis Poſt diebus domum reuertit, præfecto rebus Italicis Andrea Vaiuoda relicto: ipſe Veronæ in itinere exolutis ſtipendijs exercitum dimiſit. Deinde ab Innocentio* VII. *per legatum iuſſus regnum Neapolitanum in eius arbitrium uti contentioſum dimittere, obtemperauit: inſuper & proceres quos obſides ſecum duxerat, miſſos fecit. Poſt hæc, contra Venetos quòd oram Dalmatiæ ei abſtuliſſent, bellum proſequitur. Quamobrem tertio profectus in Italiã Tauriſium, multaq́; eorum oppida partim ui partim deditione accepit: Iaderem recuperauit. Demum pace facta ac oppidis quæ Venetorum prius fuerant reſtitutis, ſub conditione nequis ſubditus plecteretur, in Pannoniam redijt. Veneti nihilominus poſtea & ſubditos, & Marinum ducem cum nonnullis qui regi adhæſerant, capite mulctauerunt. Tauriſini item contra fœdus ſeſe mulctatos adſpicientes Leopoldo Auſtriæ duci Lud. propinquo ſe dedidere, quos ille rurſus Franciſco Carrario dedidit, concordiæ inter eos ineundæ gratia. Poſt hæc mortuo Cazimiro auunculo iure hæreditario Ludo. Poloniæ regnum accepit, rebelles ubiq́; coercuit: cum Roxolanis, Lituanis Valachis, Bulgaris, proſpere pugnauit. Romano Pontifici Gregorio, Innocentio, Bonifacio, auxilia miſit. Iudæos ex toto regno expulit, cœnobia complura exſtruxit, ſancti Pauli primi eremitæ oſſa è Venetijs abducta, iuxta Budam in monte collocauit, monachos augendo, quos iam Carolus pater introduxerat.*

Comani Chriſtiani facti
Patarent

Eius tempore & item perſuaſione Comani facti Chriſtiani. Patareni quoque Boſnenſium ſecta per Peregrinum Præſulem eorum ab errore depulſi. Ex Heliſabeta Stephani Bani filia tris tantum filias ſuſcepit, Catharinam, Mariam, Aduigam, è quibus Mariam Sigiſmundo Brandeburgenſi locauit, quem generum ſibi ac regno adoptauit. Extinctus eſt anno regni XL. *Salutis* M.CCCLXXXII. *ſepultus apud Albam. Vir fuit animo ingenti circa diſciplinam militarem, quam ſtudioſiſſime coluit, munera militis ſæpe obeundo. In Italia in Canuſiæ expugnatione primus murum aſcendens, lapidis ictu in uallum deiectus diu ſemianimis iacuit, deinde in obſidione Aduerſæ iaculo alterum pedem uulneratus admodum elanguit. Heliſabeta eius mater poſt mortem Caroli uiri Romã uenit, partim religionis cauſa, partim ut Andreas filius uir Ioãnæ, Siciliæ regno reſtitueretur, quam rẽ fruſtra ſæpe abſens cum Pontifice tentauit. Excepta honorifice Veronicam bis, ſcalam aſcendendo, uiſere propius uoluit. Inde Neapolim profecta eſt, ubi reginæ Ioannæ nurus delicijs ac faſtidio offenſa, cito diſceßit.*

Maria regina

Maria inter Pannoniæ re

niæ re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

niæ reges conſcribitur, ultima proles diui Stephani, patre adhuc uiuo regina facta eſt, adcerſito uiro Sigiſmundo celebrandis nuptijs: pars tamen procerum ſtirpem uirilem diui Stephani requirens euocauit Carolum cognomento Paruum, filium Andreæ olim dolo Ioannæ interfecti, qui Carolus regnum Neapolitanum iam fuerat adſecutus. In hunc igitur uenientem extemplo & Maria & mater eius Heliſabeta coniurauere. Adcerſitusq́; ſpecie conſilij à Palatino comite uulneratus, unde paulò pòſt obijt, diuq́; inhumatus iacuit, quod interdictus olim ſacris à Pontifice fuerat, ob negatum regni Siciliæ cenſum. Vltor ei non defuit Ioannes Horuath Banus, qui ſontes illac iter ſecure faciẽtes adortus cũ aliquot militibus cepit, Palatino comite prius necato, mox regina Heliſabeta prima mali cauſa in Danubium proiecta: Mariam uerò uſq; ad aduentum ſponſi Sigiſmundi in Pannoniam reſeruatam promiſſa demum impunitate diuiſit. Illa igitur apud Albam uiri nuptijs celebratis breui poſt tempore moritur. In his tumultibus ferè triennio regnum poſt Ludouici mortem agitatur.

Carolus Paruus

Sigiſmundus

Sigiſmundus Caroli II. Romani Imperatoris filius natione Boemus annos ferè L. regnauit, uirtũ liberalitate tum animi magnitudine clarus, maieſtate inſuper corporis uenerabilis, bello tantum infelix, ſæpe à Turcis & Boemis in acie fugatus. Mariæ uxoris, itemq́; ſocrus ac Comitis Palatini iniuriam ante omnia capto Ioanne, quẽ ſuprà memoraui, ac trucidato, eſt ultus. Poſt hæc proceres XXXII. Pannonios necari iuſsit, ob quam rem ipſe poſtea captus ac traditus uiduæ cuius maritum interfecerat, eloquẽtia & blanda perſuaſione effecit, ut ab ea dimitteretur. Maria coniuge amiſſa Barbaram duxit ex Comitibus Ciliæ, cuius ope regnum recuperauit, & uiduæ filijs gratus fuit. Multa ipſius egregia in religionem commemorantur. Pontificatum in tris partes diuiſum apud Conſtantiam ad unum redegit, aditis ea de cauſa quaquauerſus per orbem prouincijs. Pruſiam, quam Poloniæ rex militibus Teutonicorum per uim ademerat, reſtitui iuſsit. Vitoldum ex duce regem Lituaniæ fecit. Cum Venetis duce Pippone Florentino grauia bella geſsit: Venceslaum Boemiæ regem fratremq́; ſuum, quod regno præeſſe neſciret, coniecit in uincula, quamuis negligenter cuſtoditum, magno reipublicæ damno quidam Boemi liberauerint. Boemia poſt multos labores potitur. Marchiam Brandenburgenſem Frederico Burgrapho Nurimburgenſi dono dedit. In Italiam demum ſedente Eugenio IIII. atq; inuito traiecit, reſiſtẽtibus etiam per Nicolaum Tollentinatem Florentinis. Arnum fluuium tranſmiſit adiuuante Antonio Pontadera, & per agrum Volaterranum iter faciens, ſex menſibus Senis ſubſtitit, ubi fruſtra cum Florentinis pace tentata abijt Romam, ibiq́; de more diademate ſuſcepto è Baſilica Petri eueſtigio in Lateranum contendit, Eugenio uſque ad pontem proſequente. Inde in Germaniam reuertens Mantuæ à Ioanne Franciſco Gonzaga magno ſumptu exceptus, propinquam ſuam Barbaram Ludouico filio in matrimonium dedit, Marchionemq́; Mantuæ primum creauit. Vbi domum peruenit, nihil potius habuit quàm concilium Baſilienſe ſollicitare: uerum breui poſt tempore moritur apud Morauiam ſine liberis, relicto regnorum ſucceſſore Alberto Auſtriæ duce genero ſuo, ac deinde imperatore. Poſt eius mortem quaſi metu liber Eugenius concilium Ferrariæ celebrari iuſsit. Item in Pannonia Budæ excitatus tumultus: in cauſa fuit Teutonicus quidam clam interfectus, ex quo inter utrãque nationem coorta contentio, uentumq́; ad arma: quæ Iacobus Picens ordinis Minorum uir ſanctus qui tunc forte aderat, ſublato ac circunducto crucis uexillo, uociferando ſedare fruſtra conatus, paulò pòſt in ædem Sancti Ioannis unde exierat ſe recepit. Ea ferè tempeſtate ruſtici ſeruiq́; ducibus Antonio & Martino diuerſis & locis & temporibus bellum contra regem Pannoniæ excitauere: alter in Trãſyluania: Alter Martinus in terra Nyr & Zamoskenz, regesq́; ſeſe appellabant: magnam ſtragem quaquauerſus edentes. Quibus tandem à regi proceribus bello ſublatis ea peſtis conticuit.

Iacobus Picẽs

Bellum ciui contra rege Pannoniæ

Albertus

Albertus Auſtriæ dux regnis Panoniæ, Boemiæq́;, paulò pòſt & Imperatoris nomini ſucceſsit. Boemos rebelles Morauiosq́; bello domuit: Polonos ultra regni fines uagantes coercuit: contra Turcas profectus, ut Sinderouiam Raſciæ ciuitatem ab eis obſeſſam tutaretur, prius amiſit quàm ad locum perueniret. Dum Auſtriam repetit, in itinere apud locum, qui Villa longa appellatur, dyſenteriæ morbo deceſsit, poſtquam biennio imperaſſet: relicta uxore Heliſabeta prægnante, quæ poſtea Ladislaũ peperit.

Vladiſlaus

Vladislaus Poloniæ rex poſt mortem Alberti à Pãnonijs ad regnum ac matrimonium uiduæ eſt adcerſitus: quem illa grauate quidem accepit. Quumq́; interea Ladislaum poſthumum pareret, eum cuius nondum nuptias celebrauerat, recuſauit. Hinc graue bellum inter eos poſtea exortum: ad quod componendum miſſus Iulianus Cæſarinus legatus. Mater igitur, ut filius ſtatim diademate redimeretur apud Albam operã dedit. Quo peracto unà cum proceribus ad Vicegradi arcem properauit. Hoc enim oppidum iuxta Danubium eſt alto in loco ſitum: quo condi diama diui Stephani ſolebat. Huc ueniens regina proceres fallendo adulterinam ac ſimilem repoſuit, ueram ſecum, cum puero ad Imperatorem Fredericum III. confugiens unà cum filio paruo cuius ille propinquus erat, eius fidei tradidit ut ſeq́; ac pupillum tueretur. Mortua Heliſabeta Pannonij ſtatim ad Vladislaum ipſum defecere: qui cum primum diadematis ſolennia obire uoluiſſent, muliebrem fallaciam deprehẽderunt. Quapropter neceſſe fuit reliquijs ipſius Stephani loco diadematis uti. Percrebruit enim apud eos uetus religio, ut nullus abſq; illius diademate rex rite factus uideatur. Vladislaus inito regno ante omnia expeditionem in Amurathem Turcam apud Varnam ſumpſit, unà cum Iuliano legato ſupradicto: ubi uterq; occubuit cum uix toto triennio regnaſſet. de quo bello cum inter Sarmatas Turcarum mentionem feci, ſatis dixi. LADISLAVS puer Vladislao rege extincto à Pannonijs proceribus omnium ſuffragio comprobatur: apud patrum Fredericum uſque ad annum XII. manſit, quamuis à ſubditis fruſtra per legatos ſæpe repetitus: tandem quum Fredericus ex urbe Roma cum puero rediret, obſeſſus apud Nouam ciuitatem ab Auſtralibus, ui puerum reddere coactus eſt: nequicquam Imperatoris partes iuuare conantibus, & Nicolao Cuſa Legato à Nicolao miſſo, & Aenea Piccolomineo Imperatoris oratore. Receptum proceres extemplo Vlrico Ciliæ Comiti, eius auunculo, in fidem ac tutelam tradidere. Durante ætate pupillari, tres uiri eius regna adminiſtrarunt: Ioannes Hunadis Pannoniam: Georgius Pogebratius Boemiam: Vlricus Auſtriam. His itaque rectoribus fultus regna obibat. Quumq́; in expeditione ea contra Turcas apud Albam intereſſet, territus inde ſpecie uenationis in Auſtriam receſſit: bello deinde feliciter geſto, cum reuertens in Pannoniam illac iter haberet, oppidum ingreſſus, ut recentem uictoriam lætus contemplaretur: Vlricus eius tutor in conſilium interim adcerſitus à Ladislao Ioannis Hunadis filio incautus trucidatur. Rex uerò Ladislaum deinde excuſantem ſe non contra regem, ſed tyrannum hæc feciſſe, æquo animo audiuit: iramq́; diſsimulauit, donec illum ſponte ſecum inter comites Budam duxit: ibiq́; paucis poſt diebus unà cum cæteris fratribus captus ipſe ſecuri percutitur. Matthiam minorem natu ſecum in Auſtriam duxit, cuſtodiæq́; tradidit. Inde in Boemiã profectus celebraturus nuptias filiæ Caroli Frãcorum

Nic. Cuſa

Vlricus Ciliæ Comes

Io. Hunadis

Georgius Pogebratius

corum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

corum regis: in medio rerum apparatu atque gaudio paucis poſt diebus non abſq; ueneni ſuſpicione mortem obijt, annum agens duodeuigeſimum, magno fragilitatis humanæ indicio. Facie fuit decora,heroum fronte,roſea ceruice,criſpãtibus & oblõgis more patrio crinibus.

Math.rex

MATTHIAS, Ioãnis Hunadis ſiue Vaiuodæ filius, opera Georgij Pogebratij confeſtim poſt mortem regis ex Auſtriæ cuſtodia liberatus ac in Bœmiam ductus, à procerum ſenatu apud Feſtem coacto Rex declaratur: Michaële Zilagi eius auunculo, & armis,& eloquentia inſtante, ac merita patris commemorante. Igitur hic uarietatem fortunæ uicesq́; humanas adſpicere licet. Duorum pari ætate adoleſcentiũ,alterũ dominũ & in ſumma rerũ felicitate: alterum ſeruum & captiuum, tam breui tempore hunc ſimul creſcere, illum penitus occidere. Matthias itaq; inito regno, cum Frederico Imperatore, qui diadema Stephani tenebat, ac pro iure ſuo Pannoniæ regnum ſibi uendicabat, ſex annos bellum geßit. Cum eoq́; tandem conuenit, ut rex donec uiueret eſſet, hæredem uerò nullum inſtituere poſſet: diadema his conditionibus redditum, ſolenniaq́; de more obita. Conuerſus ad bella Turcarum regem Maumethum ab obſidione Iayeze Raſciæ armis remouit. Tranſyluanos poſt Ladislai mortem rebellantes compeſcuit. Traiectisq́; Alpibus Mondauiam, Valachiam, ſuperato Stephano Vaiuoda relatisq́; plurimis ſignis ad officium reduxit. Septem iugiter annos contra hæreticos Bœmos dimicauit. Poſt mortem Georgij rex Boemiæ electus fuerat. Non defuere tamen ei domeſtici inimici Strigonienſis & Quinqueccleſienſis Præſules, ex humili loco eius liberalitate prouecti, qui Cazimirum Cazimiri regis Poloniæ filium clam ſollicitabant, eiq́; oppidum Nitrenſe tradiderant. Quod Matthias ſimul cum Cazimiro expugnauit, ſed in Poloniam, ſeſe ulturus, bellum mouens ad Vratislauiam ſtatiua habuit, quo paucis poſt diebus Cazimirus pater ad colloquium in caſtra cum Matthia deſcendit, unde utriſque cum concordia diſceſſum. Poſt hæc caſtrum Turcanum Sabacz ad ripam Saui fluminis media bruma expugnauit. In ciuitate Olomucenſi conuentum habuit, ubi Vladislaus Poloniæ regis filius cum multis mortalibus adfuit. Vxores duas omnino habuit, primam Georgij regis Boëmiæ

Beatrix Matthiæ uxor

filiam, alteram Beatricem filiam Ferdinãdi Siciliæ regis. Quæ uiro ſuperſtes ſine prole legitima defuncto, inſtantibus Pannoniæ proceribus Vladislaum Cazimiri Poloniæ regis F. in matrimonium ſimul & regnum adcerſiuit, deinde quod hæc natio Italico generi ſit maxime infeſta, breui poſt tempore ab eo iam in regno confirmato abdicata Strigoniæ ſeceßit, ut litis huius euentum ſub Alexandro ab Vrbe expectaret: uicta tandem à potentia ſuccubuit, ac mœſta in patriam reuertit. Vladislaus interea maiorum indolem referens, eos populos magna ſapientia moderatur, tum nuper una cum Petro Siculo Card. Regino ac legato Turcas prælijs aliquot fugauit.

DACIA.

DACIA, quam nunc Valachiam appellant, Pannonijs uicinam ac ſubditam, quam fecerit mutationem poſtea dicam, nunc quid in ea ſit obſeruatum antiquis breuiter referam. Dacos & Getas Strabo uicinos ponit, ſed hos orientales ac uerſus Pontum: Dacos Germaniam uerſus & Iſtri fontes. Hos Dauos olim uocatos fuiſſe putat, ex quo Athenis Dauorum & Getarum nomina ſeruorum. Getas itẽ Græci Thraces eſſe opinati ſunt, ut idem eſt autor, qui quidem utrunque Iſtri latus incolebant, ut & Mœſii, & Thraces ſanè utrique, à quibus Myſii ſunt illi qui inter Lydos & Phrygas habitauerunt. Plin. autem Getas à Græcis, Dacos à Rom. appellari dicit, eundem faciens populum. Poßidonius ait Getas Mœſios & eius tractus homines religioni deditos ab animalibus abſtinere cõſueuiſſe, melle tantũ & caſeo ac lacte uesci, pluresq́; etiam Thraces qui ſine mulieribus agũt: propterea Homerus eas gentes ἀβίους uocat, quaſi ſine uita, quòd celebs uita dimidiata ſit, ut & ipſe de Proteſilai domo alibi teſtatur, quã religionem à Zamolſi uiro inter Getas nato traxerũt. Hunc Pythagoræ diſcipulũ ac ſeruum dicũt fuiſſe, & ad Aegyptios cum eo penetraſſe, eosq́; ritus deinde in patriã deduxiſſe, ex quo Getæ uti deum eum uenerãtur. Regem itẽ habuere Bœrebiſtam uirũ Græcum, qui fines Getarum traiecto Iſtro prorogauit, in Thraciam ingreſſus: & uſq; in Macedoniam, & Illyricum penetrans magnos Romanorum exercitus ſuperauit, fretus tantum augurio cuiuſdam Cetiei nomine magicæ dediti. Dromochetes alter rex eorum Lyſimachum uiuum qui contra eum exercitum duxerat, cepit. Deinde quãquam barbarus, clementia fretus dimiſit. Herodotus eos partem Thraciæ putat eſſe, fortißimosq́; Thracum ſimul & iuſtißimos, debellatosq́; olim à Dario quando ex Aſia in Thraciam traiecit. Ad eos quoq; Alexandrum quandoq; penetraſſe, ac muneribus donatum cito reuertiſſe. Iulianus princeps ſcribit in quadam oratione, Getarum gentem fortißimam ob uirtutem, tum ob Zamolſim quem uenerantur, eſſe, cum non mori, ſed migrare putent. Florus ait. Daci montibus inhærent, quotienſcunq; concretus gelu Danubius uinxerat ripas, diſcurrere ſolebant & uicina populari. Viſum eſt Cæſari Auguſto gentem aditu difficillimam ſubmouere. Miſſo igitur Lentulo ultra ulteriorem repulit ripam: citra, præſidia conſtituit: ſic tunc Dacia ſummota atq; dilata eſt. Hæc ille. De Dacis & Cattis primus Domitianus duplicem triumphum egit. At Traianus princeps, ut autor eſt Rufus, penitus eam gentem in poteſtatem redegit, qui traiecto Danubio & uicto Decebalo rege Daciam trans Danubium in ſolo barbarico prouinciam fecit, quæ in circuitu habet decies centena millia paß. Sed ſub Galieno principe amiſſa, & per Aurelianum tranlatis eò Roma. colonis, duæ Daciæ in regionibus Mœſiæ & Dardaniæ factæ ſunt: hæc Rufus. Mediam Daciæ regionem Tibiſcus abluit in Danubium profluens, à Barbaris nunc Tiſſa appellatus, è monte profluens Carpato Ptolemæo, unde etiam Viſtula: ſed hic in mare Germanicum, ille in Pontum exit. Idem mons paulo ulterius Peuca dicitur, unde Tyra & Axiaces etiam fluunt. Sub Carpato Iazyges ſunt, quos Tranſyluanos eſſe diximus: ubi ſeptem Caſtra. Dicuntur autẽ Metanaſtæ, quòd ex his qui in Dacia ſunt huc migrarunt. Vltra Tyram inferior Mœſia eſt, nunc Mondauia. Inter Dacas Ptolemæus Ciſtobocos ponit, quos Marcellinus Ciſtobocas uocat: eosq́; in Europæa ponit Sarmatia, Capitolinus item. Cæterum uſque ad Tyram ſolitudo maxima Straboni: Vergilius item deſerta Getarum dicit. Nunc uerò (ut dixi) tota regio Valachia appellatur in duas diuiſa partes. Prima Montana dicitur continua Metanaſtis: nunc Tranſyluanis inter Danubium & Carpatum montem: altera cui Mondauiæ nomen eſt à flumine appellatæ. Antiquitus inferioris Mœſiæ pars erat, protenditurq́; inter Iſtrum & Tyram uſque in Pontum. In his hodie regionibus, eo quod Romanos, ut dixi, accepere colonos, pleraque uocabula loquuntur lingua ſemitalica, argumento eſt nomen. Valachiam enim apppellant, quod Valach Italicum, lingua ipſorum dicatur. Ex hac Matthias rex Pannoniæ noſtra ætate ſe genus habuiſſe iactabat è Coruina Romanorum gente, quam ob rem Coruum pro ſigno habuit; cuius adhuc filius nothus Ioannes Coruinus patrijs uirtutibus inſtructus magnum Pannoniorum gentibus præſidium præſtat. Robur igitur priſcum in bellis hæc natio refert, ſimul & nomen. Nam pro Dacis Danos factionem quandam in ea gente nunc appellant. Alteram uerò fa-

Mores Getarum

zamolſis geta

Bœrebiſta

Dromochete

Herodotus

Iulianus

Florus

Domitianus
Traianus
Decebalus

Tibiſcus

Iazyges

Valachia
Tranſyluania
Mondauia

Matth.rex

Io.Coruinus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Dani
Dragulæ

ctionem Draculas,qui cum Danis impares eſſent, Turcas auxilio quondam uocauere : quorum armis Danos penè ad internecionem deleuere,quos Ioannes Hunnades Matthiæ regis pater Pannoniorum potentia fretus reſtituit:ac Turcis ereptos, unà cum agris occupatis, ſibi ſuiſq; tum nomini chriſtiano acquiſiuit.Nunc Valachiæ pars Turcis, pars Pannoniæ regibus obtemperat:cuius princeps Comes Palatinus Valachiæ nuncupatur : ducem eligunt, quem Vaiuodam appellant. Eam à Tartaris quondam captam Ludouici regis tempore recuperauit Bagdam Vaiuoda, qui ab ipſo poſtea Ludouico deſciuit. Iterum Sigiſmundo regnante, duce Stephano Vaiuoda, Dania, & Valachia, & omnis trans Danubium regio rebellauit : uerum armis regijs compulſus Stephanus fuit ſeſe conciliare,ac ueniam petere præteritorum.

Bagdam
Vaiuoda

MOESIA SVPERIOR ET inferior.

MOESIAS duas in Europa poſt Illyricum & Pannonios, ſuperiorem & inferiorem Ptolemæus ponit : unde qui Aſiaticas habitãt Myſias proueniſſe dicuntur.Illæ Myſiæ, hæ Mœſiæ nominantur : ex inſcriptione marmoris uia Tyburtina. T.Planci Proprætoris Mœſiæ, qui in ea plura, quàm centũ milia ex numero Tranſdanubianorũ ad præſtanda tributa cum coniugibus, ac liberis & principibus, aut regibus ſuis traduxit. Græci autem utraſq; Myſias dicunt.Has igitur Auguſtus per L.Piſonem eorum unum, ad quos Horatius Poëticam ſcribit, in poteſtatem redegit. Ex his deinde Alteram Aurelianus princeps,ut ſupra dixi, traductis eò Romanis colonis Daciam appellauit : alteram uerò inferiorem Getæ,ut ait Strabo, incoluere. In qua Valachiæ pars eſt:quam uti dixi Mondauiam appellant. Inſuper & Danubij oſtia : de quibus paulopoſt. In ora Ponti Iſtriopolis, & Tomis, ubi Naſo exulauit : quod ibi Medea concerpſerit Abſyrtidem fratrem.Burgari quoq; in hac parte ſunt, quos Triballos antiquitus putauerim eſſe. Nam in eo ferè ponuntur loco, à Romanis & ipſi unà cum reliqua Mœſia ſubiugati. Bulgarorum gens ferox eſt, ut quæ multas in Europa clades uicinis intulit : Conſtantinopolitanis quoque imperatoribus tunc Illyricis formidini ſæpe fuerint. Nonnullis placet non indigenas,ſed aduenas eſſe è Scythia egreſſos, anno ſalutis DCLXX. Agathone primo ſedente Mœſiam,deinde Pannonias cepiſſe. Reliqua eorum geſta, & quum Chriſtiani ſint facti in hiſtoria imperatorum Conſtantinopol. commemoraui. Locus expetit, ut de Danubio nunc pauca dicã. Hic ut Plinio deſcribitur,ex Arnobi mõtis iugis,ex aduerſo Rauraci gallici oppidi, ubi ſylua incipit Ercynia, naſcens per Germaniæ, Panoniæq; populos Danubij nomine decurrit : ubi ad Illyricum in Auſtrum deflectit, Iſter appellatur. Deinde in ſeptentrionem conuerſus in Pontum exit, ſex oſtijs uarijs appellatis nominibus Primum Sacrum nominant : quod Peucen inſulam facit: unde Peucini populi ; de qua Eratoſthenes in III. Geographiæ ſic ait : in Iſtro inſula eſt forma trigona inſtar Rhodi, quam Peucen dicunt ob Peucarum, id eſt muricum frequentiam in eo loco confluentium : primamq; trigoni cuſpidem uerſus fluuium Anconem uocant. Baſim uero eius uerſus Euxinum,Circa inſulam oſtia duo:Arecum & Pulchrum,in quo uelociter Abſyrtis cum Colchis adnauigauit, Apollonius poëta dicit Iſtrum ex montibus Hyperboreis currere per mediam Scythiam, & Thraciam, ubi ſcinditur, partim in mare fluere Ponticum, partim Adriaticum : per quem dicit Argonautas ueniſſe : quod nunc minime apparet. Dionyſius poëta Iſtrum Pentiſtomum appellat. Herodotus uero ſeptem oſtijs ſicuti & Nilum deſcribit : inter quæ oſtium Sacrum, ubi Peuce eſt inſula : id Darium pontibus iunxiſſe tranſmiſſurum in Daciam:ſicut Xerxes Helleſpontum.Strabo dicit eum quandoq; uocatum à Barbaris Metoan : quod græci ἄσινον, id eſt innocuum dicunt, quando Scythæ ipſum tranſeuntes nihil paſſi fuerant.Ex calamitate autem eis proueniente ex eius tranſitu,Danubium uocauerunt:quod eorum lingua cauſa malorum dicitur. Mœſia ſuperior inter Danubium & montes Macedonicos continetur : in quo fermè ſpatio tres nunc regiones ſunt Boſna, Raſcia, & Seruia. Boſna prope fluuium, qui Moſcus appellatur Ptolemæo : apud hos Manicheorũ ſecta colitur:duo rerum principia, alterum bonorum, alterum malorum dicunt. Nec Romanum Pontificem primum, nec Chriſtum homouſion putant. Cœnobia in abditis montium conuallibus habent : ubi matronæ quæ ex aliquo morbo euaſerunt, ſanctis uiris certo tempore ex uoto ſeruire ſe dicunt: atq; ita inter monachos mixtæ unà uiuunt:quæ quidem labes adhuc durat. Rex Stephanus (hoc enim nomine reges eorum uocant) à Ioanne Caruaialla S.Angeli Cardinale baptiſma de more accepit. Is fuit germanus Boſnæ reginæ : quæ à Turcis expulſa, Romæ noſtra memoria Pontificum miſericordia uictitabat, & extincta eſt. Raſcia uero ac Seruia hunc tenent tractum, quem olim Dardani. Dardanos enim uerſus Macedoniæ montes ueteres ponunt. Seruiæ regiam Sinderouiam uocant : cuius Deſpotus Georgius uir græcanica fide, paulo ſupra memoriam noſtram filiam Amurathi regi Turcarum locauit. Nec multo poſt par ſceleri meritum adſecutus eſt. Immemor ille adfinitatis aduerſus eum duxit exercitum. Georgius relicto filio Gregorio defenſioni, ipſe cum reliqua familia & gaza in Pannoniam aufugit : expugnata tandem Sinderouia, filius luminibus effoßis plectitur. Ioannes Huniadis, cum deinde Seruiam diuerſis prælijs recuperaſſet, Georgium in patrium regnum reſtituit : quamuis ut ſuſpecto ac minus fido Chriſtianus arces nonnullas minimè crediderit. Ille igitur tanti poſtea beneficij immemor Ioannem ex clade Varnenſi fugientem in Seruiam cepit, & reliquas ei terras reddere compulit.Ioannes tunc iuſſa facere coactus, iterum poſt aliquot annos ab eo proditus, ac deceptus eſt hoſti Amurathi conſilia belli patefaciente. Ex quo cladem Ioannes quam inferre ſperabat accepit. Cum autem poſtea Maumethes Amurathis filius capta Conſtantinopoli in Seruiam moturus eſſet : iterum in Pannoniam Georgius fugit ad Ladislai regis præſidium. Erat nonagenarius iam ſenex, quem cum Ioannes Capiſtranus ordinis minorum in fidem Orthodoxam deducere conaretur, reſpondit, quod in ea religione in qua uixit ad eum uſq; diem mori malebat, quàm à ſubditis populis à quibus infelix putabatur delirus inſuper haberetur. Reuerſus tandem in patriam, paulo poſt ex uulnere à quodam extra bellum illato extinctus eſt. Cui Lazarus filius ſucceßit,Gregorio natu maiore quem dixi à Turcis captum atq; oculis mulctatum præterito, & fruſtra Maumethis auxilium contra fratrem implorante. Lazaro mortuo de regno uaria concertatio fuit:Ioannes Caruaialla legatus impulſoribus Pannonijs eò profectus eſt rogatum eius regni proceres, ut arces Raſcianæ quæ Turcis aditum intercludunt, aut ſibi, aut Pannonijs traderentur. Tandem re infecta non ſine periculo reuertit.

L.Piſo
Iſtriopolis
Tomis
Bulgari
Triballi.
Danubius
oſtia Danubii.
Oſtiũ ſacrum
Peucini po.
Metoa
Mœſia ſuperior.
Boſna
Raſcia
Seruia
Manicheorũ ſecta
Stephanus
Io.Caruaialla
Dardani
Sinderouia.
Georgius Deſpotus
Lazarus Deſpotus.

THRACIA.

THraciam Euripides domicilium Martis appellat:dicens eam εὔοπλον ἔυιπττον, ἀρεί-κάτοχον γένος. & Herodotus Thracum Martem pulchrum eſſe dicit:eos adfirmat multitudine poſt Indos eſſe, ſi concordes ad unum regi pareant. Veſpaſianus princeps latiſſimam eorum

regio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Thraciæ diuiſio.

regionem diuiſit. Hi quondam Bryges ſunt appellati: transfretantes deinde in Aſiam Phryges dicti: quod ueriſimile Xenophontis autoritas facit: qui ait Aſianam quandam Thraciam eſſe incipientem ab ore Ponti uſque ad Herocleam à dextra nauigantibus. Idem & Arrianus ſentire uidetur, qui ponit Thraces alios Aſianos ex Europa in Phrygia & Myſia conſtitiſſe: una cum Petauro duce, eiectis Cimmerijs qui Aſiam percurrerant. Præterea regionem hanc Percam appellatam quandoq;, mutaſſe nomen ex Nympha Thracia: quæ cum ſaga & pharmaceutria ut altera Medea fuiſſet, ab omni ea regione colebatur. Eſſe inſuper latiſſimam plagam, ut quæ numeroſas contineat nationes: Daciam omnem atque Mœſias. Plin. quoq; eos ualidiſſimam gentem uocat: diuiſosq; in Strategeas M. Polybius ſcribit Thracas & Lacedæmonios quanquam ferum genus, filios ſuos muſica erudire ſolitos, uſq; ad annum XXX. ut animi adſueti duro cœlo, & frigoribus rigidi, aliquantulum per eam lenirentur, cultioresq; moribus fierent. Quare ſpectacula chorearum & ludorum quotannis iuuentuti citra laſciuiam præbent. Thraciam omnem in prouincias ſex populo Romano adquiſitas, Feſtus Rufus diuidit. In Thraciam, Hemimontium, Mœſiam inferiorem, Mœſiam ſuperiorem, Sythoniam, Rhodopeam, & Conſtantinopolim: quæ omnia occaſione belli Macedonici Romani domuere. Marcus Didius uagantes Thracas repreſſit: Marcus Liuius Druſus intra ſuos fines continuit: Marcus Minutius Rufus in Hebri fluminis glacie uaſtauit. Per Appium Claudium Proconſulem, hi qui Rhodopen incolebant, uicti ſunt. Rhodopes maritimas urbes Romana claſſis obtinuerat. Marcus Lucullus in Thracia cum Beſſis primus pugnauit, ipſamq; caput gentium Thraciam uicit: Hemimontanos uicinos & Olympiadam, quæ nunc Philippopolis dicitur & Vſchodoniam, quæ Adrianopolis nominatur in ditionem populi Romani redegit: Cabylam cepit, ſupra Pontum poſitas ciuitates occupauit: Apolloniã, Calatiam, Parthenopolim, Tomos, Iſtrum: ad Danubium uſq; perueniẽs, Romana Scythis arma monſtrauit. Hæc Rufus. Sed quam proprie Thraciam uocamus, Plinius hoc modo circumſcribit. Iſter & Mœſia inferior à ſeptentrione: ab ortu Pontus Propontis: à meridie Aegeum mare: ab occaſu Mœſia ſuperior. Oram igitur prius attingam, in qua poſt Neſi fluminis oſtia ſita eſt primũ Abdera, ab Abderito, Erini filio: Democrito ciue clara: altera eſt in Hiſpania Betica. Maronea Ciconum urbs uino laudata, cuius meminit Homerus. Diodorus lib. IX. ait hanc ciuitatẽ à Marone ædificatam, quem Oſyris Aegyptius regem conſtituit, expulſo Lycurgo. Hebri oſtia ex Rhodope fluentis. Iuxta eſt Aenus, Poltiobria uocata Straboni in VII. alia eſt in Theſſalia in Locris Ozolarum. Eſt & inſula adiacens felici Arabiæ, & locus in terra oppoſita Rhodo. Hæc uerò, de qua nũc ſcribimus expugnata fuit, anno MCCCCLXX. à Venetorum claſſe, cui præerat Nicolaus Canalis, tam Turcis quàm noſtris qui aderant ad unum interfectis, & oppido ad poſtremum incenſo. Aphrodiſia ad oſtia Nigri fluminis Ptolemæo. Selymbria item ciuitas. Sequitur deinde Byzantiũ ad os Ponti: ante Ligos Pli. dicta uerò à Byzante filio Certheſſæ Iſidis filiæ uel à Byze præfecto claſſis Megarenſiũ: qui Byzantiũ ex oraculo conſtituere. Hunc uirũ iuſtiſſimum dicũt fuiſſe, eũq; uniuerſæ oræ Thraciæ uſq; ad Aenum imperitaſſe. Vocata eſt etiã à Conſtãtino magno, qui eã primus Ro. principum incoluit, Aethuſa & Conſtantinopolis & noua Roma & Agios. Ante uerò Conſtantinum à Seuero & eius filio Antonio Antonia uocitata. Hæc Euſtathius. Trogus uerò dicit eam Lacedæmonios condidiſſe duce Pauſania. Aelianus de uaria hiſtoria ſcribit, Byzantios ut uino deditos Menandrum poëtam notaſſe dum dicit: Ebrios mercatores, βυζάντιον ὅλην ἔπινε τὴν νύκτα. Et Leonidas dux eorum quum

Olympias
Philippopolis
Vſchodonia, quæ Adrianopolis.
Cabyla
Apollonia
Calatia
Tomi.
Neſi flu. oſtia
Abdera
Maronea
Hebri oſtia
Aenus
Aphrodiſia
Selymbria
Byzantium
Ligos
Aethuſa
Cõſtãtinopolis, Noua Roma Agios Antonia

obſeſſa ciuitate ab hoſtibus quondam uideret murorum cuſtodiam ganeis præuerti: œnopolium apud mœnia conſtituit ut in officio milites contineret, ut idem eſt autor. Hæc tandem & ipſa à Maumethe expugnata an. M. CCCCLIII. Reliquam eius hiſtoriam inter Impera. commemorauimus. Huic proxima Perinthus Plinio, nunc Pera uocata. de qua alibi plura. Apollonia deinde, Anchiala Straboni, ab Apolloniatis condita. Meſembria Magarenſium colonia, quam antea Menebram uocabant ueluti Menopolis, id eſt Menæ ciuitas: eius enim ædificator Menas dicebatur. Bria enim ſermone Thracio ciuitas nominatur: ſic Selyos oppidum Selymbria dicta, quam ſuprà commemoraui. autor idem. Phthinopolis Straboni Ptolemæoq;: promontoria uerò Thinia & Philia. Intus autem ex ordine literarum Aenea urbs. Theon in Lycophronis enarratione: Aeneas enim poſt captum Ilium eam condidit, ubi & patrem tumulauit. Aenia uerò per i, ciuitas eſt Perrhebiæ, & eiuſdem fluuius, Aenius Stephano, Aeſa prope Pallenem. Argillus prope Strimonem; ut Thucydides in VIII. à muribus cognominatus. Argillus enim Thracia linguamus dicitur. Nam in hoc loco mures in mœnium fundamentis inuenti ſunt concertantes, ut Stephanus ait. Aeſyma, de qua Hom. τὸν ῥ' ἐξ αἰσύμηθεν ὀπυιομένη τέκε μήτηρ. Aphite urbs prope Pallenen, quæ Apollinis Manteum habebat. Thucydides in primo Aphitem dixit: dicitur & Aphitia. Abſynthus urbs, & Abſynthis regio, quæ abſynthio abundat: quo, ut ait Theophraſtus, oues paſcuntur in regione Pontica felle carentes. Amphipolim quidam in Thracia ſcribunt, ego autem ex Ptolomæi deſcriptione in Macedonia: Biſtonia urbs. Bizya Thraciæ regia Terei nefando crimine inuiſa hirundinibus ut ait Plin. Cicones gens Thracum, à quibus Vlyxem multa paſſum fuiſſe ſcribit Homerus. hinc Orpheos duos natos tradit antiquitas. Horum ciuitas Maronea eſt. Greſcouia regio prope Macedoniã Thucydidi II. Gerania, ubi Pygmeorum quondam genus à gruibus ſublatum Plin. Flauiopolis ubi antea Zela oppidum fuit, eidem. Olynthus orationibus Demoſth. nobilitata, quas Olynthiacas uocauit. In ea adipiſcenda Athenienſium eius tempore magna contentio, quam eis Philippus abſtulerat. Odones gens Thraciæ ut Dionyſius in Baſſaricis. Μαίδονες ἄγρια φῦλα καὶ ὥδονες ἐγχεσιπάλλοι. Odryſii populi, quorum imperium ab urbe Abderorum ad Pontum uſq; Euxinũ tendebatur. Eis imperauit Sitalces Terei filius, qui in bello cõtra Triballos cecidit: cui ſucceſſit Stenes frat. filius. autor Polyb. Philis Thraciæ regio Herodoto in VII. Eſt & fluuius Bithyniæ. Pallene urbs forma triãgulari prope Meſembriã, dicta prius Phlegra, ubi bellum Giganteum commiſſum. Theogenes in Macedonicis gigantes ait non cum dijs, ſed cum Hercule pugnaſſe. Verum fulgurum & tonitruum modo prælium cõmiſſum. Philippopolis ad Rhodopen montem, quam eandem cum Adrianopoli & Trimontio Ptolomæus ponit. Rufus contra hanc Olympiada. Vſcodoniam uero Adrianopolim nominatam, & utranq; à Marco Lucullo ſubiugatam dicit, uti ſuprà commemoraui. Hæc urbs poſt cædem Deciorum principum patris & filij, unde illi fuerant oriundi, capta eſt à Scythis, intraq; eius mœnia iugulata fuerant hominum centum milia. Potideam Stephanus urbem Thraciæ dicit, alibi uerò in Macedonia, in qua & ego ſuprà poſui, quam Caſſandriam uocatam dicit, niſi forte duæ ſint. Montes uerò nobiles Aenus, & Rhodope. Flumina Neſus, & Athyra: ſed in horum medio notior Hebrus. Nunc ad Cherſonneſum ueniam cuius Iſthmos hodie, ſicut Corinthiacus, Examilium uulgò appellatur. Hunc à Cardia ad Pactyam Milciades, ut teſtatur Herodotus, muro ſepſit. Eſt enim Cardia urbs in ora ab latere occidentis, ædificium Hermocharis, qui dum ſacrificaret, ab auſpicio cordis à coruo rapti & huc delati locum

Perinthus
Apollonia
Anchiala
Meſembria
Thinia, et Philia promont.
Aenea
Aeſa.
Argillus
Aeſyma
Aphite
Abſynthus
Amphipolis
Biſtonia
Bizya
Cicones
Greſcouia
Gerania
Flauiopolis
Olynthus
Odones
Odryſii
Sitalces rex
Sentes rex
Phylis
Pallene, prius Phlegra
Philippopolis
Adrinaopolis
Trimontium
Potidea
Aenus
Rhodope
Neſus
Athyra
Hebrus
Cherſonneſus
Iſtmus thracius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Cardia
Seſtus
Callipolis
Cherſonneſus
oppidum

appellauit, ut Stephanus. Ex latere Boſphori Seſtus, & Callipolis. Cherſonneſi item quatuor principales, Thracia, Taurica, Cimbrica, Aurea, omnes Europææ, præter Auream. Sunt item aliæ quæ ſunt oppida: ut in Creta: in Caria: in hac ipſa de qua loquimur. In Iſthmo Cherſonneſus eſt una è centum ciuitatibus, ut ſcribit Aelianus, cuius incolæ Cherſonneſii dicuntur. Hi ex turrib. geſta Athenienſibus, ſub quib. erant, ſignificabant. autor Steph. Alopeconneſus item urbs hic prope Ptolemæo ponitur. Quam Steph. ait ex oraculo conditam ex catulis uulpium ibi repertis, ut planè nomen indicat.

MACEDONIA.

MACEDONIA omnis in medio duorum marium Ionij ab occaſu, & Aegei ab oriente deſcribitur. ab aquilone Dalmatiæ partem & Meſiam ſuperiorem: à meridie Epiri habens. Diuiſa præterea Plinio in partes duas, quarum alteram prouinciam idem, Strabo autem ſuperiorem & liberam appellat: eam uidelicet, quæ per ſinum Ionico littore protenditur, Illyrico ac Italiæ proxima: Altera uerò ultra Candauiæ montes Macedonicis regibus ſeruiebat, quibus ſublatis uniuerſa in poteſtatem populi Romani peruenit. Quater enim Macedones in bello XX. annorum, ut ſcribit Liuius. uicti fuere. Primo poſt ſecundum bellum Punicum Philippus Demetrij filius à T. Q. Flaminio, qui poſt uictoriam omnes ciuitates Græciæ quæ ſub illo fuerant ſaluas & liberas eſſe iuſsit. Deinde Perſeus à P. Aemilio Paulo, qui LXXII. ciuitates: ut ait Plinius uno die direptas uendidit. Tertio pſeudo Philippus à Q. Cæcilio Metello. Poſtremo pſeudo Perſeus à T. Aemylio. Pars igitur prima gentes habet Albanos, Parthinos, Taulantios, Oreſtas: omnes catalecto & cultu partim Illyrico, partim Græcanico utentes, neutris tamen ſatis intellecti, ac imperio hodie Turcarum ſubiecti ſicuti & cæteri. Hos cum Epirotis Strabo & Plinius confundunt nomine ac rege tantum diuiſos, cæteris ſimiles.

Albani
Taulantii
Oreſtæ

Albani hi ſunt, quorum hodie nomen durat, Ptolemæo tantum ex ueteribus poſiti. Taulantij, ut ait Appianus, à Taulantio Illyri filio, à quo Illyrici dicti. Oreſtæ populi, & Oreſtis regio, ubi Oreſtes imperauit ab inſania liberatus, ob pudorem huc ſecedens, cui filius eiuſdem nominis ſucceſsit, Oreſtasq; populos appellauit. Ipſe uerò pater ab aſpidis morſu petitus ſeceſsit in Arcadiam, ibiq; deceſsit. Hæc Theogenes in Macedonicis. Verum uti ſupra dixi, Albanorum nunc omnes nomine cenſentur, Drino flumine ab Illyricis diuiſi.

Scodra
Delminium
Olchinium
Liſſum
Dyrrhachium

Vbi primum Scodra occurrit, nunc Scutaris, & Delminium nunc Denna: & Olchinium quondam Cochinium, ut ait Plinius nunc Dulchinium: ad Drinonis ripam, qui à Drino flu. & lacu Scodræ profluit. Deinde poſt Drinonem, Liſſum nunc Alexium, quæ omnia inter Illyricos attigimus. Deinde littorales urbes: Dyrrhachium, olim Epidamnum, memorabile fama Cæſaris in eo loco ſuperati. Apollonia quondam inſignis nunc interijt, ubi Octauius adoleſcens cum Cæſar fuit interfectus dabat operam literis, inde accerſitus ad magnum nomen ſuſcipiendum. Huius nominis plures à Steph. commemorantur, in Lybia, in Acarnania, in Creta prope Gnoſum, in Sicilia prope Leontinos, in Phrygia, in Myſia prope Rhindacum fluuium, in Tharſo, in Phocide, quam Hom. Cypariſſum uocat.

Apollonia
Aulona

Aulon Ptolem. nunc Velona, quam falsò quidam Apolloniam putant, quum Apolloniam Plinius VII. mill. à mari diſtare teſtetur. Præterea Corinthiorum eſſe colonia dicitur Aulon & Aulona: ſicuti Caulon & Caulona, Iader, & Iadera. Hanc Pazaites ex Othomannorum familia primus occupauit. Deinde rebellantem Amurathes compeſcuit, Denique Maumethes filius ſuperioribus annis, ut in geſtis eorum alibi mentionem fecimus, per eam in Italiam traiecit, Hydruntumq; cepit.

Amantia

Plures etiam huius nominis Stephanus recenſet, in Arcadia, in Creta, in Arabia. Amantiam idem, & item Plinius ponunt prope Oricum in hac parte quaſi Abantiam, quoniam Abantes populi redeuntes à bello Troiano hic conſtitere. Alios Amantinos quos Tyberius ſuperauit, Ptolemæus inter Pannonios collocat.

Oricon

Deinde Oricum cum portu nobile quondam oppidum, intus uerò Antigonea. Altera item in Macedonia in ſinu Toroneo, ædificata ab Antigono Gonata, tertia in Arcadia quæ prius Mantinea dicta eſt, ut Pauſanias refert, quarta in Bithynia prope Acilium, quinta in Syria prope Antiochiam.

Croia
Troia
Domnenſes
Doberienſes

Oppidum deinde in alto conſpicitur loco, nunc Croiam uocant, quod Troiam fuiſſe putauerim, quam Stephanus in Chaonia ponit huic finitimam loco. Domnenſes etiam hic collocantur, & Doberienſes, quos Dibras noſtra uocat ætas.

Tres familiæ à Turcis expulſæ.
Comneni
Arianites
Caſtriotæ
Io. Caſtriota.
Schenderbech

QVANDO huc uentum eſt, antequam ultra progrediamur, repetenda breuiter huius temporis hiſtoria. Tres præcipue familiæ hæc omnia loca ſimul cum Epiro, de quo poſtea dicam, poſſidebant, quas omnis Romæ uidimus à Turcis expulſas. Conneni è nobili Conſtantinopolitanorum genere loca littoralia tenebant. Dirrhachium, Aulonam, aliaq; complura. Arianites ex ea familia re incolumi ac in pace deceſsit: filij pulſi, è quibus Conſtantinus heroica uir ſpecie ac fortitudine poſt longam in urbe moram ad adminiſtrandam Montisferrati in Subalpina Italia ditionem eſt accerſitus. Altera familia Caſtriotarum eſt, è quibus Ioannes Dibras ſiue Doberienſis Troiam nonnullaq; alia loca interius obtinebat. Quumq; ab Amurathe Turca bello peteretur, tributi conditione liberatur obſide filio Georgio puero nouem annorum dato. Hic igitur & indole, & uirtute creuit heroica, & robore corporis incomparabili: quapropter Amurathes eum in ſuam ſectam aſciuit, uocauitq; Schenderbech, quod lingua Turcarum Alexandrum dominum ſiue magnum ſignificat. Hic plures ei prouincias acquiſiuit; inter quas & Mœſiam adſecutus, Georgio Vncheruch Deſpoto ac Neuomonte eius regionis metropoli expugnato, ubi auri argentiq; fodinæ dicuntur eſſe. Extincto patre ac fratre Caraguſio natu maiore, qui erat obſes apud Adrianopolim, Amurathes ei regnum paternum tradidit. Interea Eugenius IIII. audita fama hunc per nuncios & literas ad noſtros, & fidem priſtinam traducere conatur. Ille confeſtim obtemperat: ac rebellans tot pro religione res geſsit quot antea contra, ac de improuiſo Croiam, Sfetigradum, Steluſium, Modriſiam, & Ternacium, oppida in ea regione occupat. Amurathes contra eum Aſambech fratris eius filium primo, deinde Vranum duces cum copijs mittit. Croiam quatuor iam menſes obſidebant, cum moritur, ac filius Maumethes miſsis totidem ducibus quos Baſſas uocant, fruſtra uires inſtaurat, cum ille ſemper parua manu ingentes hoſtium cateruas funderet, ac fugaret.

Contra Venetos

Sed & uno tempore Venetos quoque bello laceſſebat. Cauſa fuit, quod illi pactam pecuniam maiorib. ſuis ob ablata Albaniæ oppida pendere negabant. Itaque Dyrrhachienſem, deinde Dannienſem, Scodrenſem, & Drinaſtenſem agros latè populatus eſt. Venetorum exercitum ad Drinum fluuium occurrentem fugauit: tandem inter eos conuentum ſequeſtra pace per Antonium Venerium Albaniæ prouiſorem, ut illi Scodra & agro quem ceperat cedenti mille quingentos aureos quotannis tribuerent. Poſt hæc cum Pij II. Pont. nuncijs ſollicitatus auxilio Ferdinandi regis in Italiam traijceret, eum Baroli à Io. Ant. principe

Tarent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Tarentino, Ioanne quoque Renati regis filio Andegauiæ duce, ac Ia. Picinino obſeſſum eueſtigio liberauerit. Romam deinde cum ueniſſet, mox domum remeauit, ubi paruo poſt tempore ueneno abſumptus dicitur. Vir Pyrrhi quidem ſucceßione, aut Alexandri cognomento ſine controuerſia dignus, in tot periculis aut prælijs mirum nullum in corpore uulnus repertum, præterquam humerum effractum. Vxorem filiam Arianitis quem ſupra commemorauimus duxit, quæ adhuc Neapoli uiuit, ex qua filium ſuſcepit, qui poſt mortem patris pulſus & ipſe ab Maumethe peregrinatur.

Deſpot i Epiri

Tertia familia quam diximus expulſam, Deſpotorum Epiri eſt, his finitimi regionibus, quem Artam nunc uocant, de quo inferius latius dicemus. Hi Tocchi appellati, ex agro Beneuentano, ac ut ipſi dictitant ex Totila Gothorum rege genus ducentes, annos prope C C. hæc loca tenuerunt ſimul cum Aetolia & Acarnania, Cephalenia quoque ac toto quondam Pyrrhi & Vlyßis imperio, nominibus tantum Leonardo & Carolo ſibi adſumptis. Hic qui paulo ante Romæ agebat Leonardus, filium & ipſe Carolum reliquit, à Maumethe olim pulſus ad Sixti. IIII. Pont. opem ac miſericordiam confugit. Nunc reliquam Macedoniæ partem proſequimur. Cuius ferè loca omnia interiere, uetera tamen repetam.

Neſus flu.
Edones
Amphipolis.

Ex parte primum orientis, & Aegæi maris poſt Neſi fluminis oſtia, qui Thraciam à Macedonia dirimit, Edones ſunt, qui ſinui nomen dederunt. Amphipolis Athenienſium olim ditionis, quam coloniam duxit Agnon Niciæ filius, expulſis Edonibus, uocauitq; Amphipolim, quum prius Nouenuiæ appellarentur: quod præterfluente utrinq; Strimone cingeretur, ductoq; à flumine ad flumen muro, mare uerſus coloniam collocauit. Hanc urbem Braſides dux Lacedæmoniorum bello Peloponneſiaco occupauit, datoq; negotio Thucydidi Olori filio hiſtorico, qui tunc in proxima regione magiſtratum gerebat uti ſubueniret, ille cum VII. nauibus ſerò iam uenit. Hæc ex libro IIII. Thucydidis. Hanc deinde Philipp. Athenienſibus abſtulit. Steph. Cradenam & Ariadraomum antiquitus uocatam dicit: præterea eſſe aliam Amphipolim in Syria apud Euphratem à Seleuco conditam: quam Turmediam Syri uocant.

Philippi, qui Crenides dein de Neapolis
Arethuſa
Proconneſus.
Athos et Nymphęū promontoria.

Supra uerò aliquantulum apud Strimonem fluuium in eadem regione Edonica Philippi ciuitas prius Crenides, ut Artemidorus in Epit. X. ciuitatum. Καὶ πόλις φιλίππων τὸ παλαιὸν κρηνίδες. Et urbs Philippi antiquitus Crenides. Philippus Macedo nomen mutauit ob merita lati ab ſe auxilij Contra uim Thracum expugnare urbem conantium. Hic Brutus ab Octauio ſuperatus. Auguſtus deinde mutatis colonis, Neapolim eam uocauit. Sequitur ſinus ipſe Edonicus: in quo Arethuſa eſt urbs, alia Syriæ, tertia Eubœæ: fons item in Italia. Proconneſus cum duobus promontorijs: Atho in ſeptentrionem, & Nymphæo in Auſtrum ſpectantibus. Athos enim ciuitatem ſui nominis habet. Coloni Athoitæ dicuntur ab Atho gigante incolente, ut Nicandrus in V. Europæ. Iacit umbram C C C. ſtadiorum, ut ait Steph. Hunc olim fama Xerxem aceto ſparſo complanaſſe, ex quo Iuue. Credimus olim, Velificatus Athos.

Singus
Stratonicea, quæ & Hadrianopolis.
Chalcidica regio
Acanthus

Prope Athon Singus eſt oppidum, quod Singitico ſinui nomen dedit. In quo Stratonicea eſt urbs ab uxore Antiochi, deinde ab Hadriano principe Hadrianopolis appellata, ut Steph. Chalcidicam hic Ptolemæus regionem conſtituit, Stephanus & Chalcidem urbem, eſſeq; alias huic homonymas in Chalcide Eubœæ commemoraui. In eodem ſinu Acanthus urbs ab ſpinæ ſimilitudine, uel ab Acantho homine quodam. Alia in Aegypto eſt: item Emporium in mari rubro. In hac Macedonia cicadæ dicuntur tacere, ex quo prouerbium apud Simonidem in minimum loquentes, ἀκάνθιος τέττιξ.

Ampelos pro.
Torone

Ampelos promontorium Torones: alterum in Samo, in Cyrenaica tertium. Torone urbs iuxta ſequitur, unde ſinui Toroneo nomen, dicta à Torone Neptuni & Phœnicis filia.

Antigonea
Caſandrea
Potidea
Patalia
Therma
Theſſalonica

In hoc ſinu Antigonea eſt ab Antigono Gonota condita. Caſandrea, Potidea, cuius Demoſth. ſæpe in orationibus meminit. Patalia ut Steph. ut Ptolemæus Patalene. Therma urbs, unde ſinus Thermaicus, ubi Theſſalonica, prius Halia nuncupata, Caſandri ædificium, ſub Philippo Amyntæ filio nomen mutauit: uel quod ille in eo loco Theſſalos uicerit: uel ut Lucius Tarræus dixit, qui librum de ea ciuitate compoſuit, ex Theſſalonica filia appellauit, ut placet Straboni, uxore, non filia. Liberæ fuit olim conditionis, ut Plinius. Ira Theodoſij qui XII. mil. ciuium in ea necauit maxime cognita: ſed multo magis epiſt. Pauli. Hæc deinde ceßit in hæreditatem Andronico Manuelis imp. Conſtantinopolitani filio: ſed Ioannis fratris odio, qui patri ſucceſſerat, eam Venetis tradidit. A Venetis uerò Amurathes Turca bello eripuit.

Achedorus
Canaſtrum

Apollonia Achedoro tantum fluuio à Theßalonica diuiſa. Canaſtrum Stephano, ex quo Sophocles Canaſtræum promontorium commemorat. Strabo Calaſtra ſcribit; in ſinu Thermaico. Et hæc quidem in ora, Intus uerò reliqua ex ordine literarum ponam à Stephano ex parte magna mutuatus.

Aeane
Alorus
Aeræ
Aceſe
Aceſamene
Alanta
Almopia

Aeane ab Aeano Elyminthi filio regis Hetruriæ, qui huc adplicans hanc urbem ædificauit. Alorus penultima producta, ad Axij fontes. Aeræ, unde Aeræus, alia in Ionia, tertia apud Helleſpontum, cuius incolæ Aeratæ dicuntur. Aceſe. Aceſamene ab Aceſameno Pieriæ rege, ut tradit Theogenes. Alante, eſt item altera in Arcadia. Theopompus in Philippicis Allantrum dixit. Almopia regia iuxta fontes Erigonis. Lycophron de Aenea loquens. ἐκ δ' ἀλμωπίας παλιμπλανήτην δέξεται τυρσηνία. Dicitur ab Almopo Neptuni & Helles filio.

Alponus
Anthemos
Aedeſſa
Azorus
Aegea
Biſaltæ
Bryges
Berga
Berœa
Calliteræ

Alponus media producta, altera in Locris Epicnemidijs. Anthemus, altera in Syria. Andrea: altera apud Eleam. Aedeſſa inter confluentia Erigonis & Axij, alia in Meſopotamia Azorus penultima producta, Ptolemæo Azorum: Arriano autem Azoricum urbs prope Theſſalonicam. Aegea urbs iuxta montem qui ſupra Pindum eleuatur, olim Melobotera uocata ex ubertate paſtionum. Biſaltæ gens libera Plin. intra Strimonem & Edonicum ſinum. Steph. Biſantem uocat, coloniamq; eam Græcam à Samijs deductam. Bryges Macedonum populi prope Illyricos, quos Macedones Phryges uocant, ut Steph. Berga, quam Beram idem uocat: ad Chabrij fluenta. Berœa ad Citarum montem iuxta Haliacmonem ſita, apud Ptolemæum cognominata à fœmina eiuſdem nominis nepte Macedonis ex Bereto filio. Eſt alia in Syria, unde Baßianus nobilis orator fuit. Steph. Calliteræ Ptolem. inter Biſaltas:

Cydna
Duriopus
Emathia

Cydna Theogeni ponitur Duriopus. Emathia regio in finibus Macedoniæ iuxta Theſſaliam ab Emathione rege, ut Trogus quo nomine Macedonia quondam tota eſt appellata. Eius urbs Europus ad Erigonis ſita fontem. Stephanus ab Europo Macedonis filio dictam ait, eſſeq; aliam in Syria, tertiam in Caria. Elimeam Strabo in octauo libro commemorat.

Europus
Elimea
Eordane
Euporia
Heracleæ

Eordane regio, alia in Iberia, tertia in Thracia. Euporia ab Alexandro ædificata: ex rerum copia nomen auſpicata Emporium. Heracleæ in Macedonia duæ: altera Sintica apud Strimonem fluuium, quæ à nonnullis in Thracia ponitur, altera ad Erigonis fluenta ab Amynta Philippi ædificata, ultima ex XXIII. huius nominis ciuitatibus.

Gaſtronia
Gordynia
Gomphi
Idiomene
Ichnæ
Lete

Gaſtronia regio Theopompo. Gordynia in monte Citaro: alia in Creta Gortynia. Gomphi. Idiomene. Ichnæ Herodoto in VII. Eratoſthenes ſingulari numero protulit, quanquam Philetas eam eſſe aliam ſcribat. Dicitur à Themidis ueſtigijs, quæ Iuppiter adſectatus eſt, ut Stephanus. Lete ad Axij oſtia, à Latonæ templo prope conſtituto, ut Theogenes. Incolas, Letæos appellat Nicarchus Alexandri comes. Mu-

Muſæum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſæum locus circa Olympum, Eretrienſium colonia quam Philippus diruit, ubi & ab Aſtere milite ſagitta petitus alterum amiſit oculum, ut Stephanus.

Olyra, Oſſa
Horma
Homolium
Pella

Olyra, Oſſa ad Athon urbs. Horma ad fontes Erigonis. Homolium. Pella Alexandri patria ad Axij oſtia, paulum à mari recedens, olim Bunomus, & Bunomea uocata. Sunt & aliæ, in Theſſalia, in Achaia, in curua Syria.

Parthenopolis.

Parthenopolis à uirginibus, Cerasti Mygdonis filiabus, ut Theogenes in Macedonicis, quod memorabili caſtitate & uictus abſtinentia fuerint.

Pelagonia
Pieria

Pelagonia regio inter Andariſtum & Erigonem amnem Ptolemæo poſita, Plinio quoque & Straboni commemoratur. Pieria regio inter Pharibum & Haliacmonem Ptolemæo. Hic, ut ait Pauſanias, Pierus regnauit, pater puellarum quæ de cantu cum muſis contenderunt.

Phyſcus
Sintia
Phila

Phyſcus alijs, Ptolemæo Phyſcæ dicitur ciuitas ad fontes Chedori: altera in Caria, tertia Locridis, & in Rhodo palus. Sintia regio & ciuitas prope Thraciam. Phila quam Ptolemæus Philiren, ædificium Demetrij Antigoni Gunatæ filij iuxta Peneum, quam à matris nomine uocauit. Eſt & inſula Aegypti Herodoto in IIII. iuxta magnum fluuium, cui Tritoni nomen, qui oſtia in paludem Tritonidem emittit. Pæones prope Peneum & Peleum in Theſſalia mediterraneos nonnulli ponunt. Herodotus autem in Thracia iuxta Strimonem fluuium collocat, atque per horum fines Axium amnem fluere. Eorum ciuitas Amydon, iam deleta, ubi fontem Dionyſius poëta innuit eſſe: cuius unda lucida ea tellus abluitur: confluitq́; in Axium fluuium, qui pluribus auctus uti torrens fertur.

De pæonibus
Praxilus

Strabo ex Pæonibus dicit Axium & Strimonem fluere, putatosq́; à quibuſdam colonos eſſe Phrygum, ab alijs Archigetas. Pæones uſque ad Pelagoniam & Pieriam extendi dicuntur, ac multa de Macedonia tenuiſſe uſq; ad Propontidem progreßi. Pauſanias Pæonas ad Axium flumen ponit, uocatosq́; dicit à Pæone Endimionis filio. Appianus in Illyrico dicit Pannonios à Græcis Pæonas uocari, eoſdemq́; omnino eſſe populos. Hos Homerus in Catalogo Pyrechmen & Steropæum ait duxiſſe ad Troiam: quorum à Patroclo alter, Steropæus ab Achille poſtea interfectus fuit: & hæc quidem de Pæonibus. Praxilus, & Pydna cuius Demoſth. ſæpe in orationibus meminit.

Sintia regio
Pontus flu.

Sintia regio, & urbs prope Thraciam: apud hanc Ariſtoteles de miraculis ſcribit fluuium nomine Pontum labi, in quo lapides quidam feruntur, qui ardentes contrariam carbonibus retinent naturam: uento extinguuntur, in aqua uero flagrant, tetrumq́; odorem modo bituminis reddunt, ut nulla reptilia prope conſiſtant.

Stimphalia
Scotuſa
Strobis
Montes Candauiæ
Camelæi
Olympus
Flumina
Strimon
Axius
Erigon
Haliacmon

Stimphalia, Scotuſa, ad Strimonem ſita: altera in Theſſalia. Strobis iuxta Erigonem quam Stephanus Strombum uocat, dicitq; Romanorum eſſe coloniam. Montibus Macedonia perpetuis cingitur. Sunt autem Candauiæ Plinio Straboniq; ex occidentis latere, Ptolemæo autem Camelæi appellati. Eſt & Olympus alter. Flumina, Strimon iuxta Thraciam qui in ſinum Edonicum influit: Axius, Erigon, & Haliacmon in Thermaicum exeunt ſinum.

THESSALIA.

THESSALIAM Euſtathius in Homerū ſic fere in uniuerſum deſcribit. Campus eſt maximus ac curuus, undique montibus cinctus: ab oriente Oſſam, & Pelion montes habet: ab occaſu Pindum, à quo Peneus amnis exiens orientem uerſus tendit: ab aquilone Olympum, à meridie uerò Othrin.

Deucalion
Hemon

In hac itaque Deucalion, ut ait Strabo, primus imperauit, qui locum Pyrrheam de uxoris nomine dixit. Hemon uerò Hemoniam. Huius uerò filius Theſſalus Theſſaliam uocauit.

Theſſalus
Phthius
Pelaſgus
Achæus

Succeſſores deinde Phthius Pelaſgus, & Achæus, totidem in ea conſtituere populos. In partes quoque quatuor idem autor diuidit, Phthiotiam uerſus auſtrum, Eſtiotiam uerſus occidentem, Thalaßiotiam ſiue Marinam ac Pelaſgiam.

Montes & amnes

Montes quoque continuos in ea terræmotu quondam diſruptos, fabulæ uerò ab Hercule uolunt. In Theſſalia Plinius XXIIII. nobiliſſimos eſſe amnes tradit. Montes quoque quorum principes Olympus, Pieris, Oſſa: cuius ex aduerſo Pindus, Othrys, Lapytharum ſedes ad occaſum uergentes. Ad ortum uerò Pelius, omnes inter ſe continui, & theatrali modo inflexi, caueatis ante eos LXXV. urbibus.

Flumina

Flumina, Apidanus, Phœnix, Enipheus, pluresq́; alij: ante omnes clarißimus Peneus, oriens iuxta Gomphos interq́; Oſſam & Olympum nemoroſa ualle defluens quingentis ſtadijs, dimidio eius ſpatio nauigabilis.

Tempe

In eo curſu Tempe uocantur, quinque milium paſ. longitudine iugis ſeſe leuiter attollentibus, iuxta quæ labitur Peneus, undis lucidis amœnus, uiridanti riparum gramine, canoro auium concentu. Memorantur & Tempe Teumeſia, quæ ab Ouid. Cygnea dicuntur: ſicuti in Sicilia Heloria etiam Tempe, ex amnis nomine: denique uocabulum hoc Græci ad omnem piſcoſi loci ac uirentis amœnitatem traducunt.

Theſſalorum mores

Sed ad Theſſalos reuertamur. Eos in primis lautos fuiſſe moribus declarat Menander his uerbis: Non Corinthus, non Lais ò Syre, non lautorum manus Theſſalorum. Magna quoque & lauta buccella, ut Pauſanias ait, Theſſalus intermiſſus dicebatur. Theßalæ item alæ, propter ſimiles ueſtes. Et Theſſalicæ bigæ, ut cæteris præſtantiores. Theſſalicum quoque ingenium ob aſtutiam illis innatam. Equitandi deinde palma in bello Theſſalis data, ex quo Centauros prodijſſe poëtæ finxerunt. Theſſalæ denique ſagæ plurimum commemoratæ, quòd hic magnopere magica ueneficiaq́; uiguerint. Nunc urbes attingam.

Argos

Argos in primis nobilis ac uetuſta Thaſſaliæ ciuitas, Lariſſa appellata, inter Pelaſgos ponitur. Decem huius nominis à Stephano deſcribuntur. Primum Peloponneſiacum. Amphilochicum, Deinde hoc Theſſalicum, in Cilicia quod nunc Aegiopolis. In Niſyro una ex Cycladibus: apud Trœzenem. In Macedonia, in Scythia, in Caria, in Phæacia. Incolæ Argei dicuntur & Argiui, ſiouti Achæi & Achiui. Sed & Argolici & Argolæ etiam dicti apud Euripidem.

Argiſſa

Argiſſa prope Peneum condita à filijs Lariſſæ. Deinde Argura uocitata. Eſt item Argura locus in Eubœa. Aeſon urbs ab Iaſonis patre.

Aetices gens
Aemonia regio
Alopa

Aetices gens Theſſala mediterranea ſiue Perrhebiæ. Aemonia regio ac ciuitas, ut Pauſanias, ab Aemone Lycaonis filio. Alopa à filia Cercyonis ſiue Actoris eiuſdem nominis, ſita inter Lariſſam & Echinum. Incolæ Alopenſes: memorantur & aliæ in Attica, in Ponto, unde Pantaſilea fuit. In Eubœa, apud Delphos, apud Locrenſes, & apud Myſiam, de qua dicunt loqui Homerum, ἐλθόντε δ᾽ ἀλόπης, ὅθ᾽ ἀμαζονίδων γένος ἐστίν.

Amyrus

Amyrus iuxta Melibœam, ab uno ex Argonautis appellata, ut alij à filio Neptuni: hanc Suidas in Genealogijs Amyricem uocat.

Antron

Antron urbs. Xenodotus ἀγχίαλον ἀντρῶνα dicit: fertur locus eſſe antris cauerniſq́; frequens, tum optimos ad molas habere lapides, quarum unus aſinus ſubit, qua propter prouerbium ὄνος ἀντρώνιος.

Aperantes
Asbotus
Aſterion

Aperantem urbem Polybius in primo commemorat. Asbotus media producta. Aſterion. Homer. Οἵ τ᾽ ἔχον ἀστέριον, τιτάνοιό τε λευκὰ κάρηνα. quòd in alto ſita monte ueluti aſtrum fulgeat, ut tradit Euſtathius, qui nūc eam Perſiā dicit uocari. Eſt & altera in Syria: & Aſteris inſula in medio Sami & Ithacæ.

Aſteruſia
Atrax
Atracia

Aſteruſia item in Creta. Atrax & Atracia in Pelaſgiotide ab Atrace Peuci filio, incolæ Atraces dicuntur. Lycophron, καὶ δευτέρους ἔπεμψαν ἄτρακας λύκους.

Achne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Achne Achne unde fuit Cleodamas,qui de cura equorum ſcripſit.Eſt
Azorium altera in Bœotia unde Achneus. Azorium in Pelaſgiotide.
Aphete Aphete Magneſiæ urbs in ſinu Pagaſeo, quam commemorat
Apollonius,dicta ut eius enarrator ſcribit,ἀπὸ τῆς ἀφέσεως,
id eſt à dimiſſione, quod ibi Herculem Argonautæ dimiſe-
Amphilacæ. rint. Amphilacæ ædificium Amphilaci unius ex Aeoli filijs.
Amphilaci geus. Hic Iphiclum ſuſcepit, qui Phylacum genuit patrem Pœan-
tis & Iphicli: quorum Pœas Methonem & Philoctetem li-
Aenia beros habuit. Iphiclus uerò Aſtiochen Proteſilaum & Po-
darcem. Hæc Euſtathius in Homerum. Aenia urbs Perrhe-
biæ. Incolæ Aeniades, qui prius iuxta Oſſam, poſtremo
prope Aetolos habitauere, dicti ab Aenio fratre Gunei,
quem Homerus in Catalogo ponit eius gentis ducem ue-
Alos niſſe. Alios Aeniatas Strabo ponit in regione Ponti, quos
tunc Parthios appellari dicit. Alos Achaiæ & Phthiotidis
urbs, ſub Othryos montis finibus, diſtans ab Itone ſtadijs
VI. ædificata ab Athamante, à ſale ibi reperto appellata.
Huius nominis duæ, altera Maliaca ſub Achille, altera ſub
Proteſilao fuerat,pronuntiatur & utroque ſexu.hæc Stepha-
nus. Euſtathius idem ferè ædificatam dicit ab Athamante
dum per inſaniam erraret: nonnulli cum adſpiratione ſcri-
bunt, dicentes à mari etymum trahere: quidam ab ancilla
Athamantis nomine Alos, quæ Inò primum ſemina urere
nuntiauit. Cuius ob merita ciuitas in eius honorem condita.
Erat & altera Alos in eadem Theſſalia, quam Homerus
ſub Proteſilao poſuit. primam uerò ſub Achille, quam Ma-
liacam Halon Strabo uocat, quæ ad Malienſes pertinebat,
Budea qui populi prope ac contra Eubœen & Thermopylas ſiti
ſunt. Hæc Euſtathius. Budea media producta ciuitas Ma-
gneſiæ à Budeo conditore, unde & Budea Minerua in ho-
nore apud Theſſalos, cuius meminit Lycophron,ἡ πολλὰ
δὴ βοῦδειαν αἴθυιαν κόρην ἀρωγὸν ἀνδιάξασα τάῤῥοθον
γάμων. Homerus autem Budeium protulit, ὅς ῥ᾽ ἐν Βου-
δείῳ εὖ ναιομένῳ. Eſt & Budea ciuitas Phrygiæ, & Budei
Bœbeis Medorum, & Budini Scythiæ populi. Bœbeis ſtagnum
Theſſaliæ Straboni prope mare ad Pheras. Bœbe autem
eidem eſt oppidum iuxta Bœbeidem, Homerus, Βοίβην
καὶ Γλαφυρὰς καὶ εὐκτιμένην Ἰαωλκόν. dicit & alibi Bœ-
ben inter ſeptem eſſe ciuitates quas Demetrius Poliorce-
tes deduxit in Demetriadem: uocatam autem Bœben à
Bœbo filio Glaphyri qui Glaphyras oppidum ædificauit.
Cythina Eſt & Cretenſis Bœbe, & in Macedonia item ſtagnum,
hæc Euſtathius. Cythinam urbem ponit Theon enarrator
Lycophronis, unde Cythineus eſt, & Cythinium una ex
tribus Doricis. Corope unde Coropeius: Nicandrus in
Coronea Theriacis. Α᾽ ἰὲν Ἀπόλλων Μαντείας κοροπαῖος ἐθήκατο
καὶ θέμιν ἀνδρῶν. Coronea parum à ſinu Pelaſgico di-
ſtans in Phthiotide ſita. Quinque traduntur. Prima Bœo-
Cranon tiæ. Deinde Meſſeniæ. Tertia hæc eſt. Quarta Cypri eſt:
Corui & apud Ambraciam arx.Cranon in Pelaſgiotide.Hic Calli-
machus, & Theopompus rem miram narrant: Coruos
tantum duos eſſe pro tempore, totidemq; ex ſucceſſione,
Crimene illis deficientibus. Eſt & Cranon alter diſtans à Crotone
ſtadijs C. Straboni. Crimene in Pelaſgiotide, à Pelea Phœ-
nici dono data, cuius incolas Homerus Dolopas uocat,
Cynocephale ſicuti Sintias Lemnenſes & Troianos Ilienſes.Cynocephale
Demetrias regio collis Theſſaliæ. Polybius lib. XIX. ἦν δὲ καὶ χωρίον Θη-
Pagaſe βῶν,ἀφ᾽ οὗ Πίνδαρος Δαϊφάντου παῖς Βοιώτιος, ἐκ κυνο-
Sepie κεφαλῶν μελῶν ποιητής. Demetrias in ſinu Pelaſgico,
Bœbe quam gentem Demetrius Poliorcetes uictor à nomine ſuo
Iolcos appellauit, VIII. in eam colonijs deductis,quæ ſunt Stra-
Rizus boni, Pagaſe, Sepie, Bœbe, Iolcos, Rizus, Hormenium.
Hormenium Olizo, Nelia. Altera Demetrias in Macedonia, tertia
Olizo Perſidis prope Arbelam. Demetria quoque urbs Aeoli-
Nelia Dipnias dis. Dipnias Theſſaliæ uicus circa Lariſſam, ubi dicunt

Apollinem cœnaſſe, cum primum à Tempe purgatus re-
dijt. Hic puerum eò forte uenientem mos eſt cum lauro
in eo loco epulari. Callimachus. Δειπνιὰς ἔνθεν μὶν δε-
δέχαται. Dia urbs Aeaci ædificium. Sunt & aliæ in Dia
Macedonia, in Eubœa, in Peloponneſo, in Luſitania, in
Italia circa Alpes, in Scythia circa Phaſin, in Caria, in
Bithynia. Sunt item quatuor in Aegæo inſulæ, Diæ ap-
pellatæ. Dolopes gens in Theſſalia à Dolope Mercurij fi- Dolopes
lio, qui in Magneſia extinctus eſt, eiuſq; ſepulcrum iuxta
in littore cernebatur, ut Cleon Curieus in primo Argo-
nauticorum, quem Apollonij enarrator allegat. Ipſe etiam
Apollonius meminit.Πειρεσίαι Μαγνησίη θ᾽ ὑπεύδιος ἠπεί-
ροιο,αὐτὴ καὶ τύμβος Δολοπήϊος. Drongillum locus Theſ- Drongillum
ſaliæ, cuius meminit apud Stephanum Theopompus VIII.
Philippicorum. Echinum urbem Ptolemæus in ora Theſ- Echinum
ſaliæ ponit: Sthephanus in Caria, & Echinas in Aeto-
lia. Erethria prope Othrin paulum à mari recedens. Eſt Erethria
& alia in Eubœa. Ethyeſtæ gens ab Ethyeſto, uno è fi- Ethyeſtæ
lijs Neoptolemi, ut Rhianus ſcribit. Elacateum mons:ubi Elacateum
templum Iouis Elacatei. Eurymene, ut Hecatæus in Eu- Eurymene
ropa. Hellas ciuitas in Phthiotide ab Hellene Phthij filio: Hellas
Phthius autem ex Achæo genitus, ut Stheph. placet, ex
quo tota olim Græcia Hellas dicta, autor Thucydides in
procœmio. Homerus item nunquam alio nomine quàm
Hellenas, Danaos, Achæos, aut Myrmidonas, Græcos
uocat: proprieq; partem eam quæ prope Peloponeſum
eſt, Hellada nominat. Poſt Homerum uerò omnes, ut ait
Plin. à Græco rege Græci appellati. Hanc uerò Theſſa-
licon, Homerus Καλλιγύναικα uocat. Strabo ſcribit quod
Pharſali dirutam ciuitatem oſtendunt, quam Hellada di-
cunt fuiſſe. Idem dicit nonnullis putari unam tantum ciui-
tatem, quibuſdam uerò tantum Phthiotida. Helona condita Helona
ab Hercule in monte Centaurorum, deinde Limena co-
gnominata ob nobile in eo loco pratum, Perrhebiæ &
ipſa ciuitas. Gomphi urbs ſub ipſis montibus. Glaphyræ. Glaphyræ
Homerus, βοίβην καὶ γλαφυρὰς, à Glaphyro filio Ma-
gnetis, Stephano: Euſtathio autem à memorabili in ea ci-
uitate ponte. Eſt & uicus Ciliciæ diſtans à Tarſo XXX.
ſtadijs, in quo fons eſt. Gyrton, quem Homerus Gyrto- Gyrton
nam uocat, ſicut Iton & Itona: urbs eſt Perrhebiæ in
Theſſalia à Gyrtone conditore Phlegiæ fratre. Vnde Gyr-
tonios Phlegias primo uocatos eſſe frequens hiſtoria de-
clarat. Gonus urbs Perrhebiæ, à Goneo Cyphi: ut Ho- Gonnus
me. Gonuſa. Ithome media producta urbs Pelaſgiotidis. Gonuſa
Homerus,Οἵ δ᾽ εἶχον Τρίκην, καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν.
Vocatur & Thomæum: locus ſanè aſper & ſalebroſus Ithome
ex argumento nominis per ablationem primæ literæ. θῶ-
μος enim cumulus aut aceruus dicitur. Eſt & altera
Ithoma in Meſſenia Euſtathio, Stephano autem Ithon.
Homero: Ἰθώνά τε μητέρα μήλων, Hic Minerua Itho-
nia celebratur: memorantur & aliæ in Italia, in Epiro,
in Bœotia, in Lydia. Iros urbs. Lycophron. Ἶρόν τε καὶ Iros
Τραχῖνα πετρωμβικήν. Incolæ Irotæ. Iolcos in ora ab Iol- Iolcos
co filio Amyci, à quo & Amycus campus.Hanc olim ampliſ-
ſimam fuiſſe urbem teſtatur Strabo, ſeditione poſtea deletam
in paruoſq; redactam uicos ſtadijs VII. à mari Demetriade
ſitos.Lamia urbs ad Otrys radices, à Lamo Herculis filio:alij
à Lamia muliere, quæ imperauit regioni Trachiniorum,in Lamia
qua Lamiacum bellum dicitur geſtum. Eſt & alia in Ly-
cia.Lariſſa tertia Theſſaliæ ciuitas putatur prope Peneum Lariſſa
ſita, quam Acriſius præterfluit. Eſt alia Pelaſgica in Oſſa
monte, alia Troadis, quam Homerus λαρίσσαν ἐριβώ-
λακα,id eſt,Lariſſam fertilem uocat.In Creta,item & Attica
& Macedonia aliæ ponuntur.Lapithæ populi qui cum Cen- Lapithæ pop.
tauris in Perithoi nuptijs dicuntur dimicaſſe. Eſt & in ea-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Lapithe urbs Lytæ dem Theſſalia ciuitas Lapithe. Lytæ locus prope Tempe, qui
ab aqua ſoluta, & Neptuni inundatione nomen accepit.
Libethris fons Magneſiæ Plinio muſis dicatus. unde Libe-
Melibœa thrides dictæ. Melibœa patria Philoctetis. Melithæa, quam
Melithæa Ptolemæus Melitaram uocat, haud longe à Pelio monte.
Methonæ Methonæ quatuor. Prima Theſſalica. Homerus, Οἳ δ' ἄρα
μηθώνην καὶ θαυμακίην ἐνέμοντο. quam ſub Philoctete po-
ſuit duce. Alia in Macedonia Eretrienſium colonia. Ter-
tia in Thracia, ita uocata à uini ubertate, quod μέθην
ebrietatem dicant, ſicuti & Methymna eiuſdem etymo-
Minyæ pop. Minius rex logiæ. Quarta in Meſſenia Peloponnenſi. Minyæ populi
à Minyo, qui in ea regione imperauit, cuius innumeræ
filiæ magnos Heroas genuere, è quibus Argonautæ pleriq;
fuere, quamobrem Minyæ ſunt appellati, hiſtoriam in his uer
ſibus Apollonius refert.

Τόσσοι ἄρ' Αἰσονίδῃ συμμήστορες ἠγερέθοντο
Τοὺς μὲν ἀριστῆας Μινύας περιναιετάοντες
Κίκλησκον μάλα πάντας, ἐπεὶ Μινύαο θυγατρῶν
Οἱ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι ἀφ' αἵματος εὐχετόωντο
Ἔμμεναι, ὡς δὲ καὶ αὐτὸν Ἰήσονα γείνατο μήτηρ
Ἀλκιμέδη, Κλυμένης Μινυηΐδος ἐκγεγαυῖα.
Tot igitur commilitones Aeſonidæ coacti ſunt.
Hos quidem ſtrenuos Minyas circumhabitantes
Vocabant omnes, quoniam Minyæ filiarum
Plurimi & optimi è ſanguine gloriabantur
Eſſe, ſic & ipſum Iaſona genuit mater
Alcimede, Climenen Minyæ filiam enixa.

Mynia urbs Eſt & Mynia ciuitas eorundem. Item altera Phrygiæ.
Miſgomene urbs Steph. Mopſeum in Pelaſgiotide Straboni
in IX. Mopſopia uerò locus in Attica. Magneſia regio in
littore Pagaſeo, inter Peneum & Pelion. eius loca Plin. plu-
ra commemorat, fontem Libetrum, oppida Ormenium,
Methone Pyrrham, Dorion, Maliam, Methonem. Eſt altera Magne-
ſia apud Meandrum. Hæc à Magne uno Aeolidarum dicta,
ut Euſtathi. Narratur & à Pindaro de Magnete, uiro è nu-
bibus profecto, equis Theſſalicis commixto, unde genus cen-
Malienſes populi taurorum fluxit. Malienſes populi & Malia urbs eorum.
Hinc ſinus Maliacus: dicitur & à Malo Amphitryonis filio,
Maliacus ſin. ut Stephanus. Malea uerò promontoriũ Laconicæ, & Mali
Myrmidonia Indiæ populi, & Malloes locus in Lesbo, ubi tẽplũ Apollinis.
Myrmidonia, cuius coloni ex Aegina uenerunt, quod ſcribit
Strabo. Peleũ interfecto fratre ex Aegina fugientẽ, Phthiã ad
Actorem Myrmidones ſecutos eſſe, atque ibidem ex Poly-
mela Actoris filia, Achillem & Polydorum genuiſſe: ex fa-
bula uerò notum eſt Aecum Pelei patrem populo in Aegina
ob peſtem conſumpto rogaſſe patrem Iouem uti formicæ ho-
mines fierent, inde Myrmidones dicti. Veritas quod cum lo-
cus ille ſterilis fuerit, ac ſaxis exciſis cauernoſus, coloni ſub
terra habitarunt more formicarum, ſpatium frugibus &
& agricolationi relinquere uolentes, parcentes etiam late-
Olizon ribus, ne tellurem abſumerent, Hæc Euſtath. Olizon. Hom.
καὶ πιτύδαν ἔχον καὶ Ὀλιζῶνα τρηχεῖαν. acuitur apud Græcos
ad differentiam alterius huius nominis Barytoni: paruum
Olooſſus ſanè oppidum, ex argumento nominis Olooſſus. Hom. Πό-
λιν τ' Ὀλοοσσόνα λευκήν. urbs eſt Perrhebiæ, Stephano in-
ter Magneſiæ urbes ponitur: ea forte eſt, quæ nunc Elaſſon
Olympus Theſſalicus barbarica uoce dicitur. Olympus Theſſalicus: præter hunc
alij quinque ab autorib. commemorantur, Macedoniæ, My-
Ormenium ſiæ, Ciliciæ, Elidis & Arcadiæ. Ormenium urbs media inter
Pheras & Lariſſam, dicitur ab Orminio patre Amyntoris,
cuius filius Phœnix altor Achillis. Strabo ait, ſuo tempore
Orminium uocari, utrunq; eſſe ſub Pelio monte iuxta ſinum
Pagaſeum, unam è ſeptem colonijs à Demetrio deductis,
Oechalia ac Iaſonis patriam fuiſſe. Oechalia apud Argos Pelaſgi-
cum in Theſſalia. Homerus, οἵ τ' ἔχον Οἰχαλίην πόλιν Εὐ-
ρύτου Οἰχαλιῆος. Idem alterius Oechaliæ meminit ſuperius
in Pylienſium catalogo, recentiores in Eubœa eam con-
ſtituunt. Alia in Meſſenia. Tertia in Trachina. Quarta in
Arcadia. Hanc Theſſalicam ſubiugauit Hercules, Iole ra-
pta regis Euryti filia. Hic Eurytus, ut Theocritus deſcri- Eurytus rex
bit, Herculem ſagittandi artem docuit. Orta, graui tono Iole
pronuntianda ad differentiam Epitheti, apud Græcos urbs Orta
eſt Perrhebiæ, Corſea cognominata, quod modo capitis Corſea Homole
cuiuſdam ſita, tempora proferre uideatur. Homole apud
Pauſaniam Theſſaliæ mons eſt, & locus apud Thebas
Bœotiæ, in quo Iuppiter Homolius colebatur. Oſſa mons Oſſa
præter omnes altiſſimus ſinui proximus Thermaico. Othrin Othrys
Sperchius abluit ſimul & Oetam montes, ubi Herculis fa- Oeta
tum. Pindus Theſſaliam ab Epiro diſterminat. Pelius con-
tra Oſſan erigitur, ex utroque Peneus fluit. Eſt item Pe- Pelius
lius in ea regione ciuitas. Pyrrhea pars Theſſaliæ prius Pyrrhea
uocata. Perrhebi gens à quodam Perrhebo, qui ei regio- Perrhebi gens
ni imperauit: hi, ut ait Strabo, iuxta Olympum habita-
uere, Lapithas qui campeſtria incolebant, & ſub quibus Lapithæ
quandoque fuere formidantes. Phæſtus urbs Ptolemæo in
Pelaſgiotide: altera in Creta, tertia in Peloponneſo. Phe- Pheræ
ræ urbs. Hom. Οἳ δὲ Φερὰς ἐνέμοντο παραὶ Βοιβηΐδα λί-
μνην. Duæ fuerunt, nouæ & ueteres, VII. inter ſe ſta-
dijs diſtantes. Sunt item tres aliæ in Aetolia, & apud
Partichos. Strab. ſcribit Pheras Theſſalicas ad Magneſiam
pertinere, terminumq; Pelaſgorum finium eſſe, eorumq;
nauale Pagaſas uocari. Pagaſæ enim urbs eſt Demetria- Pagaſæ
dis in ora, quæ ſinui Pagaſeo nomen dedit, à multitu- Pagaſeus ſinus
dine fontium ibi ſcaturientium appellata, ut Euſtathius.
Pteleon urbs, ab ulmorum frequentia dicta: alia in Io- Pteleon
nia, tertia in Troade. Pyraſus Phthiæ urbs, quod frugi- Pyraſus
fera ſit, quaſi Pyrophorus. Quapropter Hom. templum Phthia regio & ciuitas
Cereris in eo fuiſſe tradit. Phthia ciuitas & regio. Phthio-
tas in bello Troiano regebat Vlyſſes, Proteſilaus, &
Philoctetes. Pelaſgi, gens diffuſa & erratica, ſicut & Pelaſgi gens
Lelegæ, & Cauciones. Eorum prima regio apud Lariſ-
ſam Theſſaliæ, ſed omnis penè maritima Ionia Pelaſgos
habuere colonos. Eos etiam conſtat ante Lydos in He-
truriam ueniſſe. Sed & teſte Herodoto tempore belli
Perſici, Lemnon & Imbrum ædificauere. Dicti & Ar-
giui quod Argos habitauerint: deinde Danai, ubi Danaus
ex Aegypto aduenit. Phylace urbs. Homerus, οἳ δ' εἶχον Phylace
Φυλάκην καὶ Πύρρασον ἀνθεμόεντα. Pharſalus à Pharſalo Pharſalus
Acriſij filio. Poſidium in ora Ptolemæo, altera in medio Poſidium
Ciliciæ & Syriæ. Spalathre quam Hellanicus apud Ste-
phanum Sparathram uocat, Spalathrum uerò in Illyrico
eſt. Symetha urbs, & Symethus Siciliæ fluuius. Scotuſa locus Scotuſa
Theſſaliæ Pelaſgiæ iuxta Olympum montem. Sperchius Sperchius
amnis à Pindo rectà in ſinum Maliacum fluens. Sperchia
item urbs in eadem ora prope Thebas. Theogonium, Tita- Thegonium
nium Stephanus ciuitatem dicit, Hom. montem: Τιτάνοιό τε Titanium
λευκὰ κάρηνα. Canum habere caput dicit, ut declarat Eu-
ſtathius, quaſi cinereum, quod Titanum cinerem ſeu pulue-
rem in ea regione appellent, in quem redacti ſunt Titani in
eo loco fulminati. Tricca à filia Penei fluminis dicta: prope Tricca
hunc locum templum cernitur Aeſculapij antiquiſſimum, Do
lopibus ac Pindo uicinum. Huius ciuitatis præſul fuit Helio-
dorus, is qui hiſtoriam Aethiopicam ſcripſit: uocari dicunt ho
die Tricala. Thaumacia urbs Magneſiæ. Homerus, Οἳ δὲ Thaumacia
ἄρα Μηθώνην καὶ Θαυμακίην ἐνέμοντο, dicta à Thau-
maco Peantis patre, à quo inſula etiam eiuſdem nominis
eſt, & ciuitas altera iuxta ſinum Maliacum, ubi templum
Thaumãtiæ Dianæ, ut Stephanus. Trichin ſiue Trachin, ciui- Trachim
tatem & hanc Theſſaliæ dicunt ab Hercule ſuprà Oetam
ædificatam, à loci aſperitate: nonnulli eam dicunt, quæ
poſtea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

poſtea Heraclea eſt appellata, Lacedæmoniorum colonia diſtans ab antiqua Trachine ſtadijs v i. prope Thermopylarum anguſtias. Idem. Hypata urbs ad fontes Penei. Hyperea fons in media Pherenſium ciuitate ab Hyperito filio Lycaonis. Eſt & in Sicilia urbs. Hypereſia uerò ciuitas Achaiæ, ut idem. Strabo duos ponit fontes Meſcida, & Hyperiam prope ciuitatem Hellada.

Hypata
Hyperea

EPYRVS.

EPIROTARVM regionem, uti Trogus libro x v i. ſcribit, Moloßi primum habitauere. Troianis uerò temporibus rexit Vliſſes, ut apud Homerum deprehenditur. Poſt quem res ad Aeacidas peruenit, ſub quibus longe propagatum imperium. Nam primus ex ea gente Pyrrhus Achillis filius, per diſceſſum ad Troiam amiſſo paterno regno, in his locis concedit, à quo Moloßi Pyrrhidæ deinde Epirotæ dicti ſunt. Hic demum Andromache captiua, quæ ſibi obtigerat, Heleno Priami filio ceßit, ob uaticinandi artem, Chaoniæ inſuper regno tradito. Ipſe uerò Delphis perijt inter altaria dei, inſidijs Agamennonis cæſus. Succeßit ei Pilades, deinde longo ordine Thyrba, cuius natus Neoptolemus pater fuit Olympiadis parentis Alexandri illius, qui in Italia à Samnitibus apud amnem Acherontem uictus occubuit, oraculo deceptus ambiguo. Poſt hunc frater Aeacidas regnum obtinuit. Ex quo Pyrrhus genitus, qui auxilio Tarentinorum contra Ro. uenit: ultimus ferè qui ex Aeacidarum genere nomen habebat inclytum. Deinde locus is ad Romanos, poſtremo ad Conſtantinopolitanos peruenit Imp. & eorum conceßione ad Deſpotos, quorum mentionem in Macedonia feci, genusq́; enarraui. Situs Epiri Ptolemæo: ab arcto, Macedoniam: ab ortu, Achaiam: ab occidente, littus Ionij maris: à meridie, Adriaticum adtingit. Gentes in eo Chaones, Theſproti, Tymphæi, Tarauli, Amynei, Acarnanes, Caſiopi, Moloßi, compluresq́; aliæ de quibus mox uidebimus. Ambracia Theſprotiæ urbs ab Ambracia Theſproti filio, prius Eponia & Paralia dicta, ſinum efficit Ambracienſem, cum natura, tum arte munitum, ut refert Polyb. duplici muro extructo: ita undique paludib. clauſus, ut unum duntaxat aditum eumq́; anguſtißimum habeat, nobilitatus ciue quondam Cleobulo, qui perlecto Phædone de immortalitate animi ſeſe præcipitem dedit. Amyctæ gens Theſprotica: ut Ariſtot. in repub. Epirotarum ſcribit. Argyrini Epirotica gens. Lycophron. ὲις ἀργυρινὸς κὰι κὸραιωίων νάπας. Argyra quoque metropolis in India. & Argyripa ciuitas Apuliæ. Authoriatæ populi Theſprotici Plin. Acarnanes, Curetes, & Abantes, ijdem ferè ſunt. Nam hi Eubœam quam Abantidem appellatam fuiſſe poſtea dicemus, incoluiſſe traduntur, bellumq́; continenter de Lilanteo campo cum uicinis gerentes: tandem ab hoſtib. in pugna crinibus anterioribus appetitos, ac deuictos, ſinciput poſtea raſiſſe relictis tantum occipitio capillis: unde Curetes dicti ἀπὸ τῆς κȣρᾶς. Quapropter Hom. Abantes poſt terga comantes, dixit. Hos poſtea migrantes in Aetoliam atque Epirum uocatos eſſe Acarnanas, quaſi minime raſos, quod detonſos crines ſuccreſcere permiſerint: hæc ferè Strabo. Amymnæi gens Epirotica ut Arrianus. Amphilochi gens Epirotica. Thucyd. ipſum ſcribit Amphilochum poſt eius à bello Troiano reditum, cum Argiuis inuiſus eſſet, in Arcananiam ſeceßiſſe, & accepto à fratre Alcmeone regno oppidum in ſui nominis memoriam Argos Amphilochicum condidiſſe. Actium ciuitas Acarnaniæ, in latere ſinus Ambraciēſis, Auguſti colonia, ipſius uictoria inſignis. Hic Apollo colebatur Actius,

Pyrrhus
Moloßi
Pyrrhidæ
Epirotæ
Helenus
Pilades
Thyrba
Neotolemus
Olympias
Aeacidas
Pyrrhus
Situs Epiri
Ambracia
Cleobulus
Amyctæ
Argyrini
Authoriatæ populi
Acarnanes
Curetes & Abãtes iidem.
Amymnæi
Actium
Actius Apol.

in cuius honorem Trieteria fiebant, Gymnicum certamen. Alyciona uicus Acarnaniæ, ut Strabo. Anactorea: neutri generis, Corinth. colonia Sthephano, Thucydidi autē in i i i i. lib. Anactorius dicitur. Metapa Acarnaniæ. Polyb. in v. unde Metapæus. Alyzea eiuſdem eſt regionis. Aegilips proxima Crocyleæ in Epiro, ut Homerus. Bunema media producta, Epiri urbs, ab Vlyſſe cognominata, ex boue prius immolato: cum huiuſmodi uaticinium accepiſſet. ἐλθεῖν πρὸς ἄνδρας οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν, id eſt, proficiſci ad uiros qui non norunt mare. Bryſinium Theſprotiæ. Calathi uicini Theſſaliæ. Steph. Buthrotus inſula & ciuitas inter Cercyrā et Epirū quæ ſinui nomē dedit: eius etymū Stephanus huiuſmodi adfert. Heleno Troiano, qui in eam regionem poſt bellum adnauigauit in littore ſacrificanti bouem, uictimam aufugiſſe ex mari in continentem, ex quo auſpicio, loco nomen eſt inditum. Cammania Theſprotiæ pars, dominata quondam, ab Heleni priamidæ filio Ceſtrino, qui eam Ceſtrinam appellauit: abluitur ab amne Cadmo, ut Steph. Chaonia regio, unde Chaones & Chaonij dicti. Caßiopea regio media producta, Herod. Caſopum dixit, ſcribitur etiā duplici ſſ. Chauni Theſprotica natio. Rhianus in Theſſalicis. Κιϛρηνοί χαιῶοί τὲ ϗ ἀυχήεντες ἐλινοὶ. Chytum Epiri uicus. Euphorion in x i x. commentariorum, è Clazomenis ueniſſe colonos ad habitandum Chytam in Epiro. Dexamenæ pars Ambraciæ, à Dexameno Meſoli & Ambraciæ è Phorbante genitæ filio, unde Dexamenæus, ut Ariſt. in rep. Ambraciotarum. Dexari gens Chaonum Stephano. Dodona Moloſſorum ciuitas, ubi oraculum & officina æris, quod cum magnopere reſonet, ac ſentiatur, in loquaces erat prouerbiū χαλκεῖον δωδωναῖον: ut Step. De oraculo autem Dodonæo apud Herod. in hanc ſententiam ſcribitur. Aegyptij ſacerdotes dicunt è Thebis Aegyptijs columbas nigras uolitaſſe, unam in Moloßis in fago conſtitiſſe, uoceq́; humana monuiſſe, hic habendum Iouis oraculum. Alteram idem in Libya feciſſe: ubi Ammonis oraculum. Ego uerò, inquit, putauerim has duas fuiſſe puellas, uocatasq́; columbas ob barbariem, lingua locutas humana: ac depoſita Barbarie, ita demum eleganter reſpondere cœpiſſe. Helenia regio ab Heleno, quem ſuprà diximus in hac regnaſſe. Ephyra Theſprotica, quæ poſtea dicta eſt Corcyra, urbs eſt mediterranea ab Ephyro filio Amaraci Theſproti filij. Theſprotus uerò natus Pelaſgo eſt, qui Lycaone ſatus Gegenea ſuſcepit Arcadis patrem. Ex hac igitur Ephyra Aſtiochea mater fuit Tlepolemi. quem Hom. dicit Rhodios ad Troiam duxiſſe. Hanc Aſtiocheam raptam dicit apud flumina Selleentis: ex quo hanc Ephiram Theſproticam intelligunt dicentes flumina Selleentis apud hanc eſſe. Aliæ ſunt etiam Ephyræ apud Corinthum, & ipſa Corinthus, de qua Homerum locutum eſſe in catalago putant: alia Theſſalia Cranis dicta. alia in Arcadia. & uicus in Aetolia: hæc ferè Euſtathius. Aelianus de uaria hiſtoria tradit: in hac Ephyra primum regnaſſe Periandrum, deinde Bacchæum patrē triū filiarū & ſeptem filiorum, qui ſimul cum nepotibus Bacchidæ appellati ſunt. Mardones Epiroticū genus. Eupolis Πόλεσι, ϗ χαόνων κὰι Παιόνων ϗ Μαρδόνων. Mylaces Theſprotiæ populi. Lycophrō. Κράθης δὲ γείτων, ἠδὲ Μυλάκων ὄρος. Nicopolis, in ſitu Ambracienſi ab Auguſto poſt uictoriā cōdita. Alia ī Thracia, alia in Cilicia: in Pōto. Oreſtas Moloßicum genus Strabo facit: ego ſuprà in Macedonia ſecundum Ptolemæi deſcriptionem poſui. Onchesimus & Panormus: duo portus poſt Acroceraunia Straboni & Ptolemæo, Poßidiū urbs. Tripolites Straboni, Stephano autē Tripolißi ex autoritate Rhiani. Tymphæi gēs & mōs Straboni. Montes Epiri. Acroceraunia quæ in ſinū Ionicū prominent.

Mirum

Anactorea
Metapa
Alyzea
Aegilips
Bunema
Bryſinium
Calathi
Buthrotus
Cammania
Chaonia
Caſsiopea
Chauni
Chytum
Dexamenæ
Dexari
Dodona
Oraculum.
Columbæ geminæ
Helenia reg.
Ephyra Theſprotica
Aſtiochea rapta
Selleentes
Periander
Bacchæus. unde Bachidæ.
Mardones
Mylaces
Nicopolis
Oreſtæ
Onchesimus & Panormus portus.
Poſidium.
Tripolites
Tymphæi mōtes Epiri.
Acroceraunia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Caſope promontorium. Leucas Achelous Thoas Thyamis Acheron Arachthus Sirenes Aetolia Calydonia Calydon Olenus Aracyntus Naupactum Pleuron Pylene Molycria Bonni colles Achates Panetonius Medimnus Euenus Locrenſes Ozolæ Epicnemidii Epizephirii Amphiſſa Augeæ Beſſa

Mirum quod de his Dionyſius poëta ſcribit: duas eſſe petras, quæ turbatione futuri alicuius belli, aut tumultus mutuo concurrunt modo Symplegadum. Promontoriū Caſope: quod, ut ait Strabo, Phalacrum uocant. Leucas clarum fama belli Actiaci. Amnes nobiles quatuor, Thyamis, qui & promon. Acheron, Arachtus, & Achelous Epiri finis, qui Acarnaniam ab Aetolis diuidit, Thoas prius uocatus à celeritate: nomen ſub Acheloo rege mutauit qui cum Alcmeone è Theſſalia profectus apud eum conſedit. Victus in paleſtra fertur ab Hercule altero adempto cornu, quod flexuoſos fluminis ſinus, agros circa uactantes, recto curſu compeſcuerit. Sirenas hic Homerus ponit, dulci nautas cantu decipientes: quod loca ſint quædam ac diuerſoria ad quæ applicantes ob elegantiam uoluptatemq́; fœminarum: facultates abſumunt: ac reditus obliuiſcuntur. AETOLI *ab Aetolo Endymionis filio dicti, qui è Piſa profugus in his conſedit: de quo inferius in Corintho mentionem faciam, quidam ex eo dictos putant: quod funditores maximi ſint & longè iaculentur. Fertur enim Pyræchmes antiquus Aetolus Degmenum Epeum ſingulari certamine ſuperaſſe, ut Euſtathius. Polybio quoque teſte Aetoli ferox hominum genus more ferarum degentes, nullo amicitiæ, aut fœderum iure tenentur. Hi tamen quamdiu Antigonus uixit, cuius iamdudum pacem cum Græcis ægrè ferebant, quieuerunt. Poſt eius mortem, quum Philippus in regno ſucceßiſſet ætate puerili ſpreta belli occaſionem cum Peloponnenſibus quærere cœperunt, à M. Attilio Glabrione, ut Liuius de bello Maced. teſtatur ſubiugati fuere: cauſa, quod ab amicitia pop. Rom. deficientes ſocietatem cum Antiocho iunxere, qui Græcis bellum intulit, quiq́; compluribus urbibus captis ad extremum apud Thermopylas uictus, ac Græcia omni expulſus fuit. diuiſa eſt autem omnis Aetolia Straboni in Calidoniam ab Oeneo regnatam, & Pleuroniam. In ora igitur prima Calydon urbs à Calydone Endymionis uel Aetoli filio. Hic aper ira Dianæ in ſacrificio præteritæ immiſſus Herculeus labor. Olenus, de quo Strabo ſic ait, Aetoli Olenum deleuere prope Pleuronem ſub Aracyntho: ut ne ueſtigia quidem appareant. Eſt & Achaicus Olenus. Aracynthus urbs, & mons Bœotiæ. Naupactum à naufragio dictum Heraclidarum Straboni: nunc Lepantum uocatum, à Turcis Anno* M. CCCCXCVIII. *ex imperio Venetorum captum. Pleurona domicilium Curetum dicunt fuiſſe: nam & Pleuronij Curetes dicti à Curio monte illis imminente, ut Euſtathius. Pylene quam Pleurona nouam dicunt: nam & uetus reperitur Pleuron, ambæ in Aetolia ciuitates: ut idem. Molicria urbs Straboni. Thucyd. autem Molycreon. Bonni colles in Aetolia, accolæ Bonnenſes Thucydidi in* III. *Montes in Aetolia Plinio. Medimnus, Achates, Panctonius. Fluuius autem Euenus Ptolemæo, qui Aetoliam à Locris diſcriminat.* LOCRENSIVM OMNIS *regio quæ Locris dicta eſt in duas Straboni diuiditur partes: altera in occidentem ſpectans, quæ Parnaſo occubat monti, pertinetq́; ad ſinum Criſſæum, Phocidi confinis, ubi Locrenſes habitant, qui Heſperij & Ozolæ dicti ſunt* ἀπὸ τ῀ ὄζης: *quoniam paſtores quum ſint, hircinis pellibus olidis amiciebantur, quorum coloni poſtea in Italiam adnauigarunt. Pauſanias uero huius cognominis alias adſignat cauſas. Altera pars in orientem ſpectans ad mare deſinit Aegeum: atque hi rurſus in duas diuiſi partes: hi quidem Opuntij à metropoli dicti, ubi Opoes regnauit: alteri uerò Epicnedij, quod Cnemidi ſubiaceant monti Malienſibus confines. Amphiſſa & Emphiſſa dicitur urbs Locrenſium, Ozolarum montibus occubans. Eſt & minoris Armeniæ regio Amphiſena. Augeæ urbs Locrenſium. Homerus* καὶ αὐγείας ἐρατῆς: *altera in Laconia. Beſſa campus nemoroſus, ex argumento nominis, &*

Nape Cynos Opus met. Phyſcum Daphnus Scarpha Tarpha Thronium Boagrius Bellū Amphictyonicū cum Thebanis. Phocenſes Aſplendon Amphryſa Anemorea Criſſa Cirrha Anticyra Anticyra Malieſiū in Theſſalia. Cypariſſus Dryopes Daulis Tereí regnū ubi hirſcima non parit.

Nape collis quod ſit arboribus cinctus: utriuſque autor Strabo. Calliarus. Cynos à Cyno Locrenſi Opuntis filio ciuitas eſt, & promontorium iuxta Opuntem diſtans à Cnemide monte ſtadijs L. *Opuntem autem ipſam metropolim conſtat eſſe ſtadijs quindecim à mari recedentem: ut idem. Phyſcum Stephanus & Euſtathius inter Locrenſes commemorant. Strabo & Daphnuntem, & Scarpham prope Thermopylas nunc Pharigem ait uocatam in alto ſitam monte cum templo Pharigeæ Iunonis. Tharpha ex argumento nominis locus nemoroſus crebraq́; materia. Thronium urbs in mediterranea inter Cnemidios. quam Boagrius, quem Manem uocant, torrens præterfluit ut Strabo: & item Homerus de tribus his,*

Τάρφην τε Θρόνιόν τε βοαγρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

PHOCENSES *Pauſan. non à Phoco Aeaci filio, ſed Ornythionis uiro Corinthio, qui huic regioni imperauit, cognominatos dicit. inter Bœotios & Locrenſes conſtituti, ex magna parte ſinum Corinthiacum tenent. Lata gens, ut qui colonias diuerſas uel in Galliam Maßiliam deduxerunt, Athenienſibus in omni ſemper fortuna fidißimi. Cum Thebanis decem annis pro templo Delphico bellum geſſere quod ſacrum appellant: ſiue Amphictyonicum ab Amphictyone Deucalionis filio. Is primum inſtituit ut uicini populi Delphis ad ſacrum concilium conuenirent, conuenienteſq́; Amphictyones uocati ſunt. Phocenſes igitur cum ob diſcórdiam à Thebanis eò uenire prohiberentur, bello exorto multorum annorum inferiores fuere. Verum poſt decennium ob merita defenſæ Græciæ contra Brennum Gallorum ducem priſtinæ dignitati ſunt reſtituti. Aduerſum in eo bello Philip. Macedonem ſemper habuere, qui plures eorum ciuitates ferro flammaq́; diruit, Lilæam, Hyampolim, Anticyram, Parepotamios, Daulida, & Panopeas. Nec pauciores urbes Xerxes ex eis incendit: uidelicet Erochium, Charadram, Amphicleam, Neonas, Tethronium, & Drymeam. Longo tandem poſt tempore reſipiſcere cœperunt, omniaq́; reſtituerunt, ac Gallos eò aduenientes magna ui repulerunt: hæc Pauſanias. Nunc loca excurram. Aſplendon ab eodem poſita urbs lib.* VIII. *hanc Euſtathius uocatam Apricam dicit quod hybernatione locus amœnus: tum ad differentiam alterius cuius meminit Homer. in Bœotiorum catalogo. Amphryſa unde Amphryſus eſt & Magneſiæ fluuius. Anemorea quæ nunc Anemolea uocatur. Homerus* οἵ τ' ἀνεμώρειαν καὶ ὑάμπολιν ἀμφενέμοντο. *A uento nomen auſpcatur: quo agitatur in altißimo ſita loco, uicinitateq́; Parnaßi montis magnopere uexata. ut ait Strabo. Criſſa urbs, quam diuinam Homerus appellat ob ſacrum Cereris in ea, uel Apollinis templum, ut ait Euſtathius. Strabo uerò tris urbes uicinas in ora Phocidis ponit, Criſſam, Cirrham & Anticyram. Pauſanias Cirrham ait eſſe nauale Delphicorum, diſtans à Delphis* LX. *ſtadijs: uocariq́; ab Homero Criſſam, ubi colebatur Apollo Criſſeus: meminit in Iliade & hymno Apollinis. Alteram Anticyram Stephanus apud Malienſes in Theſſalia ponit. Hic helleborum aptum inſaniæ naſcitur. Cypariſſus ciuitas in Parnaſo iuxta Delphos. Homerus.* οἳ Κυπάρισσον ἔχον Πυθῶνά τε πετρήεσσαν *à frequentia eius arboris dicta. Pauſ. ait, hanc poſtea uocatam Anticyram ab Anticyro Heroe qui Herculis tempore fuit. Eſt & Cypariſſus Triphiliæ, & Cypariſſus Meſſeniæ ciuitas. Dryopes à Dryope Lycaonis filio, gens uetuſta, prope Parnaſum ſiti, olim debellati ab Hercule ac traducti in peloponeſum: ut ait enarrator Apollonij poëtæ. Sūt et alij in Ilyrico Dryopes. Daulis oppidulū in mediterranea poſt Delphos, ubi Tereum Thracem dicūt regnaſſe. Ibiq́; de Philomena &*

Progne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Progne fabulam confictam fuiſſe, ut ait Strabo. Quapropter
Drymici Pauſan. ſcribit Daulide luſciniam non parere. Homerus,
δαυλίδα κὴ πανοπῆα. Drymici, ubi Cereri nobile tem-
Delphi plum. Pauſanias in i x. Δήμητρος δὲ θεσμοφόρου δρυ-
μίοις ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον. Delphi apud Parnaſum ubi cele-
bre Apollinis templum, & aditum quinque tantum lapi-
dibus constructum eſſe conſtat, opus Agamedis & Tro-
phonij: nominis etymum hinc uenit, quod eò Phœbus Del-
phino ſimilis adnauigauerit: templum Galli Senones cum
Pytho diripuiſſent tempeſtate cœli occubuerunt. Hanc urbem Ho-
merus Pytho appellat, Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ. & petroſam in
catalogo dicit: quod Parnaſo occubet monti aſperrimo. Py-
thon enim uocatam ob interfectum ab Apolline Pythonẽ: uel
ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι τὰ μέλλοντα, id eſt, futura ſciſcitari pro-
pter oraculum: unde & Pythius Apollo, & Pythia feſta,
Elatea & propheta eius templi Pythias, πυθιάζειν idem quod re-
ſponſa dare. Elatea maxima Phocidis urbs ponitur Strabo-
Lilæa ni: eſt & alia Theſſaliæ, tertia Theſprotiæ, quam & Ela-
tream uocant & Elatrienſes. Lilææ, Lycophron. παγὰν λί-
Onchoæ λαιαν κἀνεμωρείας πέδον. Ex hac ut ait Strabo Cephiſus
Medeon amnis oritur. Onchoæ urbs: Onceum uerò locus Arcadiæ,
Panope & Onceæ Thebarum ciuitas. Medeon urbs, tres huius
nominis, Phocenſis, Bœotica, & Epirotica. Panope urbs.
incolæ Panopenſes. Strabo eos eſſe adfirmat, qui tunc Pha-
notenſes dicebantur, patria fuit Epei equi Troiani condito-
ris. Hinc etiam commemoraui ortam de Titio & Latona
Hyampolis fabulam. Hyampolis ab Hyantibus Bœotiæ populis origi-
nem duxiſſe fertur. Nec ſatis exploratum antiquis, an ſit
Parnaſus quæ Anemoreæ quam ſuprà memoraui, continuet, ut ait
Stephanus. Parnaſus ut idem ſcribit autor, Larnaſus prius
dictus eſt, quod Deucalionis larnax, id eſt, arca eò delata in
diluuio fuerit. Polyhiſtor uerò apud eundem ubi de oracu-
lo Delphico tractat, ait Parnaſum quendam primum in eo
loco uaticinatum fuiſſe. Hunc & bicipitem & ſacrum muſis
dicunt, quod Delphica urbs apud eum ſita ſit. Mons enim
Cephiſus perpetuus, Atticam uerſus protenditur: ubi Cythæron ap-
pellatur. Cephiſus amnis inter Oetam Callidromumq́; mon-
tes oriens, interq́; Othryn ac Parnaſum tanquam utrin-
Aſopus que muros delapſus recta in occaſum ad Platæas ten-
Iſmenus dit. Inde ſciſſus amiſſo nomine fluminibus Iſmeno & Aſo-
po in mare egreditur Euboicum. Quare à Strabone ſe-
Cephiſi ptem Cephiſi nominantur, & Atticus & Argiuus, Sy-
cionius, & Bœotiæ ſtagnum Cephiſium: iuxta uerò acolæ
Circũcephiſii Circumcephiſij.
Bœotia

BOEOTIA SOLA ex omni Græcia tria reſpicit
maria, Poloponneſiacum, Siculum & Adriaticũ, totidemq́; in
partibus colonos habet. Res ex Pauſania ſic ſe habent. Bœo-
tius Itoni ex Amphictyone geniti filius regionem primum
de ſe appellauit. Poſt quem Cadmus è Phœnicia Cadmeam
ciuitatem in Bœotia conſtruxit, quo abeunte ad Illiricos, filius
eius Polydorus regno ſucceſsit: quo tempore Pentheus Echio
nis filius inter Bœotios potentia & autoritate apud regem
pollebat, uir alioqui crudelis & impius, ut qui ſacra Diony-
ſij dicitur ſpreuiſſe. Polydoro duo ex ordine filij ſucceſſere,
Labdacus & Laius ſub Lyci tutela relicti. Quo tempore
Amphion & Zetus cum exercitu uenientes Thebas prope
Cadmeam ædificarunt, ut Homerus etiam meminit. Οἳ πρῶ-
τοι Θήβας ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο. De lyra nullam
mentionem facit: nam fabula eſt ex muſica muros ædifica-
Laius tos, quod alter nobilis eſſet muſicus. His poſtea infeliciter ac
ſine liberis decedentibus, regnum à Laium peruenit, cuius
hiſtoriam ex Diodori lib. v. breuiter enarrabo. Is quum ex
uxore Iocaſta, Creontis regis filia poſt longam ſterilitatem
filium ſuſcepiſſet, ex oraculo reſponſum tulit, eum exitialem
domui futurum, quare infantem iuſsit traiectis ferro pedibus
exponi: unde Oedibus appellatus. Miniſtri uerò minimè ob- Oedipus
temperantes cuidam ſeruæ mulieri nomine Polichæ nutrien-
dum tradidere. Quum iam uir factus deum qui eſſent paren
tes ſui conſulere ſtatuit. Pater item Laius de eodem Apolli- Laii cædes
nem conſulturus, iter ingreſſus: quum ambo apud Phocidem
inuicem obuiam facti congrederentur, Laius quod illum de
uia anguſtiore decedere mandaſſet, ab Oedipo filio neſcio in-
terficitur. Eo tempore tradunt Sphingem belluam biformem
ueniſſe Thebas, propoſuiſſeq́; ænigma: quod qui non ſolueret
periret. Ex quo plures ob rem dubiã perierunt: ſoluenti præ-
mium Iocaſtæ connubium & Thebarum regnum propoſi-
tum erat: uerum nullus præter Oedipum id ſoluere ualuit. Id
erat huiuſmodi. Quod animal bipes idem tripes ac quadru-
pes foret. Solus Oedipus ait, id eſſe hominem, qui infans qua-
tuor iret pedibus, auctus ætate duobus, iam ſenior factus tri-
bus: nam baculo tãquam tertio pede ſuſtentaretur. Sphinx ſuo
iudicio uicta, ſeſe è loco celſo præcipitem dedit. Oedibus ex
pacto præmio matrem ignotam in matrimonium accepit, &
hos ex ea genuit liberos, Eteoclem, Polynicem, & Iſmenem.
Hi quum ad ætatem perueniſſent, domeſtica impietate cogni-
ta, Oedipum coegerunt ob dedecus non egredi domum. Ipſi
ſumpto regno fœdere inuicem ſanxerunt, ut ſinguli alternis
annis imperarent, Primusq́; imperij annus Eteocli cederet
maximo natu. Is exacto anno petenti ex fœdere renuit fra-
tri regnum tradere. Quamobrem Argos ad Adraſtum re- Adraſtus
gem confugit. Hoc tempore Tydeus Oenei filius, quum apud Tydeus
Calidonem Alcatum & Lycotheum nepotes occidiſſet: ex
Aetolia aufugit Argos. His Adraſtus benigne exceptis, quo-
dam reſponſo permotus, ſe aprum & leonem generos habi-
turum, quod Tydeus apri Calidonij pelle, alter leonina ſuc-
cincti fuerant, Polynici Argiam, alteri uerò Deiphilen filias
locauit. Quum à rege probarentur, magnaq́; uirtutis expe-
ctatio uideretur, ambos in patriam ſe pollicitus reducturum.
Verum quum cenſeretur primum debere Polynicen reſtitui,
ferunt regem Thebas deſtinaſſe Tydeum, eumq́; L. uiros ab
Eteocle in inſidijs poſitos occidiſſe, Argosq́; præter opinio-
nem rediſſe incolumen. Hæc Adraſtum impulerunt, ut quæ
ad bellum ſpectabant pararet. Adſciuit autem ad belli ſocie-
tatem Capaneum, Hippomedontem, Parthenopeum. Suade-
bant amici Polynicis, ut ad bellum Amphiaraus uates duce- Amphiaraus
retur. At is quum præuideret ſe in eo periturum, idq́; pro-
pterea recuſaret, ferunt Polynicem aureum torquem, quem
Hermionæ Venus dederat, Amphiarai uxori Eriphylæ, ut
belli ſocietatem uiro perſuaderet donaſſe: eo tempore Am-
phiaraum Adraſtumq́; de regno diſsidentes, ad Eriphylen ſo
rorem omne litis iudicium retuliſſe. Illa pro Amphiarao ſen-
tentiam tulit, adijciens ut belli Thebis inferendi ſocius adiu-
torq́; eſſet. Amphiaraus exiſtimans ſe ab uxore proditum, ad
bellum ſpopondit ſe iterum, ſed Alcmeoni filio imperauit, ut
poſt obitum ſuum Eriphilen perimeret, quod patris manda- Eriphyles cædes
tũ poſtea exequutus, facti conſcientia in inſaniam uenit. Adra
ſtus igitur Tydeus, ac Polynices ad bellum ituri, quatuor ele-
gerunt duces, Amphiaraum, Capaneum, Hippomedontem, &
Parthenopeum, qui omnes magno exercitu aduerſus Thebas
profecti ſunt. Eteocles & Polynices mutuis uulneribus cõfoſsi
conciderunt. Capaneus magno impetu ſcalis murum aſcen-
dens mortem oppetijt. Amphiaraus in terræ hiatũ cũ curru
delatus, nunquam poſtea uiſus eſt. Eodem modo & reliqui du
ces omnes præter Adraſtũ, multiq́; præterea mortales occu-
buerũt: quorũ ſepeliendorũ facultas à Thebanis cum denega-
ta eſſet, inhumatos relinquens Adraſtus Argos redijt. Quum
nullus alius auderet, Athenienſes ſoli qui cæteros uirtute an-
teibant, omnes ſepeliere, crematis prius pyra corporibus, in
quã Euadne uirum Capaneũ ſecuta dicitur ſpõte ſe inieciſſe.
Hactenus Diodorus. Pauſanias proſequitur, ubi fratres ſimul
concid

Laodamas Creon rex — conciderunt, Laodamas Eteoclis filius puer ſucceßit, cui
Creon rex auus tutor adceßit. ubi uerò per ætatem rem ad-
miniſtrare cœpit, Argiuorum arma iterum in ſe prouocauit,
Aegialeus Adraſti fil. — & in prælio Aegialeum Adraſti filium interfecit: uictus &
ipſe tandem, nocte ſequenti cum Thebanorum manu uolunta-
riorũ in Illyricũ ſeceßit. Thebæ interim deſtruũtur, regnũq;
Therſander Polynicis — Therſandro Polynicis filio traditur. Is cũ à bello Troiano re
uertens in Myſiã tempeſtate deferretur, à Telepho interfici-
tur, iacetq; apud Elæã in foro ſub dio. Peneleus poſt eum re-
Potiſamenus Therſandrus — gno ſucceßit, per ætatem Potiſameno Therſandri filio nondũ
regnante. Quũq; ſecundo claſſem contra Iliũ Alexandrumq;
ducẽ pararet, ab Euripylo Telephi filio obtrũcatur, regnoq;
Amphiarai — Thebanorum Therſandrus Amphiarai & Demonaſſæ filius
ſurrogatur. Haud deinde multo poſt regibus ſublatis Thebæ
in Remp. ſeſe longe melius atq; ante conſtituerunt: ac ſæpe
Athenienſibus ſæpe Lacedæmonijs, tum Xerxi reſtiterunt:
poſtremo ab Alexãdro Magno longo bello ſuperati, iterum
Thebæ deſtructæ, quas poſtea Caſandrus Antipatri filius re-
fecit. In hãc ille ſententiã. Caſtor uerò & Muſæus in Titano-
graphia, ut tradit Euſtath. ſcribunt à Cadmo conditore Bœo-
tiam originẽ habuiſſe, qui ex oraculo bouẽ in ſedibus mutan-
dis habuerit ducẽ: ſunt etiã qui ex ingenij pinguedine ſic uo-
catos putent: unde ſus Bœotica apud Pindarũ prouerbiũ: &
Bœotia Hyãtis dicta — apud Plinium Bœotia Hyantis ob eandem cauſam appellata.
Pherecydes ait, Poſtquam Cadmus è Phœnicia Thebis ſedem
mutauit, dentes quoſdam ſerpẽtis quos partim à Marte, par-
tim ab Aeeta rege dono accepit, ſæuiſſe dicitur: unde nati ar-
migeri qui mutuis uulneribus omnes occubuere, præter pau
cos qui poſt eum regnauere. Vocabatur & Aonia, & Meſa-
pia, & Ogygia ab Ogyge antiquißimo rege ei regioni pri-
mum dominante, & Cadmeis ut Thucydides, & Hyantis ab
Hyante rege, ut Plinius & Pindarus. Ephorus, ut idem dicit
Euſtat. ſcribit Bœotios circa palæſtram, reliquaſq; gymnicas
exercitationes ualde probari. ſicuti Athenienſes in naualibus,
Theſſalos in equeſtri, Cirenæos in Ephectica ſcientia. Lace-
dæmonij uerò in legum inſtitutis. Et hæc quidem de his re-
peri. Deinceps ſitus ac loca. Bœotia ſola ex omni Græcia tria
reſpicit maria, Peloponneſiacum, Siculum, & Adriaticum, to-
tidemq; in partibus colonos habet. Arna urbs Bœotiæ. Ho-
Arna urbs — merus: Οἵ τε πολυςάφυλον ἄρνην ἔχον, à muliere eiuſdem
nominis dicta quod illa ex patre agnis & pecore abundante
nata fuerit, quæ ex Neptuno Bœotum nomine genuit, qui re-
gioni nomen dedit, ut Euſtat. Eſt alia Theſſalica, altera
Aſcra — Achaiæ, & Leontarna circa Heliconem, ut Stephanus. Aſcra
Anthedon — prope Heliconem Heſiodi patria, qua Cumam pater commu
tauit, ut ipſe ſcribit. Anthedon, Hom. ἀνθηδόνατ' ἐσχα-
τόωσαν. Etymum habet ex florẽte fertiliq; agro, uel ex An-
thedone Neptuni prognato, habitata quondam Thracibus, ut
Lycophron. ἀςῶ σιώοικος Θρηϊκίας ἀνθηδόνος. Hinc Glau
cus fuit deus marinus, & Leonidas pictor, & Auenticon Pan
cratiaſtes. Strabo deſcribit Antedonem in ora Bœotiæ ciui-
tatem portuoſam. Eſt item altera in ora prope Gazam. Au-
Aulis — lis in ora contra Eubœam in Euripo Chalcidico uſque in
hunc diem priſcum retinens nomen, uel à commoratione
claßis Græcorum Troianis temporibus, uel ab Aulide filio
Euonymi Cephiſo nati: portum habet L. nauium capacem,
quò adplicatur ex omni Græcia tanquam in commune di-
uerſorium. Strabo adſtipulans Homero ait, Aulidem ſaxis
Alaæ — aſperam eſſe. Alaæ, ut Pauſanias in V. Eſt & Ala apud
Argiam. Halæ uerò iuncta aſpiratione, & Halcium &
Alalcomeneũ — Haleice in regione Ciliciæ, ut Stephanus. Alalcomeneum
à conditore eiuſdem nominis dictum, qui & Mineruam
Aſplendon — Alalcomeneam ibidem colendam ſtatuit. Aſplendon cuius
meminit Homer. in catalogo, alteram apud Phocenſes ſu-
Harma — pra commemoraui. Harma ut Pauſanias IX. uicus prope
Mycaleſſum à curru Amphiarai illò adſectatores fugientis:
ne quod illic fractus fuerit, dum quæſitus ad bellum The-
banum lateret. Eſt & in Attica locus Arma apud Tanagreã,
habens arcem inexpugnabilem. Haliartus quòd locus piſci-
bus & paludibus abundet: quapropter Home. ποιήεντ'
ἁλίαρτον, id eſt, herboſam dicit. Ptolemæo Haliartus in Eli- — Haliartus
de ponitur: ſcribitur & ſine aſpiratione ſi à Therſandri filio
originem habeat, ut Euſt. Acræphia fœmini generis, Pauſaniæ — Acræphia
neutri, nonnullis Acræphnia, ubi Apollo Acræphnius coleba-
tur. Euſt. Coronea à Coro filio Therſandri. In hac talpa non — Coronea
gignitur, quo fermè animali tota Bœotia ſcatet: allata uerò
non uiuit. Sita eſt ut ſcribit Strabo in altißimo prope He-
liconem loco. Hic Pambœotia erant ſolita celebrari. Qua-
tuor eſſe Coroneas ſupra in Theſſalia memoraui, Cirrham — Cirrha
ſupra inter Phocenſes ex autoritate Strabonis poſui. Suida
grammaticus in Bœotia collocat prope Delphos ſtadijs
XXX. Cirreum etiam campum. Chæronea uicus eſt prope — Chæronea
Cythæronem montem, incola Chæroneus, unde Plutarchus
fuit. Claros, Apollinis Clarij templum, ἀπὸ τοῦ κλήρου,
quod ei ex ſorte hic locus inter cæteros deos obtigerit.
Cabiri gens Bœotiæ Pauſaniæ IX. Sunt item Cabiræi in — Cabiri
Ponto. Cope urbs, incolæ Copei dicuntur ab uſu remorum, — Cope
quibus indigenæ utuntur, nauigantes inter loca paluſtria: ex
quo Platææ ciuitas uicina eadem ratione cognominatur.
πλάτη idem enim quod κώπη, quæ dictio tria ſignificat: ci-
uitatem ipſam, remum, & capulum enſis. Coparum me-
minit Home. κώπας Εὐτρησίντε. Creuſa contra Megara — Creuſa
Straboni. Ptol. Delium oppidum prope Aulida parum à ma- — Delium
ri recedens Stephano. Eutreſis quam paulò antè in uerſu Ho- — Eutreſis
merico commemorauimus, clara Apollinis oraculo uocata
ἀπὸ τῆς Εὐτρήσεως, ob concurſus & deductiones multorum
inter ſe uicorum: adiacet uiæ qua Theſpijs Plateas itur, ædifi-
cata à Zeto & Amphione ut Euſtath. Strabo ſcribit Eutre-
ſin caſtrum eſſe Theſpienſium, ubi Zetus & Amphion
habitauere, antequam Thebis dominarentur. Eteonus pe- — Eteonus
nultima producta ſitus in colle iuxta Aſopum fluuium.
Home. πολύκνημόν τ' ἐτεωνόν. dicit enim Polycnemon quod
origano abundet: nam Argiui κνημόν, origanum uocant.
Hoc oppidum nunc Scrapha uocatum Euſtat. Erythræ. Ho- — Erythræ
mer. εἰλέσιον καὶ ἐρύθρας, ſitæ ſunt ſub Cythærone: aliæ
quoque in Ionia, in Lybia, in Locride, in Cypro, quam
nunc Paphum dicunt. Eleutheræ ab Eleuthero Apollinis — Eleutheræ
filio: aliæ in Creta, in Ponto, in Lycia. Eleum locus — Eleum
Bœotiæ palluſtris ex argumento nominis. Gliſſa in ſum- — Gliſſa
mo ſita colle. Græa nonnullis Tanagra eſt, alijs uicinum — Græa
oppidum. Nam cum Grææ Homerus meminerit, Tana-
græos ad Troiam minime ueniſſe Euphorion dicit: uoca-
tur & Pœmandria apud Lycophronem. Ariſtoteles uerò
Græam ait, quod nunc Oropum dicunt eſſe, diciq; à ue-
tulæ cuiuſdam cura, hæc Euſt. Strabo ſcribit Græam lo-
cum eſſe Oropo proximum ubi templum Amphiarai,
Narcißiq; Eretriei ſepulcrum uiſitur, quod taciturni co-
gnominatur: quoniam illò accedentes tacere ſoleant: cau-
ſam non refert, dixit autem Tanagram ab læua eſſe The-
bis Argos proficiſcenti. Ileſium Homero ſuprà nomina- — Ileſium
tum, unde Ileſienſes. Mycaleſſus in mediterranea ut Thu-
cydides VIII. dicitur à mugitu Gorgonum ibi ortarum,
uel bouis qui hucuſque Cadmum ſecutus dicitur. Eſt &
alter in Cariaci Iouis templo. Mons quoque Mycaleſſus — Mycaleſſus
contra Samum. Mycaleſſum uerò Tanagricum uicum com-
memorat Strabo. Eſt & Mycale Cariæ ciuitas. Medeon à
Medeone filio Pyladis & Electræ, ut Strabo: eſt alter
in Phocide prope Criſſalum, diſtans à Bœotia ſtadijs
CL. unde hæc de qua nunc ſcribimus, Medeon colonia — Medeon
deducta eſt. Midia quæ & Argia, & ciuitas Perſei uo- — Midia
catur:

Niſa catur : altera apud Tyrintha. Niſa templum habuit Diony-
ſij, originem uerò à quodam Niſo : eſt & Niſea Megaren-
ſium nauale à Niſo Pandionis filio dicta. Qui poſt Home-
rum fuere, dicunt nullo pacto Niſam eſſe Bœotiæ, ſed Iſum:
Orchomenus quapropter ſcribendum cenſent apud eum, ἴσον τε ζάθεον
ἀνθηδόνα τε. Hæc Strabo. Orchomentum Bœotiæ ciuitatem
idem teſtatur in primis locupletē ac potentem fuiſſe in pla-
no prius ſitam, aquarū deinde inundatione in montem tranſ-
latam, templumq; in ea Gratiarum fuiſſe : eſt & Orchome-
Minyus nus Arcadiæ quæ Polymelos à pecoris copia dicitur. Hic de
Onchestus quo loquimur Minyus cognominatur, à Minyo ſiue flumi-
ne, ſiue rege. Euſt. Onchestus urbs magna Pauſaniæ I X.
Oecchalee ſitus in monte Straboni, habebat Neptuni templum ut Hom.
ὀγχηστόν θ᾽ ἱερὸν ποσειδήϊον ἄλσος. Oechalee dicitur &
Oechalia, ex eo quod inde Thebas celeriter peruenitur, uel
à flumine iuxta currente: tenet hiſtoria quod in medio ſit
Haliarti & Alcomenij inuicem ſtadijs X X. diſtantium,
Oropus quam fluuius eiuſdem nominis præterfluit. Euſt. Plures eſſe
Oechalias in Theſſalia dixi. Oropus in ora longe protenſa
contra Eretriam Eubœæ, ubi anguſtiſsimū efficit Euripum.
Ogygia Bœotia Ogygia dicta eſt omnis Bœotia ab Ogyge rege. Eſt & inſu-
Ogygia inſula. la uetuſta ubi Vlyſſes quondam naufragio ſeruatus eſt. Di-
Peteon cuntur & Lydi Ogygij: & omnis deniq; Attica, ut Charax
ſcribit in Chronicis, Ogygia quondam dicebatur. Euſt. Pe-
teon uicus Thebaidis Straboni, iuxta uiam qua itur Antedo-
Pharæ nem, de quo nihil ſanè traditur à ueteribus, niſi quòd à Pe-
Plateæ teone quodam originē duxit. Pharæ urbs Bœotiæ, alia Meſ-
ſeniæ, alia Achaiæ. Plateas nume. plurali Herodianus pro-
fert & acuit. Hom. uerò Plateam cum accentu in antepenul-
tima. Οἵ τε πλάταιαν ἔχον, utrunq; ſanè reperitur ſicut
Theſpia & Theſpiæ. Etymum trahitur ἀπὸ τῆς πλάτης,
quod inter paludes is locus ſitus, remis inuicem adnauigaue-
rint. Huius ciuitatis plura apud ueteres : inter quæ & tro-
phæa de rege Perſarum, totq; uirorum fortium corpora li-
berantium Græciam : ex quo templum ibi Iouis liberatoris
conſtructum, & gymnicum certamen in honorem defuncto-
Potniæ rum inſtitutum, ſita apud Aſopum eſt inter Cythæronem &
Thebæ Thebas. Euſtat. Potniæ urbs, cuius & Homerus meminit.
Thebæ metropolis Bœotiæ à filia Aſopi, uel ἀπὸ τοῦ θεῖσαι,
id eſt, cucurriſſe uſq; eò bouē ducem Cadmi. Hom. οἳ δ᾽ ὑπὸ
θήβας εἶχον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον. Nonnulli poëtæ uerbum
ſubunione legunt Hypothebas : quod Thebani ad Troiā non
uenerint, nuper ab Argiuis direpti. Quidam ueniſſe dicunt,
ſed hos fuiſſe qui ciuitatis ruinam in locis campeſtribus alte
ras Thebas ædificauerūt, ac Hypothebas nominauerunt, hæc
Nouē Thebæ. Euſtathius. Stephanus nouem Thebas diuerſis in locis nomi-
nat : primas Bœotias, deinde Aegyptias, Theſſalicas, in Ly-
Theſpia cia, prope Troiam in Ionia, iuxta Miletū, in Attica, in Chao-
nia, in Italia, in Syria, Theſpia. Homer. θέσπειαν γραιάν τε,
ſcribitur etiam per i, ſine diphthongo, ut θέσπειαι θέσπιαι.
Dicitur à Theſpiade, ſiue Theſpio Teuthrantis filio. Hinc
Narciſſus Cephiſus. Narciſſum fuiſſe fuerunt Cephiſi fluuij filium : hic & Cupi-
Thisbæ do Praxitelis nobilitatus, propter quem Theſpiæ uiſuntur.
Eſt & Theſſalica & Sardica Theſpia. Thiſbe. Hom. πολυ-
τρήρωνά τε θίσβην, dicta à filia Aſopi, portum habet co-
lumbis adamatum, ut uerſus ipſe monſtrat : à mari recedit,
uicina Theſpienſibus, ab auſtro pertingens ad Heliconem ut
Iſmenias Thiſbeus. Strabo: ciuem habet Iſmeniam nobilem tibicinem. Tanagra,
Tanagra Græa quam Homerus Græam in catalogo uocat, ob loci uicinita-
tem, dicebatur prius Pœmādria. Lycophron. ἣν εἰς βαθεῖαν
λαιμίσασα Ποιμανδρίαν, τὴν δ᾽ γραῖαν ἔνιοι λέγουσι, τὸ νῦν
Tegyra Scolus δὲ θηβαϊκῆς καλούμενον ἔθνος. Tegyra ubi Apollinem di-
cunt natū, unde & Tegyreus Apollo: quāquam alij in Delo,
ut Euſt. Scolus uicus Bœotiæ ſub monte Cithærone, uel iuxta
Plateas aſper & inadceſſus, unde prouerbium : Scolum neq;

ipſe adceſſeris neq; euntem ſequaris. Pentheum dicunt illò
profectum diſcerptum à Bacchis. Ferunt hic panes laudatiſ-
ſimos fieri, ex quo ſtatua Cereris Megalartæ erecta conſpi-
ciebatur : eſt & Scolus Olynthiacus, Euſtathius. Schœnus à Schœnus
uiro eiuſdem nominis uel à iuncis ibi prouenientibus, eidem
Straboni in Thebaica regione ponitur, diſtans à Thebis ſta-
dijs L. quē fluuius eiuſdem nominis abluit. Stephanus Schœ-
neum in Arcadia ponit. Hyettus uicus ἀπὸ τοῦ ὑετοῦ, quod im- Hyettus
bri ſit maxime obnoxius. Hyle locus in Bœotia quod ſyluo- Hyle
ſus ſit. Hyria regio prope Aulidem, quōdam uerò oppidum. Hyria
Alia eſt iuxta Iſauriam, alia circa Iapygiam Italiæ Creten-
ſium colonia. Strabo teſtatur Hyriam primò in Tanagrea
fuiſſe, deinde Thebaide prope Aulidem ubi Orionis incuna-
bula. Montes Bœotiæ, Aracynthus ubi Minerua Aracyn- Aracynthus
thia colebatur, ut Rhianus hoc uerſu teſtatur. Κλῦθι μοι ἐν
χάων ἀρακυνθίας ἐνπατέρεια. Cithæron haud procul à Cithæron
Thebis deſinit. Iuxta quem Aſopus fluit eius partem inun-
dans, ut Strabo. Theumeſſum quoque montem ex Ori poë- Theumeſſus
tæ autoritate Stephanus ponit. Helicon Phocidi uicinus haud Helicon
procul à Parnaſſo, illi & altitudine & circuitu quàm ſimi- Hippocrene
lis : hic Hippocrene, id eſt fons Caballinus, & Libethridum Liberthridū
ſpelunca Nympharum. Hic etiam Permeſſus & Olmeus ſpelunca.
amnes in unum exeuntes, in Copaidem lacum iuxta Haliar- Permeſſus Olmeus
tum incurrunt. ATTICA poſt ſinum Corinthiacum re- Copais lacus
peritur : quam Strabo ab Actione rege appellatam dicit.
Attidem uerò ab Attide Cranai filia, ſeu uerius à littore
quod protenſum anguſtumq; à Megaris uſq; ad Sunium ha-
bet, Atticam putat uocitatam. Megarenſes enim in parte Attica
Atticæ ponit, quorum regio Megaris, ciuitas Megara, tota Megara
quidē ſterilis ſicuti & reliqua religionis Atticæ. Hinc ſecta
philoſophorum Megarenſis emerſit ab Euclide Megarenſi.
Hinc & Theognes ille qui Hypothecas ſcripſit quæ nunc
exſtant. Oppida eorum Aegiruſa Straboni, Aegoſthena Pau Aegiruſa
ſaniæ. Polichna & Niſea quæ Homero commemorantur in Aegoſthene
Megarenſium catalogo. Niſea enim nauale ipſorum eſt à Polichna
Niſo Pandionis filio Straboni. Hellanicus in primo ſacro- Niſea
rum καὶ Νισαίαν εἷλε καὶ Νίσον τοῦ Πανδίονος, καὶ Με-
γαρέα τοῦ ὀγχηστοῦ. Eleuſis oppidum in ora ubi Cereris tem- Eleuſis
plum & ſacra Eleuſina. Iliſſus fluuius unde rapta fuit Ori- Iliſſus
thyia Erecthei regis filia à Borea Thraciæ rege. Munychia Munychia nauale
nauale Athenienſium in Cherſonneſi ſpeciem muro uallata,
Pyreum aliaſq; habitationes complectens, in quibus Arma-
mentarium Philonis Architecti opus, & ſtatio nauium
C C C C. capax. Pyreus portus & oppidum ubi templum Pyreus
Iouis Soteris & Mineruæ Poliadis cum igne perpetuo, &
uirginum domo. Muri Pyrei deiecti fuere primum à Lace-
dæmonijs, deinde à Sylla cum Pyreum per obſidionem ex-
pugnauit. Sunium promontorium. Intus uerò Athenæ apud Sunium promontorium
Iliſſum, de quibus paulopoſt. Marathon nobilis Milciadis Marathon
uictoria de Perſis, & tauro Marathonio regionem uaſtan-
te, ac à Theſeo ſuperato. Oropus inter Bœotiam & Atti- Oropus
cam de quo ſæpe inter eos contentio fuit. Brauron ubi Dia- Brauron
na clebatur, ut ait Pauſa. Tricorinthum populus & tri- Tricorinthū
bus Athenienſium. Denique C L X X. populi ſeu tribus in Tribus & populi clxx.
Attica Straboni fuerant, Fontes uerò Plinio, Cephiſia Calli-
roe, Enneacrunos. Montes, Brileſſus, Agialus, Icarius, Ly-
cabettus, Hymettus, melle inſignis. Deinceps de Athenis
ipſis, quarum loca Lyceum Ariſtotelis, academia Platonis
ſchola, Leocorium templum quod Leos conſtituit ex tribus
filiabus immolatis, oraculi iuſſu ſi ciuitatem ſaluam eſſe uel-
let, ut ait Aelianus de uaria hiſtoria. Areopagus arx ubi
iudicium ſanguinis ferebatur, uti nominis etymum indicat,
quaſi martiali ferro locus contaminatus. Philochorus de At-
tide apud Stephanum ex eo uocatum dicit, quod in eo loco
Halirhothium Neptuni filium Mars interfecerit, ut uim eius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

filiæ Alcippæ adferret. Nunc originem eius ciuitatis & ſtatum percurram. Ac primum tribus eius x. ex regũ nominibus ferè omnes Pauſaniæ lib. I. huiuſmodi commemorantur. Hippotoon Neptuni & Alopes Cercionis filiæ. Antiochus ex filijs Herculis & Medeæ Phylantis filiæ. Aiax Telamonius, Leos Erechtheus, Aegeus, Oeneus Pandionis filius nothus. Acamas Theſei filius. Attalus, Ptolemæus. Reliqua item, ut ait Strabo, nomina ipſa regum oſtendunt. Nam ab Attione, Atticam dicunt. Moſopiam à Moſopo. Ioniam, ab

Athenæ

Ione Xuthi filio, Poßidoniam, à Neptuno. Athenas, à Minerua. Cecrops primum multitudinem in ciuitates X I I. habitandas digeßit, quarum nomina Cecropia, Tetrapolis, Epatria, Decelea, Eleuſis, Aphidna, Thoricus, Brauron, Cythærus, Sphetus, Cepheſia, Phalerus. Theſeus poſtea X I I. illas in hanc unam coegit, hæc Strabo. Primi Athenienſes Rempublicam conſtituere, arcemq́; teſte Thucydide πόλιν, id eſt ciuitatem uocauere. Ariſtophanes poëta, καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν ἥλιον, Ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὴν πόλιν. Trogus lib. I I. ſcribit, Athenienſes ante Deucalionem regem habuere Cecropem quem bifrontem prodidere, quòd primus marem fœminæ coniugio iunxit: huic Cranaus ſucceßit, cuius filia Attis regioni no-

Amphiteon

men dedit: poſt hunc Amphiteon rex Mineruæ urbem conſecrauit, Athenasq́; uocauit. Cuius etiam tempore diluuium fuit, quiq́; ex Græcia ſuperfuere ad Deucalionem Theſſaliæ regem ratibus adnauigauere: ex quo genus ab eo conditum

Erichthonius

dicitur. Erichthonius deinde ex ſucceßionis interuallo regnum obtinuit, ſub quo frumentatio apud Eleuſin à Triptolemo Cereris alumno reperta: pro quibus meritis in eius

Pandion

Aegeus

honorem noctes initiorum ſacratæ. Huius Pandion filius regno ſucceßit: ad Aegeum res deinde peruenit, à quo per diuortium Medea ob adultam priuigni ætatem Colchos cum

Theſeus

Mneſtheus

Demophoon

Codrus

Medo ex eo ſuſcepto diſceßit. Poſt hunc Theſeus, cuius filij Mneſtheus et Demophoon auxilium Græcis contra Troianos tulere. Codrus tandem genere Thrax Melanthi filius regno potitus pro Athenienſium ſalute oraculo admonitus

Codridæ

Solon

Pyſiſtratus

in bello caput deuouit. Poſt Codridas, leges quoque latæ autore Solone uſq; ad Pyſiſtrati tyrannidem: cuius filius per coniurationem Ariſtogitonis regno pulſus Dareo ſeſe obtulit ducem contra Athenas uenienti. Eiectis Pyſiſtratidis Perſicum bellum conflatum, uictus Dareus à Milciade apud Marathonem. Deinde Xerxes filius cum primo premeret Athenienſes portumq́; incendiſſet, à Leonida Spartano apud Thermopylas, à Themiſtocle quoque bello nauali ſuperatus eſt. Mardonius inſuper eius dux reliquias belli refouens cum

Perſicũ bellũ

toto exercitu ſublatus, finem tunc bello Perſico fecit, cui Peloponneſiacum ſucceßit: quod hoc modo ſe habuit. Lacedæmonij decennio bellum aduerſus Meſſenios geſſere: quumq́; ab initio ſocios Athenienſes adſciuiſſent, ſuſpectos deinde habuere. Id ægreferentes Athenienſes bellum mouere. La-

Pelopõneſiacum bellum

Pericles & Sophocles

cedæmonij excitata tota Peloponneſo aduerſus iere. Primi duces Athenienſes fuere Pericles, & Sophocles: quo durante bello Syracuſanis quoque auxilia inimicis ferentibus bellum intulere Nicia & Demoſthene ducibus, qui à Gylippo Lacedæmonio Syracuſanorum duce magna clade repulſi ſunt. Hoc igitur bellum quod durauit annis pluribus, Thucydides V I I I. libris perſequitur: inde Xenophon poſt eum abſoluit in ijs quæ Paralipomena inſcripſit, utraque incolumis hodie hiſtoria. Eo uerò huius belli anno quo Dareus Xerxis filius moritur, & Dionyſius Syracuſis fugatur, Lacedæmonij uictoria potiti, Pyreum incenderunt duce Lyſandro, qui X X X. deinde tyrannos Athenis conſtituit. Hi poſt aliquot annos eiecti ſunt, ac decem per Thraſibulum creati. Mox & ipſis à Pauſania Lacedæmoniorum duce fugatis, ad priſtinã rediere Athenienſes libertatem: ἀμνηςεία lege inter eos lata: qua memoriã iniuriarum delerent ſempiternã. Prytanos inſuper crearunt, qui ut ait Pauſanias lib. I.

Prytani creati

decima pars erat Senatus numero L. Senatus autem D. Prytaneum locus quaſi pyritaneum, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, quod ibi frumentum ſeruaretur. Pax deinde in Græcia fuit iuſſu Artaxerxis, quo tempore Roma à Gallis capta eſt. Emerſit paruo poſt tempore Philippus Macedo perpetuus Athenarum hoſtis, unico Demoſthenis eloquentiæ fulgore tantis armo-

Antipater

rum uiribus occurrente. Captæ demum ab Antipatro Alexandri ſucceſſore: ac quanquam uim paſſæ non tamen à ſolita gubernandi forma, antiquisq́; inſtitutis diſceſſere. Ex

Caſſander

illis regibus amicißimum habuere Caſſandrum, qui Demetrium Phalereum Theophraſti diſcipulum urbi præpoſuit, optime Reipub. conſulentem, Demoſthene ac Lyſia interfectis. Poſt hæc Romani ſucceſſere rebus Athenienſium per C. Flaminium Imp. poſt uictum in Macedonia Philippum:

Mithridates

eos tamen proprijs uti legibus permiſere: uerum Mithridates rex Ponti rebus tunc auctus, cum illis etiam dominare-

Ariſto tyrannus

Sulla

tur, quos uoluit tyrãnos apud eos conſtituit: è quibus Ariſtonem qui ciuitatem lacerabat, Sulla tunc uictor contra Mithridatem Pyreo incenſo per obſidionem expugnatum ſupplicio adſecit, urbi uerò pepercit. Perſeuerauerunt deinde Athenienſes magno in honore apud Rom. quibus iamdudum leges X I I. tab. dederant. Studium quoque ſapientiæ doctrinarumq́; omnium Latiæ iuuentuti præbuerũt. Eorum res claras plurimi ſcriptores literis mandauere: inter quos Ariſtides encomio nobili quod exſtat. Atticam Amurathes Turca patrum noſtrorum memoria primus inuaſit, præter Athenas ipſas. Hæ quoq; amiſſæ expulſo duce ex Acciaiolorum genere, de quibus alibi narraui. Athenas Iſocrates orator, ut ait Aelianus, comparabat meretrici, quæ forma quoſcunq; uel nobiles ad eius congreſſum primo trahit, ad commorãdum uerò nequaquam. Sic quoq; Athenæ aduenam adlectabant: Ciues & incolas minime ob primorum inuidiam & æmulationem. Athenienſes Philippus Macedo Hermis comparabat, qui præter os & uirile nihil haberent: ſic illis eloquentiã ſupereſſe tantum & audaciam. Athenis in monte contra Palladis arcem ad Aram Tranini hæc adhuc legitur inſcriptio. αἵδ' εἰσ' Ἀθῆναι Θήσεως πόλις, αἵ δ' ἐσ' Ἀδριανοῦ καὶ οὐ Θήσεως πόλις. Legitur & Feſti Rufi memoria proconſulis Græciæ, ad columnã in arce Athenarum ante Palladis templum. Τῷ λαμπροτάτῳ ἀνθυπάτῳ τῆς ἑλλάδος Ρούφῳ Φαίςῳ καὶ ἀρεοπαγείτῃ, ἡ ἐξ ἀρεοπάγου βουλὴ τῶν τριακοσίων, καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων εὐνοίας καὶ εὐεργεσίας ἕνεκα, id eſt: Splendidiß. Procos. Græciæ Rufo Feſto, & Areopagitæ, Areopagi Senatus trecentorum, & populus Athenienſ. beneuolentiæ ac beneficentiæ gratia.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VRBANORVM.
LYBER IX.

PELOPONNESVS.

PELOPONNESVS inter Ionium & Aegeum pelagus conſtituta plura nomina ex colonis accepit diuerſis. Nam prius Apia ab Apio Phoronei filio, de quo in Arcadia poſtea dicam, à Pelaſgis, deinde Pelaſgia: mox Argos ab Argiuis: poſtremo Pelopõneſus à pelope dicta eſt. Nam hæc ut reliquus græciæ tractus à Barbaris quondam tenebatur, ut Hecatæus

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

& Mileſius Straboni ſunt autores: cum & Pelops ipſe ex Phrygia uenerit. Danaus ex Aegypto: dein Dryopes et Caucones & Pelaſgi & Leleges terras omnes intra atq; extra Iſthmon occupauere. Atticũ agrum Thraces cum Eumolpo uenientes tenuere, Daulidem uerò Tereus. Cadmeã aduecti cum Cadmo Phœnices: Bœotiam ipſam Aones & Hyantes. Præterea ſunt argumẽto nomina ipſa barbara: ut Cecrops, Codrus, Cotys, Drymas, qui Græcis imperauere. Deſcribitur Straboni forma platani folio ſimilis: circuitu Plinio D.LXIII. paſſ. mil. In eo regiones VIII. Corinthia, Sicyonia, Argia, Laconica, Meſſenia, Piſea ſeu Elidis, Achaia, Arcadia. Montes uerò LXXVI. Maria tot ferè quot ſinus ac Cherſonneſi panduntur. Quare à Pindaro πολύγναμπτος πελοπόννησος, id eſt, ſinuoſa appellatur: ſed et arx Helladis quondam dicta, quòd Iſthmo coniungeretur Helladi. Hellas enim in Iſthmi anguſtijs incipit, Atticamq; cõprehendit: quo ſanè nomine omnis olim Græcia uocabatur. Græcia deinde à rege Græco uocari cœpta Plinio. Pauſanias ſcribit quod apud Iſthmũ Iſthmia celebrantur, ubi theatrũ et ſtadiũ erat albo lapide, & Neptuni tẽplum nobile cum ſylua pinuũ quibus coronabantur Athletæ. Neptunũ enim Corinthij ſolum exiſtimant unà cum ſole circumagere mundum. Eſt & alter Iſthmos Cardiacus in Thracia, de quo ſuprà dixi: uterq; ſanè Hexamiliũ hodie ex loci diſtantia nominatur. Hũc muro fruſtra quidam cinxere Imperatores Conſtantinopolitani, poſtquam Turcæ in Græciã ingredi ſunt auſi. Hunc & olim perfodere plures infeſto ſemper omine tentauere. Demetrius primo rex: Iulius Cæſar, Caius, et Nero principes: poſtremo Adriani tempore Herodes Atticus nõ tam tentauit quã fruſtra excogitauit, ut in eius uita commemoraui. Amurathes Turca hunc tandem cepit ſubacta Theſſalonica, Bœotia, & Attica, dedentibus ſe Pelopõneſiacis. Noſtra uerò memoria filius eius Mahumetes omni Pelopõneſo præter pauca oppida potitus eſt, eiecto Thoma Paleologo: quẽ cum filijs ac capite diui Andreæ ex hoſtibus ereptis Romã ad pium confugientem uidimus. Nunc uerò infelicius à Pazaithe filio Mahumetis quod in ea reliquum expugnatũ conſpicimus.

Iſthmos Cardiacus

Hexamilium

Corinthus

CORINTHIORVM regio poſt Iſthmũ primo occurrit: ubi Corinthus ciuitas quæ & Ephyra dicebatur & Acrocorinthus & Heliopolis ob ſoli ſiccitatem. Huc omnis Græciæ deliciæ conuenerant, ut in locum ad effœminandos animos ob mulierum elegantiam paratiſſimum. Hic ut ait Strabo lib. 8. Veneris tẽplũ fuerat: ubi mille circiter nobilia ſcorta parata ſe proſtrare uenĩetibus hoſpitibus inter quæ ab autoribus nominantur Lais, Cyrene, Leæna, Sinope, Pyrrhine, Sicione: ex quo prouerbiũ κορινθιάζειν, id eſt, laſciuire. Et illud quoq; οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ᾽ ὁ πλοῦς, non cuiuſuis eſt adire Corinthũ. Præterea æs ob præſtantiã Corinthium, & columna Corinthia forma et menſura longe diuerſa. Duplici erat prouentu munita: quapropter diuitẽ uocat eam Homerus ob mercatorum concurſum. Thucydides etiã emporium totius Græciæ uocat. Philippus Macedo, ut ait Macrobius, tres Græciæ ciuitates Corinthũ in Achaia, Chalcidẽ in Eubœa, & Demetriadem in Theſſalia: tres Græciæ cõpedes ob locorum munitionem appellabat. Iuxta eſt Acrocorinthus, quem ἔσοπτρον, id eſt, ſpeculum uocant, quòd in hac Siſyphus Iouem, Aeginam rapientem uiderit. Pauſanias hos Corinthi reges dicit fuiſſe: primum Siſyphũ, qui Bellerophontem & Ornythionem ſuſcepit: ex primo Glaucus qui cum Diomede arma commutauit genitus: ex Ornythione autem Phocus qui Phocidi regioni imperauit, ac Thoas natu minor qui Corinthi: huius poſteri ſucceſſores Damophon, Propodas, Doridas, Hyacinthidas. Sub his duobus fratribus Dores duce Alete Corinthi imperium inuaſerunt. Aletis igitur uſque quinta generatio uſque ad Bacchin regnauit, à quo expulſi Bacchidæ item totidem ſucceſſionibus durarunt: tandem & ipſi à Cypſelo tyranno Phetionis filio eiecti fuere. Suſtulit Corinthum L. Mumius, quòd cum Aetolis conſpirans Critolao duce à Romanis rebellauerat. Reſtituit eam Auguſtus miſſis eò colonis libertini generis, & in medio foro templo Octauiæ conſtituto: autores Pauſanias & Strabo. Per eam toreumatum uaſorumq; luxuria Romæ introducta, ſicuti gemmarum Aſia deuicta per L. Scipionem.

Acrocorinth.

Ephyra

Cenchrea

Lecheum

Cremmyon

Aſae

Genea

Aſopus flu.

Sicyon

Ephyra iuxta Corinthum, cuius meminit Homerus, alias in Theſſalia diximus: & Theſprotia Cenchrea in ora ſita, ubi portus Cenchreus. Lecheum oppidum item cum portu in ipſa Iſthmi anguſtia. Cremmyon Corinthi uicus ubi Cremmiana ſus, mater Erimanthei & Calydonei apri eſt, & in Libya Cromion per o literam Stephano. Aſaẽ item uicus, Genea ciuitas, Incolæ Geneatæ, Hinc ex loci felicitate natum prouerbiũ· εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δ᾽ εἴην Γενεάτης. Fœlix Corinthus, at ego ſim Geneates, autor idem. Aſopus fluuius è Chronio monte mediam præterfluens Corinthi regionem, in ſinum labitur Corinthiacum. Inter Corinthum & Achaiam Sicyonia regio, cuius Sicyon urbs, dicta etiam Straboni, Methone quandoque & Telchinia, quòd Telchinas habuerit colonos: hanc iuxta labitur Aſopus, diuitemq; eſſe prouerbium monſtrat antiquum, Εἴη μοι τὰ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. Euſtathius. Pauſanias autem regum genealogiam hoc modo enumerat. In hac primum regnauit Aegialus indigena loci, deinde filius eius Europs & huius item Telchin, qui genuit Apin: qui in Olympiam ueniens, ante Pelopem, Apiam Peloponneſum appellauit. Huius poſtea Telexion filius Aegyrum ſuſcepit patrem Eurymachi, ex quo Leucippus genitus, qui Percito nepoti ex Calchine filia reliquit imperium: quod uſq; ad Coracũ peruenit, qui ſine liberis deceſſit. Ac Epops è Theſſalia ueniens ſucceſſit: ex quo & Antiopa, Zetus & Amphion geniti. Subiugata hæc regio quandoque ab Arato Achæorum duce. Diſtat à mari paucis ſtadijs Sicyon ciuitas in colle prærupta, oleo lauroq; abundat. Sicyonia calceamenta in delicijs apud hos qui ſtudebant elegantiæ, ut autor Cic. in Bruto. Phlius urbs prope Sicyonem à Phliunte Dionyſii filio ut Pauſanias, ſiue ἀπὸ τοῦ φλεῖν, id eſt producere ſiue procreare fructus, quòd ſit ſolo feraci. Lacedæmonij enim Phliunta menſem eum uocant, in quo florent fructus, Hæc Arethyrea prius dicebatur à muliere eiuſdem nominis, ut Ethnographus Stephano eſt autor. Strabo ſic ait: Arethyrea quæ nũc Phliaſia, ciuitas Phliuntis inter Sicyonem & Argiam, Celoſſe quondam dicta à regione ſic uocata, qua deleta coloni tempore poſt Phliunta ædificauerunt inde ſtadijs XXX. remotam.

Aratus dux

Sicyon ciuitas

Phlius

Arethyrea

Achaia

XII. ciuitates

ACHAIA Sicyoniæ & Elidis media duodecim olim urbibus habitabatur, quas Polybius has eſſe commemorat: Patras, Dymas, Pharem, Triteam, Laertiam, Aegiram, Pellenen, Buram, Cerauniam, Carymnam, Olenum, Helicen, integras ſanè omnes uſq; ad eius tempora, præter duas ultimas, quas ſolidas terræmotus abſorbuit. eorum nomen gloriaq; deficientibus Macedonibus cepit: ſocij ſemper Romanorum, nihilq; ſtudebant niſi ſuæ ac Græciæ totius libertati: quare per unum ducem Rempub. eorum adminiſtrabant. Ex his fuit Aratus Sicyonius qui annos ferè XX. Achæorum Rempub. feliciter rexit, nec ſolum eis ſed toti penè Græciæ reſtituendo: floruit autem circa finem primi belli Punici. Incipit ab Iſthmo ut Plinio placet. Aegialos antea uocata propter urbes ex ordine in littore diſpoſitas. At Pauſanias ab Aegialo dictam ait primo rege è Theſſalia ueniente, ac patre Achæi qui regioni nomen dedit. A Nerone principe uniuerſa libertate donata, quam poſtea Veſpaſianus eripuit, & ad priſtinum uectigal reduxit, ut idem eſt autor. Aegialus urbs Achaiæ in medio Sicyonis & Bupraſij.

Aegialus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Homerus κρῶμνάμ τ' ἀιγιαλόνʃε. Dicta autem poſtremo
Ionia quòd Iones habuerit colonos ab Athenienſibus miſ-
ſos. Hoc etiam nomine tota Achaia appellata, uti ſupra
Aegira, quę et Hypereſia
dixi. Eſt altera in Ponto Aegialus iuxta Carambum pro-
montorium, prætereà in Thracia, in Aethiopia. Aegira
media producta quam Pauſanias in VII. dicit Hypereſiam
prius uocatam, mutaſſe autem nomen ex ſtratagemate, quod
Hyperienſes aduenientem aduerſus Sicyoniorum exercitum
formidantes caprarum greges coegerunt, earumq́; corni-
bus igne per noctem adligato ipſas occurrere compulerunt,
hosteſq́; eo timore et auxilij ſpecie fugantes, Aegiram ſuam
Aegion
patriam uocauere. Aegiræ meminit Homerus in catalogo.
Aegion ubi dicunt Iouem à capra educatum fuiſſe, quam uo-
Selinous
cat Aratus Oleniam, quòd Olena ſiue Olenus huic proxi-
Aroa
ma fuerit, quam iuxta amnis Selinous fluit Stephano. Aroa
quam Pauſanias commemorat in VII. nomine ab aratro
Aegas
ſumpto quòd frugifera ſit. Aegas Homerus ſcribit ſimul &
Helice
Helicen. ἐις ἑλίκλωτ' ἀιγὰς ἀῶρ ἀνάγϰσιμ. Helice enim
urbs terræmotu corruit, ſimul & illud nobile Neptuni tem
plum quo Iones ſolebant Panionicum celebrare, ut mon-
ſtrat uerſus Homericus à me conuerſus, Mugijt ante Heli-
Bura
ces diui bos tractus ad aram. Bura. Lycophron. Δύμης τε
βϰραίοισιμ ἡγεμὼμ ϛόλϰ. Hin Potheas fuit nobilis pictor,
cuius opus Elephas Pergami in muro pictus, ut ait Philo.
Dymæ
Dymas ſuprà in Lycophronis uerſu memoraui. Olenus. So-
Olenus
phocles in Hippone. ἐξ ὠλένϰ γῆς φορβάδ@ κομίζομαι.
Etymum ducit ab Oleno Iouis & Anaxithoæ Danaidis fi-
Patræ
lio, ut Iſtrus Stephano eſt autor. Patræ urbs martyrio di-
ui Andreæ nobilitata, ex quo Pauſanias ait, Hadriano per-
mittente Patris heros Iudæus colebatur, quod de ipſo apo-
ſtolo non dubium intelligere uoluiſſe. Idem ſic ait. Hic re-
gnauit Eumelus loci indigena, qui Triptolemum habuit fi-
lium, à quo terra culta Aroa dicta eſt, & ex eius filiæ no-
mine Anthya ædificata. Meſatis quoque urbs tertia in me-
dio Anthyæ & Aroæ exſtructa. Poſt hæc uenit Patreus ex
Glaucus
genere Agenoris, qui Patras ciuitatem quam incoluit no-
minauit. Per fines huius urbis Glaucus fluuius currit. Pa-
trenſibus ſolis Auguſtus libertatem reſtituit, cum prius
Achaia tota à L. Mumio, unà cum Corintho ſubiugata
Pellene
eſſet. Pellene urbs à Pellante, uno ex Titanibus Pauſaniæ
in alto ſita monte LX. à mari ſtadijs recedens, apud quam
optimæ fiebant lænæ, certaminibus præmia propoſitæ ut
Strabo, ut etiam Ariſtophanes in Orniſi. Homer. οἱ Πλδυ-
ρῶν' ἐνέμοντο καὶ ὤλενον, οἱ δὲ Πελλήνην. Palenem uerò
per a literam Thraciæ ciuitatem eſſe dixi. Flumina Achaiæ:
Crios
Crios à nomine Titani fluit ſuper Pellenem prope Aegyram
Peneus
urbem, ut Pauſanias. Peneus fluuius Elidem ab Achaia di-
Gonoeſſa mons
uidit. Gonoeſſa mons Pellenes: quapropter dicitur ab Ho-
mero. Gonuſa uerò ciuitas Perrhebiæ, & Gomnus in Thra-
Elis
cia. ELIS urbs & regio inter Meſſenios & Achæos Si-
culo mari abluitur Straboni. Homerus tantum regionem
dicit uicatim habitatam, diuinamq́; eam appellat ob ſacra
olympiæ certamina. Incolæ, Elei & Epei appellati, & Elis
ipſa Epia dicta Euſtat. Herod. duas alias ponit, in Aeto-
lia, & in Arcadia. Vrbs ipſa à mari recedit ad montes ſita
iuxta Peneum: haud longe ab hac Olympus eſt mons, &
Olympia, & Piſa ludis notiſſima. De uetuſtate autem &
regibus huius urbis et regionis Pauſanias ſic refert, In Elide
Aethlus
primum Aethlus regnauit, Iouis filius ex Protogenia Deu-
calionis filia: huic Endymion filius fuit, qui Lunam ada-
Endymion. Pæon & Epeus & Aetolus
maſſe dicitur. Endymioni uerò Pæon, Epeus & Aetolus fi-
lij fuere, qui in Olympia cum de regno decertaſſent, Epeus
potitus eſt, Epeoſq́; Elienſes cognaminauit. Pæon uerò ob
dolorem ſecedens ad Ardum flumen populis Pæonijs no-
men dedit. Aetolus cum fratri Epeo ſucceſsiſſet ac certa-
mine ludorum Apidem interfeciſſet, à filijs eius in iudicium
Epei filii
adcerſitus ſeceſſit in eam partẽ quæ Aetolia dicta eſt. Epeo
igitur tantum unica filia ſuperſtes fuit: quæ Phorbanti La-
pithi filio nupſit: ex quibus natus eſt Actor qui regnauit
Hymminea
in Elidis ciuitate Hymminea à nomine matris dicta. Poſt
Eleus Neptuni filius
Aetoli diſceſſum regnauit in Elide Eleus Neptuni filius ex
Euricyda Endymionis filia, Epeoſq́; antea, de ſuo nomine
Augeas Eleifilius
Eleos dixit. Huius item filius Augeas ob armentorum mul-
titudinem, cunctam regionem fimo compleuerat, pactuſq́;
Herculi mercedem fimum auferenti non præſtitit, & Phi-
leum unum ex filijs cui patris iniuria infenſa erat expulit.
Quem mox Hercules deuicto Augea in ſede patris collo-
Phileus
cauit, ac eius precibus Augeam condonauit. Phileus autem
poſtea in Cephaleniam ſeceſſit, ubi imperauit dimiſſo
Eleorum regno fratri, Agaſtheni & Amphimacho Ecteati
ac Thalpio filijs Eurythi & Actoris nepotibus: qui
Polyxenus
ambo unà cum Polyxeno Agaſthenis filio naues Elien-
ſium ad Troiam duxere, ac in bello ceciderunt. Polyxeno
tantum ſuperſtiti filius fuit Amphimachus qui Eleum alte-
rum genuit, ſub quo Dorienſium claſſis cum filijs Ariſto-
Piſa
machi pro reditu in Peloponneſum certauit. Apud Piſam
uerò ciuitatem regnum alterum fuit Oenomai primum qui
Martis à poëtis filius dicitur, uere autem Alexionis. Hic
Pelopem Tantali filium ex Aſia tunc uenientem generum
ſibi adſciuit, tradita filia Atlanta, quam ille ſuperatis Myr-
tilo cæteriſq́; procis in certamine, meruit uxorem: anteq́;
omnia Mercurio ſacrificauit ad eum ob filij Myrtili mor-
tem placandum. Et hæc quidem ille. Nunc cæteras uidea-
Aleſium
mus urbes, Aleſium ab Aleſio filio Silleuntis, unius è pro-
cis Hippodamiæ: eſt & Aleſius campus in Epiro, & ma-
re Aleſium, & promontorium, & fluuius. Aleium quo-
Amythaonia
que campum Lyciorum Homerus commemorat. Amythao-
nia pars Elidis ab Amythaone Crithei filio ut Stephanus.
Arena
Arena Triphyliæ eſt & Meſſeniæ. Homerus, ἀρλώνημ ἐρα-
τεινὴν. amœnam uocat quod flumine Mineio abluatur, ut
Bupraſium
Euſtathius. Bupraſium ciuitas, & fluuius & regio Elidis,
à Bupraſio conditore, nunc minime apparet. Homerus
Bryſiæ
οἵ δ' ἄρα βϰπράσιόμ τε καὶ ἤλιδα δῖαμ ἔναιομ. Bry-
Augeæ
ſiæ & Augeæ inter Locrenſes aliæ. Oleniam petram Stra-
Olenia petra
bo montem in Elide ponit, quem tunc Scollin uocabant.
Qui uerò ethnica ſcribit Olenum Achaiæ ciuitatem ponit
ab Oleno Iouis filio, unde origo forte montis, Olenij fue-
Myrſinus
rit. Myrſinus urbs. Homerus, καὶ μύρσιν@ ἐσχατόωσα.
Hæc poſtea Myrtorium dicta eſt. Myrtuſa uerò mons Li-
Pylum
byæ, ut Euſtathius. Pylum Neſtoris patria XXX. ſta-
dijs à mari ſitum, quod ſecundum Homerum latam habe-
bat regionem, quando ſeptem urbes illi uicinas Agamem-
non Achilli promittit. Ex quo tres Pyli in Peloponneſo
uicini Straboni ponuntur, in Triphylia, in ora Piſæa, in
Meſſenia ad Coryphaſium, quæ nunc Venetorum eſt.
Triphylia
Triphylia pars Elidis, quod è tribus conſtet populis:
Lepreum
Epeis, Minyis, & Eleis, ut Strabo. Lepreum urbs iuxta Al-
pheum monteſq́; ſita à Lepreo, quẽ Hercules interfecit, ſiue
à lepra qua curabantur ibi quodam in flumine lauantes, ut
Thryon
Steph. Eſt alterum in Arcadia teſte Pauſania. Thryon quod
Thryœſſa etiam dicitur, Elidis urbs à iuncis ibi prouenienti-
bus, ſita iuxta undam Alphei unde pedibus tranſmitti poteſt,
ut Strabo. Stephanus uerò, & qui ſcribit Ethnica in Meſſe-
Ichthys promontorium
nia ponũt. Thryus uerò urbs Achaiæ mihi dicta eſt. Ichthys
Alpheus
promontoriũ regione Piſæ urbis deſcribitur Ptolemæo. Al-
pheus fluuius ex Arcadiæ mõtibus oriens mediam percur-
rit Elidis regionẽ in Triphyl. poſtremo lapſus pelagus. Eius
aqua, ut Strabo memorat, impetiginem quæ Alphos dicitur
curat: unde etymum trahit. Dicitur & hac unda Melampus
curaſſe filias Prœti ab inſania. Nota fabula, cum ſubterla-
bentib

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Meſſenia · Aſine · Amphigenea · Amphea · Andania · Ariſtomenes dux · Aepy · Cypariſſeis · Pylum · Corone · Methone capta · Ithome · Acrite promontorium · Coryphaſium promontoriũ · Sela · Paniſus · Laconica · Lelex · Myles · Eurotas · Lacedæmon · Amyclas · Hyacinthus · Argalus · Cynorea · Oebalus · Tyndarus

bentibus undis Siciliæ fontem Arethuſam dilectam commaculare. MESSENIA florentiſsima quondam, & quæ Lacedæmoniorum uiribus annos ferè XVI. reſtitit continuo bello. Hinc Colonia in Siciliam miſſa in eam ciuitatem quæ Zancle prius dicebatur. Aſine in ora ſinus Meſſenij priſtinum retinens nomen, quam à Venetis nuper Turca ſurripuit: ſecũda in Laconica: tertia in Cilicia. Amphigenea urbs in qua Latonæ templum, ubi Apollinem dicitur peperiſſe, ut Steph. Amphea urbs Pauſaniæ in IIII. Andania urbs Homonyma regioni. ſic enim Meſſenij quondam uocabant, ἀπὸ τ͂ μὴ ἀνδλάνειν. Hinc Ariſtomenes ille inuictiſsimus fuit, qui pro Meſſenijs decertans tot annos uictoriã Lacedæmoniorum diſtulit, pluribus eorum exercitibus trucidatis: tandem uictus ac interfectus, inuentus eſt cor hirſutum habere: autores Herodotus & Plutarchus. Aepy ab altitudine loci dictum Straboni. Hom. καὶ θρύον ἀλφειοῖο πόρον, καὶ εὔκτιτον αἰπυ. Cypariſſeis urbs. Homer καὶ κυπαρισσήεντα, καὶ ἀμφιγένειαν ἔναιον. Cypariſſus autem in Parnaſo. Strabo hunc Cypariſſeenta flumen eſſe, Cypariſſum uerò iuxta flumen urbem ponit. Pylum in ora Meſſeniæ, alterum à Pylo patria Neſtoris. Corone & Methone ciuitates in ora nomina retinentes. Pauſanias dicit Methonem ante bellum Troianũ Pedaſum appellatam, deinde à filia Oenei Methone nomen mutatum, cum Oeneus poſt bellum eò ſe receperit: ſiue à Methone lapide qui in littore anguſtum efficit portum. Hæc urbs annis proximis MDVII. Id. Auguſti à Turcis poſt menſtruam obſidionem fuit expugnata, oppidanosq; aiunt ad unum omnes hoſtili gladio interemptos. In quibus erat homo doctus Andreas Salcus eius urbis præſul, meus quondam ex Andronici ſchola condiſcipulus. Ithome urbs ad Selam fluuium poſita, alterius Theſſalicæ ſuprà memini. Promontoria Acrite Ptolemæo, & Coryphaſium Thucydidi in V. Fluuius Sela qui Meſſeniam ab Elide diuidit, & Paniſus ex Alpheo in ſinum exiens Meſſenicum. LACONICA partim in orientem ſpectans, centum olim urbibus habitabatur: quapropter Hecatompolis ſicuti & Creta dicebatur, ibiq; primum Hecatomba ſacrificium in ciuitatum ſalutem inſtitutum, ut tradit Euſt. eorum quoque nomen in multis uſurpatum. Nam & laconicum Galenus memorat lauacri genus. Balneis utebantur frigidis, pueritiaq; paſsim uerberibus adſueſcebant, ut uitæ duritate utiles publicis rebus redderentur in Lycurgi legibus. Eſt & laconicum ſaltationis genus, & modus in bello, & breuitas in dicendo. qua illi plurimum utebantur, ut apud Plutarchum legitur. Et ferrum laconicum, ut refert Demarchus de inſtrumẽtis bellicis, utile fuerat limis, terrebris, machinis, lapidibus: ſicuti lydium, cultris, nouaculis, iaculis, Calybium Sinopicum fabrilibus inſtrumentis. Et canes lacones, Plautus. Nos paraſiti lacones ſumus. Laconicus item ager liberæ gentis erat, ut Plin. teſtatur. Nunc ex Pauſania Lacedæmoniorum ſtatum, regumq; ſucceſsionem ex ordine referam. Lelex primus in Laconica regnauit indigena loci, ex quo Leleges dicti ſunt. Huic Myles & Polycaon filij fuere. Myleti ſucceſsit filius Eurotas, qui flumen à ſe cognominauit Eurotam, qui nimis profluentem frenans intra mare compulit: poſtremo cum uirili prole careret regni ſucceſſorem Lacedæmonem reliquit ex filia Sparta generum. Ex ijs igitur nomina regionibus prouenerunt. Lacedæmon Amyclam genuit, qui & ipſe ciuitatem de ſuo nomine condidit. Amyclæ filius Hyacinthus fuit puer forma præſtanti, qui in florem ſui nominis conuerſus eſt Apollini dilectus. Argalus eius frater natu maior rem ſuſcepit. Huius filius Cynorea fuit, pater Oebali qui ex Gorgophone filia Perſei Argiui Tyndarum genuit. Hic demum ab Hippocoonte & Icaro per ſeditionem pulſus con fugit in Meſſeniam ad auunculum Apharea, ubi filios genuit

Helena · Menelaus · Oreſtes · Tiſamenus · Lacedæmonia · Sparta · Amyclæ · Aegys · Aepea · Aethæa · Aulon · Crocea · Chene · Derra · Geranthe · Gytheon · Geneſa · Helos

ex Leda Caſtorem & Pollucem, Helenam & Clitemneſtram, quos fabula dicit ex gemino ouo ex Leda & Ioue ortos. Tyndarus cum ſub Hercule patrium regnum repetijſſet, filijs & Menelao ex Helena genero dimiſit. Menelao autem Oreſtes Agamemnonis filius eius ex Hermione gener ſucceſsit. Deinde Tiſamenus eius filius ſub quo Heraclidæ in Laconicam deſcenderunt, ac rerum ſtatus immutatus. Tiſamenus in Achaiam ſeceſsit. Ariſtodemus regno Lacedæmoniorum ſucceſsit. Deinde duo eius filij Procleon & Euriſthenes in duas regnum partes diuiſerunt: alij Lacedæmoniam, alij Argos & Meſſeniam tenebant. Inſequentibus uerò temporibus Ageſilaus Lacedæmone potitus eſt, cuius tempore Lycurgus leges dedit. Deinde Archelaus, Teleclus, Alcamenus, Polydorus, ſub quo Lacedæmonij colonias miſerunt in Italiam Crotonem & Locros, ſub eodemq; bellum contra Meſſenios illud diuturnum incepere. Sub Euricrate autem ſub iugum eos miſere. Deinde Anaxander & Euricrates II. Cleomenes & alij. Hactenus Pauſanias. Lacedæmon & Lacedæmonia apud Hom. legitur. Ciuitas eſt & regio. Quod regio, hoc carmine. τὰ οἱ ξεῖνος λακεδαίμονι δῶκε τύχης: quod ciuitas item alio. οἳ δ' ἶξον κοίλην λακεδαίμονα πρὸς τὰ δώματα Μενελάου. Dicunt & Lacedæmonios, λ literam ſcutis inſcripſiſſe, primam uidelicet ipſius urbis nominis: quod item imitati ſunt eorum uicini Meſſenij prelata μ, litera. Lacedæmona curuam appellat ſuperiore uerſu Hom. quod Taygeto & Parthenio circundetur montibus. Cæterum terræmotibus obnoxia eſt, cauernoſa, abundare etiam nepeta tellus dicitur. Lacedæmonij, ut refert Thucydides, primi corpora ad athleticam nudauerunt & oleo unxerunt, cum olim etiam in olympia ſubligaculis pugnando Athletæ uterentur. Hinc in pueros libido exarſit, ut ait Cicero. Ariſtoteles ait in Politicis Lacedæmonios ita inſtituiſſe Remp. ut regem perpetuum crearent, qui belli tempore ſummum haberet imperium, & Ephoros qui uitæ & necis poteſtatem. De Lacedæmoniorum uerò ſcytala alibi dicam. Spartam alij eandem cum Lacedæmone uocant. Herodotus ait in Lacedæmone regione Spartam eſſe ciuitatem: quod autem fuerit Laconicæ regia manifeſtat Strabo dicens, quod Heraclidæ diuidentes Laconicam in partes ſex, unam ex ijs excellentem Philomelo qui eis Laconicam prodidit dedere. Spartam autem regiam ſibi retinuere. Euſtath. ex Comici ſententia Spartam à ſparto ibi fruticante dictam indicat. Amyclæ unà è centum Laconicæ urbibus Apollini ſacra, cuius etymologiam ſupra diximus. Eſt & Amycleum portus & oppidum, & portus in Creta. Amyclaides uerò genus calciamenti ab Amycleis inuentum, & Amyclæ in Campania Italiæ horum Colonia. Stephanus. Aegys urbs, incolæ Aegytæ Pauſaniæ. Lycophron de Helena loquens, καὶ πάντα τλήσεσθ' οὕνεκ' αἰγύας κυνὸς, τῆς θηλύπαιδος καὶ τριάνορος κόρης. Aethæa una è centum Laconicis, incola Aethæus, ut Thucydides in primo. Aepea. Hom. καλήν τ' αἴπειαν καὶ πήδασον. Incolæ Aepiatæ. Athæa, Aulon è centum, altera in Arcadia, in Creta, in littore ſinus Ionici, in Italia, quæ poſtea Caulonia dicta eſt. Steph. Crocea penultima correpta una è centum. Chene unde Cheneus ut Plato in Protagora. Hinc Myſon Cheneus unus è ſeptem putatus. Derra locus Laconiæ ubi Diana Derreates colitur, ut Steph. Geranthe urbs, incola Geranthiota Pauſaniæ. Gytheon urbs in ora. Lycophron. δυσὰς σαλάμβας κἀπὶ γυθέου πλάκας. Ptolemæo Gythium uocatur. Geneſa urbs. Geneta autem flumen Sophocli. Genea uerò Corinthi ciuitas. Helos. Homer. καὶ πτελεὸν καὶ ἕλος καὶ δώριον, dicitur quod in paludibus ſit. Incolæ Helotæ, id eſt, εἵλωται. Elei autem & Eleatæ diuerſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Straboni. Helos eſt regio latiſſima apud Alpheũ, unde Elotæ dicti infeſti quõdam Meſſenijs, cum etiam Lacedæmonij qui tanquã ſerui degentes, atq; excurrentes, inde nomen acceperint.

Nomina ſeruorum.

Elotæ igitur apud Lacedæmonios, ſicut Peneſtæ apud Theſſalos, Cillicyrij in Creta, Mariandyni apud Heracleam Ponti, Arotæ Syracuſis, Euſtath. Mycenæ. Hom. Οἳ δ' Μυκλώας εἶχον, à Nympha Laconica uocatæ, uel ἀπὸ τοῦ μυκήσασθαι, quod mugierit in eo loco Io.

Mycenæ

Inuenitur & ſingulari numero Mycena: ueritas habet hiſtoriæ Perſeum Mycenas ædificaſſe, deinde Steneleo, poſtea Euriſtheo & Atreo ac Agamẽnoni poſſeſſas. Demũ poſt bellũ Troianũ ab Argeis, à quibus funditus deletæ fuerũt. Euſt.

Meſoa
Meſapeæ
Malea promõtorium.
Las

Meſoa media correpta locus & tribus Laconiæ Straboni in ſexto. Meſapeæ urbs, ubi Meſapæus Iuppiter colebatur, ut Steph. Malea promontoriũ quæ ſinui Maliaco nomen dedit. Las urbs. Lycophron. καὶ λᾶν πορθήσεις. Hom. Laan dixit. Οἵ τε Λάαν εἶχον, ἠδ' Οἴτυλον, utroq; ſexu enunciatur. Dicitur à petra altiſſima ſuper quã ſita eſt. Hanc urbẽ Caſtor & Pollux expugnarũt, ac funditus euerterunt, ex quo Laperſæ appellati. Pauſanias ab Achille et Patroclo expugnatas dicit.

Oetylus
Oenus
Pephnon
Scoticia

Oetylus urbs. Hom. Οἳ δ' Οἴτυλον εἶχον. Oenus Οἶνος paruum in Laconica oppidum Stephano. Pephnon urbs. Scoticia media producta locus Laconicæ, ubi Iuppiter Scoticias colebatur. De quo Pauſanias in primo ſic ait: Eſt locus quercu plurima fœcundus, cui nomen Scoticiæ non opacitas arborum, ſed Iuppiter cognomento Scoticias indidit.

Theramne

Theramne urbs quam nonnulli Spartã dicunt, tẽplũ habebat Caſtoris et Pollucis, quos Dioſcuros appellant, quare ἀπὸ τοῦ θεραπεύειν θεοῖς dicta eſt.

Tyrea
Taigeta mõs.
Eurotas

Tyrea media correpta terminus Laconicæ et Argiæ, de qua inter ipſos populos quandoq; decertatũ eſt. Poteſt & plurali numero enunciari Stephano. Mons Taigeta qui oram Laconicã à Meſſenia diſterminat. Fluuius Eurotas mediam abluit regionem in ſinum exiens laconicum.

Pephnus
Leuctra
Cardamyle

Deinceps Pauſaniæ Pephnus ciuitas in qua Dioſcuri dicuntur interijſſe, in hac naſcuntur formicæ albæ. Leuctra ciuitas XX. ſtadiorum à Pephno diſtans ubi Aeſculapius extra colitur. Cardamyle oppidum cuius meminit Homer. in promiſſionibus donorum Agamemnonis; erat quondam Meſſeniæ, ablatum ab Auguſto.

Teuthrona
Tænarõ promontorium.
Cynorentes.
Ciuitates quas Auguſtus liberauit.

Teuthrona à Teuthrante Athenien. Tænaron promontoriũ marmoribus clarũ, ubi fons erat & locus cauernoſus, Hinc aditum in Infernum finxerunt. Cynorenſes populi Laconicæ à Cynoro filio Perſei. Auguſtus Lacedæmoniorum quod eius partes ſectati fuerant, ciuitates XVIII. liberauit, multasq; à Meſſenijs illis aduerſis ablatas eis tradidit. Sunt autem hæ: Gythion, Teuthrona, Las, Pirrhicus: in Tænaro autem Cenæ uacua ciuitas, Oetylus, Leuctra, Thalamæ, Alagonia, Gerenia: prope mare autẽ Aſopus, Acriæ, Bolæ, Zarax, Epidaurus Limera, Braſiæ, Gerontiæ, Marnis: hæc ex Pauſania.

Argos

ARGOS & regio dicitur et ciuitas, & Argi & Argiui populi à Latinis uſurpatũ, ſicuti Achæi & Achiui. Iidem et Argoli à Perſis dicti, & Argolis regio. Theſſalicũ, ſuprà diximus, & Amphilochium omnis deniq; Peloponneſus, ut ait Strabo, præſertim Laconica, Argea appellata: ex quo Helena ab Homero Argea dicta eſt. Propter igitur frequentiam ac uarietatem nominis huius manauit Græcũ prouerbium in uiros glorioſos & ſycophantas ἄργεια φορά. Argos uerò Peloponneſiacum de quo nũc ſermo, Sophocles Doricum etiam uocat; diuerſis etiã uocabulis cenſetur, ut ait Euſtat. Nam & Aegiala dicitur, Hippobotum ac Hippiũ, et Laſium, & Dipſium ob aquæ inopiã. A Cyclopibus ædificatum quidam uerius tradidere quàm à Siculis, qui tres cum eſſent, ut alij, ſeptem numero, Chirogaſteres ideo dicti ſunt, quod opifices eſſent, manuumq; opera uictitarẽt: fabula uerò refert eos unum tantum in fronte oculum, manusq; uentri iunctas habuiſſe. Ab ijs etiam ſpeluncæ Cyclopeæ in Argea regione cognominatæ, ut idem teſtatur. Aelianus autem de uaria hiſtoria refert conſuetudinem apud Argeos fuiſſe, ſi quem in otio uiderint, ab eo rationem quærere, unde uiuat. Tota autem hæc regio ſita eſt in parte Peloponneſi quæ reſpicit orientem. De regibus eius Pauſanias ſic ait.

Phoroneus Rex
Niobe
Argus
Piraſus & Phorbas
Triopas
Iaſſus & Agenor.
Io.
Erotopus
Stenelas
Gelanor
Danaus
Lynceus
Abas
Acriſius
Prœtus
Danæ

Phoroneus primus Inachi fluuij filius, hic initio diſperſos populos in urbem coëgit, appellauitq; Phoronicum: huius filia Niobe fuit quæ Argum peperit, qui regno ſuccedens de ſuo nomine populos appellauit. Ex Argo Piraſus & Phorbas, ex Phorbante Triopas: ex hoc Iaſus & Agenor, ex Iaſo, Io: quæ in Aegyptum abijt, pro deaq; colitur. Ex Agenore Erotopus, ex hoc Stenelas, ex Stenela, Gelanor, quem Danaus ex Aegypto ueniens regno priuauit, alteramq; ſobolem cepit: ex eo enim filiæ L. uiros & patrueles ſimul interfecerunt Lyncei filios, & poſt Danaum Lynceus frater. Ex hoc Abas, ex quo Acriſius qui regnauit apud Argos, & Prœtus qui Tyrinthum & Argiæ maritima tenuit, cuius filiæ errantes ob inſaniam, curatæ ſunt à Melampo Amithaonis filio. Acriſius autem Danaen habuit filiam, cuius prolem ex reſponſo Apollinis formidans in turrim relegauit, ubi ex fabulis. Iuppiter in auri gutta per tegulas deſcendens ex ea Perſeum genuit uirum fortiſſimum, qui Acriſio interfecto ſucceſſit, Mycenasq; ædificauit:

Perſeus
Megapentus
Argeas
Anaxagoras
Bias, & Melanthus

ex Acriſio Megapentus, qui ubi patrem interfectum uidit, Perſeo ceſſit. Ex Megapento, Argeas, qui Anaxagoram genuit, cum quo ſimul Melanthus & Bias filij Amithaonis regnauerunt. Sub ijs igitur Argiuorum regnum diuiſum, ex Biante regnauerunt quinque uiri, in generationes quatuor uſque ad Cyanippum Aegialei filium, ex Adraſto geniti: ex Melantho autem generationes ſex, homines totidem uſque ad Amphilochum Amphiarai filium.

Adraſtus
Aegialeus
Cyanippus
Melanthus
Amphiaraus
Amphilochus
Ex Anaxagora, Alector, Iphis & Capaneus.
Steneleus
Cylarabis

Plus enim Anaxagoridæ regnarunt: ex Anaxagora enim Alector fuit, ex hoc Iphis & Capaneus unus è ſeptem ducibus, ex quo Steneleus qui Iphi patruo ſucceſſit. Amphilochus autem poſt Ilium captũ migrauit in eos populos, qui de ſuo nomine nunc Amphilochi dicti ſunt. Cyanippo uerò ſine liberis moriente Cylarabis Stenelei filius regnum ſolus obtinuit Argiuorum.

Oreſtes
Tiſamenos
Heraclidæ

Quo etiam ſine liberis decedente, regnum peruenit ad Oreſtem Agamemnonis, deinde ad filium eius Tiſamenon ex Hermione: ſub quo Heraclidæ Peloponneſum inuaſerunt, expuleruntq; ex Argo & Lacedæmonia Tiſamenum, & ex Meſſenia Nelidas, id eſt, Neſtore prognatos: uidelicet Alcmeonem Sillæ filium Taſpedis nepotem, & Pyſiſtratum Pyſiſtrati, & filios Pæonis filij Antilochi Neſtore nati: & cum eis Melanthum Andropompi, qui Bori, qui Penthili, qui Periclimenis fuit. Tiſamenus igitur cum filijs & exercitu in Achaiam nunc appellatam: Nelidæ autem præter Pyſiſtratum, qui non conſtat quò ierit, Athenas uenerunt. Hinc Athenis Pæonidum et Alcmeonidum genus. Melanthus uerò regnum tenuit quod ex Thymœte Ozynthi filio abſtulit. Thymœtes enim ultimus Theſeidarum regnauit Athenis.

Filii ſeptem ducum
Nauplia

Septem ex Argo duces uno tempore cõtra Thebas filios quidem habuere qui uictoriæ ſucceſſere. Aegialeus Adraſti, Promachus Parthenopei, Polydorus Hippomedontis, Polynicis Therſandrus, Amphiarai Alcmeon & Amphilochus, Diomedes Tydei, Steneleus Capanei. Et hæc quidem ex Pauſania. Euſebius autẽ dicit reges Argiuorum XIIII. regnaſſe annos D. XLIIII. primumq; Inachum fuiſſe Phoronei patrem annos L X. Iſaac uſque ad Acriſium tempore Delboræ iudicis: deinde Perſeum Achriſii filium Mycenas regnum tranſtuliſſe, huius Steneleum filium patrem fuiſſe Euriſthei patris Atrei: deinde Agamemnonem, Aegiſthum, Oreſtem, Tiſamenum Penteum, Cometem, uſq; ad Heraclidarum aſcenſum. Deinceps loca percurrã. In ora primum Naupli à ſinu Argolico

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Nauplius rex

goſico,dicta ἀπὸ τῶ ναυσὶ προσπλεῖσθαι,id eſt,quod huc nauibus adplicetur,ut ait Strabo:uel quod hic Nauplius Neptuni & Amymones filius regnauit,qui poſtea coloniam in Caphereum Euboeæ mutauit. Seruit & hæc urbs Venetorum imperio,uocaturq́; corrupto uocabulo Neapolis Romaniæ.

Epidaurus

Epidaurus Limera uocata,quod pratis abundet,uel quaſi limenera quod ualde fuerit portuoſa. Item Mileſia & Aemera à ſanguinis effuſione, tum pecudum,tum taurorum quibus aram Aeſculapij uenerabantur, unde etiam Epidaurus dicta,ut Steph.Strabo etiam Epicarum uocatam dicit, quod Cares etiã tenuerint.Sita eſt in receſſu Saronici ſinus,natura

Aeſculapii templum.

munita,montibus circũdata,nobilis alioquin templo Aeſculapij,referto tabellis ab eo curatorum.Conſuetudo fuerat ut noctu ægroti in eo dormirent, atque hoc modo in ſomnis à numine curari dicebantur: quæ ſuperſtitio deinde Romam translata in inſula ubi adhuc eius templi ueſtigia uiſuntur.

Hermione

Hermione urbs.ἀπὸ τῶ ὁρμίζειν,mutata o in e,quodhuc Iuppiter cum Iunone è Creta adplicuerit, ubi & nobile Iunonis uirginis templum.Strabo hanc inter claras ponit Argeæ ciuitates.

Trœzena

Trœzena nobile oppidum mari ſuperſtans Cherſonneſi ſpecie ſtadijs x v.dicta quandoque Aphrodiſia & Sarona,& Poſsidonia,& Apollonia,portum habet qui Γώγειον dicebatur,id eſt,Barba, ubi coloni barba capilloq́; promiſſo ſqualebant:ex quo natum prouerbium apud Græcos, Adna uiga Trœzena,ut Euſtat. Athenæus quoque ſcribit: Vinum Trœzenium ſi mulier prægnans deguſtauerit abortum faciet.

Saronicus ſinus

Saronicus ſinus in hac parte eſt cognominatus à Sarono flumine Trœzenes.Nam à Trœzene ipſa Saronica uocata eſt, uel à Sarone uenatore ibi ſubmerſo dum feram inſectatur,uel quaſi Syronicus ἀπὸ τῶ σύρεσθαι,quod Scylla Niſo patre Megarenſium rege necato à Minoe,cuius gratia patrem prodiderat,ac eum ſecuta fuerat,undis proiecta, ac deinde à mari huc tracta,& ſinui Saronico & Scyllaceo promontorio quod iuxta eſt,nomẽ dederit:hæc Euſtat. Plin.uerò aliud adfert etymum,quod is ſinus querno nemore fuerit redimitus,ſic antiqua Græcia quercum appellante. Et hæc quidem ora.

Aſinæ
Dryopes
Cleone

Intus autem Argos ipſum de quo ſatis dictum eſt. Aſinæ unde ſinus Aſinæus. Hæc enim & Hermione domicilia fuere Dryopum,qui loca circa Sperchium amnem in Theſſalia deſerentes,in hæc loca migrarunt.Cleone urbs in uia eſt ex Argis Corinthum proficiſcentibus in monte ſita. Apud hanc

Nemea ſylua.

ſylua eſt Nemea appellata, in qua Hercules leonem interfecit.Ludi quoq; Nemea celebrantur ob Archemorum,apij corona propoſita.dicta eſt urbs à Cleone ab Hercule ſuperato: uel ut ait Pindarus poëta,à Cleone Aſopi & Meropes filia, Euſtathio.

Eionæ

Herodotus quoque alteras in Atho monte Cleonas ciuitatem eſſe dicit.Eionas Strabo tantum dicit oppidum eſſe quod Mycenei ſiue Athenienſes deſolantes nauale fecerunt. Eſt & ſingulari numero Eion Cheronia ciuitas apud Thucydidem. Eſt & Strymonia,& item alia Pieria Eion,ut

Limenæa
Melimma
Midea

Euſtat.Limenæa uicus, unde limnæus Thucydides biſſyllabum protulit. Melimna urbs ubi Venus Melimnæa colitur. Lycophrõ.τὴν καςανίαν τε μελιμᾶιαν τε θεὸν.Midea urbs olim, nunc uicus paruus, prius Perſei ciuitas à Midea filia Alopis,legitur & penultima cum diphthõgo & ſine,ex quo apud Latinos media fit ſyllaba.Eſt & altera Bœotiæ,ut Home. Οἵ τε πολυςάφυλον ἄρνην ἔχον,οἵ τε μίδειαν. Eſt &

Orneæ

in Libya tertia.Ornias uel Orneas quod eſt magis uſitatum communi lingua, uicum eſſe apud Argos Strabo ſcribit, diciq́; à flumine homonymo iuxta currente, celebrem quondam urbem in qua Priapus Orneates colebatur,ut Euſt.

Oene

Oene urbs.Orus hyſtoricus Oenen ſcripſit triſſyllabum,& incolas Oenatas ubi & Minerua Oenata colebatur à Prœto rege templo extructo,ut Steph.

Inachus

Inachus fluuius è montibus Arcadiæ meridiem uerſus in ſinum Argolicum exit, Argeam à Laconica diuidens. Ex quo Argeorum regio Inachia dicta eſt,ut autor Stephanus.

Arcadia
Arcas Iouis filius.

ARCADIA in medio Peloponneſi ſita, ab Arcade Iouis filio nomen accepit, dicta & Pelaſgia & Parrhaſia, & Lycaonia, & Azania,& Gigantis, & Pania Euſtathio. Proſelini quoque Arcades autore Lycophrone appellati,quaſi ante lunam geniti, quod uetuſtate cæteris præſtent. Cauſa eſt quod in diluuio Deucalioneo ſoli ad montes uicinos euaſerint.

Lycaon

Pauſanias dicit in Arcadia primum regnaſſe Lycaonem Pelaſgi filium. Huius multos fuiſſe filios qui nomina terris dedere, in primis Calliſto filiam, quæ ex Ioue Arcadem genuit, qui Arcadiæ nomen dedit. Ipſa in urſam conuerſa, in ſemptentrione lucet.

Apidones.

Apidaneas etiam eos Dionyſius poëta uocat. Strabo autem Apidonas ab Apide Phoronei filio, ex Epiro ob ſerpentum multitudinem in Peloponneſum migrante, à quo

Apia

Peloponneſus Apia dicta eſt, per exochen uerò Arcadia, ubi ipſe habitauit. Huius Apidis meminit Aeſchylus. ἄπις ἐλθὼν ἐκπέρας ναυτιακτίας. dicitur & Azenis à ſiccitate uſque in hunc diem, ait Euſtathius.

Pileus Arcadicus.

Narrauit & de Pileo Arcadico ab alijs diuerſo: & eos Arcadas imitari qui miſerantur alienam calamitatem,ut Plato in comœdia quadam planè indicat. Quoniam Arcades bellicoſiſsimi cum ſint, alijs uictoriæ laudem referunt, exemplo Herculis qui Euriſtheo laborũ gloriã dicauit,ut idem eſt autor. Nunc oppida dicam, quæ Strabo teſtatur magna ex parte interijſſe. Plura uerò ex eis à Lycaonis filijs, uti diximus, ædificata.

Azania

Azania pars eſt ab Azano Arcadis filio. Eudoxus libro ſexto Geographiæ Arcadiam tradit diuiſam in Parrhaſiam, Azaniam, & Trapezuntios, Azaniam ciuitates habere x v i i. quas ſorte abſecutus eſt Azea. Idem adfirmat eſſe in eadem parte Azaniæ fontem, quem deguſtantes tetro arcentur odore,cuius lympha Melampus Prœtides curauit Stephano.

Acaceſium
Aemælium
Alea
Aliphyra
Caphyra
Cinetha
Diope
Eparithe
Euthea
Eniſpe
Gatheæ
Lycoa
Lycoſura
Lycea
Mathirea
Melæne
Mantinea
Megalopolis.
Nonacria
Neda
Oreſtaſum
Onchæum
Orchomenũ
Parrhaſia
Phalantus
Phigalea
Palantium
Pholus mons
Pylæ

Acaceſium urbs ab Acaco Lycaonis filio Panſaniæ in v i i i. Acontium urbs item à Lycaonis filio, Acontia Stephano: Aemilium urbs Pauſaniæ in v i i. Alea, Aliphyra,Caphyra,cynetha,Diop,Sparithe,Euthea,Eniſpe, Hom. κὴ ἠνεμόεσσαν ἐνίσπην,uentoſam appellat,quod in montibus ſita,iam interijt, ut Euſtath.enarrat. Gatheæ, Lycoa urbes Pauſaniæ in v i i i.Lycoſura, Lycea,Mathirea, Melæne à filio Lycaonis eidem, Mantinea & Mantina ſicuti Zelea & Zela à Mantino Lycaonis filio habitata, ut ait Strabo,ab Argæis nobilitata trophæis Epaminondæ,qui Lacedæmonios in eo loco ſuperauit, ipſe'que unà extinctus eſt: dicta eſt ab Hom.amabilis, & amœna, quoniam uitifera, ut enarrat Euſt. Megalopolis, unde fuit Polybius hiſtoricus, & Ameſidorus qui de ciuitatibus ſcripſit:aliam in Ponto diximus.Nonacria urbs in parte Azaniæ, Neda Steph. Euphorioni autem Nedea. Oreſtaſum ab Oreſtaſio Lycaonis filio Stephano.Pauſaniæ autem Oreſteon ab Oreſte Agamemnonis filio. Onchæum item. Orchomenum pecoroſum, paſcuis'que idoneum ab Homero dicitur, ad differentiam alterius Bœotiæ cuius ſupra memini. Parrhaſia regio & ciuitas, à Parrhaſio Lycaonis: uel quaſi Parrhabaſia, id eſt nefas & ſcelus quo Lycaon in Iouem eſt uſus:fabula à Lycophronis enarratore deſcribitur. Phalantus ciuitas & mons Pauſaniæ in v i i i. Phigalea penultima correpta urbs. Rhianus in v. Meſſeniacorum. τὴν μὲν ἄνοιγετ' ἀνοίξιν ἐπὶ κρανάλῳ φιγαλαίαν. Dicta eſt deinde Phialea ſine g,penul.producta,eſt & altera in Bithynia Stephano Pallantium urbs à Pallante Lycaonis, ut Heſiod. ſcribit. Hinc Romæ Pallanteum & Pallantium. Pholus mons, à Pholo centauro.Phalæſia urbs Pauſaniæ in v i i i.Pylæ locus Arcadiæ.Parorea itẽ,ſcribitur & Parotræa cum diphthongo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Pheneus

Ripa

Stratia

Stymphalus
Scœnus
Tegea
Copæ
Telphuſa
Thyneum
Thiſna
Trapeza
Hypſus
Apſoris
Cynoſura
Erymanthus
Pholoe
Cyllene
Melas
Crathis
Ladon

Pheneus Azaniæ urbs. Homerus. οἱ φενέον τ' ἐνέμοντο καὶ ὀρχομενόν. *Ad montem ſita Cylenum.* Strabo *ſcribit hinc Stygis aquam letiferam, quam ſacram putant, manare.* Herodotus *uerò apud* Nonacriam *ciuitatem hanc dicit modicã quidem uideri è petra in uallem defluere: qui tamen minime diſcordes ſunt, cum eadem* Arcadiæ *pars, &* Pheneus *&* Nonacris *&* Azania *ſit.* Rhipa, *quã ait* Strabo *interijſſe, regio nemq; tantum* Rhipida *uocari.* Stratia *urbs, de qua &* Rhipa *ſic ait* Homer. ῥίπην τε στρατίην τε ἠνεμόεσσαν ἐνίσπην. Stymphalus *urbs & fons & campus & palus* Arcadiæ, *ubi* Diana Stymphalia. *Hic* Strabo *memorat* Herculis *de auibus fuiſſe* Tropæũ. Schœnus *à iuncis ibi prouenientibus.* Tegea. Hom. Καὶ τεγέην εἶχον καὶ μαντινέην ἐρατεινήν. *Hanc ditiſſimam* Strabo *teſtatur, ſimul & antiquum prouerbium.* εὐδαίμων ἡ κόρινθος, ἐγὼ δὲ εἴην τεγεάτης. *felix* Corinthus: *ego tamen ſim* Tegeata. Pauſanias *dicit* Mantineum, Tegeaten *&* Menalum, Tegeam *&* Mantineam *ædificaſſe, apud* Tegeam *quoq;* Mineruæ *ſimulacrum fuiſſe* Copæ *opus pulcherrimum, quod* Auguſtus *poſt* Actiacam *uictoriam ablatum* Romæ *in foro poſuit.* Telphuſa, Lycophrõ. δίκην ἐάσει τάῤῥοθος τελφουσία. *eſt &* Thelphuſum Bœotiæ *ciuitas* Straboni. Tricolonum *à* Tricolono Lycaonis. Thynæum. Thiſna Pauſaniæ. Trapeza *urbs prope* Tricolonum Stephano. Hypſus *urbs* Pauſaniæ VIII. *Montes* Arcadiæ Apſoris, Cynoſura, Erimanthus, *apri ab* Hercule *ſuperati fama nobilis.* Pholoe. Cyllene, *ubi dicunt albas eſſe merulas ac canoras quas noctibus per lunam capiunt, ut* Euſtathius. *Flumina quoq; præcipua,* Melas, Crathis, Ladon.

INSVLAE IONII ET AEGAI.

MARE *quod* Thucydides *primo lib.* Græcũ, *noſtri nautæ* Archipelagus *appellãt, in hoc comprehendi mediterraneo palàm eſt, uarijsq; ex cauſis uaria ſibi nomina uſurpare. Inſulis inſuper plurimis refertum, late regiones non ſolum* Græcorum, *ſed partim barbarorum obire.* Romani, *uti* Plinius *refert, hæc omnia maria duobus nominibus appellant,* Macedonicum, *quodcunque* Macedoniam *&* Thraciam, Græcienſe *quod* Græciam *abluit. In hoc ſpatio* Ionium *eſt à* Leucopetra, *ubi* Adriaticum *deſinit, uſque ad* Iſtmon Corinthiacum, *dictum ab* Io, *quæ bos illud tranauerit. Poſt* Iſthmon *uerò* Aegæum, Creticum, Mirtoum *&* Icarium. Aegæo *nomen dedit ſcopulus inter* Tenedum *&* Chium, *uerius quàm in inſula, extracto nomine à ſpecie capræ, ut* Plinius *ait. Alij ab inſula quam* Aegeas Homerus *uocat.* οἵ δ' ἔτι εἰς ἑλίκην καὶ αἰγάς. *Hæc ſacra erat* Neptuno, *qui ut ſcribit* Nicocrates *phantaſmatis quibuſdam nocturnis incolas infeſtabat.* Pherecydes *ipſum* Neptunum Aegæum *appellatum fuiſſe dicit: unde & mare ab eo cognominatum. Hoc pelagus ſanè procelloſum ob frequentes inſulas ab autoribus deſcribitur. Eſt &* Aegæus *campus in* Phocide *à fluuio* Aegea *nominatus* Euſtathio. *Igitur de* Ionici *prius inſulis dicendum, quæ* Epiro *adiacẽt in mari* Theſprotico, *quarum potiſsimæ* Cercyra, Cephalenides, Echinades.

Cercyra
Corcyra

Caſiope
Phalacrum
Amphibolis
Phæacia
Scheria

CERCYRA *à* Græcis *appellatur: nũc* Corfinium, *diuerſa à* CORCYRA *quæ parua eſt inſula in* Adriatico Venetis *poſſeſſa. Oblõga eſt milibus paſſuum nonagintaſeptem. Cum portu & ciuitate eiuſdem nominis libera, & oppido* CASIOPE *templum* Iouis *olim habente, itemq; promontorijs* Phalacro *&* Amphiboli: *uocata ab* Homero Phæacia *&* Scheria, *à* Callimacho Drepanum, *ut* Plinius *refert.* Euſtathius *in* Dionyſium *ſcribit, hanc quondã potentia nauali floruiſſe, & bello* Perſarum *toti* Græciæ *communi ſexaginta triremes armaſſe. Eſſe præterea* Corinthiorum *ædificium.* *Cuius rei originem enarrator* Apollonij *poëtæ hoc modo refert* BACCHIAS *filius* Dionyſij Corinthi *agebat. cuius ſucceſſores* Bacchiadæ *appellati, nobilitate ac potentia polluerunt. Cumq; interfeciſſent* Acteonem *magnum apud* Corinthios *uirum,* Meliſſus *pater de repub. Benemeritus ad ultionem populum concitauit. Pauloq; pòſt ex nimio dolore præcipitem ſe è loco ſublimi dedit. Igitur cum expellerentur* Bacchiadæ, *unus ex eis* Cherſocrates *cum ſocijs* Cercyram *tenuit expulſis ueteribus colonis, qui fugientes ac* Ceraunia *&* Epirum *prætereuntes ad* Oricum *in* Illyrico *peruenerunt, eaq; loca ubi* Abytes *ſunt tenuere. Hic* Alcinoi *cũ* Nauſica *filia regnum hoſpitiumq;* Vlyſsis *& horti celebrati: nũc omnia in* Venetorum *conceſſere poteſtatem, qui eam inſulam ſimul & uicinas proximis annis contra tot millia* Turcarum *diuinitus defenderũt.* Cephaleniam Plinius Melenam *prius appellatam dicit,* Hellanicus *&* Dulichium. Strabo *autem non idem apud* Homerum *uocari, præterea tetrapolim eſſe, ſed ſuo tempore ad nihilum redactam* C. Antoniũ *cum hic exularet & penè dominaretur reſtituere conatum fuiſſe.* Euſtath. *in* Homerũ *dicit* Cephalenidas *inſulas* Teleboas *&* Taphios, *de quibus pòſt paulo dicam, tenuiſſe, donec* Cephalus *progenitor* Vlyſsis *ex* Athenis *ab* Amphitryone *miſſus eos expugnauit, donoq; habuit ac* Cephalenidas *à ſuo nomine appellauit. Ex ſucceſsione deinde cum ad* Vlyſſem *uenirent, ab eodem* Troianis *temporibus ducti fuere, ut* Hom. *in catalogo oſtendit inter* Cephalenidas SAME *inſula eſt altera à* Samo Ionica. Hom. δουλίχιόν τε σάμην τε καὶ ὑλήεντα ζάκυνθον. *Huius coloni* Samei *appellantur: alij* Samij Straboni. *Adiacent* Cephaleniæ *&* ECHINADES *inſulæ ab echinorum frequentia dictæ, ſicuti* Sepiades *à ſepijs.* Laguſæ *à leporibus.* Phycuſæ *ab alga.* Pithecuſæ *à ſimijs* Pityuſæ *à pinis, ut* Euſtat. Strabo *quoq; inter* Echinadas *&* Zacynthũ *inſulas* ὀξείας, *id eſt,* ACVTAS *ponit, ab* Homero θοὰς, *id eſt, celeres uocatas, dicit'que per* Troiana *tempora per* Megetem Phylei *filium, & illas* Echinadas *tenuiſſe.* Phyleum *enim iratum à patre* Augea Elidis *&* Epeorum *rege diſceſsiſſe, atq; hæc loca cum* Epeis *occupaſſe,* Dulichiũq; *condidiſſe.* Hom. Μέγης, ὃν τίκτε διῒ φίλος ἱππότα φυλεύς ὅς ποτε δουλίχιον δ' ἀπενάσσατο πατρὶ χολωθείς. ASTERIA *iter* Cephaleniã *et* Ithacã, Aſteris *ab* Homero *dicta.* Ἔστι δέ τις νῆσος μέσσῃ ἁλὶ πετρήεσσα, Μεσσηγὺς ἰθάκης τε Σάμοιό τε παιπαλοέσσης, Ἀστερὶς οὐ μεγάλη. DVLICHIVM *&* Dulichia *dicitur à* Dulico Triptolemi *filio: eſt & inſula* Doliche *in* Lycia, *altera ciuitas in* Campania Stephano. Strabo *autem hanc circuitu centum ſexaginta ſtadiorum eſſe & originem à* Phyleo *quem ſuprà memoraui habuiſſe dicit.* ITHACA *clara tantum* Vlyſſe, *ſterilis alioquin ac parua etiam* Ciceronis *teſtimonio in orationibus his uerbis. At ſi uos, id quod iure debet, ueſtra patria delectat, cuius tanta uis eſt ut* Ithacam *illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam uir ſapientiſsimus immortalitati anteponeret. In ea* Neritus *eſt mons quem in primo* Odyſſeæ *idem poëta* νήριτον δενδρόεσσαν *uocat. Hinc* Neritius *heros* Vlyſſes *appellatus eſt. altera in* Syria Ithaca Euſtathio. CROCYLIA *plurali numero & ſiugulari* Crocylium *memorat* Thucyd. *nec ſolum inſula eſt, ut ait is qui ſcripſit* Ethnica, *ſed pars* Ithacæ *diuiſæ in partes quatuor. Prima ad meridiem & mare pertinet, ſecunda ad nauale, tertia ad* Crocylium, *quarta ad* Aegilipa *quam* Tracheam Homerus *uocat.* Euſtat. ZACYNTHVS *à* Zacyntho *filio* Dardani, *alia in* Hiſpania, *tertia in* Libya Stephano. *Apud* Homerum *utroq; genere profertur.* καὶ ὑλήεσσα ζάκυνθος, καὶ ὑλήεντα ζάκυνθον. TAPHIAS *inſulas prope* Echinadas *etiam* Strabo *ponit, quarum caput* Taphus: *ijs* Taphij *&* Teleboæ *imperarauerunt, de quib. huiuſmodi repetit originem enarrator*

Bacchiadæ
Alcinous
Cephalenia
Cephalenides
Cephalus
Same
Echinades
Acutæ
Aſteria
Dulichium
Ithaca
Crocylia
Zacynthus
Taphiæ

Apoll

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Perſei progenies.

Apollonij poëtæ. Perſeo ex Andromeda, ut narrat Herod. quatuor fuere filij, Alarus, Steneleus, Meſtor & Electrion, qui ſimul regnauerunt. Ex Hippotoe Meſtoris filia, & Neptuno Pterelas genitus: ex Pterela Telebos & Taphus, à quo Taphus inſula, in qua Teleboæ ac Taphij communi nomine & imperio fuere. Igitur ij Hippotoes eorum auiæ pecuniam, ab Electrione eorum neceſſario qui pro ea ſpopondit, repetebant: qua negata ad arma uenere, armenta abegerunt, ipſum denique & filios ſuſtulere. Alcmena Electrionis filia patrem ultura, Amphitryonem Thebanum hominem potentiſſimum in matrimonium accepit, atque hoc pacto bello inter eos conflato ab eodem Amphitryone deleti ſunt, eorum'que regnum Cephalo profugo Athenienſi qui exercitui præerat donatum. Quod ad Vlyſſem è ſucceſſione peruenit. Hæc ille. Ex quo apparet Teleboas & Taphios omnibus ijs inſulis imperaſſe.

Strophades

In eodem mari è regione Eleorum duæ cernuntur inſulæ STROPHADES appellatæ antiquo Harpyiarum receptaculo claræ: unde ἀπὸ τοῦ ϛρέφειν nomen auſpicatæ, quod huc conuerſæ ſint à Zetho & Calai è Phinei menſa fugatæ.

Cœnobium Baſilij

In quarum altera Cœnobium hodie diui Baſilij uiſitur, altera Ornithonis uſum monachis ſuppeditat, tanta Græcis alioquin ſeueritas, & in hac parte religio, ut turpe Chriſti ſeruis exiſtiment auiaria huiuſcemodi aut leporaria propter coitũ ob oculos uerſari.

CYCLADES ET SPORADES.

ADIACENTES Aegæo Creticoq; mari Cyclades ſunt & Sporades, hæ quòd ſparſæ, illæ quòd in orbem conſiſtant, appellatæ. Has alias alij ac penè innumerabiles faciunt. quæ omnes partim in Venetorum, partim in Turcarum uenere poteſtatem, magna'que ex parte nomina mutauerunt. Antiqua Samus, Samothracia, Imbrus, Pathmos, Anaphe, Tenedos, Cia, Chius, Tenus, Thaſus.

Delos

Cycladum prima Delos eſt ob Phœbi numen. Cum cæteræ mouerentur, hæc ſola ſtabilitate donata, ut ait Pind. poëta: dicta'que à manifeſtatione ſui, quod ſtatim in mari apparuerit Plinio.

Cynthus

Strabo apud hanc Cynthum montem & Inopum paruum fluuium ponit.

Ortygia

Ortygiam nonnulli eandem cum Delo ponunt, alij uicinam. Plin. Ortygiam dicit à Latonæ ſorore, & Aſteriam ab aſtri ſimilitudine Delum appellatam:

Cenchrius

apud hanc Cenchrius amnis labitur, ubi dicunt Latonam peperiſſe, oleamq; monſtrari ubi poſt partum quieuit Straboni.

Paros

PARVM quidam ex Arcadia condidit, ut ait Callimachus. Nicanor autem in Antonomaſijs dicit eam uocatam eſſe Practiam, & Demetriada, & Zacynthum, & Hyriam, & Hyleſſam, & Minoiam: Cabarnen à Cabarno quodam, qui raptum Proſerpinæ Cereri indicauit: poſtremo ab Iaſonis nepote Parum. Hæc quondam in deditionem Milciadis ducis Athenienſium ueniens, promiſſis non ſtetit, ſtatim'que rebellauit, ex quo apud Græcos prouerbium in fœdifragos, ἀναπαριάζειν. autor Steph. Gignit marmor candidiſſimum, quod Lychnium uocant: quoniam ad lucernas effodiatur. Eo ſunt uſi primi omnium Dipetus & Scylus marmorarij. Plin. De Pario uerò Propontidis ciuitate in Phrygia dixi.

Naxus & Strõgile.

Naxos eadem & Strongile, & Dionyſias dicta Plinio, ſacra Baccho: hodie uerò præſulem metropolitanum habet, & ducem è gente Veneta, qui plures in eo pelago inſulas poſſidet.

Mycon

Mycon Plinio, Myconus Straboni. in hac ſepulti dicuntur gigantes ab Hercule interfecti: ex quo prouerbium, Πάνθ' ὑπὸ μίαν Μύκωνον. In eos qui ea quæ natura ſunt diuidenda, ſub una ſcriptione ducunt. Vocant & Myconios caluos, quod eorum regio ſit huiuſcemodi.

Syrus

Syrus prima producta, quam Hom. in Odyſſea Syriam uocat. Hinc fuiſſe traditur Pherecydes philoſophus.

Scyrus

Eſt item Scyrus addita c litera, ante Macedoniam inſula Lycomedis, clara Homeri ſepulcro, & latebris Achilis pueri, dum peteretur ad bellũ Troianum: dicta quaſi σκληρός, à loci aſperitate. Scyri capræ mirabiles feruntur, & lapides uario colore præſtantes. Euſtath.

Seriphus

Seriphus locus aſper, & aptus exilio. Hic dicit Aelianus de animalibus. Perſeum cũ capite Meduſſæ feſſum quieuiſſe apud paludem, excitatumq; à ranis perpetuum illis ſilentium ante Iouem patrem imprecatũ: ex illo ranas ibi obmuteſcere.

Tenus

Tenus, ubi olim duo ſepulcra, Zethi & Calais filiorum Boreæ, quorum alterum Borea flante mouebatur, ut ait enarrator Apollonij. Ariſt. de miraculis dicit in ea φιάλων commixtionem eſſe, unde ignẽ facile accendant. Et Athenæus in dipnoſophiſtis fontem in eadem eſſe, cuius aqua uino minime commiſceatur. Steph. hanc Ophiuſam dicit appellari: præterea alterã eſſe Tenum Laconiæ, unã è centum.

Thera

Thera è Cycladibus una, quam Euphemus Argonautarum unus, iacta in mare gleba conſtituit, ac Caliſten uocauit, incoluitq; Seſanius ex eius prognatis. Poſtremo Theras Auteſionis filius, qui eò è Sparta uenerat, de ſuo nomine appellauit. Quam hiſtoriam ijs uerſib. explicat. Εὔφημος βῶλον δὲ θεοπροπίῃσιν ἰανθεὶς ἧκεν ὑποβρυχίην, τῆς δ' ἔκτοθι νῆσος ἀέρθη Καλλίστη, παίδων ἱερὴ τροφὸς Εὐφήμοιο. οἳ πρὶν μέν ποτε δὴ Σιντηΐδα Λῆμνον ἔναιον, Λήμνου τ' ἐξελαθέντες ὑπ' ἀνδράσι Τυρσηνοῖσι, Σπάρτην εἰσαφίκανον ἐφέστιοι. ἐκ δὲ λιπόντας Σπάρτην Αὐτεσίωνος ἐῢς πάις ἤγαγε Θήρας, Καλλίστην ἐπὶ νῆσον. ἀμείψατο δ' οὔνομα Θήρης ἐξ ἕθεν. ἀλλὰ τὰ μὲν μετόπιν γένετ' Εὐφήμοιο. Euphemus glebam, augurijs lætus Miſit ſummerſam: hanc extra inſula exorta eſt Calliſte, natorum ſacra alumna Euphemi. Qui ante olim Sintiada Lemnon habitabãt. Lemnoq; expulſi à uiris Tyrrhenis, Spartam profecti ſunt incolæ: deſerentes uerò Spartam, Auteſionis bonus filius eduxit Theras, Calliſten in inſulam: mutauit autem nomen Theræ ex ſe, ſed hæc quidem facta ſunt poſt Euphemũ. In hac inſula Euſtat. ex aliorum autoritate tradit, quinquagenarios et ſeptenarios homines morientes inflectos eſſe: hos quod limẽ uitæ attingentes ignorentur quales futuri ſint: illos quod ſatis diu uixerint.

Anaphe
Membliarus

Anaphe, prope Theram, prius Membliarus dicta à conditore eiuſdem nominis, qui cum Cadmo ſocius miſſus ad inquirendam Europam fuerat: deinde cum Argonautis in mari per tempeſtatem errantibus hæc inſula opportuna appareuiſſet, uocata ab eis Anaphe, ἀπὸ τοῦ ἀναφαίνεσθαι. Euſt.

Hippurus
Antiſſa

Hippurus, non procul itẽ à Thera. Antiſſa eſt & altera Indiæ, quam Philo & Demades Mileſius ſcribunt, tertia Lesbi ciuitas.

Cythnus
Niſyrus

Cythnus prius & Ophiuſa, & Driopis uocata. Cythnicus caſeus, & Cythnicus pictor in precio. Idem. Niſyros dicta ἀπὸ τοῦ νέω καὶ σύρω. id eſt nato, et traho: quod tridẽte Neptuni abſciſſa ab eo inſula fuerit tracta à gigãte Polybote natando: molari lapide tota conſtat. Vinum præterea Niſyrum laudatiſſimum, ut Euſtath. Strabo autẽ & Steph. dicunt Polybotẽ gigantẽ à Ioue fulminatũ, hic natantẽ, & Neptuno tridente petitũ fruſtra: ictam Co inſulæ partẽ, hanc inſulã feciſſe. Hom. Οἳ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' ἔχον.

Giarus in mari Cretico.

Giarus aſperitate ſitus, et cœli inclemẽtia infamis. Antigonus Caryſtius ſcribit in hac mures letali eſſe morſu, ita ut ferrum uſq; rodant: arborem ſi attingant, aridam reddunt. Circa mare Creticum inſulæ potiſſimæ: Siphnus, Soſandra, Melos, Cythera, Calabria: ubi perijt Demoſth.

Siphnus
Soſandra
Melos
Cythera

Siphnus prius Merope. Soſandra à ſalute nomen a ſpicata, quod à piratis incurſantibus incolas ſeruauerit. Steph. Cythera urbem habet eiuſdẽ nominis, unde Venus nomen ſumpſit: ut apud Heſiod. fabula, à Cythero filio Phœnicis: uocabatur autem Porphyruſa, ob pulchritudinem frequentiamq; purpurarum, ut teſtatur Ariſtoteles. Eſt & Cythera populus Athenis Pandionis tribus Stephan.

Calabria

Calabria ubi Aſylum Neptuno dicatum, quò confugit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

fugit olim Demoſthenes illæſus, niſi ſibi mortem ueneno conſciuiſſet. Dicitur hanc Neptunus commutatione Deli habuiſſe, dum inſulas eas dij ſortirentur: ſicuti etiam pro Pytho Tænarum recepit: unde prouerbium in ſponte receptis, & commutatis carmen illud. ἴσον Δῆλόν τε Καλαβρίαν τε νέμεσθαι, Πύθω τε ἠγαθέην καὶ ταίναρον ἠνεμόεντα. Eſt & altera in Italia Calabria. Idem.

Thaſus

Thaſus ædificium Pariorum Straboni. Arriano autem Thaſij filij Neptuni. Euſtath. hanc inſulam Auream quondam uocatam fuiſſe dicit, ob inuentas aurifodinas à Phœnicibus, qui ex Thaſo Phœnicio huc habitatum uenere, unde nomen inſulæ inditum.

Cimolus
Cimolia
Lerus

Cimolus media producta, ex qua Cimolia terra apta nitro præparando Straboni. Hæc enim alba eſt, linteaq; candidiſsima reddit. Lerus. hic Phocylides peſsimos agere colonos refert, his uerbis, Λέριοι κακοὶ, οὐχ ὁ μὲν, ὃς δ' οὔ. πάντες, πλὴν Προκλέους καὶ Προκλέης Λέριος.

Theraſia quæ Sanctorinum.
Caſos
Caſiæ

Theraſiam Strab. prope Theram ponit: hodie Sanctorinum, cui dux idem ac Naxo præſidet, é gente Veneta. Caſos oppidum habet ſui nominis: circa illam plures inſulæ Caſiæ uocatæ Straboni. Hom. οἳ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον Κράπαθόν τε Κάσον τε. Euſtath. hinc coloniam traductam in Syriam dicit, quæ nomen dedit Caſio monti, uocatamq; prius Aſtraben.

Helena, quæ & Macris.
Cranae
Icaria

Helena inter Sporadas, quò primum adplicuit Helena poſt bellum Troianum: uocatur & Macris é longitudinis forma Stephano. Strabo eſſe hanc putat, quam Hom. Cranaen appellat: ubi primum Menelaus Helenæ concubuit. Νήσῳ δ' ἐν Κραναῇ ἐμίγης φιλότητι καὶ εὐνῇ. Icariam inter Sporadas Dionyſ. poëta iam uſque ſuo tempore deſertam fuiſſe dicit: ab hac Icarium mare. Quidam ab Icaro Dædali filio hunc cadente, dictum putant. Coniungitur enim à ſeptentrione Carpathio mari, ab auſtro Aegyptio, ab occaſu Cretico & Aphrico Straboni.

Carpathus tetrapolis

Carpathus inſula tetrapolis eſt, quarum unà Niſyrus eodem nomine cum inſula ſupra nominata. Carpathium hinc pelagus, quod à meridie Icarium habet. Euſtath. dicit quod hæc Porphyris dicta eſt, à purpurarum frequentia. fert etiam ferrum. Prouerbium in eos qui male rem gerunt, ut cœpti pœniteat, Carpathius leporem: eo quod inſulares primum lepores eò importantes: paulo poſt quum uidiſſent eos ſegetes depaſci, expulerunt.

Amorgus tripolis

Amorgus intèr Sporadas habet ciuitates tris, Arſenen, Minoiam, Aegialem uocabatur autem Pancaie & Pſythia, & Carſia à Carſio quodam qui eam tenebat. Nicolaus Amorgen eam uocat. Hinc ueſtis Amorgina, proprium habebat colorem.

Oenoe

Oenoe prope Eubœam, poſtea Sycinus dicta, à filio Thoantis & Oenoes Naiadis. Hiſtoriæ meminit Apol. φύγε καὶ τὸν μὲν ἐς Οἰνοίην εἰρύσατο πρόσθεν ἄτερ Συκίνον τε μεθύστερος αὐδηθῆσαν Νῆσον ἐπακτῆρες Συκίνου ἀπὸ, τὸν ῥα Θόαντι Νηΐας Οἰνοίη τέκεν εὐνηθεῖσα.

Aſtipalea

Aſtipalea ab Ancei matre appellata, alia in Co inſula, alia in medio Cretæ, quarta in Samo, mons eſt prope Atticam.

Calidne

Steph. Calidnas etiam inſulas, quæ prope Lectum promontorium ſunt, Homerus inter Sporadas ponere uidetur. Οἳ δὲ ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον κράπαθόν τε, κάσον τε, καὶ κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσους τε καλύδνας. Harum potiſsima Calidna, nonnulli Calimnam ſcribunt, ubi mel naſcitur cum Attico certans.

Aegles
Ceos
Cea
Cia
Cea ueſtis.

Aegles, ubi Aegleti Apollinis fuerat templum. Anaphe finitima Straboni. Ceos, Cea, & Cia: tribus enim modis hæc inſula inter Cycladas ab autoribus ponitur, Ptolemæo Cia, Straboni & Plinio Ceos, quãuis Coos mendoſe apud Pliniam legatur, qui dicitur à noſtris hanc inſulam Ceam uocari, unde Simonides fuit, & ueſtis delectationi fœminis uenit.

Calabria

Ex quo Cea ueſte, non Coa apud Propertium legi debet. Hanc hodie Permarini Venetorum patricia familia tenent: autor uterque tetrapolim facit, é quibus duæ reſtant: Carthea uidelicet, & ea quam Iulidem uocant. Apud hanc quoque inſulam mos barbarus erat, ut maiores natu annis L X. qui ſe inutiles reipublic. ſentirent, ueneno uitam finirent. Autores. Strabo & Aelianus de uaria hiſtoria. Eſt & Cius oppidum Myſiæ, & Chius, itemq; Cos inſulæ in eodem mari, de quibus mox. Sunt & aliæ, Andros, Olearus, Aſcania, Cynara, Doliche, Aſtragile, Pathmos diui Ioannis exilio nobilitata.

Chius
Cos
Andros
Olearus
Aſcania
Cynara
Doliche
Aſtragile
Pathmos
Aegina

ATTICAE, IONICAE, AEOLICAEQVE INSVLAE.

CYCLADVM quoq; ac Sporadum extimæq; multæ, inter quas Atticas, Ionicas, Aeolicasq; Aegæum continet, uſque in Helleſpontum, Atticæ ſunt, Aegina & Salamis: Aegina penultima correpta, quamuis apud Homerum metri cauſa producatur. Eius ampliſsima apud autores mentio, cognominata ab Aeſopi filia Aegina Aeaci matre, quum prius Oenoe diceretur: nobile quondam emporium omnibus in eo mari negotiantibus. Argentum prius ibi factum atque ſignatum eſſe Euſtath. teſtatur, obolumq; Aegineum reliquis præſtare. Hic Aeacus regnauit pater Thelamonis, & Pelei: horum fratre notho interempto, alter Salamina, Peleus uerò in Theſſaliam fugit. Aeaco defuncto Triacon quidam Argiuus uacuam rege inſulam inuaſit: ex quo illa Argiua & Dorica lingua partim cenſebatur. Hic & Aeacia fiebant in Aeaci honorem, & Manteum erat Iamidarum. Iuſti enim Aeginetæ prædicabantur, & hoſpitales, apud quos Iupiter hoſpitalis coli à Pind. dicitur, ἔνθα σώτειρα ξενίου πάρεδρος ἀσκεῖται θέμις. Hinc & Alcmedon & Timoſthenes nobiles athletæ: hic in Nemea, ille in Olympia uictor, ut idem poëta teſtatur.

Aeacia feſtum
Manteum Iamidarum
Alcmedon & Timoſthenes athletæ
Salamin

Altera eſt Aegina prope Epidaurum in continenti: quapropter nonnulli Homeri carmen loco ubi dicitur: quiq; tenent Aeginam, legendum putant, inſulaq; Aegina ut enarrat Euſtath. Salamin conſequenter longitudine L X. ſtadiorum ciuitatem eiuſdem nominis habens: dicebatur Pityuſa à pini frequentia, & in bello Troiano Athenienſibus adhæſiſſe, ut monſtrat Hom. στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες. Siſtit ducens, ubi Athenienſium conſtitere phalanges. Quem uerſum à Solone ſeu Pyſiſtrato qui Homerum interpolauit, additum nonnulli ſuſpicantur, ut autoritate Homerici carminis, ea inſula de qua inter Megarenſes & Athenienſes acerrime certatum fuerat, in Athenienſium poteſtatem ueniret, quibus antiquitus militaſſet: ut autor idem narrat.

Salamis

Salamis altera apud Cyprum, quam Teucer ſuperiore relicta poſt bellum Troianum ædificauit, nominata quandoq; Cenchrea, à uiro eius nominis, qui eam tenuit, Ophis ex moribus cognominatus: expulſus deinde ab Eurylocho eſt: autor idem. Hanc etiam Boccarus rex potentiſſimus tenuit, à quo claſsis præfecto Lycophron poëta Xerxem ſuperatum fuiſſe dicit.

Scyronides

Scyronides petræ ubi Scyron tyrannus de ſaxo prætereuntes præcipitabat: ſublatus deinde à Theſeo fuit. Strabo.

Samus

Samus Ionica inſula, prius Parthenias, poſtea Anthemus. deinde Melamphyllus, poſtremo Samus dicta à quodam Heroe, qui colonos ex Ithaca deduxit. Ciuitates in ea X I I I I. Tymbro & Patroclus condidere. Euſtath. eam felicem quondam fuiſſe, Iunoniq; dicatam, prouerbium quoque eſſe propterea: Samum lac gallinaceum ferre. Paulatim deinde ob tyrannos eius defeciſſe: præſertim Syloſonta fratrem Polycratis. Parthenius hic fluuius labitur, qui poſtea Imbraſus eſt dictus, ut indicat Callimachi uerſus: ἄντι γὰρ ἐκλήθης ἴμβρος παρθενίου. Ex Samo laudata fictilia. Auſon. Atque abacum Samio ſæpe oneraſſe luto. Hanc patriam Pythagoras ornauit, qui Syloſontis tyrannidem pertæſus abijt in Aegyptum. Rediens autem cum,

Parthenius
Pythagoras
Sylolos. Polícrates tyrãni

nihilo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

nihilo melius rem inueniſſet, ſeceßit in Italiam. Samios Athe-
Samothracia nienſes non obtemperantes graui obſidione mulctarunt: ac
colonos ad duo milia miſerunt. Strabo. Samothracia quon-
dam Dardania, quod Dardanus ex Hetruria fugiẽs hic ſub-
ſtitit: mox in Troiam traiecit, ut Euſtath. qui etiam ex auto-
ritate Ariſtotelis de rep. Samothraciæ dicit Leucoſiam uo-
catam: deinde à Sao Mercurij & Rhenes filio Samus, Thra
cibus poſtremo habitata, Samothracia appellata. Hanc Apol
lon. primo Argonautarum Atlantidos inſulam uocat, quod
ut ait eius enarrator, Electra Atlantis filia eam habitauerit,
quam incolæ Stratageda uocabant. Hanc dicunt ex Ioue tris
filios genuiſſe, Dardanum quem ſuprà diximus, Iaſium qui
à Ioue fulminatus fuit, & Harmoniam quam duxit Cadmus,
quæ à matris nomine portas Thebarum Electridas uoca-
uit. In Samothracia myſteria quædam celebrant: quibus
Chius initiati nautæ maris ſecuritatem auſpicabantur: ad hanc iuſ-
ſit Orpheus Argonautas deſcendere: hæc ille. Chius ciuita-
Melena tatẽ habet eiuſdem nominis portuoſam, capacemq; nauium
LXXX. Promontorium Melenam, montem Palmæum, Ar
uiſiam, locum aſperũ & importuoſum, qui uinum fert Græ-
canicorum optimum: hæc Strab. Verg. Vina nouum fundam
calathis Aruiſia nectar. Hæc noſtra ætate adiectione unius
literæ Maruiſia dicimus, quæ prius è Chio, nũc è Creta opti
ma ueniunt. Fert & nigrum laudatißimum. Plin. dicit hanc
Echalia liberam fuiſſe ciuitatem & Echaliam antiquitus appella-
tam, ex Metrodori uerò & Cleoboli autoritate à Chione
nympha cognominatam. Hanc denique Andronicus Palæo-
Caunus logus Imp. Conſtantinop. Genuenſibus à quibus imperio fuit
reſtitutus, conceßit. Caunus à Cauno dicta, adamato à ſoro-
re Biblide, quæ ſe præ dolore ſuſpendit: unde prouerbium in
amores inconceſſos, Καύνιος ἔρως: peſtilens alioqui locus ob
inclementiã cœli. Ex quo narratur Stratonicus citharœdus
illac iter habens, ac reſpiciens colorem hominum ob pallo-
rem prope ſubuiridem, dixiſſe illud Homericum lib. VI. Ilia
dos, Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν, id eſt, Tale
quidem genus eſt hominum, quale & foliorum. Refellenti-
busq; eius cauillum, addidit non minus urbanum: quon eos
dicam morbidos, ubi mortui ambulant? Lesbos Aeolicarum
metropolis, mil. ſtad. circuitu, clara præſertim uulgata capi-
tis Orphei fabula, quod extinctum, huc undis aduectum, ac lo
cutum tradunt: ratio, quod poſt Orpheum in ea inſula cele-
berrima ingenia eloquio claruerunt, quorum de numero A-
Lesbus rion, Pyttacus, Sappho, Alcæus, Terpandrus. Eius ciuitates
Mitylene Eraſſus plures. Lesbus homonyma inſulæ, Mytilene, Eraſſus, unde
Methymna Pyrrhea Theoph. fuit: Methymna, uini feracißima: Pyrrha: Antiſſa,
Antiſſa. Sigrium promontoriũ Mitylenen hodie unà cum tota Les-
Sigrium promon. bo Metellinum appellant, quondam Franciſci Cataluſij Ge
nuenſis, Cui Caloioannes Imp. Conſtantinop. quod eius au-
Hecathton xilio claßis ad imperium reſtitutus fuerit, dono conceßit:
Smyna nuper uerò dum noſtri eam inuadere uellent, à Turcis ma-
Grinium xima clade reiecti. Inter Lesbum & Aſiam Inſulæ circiter
Cilla XL. Hecatoneſi dicuntur Straboni, in quibus Apollo coli-
Tymbra Tenedos tur Hecatæus ab Homero appellatus, id eſt, longe iaculans:
inter quas præcipuæ Smyntha, Grynium, Cilla, Tymbra, ubi
Smynthæus, Grynæus, Cillæus, Tymbræus Apollo colitur.
Tenedos uocata quandoque Leucophrys, deinde à Tenide
puella Tenedos, quæ odio nouercæ calumniam apud patrem
paſſa, quod à tibicine compreſſa fuiſſet, in pelui ab eodem
poſita, & fluuio Cydno permiſſa, delata eſt in hanc inſulam:
ubi Neptuno templum dicauit, in quod tibicines ob puellæ
infamiam ex lege non ingrediuntur. Hæc Aelianus de uaria
Lemnos historia: hodie quoque nomen antiquum retinet. Lemnos
Myrina contra Troadem iacet: nunc Steliminum appellatum, ubi
Ephestia Vulcani officina, & urbes duæ, Myrina, & Epheſtia. Hom.

Lemnios Sinties appellat, ubi Vulcanum è cœlo claudum ce
cidiſſe, primo Iliados dicit. Lemniades mulieres uiros inter
feciſſe ad unum omnes præterquam Hypſipylen, quæ Tho-
anti patri pepercit: cum alij tum Apol. in Argonauticis re-
fert. Cauſa fuerat, quod cum Venus à uiris in ſacrificio deſpi
ceretur, tetrum odorem uxoribus immiſit. Illæ propterea
deſpectæ, in uiros è Thracio bello cum captiuis pellicibus ſi-
bi adiunctis redeuntes coniurauerunt. Hæc inſula à Ludoui-
co patriarcha Aquileienſi, qui à Calliſto III. cum claſſe ad-
uerſus Turcas fuerat miſſus: ex hoſtibus recepta fuit, ſta-
timq; poſt eius diſceſſum deperdita. Gnidus geminos portus Gnidus
habet, ac in fronte inſulam VIII. ſtad. circuitu: altam & ag-
geribus iunctam continenti, facientem Gnidum quodam mo-
do biurbem: nam maxima eius pars inſulam habet, utrun-
que contingentem portum. Fuere hinc Eudoxus mathema-
ticus Platonis ſodalis, Theopompus hiſtoricus, Cteſias
medicus & hiſtoricus. Strab. Cos ciuitatem eiuſdem no- Cos
minis habet. Hom. Κῶν Εὐρυπύλοιο. Euripalus enim
Herculis & Caliopes filius in ea regnauit, dicta quon-
dam Merope à Meropum genere inibi habitantium, uel à
Merope cuius filia Co nomen inſulæ dedit. Incolæ Coi di-
cuntur: clara Aeſculapij templo, & Apellæa Venere im-
perfecta, quã Coi Auguſto dono dedere: præterea Hippo-
crate medicorũ principe, & Philete elegiarum poëta: tum
Nicea tyranno. Hanc hodie Langoum uocant, in Rhodio- Longous
rum quandoq;, poſtremo in Turcarum poteſtatem conceſ-
ſit. Tænarus inſula in hoc mari dicta Stephano à Iouis filio Tenarus
Tænaro, cui & templum Neptuno in hoc loco conſtituit:
clara inſuper marmoribus. Ante Magneſiam inſulæ ſunt Iſus
Straboni, Iſus, Peparethus, Scyathus, Halonneſus, à ſale quod Peparethus Scyathus
ibi conficitur dicta, Procõneſus antea, ut ait Stephanus. An- Halonneſus
te Thraciam Imbrus ſacra Cabiris Thracum numinibus: & Imbrus.
Mercurio, quem Imbrum fortunati uocant, ut autor idem
dicit.

HELLESPONT. PROPONTIS, BOSPHORVS, EVXINVS.

POST Aegeũ Helleſpontus, Propõtis, Boſ-
phorus, & Euxinus cum eorum inſulis ſub
uno aſpectu cõſiderandi. Helleſpontus enim
nunc Brachium S. Georgij cognominatus:
ab Helle Phryxi ſorore in eo demerſa, no-
men olim auſpicatus: longitudine procedens: hinc Seſto &
Callipoli, inde Abydo & Lampſaco, ſpatio ſeptem ſtad. fre-
to diremptis, quod Xerxem pontibus iunxiſſe dicunt. Pro-
pontis uerò eſt ubi paulatim mare ex anguſtijs ſpatiatur. In
hoc omnis Aſiaticæ Myſiæ ſita eſt ora, hic etiam Cyzicus
inſula eſt duobus pontibus iuncta continenti, cũ urbe eiuſdẽ Arctax
nominis, gemino portu, & naualibus: iuxtaq; montẽ Arcta-
cem habet Straboni, ubi nutrices Bacchi in urſas fuere con-
uerſæ, ex argumento nominis: ueritas autem quod hic mons
maxime feris abundat. Euſtat. Cyzicus autem de nomine re-
gis etymum trahit, qui ut eſt apud Apollonium, Argonau-
tas honorifice excepit: deinde cum in prælio cum Dolioni-
bus congrederetur, per imprudentiam ab ipſis Argonautis Proconneſus
eſt interfectus. Cuius genealogiam hiſtoriamq; in Onomato- Phœnix
logia latius deſcripſi. Diogen. Cyzicenus qui res patriæ ſuæ Halone
conſcripſit, dicit in Propontide has eſſe inſulas. Proconne- Phyſcus
ſum, Phœnicem, Halonem, quæ & Prochone uocatur: Phyſ- Ophieſſa
cum Ophieſſam, Besbicum. Sed & aliæ quoque Stephano re- Besbycum
cenſentur. Artabicia, Balcea, Harpagia ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, unde raptus Ganymedes. Aphnitis palus, Terea Artabicia Balcea Harpagia Aphnitis
mons. Præterea Doliones populi, & Macrones, omnes Doliones
Cyzico

Cyzico adiacentes. Sunt monſtroſi quidam, quos Idæos dactylos uocant, ſtatura gigantea: quibus Cyzicus imperat, & Argonautæ pugna reſtiterant.

Macrones

Macrones enarrator Apollonij à longis crinibus dictos eſſe uult à Macronibus populis Eubœæ, quorum coloni ſunt. Strabo tamen hos inter gentes Ponticas ponit. Euſtath. in Dionyſium, dicit ſuo tempore Zanos appellari, regionem'que eorum in ponto Zaniam.

Zani, & Lazi

Idem & Procopius. Zanos enim & Lazos in dextera Ponti ſupra Trapezontios ponit: & hæc quidem de Propontide. Rurſus igitur mare in arctum & anguſtias coit, &

Thracius Boſphorus. Dareus

Thracius Boſphorus uocatur, latitudine D. paſſ. quà Darius Xerxis pater copias ponte tranſuexit, ut ait Plinius: Duo in his ora deſcribuntur, exterius alterum & Boreale, alterum interius & auſtrale. Memorãtur & Boſphori præter hunc duo alij:

Cimmerius Indicus

Cimmerius, & Indicus De hoc autẽ Arianus ſic ſcribit, Πόρθμος ὁ κατὰ χαλκηδόνα καὶ βυζάντιον ὁποτὲ μύσιος, διότι μύσιοι ἀντιπέραν ᾤκουν τῆς θράκης. ὕστερον δὲ βοσφορός, ἐπὶ τῇ συμφορᾷ τῆς ἰοῦς. hoc eſt, Porthmus qui iuxta Byzantium & Calcedonem eſt, aliquando Myſius dictus, quod Myſij prope habitauerint: poſtremo dictus Boſphorus in tranſitu, à calamite Ius bouis. Aliqui uero non ab Io, ſed ab alio boue, quem à uaticinio quidam è Phrygia Byzantium transfretantes, ducem ſecuti ſunt: eius deinde pro tali beneficio æneam icona ſtatuerunt, quem Clacidonenſes etiam templo honorauerunt. Poſteris deinde temporibus dictus & Boſphorus ab oratoribus per quandam paraphoram, quod Philippus Macedo in expugnatione Bizantij noctu clam cuniculum effoderet, quo milites introduceret. Ciues igitur beneficio lunæ per rimas cuniculi fulgẽtis fraudem animaduertentes, ſeſe munierunt. Hæc Euſtath. in Dionyſium.

Porthmus Iſthmus Pontus inter duos Boſphoros

Dicitur etiam huiuſmodi maris anguſtia, ex Græco & recepto uocabulo Porthmus, & Porthmea, ſicuti terræ anguſtia duo maria dirimentis Iſthmos. Sequitur Pontus, qui inter duos Boſphoros, Cimmerium, & Thracium D. mil. paſſ. Polybio diſtantes. Dicitur & Euxinus, quod Hercules hunc locum purgauerit, hoſpitalem'q; reddiderit, cum prius propter uicinos Scythas inhoſpitales, Axenus à Sophocle & ab alijs uocaretur: Hunc Herodotus maximum eſſe pelagus dicit: duoq; ibi inter ſe aduerſa promontoria, ueluti columnas geminas Pontum modo Scythici arcus contenti, qui cornibus coniungatur, coarctant: alterum ex his

Carambis

auſtrale Carambis uocatur, quod ad terram Paphlagonum

Criumetopõ

alterum Criumetopon, quod ad Cimmerium pertinet, quare euenit, ut nauigantibus ex oriente in occidentem, ſeu ex aduerſo longè conſpicientibus, finem ſe putent pelagi uidere, iuxta uerò propinquantes, prolixius quam putauerint protendatur, ex quo duo freta à Sophocle ſunt appellata. Habet

Cyaneæ petræ, quæ & ſymplegades

præterea Pontus Cyaneas petras, quas Stra. ſcribit paruas eſſe inſulas inter ſe aduerſas: alteram in Aſiam, in Europam alteram ſpectantes, ab Europa X X. ſtad. diuiſas. Pindarus fabulam ſecutus, uiuere eas dicit, extinctasq; tunc demum cum Argo pertranſit. Scribitur & de his in Odyſſea. Dionyſius & Herod. eas πλανητὰς appellant, quaſi mobiles & erraticas. Dicuntur Cyaneæ à colore nigranti, ab undarum concurſu & nauigiorum: dicuntur & Symplegades à mutuo congreſſu, de quibus apud poëtas mentio. Eſt & in eo-

Thynias

dem Ponto Thynias Ptolemæo, & item alijs: cuius perimetrum Euſtath. ex aliorum autoritate V I I. eſſe ſtad. tradit, à nympha quadam Heracleotica eiuſdem nominis dicta. Callisthenes in Periplo eam Thynida à Græcis uocari & inſulam & regionem, à Barbaris uero Thyniam. Strabo item in eodem mari propè Paphlagoniam duos eſſe ſcopulos dicit, à

Erithyni

colore Erithynos uocatos, quod tellus in ea parte rubricare uideatur. Stephanus eos tamen inter Paphlagoniæ ciuitates ponit, & Homerus in Paphlagonũ catalogo collocat, ὑψηλοὺς ἐρυθίνους. Apol. in Argonauticis, αἰπεινούς τε παρενένεόντ' ἐρυθίνους. Inuenitur & piſcis Erithynus ob eandem coloris cauſam cognominatus.

Cimmerius Boſphorus Mæotis

Cimmerius Boſphorus ab oppido Cimmerio uocatus, latitudine X X X. longitudine L X. ſtad. Straboni. Mæotis enim ipſa quaſi Ponti mater dicitur. Mæa enim nutrix Græcè. V I I. mil. ſtad. ſpatium continet, & intus Alopeciam inſulam: nam ut ait Polyb. cum multi amnes in Aſia atq; Europa in eam influant, euenit ut repleta palus per oſtium ſuum in Pontum effundat: Pontus ipſe in Propontidem. Effluxus cauſa eſt multitudo amnium in alueos permeantium: cum continuo humore augeatur, neceſſe eſt & efferri per oſtia: altera quod multitudine & concurſu arenarum quas continuè defluentes id Pontum ac Mæotidem augent, uſq; adeo aluei replentur, ut ſuperferri humorem neceſſe ſit. Quare opus ut ueniat quandoq; tempus, ut utriuſq; terræ prorſus æquetur: quod quidem ex parte factum apparet: quippe Mæotis iam ferè repleta eſt, altiſsima nanq; pars eius quinq; uel ad ſummum ſeptem ulnis extenditur, ex quo maioribus nauigijs transfretari non poßit, niſi nautis ſex malum trahentibus. Cum'que ipſius aquam olim fuiſſe ſapore quam ſimili marinæ omnes autores conſentiant, nunc palus quam dulciſsima reperitur. Quod & Ponto euenturum quandoq; eadem ratione uериſimile eſt. Hæc de Ponto & Mæotide Polybius. Nunc ad inſulas maiores Aegæi reliquiq; maris Mediterranei tranſeundum: Eubœam uidelicet, Cretam, Rhodum, Cyprum.

Eubœa

Eubœa primum ab occidente longo Euripo, qui ponte coniungitur, à Bœotia diducitur: à meridie Myrtoum, quod ab inſula eiuſdem nominis cognominatur ſimul & Atticam ex uicino promontorio Geraſto: ex altero uero promontorio Caphareo Helleſpontum proſpicit, lata ut maxime X L. longa C L. in circuitu C C C L X V. paſſ. mil. Plinio computata. Dicta quoq; ab Aſopi filia eiuſdem nominis, ſeu ab Io, quæ in bouem olim uerſa, antrum prope inſulam hanc nacta, peperit Epaphum: inde ab ipſa mugiente locus nomen auſpicatus, ut tradit Euſtath. Strabo alteram in Macedonia ponit, tertiam in Sicilia, quartã apud Argos, atq; omnes ab hac profectas. Quæ à Turcis capta fuit, anno M. C C C C L X X. Die quo Paulus I I. Pont. apud baſilicam Lateranen. pro ea liberanda ſupplicationes unà cum ſenatu populoq; Ro. habuit, in quibus & ſeruatoris imago prælata, & nos aderamus. Eubœæ

Chalcis

quam hodie Nigropontum uocant, metropolis Chalchis eſt, deinde Erethria. Vtriuſq; mœnia Troianis temporibus antiquiora poſuiſſe dicuntur Athenienſes Straboni. Homerus utriuſq; meminit. χαλκίδα τ', εἰρέτριάν τε πολυστάφυλόν θ' ἱστίαιαν. Eſt altera in Italia apud Cumas, huius colonia: præterea apud Corinthum, in Aetolia, in Syria: unde fuit Iamblicus philoſophus: apud Athon montem: poſtremo Chalcidis inſula contra Calcedonem, ubi ſunt æris metalla. Steph.

Erethria

Erethria in ora ſita Menelais prius dicta à patre Eurythi: deinde Erithreo, Phaëthontis filio. Illam quam ſupra dixi, Erethriam ab Homero memoratam, iam deletam eſſe Strabo monſtrat, dicens: Hæc quæ nunc Erethria prope Oropum, ciuitas maxima Eubœæ poſt Chalcida metropolis eſt totius inſulæ, ſita in ipſo Euripo, contra Aulida, uocata quandoq; Arotria ob præcellens frumentum farinam'q; candidam. Altera Athenis Erethria fuerat, ubi nunc forum: unde hanc Euboicam originem habuiſſe uolunt. Eſt item Theſſalica

Iſtiæa & Oræus

Erethria alia circa Pharſalum. Iſtiæa & Eſtiæa dicitur, quæ poſtea Oreus uocata: unde Iſtiæenſes. Iſtiotæ uerò coloni ab Iſtiæa Theſſalica. Erat autem hæ mulier filia Hyriei, quæ an dederit ciuitati nomen, an acceperit, incertum. Sita eſt in excelſo monte ſupra petram, ideoq; Oreus appellata,

Orion Philiſtides tyrannus.

mutata o in ω ab Homero: nonnullis placet Orionem hic educatum loco nomen dediſſe. Regnauit hic Philiſtides tyrannus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

rannus, quem Athenienſes ſuſtulerunt. Euſtath. Cæterum uino bono hunc locum abundare teſtatur Homerus, cum πολυστάφυλον eam uocat.

Ellopia

Ellopia ab Ellopo filio Titoni, Cerynthus quandoque uocata, quam fluuius ambit, ſeu Budoras eiuſdem cum monte Salaminio nominis. Hoc oppidum eſſe Iſtienſium, & in ora ſitum teſtatur Strabo.

Dion

Dion in excelſo Cynæo Eubœæ promontorio ſitum: quare ab Homero dicitur: Dij mœnia celſi. Eſt aliud in Macedonia, ubi certamen erat olympicum. Teſtatur inſuper Strabo, apud Oreum, de quo ſuprà dixi, Athenien. duxiſſe coloniam, quam Diada appellauerunt. Præterea Dias eſſe plures meminimus in Theſſalia.

Caryſtus

Caryſtus in ora ſub Oche monte ſita, dicta etiam Aegæa ab Aegæone rege, à quo & Aegæum pelagus, in eaq; templum Apollinis marmorei, tum nobilis marmorum lapidicina.

Apollo Caryſtius

Marmor Caryſtium

Item lapis quem pectunt, nent, texunt: inde mantilia conficiunt, ea ubi ſordeſcunt, in flammam proiecta niteſcunt. Strabo, Plinius. Nos quoque huius generis linum Romæ uidimus non abſumi. Sita eſt contra Chium ad Myrtoum pelagus, dicta à Caryſto Chironis filio, à quo Chironia quandoque uocata. Vinum Caryſtium non hinc laudatur, ſed ex Cariſto Laconica Straboni.

Styra

Styra prope Caryſtum direpta olim à Phædro Athenien. duce. Styrachium uerò mons Cretæ eſt.

Adepſa

Adepſa urbs Straboni, I X. ſita ad aquas Herculis calidas, ubi æris & ferri metalla. Calim. Δαιδάλου γυδὲ λαχόνεμεν ἐργασιδήρου. Euboici ferè omnes huic officinæ intenti, fabriq; omnes: nam & Epaphroditus teſtatur ibi primum æra fuiſſe inuenta: Curetasq; qui cum Ioue conuenerunt, huic operi uacaſſe.

Abantis

Abantis quondam Eubœa, dicta ab Abante Argiuo, uel filio Neptuni & Arethuſæ. Ariſtoteles ait, quòd Thraces ex Aba Phocenſium urbe profecti incoluerunt inſulam, colonosq; Abantes cognominauerunt. Reperitur enim quædam de Abantibus, deq; Dio huiuſcemodi apud Euſtath. genealogia. Erichtheo Pandionis filio fuere filij, Cecrops, Orneus, Pandorus, Motion. Orneus Peteonum cognomento Mneſtheum regem Athenienſium genuit. Pandorus Eubœam incoluit. Cuius alter filius Dias Dion ædificauit, alter Alcon, Abantes tenuit. Huius igitur Calchodon Elephenorem ſuſcepit, quem Homerus regem Abantium ueniſſe ad Ttroiam ſcribit.

Eteonum
Camæ
Elimnium
Marinarium
Tryche
Amarynthus
Montes
Cotyleon
Dyrphis
Oche
Promontoria
Ceraſtum
Caphareum
Nauplius

Eteonum urbs. Home. Πολύκνημόν τ' Ἐτεωνόν. nunc Scarpha, ut ait Euſtath. uocatur, in monte ſita. Memorantur & illa parua oppida, Camæ, Elymnium, Marinarium, Trychæ, Amarinthus. Montes quoque Cotyleon, Dyrphis, Oche omnium maximus: unde & ipſa Eubœa quandoque dicta eſt Oche, uel ἀπὸ τοῦ ὑπερέχειν, quòd altitudine excellat, uel ἀπὸ τῆς ὀχείας, id eſt, concubitu Iunonis & Iouis, uel ἀπὸ τῆς ὀχῆς, id eſt, pabulo quo pecudes late paſcuntur. Promontoria uerò Ceraſtum, quod Atticam: & Caphareum, quod Helleſpontum proſpectat. Hic dicitur Nauplius Palamedis pater ignes noctu protuliſſe ultores, quibus adlecta claſsis Græcorum naufragium paſſa eſt.

Careum
Neleum
Creta

Flumina duo præcipua Strabo commemorat: Careum & Neleum, eorumq; altero albas, atras altero pecudes epotas fieri, quod in Cratide flumine Brutiorum in Italia dicit etiam euenire. Creta à Curetibus, qui primo inſulam habitauere: inde per ſyncopen dicta, ſiue à Crete Iouis & Idææ Nymphæ filio ut Sthep. ut uerò Plin. ex autoritate Doſiadis, ait, à Creta nympha Heſperidis filia: Anaximander à rege Curetum, Phil[illegible]ides Aeriam, deinde Curetam quondam & Macarem à cœli temperie dicit appellatam. Terminatur Ptolemæo ob occaſu Adriatico, à ſeptentrione Cretico, à meridie Punico, ab oriente Carpathio maribus. Patet longitudine Plinio paſſ. mil. C C L X X. latitudine L.

Centum Cretæ urbes

Centum olim urbibus habitatam fuiſſe ſanè inter omnis conſtat autores, apud Homerum uerò tantum X C. Nam in Odyſſea ἐνενηκοντάπολις appellatur, quoniam Leucias, cuius Lycophron meminit, decem in ea ciuitates deleuit poſt bellum Troianum. Tradit Ephorus decem fuiſſe ædificatas, ſed omnino conſtat ſecundum eum atque alios, Homeri tempore centum fuiſſe ciuitates.

Minos

Cretenſium remp. antiquiſsimam omnium Minos iuſtiſsimus legibus conſtituit, ut eſt autor Aelianus de uaria hiſtoria, idq; probare uidetur Homerus, cum ciuitates eorum εὐναιετώσας appellat, id eſt, bene cultas atque habitatas: & Archilochus cauillans in quoſdam ait, νόμος δὲ κρητικὸς διδάσκεται, quaſi optimæ leges Cretenſium fuerint. Potentes mari quondam fuiſſe, prouerbium Græcum eſt argumento, quod per ironiam dicitur: Quaſi Cretenſis ignorat mare. Alterum eos agitat prouerbium, quod in quenque aſtutum iactamus, κρητίζεις, id eſt, Cretizas, quod huiuſmodi ſint illi natura. Hic Iouis infantiam Curetes dicuntur occultaſſe, crepantibus armis. Quod genus hominum & in Eubœa, & in Aetolia, & in Acarnania ſparſum, in unum tamen redigitur. De quibus, deq; eorum origine nonnulla in Epiro & Acarnania dixi. Nam ut ait Strabo, & Curetas & Coribantes, & Cabiros, & Idæos dactylos, & Telchinas eoſdem eſſe populos, nonnulli uerò cognatos inter ſe dixerunt.

Curetes
Corybantes
Cabiri
Idæi dactyli
Telchines

Cretam in poteſtatem redegit primus Romanorum Metellus Creticus, inſequentibus deinde temporibus ſub Imperatoribus Conſtantinopolitanis diutius fuit: poſtea conceſſa Bonifacio Montiferratenſi, à quo demum Venetis magno diuendita fuit, anno M. C X C I I I I. ſub Henrico Dandalo duce rebellans. Deinde M. C C C X L I I I. per Andream ducem ſub iugum miſſa.

Candia

Vrbes nunc in ea decem cum Præſulibus cernuntur, inter quas Metropolis una, quam Candiam uocant, ubi & Prætor Venetus ius dicit, & portus eſt: reliquæ Rhetenium, Cania, Sitia incolumes: cæteræ ſemidirutæ, Chiſanum, Arium, Milopotamum, Arcadia, Cherſonneſus, Hierapetra, omnia ferè mutata nomina.

Cnoſus
Cydon
Cortina

Nunc uerò ad antiquas ueniamus, inter quas Cnoſus, Cortyna, Cydon urbes mediterraneæ Straboni ponuntur à Minoe ædificatæ. Cnoſus prius Ceratus à flumine dicta eſt, eam Homerus in Odyſſea Minois, regiam uocat, ubi ille nouem annos regnauit, deſcendens in antrum: unde ſe mandata legesq; à Ioue haurire dictitabat. ἔνθα τε Μίνως ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής. Sita eſt in plano contra Peloponneſum: Romanam poſtea coloniam accepit. Cortyn ſiue Cortyna diu ſine mœnibus fuit, per ſe munita, donec Ptolemæus Philopater eam muro cinxit, complectens ambitum L X X. ſtad. Strabo.

Labyrintus

Hic prope Labyrinthus, cuius dicunt adhuc extare ueſtigia, ut retulit mihi noſter Georgius Alexander, eius inſulæ præſul, qui locum adiuit. Mons eſt effoſſus, ac undiq; concauus, una tantum & anguſta uia aditur. Dux loci peritus præcedit cum ardente funali, inextricabilem errorem per tenebras monſtrando. Non longe diſtat mons alter acceſſu difficilis, ſitu inexpugnabilis, qui lucus Ioui antiqua ſuperſtitione ſacer fuerat, hodie Themenos ab incolis appellatus: ut idem Georg. dicebat.

Themenos
Lyctus
Lycaſtus

Lyctus, itemq; Lycaſtus urbes. Hom. Λύκτον Μίλητόν τε, καὶ ἀργινόεντα Λύκαστον. albentem uocat Lycaſtum: quod terram habeat albeſcentem: eſt & alia in Ponto Stephano.

Phæſtus

Phæſtus cum acuto profertur, ad differentiam Phæſti grauitoni. Dicitur à uiro eiuſdem nominis, Herculis ex Ropalo filio nepote, diſtat à Cortyna ſtad. L X X. à mari X X. aliam in Peloponneſo Phæſtum ſuprà memorauimus.

Dion
Rhitium
Polyrenum
Arcadia

Dion, Rhytium, Polyrenum, ἀπὸ τῶν πολλὰ ῥήνεα, hoc eſt, multas oues habere, quòd fœcundus ſit, & idoneus pecuariæ locus. Arcadia Stephano ex autoritate Demetrij, nunc ſemidiruta,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cui præerat Georg. Alexander ſuprà memoratus. qui paucis
Eleutheræ Aorus ante annis Romæ profitebatur. Eleutheræ, prius Aorus di-
cta à nympha quadam Stephano, ſita ad Catactum fluuium.
Oaxus urbs in monte ſita: unde (ait Stephanus) nomen acce-
pit. ὄαξος enim apud pleroſq; Græcos præruptus, præ-
cepsq; dicitur. Herod. ait, in hac regnaſſe Erearchum Batti
Cyrenarum cõditoris filium. Oaxi meminit Vergilius. Cre-
Olerus tæ ueniemus Oaxon. Olerus, de quo Zenon in Creticis ait,
ante ſacram Pytnam Olerum fuiſſe ciuitatem in alto monte
ſitam, ac ſacra Penei cum deæ faciunt: Oleriam appellant ce
Lampe lebritatem. Lampe urbs Agamemnonis ædificium, alia in
Bienus Acarnania Steph. Bienus urbs, ἀπὸ τῆς βίας, quod hic Mars
uim ſit paſſus ab Oto & Ephialto Neptuni filijs, à quibus
etiam ibi ſacris eſt honoratus, quæ Hecatonphonia uocabãt.
Per ſiccitatẽ olim coloni hanc urbem relinquentes, Hydrun-
tem in Italiam applicuere, ibiq; nondum mœnibus conditis,
reſponſum accepere, ut loca paluſtria maximè perueſtiga-
rent. In Aſiam igitur tendentes, apud Rhydam fluuiũ in Ga-
lilææ regione urbem ædificauerunt: Biamq; uocauerunt, ob
quandam apud eos uirginem Bamiã ab hiatu terræ abſum-
ptam. Cuius Euſebius in eccleſiaſtica meminit hiſtoria. Ste-
phanus. Atq; hæc quidem mediterranea, littoralis autem re
Hierapitna gio meridiem uerſus: Hierapitna urbs, nunc ad uicum reda-
Eritheum cta, quam Hierapetram in codice fiſci appellant, præſulem
Leon promõ. habentem Eritheum. Leon promontorium. Aſteruſia mons
Aſteruſia unde coloni Aſteruſiani ciuitatem ſupra Caucaſum ædifica-
Heraclea uerunt. Stephanus. Ad ſeptentrionem uerò Heraclea, Panor
Panormus mus, Dium, Rhithyna contra Atticam, quã hodie Rhetinum
Dium in fiſci codice ſcribunt: præſulem habet. Cyſanium urbs item
Rhythina ad uicum redacta, præſulem tamen habet: hæc Plinio urbs di
Cyſanion citur: Ptolemæo promontorium. Cydon Laconicã ſpectans,
Cydon tertia poſt Gnoſum & Gortynam nobilitate cõnumeratur,
Amphimala à quibus æque abeſt ſtad. L X X X. Straboni. Amphimala, quæ
Minoum ſinui nomen Amphimalo dedit. Minoum. Dictamum. Aptera
Dictamum urbs, cuius etymũ Steph. huiuſcemodi adfert. Sirenes de can-
tu in eo loco cum muſis certantes ac uictæ, depoſitis ex hu-
mero alis, albo ſe inficientes, in mare proiecerunt, ex quo
Aptera Aptera locus, quaſi ſine alis. Inſulæ uerò iuxta Leucæ appel
Leucæ latæ ex adſumpto colore. Ptolemæus quoque in hac parte
montes Leucos ponit. Pantomatium. Drepanum promõto-
Pantomacium Drepanum rium. Ex orientis parte Camara urbs, & Zephyrium pro-
Camara montorium. Ex occidente Cherſonneſus. Coryx. Criumeto-
Zephyrium pon, item promontorium, quod arietis ſpeciem præbeat. Eſt
Cherſonneſus & aliud circa Pontum Euxinum. Montes uerò præ cæteris
Coryx nobiles, Dicte, & Ida, apud hunc & Panacra mons alter: cu
Criumetopon ius meminit Callim. ἰδαίοις ἐν οὔρεσι, ἄτε κλείουσι Πανά-
Rhodus κρα. Eſt et Cypri urbs. Rhodus ſicuti et Cyprus in Aſia eſt,
Telchinis uocabaturq; prius Ophiuſa: poſtea Telchinis, eo quòd Tel-
chines eam incoluerunt, genus hominum maleficum &
faſcinatorium: qui ex Creta primum in Cyprum, deinde
huc commigrauerunt, & ferrum prius & æs exercue-
runt. Poſt Telchinas Abliades ſucceſſere: ex quorum uno
Cercapho & Cydippe coniuge filij procreati ſunt, qui
urbes de nominibus ſuis condiderunt: Lindum, Ialyſum,
& Camirum. Quidam putant à Tlepolemo ædificatas,
Herculis & Aſtiochiæ filio, eiſq; nomina filiarum Da-
nai indidiſſe. Hæc Strabo. Homerus Tlepolemum hunc
Rhodios ad bellum Troianum duxiſſe dicit, autorem
generis, & illarum trium ciuitatum. Λίνδον, ἰήλυσον
τε, καὶ ἀργινόεντα κάμειρον. ob eam cauſam Pindarus
Tlepolemi inſulam eam uocat, dicitq; à Rhodo nym-
pha Solis ac Veneris filia dictam. Rhodios quoque Mi-
neruæ primum ſacrificauiſſe ſtatim ubi è Iouis illa pro-
ceſſit ceruice. Iouem propterea loco beneficij in ea auro
pluere iuſſiſſe, ex quo diuitijs inſula referta eſt. βρέχε
θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας χρυσέοισι νιφάδεσσι πόλιν
ἀνίκα χαφαίςου τέχνασι. De diuitijs eius etiam Homer.
Chara Ioui tellus hominum regi atque deorum: Quiq;
& opes illi multas diffundit & amplas. Hæc omnia
fabuloſa referuntur, ut planè terra commendetur, quæ
reuera fortunata fuit, quaqua uerſus ad hominum ſalu-
tem, aut etiam Colonias nauigando: unde & in Hiſpa-
niam uſque profecti, Rhodum ædificauere. Rhodij Do-
res ſunt, eorum dicendi genus Quintilianus commen-
dat, dicens eſſe medium inter Aſiaticum & Atticum.
Aeſchynes cum à rep. excidiſſet, eò doctrinam Athena-
rumq; ſtudia primus intulit: ac adeo is locus literis re-
floruit, ut deſerta plurimi patria, undecunque tanquam
ad commune gymnaſium eò conuenirent, mallentq; ſe
Rhodios appellari, ut duobus Apollonijs alijſq; conti-
giſſe memoriæ proditum eſt. Duri ſanè atque aſperi ta-
xantur, uel ob dicendi genus, uel è ſitu regionis diffi-
cili. ueſtigia Apollinei templi adhuc monſtrantur, ubi Templũ ſolis
Coloſſum Cares Lindius altum cubitis D C C. ex ære extru-
xiſſe fama fertur, quo terræmotu poſtremo corruente, ho-
ſtis Sultanus Aegypti, quum inſulam inuaſiſſet X C. camelos Sultanus Babyloniæ
ex eo dicitur exoneraſſe. Hæc inſula poſt amiſſas Hieroſoly-
mas in poteſtatem militum S. Ioannis peruenit, à quibus ſæpe
contra impetũ Barbarorũ defenſa, patrum noſtrorũ memo-
ria ab Habuſato Aegypti Sultano bellum quinque annorum
pertulit: deinde à Caliſto I I I. Ludouicus Patriarcha Aqui-
leienſis eò cum claſſe miſſus, Rhodum à Turcarum longa
obſidione ſoluit, eorum triremibus apud oppidũ S. Petri de-
preſſis, ac Lemno recepto. Poſtremo Sixti I I I I. tẽpore pe-
riculoſiſſimum eorundem hoſtium ſuſtinuit bellum, mœnibus
penè deiectis, quod tandem diuina ope, & militũ uirtute eua
ſit, ubi & quædam auxilio noſtris ferunt uiſa portenta, du-
ce ipſo ac Magiſtro pro mœnibus aſtante, ac ad extremum
pro fide, proq; patria ad laborem, ſui exemplo cæteros inui
tante. De ipſius urbibus tribus nihil nunc reſtat, niſi Ialyſus, Ialyſus
qui Rhodus appellatur eodem cum inſula nomine, quò cæ-
teræ commigrarunt uſque Plinij tempora. Lyndus enim in
monte ſita, nobile Mineruæ templum habebat à Danaidibus
exſtructum. Hinc Cleobulus unus è ſeptem dicitur fuiſſe.
Cyprus, Crypta prius Stephano uocabatur, quod à ma- Cyprus
ris undis uideatur abſcondi, & Ceraſtes ob montes fre-
quentes, quaſi cornua quædam prætendentes, & Ama-
thuſia & Minois & Achamantis, circuitu Straboni trium
milium & C C C C X X. ſtad. Plinio C C C L X X V. paſſ.
mil. ſimilis Euſtathio. Poſita uerò Ptolemæo ex parte
ſeptentrionis Iſſico ſinui proxima, à meridie Aegyptio
pelago, ab occidente Rhodo. Inſula mollis alioqui, &
Veneri dicata: nam ex eius nomine Κύπριν Venerem
appellant Græci. Trogus ſcribit, Cyprios uirgines ſuas
prius nautis in littore proſtituere ſolitos: deinde matri-
monio collocare. Nos in urbe Roma uidimus Carlotæ
reginæ comites, haud famæ priſcæ nequitia cedentes. Ha-
buit & tyrannos olim Græcos: Teucrum primo qui con- Teucer
didit Salamina, eiuſq; prolem uſque ad Euagoram & Euagoras
filium eius Nicoclem, ad quem eſt Iſocratis oratio. Ve- Nicocles
rum poſtea, ut ait Strabo, iuuantibus Romanis in ma-
nus uenit Ptolemæorum: quorum poſtremus, quòd pa-
rum gratus uideretur erga rempub. ſublatus eſt. Cauſa
fuit P. Clodius Pulcher: captus olim à piratis, Ptolemæo Ptolemæus
ſcripſit ut precium ei ad liberationem mitteret: quod ad-
modum paruum ei miſſum piratæ ſpreuerunt, liberumq;
gratis dimiſere. Creatus inde Romæ Tribunus euicit, ut
M. Cato prætor in Cyprum mitteretur, eam regi abla-
turus, quod cum rex præſenſiſſet, uenenum ſumpſit. Cy-
prus prætoria prouincia deinde facta, quanquam Anto-
nius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

nius Cleopatræ & eius ſorori Arſinoe eam tradiderit,
poſt eius mortem ad remp.redijt.Hæc ille.In eandem ferè ſen
tentiam:Rufus Cyprum,inquit,famoſam diuitijs populus Ro.
paupertate ſollicitus occupauit.Eam rex fœderatus regebat,
ſed penuria ærarij lege lata per P.Clodium trib. pl. Cyprus
confiſcari iuſſa eſt : quo accepto nuntio,rex uenenum hauſit,
quo uitam priuſquam diuitias, amitteret. Occidente deinde
imperio,Conſtantinopolitani Imp.eam tenuere,quos primum
è poſſeßione eiecit Ricardus Angliæ rex.Hieroſolymã claſſe
petens,eò tempeſtate delatus cum portu prohiberetur, indi-
gnatus,arma quæ in Saracenos parauerat,in eos conuertit, in
poteſtatemq́; inſulam redegit, præſidioq́; firmauit. Nec diu
poſtea Guidoni Luſignano uiro Gallico,qui de Hieroſolymi-
tano regno pulſus fuerat,permiſit,commutatione tituli regni
Hieroſolymitani.Igitur hanc ille acceptam ſuis per manus
tradidit,donec regnum longa ſucceßione ad duos perueniret
fratres: quorum alter nomine Petrus cum claſſe instructa
Hiſpanis & Gallis Alexandriam inuadit, ingenti inde aba-
cta præda,paulopoſt reuerſus à fratre trucidatur, qui pari-
cidij pœnas mox dedit. Nam in conuiuio quod ſumptuoſum
parauerat anno M.CCCLXXII.inuitati Genuenſes & Ve
neti iudices, quos Baliuos appellant, ac de conſeſſu & loco
concertantes, Genuenſes ægre tulerunt, quod regis ſenten-
tia Veneti eſſent prælati,quapropter in eum cõiurauere. Re
patefacta, rex coniuratos quotquot aderant una die è fene-
ſtris prætorij deiecit,reliquis ad unum,qui Cypri agebant ex
ea natione,necatis.Genuenſes hoc accepto nuntio,claſſem ar-
mant: ex improuiſoq́; inſulam confeſtim inuadunt: regẽ cum
coniuge capiunt : ac domum cum præda ingenti in trium-
Ianus phum ducunt.Regina,quòd prægnans eſſet,in cuſtodia pepe-
rit,Ianum nomine:quòd Genuæ, quam Ianuam corrupte uo-
cant,natus eſſet : tandem uterq; dimiſſus ſub tributi conditio-
ne,& Famauguſta quod Cypri eſt emporium,ſibi retenta. Ia
nus igitur patri ſuccedens,à Sultano Aegypti Melchella, ob
memoriam paternæ inimicitiæ ſimul & iniuriæ inuaditur,
dumq́; claßi claſſe occurrit, capitur ab hoſte unà cum Nico-
ſia:urbs diripitur atque incenditur, ipſe poſtea CXX. milli.
aureis ſeſe redemit, tributum pendere pollicitus. Huius duo
Ioannes fuere liberi Ioannes,& Anna, quam Ludouico Ludouici Sa-
baudienſis ducis filio locauit : Ioannes autem regno ſucceßit
uir ſingulari mollitia præditus,qui ex Helena Theodori De-
Carlota ſpoti Ioannis Palæologi imperatoris Conſtantinopolitani fra-
Iacobus tris filia Carlotam tantum ſuſcepit, ex concubina uerò Iaco-
bum. Filiam Ioanni cuidam ex genere Luſitanorum regio
locauit, qui ſoceri regni res cunctas adminiſtrabat : demum
ueneno ſublatus eſt opera cuiuſdam, qui cauſa illius rebus ac
Ludouicus loco,quem præcipuum apud regem tenebat, deiectus fuerat.
Carlota deinde Ludouico Ludouici Sabaudiæ ducis filio eius
patrueli tunc abſenti iterum nupſit. Iacobus uerò præſul
Nicoſien. à parentibus factus pontifice minime probante. At
ille poſt mortẽ eorum ſpreto ſacerdotio regnum inuadit.Lu-
douicus interea Carlotæ uir è Gallia accerſitus ac claſſe in-
ſtructus Iacobum de regno deiecit. Hic ad Sultanum confu-
giens eius ope reſtituitur, Ludouicum in arcem Nicoſiæ
confugientem expugnat.Regnum quoque integrum cum Fa-
mauguſta, quam ad eam uſque diem Genuenſes tenuerant,
adeptus: utq; perpetuo munimento firmaretur, Catharinam
Marci Cornarij patricij Veneti filiam in matrimonium du-
xit, quam ſ natus in filiam adoptauerat dote adſignata. Hæc
poſt annum uidua ac prægnans relicta poſthumum pepe-
rerat infantem. Quo breui tempore pereunte regnum iure
hæreditario ad Venetos peruenit, anno MCCCCLXX.
Ludouicus interea ad ſedes paternas remeauit.Quumq́; otio
magis diuiniſq́; rebus quàm imperio natus eſſet, in ſolitu-
dinem apud Ripaliam ſupra lacum Lemannum uſque ad ex-
tremum ſe recepit.At Carlota uirago minime quieſcens dum
obſideretur ſtatuit in Italiam Romam ad Sixti pontificis opes
confugere : à quo pecunia tantum adiuta ad Sultanum inde in
Aegyptum transfretauit, apud quem triennium auxilij ex-
pectatione quum fruſtra triuiſſet : re infecta Romam re-
uertit, ubi unà cum Cyprijs comitibus honeſti ordinis eiuſ-
dem Sixti liberalitate ac miſericordia uſque ad extremum
uitæ tempus uixit. Cyprum & Rhodum Sultanus ſuæ ditio-
nis ac regni Hieroſolymitani eſſe dictitat. Turcarum uerò
rex Othomannus de Rhodo quòd proxima ſit eius littori
tantum contendit.Ciuitates Cypri plurimæ nominantur quæ Cypri ciuitates
iam interiere. Hæ ſolum in codices fiſci relatæ. Nicoſienſis
metropolitica,Paphenſis, Famauguſtana, Anteradenſis, Li- Paphus
mothonien. Ex his Paphum condidit Agapenor, qui dux
claßis Arcadum in bellum Troianum, in reditu in Cyprum
appulit,autor Pauſanias.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VRBANORVM
LIBER X.

ASIA.

ASIA deinceps perſcribẽda par reli-
quis duabus, Tanai & Nilo ac Boſ-
phoro Thracio diſcreta:dictaq́; non-
nullis ab Oceani filia: Herodoto autẽ
à promethei matre : Lydis uerò ab
Aſiæo Atyis filio.unde & gens quæ-
dam Sardis Aſia dicitur,ut tradit Eu-
ſtathius.Hãc uniuerſam Taurus diuidit,diuerſis uijs flexuoſus Taurus mons quot nomina commutet.
ac numeroſis nominibus ad cognata Ripheorũ iuga ex orien
te perueniens.Imaus prima parte ſui,deinde Egidis, Paropa-
niſus,Circius,Campodes, Pharpharides, Coraxes, Orages,
Oromades,Niphates,Taurus.Atq; ubi brachia emittit ſubin-
de tentanti maria ſimilis, Sarpedon, Ceraceſius, Gargius,
iterumq́; Taurus, portarum tamen nomine unitatem ſibi
uendicans, quæ alibi Armenicæ, alibi Caſpicæ, alibi Cili- Portæ Armenicæ, Caſpicæ, Ciliciæ
ciæ nominantur. Quinetiam maria effugiens & confra-
ctus : diuerſis ſe gentium nominibus miſcet, à dextera
Hyrcanis Caſpijs: ab læua Pariedrus, Moſchius, Amazo-
nius, Coraxicus, Scythicus appellatus, in uniuerſum uerò
Græce Ceraunus.Arrianus autem lib. VI. de geſtis Ale-
xandri magni per Pamphyliam & Ciliciam, in Arme-
niam tendere ait, & hinc in Mediam flectere ad Par-
tiæos uſque & Choraſmenos, & Bactrianos exuperans
congreditur cum Paropaniſo, quod Caucaſum uocant.
Hunc primus è Syriæ regibus Seleucus pater Antiochi Seleucus
magni, ut ait Polybius, auſus eſt tranſcendere, ac late
dominari. Pars Aſiæ potißima ac colonijs Græcis fre-
quentißima, Aſia proprie appellata eſt, quæ modo ma- Aſia proprie.
gni Cherſonneſi duobus utrinque eò coarctantibus æquo-
ribus Ißico & Pontico in mare prominet, ubi Ponti re- Pontus
gio continetur. Simulq́; Chalcedonia, Bithyniæ duæ,Phry-
giæ duæ, Myſiæ duæ, Ionia, Aeolia, Caria, Lycia, Iſau-
ria, Lycaonia, Lydia, Pamphylia,Cilicia, Armenia:omnes
cis Taurum præter Pamphyliam, Lyciam, Iſauriam, &
Ciliciam. Ponti regio plures continet prouincias, Paphla- Paphlagonia
goniam, Galatiam, Cappadociam : tempore uerò Theo-
doſij VIII.ſub eius diœceſeos uicario, Pontum Polemo-
niacum, Pontum Amaſiam, Honoriada, Bithyniam, Pa-
phlagoniam, Armenias duas, Cappadociam. Ab Heraclea
uſque ad Colchidem Strabo dextram Pontum, læuam

Mithridates

Thraciam uocat. In hoc Mithridates XXII. gentibus quarum linguas nouit imperauit. A Romanis per Sullam, Murenam, Lucullum, & Cottam conſules ſuperatus, fortior reſurgebat, niſi per Pompeium penitus ſuccubuiſſet: annis quadragintaſex bello confecto, ſuis tandem ob crudelitatem inuiſus, quum fruſtra uenenum ſumpſiſſet, ab amico mortem impetrauit: de quo uiro alibi plura. Pompeius

Pharnaces

Pharnacem eius filium ſocium populi Romani eſſe uoluit: Boſphori regem conſtituit: Pontum prouinciam fecit. Pharnacis in pugna contra Cæſarianos occubantis regnum Cæſar Mithridati Pergameno, cuius opera in bello Aegypti

Polemon
Pithodoris

uſus erat tradidit. Poſt hæc Polemon Ponti magnam tenuit partem, quo extincto Pithodoris eius uxor duobus eius filijs regnum adminiſtrauit: poſtremo ſub Nerone Pontus omnis in prouinciam redactus eſt. Nouiſſimis uerò temporibus Turcæ ea loca recuperauerunt è familia Candelorum, abhinc annos ferè CCL. qui haud diu ab Othomannorum gente nunc omnibus late dominante expulſi fuere. Pri

Heraclea pōti

ma igitur ciuitas ac metropolis occidētē uerſus Heraclea eſt. Cuius Homerus nō meminit, ſicuti neq; Amaſtris neq; Sinopis, quod uidentur poſt eum fuiſſe. Huius nominis plures fuere in Sicilia, Lybia, Sardinia, Italia, Gallia, Creta, & alijs locis pluribus, quæ à Stephano commemorantur. De-

Paphlagones

inde Paphlagoniæ ſequuntur populi, unà cum Ponticis mixti, ſeu pars potius Ponti. Paphlagoniam, Plinius Pylemeniam dictam fuiſſe ait, à Pyle flumine, quod inter Mariandynos & Paphlagonas fluens fertur in Pontum. Euſtath. uerò & Stephanus, à Paphlagone Phinei filio dicunt. Eam Philemenes amicus Pop. Rom. ut ſcribit Rufus, tenuit: ſæpe à Mithridate expulſus: deinde reſtitutus: ſtirpe denique regia deficiente Neronis tempore prouincia facta eſt. Gens alioquin barbara, quamuis mixta Græcis, à lepore tamen eorum procul. Cauillus exagitat comicus quendam, ut Paphlagonem uiſum, quod in concionibus lingua ſemibarbara uteretur. Euſtathius. Horum populi

Mariandyni

Mariandyni ſunt, oram habitantes uſque ad fluuium Parthenium: quos Strabo dicit à Thracia profectos. Horum meminit Eupolis antiquæ comœdiæ χρυσογένει. ὁρῶ θεῶ τὼ μαριανδυνίαν. Apud eos tibicines canere primum Threnos ſunt ſoliti: unde prouerbium, Μαριανδυνῶν μέμνησαι θρηνητῆρος. Threnetici & Cares: unde & Carica Threnetica dicuntur. Huiuſcemodi ſunt etiam Phryges & Myſij. Quare Aeſchylus ait: βοᾷ τὸν μύσιον. Ferunt autores Mariandynum filium Tityi threneticam ornaſſe melodiam, eamq; patrem Marſiæ tibicines docuiſſe. Hinc Mariandyni autorem ſui generis imitati ſunt: quem etiam uenando extinctum quotannis in æſtate lugent. Hæc

Heraclea

Euſtathius. Apud eos urbs nobilis altera Heraclea eſt, Megarenſium colonia, Herodoto: Straboni uerò Mileſiorum, circa quam Acheruſia Cherſonneſus, ubi dicunt Herculem ex inferis Cerberum extraxiſſe. Arianus uerò ſic ait: Mariandyni Paphlagonum gens Sangario fluuio uicini, ubi Heraclea eſt, apud quam Cimmerij, qui more patrio ueſcuntur herba, in aconitum incidentes adfecti ſunt, quod genus herbæ ſpuma Cerberi ab Hercule extracti, in terram collapſa dicitur peperiſſe. Ex quo ſcomma iacitur: Cerberum non minus incommodi ſuperis attuliſſe quàm inferis, Caucones populi Straboni, qui iam interiere, oram habitauere poſt Mariandynos uſq; ad Parthenium flumen. Hic enim per fines Paphlagonū fluit, à lenitate quaſi uirgo ſexu, quòd Diana ibi latuerit ut indicat Apollonius in Argonauticis. Eſt & Parthe-

Amaſtris

nium mons in Peloponneſo. Euſt. Amaſtris iuxta ſequitur Paphlagoniæ metropolis: hodie quoq; nominis ueſtigia retinens, dicta ab uxore Dionyſij Heracleæ tyrāni, filia Oriactis Darei regis fratris, ut ait Strabo. Ea ſiquidem è triū urbium incolis facta dicitur: Seſanio, Citoro, & Crōna. Citorus enim à Citoro Phryxi filio, ut Strabo, olim Sinopenſiū emporiū: nonnulli Cidorū ſcribunt. Hanc frequentem buxo Strabo tradit. Virgili. Et undantem buxo ſpectare Citorum. Cromna nunc ipſa Amaſtris eſt.

Citorus
Seſanium
Cromna

Aegialus promontoriū, ut Apollonius poëta indicat, habet & uicum eiuſdem nominis: apud Græcos antepenultima acuitur ad differentiam portus. Eſt alter Aegialus, qui ſub Agamemnonis erat imperio, in medio Sicyonis & Buprāſij, ab Aegialeo Inachi filio, eſt et Thracius Aegialus iuxta Strimonē: Aethiopicus quoq; Aegialus iuxta Aegyptū. De hoc autē Paphlagonico Hom. κρῶμναν αἰγιαλόν τε καὶ ὑψηλοὺς ἐρυθίνους. Quidam Crobialon ſcribunt. Apollonius ſic ſcribit. Crobialumq; ac Cromnam frondoſumq; Citorū. Qui ethnica ſcribit teſtatur Crobialum paruum eſſe oppidum. Seſanium promontorium Amaſtridis, ubi primo Phineus rex habitauit. Strabo. Didymus autem inſulam hanc dicit eſſe. Dicitur autem à Seſanio ibi fœcundè proueniente: Euſt. Erithynnos Strabo, in mari pontico prope Paphlagoniam duos eſſe ſcopulos dicit à colore appellatos, quòd tellus in ea parte rubricare uideatur. Stephanus ciuitatem Paphlagoniæ ponit, quam Home. in Catalogo ὑψηλοὺς ἐρυθίνους. Apollonius in Argonautis. αὐτοφυὴς τε παρεξενεόντ᾽ ἐρυθίνους. Inuenitur & piſcis Erithynus, ob eandem coloris cauſam cognominatus.

Aegialus promontorium

Erithymni

Eneti, quos Hom. producere multos teſtatur. ἐξ ἐνετῶν. ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων. Sed & equi magnopere laudantur. Enetis enim equis in Olympia Leonem Lacedæmonium uiciſſe, autor eſt Euripides. Enetus fuit Myrmex Dialecticus, cuius meminit Diogenes in II. Hanc gentem ſuo iam tempore extinctam, teſtatur Strabo: hinc Venetos habuiſſe originē in Italia dixi. Pelamidia portus & ſtatio Paphlagoniæ, ubi pelamides piſcantur, Strabo. Secūda apud Calybes. Tertia apud Byzantium. Aeginates oppidum & fluuius. Steph. Armenon uicus: meminere Menippus in Periplo & Xenophon in aſcenſione. Tius urbs à Tio ſacerdote Mileſio, ut ait Philo. Demoſthenes uerò hiſtoricus in Bithyniacis dicit originem à Pataro quodam habuiſſe, qui in Paphlagonia res geſſit, ciuitatemq; Tion quaſi Dia, quod Iouem maxime coleret. Steph. Tij & Pomponius meminit. Callichorus fluuius apud Heracleam Paphlagoniæ, quam ſuprà narraui, ſacer Dionyſio, quod ibi chorum conſtituit reuertens ab Indis. Apollonius. Ἧκα δὲ καλλιχόροιο παρὰ προχοὰς ποταμοῖο ἤλυθον, ἔνθεν ἔπασι Διονυσήϊον υἷα, Ἰνδῶν ἡνίκα φῦλα λιπὼν κατενάσσατο Θήβας Ὀργιάσαι στῆσαί τε χοροὺς ἄντροιο πάροιθεν. Valerius Flaccus è noſtris Callirrhoon uocat: Triſtes Acheruſidos oras Præterit, & feſta uulgatum nocte Lyei Callirhoon, nec uana fides: hic Bacchus & undis Abluit eoo rorantes ſanguine Thyrſos. Callirhoes alter in Attica fluuius Plinio.

Eneti

Pelamidia

Aeginates

Tius

Callichorus qui & Callichous

Sinope

Sinope urbs Græca, Mileſiorum colonia, quam Polybius hoc modo deſcribit: In dextra parte Pōti, ubi Phaſidis ingreditur mare, in quadam Cherſonneſo protendēte in pelagus, difficilis aditu à mari uenientibus. Sinopenſibus Mithridates bellum intulit, qui ſubſidium à Rhodijs petierunt. Strabo nobilem eam Paphlagoniæ ciuitatem uocat, à Mileſijs ædificatam, ac bis captam, primum à Pharnace, deinde à Lucullo, gymnaſio, porticibus & foro egregie ornatam: Inde quoq; ſinopicam rubricam è Cappadocia eò aduectam prouenire. Vrbis etymum à puella Sinope ferūt, quæ à Ioue amata in hoc loco reperta eū iurare coëgit daturum, quod ipſa peteret. Petijt autem perpetuam uirginitatem. Apollonius hanc fabulam pluribus uerſibus comprehēdit. Alia uult fabula ab Apolline compreſſam, ex qua natum Syrum, qui Syriæ nomen dedit. Sinopenſis Regulus quidam Hiſmaël Græcanica ſecta noſtra memoria ſe ſponte Mahumethi Turcarum regi dedidit. Hæc urbs clara Diogene Cynico eſt.

Halys

Deinceps ſunt Halys fluminis oſtia nomen habentis à ſalibus quorum præterfluit fontes: labitur

multus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

multus in occidentem,deinde conuerſus in Septẽtrionem per Galatas & Paphlagonas hos Leucoſyros terminat.Hæc Strabo.Euſtath.eius etymum potius ἀπὸ τοῦ ἀλήμονας,id eſt,errare exiſtimat,quod uagus diuerſis abeat itineribus, ex quo ſine aſpiratione ſcribendum,primo autem modo nequaquam. Herodotus dicit eum à monte Armeniæ oriri,ac per Cilicum terras boream uerſus tendere, ac exeuntem in Phaſidem nomen amittere. Adſtipulatur & Polybius, qui Sinopem prope Phaſidis oſtia,non Halys collocat. Cis Halim,terras omnis ac regiones uſque ad Taurum Crœſum poſſediſſe idem eſt autor: eundem quoque fluuium cauendum ei Pythias reſpondit, Κροῖσος ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν διαλύσει. Crœſus Halyn ſuperans,diſſoluet nobile regnũ.

Amiſus

Amiſus urbs inſignis diſtans à Sinope ad ſtadia noningenta: Mileſiorum, poſtea Cappadocum principum colonia: hanc Mithridates Eupator muris exornauit.Hæc Strabo.Plin.uerò ait, Eupatoriam à Mithridate uocatam,quam cum Amiſo coniunxit: eo demum à Pompeio deuicto Pompeiopolis utrunque oppidum uocatum.

Põpeiopolis
Phanarea
Pariadra

Deinde à Phanarea eſt pars optima Ponti: poſt eam orientalior Pariadra,ſub cuius radicibus Cobira ſita ſunt,ſtadijs C L.quàm Magnopolis auſtralior. Hæc Mithridatis regia erat.

Cabira
Petra

Ad C C.hinc ſtadia Petra eſt oppidum, locus altiſſimus & ſaxo ſubſiſtens circumſyluoſus & inacceſſus. Ex ea Pompeius theſauros Mithridatis Romã exportauit, Cabiraq́; Dioſpolim nominauit, quam poſtea Pythodoris rex auxit, Auguſtamq́; appellari noluit.

Comana pontica
Zela

Poſt Phanaream Comana Pontica, & Zela urbs ab eodem rege poſſeſſa ſuper aggere Semiramidis constructa,ubi templum Anaitidis,quæ ab Armenijs colitur.Hæc Strabo.

Amazones
Thermodon

Iuncta huic Amazonum regio,de quibus in Scythia diximus: unde huc commigrarunt, & apud Thermiſciram & Sidinam oppida,ac amnem Thermodotem conſtiterunt. Hic ex Antitauro profluens in Pontum ſemper glacialis uel æſtate,ex quo nominis etymum trahit,cryſtallum quoq; producit,ut ait Euſtat.

Iris flu.

Iris etiam non minor illo ex Phanarea fluens Straboni:eandem planitiem irrigat præterfluens Comana Ponti (Nam altera in Cappadocia Comana) & Amaſum Strabonis patriam, aſſumptis ſibi Scylace & Lyco apud Thermiſciram Thermodonti commixtus in pontũ exit.

Lycus
Thermiſcira & Sidina
Amazonum patria.

Lycus enim ex Armenia per fines Cappadociæ, hæc Cæſareamq́; abluens progreditur,donec in Phanarea cum Iri concurrat.

Pharnacia
Trapezus
Herculaneum
Iaſoniũ promontorium

Poſt Sidinam Pharnacia eſt oppidum munitiſſimum. Deinde Trapezus Græca ciuitas. Ante uerò ex Amiſo nauigantibus in ora duo promontoria inueniuntur.Herculaneum, deinde Iaſonium, deinde ſinus in quo ſunt Ceraſus & Hermonaſſa mediocres habitationes.Hæc Strabo. Herodotus autem Ceraſuntem & Ttrapezuntem Sinopenſium colonias dicit. Euſtath. uerò ex hac fructum eius nominis à Lucullo in Italiam exportatum; poſt́que uictoriam Pompeij, Megalopolim appellatam eſſe, teſtatur.

Phazemon
Megalopolis

Strabo in hoc littore Phazemoniticam ponit, eamq́; à Pompeio Megalopolim dictam, & iuxta Phazemonem uicum ampliatis mœnibus Nicopolim appellatum. Trapezus Imperatorem Chriſtianum noſtra ætate habuit à Mahumethe Turcarum rege expugnatum: originem à Conſtantinopolitanis imperatoribus ducebat, iam inde ab Alexio propinquo Andronici ſenis Palæologi, quem primum hæc urbs Imperatorem habuit. Cenſetur & uiro doctiſſimo, Georgio Trapezuntio, Peripatetico, quem Romæ audiui.

Tibarni
Chalibes
Heptacometæ
Moſynœci

Trapezunti autem imminent Tibarni, Chalybes, Heptacometæ, antiquitus Moſynœci appellati, quod turres μοσυνὰς uocant. Nam hoc genus in turribus & arboribus habitat: hi tres Pompeij cohortes obtruncarunt, dum montana pertranſirent. Hæc Strabo. Dionyſius uerò poëta δουρατέους μοσυνοίκους, id eſt, ligneos Moſynœcos uocat, quod in arboribus ſeu ligneis habitabant ædificijs. Xenophon eos uti adipe Delphinorum pro oleo, & nucibus iuglandibus minime ſciſſo putamine, uino auſtero: præterea corporibus eſſe teretibus, longitudine ac craſſitudine æquali. Chalybes, gens pauca & ſubiecta Moſynœcis uicinis, uictumq́; ex ferri metallis quo abundant quæritantes, ut ait Xenophon. Hos dicit eſſe Euſtat. quos Homer. Halybes, & item Halyzonas uocat, quos Dius & Epiſtrophus ad Troiam duxit, & ſatis oſtendere dum oram dicit uenis argenti abundare. Τηλόθεν ἐξ ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη. Strabo autem Chalybes dicit ſuo tempore Chaldæos uocatos, ab Homero autem Halybes: ſed Halyzonas nequaquam, dicens eos cis Halym eſſe. Stephanus item uult, Halyzonas Homerum inter Cares & Lydos poſuiſſe, dictos à iactantia diuitiarum quas poſſident, ἀλάζων enim latine iactans. In ora quoque Ponti Stephanus Calathim ponit, à Calatho ibi reperto ſacrificijs apto. hinc & Iſtrum fuiſſe poëtam, qui de Tragœdia ſcripſit. In eadem ora Melas & fluuius & ſinus & pontus, cuius meminit Eudoxus, apud Sarpedoniam petram: dictus à Melane Phryxi fratre ibi demerſo. Apollonius. Μέλανος διὰ βένθεα πόντου, Ἱέμενοι, τῆ μὲν Θρηκῶν χθόνα τῆδε περαίαν. Nunc Ponti mediterranea dicenda, quæ Galatæ, Cappadocesq́; tenent. Galatæ enim Paphlagonibus uicini ad auſtrum ſunt, ac cis Halym. Tres eorum gentes Trogmi, Toliſtobogi à ducibus dicti. Tectoſagi à gente Gallica. Hanc regionẽ poſt multos errores, Galli occupauerunt,ex quo Galatia,ſeu Gallogræcia dicta eſt. Deinde res ad tres duces delata, ut Strabo teſtatur: poſtremo ad unum Deiotarum regem à Pompeio factum, cui ſucceſſit Amyntas, qui pro Antonio in caſtris fuit:deinde ad Auguſtũ transfugit. Quo extincto à Romanis ſimul cum Cappadocia,ac Ponto prouincia facta.

Calathis
Iſtrus poëta
Melas flu.
Galatæ
Deiotarus rex
Amyntas

Rufus autem ſic de his. Galatas Cn. Manlius Cos. quod Antiochum iuuiſſent perſecutus, & fugientes partim in Olympum, partim in Ancyram, quæ nunc Mediacus dicitur, de arduis in plana detruſit, uictos in perpetuam pacem redegit.

Cn. Manlius

Gallogræciam Deiotarus rex nobis permittentibus tenuit, ad extremum ſub Octauio Auguſto in formam prouinciæ redactam eam primus M. Lollius Paulinus adminiſtrauit. Galatiæ ciuitas Ancyra, nonnullis Phrygiæ:nam & uicina Galatiæ Phrygia maior eſt.

M.Lolius Paulinus
Ancyra

Apollonius in V I I. Caricæ de hac urbe ſic refert: Mithridatem & Ariobarzanem Neclydas auxiliares fuiſſe Galatis in bello, quod à Ptolemæo Aegypti rege paſſi ſunt, cuius naues cum Mithridates cepiſſet, tris urbes facti memoriam teſtantes poſuit: Anciram ab ancoris nauibus ereptis, alteram Peſſimuntem, tertiam Taniam à nominibus ducum qui ei bello præerant. Arianus autem Peſſimuntem ἀπὸ τοῦ πέσειν, id eſt, cadere è cœlo ſimulacrum matris deum: unde illa Romam aduecta. Taniam alij Tabiam uocant.

Peſsimus
Tania

Ad Ancyram, Synodus Ancyrana celebrata, ut in iure ſcribitur Pontificio.

Cappadocia

Sequitur Cappadocia, quam Halys ab occidente terminat, Thermodon ab oriente, à meridie Cilicia, mediamq́; Iris interluit Ptolemæo. Plinius à Cappadoce eius regionis fluuio uocatam dicit, cum Leucoſyria prius diceretur, eandem eſſe Strabo quoq; adfirmat. Arianus ſcribit Cappadoces uſq; ad Euphratem quondam Syros uocatos, deinde nomen à Cappadoce Nili filio mutaſſe. Plutarchus, Cappadociam, Syriam uocari dicit à Syro Apollinis & Sinopes filio. Cappadoces, ut ait Rufus, primum ſocietatem Pop.Rom. ſub Ariarathe petierunt, cuius deficiente ſtirpe, lectus rex Ariobarzanes, & à Mithrydate ſæpe pulſus: Romanorum armis reſtitutus eſt, cuius item tertia deficiente prole Archelaus fauente Antonio rex factus, quem Tyberius ſub Auguſto oratione defendit. Imperio deinde ſuccedens eiuſdem, blande Romam accerſitum non remiſit, ac Cappadociam in prouinciam per Ger-

Ariarathes
Ariobarzanes
Archelaus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

manicum redegit, quæ ſimul cum tota regione teſte Strabone à ſenatu in x. diuiſa eſt præturas: uidelicet quinq; Taurum uerſus, quæ ſunt, Melitina, Cataonia, Cilicia, Tyanenſis & Iſaurienſis. quinq; reliquæ Lauinaſina, Sargaſina, Serauina, Chamamericna, Rhemnena, poſtea addita & undecima Prætura, regio uidelicet Caſtabalis, & Cydiſtre uicina uſq; Derbam Antipatri piratæ ſedem. Idē ait autor, Perſas primum Cappadociam in duas Satrapias diuiſiſſe. Deinde Macedonas in duo regna. Quorum alterum proprie Cappadociam appellabant prope Taurum. alterum Cappadociam magnam prope pontum. Arrianus ſcribit Cappadoces omnis uſque ad Euphratem Syros primum fuiſſe uocatos:

Leucoſyria

deinde à Cappadoce Nini filio nomē accepiſſe. Euſtath. Leucoſyros dicit eſſe nominatos, ad differentiam Syrorum, qui

Mazaca Cæſarea dicta

extra Taurum ſunt collocati. Mazacam Euſebius ait, pulſo Archelao Tyberiū, Cæſareā appellaſſe, unde Gregorius Naziāzenus præſul & Baſilius fuere. Eſt & Cæſarea Pameæ, et Cæſaria Paleſtinæ. Eſt itē Mazara ciuitas Selūtinorū. Hæc

Argeus mons
Melas flu.

uerò apud Argeum montē ſita Straboni & Martiano, apud quam ad ſtad. x i. Melas fluuius currit ex humili loco naſcēs, & in Euphratem emittens, qui diu retentus quibuſdam lapidum obijcibus: poſtea ruptis torrente adeo repleuit, ut uicinas regiones multorum milium talentorum, ut ait Strabo

Comana Cappadocia

dāno adfecerit. Comana Cappadociæ plurali numero Emporiū nobile quondam, & altera Corinthus frequentia mulierum & laſciuiarum: hic Lunæ fanum quod menſem Pharnacis uocant, & Reges ipſi maxime uenerantur. Huc undique ad Deæ feſtum conuenitur. Altera Pontica, ſuprà com-

Archelais col.
Hylas flu.
Neocæſarea
Lycus flu.
Sebaſta
Melium
Tyana

memoraui. Plinius has ponit urbes, Archelaidem coloniam Claudij Cæſaris quam præterfluit Hylas fluuius, Neocæſaream quam Lycus. Sebaſtopolim & Sebaſtam in Colopena regione, quæ Blaſio Præſule ac Martyre decoratur. Melium à Semiramide conditum non procul ab Euphrate. Tyanam inter Cappadociam & Lyciam Tauro occubantem, Apollonij philoſophi patriam: alterā Stephanus in Aegypto ponit.

Armenia minor

Armenia minor à ſeptentrione & occaſu Cappadociam, ab oriente Euphratem & Armeniam maiorem, à meridie Taurum montem habet: interſecatur autem ab Antitauro: regio tota in præfecturas diuiſa. De eius origine autores diuerſa tradidere. Eudoxus in Geographia colonos eam habuiſſe Phryges ab initio dicit, moribusq; adhuc Phrygijs pleraque apud eos agi. Herod. ab Armeno, qui ex Armenia Theſſaliæ urbe cum Iaſone in his locis res geſsit. Antipater i i i. Rhodiacæ hiſtoriæ ſcribit ab Armeno heroe Rhodio dictam. Iuſtinus deinde princeps, ut tradit Euſt. omnem Armeniam in partes i i i i. diuiſit: Primam Heptapolim, cuius metropolis eſt Bizarus, quæ prius Leon-

Theodoſiacolonia

topolis dicta eſt: præterea Theodoſia colonia, Trapezus, Ceraſus: ſecundam in Pentapolim: quarum Sebaſta metropolis: tertiam Hexapolim, quæ aliquando uocata eſt Armenia ſecunda: cuius metropolis Melitene. in hac & Comana & Chryſe: quartam Zophanem & Bebitenam

Xerxene
Cambiſene

appellatam ſub diuerſis Satrapis conſtituit. Xerxene ſicut Cambiſene, urbs à Xerxe in Armenia ædificata Stephano. Nicopolis urbs à Pompeio conſtructa, ubi Euphrates

Nicopolis
Armenia maior

Armeniam minorem ab Aceſina diſterminat Straboni. Armenia maior à ſeptentrione, Colchidem, Iberiam & Albanos: ab occaſu partem Cappadociæ, ab oriente partem Hircani maris: à meridie Meſopot. & Taurum. Hanc & item Mediam Strabo ab Iaſone originem habuiſſe docet. Eum ſiquidem Armenium quendam ex Armenia Theſſaliæ (quæ inter Pheras & Lariſſam ſita eſt) ſecum duxiſſe, qui res in hoc loco geſsiſſet, gentemq; de ſuo nomine uocaſſe. Sed & autor idem recentiora refert, Perſæ uidelicet, Armeniam tenuere, poſtea Macedones, deinde Orontes ex Indarni genere unius è ſeptem Perſis: poſtremo duces Antiochi magni, qui eam ſibimet permittente rege diuiſere: Artaxa Pariada. Antiocho tandem à

Artaxa
Tigranes

Rom. ſuperato illi reges appellati ſunt. E genere Artaxæ fuit Tigranes, qui eam habuit quæ proprie Armenia dicitur, Medis, Albanis, Iberis contigua. E Pariada Artanes Sophinus qui auſtrales tenuit partes, eas maxime quæ ad occaſum uergunt. Hic à Tigrane expulſus eſt, qui quanquam rerum potitus uaria tamen fortuna eſt uſus: nam initio apud Parthos obſes fuit: deinde ſe redimens ac auctus Parthorum regionem uaſtauit: præterea Meſopotamiam, Syriam, Phœniciam cepit, Euphratem tranſgreſſus Mithridati auxilium contra Rom. tulit, à Lucul-

Tigranocerta
Artabazus

lo demum pulſus à Tigranocertis urbe regia euerſa, ab eius ſucceſſore Pompeio procumbens ad genua reſtitutus eſt, ducto in triumphum filio ingratiſsimo qui in eum conſpirabat. Artabazus alter filius quamdiu in Pop. Rom. amicitia manſit, fortunatus eſt uiſus: ſed cum Antonium in bello Parthico inimicis prodidiſſet, pœnas perfidiæ dedit. Nam uictus ab eo & Alexandriam ductus atque interfectus fuit. Poſt Artabazum multi reges ſucceſſere, Ro. omnes ſubiecti uſque ad Neronem. Regnum tunc demum ad Tiridatem Vologeſi Parthorum regis fratrem perue-

Corbulo

nit. Is à Corbulone duce obſeſſus impetrauit ad Neronem poſito prius ad ſtatuam diademate ſupplex uenire, cum Parthorum equitum tribus milibus, quem cum Neapoli conueniſſet, iuſſus acinacem, id eſt, enſem ponere, non paruit, ſed clam uaginæ adfixit, humiq; procumbens Imp. adorauit. Data ei uenatio in qua duos ipſe tauros uno ictu confixit. Inde Romam ducto, ludi epulumq; datum theatro uno die inaurato, ille uerò cum diademate reuertens Neronea feſtum inſtituit. Nec tamen diu Armenij in fide permanſere, ſed à Parthis iura regni accipiebant. In hos

Artamiſeris

Traianus profectus Artamiſerim regem obuium cum muneribus habuit, equum ducentem ita edoctum, ut Traianum adoraret: Cognita illius cauſa ac pro meritis multatus, ob quæ Traianus eſt optimus appellatus. Igitur omni mole in Parthos uerſa legatum Armeniæ præpoſuit, eamq; prouinciam cum Syria & Meſopotamia fecit. Adrianus cauſatus, quòd ægre retineri poſſet, Armeniæ regem permiſit. Parthi rupto fœdere eam rapuere. Antonius Verus

Statius & Priſcus
Artaxata

per Statium & Priſcum Artaxatis captis recepit, delatumq; Antonijs Armeniacum nomen. Artaxata in hac metropolis ab Artaxa ſuprà memorato. Is hanc urbem condidit ſuadente Annibale, qui ad eum deuicto à Rom. Antiocho confugerat. Poſtea Macrinus uindex Seuero princi-

Niphates
Araxes
Azara

pe expugnauit. Niphates mons Armeniam ab Aſſyrijs diuidit: ex quo Lycus & Caprius orientes in Tigrim profluunt. Araxes ex eo monte quo Euphrates naſcitur, cōtrario tamen ei curſu uerſus orientem prius tendens uſque ad Atropatiam: deinde in Boream conuerſus Azaram ac Artaxata præterlabens in mare deſinit Hircanū Straboni. Herodoto autem contra, qui ait ex Matiana oſtijs eum l x. in paludes fluere, uno tantum in Caſpium mare. Idē ſcribit hunc non eſſe minorē Iſtro, inſulasq; maximas habere. Ste. & item Strabo dicunt ἀπὸ τοῦ ἀράξαι uocari, quòd opera Iaſonis & labore modo Penei Theſſalici montium continuationē diſru-

Megiſtanes
De ſecta Armeniorum

pit. Armeniorum magiſtratus Megiſtanes ſicuti magi Perſarum appellati. Armeni Chriſtum etiam colunt, uerum citra ritum ortodoxū, à Græcis quoq; differentes, præſulē habent quem catholicum uocant, qui ſacerdotibus populoq; uniuerſo præſit, ſacrificant & more ferè Latinorū, una tātum utuntur lingua, natalem dominicū minime celebrant, ſed nec ipſius baptiſmū, dictitantes Chriſtum expiatione non egere. Quadrageſimā ſeuere colunt abſtinentes uel à piſcibus oleo & uino,

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quamuis fructibus & leguminibus quantumis interdiu ueſcendo ieiunium minime ſeruent. Die ueneris carne uеſcuntur, ut Græcos non uideantur imitari, aquam ſacrificio non admiſcent. Olim pollicentes Ro. Pontificis autoritati obtemperare, quando uidelicet rex eorum à præſule Maguntino diadema ſimul cum regno accepit, conſentiente Henrico Imper. minime præſtiterunt: Sed & ſub Eugenio IIII. Florentiam ad concilium uenere rurſus Chriſtianæ religionis documenta poſtulatum.

Bithynia

Deinceps Bithynia, quæ ab Heraclea Ponti uſque ad os protenditur quo ex occidentis parte terminatur, exoriente Sangario flumine, ab auſtro Epicteto, Ponto uerò ab aquilone. Hæc prius Bebrycia Solino appellata: deinde Mygdonia, poſtremo ex regis nomine Bithynia. Strabo Bithyniam prius Myſos habitaſſe dicit: quod ſanè probare uidetur & Dionyſius poëta & Arianus, qui dicunt Boſphorum Thracium apud quem Bithynia eſt, Myſium quandoque Boſphorum appellatum. Idem quoq; Arrianus ſcribit Myſum & Thynum duos fuiſſe fratres Phinei filios, qui totidem populos conſtituere Myſios & Bithynios. Stephan. ex Bithynio eorum primo rege Iouis & Thraces Titanidis filio: alijs ex Bithy fluuio Thraciæ, apud quem incolentes Bebrycij huc migrarunt. Adſentitur Herodotus qui dicit Thraces in Aſiam tranſuectos Bithynios eſſe appellatos, templumq; & uaticinium Martis habuiſſe, & à Boſphoro uſque Rhebam flumen regionem tenuiſſe. Dicuntur & optimum incolere ſolum, rerum omnium feraciſſimum, materiæ ac lapidum copiam, tum cryſtallum in montibus ferens.

Eumenes Pruſias

Eorum regnum ad Eumenem, deinde ad Pruſiam peruenit, qui ubi Perſeum ſororium ſuum ſuperatum à Rom. uidit, capite raſo pileoq; ſumpto Romam ultro uenit ſe libertum Senatus appellans, ueniáq; & iterum regno donatus, ſucceſſorem filium Nicomedem, à quo fuit interfectus, habuit.

Nicomedes

Hic item Nicomedem cognomento Philopatorem: cuius filius hæredem populum Romanum ex teſtamento dimiſit.

Chalcedonia

Gentes habet Chalcedonios & Bebrycios. Chalcedonia enim regio Chalcedonem urbem habet, ſicut Babylonia Babylonem. Hæc ſita ubi Boſphorum transfretaueris è regione Byzantij, Megarenſium colonia Straboni. Megabyſus Perſarum dux, ut ait Herodotus, ſolebat Chalcedonios cæcos uocare, quod dimiſſa meliore tellure hanc peiorem elegiſſent. Arianus ſcribit Dorienſes colonos Chalcedoniam incoluiſſe, nomine à Chalcedone fluuio propinquo ſumpto. Eorum item colonias eſſe Byzantium & Meſembriam in Thracia. Idem eſt autor eos diem XXI. menſium omnium nefaſtam habere, in qua die Pharnabazus Perſa Darei præfectus, uictor eorum pueros fecit eunuchos in Perſidemq; miſit.

Pharnabazus Perſa
Acone

Acone inſula parua contra Chalcedonem, unde cotes optimæ ueniunt, quas Græci ab eius nomine Aconas uocant.

Bebricij

Poſt Chalcedonios Arianus Bebrycios dicit eſſe, originemq; à Bebryce trahere una filiarum Danai: quæ una cum Hypermeſtra præter iuſſa patris uiro pepercit: quare fugiens parentem unà cum uiro iu hæc loca ritus docuit Aegyptios: pro quibus meritis regionem ab eius nomine appellatam. Tenebant olim totum tractum uſque ad Epheſum & Magneſiam, ut ſcribit enarrator Apollonij, Charontem adducens autorem, qui dicit Lampſacenorum regionem olim Bebryciam appellatam.

Amycus

Hic regnauit Amycus qui in ultionem Lyci à Polluce cæſtibus interfectus dum Argonautæ illac tranſirent, ſtatura præter humanam corporeq; toto ac uiribus monſtroſis.

Aranthas
Olbia

Aranthas item Bebrycius Euſtath. octonis cubitis longus traditur. Olbia in ora Chalcedoniæ nymphæ nomine, alia in Italia, tertia in ponto, quarta in Pamphylia, prætera locis alijs Stephano.

Chryſopolis

Chryſopolis urbs. Ephorus in libr. XXIII. Tradere belli ſocijs Chalcedonienſium Chryſopolim. Dionyſius Byzantius de ipſius etymo ſic ait. Κέκληται ἡ χρυσόπολις ὡδὶ τῆ περσῶν ἡγεμονίας, ἐνταῦθα ποιέμενων τοῦ προσίοντος ἀπὸ τῶν πόλεων χρυσοῦ τὸν ἀριθμόν. Eſt in Cilicia altera Polyhiſtori, incolæ Chryſopolitæ.

Nicomedia

Nicomedia in ſinus receſſu, de regis nomine dicta: multiq; in eadem ſucceſſores eodem nomine appellati, ſicuti & Ptolemæi in Aegypto. Hic multos ſub Maximiano martyres fuiſſe legimus.

Nicomedeum
Nicea

Nicomedeum Emporium Bithyniæ Arianus v. Bithynicorum commemorat. Nicea urbs Bithyniæ metropolis iuxta lacum Aſcanium Straboni, prius Ancora: deinde Antigonea appellata ab Antigono Philippi filio: poſtremo à Lyſimacho de nomine uxoris filij Antipatri Nicea uocata. Altera Locrorum Epicnimidiorum, tertia Galliæ. Sunt item aliæ alibi Stephano. Ex hac fuere uiri illuſtres: Antigonus, Aſclepiades, Parthenius, Apollodorus, Epitherſus grammaticus. Hic concilium primum publice celebratum, ubi exploſus Arrius. Hanc noſtri expeditione prima Hieroſolymitana in itinere expugnauerunt, expulſo inde Solimanno Turca qui eam tenebat.

Nicopolis

Nicopolis urbs Bithyniæ, altera in Epiro, tertia in Arrmenia.

Aſtacus
Aſtacenſis ſinus

Aſtacus urbs in ora, qui ſinum à ſe cognominat Aſtacenſem, ab Aſtaco Neptuni & Olbiæ nimphæ filio, apud Arianum in Bithynicis. Strabo Megarenſium coloniam eam dicit. Eſt & Aſtacus apud Byzantium, & item ciuitas in Acarnania, Cephaleniorum colonia.

Bithynium

Bithynium urbs Bithyniæ Pauſaniæ. Incola Bithynicus. Bithynopolis cuius Arrianus in Bithynicis meminit.

Apamea, quæ antea Myrlæa

Apamea in ora Propontidis, prius Myrlea dicta à quodam Myrlo duce Colophoniorum, nonnullis à Myrlea Amazone. Nicomedes deinde rex Pruſiæ filius à matris nomine eam uocauit. Hinc Aſclepiades Myrleanus fuit Stephano. alia Apamea in Syria, alia in Epicteto, alia ad Tigridem.

Pruſias urbs, Chius ante uocata

Pruſias Bithyniæ Chius antea uocata, quam Polyphemus in Myſia relictus ab Argonautis ædificauit, à flumine uicino appellatam. autores Charis in IIII. Chronicorum, & Apollonius in IIII. Argonauti. Ἀλλ' ὁ μὲν οὖν μυσοῖσιν ἐπικλεὲς ἄστυ πολίσσας, Νόσφι κηδοσυνῃσιν ἐβωλιζόμενος ἀργῶ, Τῆλε δ' ἠπείροιο, τέως ἐξίκετο γαῖαν Ἀγχιάλων χαλύβων, τόθι μιν καὶ μοῖρ' ἐδάμασσεν. Strabo tamen uult quod à Chio Herculis ſocio à Colchis redeunte ædificata, à Demetrio poſtea euerſa, ac à Pruſia rege illo qui Annibalem excepit reſtituta, Pruſias appellata eſt. Pruſienſes ob fidem Romanos demeriti, libertate donati ſunt, cum Apamienſes quos ſuprà commemoraui coloniam reciperent.

Arganthonius mons

Apud hanc Arganthonius mons, iuxtaq; fons, ubi fabula de Hyla Herculis ſocio & à nymphis dum aquas hauriret rapto. Altera Pruſias inter Myſios in Olympo condita, ab illo Pruſia qui cum Crœſo bellum geſſit. In hanc ille ſententiam. à qua Stephan. diſſentire uidetur. Nam Chium & Argathonem apud Olympum ponit ab uxore regis Rheſi, & Argathonium incolam, & Agathonem dici, & Agathonium ſine r. Hæc hodie Pruſias Burſia eſt appellata corrupto uocabulo, emporium Turcarum, in quorum unà cum reliqua Aſia uenit poteſtatem.

Myſia

MYSIOS Homerus in Aſia ponere uidetur, nonnulli dicunt Myſiorum meminiſſe in Europa ſitorum ultra Iſtrum, quos Mœſios ex autoritate ueterum marmorum uocari diximus, quanquam à Græcis ambo Myſij appellentur. Myſiorum aſini inæquali dorſo feruntur, unde prouerbium apud Euſtath. in obtortos, ὡς ὄνος μύσιος. Arrianus dicit Thynum & Myſum duos filios Agathones nymphæ totidem conſtituiſſe populos. Sunt præterea cum Phrygibus mixti, ſicuti Mæones & Lydi, ut uix diſcerni liceat, ex quo prouerbium Græcum, πόῤῥω τὰ μυσῶν καὶ φρυγῶν ὁρίσματα. id eſt, procul Myſorum & Phrygum termini. Duas ponunt ſicuti & Phrygias, maiorem & minorem. Nam, ut ait Str. altera Olympica Myſia eſt, Bithyniæ & Epicteto contigua, quã Artemidorus à

Duæ Myſiæ

Olympus mons

Myſijs, qui trans Iſtrum ſunt, dicit habitatam, ubi Olympus eſt. Altera circa Caycum & Pergamenum agrum uſque in Teutraniam & Caſtri oſtia. Olympus enim mons ſyluoſus, adeoq́; altus, ut hora tertia noctis ex eo ſol aſpiciatur. Hunc Cleon prædo inſanus amicus Antonij tenebat, ut idem Strab. autor: apud hunc Pruſiadem urbem eſſe diximus, paulum à mari recedentem. Eſt & Cæſarea ibi ſita, quæ Olympi Cæſarea cognominatur. Halizonas Steph. inter Myſiam & Lydiam collocat. aliqui in Ponto. De quibus deq́; Halyba eorum ciuitate, ubi argenti uenas Hom. dicit, ſuprà in Ponto mentionem feci. Aſſus urbs in alto ſita loco, in quem Nicoſtratus citharœdus cauillabatur. ἄσσον ἴων ὃς ἄσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι. Aſſum Cor. Alex. ſcribit Mileſiorum eſſe coloniam, ſitamq́; in Myſia prope Helleſpontum, ubi Sarcophagus gignitur lapis. Altera Lydiæ, tertia in Epiro. Ex hac Aſſo fuit Cleanthes ſucceſſor Zenonis. Atarna urbs prope hanc ponitur. Aſtyra uicus prope Adramytum Strab. eſt & Phœniciæ urbs iuxta Rhodum, in qua Minerua Aſtyris dicitur. in Bœotia quoque prope Potnias, & in Italia in ora Campaniæ Stephan. Teutrania urbs à Teuthrante patre Telephi, qui & heros Teuthrantius appellatus. Phrygia minor eadem & Epictetus appellata, ambitum protendit in Helleſpontum occaſum uerſus Dionyſio. Altera orientalior quæ maior dicitur & Paria, in qua Midas regnauit prope Sangarium flumen, ubi Rheã deûm matrem uenerabantur, quam regionem ipſe Dionyſius populoſam appellat, Arrianus & diuitem & antiquiß. Eſt & Europæ locus prope montem Oetam, qui Phrygia dicitur. Plinius habet autores qui dicant Europa & Myſos & Bryges & Thynos trãsfretaſſe in Aſiam, populosq́; conſtituiſſe, à quibus Myſij & Phryges & Bithynij appellantur. Poſt res Troianas, coloniæ Græcorum & Lydi & Perſæ & Macedones, poſtremo Galatæ omnia excurſionibus turbauerunt: nec ſolum ob rerum mutationem res ipſæ incertæ ſunt, ſed etiam ob diuerſas ſcriptorum ſententias, qui de eiſdem rebus diuerſa tradidere. Hinc Phrygiæ, Cariæ, Lydiæ, Myſiæ, loca uix diſtingui ualent. Huc accedit quod Romani ea diuiſerunt non per nationes, ſed fora & præturas ubi iura dicuntur. Igitur minor Phrygia Troadem regionem continet, quamuis Homerus in Catalogo abducere ab ea uideatur, Aeſchylus tamen & omnes qui poſt eum fuere, eandem eſſe gentem dicunt. Hæc enim & Aſia proprie Ptolemæo dicitur, tota occubans Helleſponto, XII. claris habitabatur urbibus, quæ ſunt huiuſcemodi: Abydum, Ilium, Lyrneßus, Pedaſus, Thebe, Zelea, Adraſtea, Pitya, Percote, Ariſba, Chryſe, & Adramictum. Has omnis Achilles unà cum reliquo Græcorum exercitu cum ad Troiam uenit præter Ilium expugnauit, præda inter ſe diuiſa: ijs omnibus. Priamus dominabatur. Cuius regnum Strab. in IX. partes diuiſum ſub totidem ducibus belli tempore tradit. Dardanos ſub Aenea, Lycios ſub Pandaro, Zelienſes ſub Aſio, Ilienſes ſub Hectore, Cetios & Lyrneßios ſub Pileo. ultra hæc miſſa eò externa auxilia ex Thracia & tota Cherſonneſo. Ciuitates præterea Troadis & Aeolidis permixtæ, cum conſtet Troianos omnis Aeolicam eſſe gentem. Quoniam uerò de Helleſponto, deq́; cæteris pelagis alibi diximus, reliqua Troadis nunc exequar loca ac primum Abydum. Græci enim hæc ciuitatum nomina fœminini generis & in us enunciant. Apud Homer. uno in loco τὸ ἴλιον αἰπύ. quod Ariſtarchus non probat Homeri eſſe carmen, ut ait Euſtat. Abydum igitur primum in ora Helleſponti ſitum è regione Seſti, ſpatio ſtadiorum VII. quòd Xerxes dicitur pontibus iunxiſſe. Hinc prouerbium in Abydenos. μὴ δ' εἰκῇ τὴν ἄβυδον πατεῖν, id eſt, Ne temere Abydum calces. Hanc ut Lesbij Seſtum, ſic Mileſij condiderunt, Gyge Lydorum rege permittente, ut ait Strabo: nam ea loca, & tota Troia ſub illo tunc erat, ex quo promontorium quoddam iuxta Dardaniam Gyges dicitur. Abydenſes molle & effœminatum genus, & Sycophantæ maximi, unde prouerbium in Sycophantas ἀβυδοκόμας. Hic Leandri Abydeni amores in Seſtiam Ero, quos hexametris deſcripſit Muſæus adhuc extantibus, unde Ouidij epiſtola materiam ſumpſit. Puellam enim dicit apud Seſtum fuiſſe, ubi templum ſacraq́; Veneris Leander forte adiuuerat. Abydus altera in Aegypto huius colonia. tertia in Iapygia Italiæ Stephano. Ilium Troiani Acten prius uocabant, deinde ab Ilo rege Ilium. Duos habet ad Propontidem pertinentes colles, ubi Arx cum templo & Palladio. Nouum Ilium Alexander prope antiquum inſtaurauit Alexandream uocatum. hoc poſtea Auguſtus, quod inde originem duxit, ædificijs & donis auxit, ut ait Strabo. Plin. uerò, Troas Antigonea, quam nunc uocant Alexandream coloniam Romanorum. Aliud in Macedonia Ilium, ædificium Heleni Troiani, quod Troiam nunc corrupte diximus uocari. Aliud in Theſſalia, itemq́; in Thracia Stephano. Reges Ilienſes originem à Dardano ex Hetruria profecto habuere, quos ordine in poëtica dicam. Patriam uerò prodidere, ut Dares teſtatur, Polydamas, Antenor, Aeneas, Amphidamas, Dolon, quorum poſtea domus incendio ſeruatæ. Lampſacum in ora prope Abydum à Lampſace uirgine, Phocenſium ædificium, olim Pityuſa, ab Homero autem Pityea dicta, ut placet Deichoro Cyziceno, ob frequentes pinus. Optimum ferre uinum dicunt, ex quo Themiſtocli dono datum à rege Perſarum fuit, cum ad eum profugit. Demoſth. ob eam cauſam à Priapo Veneris & Dionyſij filio ædificatum eſſe dicit, hinc Priapus urbs ipſa appellata, Lampſacum Euſtathio ἀπὸ τοῦ λάμψειν, quod oraculo habuerit ibi ædificari, ubi primo ſol λάμψῃ, id eſt, fulſerit: appellata & Abarnus ἐκ τοῦ ἀπαρνήσασθαι, id eſt, diſperdere Venerem grauidam ex Dionyſio Iunonis opera, ex quo illa informem fœtum dicitur peperiſſe, quem Priapum appellauit. Stephan. Inter Lampſacum & Abydum, Practius amnis fluit, Straboni. Zela urbs ſub Idæ radicibus, à Zelio conditore, iuxta quam Aeſopus & Tarſius fluunt, haud procul à mari. Homer. οἳ δὲ ζέλειαν ἔναιον. eſt & caſtellum huius nominis in Cyzico Diogeni in III. Cyzicenorum, & Zela urbs Ponti. Adraſtea ab Adraſto condita cum templo Nemeſis, Adraſteæ dictæ à poëtis. Alijs à nymphe eiuſdem nominis filia Melißi geniti ex Ida, qui primus regnauit in Troia: nonnullis ἀπὸ τοῦ μὴ διδράσκειν, id eſt, à non fugiendo. Hanc Plin. Parium uocatam dicit. Parium enim Straboni oppidum in Propontide ponitur. de Paro & Pario inſulis diximus. Pitya & Pityea appellata à frequenti pinu, ſita apud Aeſopum. Percote media producta Home. καὶ πάλαι περκώτη. Ariſba urbs Iaſij regia, ex quo Diam Ariſbam Hom. uocat. Ariſbus item fluuius Thraciæ in Hebrum fluens. Multa enim loca, nominaq́; Troiæ ac Thraciæ ferè communia erant, ut ait Strabo. Ariſbas alias eſſe in Lesbo commemoraui. Chryſa in qua Apollinis templũ cum eius ſimulacro, murem ei ſacrum ad pedes tenente. Quapropter diuina ab eodẽ poëta appellatur χρύσηνδε ζαθέην. Huius ſacerdos Chryſes expugnata ciuitate & filia Chryſeide rapta ab Agamẽnone, cauſa peſtis demiſſæ Græcorũ caſtris fuit: ex quo coactus Agamemnon eam reddere, & illius loco Bryſeida Achillis rapere. Hinc initiũ Iliadis Hom. Chryſas alias Steph. commemorat, apud Scyrum, apud Lesbum, in Bithynia, in Caria. eſt & inſula Oceani, ſic à Dionyſio uocata ob auri copiã. Eſt & aurea Cherſonneſus in India, quam χρυσῆν Græci uocant. Lyrneſſus, unde Achilles Briſeida rapuit. Adramictum iuxta Caicum à filio Haliatti Crœſi fratre eiuſdem nominis. Adramyctis

Prusias

Cæſarea Olympi

Halyzones

Aſſus

Atarna

Aſtyra

Teuthrania

Phrygia

Phrygia minor.

Troadis XII. urbes.

Troiani Aeoles ſunt.

Abydum

Ilium

Antigonea

Lampſacum

Practius flu.

Zelea

Aeſopus & Tarſius flu.

Adraſtea

Parium

Parus

Pytea

Percote

Ariſba

Chryſa

Lyrneſſus

Adramictum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Apæſum myctis uerò inſula Lyciæ. Apeſum ciuitas & flumen in me-
dio Lampſaci & Parij, quo deleto coloni Lampſacum
migrarunt, cum utræq; urbes Mileſiorum eſſent colo-
Pergamum Attali regia. niæ. dicitur & Pæſus & Apæſus ab Homero, ſicut & A-
tarna & Terna, ut ſcribit Euſt. Pergamum nobilis urbs
Troadis in mediterranea, quam Caicus præterfluit. Hic At-
tali, & Eumenes regiam conſtituere, de quibus in Onoma-
tologia ſcripſi, qui nobilem hic bibliothecam conſtituere, ubi
cœptum prius chartis hœdinis ſcribi, quæ pergamena po-
Scepſis ſtea ſunt appellata. Scepſis, cuius etymum ἀπὸ τῦ σκέψαϑαι
τὴν Ῥέαν. hoc eſt à commento quo Rhea eſt uſa cum partui
pro Ioue lapidem ſupponeret, ut ait Steph. Ex hac urbe
Metrodorus Epicuri ſocius, & Neleus diſcipulus ac ſucceſ-
ſor librorum Theophraſti. Antandrus in ora Troadis ſub
Antandrus Ida monte prope Myſiam, ab Antandro duce gentis Aeoli-
cæ. Ariſtoteles ait hanc quandoque dictam Edonida, cum
Traianopolis Cimmerij eam annos L X X X X. incolerent. Prope Antan-
Attalia drum Traianopolis urbs. Attalia à Pto. Philadelpho ædifi-
Cylla cata. Cylla urbs in qua Apollinis Cyllei templum. hanc Cyl-
Cylleus flu. & mons leus fluuius præterlabitur ex Ida monte defluens per agrum
Smyntha Antandrum. Et Cylleus item mons in eadem parte Strabo-
ni, Stephano autem utrunque Cyllenum appellatur. Smyn-
Myrina tha, ubi item Apollo Smyntheus apud Hom. Myrina in ora
Aeoliæ urbs ab Amazonis nomine dicta apud eundem in I I.
Grynium Iliadis. Eſt alia in Lemno. Grynium urbs Myrineorum Stra-
Lygdamum boni, ubi & nobile Grynei Apollinis etiam templum. Lyg-
Apollonia Elea damum, Apollonia, Elea. Achilleum oppidum iuxta tumu-
Achilleum lum Achillis. Cuma ciuitatum Aeolicorum maxima Strabo-
Cuma ni, dicta ſicut Myrina de nomine Amazonis: Heſiodi pa-
tria ab eius patre relicta, ut ipſe teſtatur. Huic ciuitati Te-
Lydi lephanes præfuit uir iuſtiſsimus, qui regionem eam pinis ar-
boribusq; conſueuit, autor Heraclides de Politijs. Lycij Troa-
dis populi, quibus præfuit Pandarus Lycaonus filius, ubi
& Apollo Lycius colebatur: In quo lupus Apollini conſe-
cratus cernebatur. Sunt & alij extra Troadem Lycij, de
quibus paulò pòſt dicemus, qui ducibus Sarpedone & Glau-
Dardanium urbs & pro. co Troianis auxilio uenere. Lyceum quoque gymnaſium
Athenis Ariſtotelis ſchola. Dardanium ciuitas & promon-
Rhodius flu. torium L X X. ſtad. ab Abydo diſtans. Inter hæc Rhodius
amnis emittit, ad quem, ut ait Strabo, in Cherſonneſo eſt
Hecubæ ſepulcrum. Hecubæ ſepulcrum, quod Græci κυνόσημα uocant. quidam
Rhodium dicunt in Aeſapum emittere: Dardanium priſca
res eſt, & adeo ſpreta, ut Imperatores Romani Abydum
tranſtulerint, alij rurſus in priſtinam habuerint conditionem.
Dardaniæ origo Hic quondam Sulla & Mithridates ad colloquium conuene-
re. Dardanios à Troianis Homerus diuidere uidetur, & ijs
quidem Hectora, illis uerò Aeneam præficere Dardania
prius Teucris uocabatur. De quo Muſæus hiſtoricus apud
Stephanum huiuſmodi repetit originem. Dardanus ex He-
truria cum Harmonia & Iaſio fratribus, ſurrepto Palladio
ex templo Mineruæ in Samothraciam uenit, ubi Cadmus
Agenoris filius inita cum eo amicitia, & defuncta uxore
Harmoniam duxit: Dardanumq; in Aſiam cum manu ſocio-
rum ad Teucrum regem miſit: à quo gener regno adſcitus
eius filia Batia ducta, Teucridem poſt ſoceri mortem Dar-
daniam appellauit. Arrianus eum è Samothracia ueniſſe di-
Sibylla filia Dardani cit ad Troadem, & Neſò, deinde Batiam filias regis Teu-
crorum duxiſſe: ex Neſo Sibyllam, quæ uates fuit: ex al-
tera Erichthenium, & Ilum qui poſt eum regnauere ſuſce-
Elea piſſe. Sunt & Dardanij alij apud Illyricos. Elea Aeolica
urbs, nauale Pergamenſium, quondam Danais dicta, Me-
Cenchreæ neſtei ædificium. Eſt & altera prope Myſiam nauale Bi-
thyniæ. tertia in Phœnicia in medio Sidonis & Tyri. eſt de-
nique in Aethiopia palus cum tribus inſulis. Cenchreæ urbs,
in qua moratus Homer. didicit ea, quæ ſcripturus erat
circa Iliada. alia nauale Corinthiorum. tertia in Italia. Aza-
nia ſiue Azanium urbs Straboni ex X I I. Herodotus Aeza- Azania
no protulit cum diphthongo ab Aezano Tantali filio. Aſca-
nia, quam Nicolaus in I I I I. hiſtoriæ dicit ab Aſcanio Ae- Aſcania
neæ filio conditam eſſe: Eſt enim urbs & regio, ac palus in
Troade Euſtathio. Homer. Τῆλ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλα-
κος ἦλθον ἀμοιβοί. Pedaſus urbs in Ida monte, quam in- Pedaſus
inter X I. Achilles expugnauit. In eiuſdem montis uer-
tice Gargara plurali numero urbs Aeolica, ubi Lele- Gargara
ges quondam habitauere: à Gargaro Iouis filio è Lariſſa
Theſſaliæ Stephan. Epaphroditus uerò ait Gargara mon-
tem eſſe, neutriq; generis proferre oportere: Gargarus au-
tem ciuitas fœminini. Hellanicus Gargaſum ſcribit ciuita-
tem, putatur tamen menda in litera. Garganus autem in
Apulia mons. Gergis urbs, unde Sibylla Gergithia. Phle-
gon in Olympicis ſcribit apud Gergithios templum eſſe A-
pollinis Gergithij, in qua Sibyllæ ſepulcrum eſt: eius ima-
ginem Gergithij in numis percuſſerunt Stephan. Eumenea Eumenea
quam Attalus in honorem fratris Eumenis condidit, altera
in Caria, tertia in Hircania. Aphne urbs prope Cyzicum, Aphne
altera in Libya, & Aphneis palus prope item Cyzicum.
Artace urbs Mileſiorum colonia. Demoſth. poëta. νάσατο
δ' ἀρτακίοις ἐφέσιος αἰγιαλοῖσιν. Sic enim Venus apud Artace
eos uocabatur. Demetrius autem inſulam eſſe dicit, & Ti-
moſthenes montem prope Cyzicum. Memorantur & aliæ
Epicteti urbes ab autoribus, Lampronea Hellanico, Peli- Lampronea
chna, Traianopolis, Attalia Stephan. Docimeium Eudæmo- Traianopolis
ni, Myrmiſſum Polemoni, Sigæum Straboni, Siga Heca- Docimeium Eudæmon
tæo, Polyena Stephan. qui Eucarpiam in hac regione ob fer- Myrmiſſum
tilitatem appellatam eſſe dicit. Montes quoque in eo nobiles. Sygæum
Ida ad Lectum promontorium pertinens ambitu ſtad. D X. Polyena
eſt altera in Creta, unde Troiana hæc habuit originem. Te- Ida
rea, mons in ora Cyzicena, conterminus Zelæ, Straboni Lectũ promõ.
poſitus ἀπὸ τῦ τηρεῖν, id eſt, ſeruare, quod in alto ſita lo-
co facile omnia contuetur. Sicut etiam de Ida nonnullis ἀπὸ
τῦ ἰδεῖν, propter late aſpectum. Terea uerò Leucoſyrorum Terea
eſt urbs. Phalacra mons Idæ dictus ab arborum raritate & Phalacra
caluitiæ, ob perpetuas in eo niues. eſt & promontorium in
Cercyra, ut Artemidorus in V. Deniq; quicunq; locus ſterilis,
ubi nihil uirentium ſit, Phalacra dici poteſt Stephan. Lectum,
Sigæum, de quo ſuprà. Agamea mons & palus, dicta quod in Agamea
eo loco expoſita ſit marino monſtro Heſione innupta. Repe-
ritur & Agamus circa Heracleam Ponti Steph. Rhœteum à Rhœteum
Rhœtea filia Promethei Euſt. Flumina item Epicteti Practius Practius
inter Lampſacum & Abydum fluens Straboni. Rhindacus Rhindacus
inter Epictetum & Bithyniam, in cuius oſtio ſepulcrum Ae-
gæonis herois Myſi, quem Heſiodus in Theogonia filium cœ-
li & terræ uocat, qui & Gyges & Briareus dicitur Euſt. Sca- Scamandrus
mandrus fluuius ex nomine filij Hectoris. Xanthus flu. Troa-
dis & urbs Lyciæ. Simois & Scamander: quorum alter Si- Simois
gæo, alter Rhœteo proximus, ambo in conſpectu noui Ilij
concurrunt. Atque hæc quidem Epicteti ſiue Phrygiæ mino-
ris loca.

PHRYGIA MAIOR.

PHRYGIA maior cum Galatia à latere
ſeptentrionis terminatur, occidentis cum
minore, auſtri cum Lydia, orientis uerò
cum Cappadocia. Eius urbs Nacolia in Nacolia
reflexu Sangarij fluminis Straboni. à Na-
cole nympha dicta Stephano dicitur, & Nacoleia Græca
diphthongo, id eſt νακόλεια, ſicuti Heraclea, Apamea.
Ptolemæo autem Nacolia. hodie uetus retinet nomen, re-
gia Turcarum in Aſia ante quàm Conſtantinopolis cape-
retur. Berecynthus urbs, Berecynthia regio ſacra deûm Berecynthus
matri. in eadem parte Berytis. Berythus uerò Phœniciæ Berytis
urbs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Synada

urbs. Synada, quam dicunt Acamantem condidiſſe, qui poſt bellum Troianum cum erraret in Phrygia, nactus quendam qui in ea regione locum expugnabat, cui auxiliaris acceßit, à quo & loco poſtea donatus, primum è Græcia coacta multitudine morales ad habitandum inuitauit, quorum concurſu Synagam prius ipſe appellauit, poſtea literæ mutatione Synada uocata Stephano. Hic marmor Synadicum purpureis maculis, tracto colore è ſanguine Atyis pueri, cum ſeſe illo caſtraſſet ex fabula. Papinius in ſyluis. Ipſe

Acamantium

cruentauit maculis lucentibus Atys. Acamantium ædificium Acamantis. cui Theſeus iuuanti bellum contra Solymos hunc locum donauit. Parthenius in Aphrodice Acamantida hanc

Aemonia

urbem uocat. eſt & Acamantis tribus Attica. Aemonia urbs in eadem Phrygia Polyhiſtori, & Aemonium nemus in Ponto prope Thermodontem, ubi Mars dicitur Harmo-

Alabaſtra
Andrea

niam genuiſſe. Steph. Alabaſtra urbs Herodoto, unde Steph. lapidem gigni Alabaſtritem teſtatur. Andrea penultima producta, urbs in qua lapis inuenitur, qui combuſtus ferrum efficitur, admixtus cum cymino, diſtillat argentum adulterinum: poſtremo permixtus fit orichalcum Straboni XIII.

Sipylus
Philemolium
Dareon
Amorion
Maneſion
Aphneon
Medeon

Sipylus urbs, ubi fabula in ſaxum conuerſæ Niobes, quæ ſe Latonæ fœcunditate prætulit. Philemolium, Dareon, Amorion. Maneſium, Aphneon, urbes omnes. eſt alterum Aphneon in Lydia, & Aphnitis palus apud Cyzicum. Medeon, Myde urbs: Midea uerò apud Argos. Metropolis urbs à deûm matre ibi culta, Polyhiſtori. Sunt aliæ in Lydia, in

Tembroum

Theſſalia, in alijsq; locis. Tembroum urbs, Characi Tymbrum, Menandro Tembreum. Siaſſus Phrygiæ uicus, in

Siaſſus

quo ab initio coloni Cimmerij magnam uim frumenti ſub terris conditam inuenere, ex quo diu uictitarunt, nomenq́; loco ex auſpicio tali indiderunt ἀπὸ τοῦ σίτου, Stephan. Charax locus eſt circa Celenas, ubi Alexander res geßit, propeq́; Alexandriam urbem ædificauit. Alia in Caria, in Pon-

Dreſia

to, in ſinu Nicomediæ nobile Emporium. Stephan. Dreſia urbs, Dionyſ. in Baſſaricis. βυδλίαν δρεσινήν τε καὶ οὐ μηλώδεα γαῖαν.

Apamea quæ & Celene

Apamea inſigne Emporium, ac ſecundum poſt Epheſium, communeq́; Italicorum Græcorumq́; hoſpitum, ſita in Marſyæ fluminis oſtijs, qui urbem mediam præterlabens exit in Meandrum. Hanc Antiochus Soter à nomine matris appellauit. Hic fabula Marſyæ & Apollinis de muſica concertantium: ſita eſt in mediterranea, dicata Neptuno, Celeneq́; appellata à Celeno Neptuni & Celenus unius ex Danaidibus filio. Hæc ferè Strabo. Plin. uerò hanc Apameam à Seleuco conditam dicit, uocatamq́; prius Dameam, quòd ferociſsimas gentes domaſſet: quo tempore Eratoſthenes

Laodicea
Geranea

ait corruiſſe in Aſia Solymorum & Lelegum, & Bebricum, multorumq́; populorum gentes. Laodiceam quidam in Phrygia ponunt, alij in Lydia, de qua inter Lydos dicam. Geranea urbs Phrygiæ, eſt alia in medio Megaræ & Corinthi, quò ſe recepit Ino Athamantem fugiens. Gerenia uerò in Laconica

Docantes

urbs, item Geranthe. Steph. Doeantes campus Phrygiæ. Almona & Doeanta fratres fuiſſe memorant, à quibus duo no-

Didymusmõs
Sangarius

bilitata nemora Doeantium & Almonium. Idem. Mons Didymus matri deum ſacer: unde fluuius Sangarius in pontum fluit Euxinum. nonnullis Sangaron uocatur. Hermogenes in Phrygiæ deſcriptione ait quandam Sangam nomine uenerantem

Marſyas
Gallus

Rheam in hoc flumine conuerſam ei nomen reliquiſſe. Marſyas, de quo paulo ſuprà. Gallus, de quo Polyhiſtor in ij. de Phrygia ſcribit, Gallum & Atyn genitalibus ſibi ademptis, Gallum iuxta Teriam flu. ad habitandum ueniſſe: cui Gallo nomen indidit. Hinc omnis poſtea caſtratos appellari. Hæc Steph. Ouid. uerò in Faſtis Atyn puerum dilectum Cybeli ob pudicitiam ſibi genitalia ademiſſe, & in hoc flumine lauaſſe, ex quo Gallos eunuchos ſacerdotes Deæ uocari.

AEOLIA, IONIA, LYDIA.

POST hæc intra Taurum reſtant regiones in eadem Aſia deſcribendæ. Aeolia, Ionia, Lydia, Caria, Lycaonia. Aeolos eſſe Troadas palam eſt, qui maxime per Aegæum littus extenduntur uerſus meridiem cum Ionibus terminantes. Sed & ad ſeptentrionem olim peruenerunt, & Phrygiam, Armenos, Matianos, Ciſsianos comprehendebant, ut Strabo teſtatur: quorum linguam clara illuſtrauere ingenia poëtica, præſertim Sappho. Etymum trahunt ab Aeoli filijs, unde genus id prouenit, uel quod ex αἰόλα id eſt, uaria gente ac promiſcua creuerint. Nam Aeles quondam etiam Dores appellatos eſſe compertum eſt. Nec ſolum eos, ſed omnes intra Iſthmon Peloponneſiacum, præter Atticos & Megarenſes uocati ſunt Aeoles. Quamobrem Pindarus cum dorice ſcribat uocat αἰολίδα μόλπην. Igitur Aſiatici omnes Aeoles ab ijs qui in Europa ſunt Aeo-

XXX. Aeoliæ ciuitates
Iones

libus profecti uidentur. Eorum ciuitates ad XXX. fuiſſe Strabo eſt autor, quas in Phrygia atque Myſia, tum inſulis Aegæi maris ex magna parte attigimus: ad Ionas tranſeam, qui eodem littore ſequuntur, uſque ad Phoceam. Iones appellati Euſtathio ab Ione filio Xutthi, quem Euripides conditorem Aſiaticæ telluris appellat: uir enim Atticus fuit, ex quo Attici prius Iones uocati: & in Attica Ias condita regio. Stra-

Melanthus Codri F.
XII. Ionicæ

bo autem ſcribit Melanthum Codri filium ex Athenis in Aſiã conceßiße, ibiq́; partim à nepotibus, partim ab alijs XII. ædificatas eſſe ciuitates, quæ Ionicæ ſunt appellatæ coloniæ. Epheſum ab Androdo, Myuntem à Cydrelo, Erythram à Gnopo atque his tribus Codri filijs: Miletum uerò à Nedeo, qui genere Pylius fuit: Lebedum ab Andropompo, Colophonem ab Andremone Pylio, Prienem ab Epiro Nedei filio: Teum ab Athamante, Phoceam ab Athenienſibus cum Philogene, Clazomenas à Paralo, Chium ab Ogertio, Samum à Timbrione. Aelianus autem de ua. hiſtor. Neleum

Neleus Codri

Codri filium fuiſſe dicit, & has omnis condidiſſe urbes. Vitruuius ait Athenienſes ex reſponſo Apollinis XII. colonias

Ion

in Aſiam deduxiſſe, tradito negotio Xutho eiusq́; filio Ioni. Sed & adeo poſtea creuere, ut Plin. ad LXXX. fuiſſe per cuncta maria teſtetur. Quando Lydorum urbes Iones ferè

Lydia

ſunt, pariter & Lydia deſcribetur, quæ ut ait Plin. perfuſa flexuoſi Meandri curſibus, ſuper Ioniam procedit: Phrygiæ ab exortu ſolis uicina, ad ſeptentrionem Myſiæ, ex me-

Mæonia
Epheſus

ridie Cariam amplectens, Mæonia antea uocata. Eius in primis ciuitas (ut placet Herodoto) Epheſus Ionicarum clariſſima, à nomine & ipſa Amazonis appellata, pluribus ante nominibus dicta, Vrychia, Ortygia, Ptelis, Arſinoe ab uxore Lyſimachi. Olim diluuio abſumptam ipſe Lyſimachus alio in loco communiuit, cuius calamitatis Durici Elaici extat epigramma. In hac templum Dianæ celeberrimum à tota Aſia annos CC. ædificatum, tanta ueneratione, ut Epheſij in quodam bello, humano ſubſidio deplorato, funem à foribus templi ad urbis mœnia ſuſpenderint, ciuitatemq́; quaſi

Eroſtratus

ſoli Deæ tuendam permiſerint. Eius incenſor Eroſtratus, quanquam cautum fuerit ne quis eum nominaret, finem tamen cuius gratia flagitium perpetrauit uidetur adſecutus, eius

Smyrna

nomine ad nos uſque per tot ſecula deducto. Smyrna in ora Ioniæ à Tantalo prius ædificata, dicta Naulochus, deinde ab Amazone ſicuti & pleræque Aſiæ ciuitates appellata Stephano. Strab. refert porticum eam & portum & bibliothecam & gymnaſium habuiſſe cũ Homeri tẽplo ac ſtatua. Nummumq́; æreũ Homerũ appellãt, quoniã Smyrnenſes eũ ut ciuẽ ſuũ maxime ſibi uẽdicãt. Paßi & ipſi terræmotũ ueluti multæ in eo tractu ciuitates M. Antonini principis tẽpore, à quo reſtituta urbs fuit: meminit Philoſtratus in uita Sophiſtarũ. Huc è

tota

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tota Aſia literarum gratia conueniebatur. Erat enim Smyrna portus commodiſſimus, quo undique è Græciæ atq; Aſiæ regionibus omnes confluerent, gymnaſium & philoſophorum & oratorum quondam fuit celebratiſſimum: nobiliſſima quoque hinc orta ingenia. Teos in media ferè Ioniæ ora Herodoto, Athamantis ædificium, ex quo Athamantida eam Anacreon uocat. hiſtoria ſic ſe habet. Athamas quondam locum conſiderans ubi ædificaret, iam parata materia, interrogatusq; à Marte quouſque meditaretur: reſpondit τέως, id eſt, donec tibi ciuitatem ac templum conſtituam. eſt homonyma in Aegypto; alia in Scythia, in qua palus eſſe dicitur referta piſcibus, ex quibus per ſerenum oleum manat

Teos

in ſumma aqua tanta copia, ut colligi in uaſa poſſit uſibus aptum. Hæc Steph. Strabo Teos dicit in peninſula ſitam, portumq; habere. hinc quoque fuiſſe Anacreontem poëtam, Apelliconem, Hecatæum hiſtoricum.

Clazomene

Clazomene clara & ipſa Ioniæ urbs, quæ inſulas quondam habitatas in fronte ſeptem habebat. Prope Clazomenas Erythra prius Gnopopolis dicta à Gnopo conditore: eſt homonyma in Libya, in Locride, in

Erythra

Bœotia in Cypro, quæ nunc Paphus dicitur. Steph. Strabo autem Erythram portum, & Coricum montem adiacentem dicit habere: Sibyllamq; hinc Erythream tempore Alexan-

Colophon
Priene
Myus

dri ortam. Colophon, unde Homerum plerique putant eſſe. Priene prope Epheſum parum à mari recedens. Myus, id

Cybelea

eſt, μυοῦς inter Ioniæ urbes prope Magneſiam Strab. Stephano Cybelea urbs Ioniæ. Herod. Cybelen dicit ciuitatem eſſe Phœniciæ: eſt & Cybela Phrygiæ & Cybelum tem-

Sillon
Buchia
Glaucia
Sardis

plum, unde Rhea Cybele dicta, in eo loco culta ſiue nata Stephan. Sillon, Buchia, Glaucia parua Ioniæ loca. Lydiæ regia Sardis, poſterior rebus Troianis: huic immunet Tmolus mons in uertice exedram candido lapide extructam ha-

Pactolus

bens, nobile regum Perſarum opus, unde late proſpectus ex altiſſima ſpecula eſt. Hinc Pactolus fluit aureis (ut ferunt) ramentis, ex quo diuitias Crœſo proueniſſe. Hunc prope

Aſtyra
Arima ſiue Inarima

Aſtyra etiam urbs ſita, prope etiam Arima ſiue Inarima (utroque dicitur modo) ubi ſepultum dicunt Typhœum à Ioue fulminatum, ut ſcribit Hom. nonnulli dicunt in Syria, alij in Pythecuſis Tyrrheni maris. Stephan. Tmolo etiam uicina

Aſteria
Aſia urbs
Aſius campus

Aſteria ſiue Aſteris, ut Xanthus in IIII. Lydiorum ſcribit. Eſt & Aſteria inter Cycladas. Aſia urbs Sardibus proxima, & Aſius campus prope Cayſtrum. Homer. ἀσίῳ ἐν λιμῶνι καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. & Aſiane inſula Aethio-

Hierapolis

piæ, & Aſis Iſthmos. Dionyſ. poëta. ὑπέρτατος ἀσιῆτος αἴης. Et Aſia maior & minor. Hierapolis inter Lydiam & Phrygiam: ubi ſunt aquæ calidæ: dicitur ſacra, quòd multis referta ſit templis: hinc clari uiri fuere, inter quos Sera-

Philadelphia

pion Stoicus. Eſt alia in Creta, alia in Syria. Philadelphia Attali Philadelphi ædificium, de qua inter Lydos & Myſos

Maſtaura

certatum aliquando eſt. Strab. Alia in Aegypto, alia in Syria. Maſtaura urbs ubi Rhea colebatur. Cuius etymum tale Steph. recenſet. Cum Ma uni ex ancillis Rheæ traderetur à Ioue Dionyſius nutriendus, interrogata illa à Iunone cuius eſſet, reſpondit Martis: quare apud eos & omnis Cares Dionyſius Maſſari appellatur, & Rhea Ma, cui taurum ſa-

Magneſia

crificant, unde nomen inditum ciuitati, quam Chryſaoras flu. præterfluit. Magneſia Mæandro uicina, colonia inſignis è Theſſalica Magneſia orta: abeſt ab Epheſo XXV. mil. antea Theſſalonica appellata. hæc Plinius Aelianus de uaria hiſtoria de his ſic refert. Magneſij, qui iuxta Mæandrum accolunt, cum aduerſus Epheſios pugnarent, quiſque eques ſuum canem uenatorem, & ſeruum habebat ſpeculatorem: primoq; concurſu canes dimiſſi, qui hoſtium ordines turbabant, ſerui deinde ſubſequentes iaculis & ſpiculis debilitabant: tertio loco equites ſuperuenientes iam feſſos hoſtes, ac turbatos facile ſuperabant. E Magneſia fuere Egeſias orator, & Simon

Aethiopium

muſicus. Aethiopium locus Lydiæ iuxta Hylum, ubi Diana Aethiopica colebatur, quòd Dianam agentem apud Aethiopas Apollo reduxit. Nonnullis uerò quòd eandem cum luna putent ἀπὸ τοῦ αἴθειν Callimacho. Quidam enim Hecaten fatentes, à ferenda face dictam Aethiopicam putant, ut Eratoſthenes. Quædam alia oppidula locaq; Straboni Stepha-

Melampea
Agra
Meſogis
Thyeſſus
Cyalus
Lycoſthene
Laodicea

noq; in hac regione ponuntur. Melampea, Magiſte, Agra, Meſogis, Thyeſſus, Cyalus, Lycoſthene. Laodicea nobilis Lydiæ ciuitas, cui mons imminet Cadmus, unde Lycus fluit. Hanc exornant Zeno orator & Polemon eius filius, qui ob uirtutem regnum meruerunt, prius Antonio, poſtea Auguſto concedentibus. Hæc Strabo. Plin. uerò, Laodicea prope Lycum prius Dioſpolis, deinde Rhoas appellata. Euſtath. autem, Laodicea Lydiæ, opus Antiochi Stratonices filij, in honorem eius uxoris ex Apollinis reſponſo. Hæc inter ſeptem Aſiæ ciuitates à diuo Ioanne apoſtolo com-

Trallis urbs

memoratur. Trallis urbs Lydiæ, prius Anthea à florum frequentia dicta, uocata & Erymna Steph. Trallianos & Theſſalos, Tyberius cognoſcente Auguſto oratione pulcherrima

Coloſsis
Coloſſeni

defendit, ut Tranquillus ait. Coloſſis urbs apud Lycum fluuium, cuius meminit Herodotus. Strab. in XII. Coloſſem & ex urbe appellat coloris genus naturalis in lanificio, quo abundant. Plinius colorem hunc etiam commemorat. Huius urbis meminit item noſter Hieronymus. Ad hos igitur epiſtolæ ſunt Pauli, non ad Rhodios, ut uulgus putat. Flumina Ly-

Pactolus
Iardanus
Hermus
Cayſter

diæ Pactolus, de quo ſuprà. Iardanus, cuius meminit Hom. ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα. Hermus Aeoliam ab Ionia diſterminans. Cayſter ex Ioniæ mediterraneis in mare tendit Aegeum ἀπὸ τῆς κεκαυμένης χώρας, quod regionem iuxta habeat combuſtam. Huic adiacens dicitur campus Cayſtrius Stephano.

Mæander

Mæander omnium maximus, & flexuoſus labitur, ex quo contortos amnes reliquos Græci Mæandros uocant ex huius ſimilitudine. Item Prienem olim in ora ſitam longo proſchomate mediterraneam Mæander fecit. Strab. Plinius uerò eum

Cadmus mõs

ex monte fonteq; Aulocrene oriri dicit. Montes in hac regione, qui famam habeant, nulli præter Cadmum, unde Lycus.

CARES, LYCAONIA.

TRANS Mæandrum omnia ad Cares ſpectare Strabo dicit, eoſq; fuiſſe quandoque ſub Minoe, & tunc Lelegas appellatos, & inſulas habitaſſe: deinde in continentem ueniſſe, & multa maritimæ oræ ac mediterraneæ colonis abſtuliſſe Ionibus & Dorienſibus, multaq; rurſus perdidiſſe. Eis ſemibarbaram eſſe linguam Euſtathius teſtatur, quòd paſſim per Græciam ſparſi merebant, uel quòd à Dorienſibus originem habuerint, à quibus Halicarnaſſus

Miletus

ædificata eſt, ab Athenienſibusq; Miletus, Caricæ nunc ciuitas: ex quo Cares aliqui atticiſſare, ſicuti contra, Athenienſes nonnulli carizare uidentur. Primos omnium Græcorum ſtipendijs militare docuiſſe, prouerbium hoc monſtrat, ἐν καρὶ τὸν κίνδυνον, ad illos qui commercium habent aliquod cum hominibus parcis & auaris. Igitur Miletus urbs Cariæ, ut diximus, mediterranea, Ioniæ caput, Nelei Codri regis Athenienſium filij ædificium Herodoto. Straboni uerò Mileti Cretenſium ducis, uocata quandoque Lelegis, quod Leleges eam incolerent: & Pityuſa à frequentia pinuum. Locus Mi-

Brãchiadę Tẽplum Iouis Didymæi

leti apud Branchiadas, quem Didyma uocant, ubi oraculum Iouis Didymæi, quod Xerxes unà cum cæteris incendit. Templum poſtea conſtruxerunt omnium maximum ac ſubdiale, quod propter laxitatem & magnitudinem ſine tecto remanſit. Hæc ciuitas bis direpta, à Xerxe prius, deinde ab Alexandro, cum eum accipere nollet, ſicuti Halicarnaſſus. Mileſij colonias uaria in loca miſerunt. Nam &

Nilum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Nilum x x x. triremibus nauigantes. apud eius oſtia murum condiderunt. Apud item Iſtri oſtia, & apud Euxinum, & Calypſo inſula quandoque Miletus dicta eſt. Eius denique potentiæ teſtis illud apud Ariſtophan. in Pluto prouerbium ϖάλαι πότ᾽ ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι, id eſt olim potentes erant Mileſij, in eos qui ex magna fortuna ceciderunt. Vellera item Mileſia laudantur, ex quo prouerbium ϛρώματα μιλήσια. Fuere hinc Thales, Aeſchynes, Timotheus citha-

Halicarnaſſus

rœdus: Cadmus proſaicæ orationis inuentor. Halicarnaſſus totius Cariæ regia à quodam Athe originem ducit, qui à Trœzene huc migrauit, ſedemq́; iuxta mare locauit ἀπὸ τοῦ ἁλὸς καὶ νάσατο, uocabatur & Iſthmos & Zephyra Philoni. hinc Dionyſius fuit hiſtoricus & Herodotus. Hic & Hecatominus pater Mauſoli, Idræi, Piſsidori, Artemiſiæ, & Adæ regnauit: ab Alexandro direpta, quod eum non receperit. Hic & Mauſoli ſepulcrum ab Artemiſia condi-

Salmacis fons

tum, inter v i i. orbis miracula uiſitur. Hic & Salmacis fons à Nympha eiuſdem nominis, quam qui bibiſſet, uitio impudicitiæ molleſceret Straboni. Feſtus fabulæ cauſam adſignat, quod cum eius aditus parietibus anguſtis eſſet, occaſionem iuuenibus potantibus dabat uiolandorum puerorum, ac puellarum. Ennius, Salmacida ſpolia ſine ſudore

Alabanda

& ſanguine. Alabanda urbs, ab Alabando Euhippi filio dicta Characi: ſed & aliam Alabandam ſcribit Steph. in eadem Caria feliciſsimam, ex prouerbio uetere uocari, ædificium Caris, qui eam de nomine filij Alabandi appellauit, quem ex Callirhoe Meandri filia ſuſcepit: Alabandus enim

Mycale mons

Carum lingua, equo uincens dicitur. Ala equus, & Banda uictoria. Mycale mons & urbs Herodoto ἀπὸ τοῦ μυκᾶσθαι, quod hic Gorgones reliquæ Meduſæ caput ululatu conquerebantur, uel ἀπὸ τοῦ μυχοῦ, quod in receſſu Carici maris

Phocea

eſt. Mycaleſſus uerò Bœotiæ eſt mons contra Samum arboribus denſus, uti ſuprà docui. Phocea Mycali oppoſita Phocenſium Græcorum colonia prope Hermi oſtia, initium Io-

Myndus

niæ Straboni. Myndus urbs in ora Steph. Hinc fuere Apollonius & Zenon grammatici. Myndones uerò gens Lybi-

Bargila

ca eſt. Bargila prope Myndum & Iaſſum quam Cares Andanum uocatam eſſe dicunt: Achillis ædificium à Bargilio nomen adepta, quem ab equo pegaſo interfectum Bellerophon hac ciuitate honorauit. Stephan. Hinc ſinus Bargilicus appellatus. Iaſſus Cariæ ciuitas in inſula regionem habet ſterilem atque piſcoſam, de qua inter inſulas Ionij diximus.

Carianda
Chryſaoris

Carianda oppidum in inſula & lacus. hinc fuit Scylax hiſtoricus. Hidaſsus urbs à filio Bellerophontis. Steph. Chryſaoris, quæ poſtea Hadrias dicta Apollonio in Caricis. Sunt qui Cariam omnem Chryſaorida uocent. Suangela, ubi Sepul-

Suangela

crum Caris, ut indicio nomen eſt. Suangela enim lingua Ca-

Syrna

rica regis ſepulcrum dicitur. Octo enim urbes in hanc unam contulit Mauſolus, Syrna ædificium Podalirij medici Ma-

Bypaſus

chaonis filij, cuius huiuſmodi Steph. hiſtoria narratur. Podalirium tempeſtate iactatum, paſtor quidam Bypaſus nomine in littore excepit, duxitq́; ad Damethum Cariæ regem, cuius filiam Syrnam forte eo tempore à tecto collapſam Podalirius curauit, pro quibus meritis eandem ei locauit Cherſonneſo pro dote tradita, in qua ille duas conſtituit urbes, Syrnam in uxoris, & Bypaſum in paſtoris, qui eum exce-

Hecateſia
Euonyma
Curopolis
Momaſus
Mylaſa
Triopum
Telandrus
Alma
Amos
Arconeſus
Phthir mons

perat memoriam. Sunt & illa minora oppida, Hecateſia, Euonyma, Curopolis, Momaſus, Mylaſa, Triopum, Teladrus, Alma, Amos, Arconeſus, Harpaſſa, Bargaſſa, Balbe, Delmæſa. Caunus in inſula. de qua inter inſulas Aegæi dixi. Phthir Cariæ mons prope Miletum, eo quòd locus pinis abundet, quarum flores Phthires Græce appellantur, quòd quandam ſimilitudinem cum pediculis habeant. Et de Caria quidem hæc, NVNC LYCAONIA, quæ tota mediterranea eſt, Tauro à Cilicia Trachea diuiſa, à ſeptentrione Cappadociæ contermina, ex qua parte Tetrarchiam habet ciuitatum x i i i i. inter quas celeberrima Iconium, Thebaſa in Tauro, Idea in confinio Galatiæ atq; Capadociæ. Iconium enim prope Taurum eſt dictum ex imagine ſiue idolo, quod Prometheus & Minerua iuſſu Iouis hic finxerant ſecundum fabulas poſt diluuium Deucalionis, uentoq́; inde inſpirante animatum. Steph. Apud hanc urbem Imperator Conradus, dum expeditionem haberet Hieroſolymitanam, inſidijs eſt petitus Manuelis Imper. Conſtantinopolitani.

Lycaonia
Tetrarchia ciuitatum xiiii.
Iconium
Thebaſa
Idea

LYCIA, PAMPHYLIA, Cilicia.

NVNC regio Cherſonneſi extra Taurum, quæ Straboni in anguſta ora eſt à Lyciæ monte Dedala incipiens, uſq; ad oram Iſsici ſinus, quæ præternauigatio ſtad. M. DCCXX. admodum portuoſa, ubi Lycia, Pamphylia, & Cilicia, adiacenteſq́; ei regiones Piſidia, Cybira, Cabalia ſitæ ſunt. Lycios Dionyſius propius mari ponit, Lycaones uerò magis orientales & mediterraneos, quorum Hom. in Catalogo nullam fecit mentionem, ſed tantum Lyciorum, quos duobus in locis ponere uidetur. alteros in Troade, quos ſuprà commemoraui, alteros in Caria, de quibus nunc loquimur: incertum utris utri originem dederint. Strabo tamen dicit, quòd è Troia Lycij in Syriam migrantes locum hunc occupauerunt. Herod. Lycios, qui apud Cariam ſunt, ex Creta aduenisſe dicit, duce Sarpedone Minois & Rhadamanthi fratre: ac tunc primum Tremylas, cum prius Solymi dicerentur: poſtremo adueniente Lyco Pandionis filio regis Athenarum, & in partem regni à Sarpedone recepto Lycios dictos, genus alioqui ferum ac durum, belloq́; natum, Sagittarios optimos corneis utentes arcubus, & telis arundineis, pellibus humeros caprinis amictos, & capite coronas geſtantes, Eos in bellum Troianum Sarpedon duxit Bellerophontis & Laodamiæ filius, alius à ſuperiore Cretenſi, ut Homer. Sarpedon Lycios, Glaucusq́; in bella uocabat è Lycia longe Xanthi prope prata fluentis. Longe è Lycia dixit ad differentiam Lyciæ, quæ apud Troiam eſt, cuius uiris præerat Pandarus, ut enarrat Euſtath. Tremyle autem (uti ſuprà memoraui, Lycia dicta, & Lycij Tremylenſes, à quodam Tremylio, cuius originem Paniaſis poëta, apud Stephanum pulcherrime his uerſibus notat, Ἔνθα δ᾽ ἔναιε μέγας Τρεμύλος, καὶ γῆμε θύγατρα, Νύμφην ὠγυγίην, Πραξιδίκην καλέουσιν, Συμβρῷ ἐπ᾽ ἀργυρέῳ ποταμῷ παρὰ δινήεντι. Τῆς δ᾽ ὀλοοὶ παῖδες Τιμῆος Ξάνθος τε Πίναρος, Καὶ Κραγὸς, ὃς κρατέων πάρας ἐλκίζετ᾽ ἀρχράς. Lyciam olim L X X. oppida habuiſſe, Plin. teſtatur, ſuo tempore autem, X X X V I. In hac Strabo ſex maximas dicit eſſe ciuitates. Xanthum, Patara, Pinaram, Olympum, Myram, Tion. Ii cum iuſti uiuerent libertate donari à populo Romano meruerunt, uideruntq́; euerſos uicinos & Iſauriam & Cilices. Xãthus urbs & fluuius à Xantho quodam, qui ea incoluit loca: eſt & Troiæ fluuius & ciuitas in Lesbo. Steph. Patara urbs & promontorium Lyciam à Caria diuidens, plurali numero, de qua Euſtath. huiuſcemodi narrat hiſtoriam: Patarus & Xanthus filij Lapeonis piraticam primi exercuerunt: tandem finito errore in Lyciorum terra conſtitere, quorum alter Xantho, alter Pataris nomen dedit. Aliud etiam etymum repetit ἀπὸ τῶν πατάρας, quod eſt uenter uel arca. Dicunt enim arculam quandam, ubi erant picta Apollinis arma, ſagitta, arcus & lyra, uento in mare Lycium deportatam, inde in Cherſonneſum delatam, unde & Cherſonneſus ipſa Apollini ſacra & Patara nomen accepere. Sunt & qui à Patara Apollinis filio uelint appellatum. Hinc S. Nicolaus præſul fuiſſe traditur. Pinara ciuitas Lyciæ

Dedala mons Lyciæ
Lycii Tremyli dicti
Sarpedon
Lyciorum oppida XXXVI
Patara
Pinara

maxima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Olympus
Corycus
Phaſelis

maxima, occubans Crago monti, à Pinaro Tremiletis filio ædificata, ut dixi. In huius regionis exordio Olympus mons, Corycus oppidum in ora munitiſsimum. Phaſelis in ora ſita, tribus porticibus ornata Straboni. Hic ut ait Pauſanias templum Mineruæ, ubi lancea Achillis ſeruabatur. Deinde Olbia urbs. Deinde Attalia ad oſtium Cataracti fluminis, ab Attalo Philadelpho ædificata, & in Corycum uicinam habitationem translata. eſt & Attalis in Lydia. Chelidoniæ inſulæ tres Lyciæ ſtad. ſpatio adiacentes Strab. Ptolemæoq́;. Eſt & Chelonia inſula in mari rubro, & Chelonij populi Illyrij. Aſſus urbs in alto ſita loco, de qua inter inſulas dixi. Sura, Manteum Lyciæ, Drepane, Chimera, Phellus, Antiphellus, mediterranea ſunt oppida Straboni. Montes Lyciæ Dedala, Cragus à Crago filio Tremiletis patris Praxidicæ nymphæ Polyhiſtori, in Lycianis apud Stephanum. Anticragus, Solymus, Olympus. Flumen uerò Cataractus è Tauro meridiem uerſus in mare Pamphylicum labens Pamphyliam à Lycia diſterminat Ptolemæo Straboniq́;.

Olbia
Attala
Chelidoniæ inſulæ
Aſſus
Sura
Manteum
Drepane
Chimera
Phellus
Antiphellus
Dedala
Cragus
Anticragus
Solymus
Olympus
Cataractus

ADIACENT *præterea Lyciæ, Ciliciæq́;, Piſidæ, Cabalenſes, Cybirenſes, Solymi, Iſaurici. Piſidarum oppida Strabo hæc commemorat, Selgam, Segalaſum, Petnilisſum, Biaden, Cremnam, Pityaſum, Ambladam, Anaburam, Sindam, Araſum, Tarbaſum, Termeſſum. Ex ijs alij ſunt omnino montani, alij ad montium ima deſcendunt, ex utraque parte, & in Pamphyliam, & in Myladem Phrygibus, Lydis, & Caribus finitimi. Horum potentiſsima Selga Lacedæmoniorum ædificium. Alexandrum uenientem præter alios, non ut ſerui, ſed ut amici ceperunt, ut Strabo etiam dicit: ex eorum montibus Eurymedum, & Ceſtium flumina in Pamphylium labi pelagus, & apud eos Storacem paruam arborem naſci, è cuius ſcobe corroſa à uermiculis fit ſuccinum eius nominis. Præterea eos iuſte degere argumento eſt nomen, quod Græci ἀσελγεῖς, addita α improbos ſignificant, ut ait Stephanus. Teumeſſus quoque Piſidiæ ciuitas, Cybiræ imminens, & Telmeſsis promontorium prope Anticragum cum portu Straboni. Euſtathio autem Termeſſum hunc Piſidiæ uocari: Telmeſſum uerò Cariæ ciuitatem deprehendimus, ubi magicæ artis originem fuiſſe, & Cicero & Plinius ſunt autores. Eſt enim Ariſtophanis Drama τελμισσεῖς ex quo duplici ſſ, Stephan. Telmeſſum ſcribendum putat. Sed & Termeſſum Piſidiæ geminum dicit, maiorem & minorem uocatum, alterumq́; alterius coloniam eſſe. Termeſſum etiam Bœotiæ montem.*

Piſidarum oppida
Selga
Segalaſum
Petniliſum
Bias
Cremna
Pityaſum
Ambiada
Anabura
Sinda
Araſum
Tarbaſum
Termeſſum
Selga potentiſsima
Teumeſſus

Solymi

Strabo item dicit Telmeſſenſes, ſicuti & Cabalenſes, Solymi putantur eſſe à Solymo monte. Illis imminente proximum & Bellerophontis uallum, & Iſandri filij ſepulcrum, qui in bello cecidit contra Solymos. unde Homerus ait, δεύτερον αὖ σολυμοῖσι μαχέσατο κυδαλιμοῖσι. & de filio Iſandro ſic ait, οἱ υἱὸν ἄρης ἆτος πολέμοιο μαρνάμενον σολυμοῖσι κατέκτανεν. Ex quo apparet Solymos alios à Lydis fuiſſe. Eos Strabo putat Mylios eſſe. Mylia enim urbs montana, quæ ab anguſtijs Termeſsi ad Apamearum regionem pertinet.

Bellerophon
Iſandri ſepulcrum

Cabalienſes

Cabaliam enim & Cabalienſes populos in mediterraneis Lydorum Plinius ponit, quorum tris urbes dicit Balburam, Bubonem, Oemadam. Straboni uerò Oenoandum: Quarum conuentus adiuncto Piſidio Telmiſſo, Tetrapolim uocari. Cybiram uerò & Tabas duos fratres condidere Cybira & Marſyas. Hic in loco arduo ſupra petram ex argumento nominis ciuitatem uocauit. Tabam enim Græci molarem dicunt Stephano. At Cybirenſes Cabalenſem agrum incoluere, unde coloni in Ciliciam uenere. Strabo. Cybirenſis adminiſtratio inter maximas totius Aſiæ cenſetur. Quatuor enim linguis utebantur Piſidarum, Solymorum, Græcorum, & Lydorum.

Bubo
Oemada
Cybirenſes

Iſauria

Iſauria regio & ciuitas Lycaonibus finitima prope Taurum ſita montem, latrocinijs & ipſa uacans à P. Seruilio cognomento Iſaurico expugnata. Fuit eius etiam oppidum Derba & Derbenſes populi. PAMPHYLIA *reſtat & Cilicia ex Cherſonneſo. Pamphylios è ſocijs Amphilochi & Calchantis, qui è Troia ſunt ſecuti, ex argumento nominis eſſe, ex ijsq́; alibi alios diſperſos, & ex uaria gente huc collectos, autores ſunt Herod. & Strab. Cognominatam uerò Mopſopiam, & cum Cilicia coniunctam, & mare item Pamphylium cum Cilicio. Plinius. Eorum urbes Sida Cumanorum colonia cum Palladis templo. Aſpendus, ædificium Argiuorum, olim clara. Hic Veneri ſuibus ſacrificabant, eo quod autor eius generis Mopſus ex Argis huc proficiſcens primum obuium ſacrificare uouerat: occurrit autem ſus, ut ait Stephanus. Arrianus autem de geſtis Alexandri ſcribit hanc gentem affecto incommodo Alexandri exercitu, ei L. talenta equosq́; totidem, quos nutriebant regi, dare promiſiſſe: à quibus deinde fœdera frangentibus pro L. centum ab Alexandro exacta fuiſſe.*

Derba
Pamphylia
Sida
Aſpendus

Cilices

Cilices autem à Cilice Agenoris filio, qui ad inquirendam miſſus Europam, ad piraticam ſe conuertit: tandem partis opibus, hanc ſibi ſedem cum ſocijs delegit. Quapropter Cilices piratæ dicuntur primi, autoris flagitio ad poſteros manante. eos Cn. Pompeius trimeſtri bello ſuperatos partim relegauit, partim ſupplicio adfecit, mariaq́; propterea liberosq́; undiq́; commeatus reddidit. Ciliciam in formam prouinciæ redactam rexit quandoque M. Tullius non ſine magno repetendæ urbis deſiderio, ut in eius apparet epiſt. Strabo & item alij in Thraciam quæ ad mare & Iſsicum ſinum uſque protenditur, ac campeſtrem, quæ cum Iſauria ac Lycaonia terminatur, diuidunt. Ciliciæ partes Caramanni è Turcarum genere ac familia, annos prope CCL. occupauerunt, unde ab Othomannis eiuſdem ſectæ noſtris temporibus pulſi, ex eisq́; Abraamus Caramanus ad Pium II. Pont. imploratum auxilia miſit.

Cilicia duplex

Inter Ciliciæ urbes Tarſus nobiliſsima: ædificium Sardanapali. Argiuorum deinde colonia fuit ſedem quærentium. Etymum eius à Tarſo prouenit, id eſt, parte pedis equi Pegaſi in eo loco cadentis confracto, uel ἀπὸ τοῦ τέρσειν, id eſt, errare, quod poſt diluuium ibi primum terra cœperit prope tauricos montes exiccari. Tarſus enim apud Græcos multa ſignificat, partem ſupremi pedis iuxta digitos, ordinem remigantium, uolucrum alam, calathum, in quo caſeus coagulatur aut conditur: addita uerò adſpiratione audaciam. Campum habet quem Hom. ἀλήϊον uocat, id eſt, erraticum, ubi ſcribit Bellerophontem poſtquam ex equo cecidit, claudum, ac monte lapſum procul ab hominibus erraſſe. Præterea ab amne Cydno abluitur. hæc ex Euſtath. Strabo gymnaſion ibi fuiſſe, ſtudiumq́; literarum magnopere uiguiſſe tempore præſertim ſuo teſtatur: fama ſecunda poſt Alexandriam. Tarſi complures fuere eloquio inſignes, qui in ſophiſtica facultate claruerunt: quos in Onomatologia adnotaui: omnium tamen obſtruxit luminibus uas electionis, doctorq́; gentium Paulus noſter. Liberam eſſe gentem Plinius teſtatur.

Tarſus

Solœ urbs à Solone, qui leges dedit Athenienſibus, cum exularet à patria hic colonos conſtituit. Cum uerò Athenienſium linguam Barbari paulatim inquinaſſent, Solœcizare dicti ſunt, eorum exemplo, qui corruptè loquerentur, ut Euſtath. Strabo autem dicit Argiuorum opus eſſe, & Rhodiorum, qui à Lindo uenerunt. Scribitur in Antiquis uoluminibus. Solœ pro Soli, quemadmodum & apud Tullium in III. de natura deorum reperitur Canephorœ pro Canephori, ratione diphthongi Græcæ ſeruata. Ea & Pompeiopolis appellata, quòd Pompeius deuictos piratas, quos uenia dignos putauit, hic collocauerit. autor Strabo. Adana urbs neutri generis. hanc incoluere Adanus & Sarus, cum Tarſenſibus bellum gerentes: ac potiti ea regione, alter Adanam ciuitatem, alter Sarum flu. uicinum

Solœ
Soli, quæ & Pōpeiopolis
Canephorœ
Adana
Sarus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

(quod prius Cœranum uocabatur) de ſuis nominibus appellauerunt. Terra ipſa parum à mari recedit, inter Sarum & Pyramum. Sarus enim adeo rapide fluit, ut in eum proiecta procul in ripam more teli repellat.

Anchiala — Steph. Anchiala, Dionyſio Anchialea appellata, ſicut Theſſalonica & Theſſaloniceа. Anchialam Sardanapalus ſimul cum Tarſo uno die ædificauit, ubi & ſepulcrum & eius ſtatua cum epigrammate Aſſyrijs literis, de quib. in onomatologia dixi. teſtis Ariſtob. Strab. Nōnulli ab Anchialæ Iapeti filia, ex qua filius Cydnus ortus, qui fluuio nomen dedit, autor Euſtath.

Mallus — Mallus in ora & alto ſita monte à Mallo conditore, ut Stepha. ex autoritate dicit Callimachi. Strabo uerò aliter. Mopſum uidelicet & Amphilochum hunc locum ædificaſſe: ſed Euſtath. oraculo admonitos dicit: ubi coruus Mallon, id eſt, lanam ore ferret. Sunt & Malli Indorum populi, apud quos Alexander de uita periclitatus eſt.

Amaxia — Amaxia urbs Thraciæ, Siliciæ Straboni. Incola Amaxeus. Anazarba intus ſita, nunc Cæſarauguſta Plinio, unde Dioſcorides medicus, & Aſclepiades grammaticus, qui de fluminibus ſcripſit.

Coricum — Coricum oppidum, portus, & ſpecus: unde crocum coricium Plinio. de hoc poſtea dicemus. Eſt & mons apud Erythram Ioniæ. tertium paruum Mithridatis oppidum in ponto.

Pania, Rœzus — Pania nauale Ciliciæ circa campum Aleium, eſt item ſpelunca Palæſtinæ Stephano. Rœzus nauale apud oſtia Sari fluminis.

Eleuſa inſula, quæ Sebaſta — Eleuſa inſula Ciliciæ, quæ nunc Sebaſta. Mopſus apud Pyramum fluuium Mopſi ædificium Straboni, Incolæ Mopſeatæ, unde fuit Heraclides Mopſeati nobilis grammaticus. In hac urbe fuerat nobile templum Veſtæ ab Hadriano ædificatum, quod ex lapidis inſcriptione Græca deprehendimus nuper effoſsi ad radices palatij: ubi templum Veſtæ Romæ fuerat his uerbis à me conuerſis. Imperatori Cæſ. diui Hadriani F. diui Traiani Parthici Nepoti. diui Neruæ pronepoti. T. Aelio Hadriano Antonino Auguſto pont. Max. Trib. pot. III. Coſs. D. D. Seruatori Hadrianæ Veſtæ, quæ apud Mopſum eſt Ciliciæ ciuitatem liberam & amicam ac ſociam Romanorum S. P. Q. ob diuinam eius iuſtitiam in iuribus illius firmiter ab initio conſeruatis.

Caſtabala, Aphrodiſias, quæ Zapyrus — Præterea Caſtabala, Aphrodiſias, Zapyrus appellata Stephan. altera inter Lydiam & Cariam & in Africa prope Cyrenen, in Scythia, in Cypro, in Aethiopia, in Hiſpania. Sunt & inſulæ duæ apud Alexandrum, Aphrodiſiæ uocatæ.

Iſſus — Iſsus qui & ſinui nomen dedit, idem & Alexandria dicta Plinio, ubi Dareus ſuperatus ab Alexandro fuit.

Coraceſium, Holmus, Seleucea, Olympus, Amanus — Coraceſium, Holmus, Seleucea. Montes, Olympus, Amanus Tauri pars, Ciliciam à Syria diſterminans. Dicunt huc Oreſtem cum Iphigenia & Dianæ ſimulacro uenientem à furore deſiſſe. Nam amanis apud Græcos ſine inſania dicitur.

Ciliciæ portæ — Sunt & apud Arabes populi Amanitæ uocati Ioſepho: apud hunc uerò portæ ſunt Ciliciæ, clauſtra quædam ad Syrios aliasq; barbaras nationes arcendas. Hunc primus tranſgreſſus Seleucus pater magni Antiochi, & ipſe quoque Antiochus intra hunc ſe ex fœdere continere iuſſus eſt à ſenatu.

Sarpedon, & Zephyrium promōtoria — Promontoria, Sarpedon, Zephyrium, prope Calicadni fluuij oſtia, per quem Seleucia aditur.

Pyramus, Cydnus — Flumina Pyramus & Cydnus ex Tauro in mare profluunt Pamphilium: Pyramus & Cydnus & Pinarus dicitur, de quo uaticinium huiuſmodi antiquum Apollinis fertur. ἔσεται ἐσομένοις ὅτι Πύραμος εὐρυδινὴς, ἠιόνα πρόχεται ἱερὴν εἰς κύπρον ἵκηται. Cydnus Plinio recipit amnes LX. Torrentes amplius centum. Hunc frigiditatis nimiæ infamauit Alexandri quondam morbus inde contractus.

ABSOLVTO Cherſonneſo breuiter quæ noſtra hic ætate geſta ſunt attingam. Hæc loca à Caramanis occupata fuiſſe: deinde ab Othomanis ſupra commemorauimus. Veneti igitur anno M. CCCLXXII. inito cum Caſano Perſiæ rege fœdere littora Ciliciæ Claſſe infeſtarunt, & ut ex literis quas ad Antonium Donatum oratorem apud Sixtum Pont. miſerunt apparet, cepere oppida quædam, inter quæ Sechir appellatum. & Coricum antiquum & munitiſsimum, quæ Caramanis ac Caſano reſtituere. Teſtabantur quoque Caſanum cum maximis copijs Euphratem tranſmiſiſſe, ueniſſeq; in Capadociam per eam partem, quæ patet à Syria. Cepiſſeq; ſimul & diripuiſſe Cæſaream, atque Sebaſtiam maximas urbes, quarum altera Caramani erat, abeſtq; à Corico iter quinque dierum. Indeq; ire conſtituiſſe ad Iconium, inde contra Othomanum. Caſtellum autem Bir, quod eſt in Syria, cum aliquandiu obſediſſet, fretus Sultani auxilijs, tandem pugna commiſſa Othomanus fugatur, tantoq; in hac terrore repellitur, ut Euphratis ponte impetum non ſuſtinendo dirupto, bona pars fugientium ſubmergeretur. Hæc ſumma epiſtolæ.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM VRBANORVM
LIBER XI.

SYRIA.

SYRIA lata quidem regio, & quæ numeroſos continet populos diuerſis appellata nominibus, ut planè docent Herodotus, Ptolemæus, Strabo. Nam & Comagena eſt, & Phœnicia, & Seleucis Syria, & Cœloſyria, & Leucoſyria, & Palæſtina: Plinius uerò addit & Meſopotamiam, & Babyloniam nomine Syriæ contineri. Dionyſius poëta Syriam uocari dicit circa Libanum & Caſium montes uſque Sinopen, inde poſtea Aſſyriam incipere. Eratoſthenes Syros ait appellari ἀπὸ τοῦ σύρειν, quod in ijs regionibus maria ſint tumida, in continentemq; limium trahant fructibus admodum utilem. Plutarch. in parallelis Syriam uocari dicit à Syro Apollinis & Sinopes filio. Terminatur enim Amano monte, à ſeptentrione: ab Auſtro, felici Arabia: ab occidente, Aegyptio pelago: ab oriente Euphrate.

Comagena, Samoſata — Igitur poſt Amanum & Ciliciam Comagena eſt, cuius caput Samoſata Straboni.

Seleucis Tetrapolis, Seleucea — Seleucis Tetrapolim continet. Quæ quatuor clariſsimis conſtat ciuitatibus, in totidem antiquitus Satrapias diuiſis, Antiocheam, Seleuceam, Apameam, & Laodiceam, quas omnis condidit Seleucus Nicator, primus è Seleuciorum familia uir maximus: quapropter in monte Caſio ei ut heroi ſolennia celebrant. Primam ac maximam patri ædificauit, ſecundam atque fortiſsimam ſibi, tertiam uxori, Laodiceam uerò matri, ut idem ſcribit autor. Ex ijs Seleucea ſita eſt in ora ad Orontis oſtia, cui mons adiacet Pieria Ptolem. Straboniq; appellatus. Polybio uerò Coryphaſius.

Orontes — Orontes enim flu. Typhon prius eſt appellatus ob Typhonem apud eum fulminatum, ut ſcribitur de Arimis in Iliade: deinde mutato nomine, ab illo qui in eo pontem fecit Orontes eſt appellatus. Ex Libano enim oriens per agrum Apamienſem prope Antiochiam & Daphnem in mare Seleuciæ proximum defertur. hæc Strabo. Polyb. inſalubres cum aquas humanis corporibus & accolis dicit habere.

Antiochia — Antiochia XII. mil. paſs. à mari recedit montibus clauſa: portum habet ad Orontis oſtia, qui ſancti Simeonis hodie appellatur. Hic Syriæ totius Metropolis erat, regiaq; Seleucidarum in quam omnis uires Nicator contulit, prius Ræblata dicta eſt in libr. IIII. Regum, quò Sedechias rex captus ad Nabuchodonoſor Babyloniæ regem perductus, atque oculis priuatus eſt. Eam ſeruos Abraami

ædific

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ædificaſſe ſacra docent uolumina. Poſtremo Iuſtiniani principis tempore, Theopolis eſt dicta. Romani eam cum reliqua Syria per L. Scipionem uicto Antiocho recepere, floruitq; ſub eorum imperio annos ferè mille. Deinde unà cum Hieroſolymis capta à Saracenis: demum poſt annos centum ſedente Vrbano II. iterum unà cum ipſis recuperata à principibus Chriſtianis, & Boemundo tradita.

Antiochia quando capta

Rurſus autem à Saladino trium ſpatio menſium expugnata, nec unquàm poſtea recepta. In qua expugnatione non prætereũdum memorabile facinus uirginũ religioſi cuiuſdam cœnobij. Hæ ſi quidem cum primum urbem captam conſpicerent, miſeraq; omnium cæde compleri, nec uitæ cuiuſquam nec pudicitiæ parci, adhortatione inter ſe mutua, gladijs ora ſibi dehoneſtarunt, fœdamq; hoſtibus laniatis uultibus, ac manante cruore ſpeciem præbentes, libidinem formidatam auerterunt, quamobrem ad unam omnes ſalua pudicitia necatæ. Hic prima cathedra principis Apoſtolorum, Chriſtianiq; primum appellati, cum antea diſcipuli dicerentur. Sub Antiocheno patriarcha XX. prouinciæ XIIII. Metropolitani CLIII. præſules, & in urbe CCCLXVI. templa fuere. Sex uerò urbes ſub duobus primatibus, quos catholicos uocabant, habebat. Quorum alter Irinipolitanus, id eſt, Baldacenſis, quæ ciuitas quondam Babylon dicta eſt. Alter uerò Ancenſis, qui Perſidis primas appellabatur. Plures Antiocheas Stephanus commemorat, In Lycia ab Antiocho Epiphane ædificatam, in Meſopotamia Mygdoniam appellatam, à Barbaris uerò Niſibis: in Arabia Semiramidis opus, in Lydia prope Pyramum fluuium, apud Pieriam, quam Aradum Syri uocant, & alijs nonnullis etiam locis.

Niſibis

Apamea quæ & Pella

Apamea tertia Tetrapoleos intus ad Orontis ſita fluenta, uocata Cherſonneſus, ob aquarum circumfuſionem, & Pella ac Alexandro cognominata, ex patriæ nomine, quod huc milites Macedonum conuenirent, & equi alerentur. Tenuit eam Tryphon, cui cognomentum Diodoro, natus Coſianis caſtello Apamienſium, educatus Apameæ & regi commendatus. Cepit etiam Cæcilius Baſſus exul cum duabus legionibus, duosq; exercitus Romanos ſuſtinuit. Tandem conditionibus quas uoluit, tranſegit. Strabo.

Laodicea quæ Rhamata

Laodicea quarta Tetrapoleos, prius Leuca, & longe antea Rhamata ab Hebræis uocata, ut Philo teſtatur. Ex matre deinde Seleuci Nicatoris nomine mutato à barbaris poſtremo Lyche appellata eſt, terra fructuum omnium, tum uini feraciſſima, quod abunde Alexandrinis ſuppeditat. Eam non paruo incommodo adfecit Dolobella in eam confugiens, & expugnatus unà cum ciuitate atque interfectus à Caſſio: ultima ſanè à noſtris in Hieroſolymitana expeditione capta. Tancredus princeps Antiochenus eam die quo Apameam ſubegit. Alia eſt in Lydia, tertia in Lycaonia, quarta in Media.

Daphne

Daphne urbs amœna prope Antiocheam religione ſacra, ubi fons & lucus, templumq; Dianæ & Apollini. Quorum feſtum mos Antiochenſibus huc conuenientibus celebrare, ut ait Strabo.

Caſius mons

Caſiotis regio

Caſianæ ueſtes

Caſius mons Seleucidem à Tripolitana regione diuidit, iuxta mare ſitus nomen regioni Caſiotidi dedit. Alter in Aegypto. In hoc textæ nobiles & arte laboratæ ueſtes, quæ Caſianæ dicuntur Euſtathio. Reges nunc Syriæ proſequar, quos Appianus in Syriaco, in hanc ſententiam commemorat.

Reges Syriæ Seleucus, Nicator

Primus Syriæ rex poſt Alexandrum, Seleucus Antiochi è ducibus Philippi Macedonis, & Laodices filius cognomento Nicator, eo quod corpore ingenti ac robuſto fuerit, taurumq; ſylueſtrem in Alexandri ſacrificio olim elapſum uinculis, ſeſe opponens, utraq; manu tenuerit, quod in ſtatuis conſpicitur, quibus cornua deſuper adiecta ſunt. Vrbes autem condidit Antiocheas XVI. in memoriam patris. in honorem uerò matris quinque Laodiceas. nouem ſuo nomine Seleucias. quatuor ſuis uxoribus dicauit, tris Apameas, & Stratoniceam unam. Quarum ætate noſtra, illuſtriores adhuc extant: Seleucia quæ in maris littore ſita eſt, & quæ ſupra Tigrim fluuium. Laodicea uerò in Phœnicia. Sub Libano monte Antiochea. Syriæ quoque Apamea. Huius item meminit & Trogus libr. XVI. Multa feliciter bella geſſit, Babylonem cepit, Bactrianos expugnauit, ad Indiam uſque penetrauit. Quæ poſt Alexandri mortem, ueluti iugo ſeruitutis excuſſo, præfectos eius occiderat. Compoſitis in oriente rebus, cum Lyſimacho congreſſus, eum prælio uicit atque occidit. Lætus itaque tali uictoria, cum ſe præſertim ſolum de Alexandri exercitu uictoris uictorem remanſiſſe conſpiceret, neſcius fati, poſt menſes ſeptem & ipſe à Ptolemæo, cuius ſororem Lyſimachus in matrimonio habuerat, per inſidias circumuentus, occiditur, anno ætatis LXXIII. Regnumq; Macedoniæ, quod Lyſimacho eripuerat, cum uita pariter amiſit. Hæc ille.

Antiochus Soter

Huic Antiochus filius cognomento Soter, teſte Apiano in eodem libr. ſucceſſit. Is Stratonicen nouercam adamatam, indulgentia patris obtinuit, ut autor Valerius. Gallos ex Europa in Aſiam tranſgreſſos expulit, Antiochum filium cognomento Deum, regni hæredem reliquit.

Antiochus Deus

Hunc igitur uxor Laodice ueneno, ob inductam alteram Berenicen, Ptolemæi ſororem necauit. Eius item tempore Parthi, ueluti perturbato iam Seleucidarum regno, deficere cœperunt.

Seleucus Callinicus Antiochus

Ex hoc geniti: Seleucus cognomento Callinicus, & Antiochus. Seleucus natu maior Syriæ regno præfuit, nouercam Berenicen cum paruo filio in oppidum Daphnes fugauit. Quare Ptolemæus ad ulciſcendam ſororem cum exercitu profectus, poſt aliquot illata damna, pacem cum eo ſtatuit. Antiochus uerò minor frater, qui apud Antiochiam regnabat, exercitum quem in fratris auxilium adduxerat, contra eum per proditionem conuertit, ex quo breui tempore pœnas dedit, expugnatus paulò pòſt ab Eumene Bithyniæ rege, coactusq; ad Ptolemæum confugere, inimico ſe potius quàm fratri credens. Ptolemæus uerò eum in cuſtodiam coniecit, unde furtim elapſus, à latronibus fugiendo interficitur. Seleucus autem iiſdem ferè diebus, ex equo lapſus exceſſit, duos relinquens natos, quorum Antiochus interfecto fratre, imperium arripuit.

Antiochus Magnus

Hic ergo ex argumento rerum geſtarum, magnus appellatus, Babyloniam, Aegyptum, Iudæam, aliasq; urbes patrio adiecit imperio: poſtremo Græciam tentauit, in eam cum LX. mil. ingreſſus, Aetolis ei fauentibus contra Romanos, quòd Philippum in Macedonia dimiſiſſent. Iratis igitur Græcis auxilium petentibus, M. Attilius Glabrio COS. cum exercitu uenit: qui eum, quanquam ab initio rebus feliciter geſtis, paulatim in luxum, ob amorem præſertim uirginis Chalcidenſis, prolapſum, demum ſignis collatis apud Thermopylas clade adfectum, occiſis XL. mil. compulit in Aſiam remigrare. Iterum ab Aemylio Regillo nauali prælio uictus, Apameam confugit cum uxore & filia, ubi Seleucus filius erat. Poſtremo aduentantibus Scipionibus contra eum, rex legatos de pace, ſimulq; filium Scipionis captum, dono ei miſit. Scipio ob priuatam cauſam nihilo remiſſius cum eo agens, datis conditionibus & non acceptis, eum apud Sypilum montem commiſſo prælio ſuperauit, atque iiſdem quas prius offerebat legibus, ultra Taurum montem relegat, qui tandem à ſodalibus, quos in conuiuio pulſauerat, occiditur, relictis Seleuco Philometore, & Antiocho: qui obſes à patre Romanis eſt datus.

Seleucus

Seleucus igitur regnauit annis XI. quãdo Ptolemæus Epiphanes in Aegypto. Ad hũc Simon præpoſitus templi cum muneribus uenit, ut ſibi principatum uendicaret, & indicans multam eſſe gazam in ærario. Heliodorus ad hanc ſurripiendã miſſus, diuinis oſtentis trepidus refugit, de quibus latius in Maccab. II.

Antiochus obſes

Hoc extincto, Antiochus frater obſes, à Romanis ad regnum dimittitur, cui filius Antiochus Epiphanes,

O 2 nes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Antiochus Illuſtris nes, ſiue Illuſtris ſucceßit; qui Ptolemæo Philometori tunc
à patre relicto, & Rom. commendato, bellum intulit. A Po-
pilio igitur legato admonitus, ac reſponſum differens, uir-
gula circunſcriptus, ſtatim mandata ſe facturum eſt polli-
citus, Demetriumq́; Seleuci fratris filium obſidem dedit. Is
poſt auum Antiochum magnum, ſuorum ignauia collapſum
reſtituit regnum. Hieroſolymam cepit ſub Onia optimo
ſacerdote, cuius frater Iaſon patriæ proditor, ſummus ſa-
cerdos ab eo factus, ut regi placeret, omnia polluit, leges
paternas irritando. Miſſus ab eo Menclaus Simonis ſu-
pradicti frater cum tributo & donis, omnia in ſuam gra-
tiam conuertit: quapropter reuertens, expulſo Iaſone, ſa-
cerdotium uſurpauit, pro quibus malis ultore Deo, An-
Antiochus Eupator tiochus tabe longa conſumptus, miſerè perijt, relicto An-
tiocho Eupatore filio, cum Lyſia tutore, qui inſectationem
Demetrius obſes paternam in Iudæos continuauit: ambos uerò Demetrius,
qui Romæ obſes erat, clam fugiens, ſumpto exercitu, in-
terfecit. Et hic Iudæis inimicus, cum crudeliter imperaret,
Alexander ab Alexandro, qui erat de ſtirpe regia, adiuuantibus Syris,
bello ſuperatus ac interfectus eſt, cum regnaſſet annis
Demetrius X I I. Huius item Demetrius filius patrem bello eſt ultus,
auxilio Ptolemæo Philometoris, cuius filiam Cleopatram
prius Alexandro pactam, deinde ob inimicitiam negatam
duxit: quapropter cum ille ad regem Arabum Zabdielem
confugeret, ab eodem proditus, capite abſciſſo, ac ad De-
metrium miſſo: hunc & Antiochus Alexandri filius poſtea
Antiochus Euſebius eſt armis inſectatus. Res ad Antiochum cognomento Eu-
ſebium poſtremo deducta, qui à Pompeio regno deiectus,
Seleucidis finem impoſuit, à quo ad primum Seleucum in-
Phœnicia terceſſere anni ferè C C. Phœnices in eodem littore ſequun-
tur. qui multarum atque uariarum artium magiſtri perhi-
bentur, uel Homero teſte, Arithmeticæ inuentores, &
nauticæ, & mercaturæ, & literarum. Cadmus enim ex
eis in Græciam eas attulit. Palmam item arborem inde eſſe
adductam Calliſtheni placet, Ariſtoteli minime, ſed ex Phœ-
niceo una inſularum Aeolicarum. In Phœnicea Tripolis
urbs eſt, & regio tribus clarißima ciuitatibus, Tyro, Si-
done, & Arado. Duas primas à Phœnicibus originem ha-
buiſſe Trogus libr. X V I I I. teſtatur, qui terræmotu ue-
xati, relicto patrio ſolo, in proximo littore Sidonem ædi-
ficauerunt, à piſcium multitudine, quo uocabulo Phœnices
piſcem uocant. Multis poſt annis deinde expugnata, Ty-
rum urbem uicinam ante bellum Troianum condiderunt,
ubi ſerui dominos interfecerunt, præter unum Stratonem,
cui ſeruus miſericordia pepercit. Igitur cum inter eos con-
ueniret, ut is rex eſſet, qui primus orientem ſolem uidiſſet,
reliquis omnibus in orientem conuerſis, Strato in occiden-
tem reſpiciens, primus ſolis radios uidit. Hæc Trogus. Pli-
Tyrus nius ſcribit Tyrum inſulam quondam fuiſſe à mari diuiſam
paßibus L X X. Deinde Alexandri Macedonis oppugnantis
operibus continens facta eſt ſimul & diruta, cum eum non
reciperet, parens quondam Vticæ, Leptis, Carthaginis,
Gaderæ. Has omnis eius eſſe colonias Strabo dicit. Tyrum
ob decus purpuræ quam fert, libertate donatam à Romanis
fuiſſe. Hanc Hebræi Sur appellant. Balduinus rex primus
Hieroſolymitanus, ut eam facilius obſideret, oppidum in
eodem littore à Tyro quinque paſſ. mil. diſtans exſtruxit,
quod hodie Sandalium appellant: tandem poſt obſidionem
quadrimeſtrem, re infecta diſceßit. Dum uerò ſecundus
rex Balduinus de Burgo captus apud Saracenos eſſet, pa-
triarcha Hieroſolymitanus cum alijs præſulibus, & comite
Tripolitano, ac duce Venetorum, cum X L. triremibus eam
terra mariq́; oppugnantes, quinto tandem menſe in deditio-
nem acceperunt anno M. C X X I I I I. Sidon & Tyrus, utra
ſit Metropolis Phœnicæ ambigitur, utraq́; colonias per di-
uerſas orbis partes miſit. De Sidone frequens apud ueteres Sidon
mentio. Sidonios Homerus ἀπολυγίμυας appellat. Tyri nun
quam meminit. Aradus Tripoleos ciuitas in inſula iuxta lit- Aradus
tus. Cuius prima Straboni campum habet, qui Macra ap-
pellatur: in quo Poßidonius ſcribit uiſum eſſe ſerpentem
mortuum iugeri longitudine, craßitudine tanta, ut homi-
nem equo inſidentem hiatu reciperet, exuuiarum ſquamam
quolibet clypeo maiorem haberet. Apud Aradum prin-
ceps apoſtolorum matrem S. Clementis mendicantem offen-
dit, Chriſtianamq́; fecit ac reſtituit. Sic enim in Odœpo-
rico Clementis ſcriptum inuenimus, in quo etiam de dua-
bus columnis uitreis in eodem loco miro opere ac ſumptu
erectis mentio fit. Antaradum ciuitas ante Aradum ſita, ho- Antaradum
die Tortoſa dicitur, in qua ſacellum diuæ genitrici primus
omnium excitauit princeps apoſtolorum, ex ære Chriſtia-
norum collato, in quo primum ſacrificaſſe dicitur. Hanc
urbem Pictauenſis & Bleſenſis comites, Gallici principes,
poſt receptas Hieroſolymas ſepulcrum Dominicum adeũtes,
ex itinere ceperunt, ac comiti Tripolitano regnandam tra-
diderunt. Tripolis eſt etiam ciuitas in regione & ora Tri- Tripolis urbs
politana, una è quatuor principatibus eo tempore Chri-
ſtianorum. Hanc poſt captas Hieroſolymas Raimundus
princeps Toloſanus diu obſedit, caſtellumq́; è regione, quod
peregrinorum hodie uocatur, eo quod à peregrinis ſit
ædificatum, ad commodiorem urbis expugnationem extru-
xit. Quo morte præuento, filius eius Bertrandus obſidio-
nem continuando, ciuibus eam tradentibus recepit, Baldui-
no regi Hieroſolymitano, qui eum bello iuuerat, tributum
dare pollicitus. Marathus antiqua Phœnicum ciuitas in ora Marathus
Straboni, quam Aradij poßident. Huic proxima Ortho- Orthoſias
ſias, & fluuius Eleutherius, quem plerique terminum Phœ- Eleutherius
niciæ & Curuæ Syriæ putant. Hic oriens è Libano in ſe-
ptentrionem prius tendens, dein flexus in occidentem, in
mare profluit. In eadem ora Balanea, Gabala, quæ hodie Balanea
Gibel dicta eſt. Plinius promontorium eſſe dicit. Poſidium, Gabala
Sycaminum, Sarepta quoque antiqua urbs prope Sidonem, Po ſidium Sycaminum
ubi Helias adlocutus eſt uiduam ligna colligentem. in cuius Sarepta
facti monumentum, apud portam ciuitatis Chriſtiani ſacel-
lum extruxerunt. huius etiam urbis meminit Plinius. Vina
quoque Sidonius poëta commendat ijs uerſibus. Vina mihi
non ſunt Gazetica, Chia, Phalerna. Quæq́; Sarepteno
palmite miſſa bibas. Biblus in eadem ora nunc Gibelet. hic Biblus
ut tradit Strabo Cyniræ regia, quem magnus Pompeius ca-
pite percußit. Templum item Adonidis: propeq́; Adonis Adonis
fluuius erat: cuius etymi rationem Euſtathius dicit: uel
quod in ea libri regionis eius incorrupti ſeruarentur: uel
quod Iſis ex Aegypto peregrinata, in eo loco Oſyrim fle-
ret, in capite biblinam, id eſt, papyraceam coronam ex
Aegyptio biblo geſtando. Stephanus hanc eſſe antiquißi-
mam ciuitatem dicit, iam inde à Saturno conditam. Comes
poſtea Tripolitanus Bertrandus cum triremibus Genuen-
ſium auxiliaribus L X X. ſibi & ſocijs ſubiugauit. Huius
urbis in ſacris libris mentio frequens. Ezechiel. Senes Bi-
blij præparauerunt ligna & lapides ædificationem domus
domini. Berytus Ptolemæo, Barutus Straboni, urbs anti- Berytus
qua, quæ à Tryphone tyranno & dominata & diruta eſt:
recepta deinde & inſtaurata à Romanis, conſtitutis ibi à M.
Agrippa legionibus, ut Strabo. Euſtat. uerò portum habere
dicit: etymi rationẽ ſimul adſignat, quod Berũ ex autoritate
Helladij lingua Phœnicum robur ſignificat, quaſi urbs in loco
inexpugnabili ac robuſto ſita. Botrys, incola Botryæus Pau- Botrys
ſaniæ, hodie Boteron appellatur. Simina neutri generis Ptole-
mæo, Steph. autem Syminum, urbs in ora Phœnicæ. Palæbiblus Palæbiblus
inter Libanum montem, & Eleutherum amnem. Epiphania Epiphania
prope Raphaneas citra Orontis ripam uocatur Arceſirata,
hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Palmyra

hoc eſt, Arceſi ædificium. Hinc fuit Euphrates Stoicus: ſecunda Ciliciæ, tertia apud Tigridem amnem Stephano. Palmyra Syriæ totius arx in mediterranea, & regio Palmyrena, olim cauſa diſcordiæ inter duo imperia, Romanorum & Parthorum, ut Plinius.

Hadrianop.

Steph. eam dicit ab Hadriano principe reſtitutam, & Hadrianopolim appellatam. Propius intra Palmyræ ſolitudines Stellendena regio eſt, dictaq; iam Hierapolis, & Berœa, & Chalcis Plinio.

Stellendena.

Faciesdei promontorium

Ptolemais

Ad mare uerò promontorium Facieſdei. Ptolemais colonia Claudij Cæſaris, prius Ace uocata Plinio, ab Herculis medicina, qui ab hydra percuſſus, ex oraculo habuit, ut ex herba in eo loco inuenta, quæ hydræ ſimilis eſſet, ſibi mederetur, ut ait Steph. Hanc Balduinus primus rex Hieroſol. Genuenſium ac Venetorum auxilio triremium, bello trimeſtri expugnauit, anno M C.

COELOSYRIA, PALAESTINA.

SEQVITVR curua Syria, quam Græci Cœloſyriam uocant, quod inter duos montes clauditur, Libanum & Antilibanum, inter quos Chryſoroas labitur amnis, lateq; in hac Palæſtina comprehenditur.

Chryſoroas

Decapolitana regio

In his Decapolitana regio eſt, decem continens urbes, quæ ſunt eæ Plinio: Damaſcus, Philadelphea, Raphana, Scytopolis, Gadara, Hippodion, Pella, Galaſa, Gamala. Has ſeptem Tetrarchiæ regnorum inſtar cingunt, Traconitis, Paneas, Abila, Arca, Ampeloeſſa, Gabe, Iturea.

Damaſcus

Damaſcus maxima urbs à filio Mercurij Homonyma, qui ex Arcadia colonos huc traduxit. Stephan.

Philadelphea

Philadelphea trans Iordanem eſt, prius Ammana uocata, ut idem eſt autor, mutatum deinde nomen à Ptolemæo Philadelpho.

Raphana

Scythopolis

Raphana inter Orontem & Eleutherum fluuios. Scythopolis prius Nyſa à Baccho in honorem ſuæ nutricis ibi defunctæ condita, eoq; Scythis deductis, autor Plinius. Hanc ciuitatem teſte Ioſepho de bello, dum Florus procurator expugnaret, memorabile facinus cuiuſdam Simonis Sauli filij narratur, qui capta urbe, utrunque parentem primo, deinde filios & uxorem, poſtremo ſe ipſum interfecit.

Gadara

Gadara, quæ & Antiochea, & Seleucia uocata eſt Plinio. Ioſephus item ſcribit hoc oppidum à Iudæis dirutum, Pompeium reſtituiſſe, Demetrij Gadarenſis liberti ſui gratia. Gandara uerò uicus Macedoniæ. Gadera inſula Hiſpaniæ.

Gamala

Gamala urbs curuæ Syriæ Straboni & Ptol. Ioſephus de bello, eam hoc modo deſcribit, Iugum ex alto monte deductum, mediam ceruicem erigit, & ubi ſupereminet, in longitudinem tenditur, tantum contra decliue, quantum à tergo eſt, ut cameli ſimilitudinem præferat, unde etiam nomen accepit.

Dium

Dium curuæ Syriæ Alexandri magni opus. hanc urbem parum ſalubres habere aquas, antiquum monſtrat epigramma. Νᾶμα τὸ δίηνον γλυκερὸν πότον, ἂν τὸ δὲ πίνῃς, Παύσῃ μὲν δίψης, εὐθὺ δὲ καὶ βιότου.

Hippus

Hippus Palæſtinæ Ptolemæo. Hippodion Plinio. Hippeon Ioſepho appellata, id eſt, ciuitas equitum qui huc ab Herode rege in coloniam miſſi ſunt.

Pella

Gelara

Pella ab Alexandro dicta, prius Buthis. Amatha. Geſara Palæſtinæ Ioſepho, neutri generis. Hanc Plin. Galaſa uocat unam decapoleos. Galada Arabiæ pars item Ioſepho.

Ioppe

Ioppe in ora curuæ Syriæ in monte ſita, cum portu quo adplicatur cum itur ad Dominicum ſepulcrum, nunc Zappha à barbaris appellatur. Hic Strabo dicit Andromadem monſtro marino fuiſſe expoſitam, & à Perſeo liberatam. Steph. dicit appellari ab Aeoli filia Cephei uxore, quæ urbem ædificauit.

Gaba

Gabanopolis

Abila

Aphila

Gaba urbs Galilææ. Ioſephus in V. antiquitatis, item in VI. Gabanopolim prope ponit. Gabam inter Tetrarchias Plinius deſcribit, cuius etiam Pauſanias meminit. Abila prope Iordanis fontes, Aphila uerò in Phœnicia eſt, unde Diogenes fuit ſophiſta nobilis Aphileus non Abileus, ut quidam putant.

Arca

Arca urbs antiquum retinens adhuc nomen inter barbaros. eius meminit Ioſephus V. antiquit.

Iturea & Traconitis

Ituream & Traconitidem regiones, Plinius inter Syriæ Tetrarchias commemorat.

Arabes Traconitæ.

Sunt & Arabes Traconitæ appellati.

Paneas

Paneas in parte Phœniciæ, cui ſylua adiacet eiuſdem nominis, iuxtaq; Cæſarea Paneæ dicta. Huic urbi ter mutatum nomen, priſco namque ſeculo Leſer dicebatur: Deinde Dan, poſtquam à filijs Dan recepta fuit.

Cæſarea Paneæ

Poſtremo à Philippo Tetrarcha ſenioris Herodis filio, in honorem Tyberij Cæſarea Philippi appellata eſt: nunc uulgò à Barbaris Belina uocitatur. Hic olim terminus promiſſionis ex parte ſeptentrionis, ut ſacri teſtantur libri, à Dan uſque Berſabee.

Berſabee quæ Berſana

eſt enim Berſabee, quam Ptolemæus Berſanam uocat, prope Aſcalonem X. mil. paſſ. in finibus Iudææ & Aegypti, terminus telluris ſanctæ ex parte auſtrali. Hæc ceſſit in partem tribui Simeon, interpretantur eam Iudæi fœderis puteum, quem Abraamus fodit in ſignum fœderis icti cum Habimelech, uocatur hodie Gibelina barbaris. Hæc igitur tellus mill. paſ. C L X. protenditur. Neq; Dauid & Salomon præter illos quos poſt uictoriam in amicitiam receperunt, plus poſſediſſe, & ſacri libri, & diuus teſtatur Auguſtinus.

Cæſarea Palæſtinæ.

Flauia colonia

Cæſarea Palæſtinæ, prius turris Stratonis, ab Herode Aſcalonita in honorem Auguſti nomine mutato dicata eſt, ut Ioſephus & Hieron. poſtremo Flauia colonia à Veſpaſiano deducta, ut Plinius autor eſt. Hæc ſtatim poſt Hieroſolymas à noſtris recepta fuit: hic Paulus apoſtolus in cuſtodia tenebatur, quum ad Cæſarem prouocaſſet, ac Romam mittendus eſſet: quanquam in ora ſita portu commodo caret, hortorum alioquin & aquarum amœnitate, præterea piſcium omnium copia referta.

Idumæi

Idumæi in littore Palæſtinæ uerſus Aegyptum & Arabiam ſiti ſunt, gens ex Nabathæis uicinis Arabiæ populis profecta, quæ ut ait Strabo, in ijs locis conſtitit inter Iudæos, eorumq; legibus communicant.

Philiſtinorum oppida

Aſcalon

Inter hos oppida ſunt Philiſtinorum ab Hebræis appellatorum, qui ijdem cum Palæſtinis mutatis literis ſunt. Idumeorum urbs Aſcalon in ora, haud magna Straboni. De hac Xanthus in hiſtoria Lydorum in hanc ſententiam ſcribit, Tantalum & Aſcalum Hymenæi filios fuiſſe, ex his Aſcalum à rege Lydorum Aciamo, ducem exercitus in Syriam miſſum, ibi res geſſiſſe, uirginemq; adamaſſe, ac urbem de ſuo nomine condidiſſe. Eadem ferè & Nicolaus in hiſtoria ſua.

Derceto

Apud Aſcalonem, teſte Diodoro libro III. lacus eſt, ubi templum deæ Syri colunt, quam Derceto uocant, ore uirgineo, reliqua piſcem: cuius filia Semiramis à columbis educata fertur, quam ob rem ſacram hanc illis eſſe auem. Quod Tibullus poëta illo carmine demonſtrat. Alba Palæſtino ſancta columba Syro. Hæc urbs una è quinque Philiſtinis, quæ captæ à Dauid in littore fuere, & ultima ferè à rege Hieroſolymitano in prima expeditione recepta, cum eſſet una omnium munitiſſima, & loci natura, & operibus, tandem & ipſa deditionem fecit. Hinc genus cæpe Aſcalonicum appellatum. Fuere & doctiſſimi uiri, inter quos Antiochus, Soſus, Cygnus, Dorotheus hiſtoricus, Artemidorus, qui Bithynica ſcripſit.

Azotus

Azotus inter Aſcalonem & Ioppem, quam, ut ait Steph. condidit quidam è mari rubro profugus ex nomine uxoris ſuæ Azes Azotum, & capellam interpretantur: producitur media. Hæc eſt & una è quinque Philiſtinorum quondam clariſſima, nunc paruus uicus. eſt & Azotus Achaiæ.

Gaza

Gaza item una è quinque Philiſtinorum, quam rex III. Balduinus dirutam mœnibus reſtituit, ac templarijs reſtituendam tradidit. Diſtat autem parum à mari, ab Hieroſolymis, prope Berſanam. Stephan. eam Azam à Syris uocari dicit, ab Azono Herculis filio. dicunt nonnulli à Ioue conditam, & Gaſam quam Perſæ theſaurum dicunt, in ea conſtituiſſe. uocata ab eodem Io, quod in eo loco in uaccam ſit mutata: inſuper & Minoia, quod à Minoe ſit quandoq; poſſeſſa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Hinc Cretæi Iouis templum apud eos. Gazi quoque Indo-
Anthedon rum ſunt populi. Anthedon una ex quinque Philiſtinis in col-
le ſita, nunc Geth appellatur, ſemidiruta: ex eius lapidibus
Fulco III. rex Hieroſolymitanus arcem excitauit in eodem
loco, quam Hibelim uocant, tradiditq; cuidam ex ſuis no-
Ballionus bili Balliono, cuius ſucceſſores hodie de Hibelim uocantur,
ut haberent noſtri quo Aſcalonem è regione oppugnarent.
Antipatris Antipatris urbs ab Herode in honorem patris Antipatri ædi-
ficata, à noſtris in prima expeditione poſt Hieroſolymas ca-
Raphace pta. Raphace inter Palæſtinos Plinio, quæ ab Hebræis Ra-
Iudæa ma. Iudæa uerſus mediterraneam continetur in regione Pa-
læſtinæ. Continet autem Galilæam, Samariam, ac regionem
trans Iordanem. Ex parte Boreali Galilæa eſt, quam Ioſe-
phus in inferiorem & ſuperiorem diuidit. Iudææ latitudo ex
Iordane fluuio uſque ad Ioppen eſt. Longitudo uerò à monte
Toparchiæ decem Libano uſque ad lacum Tyberiadis. In medio ferè ſpatio
Hieroſolyma eſt. Diuiditur autem in Toparchias decem Pli-
nio. In Hiericuntem, Hemaum, Lyddam, Ioppicam, Acra-
bathenam, Gophniticam, Thamniticam, Bethleem, Tephe-
nem, & Orinen. Ioſephus autem XI. nominat, uidelicet
ipſum caput Hieroſolymam, Tepham, Acrauaten, Tham-
nam, Lyddam, Hemaum, Pellam, Idumeam, Engadam,
Herodium, Hiericuntem. Poſt quas Iamnam & Ioppen di-
cit finitimis præeſſe. Præter eas Gamaliticam & Bathaneam.
Iotapata ciuitas Galilææ, quam Veſpaſianus magna obſidio-
ne expugnauit deleuitq;. Cui præerat Ioſephus hiſtoricus
Bethleem inter captiuos ductus. Bethleem Plinio commemoratur &
Ioſepho, clarum ob incunabula ſeruatoris noſtri, quamob-
rem à Balduino II. rege ex autoritate Paſchalis Pont. præ-
ſule ornata eſt, quum antea in ea cœnobium tantum canoni-
corum regularium uigeret. Supra uerò ingreſſu Galileæ oc-
Nazaret cidentem uerſus, oppidulum Nazarei Hebræis uocatum, ab
antiquis non mihi exploratum. hinc breuis ad urbem Hiero-
ſolymam uia. In medio ſanè itinere fons eſt, ubi reges exer-
citus recenſere conſueuerunt, propter aquæ & pabuli co-
piam. Hæc ob Domini noſtri originem, metropolitico præ-
Hebron olim Arbe ſule decorata eſt. Hebron paruus prope Hieroſolymam ui-
cus, olim Arbe dicebatur, in qua Adami & Noei, trium
quoque patriarcharum, ac Saræ & Rebeccæ ſepulcra in
ſpelunca duplici eſſe adfirmant. Ob uenerandam igitur ſacræ
uetuſtatis memoriam, & ipſa præſule à noſtris ornata eſt,
quum prioratus antea canonicorum regularium tantum fuiſ-
ſet. Hanc Ioſephus Cheloris monumentum uocat, antiquio-
remq; eſſe dicit uel Aegyptia Memphi, Abraamiq; hic ſedem
primam fuiſſe, poſtquam è Meſopotamia diſceſſerit. Præter-
ea hic prope ad ſtad. ſex, arborem terebinthum eſſe, quam
Hiericus memorant ab initio creati mundi adhuc extare. Hiericus op-
pidum & campus, ut Strabo ſcribit, modo theatri monti-
bus circundatus ſtad. C. totus irriguus, coloniſq; frequens,
Balſami uiridarium ubi palmetum, & Balſami uiridarium, quod hic ſolum na-
ſcitur Straboni Plinioq;. Sodoma metropolis XIII. urbium
igni & terræmotu abſumptarum Straboni, quod locus is bi-
tumine & ſulphure ſubterraneo cauernis abundet. Polyhi-
ſtor uerò de his ſic refert. Longe ab Hieroſolyma receſſus
triſtiſsimus panditur: quem de cœlo tactum teſtatur humus
Sodoma nigra, & in cinerem ſoluta. Duo ibi oppida, Sodoma &
Gomorra, apud quæ pomum quod gignitur, habeat licet
ſpeciem maturitatis, mandi non poteſt. Ioſephus ob eo-
rum impietatem periſſe dicit. At ſacri libri hæc loca ob in-
colarum libidinem in mares, ultore Deo extemplo flagraſſe
Eſſenorum ſecta teſtantur. Eſſeni tenent interiora Iudææ, quæ ad occidentem
ſpectant. Hi præditi memorabili diſciplina, à moribus gen-
tium reliquarum procul abſunt. Omnis primum ueneris ex-
pertes, quippe qui remoti à fœminis degunt, pecuniam ſper-
nunt, palmis uictitant. Ex æquo indies conuenarum turba
renaſcitur, tam fœcunda illis aliorum uitæ pœnitentia eſt,
nemo admittitur uel leuis culpæ ſibi conſcius. In hanc Po-
lyhiſtor Pliniusq; ſententiam. Ioſephus eadem ferè refert,
eosq; inter tria philoſophorum Iudæorum genera probatio-
res eſſe dicit: animam immortalem putant migrare in regio-
nem quandam beatorum, haud aliter quàm poëtæ dixerunt
de inſulis fortunatorum. Phariſæi uerò animam item ſem- Phariſæi
piternam dicunt, ſed malorum cruciari, bonorum uerò in
alia migrare corpora. Deo ac fato omnia referunt, ma-
gna ex parte res humanas diuinitus iuuari, ac regi, nonni-
hil etiam fato agitari, quod εἱμαρμένην uocant. Sadducæi Sadducæi
ſanè his omnibus deteſtabiliores, neque præmium, neque
iuſtitiam ponunt. quanquam fatum tollentes, Deo propriæq;
uoluntati cuiuſque referunt omnia, minime inter ſe humani,
minime officioſi. hæc ille. Emaus quem aquas calidas Ioſe- Emaus
phus interpretatur, inter Toparchias à Plinio refertur, cla-
ra Chriſti peregrini cum diſcipulis congreſſu. Samarienſis
regio inter Iudæam & Galilæam, à uico Cinea in Acraba-
thenam definit Toparchiam, ſitu & loci natura, aquarum
pecorisq; copijs nihil à Iudæa diſcrepans, lege tantum di-
uerſa. Oppida eius Neapolim ponit, antea Mamortham uo-
catam. Sebaſten in monte altiore. Ioſephus itemq; Strabo
dicunt Herodem Aſcalonitam Samariam urbem cognominaſ- Samaria Sebaſte
ſe Sebaſten in honorem Auguſti. Hæc præſule caret, ſub-
iecta abbati templi dominici: apud hanc Ioannis baptiſtæ
& Heliſæi, item Abdiæ prophetarum ſepulcra hodie ui-
ſuntur. Hic Sichar urbs fuit, ubi puteus Iacob, apud quem Sichar
geſta Seruatoris cum muliere Samaritana legimus. Mon-
tes Iudææ, Libanus, Antilibanus, Carmelus Iordanis au- Libanus
tem ex Antilibano per fines Iudææ in auſtrum fluit, tris Antilibanus
efficiens lacus: primus ad Carmeli radices, Genaſara Pli- Carmelus
nio ac Ioſepho appellatus, in ſacris autem libris Geneſa- Iordanis Genaſara
reth, ab oppido eiuſdem nominis, quod Titum dicit expu-
gnaſſe: fructuum omnium feracitate, & aëris ſalubritate
feliciſsimum. Irrigatum præterea fonte uberrimo, quem Ca- Capernaum
pernaum indigenæ uocant, uenamq; Nili à quibuſdam pu-
tatum. Lacus ipſe longitudine paſ. M. XVI. latitudine
VI. aqua paluſtri ac dulci, piſcibusq; omnis generis refer-
ta, amœnis circumſeptus oppidis ab oriente Iuliade & Hip- Iulias
po, ab occidente Tyberiade aquis calidis ſalubri. Vltimus Hippus
lacus Aſphaltites uocatur, qui nihil præter bitumen gi- Tyberias
gnit, unde nomen trahit, noxius alioquin animalibus, lon- Aſphaltites
gitudine paſ. millium centum, latitudine ubi maxima XXV.
Habet à meridie Macheruntem, Iudææ poſt Hieroſoly-
mas arcem, & fontem Callirhoen medicæ ſalubritatis, ut
autor Plinius. Non prætereunda & noſtri Hieronymi de-
ſcriptio. Iordanis, inquit, ad radices oritur Libani, &
habet duos fontes, unum nomine Ior, alterum Dan, qui
ſimul iuncti, Iordanis nomen efficiunt. Hieroſolymam po- Hieroſolyma
ſtremo loco diſtuli dicendam, unde initium noſtræ ſalu-
tis effluxit: tot annos ignauia Chriſtianorum uidua facta
domina gentium. Hunc ſiquidem locum Hiebuſeos ab ini-
tio, & Melchiſedech ſummum Dei ſacerdotem incoluiſſe,
ex autoritate non ſolum Geneſeos, ſed Ioſephi, Egeſippi,
Nicolai quoque enarratoris habemus. Huic & Abraa-
mus ex oſtium uictoria occurrens, decimas dicitur ex
ſpolijs obtuliſſe. Hic & filium ſuum immolare Deo iuſ-
ſus. Hic Iacob ſcalam in cœlum tendentem, angelos de-
ſcendentes uidit. Deinde per famem Iacob cum filijs in
Aegyptum ſecedente, ac eius ſucceſſoribus poſtea reuer-
tentibus, pulſis indigenis, primo per iudices, deinde per
reges, demum per ſacerdotes, poſtremo amiſſa libertate
per annuales pontifices Rempublicam adminiſtrabant. Quæ
quoniam in Anthropologia poſt hæc ex ordine recenſe-
re eſt animus, tamen hic à Maccabæorum temporibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ex Ioſepho de bello, repetam, deinde ad nouiſſima procedam. Quum Ptolemæus ſextus de tota Syria cum Antiocho illuſtri decertaret, inter Iudæorum primates ſeditio agitatur, ac Onias unus è pontificibus Tobiæ filios ex urbe expulit, Qui ad Antiochum confugerunt, auxilioq́; fuere, ut ille Hieroſolyma cum exercitu potiretur.

Onias

Onias interim ad Ptolemæum confugit, qui in urbe Heliopolitana, alteram Hieroſolymam cum templo dicitur condidiſſe. Quumq́; Antiochus omni crudelitatis & libidinis exemplo uteretur, templum ſpoliando, ac Iudæos contra leges patrias cogendo, pro quibus & illi ſeptem fratres unà cum matre, & deinde Eleazarus nonagenarius porcinam edere iuſſi ſupplicium pertulere, ignesq́; è cœlo ac portenta futurorum malorum præſagia uiſa fuere:

Matathias
Iudas Maccabæus

Matathias unus è genere ſacerdotum, è uico Madein, animo uir ingenti cum filijs quinque, Iuda, Eleazaro, Ioanne, Ionatha & Simone non paſſus talia, manu domeſtica coacta, in proximos urbi montes ſe recepit. indeq́; Bacchidem primo Antiochi ducem finibus eiecit. Pro quibus meritis, princeps à Iudæis conſtituitur. Cui mox defuncto, filius eius Iudas natu maior ſucceſſit. Hic ſtatim inito cum Romanis fœdere, clariſſimis contra Antiochum eſt uſus uictorijs. Sed deinde cum eiuſdem defuncti filijs congreſſus, in pugna interficitur, ſimileq́; fatum Ioanne & Ionata conſecutis, res ad Simonem ultimum redacta.

Simon Iudæã liberat

Is demum uictoria potitus, ab Antiocho ac Macedonibus poſt annos CLXX. omnem Iudæam penitus liberauit. Ob quæ merita Pontifex declaratur. Moritur tandem inſidijs Ptolemæi generi ſui, qui eum ad cœnam inuitatum, unà cum duobus filijs capi iuſſit. Ioannes tertius filius, cui Hircano cognomentum fuit, quum inſidias ſubterfugiſſet, populi fauore Pontificatui paterno ſucceſſit. Non auſus Ptolemæum contra contendere, ob matrem fratresq́; captos, quos ille ex alta ſpecula oſtentabat hoſti, conuerberatosq́; deinde necauit.

Hircanus princeps

Hircanus ad reliquias Antiochi belli conuerſus, feliciter rem geſſit, moriturq́; anno Pontificatus XXXIII. cui uni omnium contigit, ut princeps, pontifex, & propheta ſantiſſimus eſſet.

Ariſto bolus
Antigonus

Poſt eum Ariſtobolus filius è principe ſeſe regem fecit, poſt annos CCCCLXXV. quàm rediſſent è ſeruitute Babylonis, fratremq́; Antigonum regni conſortem fecit, dein falſo inſimulatum interfici iuſſit.

Alexander
Alexandra

Ariſtobolo frater alter Alexander ſucceſſit, annos XXXII. Huic deinde Alexandra uxor animo matrona uirili cum duobus paruis filijs Hircano & Ariſtobolo, quorum tutelam agebat. Ex his Hircanus maior natu rem poſtea geſſit, uir mitis & imbellis, qui ab Ariſtobolo, magna adoleſcente audacia, pulſus unà cũ Antipatro Idumæo, uiro domi potentiſſimo, ſimul & amiciſſimo ad regẽ Arabiæ Aretam in oppidũ Petrã, deinde ad Pompeiũ, qui tunc in Syria res gerebat, confugit.

Antipater Idumæus
Areta rex

Pompeius cum exercitu, capta Hieroſolyma, & Hircano reſtituto, Ariſtobolum Romam miſit, cum filijs, è quibus Alexander elapſus, negotium Hircano fecit. Poſt aliquot deinde annos & ipſe Ariſtobolus aufugiens, bellum Hircano intulit, captusq́; à Gabinio Syriæ præfecto, Romam iterum cum Antigono filio in cuſtodiam mittitur, mox à Cæſare uicto Pompeio liberatus, nec multo poſt ueneno ſublatus eſt. Antipater interim Cæſaris amicus, res geſtas pro eo commemorando, & uulnera oſtentando obtinuit ut regnante adhuc Hircano, totius Iudææ procurator efficeretur. Is filiam habebat Salomen, mares uerò quatuor, Phaſelum, Herodem, Ioſephum, & Pheroram, quibus diuerſas diſtribuit regiones. Ex his Herodes poſt mortem patris cum uirtute præſtaret, à M. Antonio, pro quo multa obiuit, rex Iudææ creatur, ſed uicto apud Actiacum Antonio, ad Auguſtum qui Rhodi tunc erat, ſupplex ueniam oratum uenit, dictitans ſeſe amici de ſe benemeriti partibus ſtuduiſſe, nunc eo defuncto, itidem ſe erga eum facturum. Quare ob fidem non ſolum ueniam, ſed gratiam meruit. Is tris Hieroſolymis turres extruxit, primam Hippicon ab amico, ſecundam Phaſelon à fratre, tertiam Mariammen ab uxore cognominauit. Templum reſtituit, atque auxit. Ioppæ portum fecit. Anthedonem ædificijs ab ſe ornatam Agrippiam appellauit, Antipatridem & Cyprum in parentum honorem, caſtellum ſupra Hiericuntem, Herodiumq́; uerſus Arabiam oppida ædificauit.

Antipatris
Cyprus
Herodium

Hircanum redeuntem è Parthis interfecit. Liberos ſeptem ſuſcepit, Alexandrum, Ariſtobolum, Antipatrum, Archelaum, Philippum, Herodem cognomento Antipam & Lyſaniam. Ex his tris primos, ut ſibi ſuſpectos, necauit. Cui deinde ſceleri adiecit innocentium cædem. Ad extremum crudelitatis dedit pœnas, multis excruciatus, doloribus, ſibi manum adferendo, relictis Archelao regni ſucceſſore, cæterisq́; cum ſingulis tetrarchijs.

Archelaus
Alexander

Inter hæc Alexander quidam Iudæus apud quendam libertinum Sidone educatus, Alexandrum Herodis filium à patre interfectum ore referebat, Romamq́; propterea profectus, quum multos decepiſſet, ac ad auxilium regni paterni adipiſcendi prouocaſſet, ab Auguſto cognitus ac repulſus eſt. Archelaus igitur rex, quum crudeliter imperaret, legatione à Iudæis ob eam cauſam Romam miſſa, ab Auguſto in exilium Viennam pellitur, eius regno in prouinciæ formam redacto.

Agrippa

Herodem deinde Tetrarcham Agrippa eius ex fratre Ariſtobolo & Berenice nepos, Romæ apud Tyberium accuſans, non ſolum non auditur, ſed in carcerem conijcitur. Verum mox Tyberio defuncto, à Caio, cuius amicitiæ cauſa captus fuerat, ſtatim rex factus, addita ei fratris Philippi defuncti Tetrarchia. Herodes uerò Herodiadis uxoris hortatu, Romam & ipſe regnum impetraturus uenit: ſed Caij principis minis & iurgijs territus, in Hiſpaniam fugit, Tetrachia eius Agrippæ conceſſa. Poſt hæc Agrippa Claudij etiam principis, cui Romæ adiumento ad imperium fuit, fauore ſpeq́; erectus, limites regni prorogauit: muros Hieroſolymæ ampliare cœperat, ſi per mortem licuiſſet. Regnauit annos ſex, Reliquit filias tris, è Cypro uxore ſuſceptas, Berenicem, Mariammen, & Druſillam, filium quoque Agrippam.

Berenice
Mariamme
Druſilla

Poſtremo Claudius Iudæam in prouinciæ formam redactam, tantum procuratoribus commiſit. Hi ex ſucceſſione, Felix, Albinus, Feſtus, Florus, ſed ante hos Pontius Pilatus à Tyberio Cæſare miſſus, ex tempore quo poſt pulſum regno Archelaum prouincia fieri cœperat.

Pontius Pilatus
Agrippa iuuenis

Interim defuncto Herode, qui apud Chalcidem regnabat, Agrippa iuuenis, Agrippæ regis filius, in auunculi ſui regnum à Claudio ſufficitur. Cui deinde Nero princeps quatuor urbes reddidit, in ea primum regione Abilam & Iuliadem, in Galilæa Taricheam & Tyberiadem, reliqua Felici procuranda tradidit.

Felix

Ex quo Agrippa in amicitia Romanorum permanſit, ac procuratoribus, tum Veſpaſiano poſtremo ad componendos rebelles uenienti, adiumẽto præſtoq́; fuit, Iudæos prehenſando obeũdo, præſertim in obſidione Gamalæ, ut à pertinacia cœptisq́; deſiſterent, uſqueadeo, ut à muris lapidibus peteretur. Et hoc quidem de regibus.

Florus
Eleazarus prædo

Flori autem procuratoris tẽpore, Eleazarus princeps latronum, qui Iudæam cum uiginti milibus deprædabatur, ſublatus eſt. Sed aliud mox latronum genus crudelius, Hieroſolymis in turba atque in pace uerſabatur, Sicarij appellati, qui clam ignoti homines confertim permixtos interficiebant, inter quos Ionathan Pontificem.

Sicarii
Zelotæ

Tempore uerò belli, Zelotæ noua ſecta in eadem urbe orta, qui ſpecie zeli, charitatisque ſeruandæ legis, tyrannidem occupauerant, pontificatus principatusque paſſim ſibi uindicabant. Igitur quum Iudæi tanto malo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Ananus

reſiſtere cuperent, è rure quendam Ananum adcerſunt, Pontificemq; faciunt, eo quòd ſapientia præſtare uideretur. Hic demum & oratione, & opera id geſſit, ut Zelotas, qui omnibus erant iam odio expelleret. Et hæc quidem ex Ioſepho. Defectionis cauſam Tranquillus in Tito adfert. Percrebuerat, inquit, oriente toto uetus & conſtans opinio, ut eo tempore Iudæa profecti, rerum potirentur. Id de Imperatore Romano, quantum poſtea euentu patuit, prædictum Iudæi ad ſe trahentes rebellarunt. Quæ ue. ba paucis conſiderata ſanè indicant, & de Chriſto, & de fama, quæ ſimul cum ſtella Magos potuit excitare. Ad hunc tumultum Veſpaſianus à Nerone miſſus, infra duas æſtates omnia cepit, præter Hieroſolymam, ad cuius obſidionem relictus Titus, die ſabbati, repletis foſſis, fameq; oppreſſis, partim cepit, partim interfecit: qui teſte Ioſepho, ad uicies Centena milia, & DCC. milia fuerant, quum ad diem azymorum eò ex omni Iudæa conueniſſent, quando ſolis epulari non licebat, ſed plures uicini ſimul ad hoſtias cæſas conueniebant. Fuit deinde Hieroſolyma ſub Rom. Imperio, uſque ad Heraclium principem, tunc Coſroes rex Perſarum capta urbe, prædam cum cruce ſecum in Perſidem abduxit, quam poſtea idem princeps ſuperato Coſroe recuperauit. Cum deinde Mahumethe duce Saraceni caput extuliſſent: Homar eius ſucceſſor Hieroſolymam occupauit. His in uniuerſum breuiter percurſis, de ipſius receptione reſtat ſcribendum, ſi prius de ipſius nominibus ac ſitu pauca ſubiecero. Igitur prius Hiebus uocata, quòd Hiebuſei eam incolerent: deinde Salem, poſtea Solyma à Solymis, ut quidam putant, Lyciæ populis huc commigrantibus. Hieroſolyma deinde & Hieruſalem, ex ſacri nominis additione uocata: ſed & Buza & Bethel, poſtremo Helia ab Helio Hadriano, qui partem eius ædificauit, ut inferius dicemus: Ipſa uerò urbs triplici circundata muro, circuitu ſtad. XLIII. cum tribus turribus, quas Herodes ædificauit, uti Ioſephus ſcribit. HIEROSOLYMA ſicuti ego accepi, ex antiquo uolumine docti planè uiri, qui rebus geſtis interfuit, hoc modo recepta eſt. Petrus Eremita uir Gallicus, ſingulari abſtinentia præditus, diuinitatis inſtinctu, Vrbanum II. Pont. impulit, ut de recuperandis Hieroſolymis concilium Lugduni celebraret, anno M. LXXXV. Negotium hi principes ſuſcepere, dux Normandorum, comites Toloſæ, S. Aegidij, Flandriæ, Bleſiæ, Carnotenſiũ. Præterea Hugo magnus regis Gallorum frater. Gothifredus Bulion dux Lotaringiæ cum Balduino fratre, è regno quoque Siciliæ Boemundus cum Tancredo cognato. Summa belli Gothifredo credita. Primus uerò Eremita coacta omnis generis multitudine, per fines Germaniæ ac Pannoniæ iter fecit, ubi à Pannonijs multa paſſus incommoda, trãſitu eum prohibere uolentibus, tandem è ſuis decem milibus deſideratis ex pugna Conſtantinopolim peruenit, quò cæteri etiam diuerſis uijs conuenerant. Ibiq; Alexio Imperatore iuuante, Helleſpontum unà omnes tranſmittentes, Niceam adplicuere, quam ante omnia Solymano Turca eiecto, per uim cepere. Inde terreſtri longoq; itinere, ad Antiochiam prima ſtatiua conſtituere, quam nono fermè menſe VII. Non. Iunias in poteſtatem redegere, conſtitutoq; in eo loco patriarcha, eam Boemundo regendam tradidere. Hieroſolymam hinc uerſus exercitu traducto, operibus primo expugnare contendunt, muros demum corona aggreſſi, anno M. XCIX. per uim receperunt, eiq; regem Gothifredum præfecere. Vbi autem noſtri tanti uoti compotes extitere, Deo gratias agere, oppidis præſules conſtituere, alij alia loca capere, pars etiam ex eis domum redire. Itaque omnem breui tempore regionem, à Peluſio ad Laodiceam uſque Syriæ littora, omnia

Coſroes rex Perſarum.

Mahumeth Homar

Hieruſalem

Quomodo recepta Hieroſolyma

Solymanus, Turca

deinde mediterranea uſque Edeſſam & Carras in Meſopotamia ſibi ſubiugarunt. Quapropter in omni Syria & capta regione, quatuor conſtituere principatus: Hieroſolymitanum, Antiochenum, Edeſſanum, Tripolitanum. Deinde Berytus, Sidon, Caipha ſeu Porphyria iuxta montem Carmelum, Cæſarea, Arſur, Hibelin, ſingulos dominos recepere. Princeps quoque Galilææ totius & Tyberiadis, comes Montiſregalis & totius terræ trans Iordanem, Comes item Ioppes, & Aſcalonis alijq; alijs in locis conſtituti: atque hi fermè omnes regi Hieroſolymitano ſubiecti tributum pendebant. Ipſi uerò reges huiuſcemodi habuere ſucceſſiones. Primus Gothifredus Lotaringiæ dux, qui fuit ea modeſtia, ut auream coronam induere recuſauerit, ubi Dominus IESVS ſpineam tuliſſet. Cui poſt annum morbo extincto, frater Balduinus ſucceſſit, qui cum Saracenis urbem recuperare conantibus, prælio temere congrediens, magnam ſibi ſuiſq; inflixit plagam, captis in eo Boemundo duce, & Bleſenſi ac Burgundiæ comitibus: ipſe ſe Hieroſolymam ex fuga recepit, breui tamen poſt tempore ignominiam Ptolemaidis expugnatione penſauit. Tancredus Boemundo neceſſario ſuo precio redempto Antiochiæ imperium, quod pro eo interim adminiſtrauerat, incolume reſtituit. Huic alter ſucceſſit Balduinus, qui in prælio unà cum nonnullis alijs principibus capitur à Parthorum regis exercitu, qui ſuppetias Turcis attulerat, cum quibus bellum gerebat. Redemptus, paulò pòſt Anthiochiam cum eius principis proles iam interiſſet, Hieroſolymitano addidit imperio. Deceſſit morbo poſt annos XXIII. unica filia ſuperſtite. Fulco Andegauenſis comes eius gener habenas ſuſcipiens, rem feliciter geſſit, aliquot Turcarum milia in prælio fudit. Equi tandem lapſu forte occidens, regnum Balduino filio reliquit, qui tenuit annos uigintiquinque cum magna ſatis gloria: quippe qui Gazam reſtituit, & militibus templarijs regendam tradidit. Inſuper Aſcalonem diu oppugnatam, tandem in deditionem accepit: Norandinum Turcam Damaſci principem, bello repulit. Extinctus eſt ſine liberis, fratre Almerico ſuperſtite ac regni ſucceſſore. Hic contra Suar Aegypti Calypham, bellum mouit, quod tributum dare conſuetũ negauerit. Itaq; capto iam Peluſio, Norandinus Turca, à Calypha in auxilium adcerſitus adeſt. Regem auarum ab obſidione pecunia aduertit. Ipſe per dolũ Calypha interfecto Aegypti dominationem inuadit. Huic Balduinus filius ſucceſſit cognomẽto Leproſus, quòd eo morbo uſq; ad extremũ laborauit, non intermiſſa tamen regni cura diligenti: quamobrẽ in cœlibatu caſtiſſime uixit. Sorores duas habuit, quarum alteram Iſabellam cuidam Gallico Horfrido: alteram Sibyllam maiorem natu Gulielmo Longæ ſpathæ Montisferratenſi locauit, ex qua ille Balduinum ſuſcepit. Mortuo uiro, Sibylla iterum Guidoni Luſignano principi nupſit. interim Leproſus moritur, regnumq; ac ſororis filium Balduinum puerum Raimundo principi Tripolitano commẽdat. Sed morte pupilli paulopoſt ſubſecuta: Guido iure uxoris hæreditario regno ſucceſſit, qui quod mors pueri occultata citra ſuſpicionem eſſe non uideretur, bellum à tutore Raimundo ſuſtinuit, in quo ille Saladinum Aegypti Sultanum auxilio uocauit: magnum profecto nefas exordiumq; ruinæ totius orientis terrarum, à nobis ſummo labore partarum. Saladinus potens armis ac nomine, Ptolemaidem primo, deinde Azotum, Berytum, Aſcalonem, omnes denique in ora ciuitates cepit. Poſtremo ipſam Hieroſolymam aggreſſus, ad deditionem faciendam breui tempore his conditionibus coëgit, ut omnibus cum his quæ ſecum exportare dorſo poterant, migrare liceret. Ergo miſera caterua ſecuta Herculium Patriarchã flens egreſſa mœnibus,

dirum

Gothifredus

Balduinus

Tancredus

Fulco Andegauenſis comes

Balduinus II

Almericus

Norandinus, Turca

Balduinus leprosus

Iſabella Sibylla

Balduinus pupillus

Guido Luſignanus

Hieroſolyma iterum amiſſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

dirum omnibus ſpectaculum præbuit:inde Tyrum, alij Alexandriã, alij quoq; alia loca petiere. Ille confeſtim tintinnabula è turribus ſuſtulit, templa profanauit, atque incendit, præter unum Salomonis. Hæc Hieroſolymæ poſtrema ruina nunquam poſtea reſtituta, licet diuerſi principes Chriſtiani ſummo conatu terra mariq; ſæpe fuerunt periclitati, inter quos Ricardus Angliæ, & Philippus ac diuus Ludo. Galliæ reges, ut alibi narraui. Sed ad Guidonem regem redeamus, qui amiſſi ſemel regni titulum, cum Ricardo rege tradita Cypro, quam per uim ille occupauerat, commutauit.

Iſabella

Eo demum Sibyllaq; uxore extinctis ad Iſabellam alteram ſororem res hæreditaria Hieroſolymæ peruenit. Hæc quater nupſit, Horfredo primum Gallico, Conrado Montisferratenſi, Henrico Campaniæ comiti, & Americo Guidonis Cypri regis fratri: qui quum inutilis uideretur regno, Tyri amotus, ac Ioannes de Bregna Gallicus quidam uir ſtrenuus ad regnum adcerſitur,

Ioannes rex
Iole

Iole Iſabellæ & Conradi Montisferratenſis filia una cum titulo Hieroſolymitano in matrimonium ſumpta, qui quum ſibi plura quàm par erat adrogaret, à cardinale Columnẽſi grauiter obiurgatus, relictis rebus in Galliam reuertit, alia ſumpta uxore: filiamq; quam ex Iole ſuſceperat, Frederico II. Imp. unà cum eodem titulo pro dote locauit, qui Neapolitanis poſtea regibus per manus eſt traditus.

De ſtatu ſacerdotum Hieroſolymis

HACTENVS de Hieroſolymæ principum ſtatu. Nunc de ſacris religioneq; uideamus. Primus in ea præſul Iacobus frater domini gladio interfectus.

Patriarcha

Imperante autem Iuſtiniano, in Synodo Conſtantinopolitana Patriarchatu decorata, quarto poſt Ro. eccleſiam loco fuit. Quatuor ſubditos habuit Metropolitanos: quorum primus Tyrenſis, totidem habuit ſuffraganeos: Acconenſem, Sidonienſem, Berythenſem, Zeneadenſem. Secundus Metropolitanus Cæſarienſis, Sebaſtienſem tantum, cui Porphyria ſeu Caypha oppidum ſubeſt. Tertius Metropolitanus Nazarenus, Tyberienſem tantum.

Sina

Quartus Patracenſis unum tantum, in monte Sina templo diuæ Catharinæ & monachis eius cœnobij præſidentem. Habet item Patriarcha præter hos etiam Bethlehemiticum, Hebronenſem, & Lydenſem ilico ſubiectos præſules: ſed & abbates & priores baculo ac mitra decoratos.

Caluarius

Caluarium montem, & Golgatha, & dominicum ſepulcrum extra mœnia ſita loca, Helius Adrianus princeps muro cinxit, Heliamq; appellauit, templo ibidem Antinoo concubino dedicato, ut teſtatur Hierony. In Caluario cœnobium erat, ad cuius priorem ac religioſos electio patriarchæ pertinebat.

Sion

Sion item mons ciuitas Dauid appellata, quòd eiectis Hiebuſeis eam Dauid muro circumdederit. In quo cœnobium cum abbate ordinis S. Auguſtini eſt.

Mons Olіueti

In Olіueti monte abbas item eiuſdem ordinis, & ad eius radices atratæ uirgines S. Benedicti. Vltra eſt caſtellum Bethania, Marthæ ac Magdalenæ memoria conſpicuum.

Bethania

Eſt & altera trans Iordanẽ Bethania, ubi quondã Ioannes baptizabat. In ualle Ioſaphat probatica eſt piſcina, & item aliæ uirgines atratæ.

Tabor mons

Tabor mons, ubi dominica transfiguratio in regione Galilææ, haud longe à Nazareth, abluitur à torrente Cyſon. Vicini & montes Gelboe ubi cœnobia Ciſtercienſium & Præmonſtratenſium. Carmelus mons locus Heliæ prophetæ ſolitudinis, ubi cœnobium ordinis caput.

Quarentena
Templum

Eſt & locus prope deſertus, Quarentena cognominatus dominici ieiunij memoria clarus. Reſtat templum ipſum à Nicolao diligentiſſime deſcriptum. Huc à Iudæis aurum ex orbe toto quotannis mittebatur, ut Cic. pro Flacco teſtatur. Hoc attingere ſeu ſpoliare modeſtia Pompei uictoris non eſt paſſa, quod poſtea Craſſus contra Parthos proficiſcens diripuit. Hic ſtatuã Caij principis Pontius Pilatus collocare conatus, ut eſt autor Ioſephus, tumultum excitauit ingentem, nec procul à rebellione res abfuit. Idem Caius quod illac iter habens, templum adire neglexerit, ab Auguſto grauiter obiurgatus eſt. Apud hoc templum cœnobium erat, cui abbas præerat ordinis S. Auguſtini.

De religione templariorũ

Apud hoc & Tẽplarij cœpere, de quorũ, deq; S. Ioannis ac Mariæ Theutonicorum religionibus quæ Hieroſolymis cœpere, alijs in locis mihi narratur.

DE SECTIS SYRIAE.

ANTEQVAM è Syria diſcedam, nonnullas eius ſectas cõmemorabo, in primisq; Iudæorum. Bifariam olim diuiſi, uti ſuprà memoraui. Deinde duplici contra nos peruicatia innitentes, primum legem ſcriptam perperam interpretando, deinde quæ nõ ſcripta ſuperſtitioſe addendo.

Talmut

Talmutum hunc uocant, in cuius initio Moſes Aegyptius his uerbis à fido Hebræo cõuerſis ſic prooemiat. Quanquã hæc lex mẽtalis ſcripta nõ fuerit, Moſes tamen cã docuit totam in collegio LXX. ſenũ, Eleazar & Phinees, & Ioſue, hi tres à Moſe acceperunt. Ioſue uerò alios docuit ſenes, à quibus poſtea Hely, à quo Samuel, à quo Dauid accepere. Et ſic ordine plurimos narrat per manus, donec Rabbi eorum ac doctores eam in codicem reduxere.

Cabala

Nituntur item Cabala, quæ legis ſcriptæ interpretatio quædam interlinearis ſeu gloſſemata, à doctoribus eorum notata & intellecta, quæ legem omnino peruertit, & arma contra ueritatem acuit. Syri eodem quo & Græci ducuntur errore. Spiritum ſanctum dicunt tantum à patre procedere. In eorum templis una tantum ara, in qua ſemel in die ſacrificant hora ſexta, pane fermentato, quem à ſacerdotibus manibus ſublatum, plebs uultu demiſſo adorat, dictitans ſe illius aſpectu indignum. Sacerdotibus licet uxoribus uti iam ductis, ducere non licet, ſubdiaconatum ſacrum ordinem non habent. Confirmationem uel cuiuis addere dicunt licere. Purgatorium autem medium locum non admittunt, Sabbato carnibus ueſcuntur.

Iacobitæ

IACOBITAE à Iacobo quodam Alexandri Patriarchæ diſcipulo initium habuere. Hi quondam à Patriarcha Cõſtantinopolitano ſacris Græcorum interdicti, maiorem Aſiæ partem & Syriam, & Iudæã, & Aethiopiam ſuperſtitione referſerũt. Nam cum omnes in his locis partim à Matthæo, partim à Thoma Chriſtiani fuerint facti, paulatim conuerſatione infidelium deſciuerunt. Hi in primis Hebræorũ more recutiti ſunt. Deinde occulta quædam admittũt, & teſte tantum Deo, nullum putant delictum. Baptiſmum nota ignis excipiunt, nitentes illi dominicæ ſententiæ, Ille uos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni. Præterea Eutychiana hæreſi infecti, unam tantum in Chriſto naturam diuinam poſt reſurrectionem fuiſſe adfirmãt. Quare crucem uno tantum digito figurant. Lingua utuntur diuerſarum nationum, ubi eos agere contingit, Chaldæa potiſſimũ & Arabica. Sacerdotes uerò eorũ alium quendam à uulgo diſtinctũ habent ſermonem: ſacrificant uino tãtum delibato ſuper ara, reliqui ſacerdotes humi interim conſidunt, plebs ſacrificantẽ exoſculatur.

Maronitæ

MARONITAE à Marone autore, qui Macarij Anthiocheni præſulis ſecutus errorẽ, unã tantũ in Chriſto uoluntatẽ ponebat: Monothelitæ ſunt appellati, de quibus alibi diximus. Habitant ex magna parte circa Libani iuga, haud longe ab urbe Biblide, maximi in bello ſagittarij ſunt. Sub Innocẽtio III. uenit eorũ Patriarcha ad cõciliũ Lateranẽſe, & ex illo Latinorũ poſtea cerimonijs ſunt uſi, cũ cæteri oriẽtales põtifices, nec mitra, nec annulo, nec in tẽplo tintinnabulis utãtur: ſed tantũ baculi pulſu turba excitetur. Literis utũtur Chaldæis, uulgò autẽ lingua Saracenica.

Aſiſini

Aſſiſini in prouincia Phœnicis circa fines ciuitatis Anteradenſis, quæ hodie uulgò Tortoſa appellatur. Hi quædam caſtella poſſident

loci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

loci natura munitiſsima. Intus amœnas habent ſedes. Regem
deligunt ſenem induſtria exercitatum, qui pueros in ſeceſſu
quodam nutrit, docetq; diuerſas linguas: deinde adultos tan-
quàm emiſſarios mittit, qui diuerſis hominũ commercijs per
eas regiones congredientes, clam ignoti cultro abdito ſeſe
turbæ miſcent, ac regis inimicos, aut proprios interficiunt,
ſiue etiam alios amicorum aut pecuniæ cauſa, eoq; modo
felicitatem ſe conſecuturos ſperant. Hæc ſecta ab initio è Per-
ſide in Syriam uenit, ſcripturamq; habent ex Chaldæo &
Hebræo permixtam. Nam Edeſſeorum ſectæ adhærent, qui
Beduini putant poſt mortem nec gaudij, nec pœnæ locum eſſe. Be-
duini ex Arabum ac Saracenorum ſecta alijs addicti opi-
nionibus ſunt, quapropter hæretici ſunt ab eis appellati. Ii
nullo reſpectu inermesq; unà cum Saracenis in bellum ruunt,
dicentes mortem uitari non poſſe, fatoq; omnia referunt.
Hircinis amiciuntur pellibus, Solem orientem adorant. Gor-
gianos uerò inter Iberos poſtea dicemus. Armeniorum
Armenii item ſectam in Armenia commemoraui. Meſopotamia quo-
Meſopotamia que inter Syriæ partes à Plin. refertur ex argumento no-
minis, quòd inter Euphratem ab Auſtro & Tigrim ab
oriente claudatur, è ſeptentrione autem Tauro, quo ab
Armenijs dirimitur. In hac igitur tres potiſsimæ urbes,
Edeſſa Edeſſa Carræ, Niſibis. Edeſſa ἀπὸ τ̃ ὑδάτ Steph. quòd in-
Harac ter impetus aquarum ſita ſit. Hanc Hebræi Harac uocant,
Abagarus ubi Abagarus olim dicitur regnaſſe, qui datis ad Ieſum li-
teris, reſponſum meruit accipere. Ad hanc quoque Tobiam
miſiſſe filium ad Gabellum ſacræ teſtantur literæ. Edeſſenus
princeps unus olim è quatuor, cũ Syria noſtri potirentur, ha-
bebat Metropolitanos tris ſub Patriarcha Antiocheno con-
ſtitutos, Edeſſanum, Geropolitanum, & Coryc ienſem. Hanc
etiam Haraph Turcarum dux, quando Balduinus eam te-
nebat Eugenij III. Pont. & Conradi Impe. temporibus ce-
pit, trucidatis omnibus Chriſtianis, nobilibus matronis ſu-
Carræ per aram diui Ioannis Baptiſtæ conſtupratis. Carræ anti-
qua urbs. Lucanus de Craſſo. Aſſyrias latio maculauit ſan-
guine Carras. Hic, ut ſcribit Spartianus in Caracalla, Lu-
næ templum colebatur, quam ſi quis fœminæ nomine ado-
raret, ſubigi & dominari ab uxoribus putabatur. Si quis au-
tem Lunum deum maris nomine coleret, uxoribus imperare,
ac dominari credebatur. Hanc, ut ſcribitur in Pentateucho
Abraamus incoluit, cum primum Hur Chaldæorũ eſt egreſ-
Niſibis ſus. Niſibus Stra. Niſibis Steph. qui lapides cumulatos lingua
Zerbis Syrorum dicit ſignificare, ſub Tauro enim ſita eſt. Zerbis flu.
Babylonia in Tigrim Plin. fluit. Babylonia Meſopotamiæ cõiuncta inter
Euphratis ipſius conuerſiones auſtralior eſt: Syriam tamen
Ptolemæo Plinioq; nõ excedit. Hic Babylon gentis caput: Se-
miramidis ædificium poſt uiri mortem, cuius muri inter ſe-
ptem orbis miracula commemorantur, bitumine, quod in eo
loco prouenit, ex parte magna conſtructi; latitudine pedum L.
altitudine CC. Quadrigas inter ſe occurrentes recipiebant.
Intus horti penſiles, & aureum Beli templũ. Hic Aſſyriorum
Chaldæi regia. In Babylonia Chaldæorum natio, gens maxima & ue-
tuſta, ſectaq; potius. De qua ſic ait Diodorus lib. III. Chaldæi
mundum ſempiternum eſſe adfirmant, neq; principium ha-
buiſſe, neq; finem habiturum. Annos quibus uacaſſe Aſtrolo-
giæ dicunt, non facile quis crederet, ante uidelicet imperium
Alexandri XLIII. mil. Hieron. noſter in epiſt. ad Ro. Chal-
dæorũ, inquit, uetus traditio eſt, huius uiſibilis formatiq; mun-
di, fuiſſe inuiſibilem & informen ac ſempiternam materiam
nulla productione, quam Græci hylen & Chaos uocauerunt:
Moſes uerò abyſſum. Quinctiam & annorum circiter trigin
ta quatuor mil. ſuprà DC. ante regnum Macedonum fuiſſe
teſtantur, quos ſi quis retro ab Alexandro computet, perue-
niet ad Adamum primum: quod profectò Moſes in omni
eorum ſcientia eruditus conſcripſit, & quod erroris erat eli-
ſit, dicens, In principio creauit Deus cœlum & terram, quæ
erat inuiſibilis & incompoſita, quia tenebræ erant ſuper fa-
ciem abyſsi. Quod ſi nobis obijciunt Chaldæi, id Moſen non
probaſſe: in promptu reſponſio eſt: quia nec ipſi ſuam poſi-
tionem firmant, ſed ex opinione ſcribunt. Eſt autem omni opi
nione certior fides, quæ & rationi magis conſentanea. Neque
enim par eſt aut uerisimile, ut natura inferior par duratione
ſuperiori fiat. Hæc itaq; Hieronymi ſententia cum Diodoro
conuenit, præterquam in annorum numero. Chaldæos Steph.
Cephenas prius fuiſſe ſcribit, à Cepheo patre Andromades
uxoris Perſei, in ea regione regnante. Hellanicus in hiſtoria
Perſica ſcribit: poſt mortem Cephei exiſſe cum exercitu fini-
bus ſuis in Perſidem, nec amplius deinde Cephenos, ſed Chal-
dæos uocatos à quodam rege Chaldæo. Sophocles in Tympa-
niſtis Chaldæos alios prope Colchos ponere uidetur. Κόλχος
τε καὶ χαλδαῖος τε καὶ σύρων ἔθνος. Ignem in primis adorant,
quod Abraamus qui ex eis erat refugiſſe dicitur. Mathema-
ticæq; & Aſtronomiæ addicti. Cuius rei Cicero cauſam ad-
fert, quòd in montibus uerſantur altiſsimis, ubi Olympo pro-
pius facilior ſit aſtrorum obſeruatio. Linguã habent propriã,
qua etiam Aethiopes utuntur uſq; in hodiernum diem: nã Ro
mæ uidimus Aethiopas religioſos ſacras horas obire Chal-
dæorum catalecto ac literis. Hanc Hieron. cum probe noſſet,
librum Danielis conuertit, in cuius prologo queritur cũ fue-
rit eleganti Latinorum Græcorumq; lectioni adſuetus, anhe-
lantia ſtridentiaq; uerba uix ſuperare potuiſſe. Habuere ſcri-
ptores è ſuis, Naburianum, Sudunam, Seleucum, Beroſum: po Naburianus
tentia ac rebus geſtis florentem Nabocodroſorum teſte Stra Suduna Seleucus
bone. Hunc ego putauerim Babyloniæ regem in ſacris libris Nabocodroſorus
commemoratum fuiſſe, literis quibuſdam permutatis, qui ca-
ptiuos Iudæos duxerit, aut certe ex eo prognatum. Idem au-
tor plures eorum gentes adſignat Orchanos, Borſippenos, Orchani
itemq; alios. Eſt autem Borſippa (ut ipſe ait) urbs Dianæ & Borſippeni
Apollini ſacra, in qua maximum lanificium. Nam in hac re-
gione ſicut & apud Phryges ſunt opere tenui & eleganti
ueſtes diſcriminatæ. Mar. Texta Semiramia quæ uariantur
acu. Zeuma urbs apud Euphratem Satraparum regio appel- Zeuma urbs
lata, quo tributa conferebantur Plinio.

ASSYRII.

ASSYRII poſt Euphratem loca tenent,
amne tamen à Babylonijs diuiſi. Herodotus
eoſdem populos cum Syris eſſe dicit: ſed à
Græcis Syrios, à Barbaris Aſſyrios uoca-
ri. Ioſephus de antiq. ab Aſſur cognomina-
tos eſſe, qui & Ninum condidit ciuitatem. Aſſyriorum ſunt
Adiabena, Ninus, Cteſiphon, Teredon, Apollonia, Ar- Adiabena
bela, Seleucea. Adiabenos, & Satropedas memorat Stra-
bo. Marcellinus libro XIII. dicit, Adiabena quæ priſcis
temporibus Aſſyria dicta eſt. ἀπὸ τ̃ μὴ διαβαίνειν, id
eſt, à non permeando, quod ibi Euphrates ſit minime
uado permeabilis. Hos à Seuero principe ſuperatos fuiſſe,
monſtrat adhuc arcus eius triumphalis ad radices capi-
tolij. Ninus iuxta & ultra Tigrim Nini ædificium, & Ninus
regia, octo annorum ſpatio denis hominum milibus ex-
tructa, cuius modica adhuc exſtant ueſtigia. In ſacris li-
bris Niniue appellatur, quæ Ionæ uocibus dicitur ob-
temperaſſe. Eadem & Niſibis poſtea nonnullis, Strabo
tamen diuerſas facit. Supra Ninum uerò quem Abraami
tempore idem autor tradit fuiſſe, omnis incerta hiſtoria, nec
facile Beroſi qui fertur libello, uel cuiquam alij præter
quàm receptorum hiſtoricorum autoritati credendum: nec
uerisimile tot Græcos Latinosq; eruditiſsimos uiros, qui
hæc præterierunt ignoraſſe: tantum Nini patrem Be- Belus Nini pater
lum Plin. adducit ſyderalis ſcientiæ inuentorem, templumq;
ei Babylone dicatum. Durauit Aſſyriorum regnum annos

CCXL.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

CCXL. ſucceßione regum XXXVI. Quorũ ultimus Sardanapalus. Hinc per Arbacum ad Medos, demum ad Perſas translatum, ut in Trogo late narratur.

Cteſiphon

Secundũ etiam fluuium Cteſiphon iuxta & ultra Tigrim, clara urbs terminus olim pop. Ro. quò Traianus peruenit, fatoq́; quodã uidebatur eam tranſire non licere ſine incommodo, ut eſt animaduerſum in Probo principe, & eius nonnullis ſucceſſoribus. Hanc ciuitatem Plin. dicit ædificatam à Parthis, ut Babyloniã iuxta poſitã oppugnarent.

Seleucia

Seleucia metropolis Aſſyriæ à Nicatore ædificata: prima huius nominis & magnitudine & potentia Straboni, quam item Plin. ſuo tempore Babyloniã uocatam dicit, à Traiano primum, deinde à Parthis occupata, rurſus à L. Antonino Imperatore recepta. Hic iuxta regum ſolet eſſe hybernatio. Nam in Bactrianis æſtiuare dicũtur. Euſtath.

Tigris
Lycus
Caprus

Nunc flumina reſtant. Tigris oritur in regione Armeniæ maioris, fonte cõſpicuo in planitie: claros ſecum amnes trahit, inter quos Lycum & Caprum, qui à Niphate monte naſcẽtes in medio Adiabenam & Arbelitim regionem retinent. Tigris item à celeritate dictus, quod Medi Tigrin ſaggitã appellant, ut Plin. refert, ob quam celeritatem à Græcis quõdam Sylax dicebatur, quaſi raptim ferretur. Huius appellatione deceptus eſt olim Iulianus princeps, ut Therã fluuium caueret ab oraculo iuſſus: nam & hic Theræ nomen retinet.

Euphrates

Euphrates longe maior & occidentalior eſt, oritur è Paryarde Armeniæ monte: primo in occidentem labens, deinde flexus in meridiem Antitaurum interſecat, maioremq́; Armeniam à minore diuidit. Hinc Babyloniam in ſinu complexus, deinde in orientem conuerſus Tigri coniungitur, amboq́; Auſtrum uerſus delati in ſinum Perſicum duobus oſtijs exeunt. Hi amnes unà cum Nilo & Gãge in Paradiſo terreſtri à ſacris uoluminibus ponũtur, ob fertilitatẽ circa culturæ: mutatis tamẽ nominibus. Fertur enim Euphrates Nili modo regiones quotãnis irrigare.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VRBANORVM
LIBER XII.

PERSIA.

Perſia

PERSIA à ſeptentrione Mediã, ab occaſu Suſianã, ab oriente duas Carmanias, ab auſtro partẽ Perſici ſinus habet. Perſæ toti quidem Aſiæ imperauere: Lydi uerò nõ toti, ſed cis Halim tantum. Idq́; uſq; Crœſum qui à Perſis ſuperatus fuit. In Græciam traijcientes ſæpe in pugna inferiores fuere, donec à Macedonibus uicti ſuccubuere. Gens alioqui multitudine potentior quàm uiribus: ſicuti pleriq; Aſiatici, ueſtiũ menſarumq́; mollitie occupati.

Naſturtium Perſicum
Magorum mores

Iuuentus naſturtio, & ſale, cum pane & aqua ueſcitur, ut Strabo, Cicero. Eorum ſapientes Magi, quorum mos matribus coire. Stra. Catullus. Ex matre ac nato Magus naſcatur oportet. Hi cum alia tum hoc ſeruãt inſtitutum, ut ſe iubeant poſt mortẽ inſepultos auibus lacerandos dimitti. Nec niſi ex eorum numero rex creatur. Perſarum omnium conſuetudo, maximis de rebus in uino conſultare, equitandi ſtudiũ magnopere habere: præterea mentiri omnium turpiß. exiſtimare: proximum huic, debere. autor Herod. Adorant ſolẽ, cui uix mundum ipſum ſufficere dicunt, propterea templorum ac ſimulacrorũ omnium euerſores ſunt, autores Strabo, Cic. in Verrem, Pedianus. Poſteris uerò temporibus cũ regnum hoc cum Parthis confuſum fuerit, inter Parthos mox ſubſequentes multa de Perſis dicemus. Nunc uerò tantum loca.

Achæmenia

Achæmenia pars Perſidis ab Achæmeno Aegæi filio, Stephano.

Arbela

Arbela & Gaugamela dicitur Marcellino, ubi Darium Alexander uicit. Plinius: Arbelitis ubi Dariũ Alexander debellauit.

Cyrupolis

Cyrupolis quæ à Perſis Cyrecbata dicitur Stephano. Cachenũ cuius meminit Polybius,

Drãge, et Drãgena regio
Elymei, Elymea regio ſeu Elymais
Perſepolis
Laodicea
Gaucamela
Gordiæa
Maſes & Caſus
Panchaia reg.
Parſagada

Drangæ gens Perſica & Drãgena regio Straboni. Elymei & Elymea ſiue Elymais regio Perſidis in Suſiana. Perſepolis regni caput ab Alexãdro diruta. Plin. Laodicea in extremis finibus ab Antiocho condita. Gaucamela urbs quã in ſuſtentationẽ Cameli ueteris & defeßi Darius cõdidit. Nã uox ea Perſarũ lingua, domus Cameli dicitur Straboni. Gordiæa regio à Gordiæo Triptolemi filio ex Argo in Syriã ad inquirendã Iſidẽ profecto. Steph. Maſes Plinio à Maſe monte. Ptolemæo Caſus ſcribitur. Panchaia regio à rege Panchæo dicitur Probo grãmatico. Paſagada oppidũ & regio Straboni, à Cyro cõditum, ubi prælio uicit Aſtyagem. eo ſiquidẽ uerbo Caſtra Perſarum ſignificari tradidit Anaximenes. Hic Cyri ſepulcrũ eſſe Strabo dicit.

Sitace, Sitacena regio
Suſiana
Suſa

Sitace urbs & Sitacena regio Perſidis Plin. Ptolem. Suſiana itẽ regio ex occidentis parte, quanquam Ptolemæus hanc à Perſide diſiungat. In hac Suſa ciuitas neutri generis, regia Perſarum à Dario Hiſtaſpis filio condita Plinio. Straboni uerò Titoni patris Memnonis ædificium. Cognominata Stephano à fontibus quibus locus abundat, hoc enim uocabulo fontem in ea regione nominant.

Suſii, & Ciſsii
Vxii
Coaſpes flu.
Vxiorũ ſecta

Incolæ uerò Suſij qui & Cißij, ut ait Strabo, appellantur à matre Memnonis in ea regione ſepulta, quam Aechylus Cißim uocat. Vxij gens maxima, & Vxia regio Straboni, ex qua Coaſpes fluuius oritur. Hos ego putauerim quos uulgus nunc Vxios ſiue Cinganos uocat, qui per orbem, maximeq́; per Italiam ſparſi degunt, more ferarum, nulla lege, nullis artibus, tantum futura prædicentes, cum omnes ferè populi orientales præſertim uicini Chaldæis, Mathematicæ ſint additi: autorem habeo Scilacem qui hiſtoriam ſcripſit Conſtantinopolitanam. Dicit Michaelem Traulum Imperatorem ex uaticinio Vxiorum adeptum imperium fuiſſe, quæ ſecta per Mœſiam ac Europam ſparſa, paßim omnibus futura prædicebat. Et hæc quidem de locis. Deinceps de regibus.

Reges Perſarum

PERSARVM regnum poſt Aſſyrios & Medos Cyrus primus omnium excitauit. Cuius hiſtoriam Trogus libro primo in hanc ferè ſententiã repetit.

Aſtyages
Cyrus

Aſtyages Medorũ rex futurã ex filia prolem uatum prædictione formidabat. Quare Cambiſi obſcuro loco inter Perſas nato eam locauit, natumq́; mox puerum Harpago amico mandauit, ut eum necaret: ipſe uerò miſeratus infantem expoſuit inter armenta, quem paſtor inuentum canis ubere forte educatum, pro ſuo aluit: Cyri nomine indito à Cyro flumine, quod circa Paſegardas per curuam Perſiam fluit, ut autor Strabo libro XV. Creſcẽte igitur quotidie uirtutis indole rex inter paſtores per ludum conſtitutus magni uiri ſpeciem præ ſe ferebat. Tandem agnoſcitur Aſtyagis nepos, ſollicitatusq́; ad regnum per Harpagum, Aſtyagi bellum auxilio Perſarum mouet, ubi captum tantum regno priuat, imperiumq́; Medorum, quod annos CC. durauerat, in Perſas transfert. Deinde Babylonios, Crœſumq́ue Lydiæ regem eorum auxiliarem ſuperat, armaq́; poſt in Crœſum uertens, uictum eum in regno remanere permiſit, uerùm paulopoſt rebellantem unà cum regno ſuſtulit. Poſtremo ſubacta Aſia ac toto oriente Scythas tentauit, ubi primo contra Thomirim reginam uictor, mox captus atque interfectus ab ea, & in ſanguinis utrem miſſus, ut humano cruore, cuius auiditate expleri non poterat, plenius exaturaretur, poſtquàm regnaſſet annos XXX. Sepulcri eius epigramma Plutarchus in Alexandro & Strabo XV. ponunt. Lactantius ait hoc ferè tempore Tarquinij fugam fuiſſe, ut pariter Romæ occiderit, & apud Perſas cœperit regnum. Hic & Iudæis amicus, uaſáq; templi reſtituit.

Camb

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Cambiſes Cyri filius deinde regnauit,ingenti & ipſe animo, qui patrijs rebus Aegyptum adiecit, ſed offenſus illorum ſuperſtitionibus Apis cæterorumq́; deorũ ædes dirui iuſsit. Ad Ammonis quoq; templum expugnandũ exercitum miſit, qui tempeſtatibus & arenarum motibus oppreſſus interijt, ut ait

Cambiſes

Trogus.Seneca uerò libro ſeptimo de ira : Cambiſes fertur in Aethiopas iugum detrectantes, quumq́; inexplorato per arentia exercitum duceret, deficientibus cæteris alimentis, decimum quemque inter ſe in cibum ſortiti ſunt: durauitq́; adeo talis ſeueritas, donec & ipſe ne reuocaretur ad ſortem pertimuit,receptuiq́; ſignum cecinit.Dicit item filium ſagitta interemiſſe. Lucanus autem in x. Veſanus ad ortus Cambiſes, longi populos peruenit ad æui, Defectusq́; epulis ac paſtus cæde ſuorum Ignoto te Nile redit. Sub hoc,ut autor eſt Beda, hiſtoria Iudith conſcribitur. Cambiſes enim regno Aſſyriorum à patre iam uiuente præpoſitus fuit:

Nabocodroſorus

appellatusq́; Nabocodroſorus ſecundus apud Hiſtoricos. Nam de primo apud Strabonem inter Babylonios dixi. Idem & in Eſdra Artaxerxes uocatur, qui templi reſtitutionem ſub Cyro cœptam impedijt, tributaq́; imperauit.

Darius Hiſtaſpis

DARIVS Hiſtaſpis filius,ut autor Trogus, unus è ſeptem magis fuit, qui Perſis poſt Cambiſem ſeptem annis præfuerunt. Tandem inter eos conuentum, ut cuius equus primum ſoli orienti adhinniret, rex ſalutaretur. Quod ſane Dario contigit aſtutia cuiuſdam Cebaris equiſonis, uti Valerius refert, qui admiſſam intra equæ genitalia manum, cum ad conſtitutum ueniſſet, naribus equi admouit,quo ille irritatus odore, ante omnis hinnitum dedit. Babylonios ſtatim rebellantes perdomuit. Ionas nauali prælio ſuperauit. Poſtremo aduerſus Athenienſes cum potentiſsimo exercitu mouens à Milciade in campis Marathonijs terreſtri pugna ſuperatus eſt, deſideratis millib.CC. Dumq́; uires inſtaurare conatur, in ipſo apparatu exceſsit, anno regni VII.ab urbe condita CCCLXV. Hic ille, ut refert hiſtoria ſupradicta, qui Zorobabelem extulit, regnum ei uaticinanti,templiq́; cœptam reſtitutionem permiſit.

Xerxes

XERXES Darei filius regni hæres, ut apud Trogum lib.II. maximus omnium regum Perſarum fuit. Aegyptum quæ à patre deſciuerat recepit. Expeditionem etiam quam Dareus in Athenienſes parauerat, V. annorum apparatu proſequens, decies centena hominum milia traduxiſſe dicitur. Quem numerum, ut Valerius itemq́; Hieronymus teſtantur,de alta proſpectans ſpecula, fleuiſſe fertur, quod poſt C.annos nullus eorum ſupereſſet. Hac igitur multitudine accinctus, ut omnes referunt autores, & maria perſtrauit, & Athon montem aceto diruptum uelificauit, ac compedes Neptuno apud Iſthmon iniecit, aliaq́; mira edidit, hyperbole poëtarum. Victus demum à quatuor milibus apud anguſtias Thermopylarum nauale certamen cum Themiſtocle tentauit, à quo item apud Salamina ſuperatus, turpiter cum paucis parua cymba aufugit, relicto Mardonio præfecto cum CCCC.milibus,qui & ipſe profligatus apud Bœotiam fuit. Athenienſes interea expectatione ac metu Xerxis ex oraculo Pythiæ, quæ ligneis muris ſeſe tuerentur reſpondit,naues plurimas in tota Græcia comparauerunt.Poſt igitur annos aliquot, tertiam cum Cimone duce Xerxes pugnam inſtaurans, haud meliorem ſortitus eſt exitum: demum cum ſe otio ſocordiæq́; relicta militia tradidiſſet, teſte Valerio, præmium genus luxuriæ nouum inuenientibus propoſuit. Quamobrem à ſuis ſpretus paucis

Artaxerxes

poſt annis ab Artabano præfecto ſuo in regia interficitur, cum regnaſſet annis VIII. Artaxerxes igitur patrem ulciſci cupiens cum Artabano, qui regnauit annis VII. loricam de induſtria quodam die permutauit, eoq́; modo inermem aggreſſus interfecit: autores Trogus libro VI. & Herodotus VIII.regnauit annis XLI. Sub hoc geſta quæ de Heſter & Mardochæo conſcribuntur, ut teſta-

Darius Nothus

tur Nicephorus Græcus autor. Darius cognomento Nothus, patri Artaxerxi ſuccedens Tiſaphernem militiæ præfectum fecit, ad quem Alcibiades olim exul confugit, in gratiamq́; ipſius & præſtantia corporis & ingenij elegantia peruenit, adeo ut cum ex amico minime amicum Lacedæmonijs, à quibus ſuſpectus ipſe Alcibiades aufu-

Cyrus minor

gerat, redderet.Hic Artaxerxe & Cyro minore filijs relictis, moritur anno regni XIX. eodem quo Athenas Lacedæmonij ſubegerunt, & XXX. Tyranni fuerunt conſtituti. Cyrus autem minor Ionia Lydia, quibus locis loco Tiſaphernis Alcibiades fuerat præpoſitus: Artaxerxes ue-

Mnemon

rò natu maior regno ſucceſsit, Mnemon cognominatus,qui ſtatim defuncto patre à fratre Cyro clàm inſidijs petitur. Quod cum cognouiſſet, adcercitum ad ſe blande aureis compedibus uinxit. Matris dein precibus uita condonata dimiſſus palàm bellum indicit, adſcitis in auxilium Lacedemonijs, qui memores Athenienſi bello eius opera ſe adiutos excuſationem apud Artaxerxem reddendæ gratiæ habuerunt. Commiſſa igitur pugna prior Artaxerxes uulneratur, quem cum equi fuga periculo ſubtraxiſſet, Cyrus à cohorte regia oppreſſus, interficitur. Sicq́; prælio X. milia Græcorum auxilio Cyri fuere, qui reuertentes per tot itineris ſpatia inter barbaras gentes & inimicas ſe incolumes uix in patriam receperunt. Hæc ferè Trogus libro quinto. Ad hunc Artaxerxem Alcibiades iterum exul confugit, petitusq́; & in cubiculo crematus eſt,iuſſu XXX.Tyrannorum. Ad hunc item Conon dux Athenienſium male re contra Lacedæmonios geſta, metu ſuorum ciuium ſe recepit. Cyrus autem is fuit ſub quo Xenophon philoſophus militauit, eiusq́; pædiam ac uitam deſcripſit. Ad Artaxerxem redeo, quem Euſebius eum eſſe teſtatur ſub quo liber Heſter conſcribitur: eundem quo-

Darius

que Trogus libro X. liberos CXV. ex pellicibus ſuſcepiſſe ſcribit, tres tantum iuſto matrimonio, Darium, Ariarathem, & Ochum, quorum Darium quem regem conſtituerat, quod ab eo unà cum L. filijs alijs inſidijs peteretur, interfecit, atque hoc modo rex quàm pater fe-

Artaxerxes Ochus

licior deceſsit anno regni XI. ſceptro Artaxerxi filio Ocho cognominato relicto. Is itaque ab initio coniurationem formidans cæde atque ſtrage principum regiam referſit, nulla ſexus aut ætatis reuerentia, ne uidelicet fratribus parricidis eſſet ſcelere inferior. Atque ita demum rebus domi pacificatis, bellum Armenijs intulit: autor Tro-

Narſes

gus libro decimo. Poſt Ochum, qui regnauit annis XXVI. Narſes filius rem tenuit annis quatuor.Is, ut eſt autor Hero-

Darius ultimus

dotus, prolem habuit etiam numeroſam, interfectus demum à Bagoo Eunucho, poſtquam regnaſſet annos quatuor.ſurrogato Dario qui ex ſtirpe regia non erat, ut ait Strabo: uir enim Perſa Codemanus antea uocatus, milesq́; ac Arſani filius fuerat, egregiamq́; bello contra Armenios regi ſuo operam nauauerat. Quare ob uirtutem & merita Ochi interfecti ſucceſſor à Bagoo Perſisq́; conſtitutus: Darei nomine nequid regiæ maieſtati deeſſet indito. Bellum cum Alexandro Magno uaria fortuna geſsit, poſtremo uictus, & à ſuis proditus interfectusq́;, poſtquam regnaſſet annis ſex, uitam pariter cum Perſarum regno finiuit. Quod teſte Strabone annis CCL. durauerat. Hic dicitur dum fugeret ingruente bello ab Alexandro, curſu calefactus cœnoſam bibiſſe aquam, iuraſſeq́; nihil unquam iucundius bibiſſe: autor etiam Cic. in Tuſcul. Aelianus autem Artaxerxi Cyri fratri hoc dicit contigiſſe. Reliquos Perſarum reges, & hiſtoriam mox in regione Parthorum repertam. Nam ex Perſis ad Macedones, à Mace-

doni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

donibus ad Parthos,rurſus uerò ad Perſas regnum reuer-
PARTHI ſum. PARTHOS nunc execar,qui ab occaſu Mediã, à ſe-
ptentrione Hircaniam,ab oriente Ariam, ab auſtro deſertam
Carmaniam habent montibus cincti. Finis inter eos & Ro-
Hecatõpylos Cteſiphon manos Euphrates, regni caput Hecatompylos Plinio. Cteſi-
Parthiæi phon uerò regia ciuitas eis ædificata ad Euphratis ripam,de
Nyſei qua in Aſſyria dixi. Parthiæi populi Parthorum è Scythia
profecti,quos eoſdem cũ Parthis Steph. eſſe dicit. Nyſei cam-
pi & Nyſei equi iuxta Parthos laudatiſsimi Straboni. In uni-
uerſmu uerò Parthi regionem frugiferam colunt, omniaq́;
præter oleam ferentem. Præterea genus hominum bellico-
ſiſsimum. Sagittæ præſertim, quam poſt tergum mittunt,
& equorum celeritate inſignes. Trogus refert eos omnia
publica, priuataq́; officia equitando obire. Quæ res tan-
tum nobilitatem à uulgo diſtinguit. Magnum quoque im-
periũ in Aſia tenuere. De quibus deq́; eorũ origine breuiter
ex Strabone, Trogo, & Herodiano referam. Poſt Dareum
illum cui regnum Alexander abſtulit, per multos annos
Macèdones ipſi qui Alexandro ſucceſſerant, diuiſis inter ſe
regionibus imperarunt. Sed ortis inter eos diſcordijs attri-
Arſaces to Macedonum robore Arſaces uir Scytha & ignobilis,
uirtute bellica adeo claruit, ut collecta manu exulum Scy-
tharum quos ea lingua Parthos uocant, à Theodoto, qui
Alexandri ordinatione Bactrianorum mille ciuitatibus præ-
erat,deficiens, breui tempore ipſum cum tota gente in ſer-
uitutem, deinde Seleucum Syriæ regem, poſtea Hircanos
redegerit: Daſa etiam urbe in excelſo monte ædificata. Ita
paulatim breuibus initijs gentem maximam conſtituit, &
Romanis poſtea ſæpe formidatam, pro quibus meritis reges
deinde Parthorum Arſaces, & Arſacidæ populi appellati.
Mithridates Quarta ab eo ſucceſsione regnum ad Mithridatem uenit,quo
tempore Eucratides apud Bactrianos regnum propagauit.
Hic ſubactis Medis regnum Parthorum à monte Caucaſo
multis populis in deditionem redactis uſque ad Euphratem
Phraates protulit,morbo demum ſenex extinctus eſt,haud Arſacis pri-
mi rebus geſtis inferior. Cuius filium Phraatem ſucceſſorem
Mithridates II. regni ad bellum aduerſus Scythas profectũ ac cũ toto exer-
citu trucidatum, filius eius Mithridates alter ulciſcitur: qui
etiam ob auctum Parthorum imperium & Armenios bello
petitos,nunquam tamẽ ſub iugum miſſos magnum eſt nomen
Orodes adſecutus: ob crudelitatem tamen à ſenatu Parthico expul-
ſus,fratrem Orodem ſucceſſorem habuit, qui confugientem
Babylonem perſecutus, oppidanis in deditionem compulſis,
fratrem quanquam ſupplicem,in conſpectu omnium trucida-
uit. Poſt hæc cum Romanis bellum gerens Craſſum impera-
torem cum filio, & toto exercitu deleuit. Huius filius Paco-
rus ad perſequendas Romani belli reliquias in Syriã profe-
ctus,poſt magnas res geſtas, in Parthiam patri ſuſpectus re-
uocatur: quo abſente exercitus Parthorum relictus in Syria,
à Caſsio quæſtore Craſsi cum omnibus ducibus trucidatur. Iis
itaq́; geſtis bello ciuili uigente Pompeianis auxilio Parthi ue-
Pacorus nerunt,& ipſis deuictis Caſsium aduerſus Antonium & Au-
guſtum iuuerunt,ac bello confecto rurſus Pacorus inita cum
Caſsius uictor Labieno ſocietate Syriam & Aſiam uaſtauit. Caſtraq́; Venti-
dij,qui poſt Caſsium abſente Pacoro exercitum Parthicum
fuderat, magna ui aggreſſus cũ toto exercitu perijt,ex quo
nobilem Ventidio triumphum præbuit. Quibus rebus in
Parthia nuntiatis Orodes pater paulò antè Craſsi cæde ela-
tus, ſubita rerum mutatione, filijq́; magnopere dilecti do-
lore perculſus, in furorem uertitur, noctes dieſq́; Pacorum
Phraates clamitans, ac fortunam ſuam diuoſq́; incuſans. Paulò de-
inde pòſt à Phraate filio cum reliquis liberis interficitur.
Cum hoc Phraate Antonius quod auxilium inimicis ad-
uerſus cum & Auguſtum tuliſſet, bellum cum XVI. le-
gionibus ſuſcepit, ſed grauiter multis prælijs uexatus à

Parthia refugit. Autoritate deinde permotus Auguſti,
Phraates militaria ſigna Romanis adempta una cum fi-
lijs obſidibus Auguſto remiſit. Sub Nerone Vologeſus re- Vologeſus
gnum occupauit, fratremq́; Tiridatem Armeniæ regem Tiridates
fecit. Romanis bellum intulit. Duas Peti legiones adflixit.
Domitius Corbulo cum altero exercitu præſto adfuit,qui
Tiridatem premebat. Traianus eos plurimis adflixit bel-
lis, terminis Romani imperij uſque ad Tigrim proroga-
tis. ſub Adriano illi paulum reſipiſcentes uſque ad Eu-
phratem proceſſere. Lucius Antonius cum Auidio Caſsio
præfecto eos bello uicit: Seleuciamq́; recepit ac trium-
phauit. Seuerus item princeps, & deinde Baſsianus filius Seuerus Imp.
dum ſe fingit regis generum eſſe uelle, inermem exer-
citum cæcidit. Is enim Artabanus ultimus Arſacidarum Artabanus rex
fuit, quem Artaxerxes Perſa eius miles interfecit,regnumq́; Artaxerxes
Perſis reſtituit, annis ab ultimo Dario, qui uictus fuit ab
Alexandro, DXXXVIII. Regeſq́; deinceps Perſarum,
non Parthorum dicti. Is itaque ſumpta cidare (eſt enim id Cidaris
Perſarum regum geſtamen) uicinaq́; omni barbarie ſub-
acta, Romanum iam laceſſebat imperium. Ad quem com-
primendum Alexander Imperator profectus, uictoria po-
titus eſt. Artaxerxi autem poſt annos XV. ſucceſsit Sapo-
res unus omnium crudeliſsimus: regnauit annis XXXI.
Ab hoc Valerianus captus ac oculis priuatus in miſera
uixit ſeruitute. ſub Galeno Perſæ Meſopotamia Siriaq́; po-
titi ſunt, ſed Odenatus his recuperatis uſque ad Cteſiphon-
tem proceſsit. Carus princeps caſtris ad Tigrim poſitis
Cteſiphontem penè ceperat, ſed in ipſa uictoria fulmine ictus
interijt. Maximianus cum Narſete rege inter Callinicum & Narſes
Carras congreſſus, primo uictus, poſtremo uictor ingenti
laude ad Diocleſianum redijt. Hic Narſes plures è diuerſis
matrimonijs liberos accepit, inter quos Saporem & Or- Sapores
miſdam. Sapores igitur regno prælatus cum fratres eie-
ciſſet, & Ormiſdam etiam in uincula conieciſſet, ille ela- Ormiſdas
pſus in caſtra ad Conſtantium magni Conſtantini filium
uenit, qui tunc Sapori bellum inferebat, & iam iam ſu-
peraturus uidebatur niſi ad ciuile bellum contra Iulianum
redire coactus fuiſſet. Iulianus rerum potitus bellum pro-
ſecutus aliquot oppida cepit. Caſtraq́; apud Cteſiphon- Cteſiphon amiſſus
tem habuit: dumq́; forte inconſulte ſeſe hoſtibus offert,
interficitur, ut Eutropius refert, qui comes eius expedi-
tionis fuit. Iouianus ab eodem Sapore duobus prælijs ui-
ctus, pacem ignobilem, ſed neceſſariam fecit amiſſo Cte-
ſiphonte. Iuſtinianus bella mouentes per ſuos duces præ-
lijs plurimis compreſsit, poſtea ad Euphratem eius exer-
citu pulſo & per Belliſarium damno compenſato fœdus
inſuper cum eis inijt. Zeliorbus Hunnorum rex intra Scy- Zeliorbus rex Hunnoumr
thiam manentium cum multis militibus auxilio Coſroæ Coſroes
regi contra Iuſtinianum uenerat, ſed à rege ipſo ob prò-
ditionem confoſſus magno tunc metu imperatorem libe-
rauit. Coſroes item ſub Phoca principe Meſopotamiam
occupauit, ac paulopoſt Palæſtinam cum Hieroſolyma, ac
DCCCC. mil. Chriſtianorum euertit, partemq́; crucis ſe-
cum aſportauit. Heraclio imperante demum Aegyptum,
Alexandriam, Carthaginem, Lybiamq́; occupauit. Hera-
clius qui fruſtra diu pacem petierat poſtremo apud Azotum
tris eius duces, Sabarim, Sain, & Razatenem prælio fudit, Razatenes dux
XXVII. ſigna militaria retulit. Coſroes poſtremo iam ſenex
cum filium Medorſen regem conſtituiſſet,interficitur ab alte- Medorſes
ro filio Syroche, quod natu maior fuiſſet præteritus. Hic Sy- Syroches
roches ubi regnum inijt, captiuos una cum cruce domi-
nica Heraclio remiſit. Quo decedente filius eius Adeſer an- Adeſer
num tantum imperauit, cui Ormiſdas ſuſfectus à Saracenis, Ormiſdas
qui duce Mahumethe ea forte tempeſtate caput extule- Mahumethes
rant, interficitur. Regnum deinceps Perſarum ad Sarace-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Turcæ

nos translatum. De quibus deq́; eorum geſtis in Arabia dicam. His ſucceſſere Turcæ, qui uſque in hodiernum diem late per Aſiam atque Europam diuerſis quidem familijs ac regnis dominantur. De quibus item alibi dixi, originemq́; & geſta eorum repetendo. Tantum hic ponam quæ haud

Tamberlanes

diu geſta fuer anno uidelicet M. C C C C. *Tamberlanes enim quidam nomine, ſeu Tartarus, ſiue è Turcarum genere (nam eiuſdem erat ſectæ) primo bubulcus, deinde miles gregarius uirtute paulatim effecit, ut regno gentis ſuæ potiretur. Scythas, Medos, Albanos, Meſopotamiã, Parthiam, Perſiam, Armeniam ſibi ſubiugauit: traiecto demum Euphrate cum* D C. *peditum, equitum uerò* C C C. *milibus, Aſiam minorem obtinuit, regem Turcarum ex Othomannorum familia tunc potentiſſimum Pazaitem cum non pene minore exercitu fines tuentem, prælio cepit, ac in cauea more ferarum coniectum ſecum circumferebat. Caſtra tentorijs primum albis metari ſolebat, monſtrando ueniam obſeſſis ſe daturum ſi ſe prima die dederent. Secundo purpurea præferebat, notando in patresfamiliâs, ac proceres tantum ſe animaduerſurum, ſi alterum expectaſſent diem. Tertia atrata, exitium omnibus miſerabile ac totius urbis ruinam facturũ ſignificabãt. Is quondã in obſidione cuiuſdam oppidi, cùm tertia die pueri cum uirginibus oleas in manu geſtantes egreſſi, illi ſupplices occurriſſent, ad unum omnes interfici iuſſit. Admonitus à quodam Genuenſi uti mitius cum populis ageret, ſic eum facilius imperaturum; reſpondit ſe orbis eſſe calamitatem, proinde ocyus ſe inde ab eo proriperet, niſi & ipſe quoq; hanc periclitari uellet. At ille ſtatim ſubterfugit. Tamberlani Aſſembecus ſucceſſit, Suncaſan cognominatus, è quatuor Turcarum familijs quæ è Scythia ſunt egreſſæ, de quibus omnibus in Europea Sarmatia iam diximus.*

M E D I A.

MEDIA à ſeptentrione partem Hircani maris, ab occaſu maiorem Armeniam & Aſſyriam, à meridie Perſidem, ab oriente Hircaniam & Parthiam habet. Inter Medos & Parthos Caſpij montes ſunt, ubi & portæ Caſpiæ Straboni, Ptolemæoq́; ponuntur. Plinius cauſam nominis adfert, quod interruptis anguſto tranſitu iugis, ita ut uix ſingula meent plauſtra, lõgitudine V I I I. *mil. paſſ. toto opere manufacto. Medos Dionyſius poëta à Medea dicit originẽ habuiſſe, quæ ueneno filio quem ex Aegeo ſuſceperat necato, huc ex Athenis aufugit. Trogus autem aliter. Iaſon cum deuicta Colchide domum rediſſet, rurſusq́; à Peliæ filijs peteretur inſidijs, cum Medea coniuge quam repudiatam iterum recepit & Medo priuigno Colchos repetijt, resq́; geſſit, ac omnis circa orientis populos poſt Liberũ patrem & Herculem ſubiugauit, ſocerumq́; regno pulſum reſtituit. Moriens deinde Medum priuignũ huiuſmodi regioni præfecit. Strabo quoq; in eandem ferè ſententiam, Media primum Aſſyriorum regibus, deinde Perſis paruit: Sub Aſtyage floruit: Durauitq́; annos* C C C L. *De tota regione Strabo ſic ſcribit: Media eſt in partes duas diuiſa, quarum alteram ma-*

Ecbatana

iorem uocant, cuius metropolis Ecbatana, magna urbs, neutri generis, & Medici imperij caput, à Seleuco cõdita, qua nunc etiam Parthi regia utuntur. Nam reges ibi æſtiuant quod frigida ſit, hyemant uerò Seleuciæ, quæ ſecundum Tigrim eſt prope Babylonẽ. Hæc igitur Mediæ pars montana, frigida,

Media Atropatia

ſterilisq́; & infructuoſa. Altera pars eſt Media Atropatia, ab Atropato duce nominata, qui ne Macedonibus ea ſubiugaretur obſtitit, cum maioris Armaniæ pars eſſet. Is poſtea rex declaratus eam à Media ſeparauit. Hæc Armeniæ & Matianæ adiacet ad orientem: Mediæ uerò maiori ad orientem, utrique ad aquilonem. Eorum urbs æſtiualis

Gazaca

Gazaca in campo ſita, munitiſſimum oppidum, quod Antonius in Parthica expeditione obſedit. Cætera Mediæ regionis opulenta ſunt, maxime quæ ſub Caſpijs portis: &

Matiana

circa Matianam campeſtris & aprica ac uitifera, ubi nihil præter oleum deſyderatur. hinc mala Medica, & ſuccus Medicus, qui ex laſerpicio eſt ibi proueniente: Cyrenaico

Matianus lacus

tamen deterius. Matiana enim regio & Matianus lacus, qui cerulanus dicitur, non minor Mæotide progreditur uſq; ad Atropatiam. Sunt & in Media urbes à Macedonibus

Laodicea
Apamea
Rhaga, quæ
Aropus
Arſacia
Zagrius mõs
Mardi
Mardomedi
Cyrcii
Caduſii
Amardus
Cambiſes
Cyrus

conditæ. Laodicea, Apamea, Rhaga, quam Nicator condidit & Aropum nominauit. Parthi uerò Arſaciam: ducitur autem eius etymum è terræmotibus qui in ea parte frequentes ſunt. Zagrius mons, Medos Babyloniosq́; diſterminat. Is enim ac Niphates à latronibus colitur Mardis, qui à Ruſo Mardomedi appellantur: Cyrcijs, Caduſijs, & nonnullis alijs. Flumina uerò, Medus, Amardus, Cambiſes, Cyrus, omnes ex Caſpijs montibus orientem uerſus fluentes in mare deſinunt Hircanum, Straboni Plinioq́;.

COLCHIS, IBERIA,
ALBANIA.

COLCHIS, Iberia, & Albania, finitimæ inter ſe regiones ac ſub eodem ferè parallelo, mõtibus tantum inter ſe diſcretæ, à ſeptentrione Sarmatiã habent, à meridie Armeniam maiorem & Moſchios montes, ab occaſu pontum Euxinum, ab oriente mare Caſpium, Colchi, ut Herodotus & Dionyſius tradunt, coloni Aegyptiorum ſunt, argumento uidetur eſſe quòd utriq; leuiter colorati & longis crinibus ac ueſtibus lineis apparent. Cognominantur autem à Colcho Phaſidis filio. Capras habent apud Phaſim fluuium uellera ferentes, unde magnum faciunt compẽdium, ut dicit Euſtath. Plin. has Tragelaphos uocat inter capras & ceruos ſimilitudine. Hinc ortum commentum aurei uelleris. Hæc regio poſt Aeetam & Iaſonẽ Mithridati ceſſit, qui eam per procuratores adminiſtrabat: poſt eũ Polemoni, quo mortuo Pythodoris ſimul cum Trapezunte & Pharnacia tempore Strabonis obtinebat.

Dioſcurias metropolis

Colchorũ metropolis Dioſcurias in ora ſita quondam florentiſſima, nunc deſerta, ut ait Plin. in ea nationes deſcendiſſe tricenas quæ diſſimili lingua uterentur, & poſtea à noſtris C X X X. *interpretibus negotia ibi geſta. Sunt qui dicant cõditam eam ab Amphito & Telchio Caſtoris & Pollucis aurigis, unde nomen inditum urbi: à*

Eniochorum gens
Neapolis
Sebaſtopolis
Aea

quibus & Eniochorum gentem feram originem habuiſſe conſtat. Hæc ferè idem autor. Sunt & aliæ, Neapolis, Sebaſtopolis, Aea, ædificium Aeetæ regis ſtad. X X X. *à mari diſtans, Hippo & Cyaneo fluuio irrigata, & ferè in peninſula ſita. Eſt & altera in Theſſalia cuius meminit Sophocles, eſt & fons in Macedonia, Aetus appellatus, ut Antimachus in Thebaide. Propertius Aeæam Circen appellat. Amaranthi*

Amaranthius
Inſula Martis

gens Colchica per quos Phaſis fluit, inde Phaſis Amaranthius dictus eſt à poëtis. Inſula Martis ubi uellus cuſtodiebatur.

Coraxi
Eniochi
Cyta
Moſchi

Coraxi populi & Coraxici montes quibuſdam Eniochi dicti. Cyta urbs, de qua Apol. I I. *Argonau.* πύργȣς ἐσσόψεσθαι κυταίεως αἰήταο. *Propertius: Poſſe Cyteinis ducere carminibus. Moſchi quoque gens Colchica propinqua Mantineis, Stephano, & Montes Moſchi qui diſterminant Colchos, Iberos, & Albanos: tum Armeniam maiorem à minore. Regio etiã Moſchitis dicta Straboni.*

Corax
Glaucus
Hippus
Cyaneus

Flumina ex montibus Caucaſeis, Corax, Glaucus, Phaſis, Hippus, Cyaneus. Ex ijs Phaſis maximus & Hippum & Glaucum recipit Plinio. I B E R I *orientaliores ſunt Colchis, & ab occidentalibus Iberis profecti, ut placet Dionyſio.* ὧν δ' ἐπὶ

ναιετ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Becurius rex, Iberi quando Christiani — Georgiani — Albani — Sacaſani

ναιετάουσιν ἑώθινον ἔθνος ἰβήρων Οἵ ποτε τυῤῥήνηθεν ἐπαντόλιω ἀφίκοντο. Apud nonnullos uerò utri utris originem dederint ambigitur. Hos Pompeius magnus unà cum Albanis & reliquis orientis populis in poteſtatem redegit. Poſt eum Domitius Corbulo à Nerone miſſus, ut Plin. refert. Eos Chriſtianos eſſe iam inde à Magno Cõſtantino Rufinus eſt autor, qui ait Becurium eius gentis regem Hieroſolymis cum eodem Rufino familiariter congreſſum narraſſe quonã pacto fidẽ receperint: Mulier, inquit, captiua Chriſtiana cum ſupplicijs uigilijsq́; quotidie perſanctè incumberet, multaq́; præterea uitæ abſtinentia fideq́; miracula præ ſe ferret, reginãq́; inter cætera morbo adfectam curaſſet, efficit ut illa primũ Chriſtiana fieret, deinde eius hortatu uir. Quare templũ ilico apud ſuos, religionemq́; publice obſeruandam conſtituerunt. His proximi ſiue (ut nõnullis placet) ijdẽ ſunt Georgiani, quæ gens & ipſa Chriſtiana bello fortiſsima & uicinis formidata, cognominata ut ferunt à diuo Georgio, cuius uexillum in bello contra infideles geſtant: Ego tamen nõ minus putauerim eos eſſe poſſe, quos Plin. Georgos appellat, in ea ferè regione. Igitur ij quòd procul ſint, à ritu orthodoxo aberrãt, Græcorum ferè ſectantes errorem, eadem & in ſacris libris lingua utentes. Sacerdotes eorum diro ſqualore petaſati incedunt, crinibus oblongis, barbaq́; ad pectus promiſſa. ſacrificãt etiam more Græcanico, in calice molliũt offam, quã prius ſacerdos ipſe cocleari argenteo delibat, deinde uolentibus delibandã modo ſimili præbet. Venere quondam ad Corradinum principẽ Damaſcenum dum noſtri obſiderent Damiatã, queſtum, ſeſe cũ Chriſtiani ſint ab eo neglectos, ac in expugnata tunc Hieroſolyma minime uocatos. Sepulcrũ dominicũ immunes adeunt ab omni nectigali, cũ & ipſi quoq; Saracenis uicinis beneficiũ compenſent. Noſtra memoria miſerunt legationem ad Piũ II. Pont. cũ è conuentu Mantuano ſeſe in urbem reciperet. ALBANI ſequuntur, quorum originem Italicam Trogus repetit. Albanos Herculem ex Albano monte cũ ille Geryone extincto armenta eius per Italiam duceret, ſecutos fuiſſe, & originis Italicæ memores exercitum Pompei bello Mithridatico uti fratres ſalutaſſe. Albania ſub imperio Perſarum fuit, poſtea Macedonũ, poſtremo Romanorũ. Sed Traianus princeps ijs regem cõſtituit: Hodie uerò haud ſatis exploratum cui pareant, quanquã ſub magni Canis imperio degere credantur. Habeo autorẽ qui dicat Albanos quos in Macedonia Ptolemæus ponit, ab ijs eſſe profectos, nullius tamen & ipſe nititur autoritate. Sacaſani Albanis iungũtur. Hi in Pontum uſq; penetrauere, aliquando Sacæ appellati, & Armeniæ parte maxima (cui & nomen dedere) potiti ſunt, autor Strabo. Plinius eos Phucaſanas uocat, niſi menda fuerit.

HIRCANIA, MARGIANA, BACTRIANA, SOGDIANA.

Caucaſus — Caucaſiæ portæ

HIRCANVM mare ſeu Caſpiũ, ut Ptolemæo deſcribitur, pedibus obiri poteſt, cũ nec alio cõmiſceatur freto. Idem adfirmat Herod. Dionyſ. poëta prouenire ex mari Cronio ſeu glaciali ſcribit. Euſtat. uerò eius enarrator hos cõpoſuit ex antiquorũ ſententia, ex mari quidẽ Cronio deſcendere probat, ſed uia ſubterranea atq; occulta. Dionyſius idẽ magnũ hoc pelagus facit, uerũ quod trium menſium nauigatione abſolui poſsit, cryſtallũq́; & gẽmas producere, neq; rotundũ (ut quidã ponũt) ſed fundæ ſimile dicit Hircani accolæ populi appellati, & Hircania regio cui Caucaſus mons imminet. Promethea ſeruans, qui aſsiduã multo pectore paſcit auem. Hic portæ Caucaſiæ non Caſpiæ, dictæ, uti Plinio placet, quòd præruptis quaquauerſus montibus unum tantum & eum anguſtum exitum præbeant, ad quas ex Iberia peruenitur. Mardorum gens Hircanis uicina latrocinijs dedita: Item Margiana regio in alto ſita loco & uitifera. In ea Alexander urbem de ſuo nomine condidit: ut refert Plin. Quã dirutam à barbaris Antiochus Seleuci filius reſtituit, Seleuciãq; uocauit, circuitu ſtad. LXX. Hæc deinde Antiochea dicta, poſita itẽ Ptolemæo. Margus per hanc fluit qui regioni nomen dedit: è Tauro duobus fontibus exiens, ad unũ Oxũ fluuiũ corriuans in mare prorũpit Hircanũ: hic Orodes Romanos clade craſsiana captos deduxit. Plin. Bactrianorũ deinde ac Sogdianorũ regio. Vltimi ſunt Scythæ, Bactrianorũ ciuitas Zariaſtis, quæ poſtea Bactra à flumine dicta. Idẽ. Apud Bactrianos Strabo dixit inexpugnabilem eſſe arcem quã uocant Petram: quam tamen Alexander per proditionem cepit, in eaq́; Roxanen Oxiartis regis filiam cõſecutus in matrimoniũ accepit. Aliam item Petram in Sogdiana, aliam apud Ochum fluuium cepit. Circa hæc loca Branchidarum urbẽ ſuſtulit: quos Xerzes ſecum ſponte è propria terra ſecutos ibi collocauerat. Tradunt inſuper Alexandrum in Bactriana & Sogdiana urbes VIII. condidiſſe, nonnullas etiam euertiſſe. Idem. Prope etiam Emodi montes & Paropaniſades pars Tauri, unde Oxus et Iaxartes per fines Sogdianorũ in mare tendũt Hircanum. Apud Oxum dum caſtrametaretur Alexander, fons olei apud eius tabernaculũ dicitur manaſſe, Reſponſum à uatibus felicem exitum rerum eum habiturum, uerum cum labore, ut Strabo. Plin. quoque refert quòd in finibus Sogdianorum ad portas Caucaſi Alexãder urbem de ſuo nomine condidit: ac aras imitatione Herculis, Liberi patris, Cyri, & Semiramidis in eo loco conſtituit. Vltimum uerò iter eſt ex ea parte quod fluuius Iaxartes includit, omnium ſeptentrionaliſsimus, quem incolæ Scytopilum uocãt. Alexander militesq́; eius Tanaim putauere. Tranſcendit eum amnem Demonax Seleuci & Antiochi regum dux, araſq́; Apollini Didymæo ſtatuit. Plin. Nyſea ad Hircaniam pertinet: nonnulli eam per ſe ponunt. Hircania uſque ad mare, Ocho, & Oxo fluminibus irrigatur. Quorum Oxus Nyſeam præterfluit: quidam Ochũ in Oxum dicunt emittere. Ariſtobolus oſtendit Ochũ maximũ eſſe omnium fluuium, quæ ipſe in Aſia uiderit, præter Indica. Ex eiſdem mõtibus & Iaxartes fluit in Hircanum mare, quẽ Tanaim nominauerunt. Strabo. Plinius autẽ Derbicas in ijs proximos ponit, per quos dicit Oaxum fluuium labi, ortum ex lacu Oaxo, huius uerò apud alios nulla mẽtio. Inter Derbicas & Hircanos Tapyros Strabo ponit. Plinius refert, autore Claudio, id terræ ſpatium quod inter Mæotim & Hircanum pelagus iacet CL. mil. paſſ. continere, id'que perfodere excogitaſſe Seleucum Nicatorem. Cornelius Nepos tamen idem ſpatium CCL. millium paſſuum dicit.

Mardi — Margiana — Alexandrea — Seleucia — Antiochea — Margus flu. — Bactriani — Zariaſtis — Bactra — Branchidæ — Sogdianæ urbes — Emodi mõtes — Paropaniſades — Oxus flu. — Iaxartes — Aræ Alexandri — Iaxartes, qui Scythopilus — Demonax — Nyſæa — Ochus flu. — Derbicæ — Oaxus flu. — Tapyri pop.

SCYTHIA.

Imaus

SCYTHAS Trogus libro II. pluribus uerbis cõmemorat, quod uetuſtiores omnibus populis uel ipſis Aegyptijs ſunt. Eorum regio in orientem porrecta includitur, hinc Sarmatia Aſiatica, hinc regione Serarum, à ſeptentrione terra incognita, à meridie Sacis, Sogdianis, & ijs coniunctis populis. Imaus autem mons uniuerſam interſecat. Quapropter intra atque extra Imaum Scythia bifariam diuiditur. Fines autem inter ſe gentibus nulli, neque enim agros colunt, aut domos ædificant, tantum armenta paſcentes, ac ſedibus ſemper incertis errantes. Aurum & argentum ſpernunt, furtum abhorrent, lacte & melle ueſcuntur, pellibus ferinis arcent frigora, Cyrum cum exercitu trucidauerunt. Darcum fugauerunt, Alexandri Magni ducem Zopyrio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

na cum omnibus copijs deleuerunt. Romanorum tantum audiuere arma. Parthicum, & Bactrianum imperium ipſi
Veſores rex
conſtituerunt. Primus in Scythas bellum intulit Veſores rex Aegyptius, quo repulſo Aſiam uectigalem M D. annos uſq; ad Ninum regem fecere. Strab. autē lib. X I. ſic ait: Scythas omnis ac Celtoſcythas qui ſeptentrionalem haberent regionem olim Græci uocabāt. Qui uerò prius diſtinxere, eos qui ſupra Euxinum & Iſtrum, & Adriam habitant, Hyperboreos, & Sauromatas, & Arimaſpos, appellauerūt. Eos uerò qui ultra mare Caſpium ſunt, partim Sacas, partim Maſſagetas. Item Scy-
Dai
Maſſagetæ
thæ qui à Caſpio mari incipiētes magna ex parte Dai appellantur, qui orientaliores Maſſagetæ, & Sacæ, uniuerſi frequētius Nomades uocantur. Herod. lib. I I I I. eos dicit duodetriginta annos ante Medos Aſiæ ſuperiori imperauiſſe. Diodorus Scythas ab Araxe fluuio Armeniæ ueniſſe dicit paruis initijs, Scytha duce fortiſſimo, Imperium deinde dilatatum poſteris tradidiſſe. Ex hoc igitur duos deſcendiſſe Napum, & Plaitonem, qui totidem cōſtituere imperia. Sub quibus populi
Aræ Herculis
diuerſis appellati nominibus. Apud Scythas Aræ conditæ Liberi patris, Herculis, Cyri, Semiramidis, poſtremo Alexandri magni: quæ metas domiti oſtendūt orbis ex parte ſeptentrionis. Plin. ſcribit Scytas uocatos eſſe Sacas à Perſis, lingua uerò
Sacæ Aramæi
Corſarii
Perſica Arameos. At Perſas ipſos à Scythis Corſarios uocari dicit. Scythica omnis regio præſertim circa Pontum Euxinū, ut tradit Herodotus, idiotas, craſſo ingenio producit homines, tantūq; Anacharſim unum è ſeptem ex eis nominari. Contra uerò Polyb. ſcribere uidetur, qui ait, Scythas & pecunia & robore, tum reliqua ſolertia ac prudētia ſi ſint concordes cæteris præſtare mortalibus. Præterea aſinos minime gignit ob frigus huic animali inimicum. Inter Scythiæ populos, quanquam
Sacæ, Maſſagetæ
penè innumerabiles, principales ponuntur, Sacæ, Maſſagetæ, Hircani, Bactriani, Margiani, Mardi, Derbices, Tapyri, et alij nonnulli mihi partim ſupradicti. Qui quanquam proprias ac per ſe diuerſas habeant regiones, Scytharum tamen & moribus & inſtitutis communicāt. Sacas inuentores ſacarum, quæ ſcuta apud Græcos appellātur, unde illis nomē, potentes olim fuiſſe conſtat, ueniſſeq; ad Euxinum uictores, ac quandam terram Armeniorum ab ipſis Sacacenem uocatam cepiſſe. Cyro cladem intulere: mox exultantes ob uictoriā ab eo ſunt uicti, qui diem illum inter faſtos retulit Deo patrio, Saceaq; appellauit. Perſæ Herod. teſte Scythas omnis Sacas uocant. Aelianus de uaria hiſtoria ſcribit, Sacas quas optant ſponſas prius in pugna ſuperare, ſi quando uicti ſunt perpetuo ſerui facti in cauernis lugent. Maſſagetæ ſenio cōfectos interficiunt, atq; edūt,
Cataium
morbo extinctos proijciunt feris. In hac Scythiæ parte Cataiū ponunt noſtræ ætatis homines, locum qui multas complectitur regiones. Cui ſicuti & reliquæ Scythiæ præſidet hodie rex, quem Magnum canem appellant. Ad horum ciuitatem metropolim adiuit noſtra memoria Nicolaus Venetus uir magna ſolertia. Qui Pio pontifici retulit urbem inueniſſe
Cabaleſchia
quæ Cabaleſchia uocabatur, circuitu X X X I I. mil. paſſuum. In cuius medio ars munitiſſima erat in qua rex habitabat: Alteram quoque in eo tractu urbem X V. dierum iter ab hac diſtantem adiuiſſe Neptai appellatam, paulo ſupra ætatem noſtram à regibus eius gentis ædificatam, circuitu mil. paſſ. X X X. In utraque domus ædificia templa cæteráque ornamenta Italicis ſimilia uidiſſe teſtatus eſt: præterea homines modeſtia & urbanitate præditos, inſuper & locupletes eſſe. Quæ quidem res mira ſatis uidetur, contráque famam Scythicæ feritatis & uitæ no-
Comari
madicæ. Comari ab oppido Bactrianæ Comara: hos Ptolemæus Margianis uicinos facit. Plinius Comanos uocat. Mela Coamonos. Comana uerò in ponto altera, in Cappadocia tertia. Omani autem apud Viſtulam fluuium. He-
Hemicynes
micynes gens Scythica prope Maſſagetas & Hiperboreos, de quorum moribus Apollonius in Argonauti. ſic refert. ἡμικυνῶν τ' ἔθνεα περιώσιον ἀνδρῶν, τοῖς ὤμοισιν ὕπερθεν δυσεφίων κώνισμα κραςέξαφε γαμφυλοῖσι περικρατεῦσιν ἐρυμνῶς. τῶν μὲν θῶς τε κιωνῶν ὑλακὴ πέλλει, οὐδέτι τοίγε ἄλλων ἀγνώσσουσι βροτῶν ὄνομα κλυτὸν αὐδήν. Heniochea regio Scythiæ quam au-
Heniochea regio
Neuri
rigæ Caſtoris & Pollucis inhabitauere. Neuri qui eorum regionem olim ob ſerpentes reliquerunt, incantatores maximi ſunt: ex hominibus in lupos ſe uertentes. Euſtat. Abij quos ait Polyhiſtor ex Abiano flumine dici,
Abii
iuxta quod habitant: uel nonnullis quòd ſine uita ſtabili aut domicilio ſint in curribus agentes. Horum meminit Home. γαλακτοφάγων ἀβίοντε δικαιοτάτων. Iuſtiſſimos enim uocat quòd in pace ſine bello degant, uel quòd extemporali uictu utantur. Idem dicit Aeſchylus in Prometheo, eos Gabios addita G, uocans. Ἔπειτα δ' ἵξει δήμων ἐνδικαιωτάτον γαβίους. ἵν' οὔτ' ἄροτρον, οὔτε γήπονος τέμνει δικέλλη ἄρουραν, ἀλλ' αὐτόσποροι γᾶαι φέρουσιν βίοτον ἄφθονον βροτοῖς. Pleraque enim Scytharum nomina ex moribus edita commentatáque ſunt, ut Galactophagi, Anthropophagi, Abij, Acci, Homo-bij, Amaxobij, Melanchlæni: & alij complures. Seres ad
Seres
orientem æſtiuum ſicuti & Galli ad occidentem item æſtiuum ſiti, atque extremi in ea parte ſunt, ſub eodem ferè parallelo quò & Scythæ. Hos Plin. dicit liberos eſſe ab omni noxio flatu, eadem qua Hyperboreos temperie degere. De ijs priuatim edidit uolumen Amome-
Amometus
tus, ſicuti Hecatæus de Hyperboreis: mites alioquin & hominum conuerſationem refugientes, in commercijs mercaturæ, ſcribunt in ſaccis rerum precium atque in littore ponunt. Mercatores eò aduecti ſi placet, precium adnotatum adponunt. Herodotus ſimilem huic conſuetudinem dicit eſſe apud Herculis columnas: Carthagin. cum mercibus circum littus eorum adnauigant, aduentus ſignum fumo oſtendunt. Illi adcurrūt, auroq; in littore adpoſito ſtatim migrant: Carthaginienſes conuenientem auro adpoſito relinquunt in littore mercē, ex quo iuſtiſſimos utroſq; conſtat eſſe. dicuntur Seres annos uiuere C C. Sericū folijs depectunt, quod
Sericum ex ſere uermiculo
uermiculus procreat uocatus à Pauſania Ser, qui ex folijs mori arboris uiuit. Id genus in ſemine allatū ad Iuſtinianū principem à quibuſdam monachis uenit Cōſtantinopolim, ut Procop. eſt autor: de quo etiam alibi mētionem feci. Ad Seras rari mortalium accedunt: repertus noſtra memoria Nicolaus Ve-
Nicolaus Venetus
netus quem ſuprà memoraui, qui Pio I I. Pontifici retulit, ſeſe mare Indicum cum menſem penè ultra Gāgem nauigaſſet ad Ratham fluuium perueniſſe, eoq; ſex diebus emenſo ciuitatem eiuſdem nominis inueniſſe: inde per deſerta iuga, quæ Tauri partem fuiſſe crediderim, duodeuiginti diebus in campeſtria deſcendiſſe: quibus duabus hebdomadis magno labore peragratis, flumen ingens offendiſſe ad magnitudinem propè Gangis, quod ab accolis Daua dicebatur, Atque in eo menſis nauigatione abſoluta, ad ciuitatem nobilem adplicuiſſe, ſtat. C X X. circuitu cui nomen Dua. Hic laſciuientes fœminas & libidini deditas repperit, uiros autem una contentos uxore, Copiam præterea elephantorum, quorum X. mil. Rex bello nutriret. Ipſe albo uehebatur elephanto: cui cathena aurea gemmis uariata, colloq; circundata ad pedes uſque pendebat. Tam uiros quàm fœminas uarijs coloribus corpora pingere. Idola colere. Strato ſurgentes quàm primum ad orientem ſe ſolem conuertere: Trini Dei opem implorantes. Serpentes aſſatos in cibis prò delicijs habere, rubrasq; formicas paruis Cammaris ſimiles: ac animal ibi naſci ſuillo corpore, bouis cauda & unico in fronte cornu cubitali modo elephanti, quo cum continenter bellum gerit. Hæc de Macino appellato Nicolaus: quam regionē inter Indiæ mon-
Macinum
tes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tes & Catagium demonſtrans, ſine dubio Sericas nationes ſignificare uidebatur.

ARABIA TRIPLEX.

ABSOLVTO iam oriente æſtiuo ad hibernum procedendum ad meridiem uerſus, ubi Arabum Indorumq́; ac poſtremo Sinarũ populi conſcribuntur. Arabia igitur primum & ſinus Arabicus reperitur. De hac ſcripſit Vranius hiſtoricus, & Iuba rex ad Claudium Cæſarem: deq́; ipſius expeditione ac ſitu. Hæc triplex eſt, Petrea, deſerta, & felix. Petrea Aegypto Iudææq́; confinis Ptolemæo. Straboni autem ac Plinio Nabathea dicitur. Cuius metropolis Petra, quæ hodie dicitur Arach. In ſacris autem libris Petra deſerti appellata. Eſaias. Emitte agnum dominatorem terræ de Petra deſerti. Hac iter Hebræi ex Aegypto fecere. Ipſa, ut ait Strabo, in plano ſita, circunſepta rupibus altis, inter quas fontes uberrimi ſunt: extra uerò circuitum regio ex magna parte deſerta & ſine aquis, præſertim uerſus Iudæam. In hac enim parte nihil memorabile, ut ait Plin. præter Caſium montem uerſus Aegyptum ubi, ſepulcrum magni Pompeij. Nos tamen memorabilius putamus in regione Sinam montem noſtris appellatum, Ptolemæo autem Melanem, ubi & ſepulcrum diuæ Catharinæ, & lex Moſi diuinitus conceſſa. Hanc Arabiæ partem ſubiugauit primus Romanorum Aelius Gallus ab Auguſto miſſus, ut in Aeliorum nominibus dixi. Horum populi Agræi, Gerræi, Ammanitæ, quorum Ioſeph. meminit, ab Ammano Lothi filio. Elana & ſinus Elaniticus apud mare rubrum. Teredon, hanc in Perſiæ maritimis collocat Dionyſius poëta. Περσίδος εἰς ἁλὸς οἶδμα θοὴμ ἀπὸ ζεύγεται ἀχνὴμ, ὑςατίης προχοῇσι, Τερηδόνος ἐγγὺς ὁδεύωμ. Ipſum uerò mare rubrum ſinu continetur Arabico ab Erythro rege eius regionis nomen accipiens, quod apud Latinos rubrum ſignificat cum minime rubeſcat: autores Curtius & Philoſt. in uita Apollonij. Poſt Petream Arabia deſerta Ptolemæo uocata, Straboni autem Scenetis, ubi & Scene urbs. Plinio, ἀπὸ τῶν σκηνῶμ dici placet, quod gens uaga & ſine ædificijs, in tẽtorijs habitet. Hæc à meridie montibus Arabiæ felicis cincta eſt, à ſeptentrione Meſopotamiam habet, ab occidente Petream. Arabia felix, meridiem uerſus inter duos ſinus Arabicum & Perſicum, ueluti peninſula excurrit: quæ, ut Strabo ſcribit, bis ut India ſeritur ob fœcunditatem. Fluminibus ſcatet quæ in campos abſumuntur, omnium fructuum tum pecoris abundans, præter equos, mulos & porcos. Auium etiam omnium præter anſerem & gallinam. Oues albæ, boues nigri. Aromatũ omnis generis feraciſſima, quibus omnia permutant. Cuius opulẽtiæ teſtis Alexand. qui eam uti fama eſt regiam facere inſtituerat, poſtquàm ex India reuertiſſet. Vrbes ſine mœnibus colunt, quod in pace maxime degant. Oleo ſeſamino utũtur. Ore ſunt omnes raſo, præter labrum ſuperius. Plin. Populi autem in ea pene innumerabiles, ſed ij præcipui memorantur. Sabæi in littore rubri maris, Charaeni, Ataceni, Gebbanitæ, quorum caput Thoma Plin. Edumæi, Atramitæ. Achomeni, quorũ caput Achomæ, Vranio in Arabicis. Mobeni & Moba. Partes autẽ meridionales tenent Ichthyophagi qui piſcibus uictitant, & Troglodytæ qui in cauernis habitant. Septẽtrionales uerò Syraceni & Saraceni, Ptolemæo. Sed quando ad hos uenimus ipſorum geſta paucis percurram. Saracenorum igitur gente Arabiæ felicis numeroſa ac bello potentiſſima, nulla magis Chriſtianos exercuit: eius Ptolomæus & Marcellinus in primis meminere. Ii diu regibus Perſarum una reliqua Arabia ſeruierũt uſq; ad Heraclij principis tempora, annum uidelicet ſalutis DCXX. Tunc primum Mahumetes ex eis caput extulit, quem ut refert Bibliothecarius, humili genere natum defunctis parentibus captiuum Abdemonaples Iſmaelitici uir generis emit, ſibi gratum ob formam & ingeniũ. Quapropter mercimonijs ac negotijs ab eo præficitur. Frequentabat ea tempeſtate domum Abdemonaplis Sergius monachus, qui ob ſectam Hæreſeos è Conſtantinopoli in Arabiam fugerat, Mahumetemq́; ob ingenium ualde diligebat. Interim herus ſine liberis moritur, uxor uidua & quinquagenaria hunc ſibi in uirum capit. Is igitur cum ſæpe in alienationem mentis ſe uenire oſtentaret, & tanquàm qui morbum patiatur comitialẽ, corpore proſterneretur, admirante uxore: Deſine, inquit, mirari, hoc mihi ex ipſius Dei ſpiritu me corripiente prouenit, qui mihi futura ſuggerit: ſeq́; planè prophetam dictitabat, atq; hæc omnia iuuante & conſulente Sergio agebat. Paulatimq́; uulgata fama: nec multò pòſt hæres ab uxore moriente inſtitutus, opibusq́; adauctus ſimulq́; autoritate, inter ſuos legem condere cœpit: nouamq́; propterea ſectam edidit, ab Hebræis nonnulla mutuando, partim etiam à Chriſtianis. Circunciſionem & abſtinentiam porcinæ ſimul & uini præcepit. Ieiunium menſem continuum ſeruare: tantumq́; noctibus ueſci, diurnam abſtinentiam longa crapula compenſando. Veneris diem colunt, quòd in hac ille rex factus: uel (ut quidam aiunt) ut Hebræis Chriſtianisq́; diſſentiant, eademq́; de cauſa ad meridiem conuerſi Deo ſupplicant. Vxores quot pro facultatibus licet, fas ducunt habere: quarum zelotypi ſolent eſſe, adulteras capite plectendo: nullam fœminam niſi operta facie foras prodire, mancipijs pro libidine uti, uoluptates corporis futuræ felicitati minime officere. Tris tantum probetas admittunt, quos Razales uocant, Mahumetem, Moſem, & Chriſtum, quem minime Deum alioquin eſſe putant, & angelos, ueterem etiam legem recipiunt. Hæc reliquaq́; præcepta in uolumine conſcripſit, quod Alcoranum appellant, atque in Latinum ſermonem conuertit Ioannes Hiſpanus in concilio Conſtantienſi Martini V. tempore. Idq́; Chriſtianis argumentationibus publice refellit. Contra hoc item Ricardus ordinis Præd. ſummusq́; Theologus librum condidit: quem Demetrius Cydonius in Græcum ſermonem conuertit. Hac igitur ſuperſtitione armatus Mahumetes obtemperantes Saracenorum animos ad rebellandum contra Perſas excitauit: uixit annos XL. Moriens prædixit ſe iturum in cœlum, quod diu expectantes tandem tetro coacti odore ſepulcro mandauerunt apud Mecham ciuitatem, quæ aditur ab eis ut à noſtris Hieroſolyma. Poſt eius mortem plures è ſucceſſione principes eius gentis, partito inter ſe exercitu alibi alij regnauerunt, uarijs etiam nominibus appellati, Calyphæ, Amorræi, Admirati, Miramomelini, Sultani, quæ eſt apud eos ſumma poteſtas. Homar igitur à Mahumete tertius poſt Perſas ſubiugatos, Hieroſolymam omnemq́; Syriam cepit anno circiter DCLXX. ſedente Agathone & Conſtantino IIII. Imp. Deinde Aegyptum inuaſere conſtituto apud eam Calypha. Res itaque incolumis Saracenorum uſque ad Mauguet Perſidis principem durauit: hic cum Himbraelem Babyloniæ regem ex eadem ſecta expugnare uellet, inter ſe quoque diſſiderent, Muchaletum Turcam ex Scythia adcerſuit: à quo poſtea Perſidis Imperio exutus fuit. Hinc Turcæ quaqua uerſus præualẽtes etiam Aegypto potiti ſunt per Syracinum qui Calypham interfecit Almerici regis Hieroſolymitani tempore: Sultanusq́; appellatus eſt, cui Saladinus ſucceſſit. Verum Saraceni ex Aſia pulſi, alij alia loca petiere: in Africam tranſgreſſi apud Carthaginem regiam conſtituerunt: inde in Siciliam Sardiniamq́; ac nonnullas Tyrrheni maris inſulas ſimul & Baleares inuaſerunt. Anno DCCXXX. duce Miramomelino Hiſpaniam petiere, quod bel-

Petra

Caſius mons

Sina mõs, qui Melas

Agræi Gerræi Ammanitæ Elana Teredon

Deſerta Arabia quæ Scenetis Scene urbs

Arabia felix

Sabæi Charaeni Ataceni Gebbanitæ Achomeni Mobeni Ichthiophagi Troglodytæ Syraceni & Saraceni Res Saracenorum

Mahumetes

Sergius monachus

Abſtinentia porcinæ, et circunciſio Ieiunium

Ricardus contra Alcoranũ

Homar

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

lum in eius deſcriptione commemoraui. eodem ferè tempore Zulemone duce in Thraciam traijcientes, Cōſtatinopolim Leone IIII. imperante claſſe potentiſſima obſidione triennali cinxerunt, quam relinquere tandem diuinitus coacti ſunt, peſte maxima fameq́; cōſumpti. Anno DCCCLVIII. ſedente Leone IIII. ex Africa ſoluentes Siciliam omnē occupauerunt: In Italiā quoq; trāsfretantes Apulia capta apud Nuceriam ſedem conſtituerunt multos annos, egreſſiq́; inde Oſtiam uſq; curſitauere. Indeq́; agrum populati, baſilicas etiā apoſtolorum dicuntur incendiſſe, quibus Leo cum Rom. iuuentute occurrens eos repreſſit. Haud multo poſt, anno uidelicet DCCCCXVII. iterum oram percurrentes Io. X. Pontifex ad Minturnas nobili prælio fudit. Anno DCCCCXXXV. ex Africa ſoluētes Siciliam, Sardiniam, Balcares, inſulasq́; Hetruriæ plures occupauerunt: oramq́; eius omnem, ſimul & Genuam populati ſunt. Ad loca quoq; in Adriaticū uergentia penetrantes Lotario Imp. & Sergio ſedente Anconā adplicuere, toto ferè Piceni littore occupato: unde apud Crotonem uictores Venetorum claſſis fuere. Qui uerò in Hiſpania erant, conati in Galliam traijcere, ab Eudone Aquitaniæ duce contra Francos uocati, à Carolo Martello clade memorabili adflicti interfectis ex eis prope CCC. mil. Inſequentibus deinde temporibus Hiſpaniæ regum, præſertim Ferdinandi nunc regnantis uirtute ex Europa penitus pulſi ſunt: qui quamuis Africæ nunc quoq; dominentur, uiribus tamen ac uetere belli gloria magnopere ceciderunt. Duplex eorum hodie qui reſtant genus in Africa, qui urbes colunt, & Nomades qui foris armenta paſcūt, quotidieq́; per agros incerta ſede uagantur: quorum eſt præcipua conditio, formidiniq́; urbanis ſunt, à quibus & uectigal certum exigunt. Annis ab hinc XXV. Cidianus quidam prophetæ nomine inter eos cœperat ad ſpem gentem profligatam reuocare opinione uitæ uirtutisq́;, ſed breui tempore pereuntis hominis uanitas animaduerſa, Saraceni Arabesq́; omnes lingua utuntur Arabica & propria, illorum ſectæ communi, uerum indigenæ longe puriore.

Duplex Saracenorū genus

INDIA.

INDIA tertiam orbis partem eſſe tradidere Alexādri comites, in eoq́; tractu quem ſubegerunt oppidorum eſſe XV. mil. Indi propè ſoli nunquam ſuis finibus migrarūt, ut Plinius: & Strabo ad eos, inquit nullum præter Liberum patrem, Herculem, & Alexandrū cum uictoria profectum eſſe, quamuis à Cyro & Semiramide tentatos. Indiam Poſſidonius ab æſtiuo ſolis ortu ad hybernum metitur, aduerſam uidelicet Galliæ quam ab occidente æſtiuo ſolis ad hybernum, item cōtra Mauritaniam ſtatuit. Eandem à ſeptentrione Tauri extrema terminant, qui ab indigenis diuerſis appellatur nominibus: Parapaniſus, Emodus, Imaus, Caucaſus: ab occidente Indus fluuius. Auſtrale uerò & orientale latus, quæ ambo longe ſunt alijs maiora, in Atlanticum pelagus procurrunt, ex quo regio rhombi figuram præ ſe ferre uidetur: Nam utrumuis maiorum laterum cōtrarium ſibi latus tribus mil. ſtad. exuperat. India eadem fert aromata quæ Aethiopia & Arabia, quod his ſolo perſimilis ſit, differat tamē aquarum copia, qua & India & Aegyptus magis referta eſt. Sol enim moderatum ex ijs humorem tantum abſumit, nutrimentum opportunum terræ relinquit. Ex quo nec criſpis crinibus, neq; colore tam atro, ſicut Aethiopes ſunt. Non enim calor nigredinis cauſa, nam eo pacto albi naſcerētur. Sed ſol qui propter nimiam humoris extractionem aridos relinquit Aethiopiæ campos: ex quo nigriores proueniunt. At in India & item Aegypto cum nimie pluat, ager tamē fluminibus abluitur. Hæc Strabo. Qui & Oneſicritum adducit aliam cauſam adferentem ac dicentem: Aquam tantum cauſam eſſe proprietatum in animalibus, quoniam peregrina pecora ſæpe ex epotis diuerſis fluminibus colores immutant. Theodectem uerò uterq; refellit, qui ait ſolis propinquitatem, cauſam nigredinis eſſe. Citra Indum fluuium, Indoſcythæ habitant, ultra uerò Gymnoſophiſtæ: quorum duo genera Straboni, Bragmanes & Hermanes: ij ultimi dicti quod in ſyluis habitent, frondibus & fructibus ſyluestribus uictitantes, & libris arborum ſeſe amicientes, uini & ueneris expertes. Brachmanes uerò in ciuitatibus habitant, reges colunt, Natalem putant mortis diem ijs, qui philoſophati eſſent & caſte ſobrie'que uixiſſent: nihil eorum quæ homini accidunt aut bonum aut malum eſſe, cum uideamus alijs alios gaudere pariter ac dolere. Ariſtobolus qui Alexandri comes fuit, ſcribit ſe uidiſſe duos Brachmanas ad Alexandri menſam poſt cœnam: & alterum ſeniorem ſupinum diutius feruentem ſolem nudo capite toleraſſe: alterum iuniorem uno ſtantem pede lignum tricubitale manibus ſuſtentare, & ambos quotidie perſeuerare. Ex ijs poſtea ſeniorem Alexandrum ſequutum uita molliore utentem, interrogatumq́; cur à ſecta diſcederet reſpondiſſe ſe XXXVI. annos compleſſe quos promiſerat: nam poſt id tempus uita mitior cibusq́; communis permittebantur. Sed ex ijs omnium mirabiliſſimus Calanus nomine, qui Alexandrum uſque ad Perſas ſequutus, ibiq́; conſtructam pyram perunctus aſcendens, alacris atque immotus ſecundum eorum inſtitutum comburitur. Plutarchus. Nicolaus Damaſcenus teſtatur ſe uidiſſe Antiochiæ legatos Indorum, qui à Poro rege miſſi ad Auguſtum cum donis & epiſtola Græca fuerant, ubi ille ſcribebat ſe quanquam ſexcentis regibus imperaret, amicitiam Cæſaris magnipendere. Similem legationem ad Claudium principem ueniſſe tradit Antonius Plocamus, qui maris rubri uectigal à fiſco redemit, miratumq́; dicit orientem ſolem à dextris naſci & umbras ſuas hic iaci. Plin. Strabo uniuerſam multitudinē corū in VII. genera diuidit: in philoſophos, agricolas, paſtores, opifices, milites, præſides, cōſiliarios. Eos alioquin bonos eſſe uiros in uniuerſum ac parcos et abſtemios, potū ex oriza conficiētes: præterea illiteratos. Arundines quoque incredibili craſſitudine apud eos, & hominum animaliumq́; nonnullorū monſtroſam ſpeciem, idē teſtatur autor ex autoritate Megaſthenis. Nec alibi maior ſcriptorum licentia, cum minus multa credere quàm inueſtigare oporteat. Dardæ populi apud eos qui Dionyſio reſtiterunt, ubi autoribus Plinio & Strabone formicæ uulpium magnitudine aurum effodiunt: quod uicini clam rapientes, exportant, carnibus in itinere diſpoſitis, ut cibus inſequentes formicas quas formidant moretur. Taxilla magna ciuitas, ubi Taxillus eorum rex Alexandrum humaniter excepit. Inter Hydaſpem & Aceſinem eſt Pori terra, multa ſanè & opulenta, CCC. ferè ciuitatum. Apud Hydaſpem Alexander, ubi Porum ſuperauit, duas condidit urbes. Nicæam à uictoria, & Bucephaliam ab equo, qui in eo prælio cecidit. Nyſa urbs à Baccho condita, & Nyſei populi: eſt & alia Aethiopica, Arabica, Bœotia. Pactala inſula: Pactalena regio. Apud Plinium Petala legitur. Praſij, Aſtaceni, Muſicani, Aſſacani, Hypaſij, Malli, apud quos Alexander in expugnatione oppidi uulneratus fuit. Cathei & Cathea regio Sophitis regis, à quo CL. ferocibus canibus donatus Alexāder eſt, qui leonibus cōgreſſi ſunt. Præter hæc Pāde, Paliobothra, Darſania, ubi lanificiū maximū, teſte Dionyſio in Baſſaricis. Idem Gazum urbem lineos habere muros dicit à Libero patre expugnatos ijs uerſibus. Πηρέιαν τε ῥόδην τε καὶ ἀλλ λινοτείχεα γάζον, τοῖον μιν κλαυτοῖο λίνου περὶ τεῖχος ἔεργει, Ἀστύφελον δήεσιν καὶ παχάλεον

Indoſcythæ
Gymnoſophiſtæ
Bragmanes
Hermanes

Calanus

Dardæ

Formicæ uulpium magnitudine

Taxilla

Pori terra

Nicæa
Bucephalia
Nyſa

Pactalena re.
Praſii
Aſtaceni
Muſicani
Aſſacani
Hypaſii
Malli
Cathea reg.
Pāde
Paliobothra
Darſania
Gazum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Oxidrachi χάλεον ἤερ. Sunt & populi Oxidrachi, ubi uiri ſancti ac re-
ligioſi precibus tantum ad Deum mœnia tuentur, autor Phi-
loſtratus in uita Apollonij. Populi item eodem teſte apud In-
dum fluuium qui lineis amiciuntur ueſtibus. Linum autem
in agris plurimum naſci: Calciamen uerò ex arborum cor-
ticibus geſtare, nobiliores autem byſſo indui. Byſſum uerò
ex arbore naſci quæ altitudine populos æquet, folijs autem
Ganges ſalici æquiparatur. Flumina uerò Indiæ potiſſima, Gan-
Hydaſpes ges, Indus, Hydaſpes, Hypanis, Aceſines. Ganges mediam
Hypanis interluit oriens à Sacarum montibus, uerſusq; meridiem
Aceſines in ſinum Indici maris qui Gangeticus appellatur, quinque
oſtijs erumpit: uti & Nilus exuberat campis. Ex hoc uni-
uerſa diuiditur India, altera intra, altera extra Gangem
appellata: latitudine ubi maxima X X. paſſ. mill. inſtar ma-
Indus ris. Indus aliquantum minor, undeuiginti fluminibus maxi-
mis augetur: inter quæ potiſſima Hyppanis & Hydaſpes
Petala Inſula Plinius. Inſulæ innumerabiles ſparſæ in hoc tractu. Petala
quam ſuprà memoraui, in ipſis faucibus. Indi eſt triquètra
Chryſe figura C C X X. paſſ. mill. latit. Extra oſtium Indi Chryſe
& Argyre fertiles metallis, ut idem autor exiſtimat, ex
argumento nominis. Sed omnium maxima & auſtralior
Taprobane Taprobane inter Antœcos noſtros exiſtimata, longitudi-
ne ſtad. V I I. milium, latitud. V. ut tradit Eratoſthenes.
Ptolemæus hanc ſub ariete ponit, Dionyſius poëta ſub can-
cro: ex quo uenereos omnis eſſe in eadem dicit, molliciaq;
muliebri: regem creant, qui ſine liberis, ne fiat hæredita-
rium regnum. Canopum latiſſimam ſtellam meridionalem
uident, Septentrionis nihil: uiuunt annos ut modicum cen-
Cherſonneſus aurea tum: hæc de Taprobane comperta ex ſeruo Antonij Ploca-
mi qui eò tempeſtate delatus fuit. Reſtat aurea Cherſonne-
ſus dicta, ſiue quod aurum inde effodiatur, ſiue quod pro-
pe orientem nobis ſol inde roſeus aureusq; apparet, Eu-
ſtathius. Dicendum nunc, quæ ex latere tam orientis quàm
occidentis Indiæ iunguntur. Straboni itemq; alijs ex orien-
Sinarũ regio te tantum ponitur mare, Ptolemæo autem Sinarum regio,
quæ æquinoctialem tranſgreſſa uſque ad Antœcos proten-
ditur: uerum poſt hos autores multi comperti populi ex ea
parte, ac inſulæ, ut facile eſt uidere in orbis hodie deſcri-
ptione, quartam ſphæræ partem Ptolemæo poſitam exce-
dente. Ex occidente uerò Plinius ait non Indo flumine
ſed nonnullis ultra Satrapijs Indiam terminari quoſdam pu-
Aria tare, quæ ſunt, Aria, Gedroſia, Aracoſia, Paropaniſis,
Gedroſia Carmania. Aria, & Arij populi ab Ario flumine. Arria-
Aracoſia nus autor & Strabo, qui etiam à Medis profectos eos di-
Paropaniſis Carmania cit. Regionem colunt ſolibus exuſtam, & ut Dionyſius
Arbies pop. poëta ſterilem atque arenoſam: coralium tamen ferentem
Arbis flu. Dei prouidentia, ut habeant unde uiuant. In hac Arbies po-
Oritæ puli & Arbis fluuius & Oritæ & Ichthyophagi ſunt Pli-
Ichthyophagi nio, Straboni. Præterea proxima Indo montana Capiſſeni
Capiſſeni tenent, quorum urbs Capiſſa, quam diruit Cyrus. Araco-
Capiſſa ſia cum oppido & flumine eiuſdem nominis, quod quidam
Aracoſia Cutim dixere à Semiramide conditum ut Plinius. Dionyſius
Linonchleni autem Aracoſas λινογχλαίνυς uocat, id eſt, lineis utentes
ueſtibus, ſicut & nigris Melanchlæni Scythiæ populi. Dran-
giani ijs finitimi & Carmani, ab Indi oſtio Carmania eſt ul-
tima. Cuius promontorium ad auſtrum in mare magnum
expoſitum eſt, multum quoque in mediterraneam, inter Ge-
Carmania droſiam Perſiamq; porrigitur, magnaq; ex parte Carmano-
rum mores Perſici ſunt. Carmania uerò deſerta, Parthis eſt
contigua ab latere Septentrionis.

AFRICA.

Africa freto Herculeo ac Nilo cæteris orbis partibus di
ducitur, Libya & Heſperia à Græcis appellata. Hanc
ab initio, ut ait Salluſt. habitauerunt Getuli & Libyes aſpe-
ri incultiq;, quibus cibus erat caro ferina atque humi pa-
bulum ueluti pecoribus. Vniuerſam uerò Rufus in ſex diui-
dit prouincias, Proconſularem, in qua eſt Carthago, Numi-
diam conſularem, Bizacium, Tripolitanam conſularem, ac
duas Mauritanias Cæſarienſem & Sitiphenſem præſidales.
Cæteri Geographi præſertim Ptolemæus ijs regionibus at-
que hoc ordine diſtinguit. Primo duabus Mauritanijs,
Maſſylia, Numidia, Africa minore, Cyrenaica, Marma-
ryca, Aegypto. Sub Tingitana Aethiopas Athacas ponit.
Sub Cæſarienſi Atlantem & Getuliam, ſub minore Nigra-
tes Aethiopas, & ijs inferiorem Libyam. Sub ea quoque
Aethiopiam interiorem æquinoctialem tranſgredientem. Po-
ſtremo ſub Aegypto Aethiopiam ſub Aegypto appellatam.
Nunc partes reſumam. Nam poſt Atlanticum pelagus de
cuius ac reliquis circa inſulis poſtea dicemus, Mauritani ſi- Mauritani
ue Mauri primum occurrunt. Vtroque enim modo à La- Mauri
tinis, à Græcis uerò Mauriſij appellati. Hos freto tantum Mauriſii
Herculeo ab Hiſpania, à Getulis Atlante, à Numidis
Ampſaga flumine diuiſos, Caius princeps in Tingita-
nam quæ Sitiphenſis à loco antea dicebatur, & Cæſarien-
ſem uti refert Plinius diſtinxit. Eorum celebre quondam
nomen & latam regionem Strabo ponit fluminibus lacu-
busq; irrigatam, gentem uita Nomadicam, dentium alio-
quin unguiumq; ac capilli ſtudio deditam, colore quo Ae-
thiopes & Indi, ad quorum ſunt ferè parallelum. Bocchus Bocchus rex
quondam his imperauit, cui Iuba ſucceſſit, qui in cauſa Iuba filius.
belli ciuilis à C. Cæſare ſuperatus mortem ſibi conſciuit, cu-
ius filius admodum puer Romam in triumphum ductus.
Is fuit qui poſtea ſcripſit hiſtoriam ſingulari ingenio ac
doctrina præditus: & Auguſti demum liberalitate ad re-
gnum paternum remiſſus, ſucceſſorem Ptolemæum ex An- Ptolemæus
tonij & Cleopatræ filia natum habuit, quo per Caligu-
lam interfecto Mauritania in duas eſt prouincias diducta.
Claudius princeps primus Romanorum Mauritanis bel-
la intulit, per Suetonium Paulinum, regionesq; eas ſube- Suetonius Paulinus
git, colonos nouos deduxit, nomina ciuitatum mutauit,
& in prouinciæ formam redegit. Nunc uerò penitus abo-
litæ genti Saraceni ſucceſſere ex eo tempore quo & reliquæ
Africæ. Vtriuſq; Mauritaniæ longitudo D C C C X X X I X. la
titudo uerò C C C C L X V I I. paſſ. mil. In ora igitur primũ Tinge, quæ &
Tinge quæ regioni nomen dedit, quã Pli. ab Antæo conditã di Cæſarea.
cit, Deinde à Claudio cũ coloniã faceret Cæſareã appellatã.
Lixus Strabon. Sillius poëta. Audit non paruo diuiſus gurgite
Lixus. Lix flumen & oppidum Plin. Melæ. Antoninus quoq;
in itinere Lix ait colonia diſtat à Zili X X X. mil. paſ. Zilis Lix
enim oppidum Antonino dicitur, Ptolemæo Zelia. Straboni
Zelis, hodie Arzilla, recepta ab ultimo Alfonſo Luſitaniæ Zelia
rege unà cum Tinge oppido. Abyla, quam alteram dicunt Abyla altera
columnam, mons eſt ab Hiſpanis Simica ob ſimiarum co- columna
piam uocata, Septemq; prope montes fratres à ſimili pro-
ceritate appellati ſimul iuncti ciuitati Septenſi nomen dede- Septenſis ciuitas
re. Elephantis referta tellus, ut ait Plinius, recepta quoq; &
ipſa ab Ioanne Alfonſi auo. Exiliſſa Ptolemæo, Plinio uerò Exiliſſa ſeu
Iulia traducta dicitur. Abeſt à Belone Betici littoris mil. paſ. Iulia traducta
X X X. hodie longe minus dicunt, uocaturq; Alcazar ab eo-
dem Alfonſo acquiſita: prope promontorium Cotes Pto-
lemæo dicitur, nunc ab Hiſpanis caput ſparti ob ſpartum ibi
proueniens appellatum. Salas fluuius & oppidum. Phtuth Salas flu. & oppidum
oppidum Ptolemæus, Ioſephus autem Phuth nominat. Phuth
Chami filius, cuius pater Noë, Phuthæos in Mauritania Phuth, & Phuthæi
populos produxit. Malua fluuius ultra quem Maſſyli Malua flu.
ſunt, ab Atlante maiore per fines Mauritaniæ ferè recta
in Ibericum prolabitur pelagus. Contra hunc alter fluuius
Salluſtio & Plinio Mulucha in idem ferè mare. Ampſaca Pto- Ampſaca

P 4 lemæo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

lemæo Mauritaniæ terminus. In hoc eodem littore olim Sa-
Maroch
Atlas maior & minor
racenorum regia fuerat, quam Maroch appellabant. Atlas
maior & minor, cuius alibi fabulam narraui. Ad eius loca
præter Herculem & Perſeum Hanno Carthaginenſis ut ait
Plinius, primum ex barbaris penetrauit cum exercitu, colo-
niasq; eo deduxit, ac commentarios de his edidit. E noſtris
uerò Paulinus quem ſuprà memoraui, ætate Plinij Atlantem
tranſgreſſus, librum & ipſe de his quæ uiderat compoſuit.
Verticem ipſius montis altiſsimum, ſemper niuibus etiam
æſtate opertum, arboribus præterea ignotis refertum. Ac-
Canarii
colas eius Canarios uocari. quippe quibus uictus caninus &
diuidua ferarum uiſcera ſit. Iubas rex Ptolemæi pater quem
Euphorbia herba
Citri arbor
ſuprà memoraui, de Atlante deq; Euphorbia noua ibi reper-
ta herba priuatim uolumen edidit. Hic & Citri arbor, unde
menſarum luxuria Romæ. Atlas enim maior per uniuerſam
Africam uſque ferè in Aegyptum protenditur, in medio duo-
bus quaſi cornibus ſeptentrionem uerſus inſurgens. Herodo-
Atlantes pop.
tus poſt Garamantas x. dierum iter ponit Atlantas populos
à monte cognominatos, quos dicit ab animalibus abſtinere
& ſomnia non uidere. De ſomnijs Arrianus etiam affirmat.
Atlanticum pelagus
Erythrea inſula
Hic & mari uicino nomen dedit Atlantico, ubi in medio eſt
parua inſula Gerionis Erythra Ptolemæo, Erithrea Plinio,
qui ait Tyrios huc migraſſe, ex Erythreo mari originem ha-
bentes. Et paulo inferius, citra æquinoctialem fortunatorum
inſulæ quinq;, quas Homerus fabulæq; uolunt his deberi, qui
bene beateq; uixerint hominibus, ubi æuo perpetuo procul
ab omnibus malis ſub benigna cœli temperie degant. Hæ nunc
inſulæ Capitis uiridis appellantur à nautis noſtris deprehen-
Getuli
ſæ, uti poſtremo dicam. Sub Atlante meridiem uerſus Ge-
tuli ſunt gens maxima. Hos Athenodorus Gartheas appellat,
dicitq; apud eos maximos aſparagos naſci, craſsitudine calami
cyprij, longitudine bicubitali, autor Athenæus in Dipnoſophi-
ſtis. Domiti fuere Getuli ſub Auguſto à L. Coſſo, qui Getuli-
cus eſt cognominatus, uti ſcribit Florus.

NVMIDIA.

NVMIDAE longe in littore uſq; ad ſinum
Numidicum & oſtia fluminis Ampſacæ
extenduntur. De quibus ait Salluſtius quod
Perſæ fuere, qui defuncto in Hiſpania Sale
ab exercitu eius cum Medis in Africam na-
uigarunt, ubi deficiente materia ad domos ædificandas, al-
ueos nauium inuerſos pro tugurijs habuere. Et quoniam huc
illuc uagabantur, Nomades dicti ſunt, id eſt, paſtores, deinde
Numidæ à Latinis. Regionem alioqui uberem ac diuitem co-
lunt. Mapalia cohabitant (id eſt breues tegetes) eorum lin-
gua. Inter hos inſigne marmor Numidicum Romanis in pre-
Cirtha
Maſsyli
tio. Eorum urbs Cirtha paulo à ſinu remota. Maſsyli inter
hos habitant, quos Maſsylienſes Polybius uocat. Nominis ety-
mum Steph. ex autoritate Timæi narrat, quod gubernator
adnauigans, cum animaduerteret piſcatorem iubentem iunco
terreſtri μᾶσαι, id eſt, adligare lingua Aeolica ἀπὸ τοῦ ἁλι-
έως καὶ μᾶσαι cognomen accepiſſe. Hinc Ampſaca flumen in
Ampſaca flu.
Africa minor
ſinum Numidicum ex Atlante fluens. Deinde minor Afri-
Carthago
ca, cuius caput Carthago, quam Græci Carchedonem uo-
cant à Carchedone conditore, uti Appianus in Lybicis ait,
Carchedonius carbunculus
& Carchedonius carbunculus dicitur ex eius littore addu-
ctus, uti Plinius. Trogus autem libro x. Carthaginis origi-
Pigmalion
Elyſſa
nem explicat, quam Tyrij coloni tenuerunt, à Pigmalione
ob auaritiam ſororis Eliſſæ uiro interfecto: quæ ob metum
huc fugere cum ſubſtantia compulſa locum mercata eſt,
quantum corium bubulum circundaret, quod in tenuiſsi-
mas ſectum partes maius exiſtimatione ſpatium complexum
eſt: locumq; Byrſam propterea dictum, ubi urbem condi-
dit Carthaginem annis LXXII. ante urbem Romam. Quæ
ut refert Polyb. eò potentiæ uenit, ut omnem oram quæ à
mari noſtro abluitur ab Aris Philenorum haud multum di-
ſtantibus à magna Syrte uſque ad columnas Herculis tene-
ret, quæ longitudo eſt LX. mill. ſtad. Tranſgreſsi per uim
fretum, quod inter Africam & Europam interiacet, cum
omni Hiſpania uſque ad Pyreneum potiti ſunt: uerum poſt
tertium bellum Punicum Romani in formam prouinciæ re-
dactam Maſiniſſæ tradiderunt. Saraceni poſtremo inuaſere,
regiamq; eam ſimul cum Tuni conſtituerunt. Hic fuit Clito-
machus philoſophus qui Carneadem annos XXVIII. audi-
uit, ignarus ab initio primorum elementorum. Hinc quo-
que ut ex tota Numidia ac præſertim Maſſylia, præſtantes
Equi Maſſyli
equi curſu ueniunt, qui uirga tantum reguntur. Strabo. Mar-
tialis. Et mihi Maſsylum uirga gubernet equum. Hæc ætas
Tunis
Barbaros hos uocat. Tunis oppidum uetus adhuc nomen non
amiſit in ſinu Carthaginienſi. De quo Polyb. ſic ait. Roma-
ni Attilio Regulo duce ad Mercurij promontorium, quod
è regione Siciliæ eſt, adplicantes, uictoriam naualem adſe-
cuti ſunt, inde Tunim oppidum ex pugna receperunt. Ibiq;,
quod contra Carthaginem eſſet, poſitis caſtris prælio ter-
reſtri regionem depopulati ſunt. Cumq; ſpes eſſet omnia
potiri, ueritus Attilius ne ſucceſſor ſibi ueniret pacem fecit.
Hanc Saraceni poſtea ſibi regiam conſtituere, quam diuus
Ludouicus Galliæ rex cum iam per uim cepiſſet, poſt obi-
Vtica
tum ſtatim amiſimus. Vtica in eodem littore morte Catonis
nobilitata, Tyriorum colonia ſecunda poſt Carthaginem
Tapſus
Hippones duæ
Straboni. Tapſus ubi Scipio à Cæſare uictus fuit. Silius. Et
Zama & uberior Rutulorum ſanguine Tapſus. Hippo-
nes duæ, una quam Græci διάρρυτον dicunt, id eſt, aquis
& paludibus circunfuſam Ptolemæo Plinioq;. Altera regia
appellata item Plinio. Sillius. Tum Vaga, & antiquis di-
lectus regibus Hippo. ab equitio nomen accepit. Huic præ-
Clupea
fuit diuus Auguſtinus. Clupea ſiue Clypea urbs, quam (ut
ait Solinus) Siculi ædificarant, à Romanis primo bello Pu-
nico capta duce Regulo, paulopoſt ab hoſte per obſidionem
Aſpis promontorium Mercurii
recepta, ut Polybius ait. Hic & Aſpis promontorium ex
clypei forma dictum in mare prominens. Aliud quoque pro-
montorium Mercurij, ante omnia ab eodem duce captum,
apud quod M. Aemylius & M. Fuluius naues Carthaginien-
Aegimuros
ſium ſibi obuias ceperunt, ut idem refert autor. Aegimuros
à Carthagine XXX. mill. paſſ. diſtans Liuio & Anto-
Tagaſta
Zama
nino in itine. Tagaſta oppidum unde fuit Auguſtinus. An-
toninus in itiner. Ab oppido Tagaſta Zama, apud quam
Annibal à Scipione uictus. Plinius libro XXXI. fon-
tem hic eſſe dicit ex autoritate Varronis, ex quo canoræ
Tripolis
Abrotanum, quæ & Neapolis
Leptis magna
uoces efficiuntur. Tripolis Africana, quam Solinus eſſe di-
cit Taphram, Abrotanum, & Leptim magnam. Abrota-
num urbs: quam Strabo in VI. Neapolim etiam uocari di-
cit: nonnulli in Libya Phœnice eam collocant. Leptis ma-
gna una ex Tripoli, altera parua quæ & Neapolis dici-
Lotophagi
tur inter duas Syrtes, ubi Lotophagi habitant hoſpitales
Sabathra
homines, de quibus ſcribitur in Odyſſea Vlyſſem errantem
excepiſſe. Sabathra inter Syrtes. Sillius. Sabathra, tum
Tyrium uulgus, Sarranaq; Leptis. Ptolemæo Tabraca po-
Ityca
nitur. Steph. autem & Polybio Tabathra. Ityca in hac etiam
parte Tyriorum colonia, unde Dionyſius fuit Ityceus, qui
Byzantes
de ſitu orbis ſcripſit. Byzantes gens prope Carthagi-
nem, à quibus urbs Byzantium in Thracia. Herod. au-
tem non bene Gyzantes ſcripſit, ut ait Stephan. Polybius
Byzalas
uerò Byzalada regionem eſſe ait circa Syrtes, comprehen-
Dulopolis
dentem XII. ſtad. ſpatium, unde optimæ ueſtes afferuntur.
Dulopolis in eadem parte, in quam ſeruus confugiens liber
fit, ex argumento nominis, ut ait Stephanus. Flumina ue-
Bagradas
rò, Bagradas ex Libycis montibus longe ductus prope Car-
thaginem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

thaginem fluit, ubi ſerpentem Regulus C X X. pedum adhibito exercitu interfecit. Liuius, Plinius, Gellius.

Cynips
Macæ populi

Cynips inter duas Syrtes in mare per Macas populos fluit, ut Herod. Sillius. Cyniphij didicere Macæ, ſqualentia barba Ora uiris, humeroſq; ligant ut lumine capti.

Triton palus

Triton palus mediam Africam minorem interfluens in Syrtis paruæ receſſum exit. Hic Argo ſublatam humeris ſcribit Apollonius libro IIII. Αὖταρ ὡδὶ προτῆλε μάλ' ἀσπασίως τριτωνίδος ὕδασι λίμνης Ὡς φέρον, ὡς εἰσβάντες ἀπὸ στιβαρῶν θέσαν ὤμων, Λυσσαλέοις θ' ἤπειτα ἴκελοι κύασιν ἀΐσσοντες.

Tritones paludes tres

Tritones omnino tres, Libyca de qua nunc loquimur, ubi Mineruam natam uolunt, Bœotia, & Theſſalica.

Lotophagitis Inſulæ

C. Seruilius & Cn. Sempronius Coſs. in Africam nauigantes in Lotophagorum inſulam peruenere, quæ Menynx dicitur, non longe à Syrti parua, ubi magno periculo claſsis conſidit, uixq; reducto onere depoſito redijt: autor Polyb.

Cercina
Aethuſa
Lopaduſa
Melite
Iunonia
Tigle
Herculis templum
Glauconis
Gloſyra
Menynx
Pontia, Gea,
Colacha

Inſulæ inter Siciliam & Numidiam Cercina: contra paruam Syrtem, Aethuſa, Lopaduſa, Melite, Iunonia, Tigle, Herculis templum, Glauconis, Gloſyra, Menynx: in Syrti magna, Pontia, Gea, Muſinus. Inter Sardiniam & Numidiam Colacha. Locis iam obitis breuiter hic delibanda Numidarum hiſtoria, ſed prius Carthaginis. Primum bellum Punicũ cœpit annis ab urbe CCCCXC. durauit XXIIII. prius in Sicilia occaſione lati à Romanis auxilij Mamertinis contra eos & Hieronem per Claudium Caudicem. Deinde per Leuinum Agrigento ſimul cum Hamnone expugnato. Mox etiam Panormo cum Amilchare per Atti. Calatinum: per Regulum uerò, qui primus claſſe in Africam transfretauit terra ſuperati, oppidis ferè CC. receptis.

Aegades inſulæ

Per Duilium ad extremum claſſe ſimul cum Himulcone apud Aegadas inſulas ſuperati, icto fœdere quieuere annis uiginti, in quo bello ſemel utrinque D. quinqueremibus & iterum paulominus concurſum. Quum præter fœdus Annibal Iberum ad oppugnandum Saguntum tranſiſſet, principium II. bello Pun. dedit, de quo in Annibale ſcribam. Fine tandem per Scipionem anno XIX. impoſito, annis L. in officio tributi permanſere. Deinde cum Carthaginienſes ut Maſiniſſæ cum quo de finibus erat contentio reſiſterent, exercitum & claſſem præter pacta cum Rom. ſtruere per X. legatos hoc ueſtigatum miſſos deprehenderentur: Cato ſumendum III. bellum delendamq; Carthaginem contra Naſicæ ſententiam ſuaſit. Quapropter anno ab urbe DCI. à Manlio Martioq; Coſs. obſidione preſsi, ut bellum auerterent in duces animauerterunt, armaq; tradiderunt: quum iuſsi excedere ac alibi habitare fuiſſent, animo reſumpto hoſtibus reſtitere, ſimul & Calp. Piſone Coſs. ſuperato ab Aemylio demum expugnati, ſex etiam diebus intra mœnia pugnauere. ferro flammaq; denique urbs abſumpta anno DCC. poſtquam condita fuit, quinto uerò poſt bellum cœptum.

Syphax

Numidiæ uerò regnum Syphax tenuit, qui Scipioni amicitiam Rom. per Lælium pollicitus, poſtea Carthag. adhæſit per Aſdrubalem qui ei filiam locauit. Victus itaque atque in triumphum à Scipione ductus Tyburti in cuſtodia deceſsit, eiuſq; regnum

Maſiniſſa

Maſiniſſæ Maſſylorum regi traditum. Hic enim auxilio Rom. fuit in Hiſpania, olimq; à Scipione amiciſsimo obiurgatus, quod Sophoniſbam captiuam Syphacis uxorem conſeruauerit atque amauerit: uir alioquin tanta corporis dote ut LXXXVI. annorum filios genuerit, teſte Liuio, tum Cicerone, ut ſine pulmento ueſceretur.

Sophonisba

Eius nati Micipſa Guluſſa & Manaſtabal fuere, quibus regnum commune dimiſſum, ut Scipionis Aemyliani, cuius adſpectu recreatus fuerat, arbitrio diuideretur.

Iugurtha

Micipſæ item filij Iempſal & Adherbal, à Iugurtha Maſiniſsæ fratris filio, qui in pari hæreditate relictus ab eo erat, regno ſpoliati contra etiam iuſſum Rom. fuere. Quamobrem quatuor ex ſucceſsione Imp. contra Iugurtham miſsi, Calp. Beſtia qui pacem cum eo iniuſſu Senatus fecit, deinde A. Poſtumius Albinus, qui infeliciter cum eo pugnauit: poſtea Metellus eo fuſo uniuerſam Numidiam in poteſtatem redegit: poſtremo per Marium ſuperatus, cum ad Bocchum eius ſocerum, qui prælium non probauerat, confugiſſet, ab eodem opera Syllæ quæſtoris traditus, in triumphum ductus in cuſtodia exceſsit. Quum olim Romam uenire fide publica iuſſus eſſet, ut fautores ſuos, quos corruperat, oſtenderet, & propter cædem admiſſam in regulum quendam Maſsiuam nomine cauſam capitis dicere iuberetur, clam profugit, ac cedens urbe dixiſſe fertur, O urbem uenalem & cito perituram ſi emptorem inuenerit. Liuius XXIIII.

CYRENAICA.

CYRENAICA regio ſubdita Ptolemæis erat, dicta Plinio Pentapolis à numero ciuitatum, quæ in ea continentur, Cyrene, Apollonia, Barce, Arſinoe, Berenice. Hic fons Solis Apollini ſacer adeo felix, ut poëtæ Græci finxerint ex eo cœlum ornatum: nocte enim calidus, interdiu frigidus erat.

Horti Heſperidum

Horti etiam Heſperidum paulum ab hac ora remoti Ptolemæo, nonnullis uerò in littore Heſperij maris, quarum aurea poma ſuperato dracone cuſtode tulit Hercules, cuius ſimulacrum in ædibus conſeruatorum hodie Romæ, mea ætate in ruinis aræ maximæ effoſſum, uiſitur. Præterea Ammonis oraculum hic Plinio ponitur.

Cyrene

Cyrenem ipſam dicunt à Batto conditam, quem Callimach. ait progenitorem ſuum fuiſſe, ex nomine Cyrenes Hiſſei filiæ, ut Pindaro placet. Poſt Dareum ſuperatum ab Alexandro hæc aliquandiu potens liberaq; fuit. Deinde ſub regibus, poſtremo ab Auguſto capta & in formam prouinciæ redacta ac cum Creta coniuncta. Dionyſ. poëta ἔυιππον uocat, quod à Pindaro mutuatus eſt, qui bonis ait eam equis abundare, ex Amycleis Laconibus originem habentibus. Herod. etiam fertilem uocat, ut octo continuos menſes fructus habentem. Ornata eſt Callimacho poëta & Syneſio oratore.

Barce, quæ & Ptolemais

Barce, quæ poſtea Ptolemais dicta eſt Straboni. Herod. eius originem à Batto repetit. Stephan. dicit ædificatam à Perſeo Zacinthi filio Ariſtomedonte nato, totamq; lateritijs conſtare ædificijs: prouerbiumq; de ijs ferri,

Barcæi
Arſinoe

Barcæos à Neptuno nutrire equos, à Pallade uerò regere currus didiciſſe. Arſinoe à nomine ſororis Ptolemæi Philadelphi: huius nominis plures à Stephano commemorantur.

Berenice prius Heſperis dicta

Berenice à coniuge alterius Ptolemæi prius Heſperis dicta Callimacho in epigrammatis. Has etiam plures Stephanus recenſet.

Lybia
Libyophœnices
Libyægyptii
Libya interior
Naſamones
Marmaridæ

Sub Cyrenaica Libya eſt, latiſsima gens diuerſiſq; immixta populis, quapropter Ptolemæo Libyophœnices & Libyægyptij ponuntur, & interior Libya ſub Aethiopibus Nigritis. Iuxta hos Naſamones populi & Garamantes, & paulo ſupra Marmaridæ ad Aegyptios pertinentes. Omnia ſanè armis Romanorum ſuperata per Cornelium Balbum, eius Cornelij Balbi fratris filium, qui Gadibus natus ciuitate Romana donatus eſt, ut Plinius: qui & Naſamonas etiam dicit antea Meſamonas à Græcis uocatos, ex argumento loci, medias inter arenas ſitos: habere præterea domos è ſilice conſtructas, ab hiſq; Troglodytas hyberni occaſus plagam iter dierum quatuor tenere, cum quibus commercium gemmæ quam carbunculũ uocant ex Aethiopibus aduectæ habetur. De Naſamonibus item Diony. ait domitos à Rom. ob trucidatum ab eis Lentulum ducem ad eos confugientem. Autor eius gentis Naſamon prognatus à quodam Garamante Amphithemide cognomento, ex quo & ijdem Garamantes dicti. Polyhiſtor uerò de his aliter. Mercurium uidelicet & Apollinem Acacallidi nymphæ concubuiſſe, & ex Mercurio Cydonem unde Cydonia urbs Cretæ, ex Apolline genitum Naſamonem.

Apoll

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Apollonius in IIII. rem omnem his uerſibus commemorat. Υἱωνὸς φοίβοιο λικωρείοιο Κάφαυρος Κέρης τ' ἀιδλίης Ακακαλλίδος, ἥν ποτε Μίνως Ες λιβύλω θυγατέρα σφετέρλω. ἡ δ' ἄγλαον υἱέα φοίβω Τίκτεν. ὃν Αμφίθεμιν Γαράμαντά τε κικλήσκουσιν. Αμφίθεμις δ' ἄρ ἔπειτ' ἐμίγη τριτωνίδι νύμφη, ἡ δ' ἄρ οἱ Νασάμωνα τέκε, κρατερόν τε Κάφαυρον, Ος τότε Κάνθον ἔπεφνεν.

Garamantes

Garamantes dicit Strabo Carchedonijs lapillis abundare, equis magnopere ſtudere: habitant in locis ſylueſtribus, congreſſum hominum uitantes. ab armis abſtinent & bello. Certa matrimonia non habent, paſſim coeuntes. Eos domuit primus Romanorum C. Turmius, qui Garamantici cognomento ob modeſtiam abſtinuit, ut Florus ait.

Asbeſtæ

Ammonis oraculum

Aſbeſtæ Libyæ populi, ubi Ammonis oraculum, de quo ſuprà in Dodonæo Epiri diximus, duas columbas ex Aegypto uolitantes totidem conſtituiſſe oracula: in hoc Iupiter in Arietis forma colebatur. Alexander Macedo, ut refert Calliſtratus, imitatus Herculem & Perſeum hoc expertus eſt coruis ducibus: ubi uocatus à templi ſacerdote παῖ διὸς, id eſt, fili Iouis, pro παιδίον, id eſt, fili barbarice: quod omen accipiens Alexand. ex illo in opinione fuit ſe ex Ioue eſſe natum. Huc & Cambiſes cum toto exercitu proficiſcens extinctus eſt.

Solis fons

Apud hos Solis fons, ut tradit Herod. qui frigoris & caloris momenta ſingulis noctibus & diebus capit. Solis etiam fontis meminit Plinius: ſed & alium quoque dicit in eadem regione fontem à medio die ad mediam noctem aquis feruentibus, totidem horis ad medium diem rigentibus.

Blemmyes

Blemmyes etiam Libyæ, quibus traditur caput monſtroſum, oculosq; pectori adfixos eſſe.

Satyri

Aegipanes

Himatopodes

Satyri quibus præter figuram nihil ſit moris humani. Aegipanes quoque quales uulgò pinguntur forma. Himantopodes, Cortipedes traduntur. De quibus omnibus autor Plinius.

Pſylli

Pſylli innoxij à ſerpentibus degunt, pueros ſuos an degenerent eis admotis probant. Sinui proximo nomen dedere, de quo Hecatæus in Libyæ deſcriptione. Steph. eſt autor Pſyllicum ſinum ingentem atque profundum trium dierum nauigatione abſolui.

AEGYPTVS.

Delta ſeu Aegyptus inferior

AEGYPTVS Africæ uerſus orientem tenet extrema, in duas diuiſa partes, Delta ex forma literæ, quæ Ptolemæo itẽq; Plinio Aegyptus inferior etiam uocatur.

Thebais

Altera quæ ſecundum Nilũ Aethiopiæ contermina, meridiem uerſus uſq; ad Syenem procedit, Thebais appellata.

Heptapolis

Dicta autem uniuerſa prius Aeria. Steph. uocata quaſi ἠερόεσσα, quod fuſco & caliginoſo ſit aëre, & Heptapolis à ſeptem primis urbibus. Quatuor uidelicet Thebaidos quæ ſunt, Panopolis, Antinous, Lycopolis, Hermopolis: tribus uerò quæ ſunt Arcadiæ, Heraclea, Oxyrinchus, Memphis. Arcadia enim regio eſt, ab Arcadio dicta Imperatore, antea Heptanomus à ſeptẽ Nomis, id eſt, præfecturis: hæc Steph. De Aegypti antiquitate ac diſciplina ſacerdotum (quos prophetas uocant) innumerabilia penè ab autoribus commemorantur. Huc Dædalus, Melampus, Pythagoras, Homerus, Solon, Muſæus, Plato, Democritus, Apollonius Tyaneus, compluresq; alij eruditionis cauſa profecti, dogmata in ſuam quiſq; patriam retulere. Primi ſiquidem omnium Aegyptij immortalem eſſe animam, ut eſt autor Diodorus, dixere, eamq; de corpore in corpus uagari. Hinc campos elyſios & impiorum pœnas, & obolos Charontis porthmeos, & Eleuſinia ac Dionyſij ſacra, & labyrinthi Dædalei imitationem fluxiſſe, idem teſtatur: Geometriam quoque primos inueniſſe ob dimenſionis exuberantis Nili obſeruationem, ſicuti & Arithmeticen Phœnices. Primos etiam recutita gerere præputia cœpiſſe, unde poſtea Phœnicibus uicinisq; multis mos traditus. Illis etiam duplex ſcribendi genus: unum quod uulgò diſcunt: alterum quod ſacras literas appellant, ſoli ſacerdotes attingunt à parentibus per manus traditas, quas ab Aethiopibus primum accepere. Non enim literarum compoſitione aut à literis uerba exprimuntur, ſed animalium aut aliarum rerum imaginibus: ſcribunt enim Accipitrem, quæ rem ſacram denotet, Crocodilum ut malum, oculum ut iuſtitiam, manum dextram paſſam ut liberalitatem, compreſſam ut auaritiam, & ijs ſimilia. Deniq; à dextro ad ſiniſtrum ſcribunt latus, dicuntq; ſe hoc fermè modo rectè ſcribere: Græcos uerò contra. In hanc ferè ſententiam Diodorus. Ex quo deprehendimus magnam ijs moris Iudæorum fuiſſe partem, & prophetarum nominibus, & præputij & modi ſcribendi inſtitutis. Potius tamen exiſtimandum hæc Aegyptios ab eis mutuatos fuiſſe, dum ſimul quandoque uiuerent. De animalium autem cæterisq; notis exemplaria manifeſto nunc Romæ, in quibuſdam adhuc obeliſcis ab Aegypto aduectis uidemus. Regio tota in præfecturas diuiſa eſt. Dotes eius, ſoli fertilitas, meſsium copia, faba, lens, papyrus. Morus quoque quæ Sycomorum fructum ſpecie ficui guſtu malo ſimilem facit. De piſcibus ibi deq; cæteris monſtris in libro De animalibus dixi. De Nilo deq; regibus Aegypti poſtea. Nunc loca ipſa percurram.

Alexandrea

In ora primum pollet Alexandrea, cuius ſitum ad chlamydis figuram metatus eſt Dinocrates architectus, quam ut ſcribit Arrianus de Geſtis Alexandri cum farina primum ob albæ terræ penuriam humi deliniaſſet, ea à uolucribus depaſta omen dedit, ciuitatem eam horreum quandoq; uicinis circa regionibus futuram.

Muſæum

In ea Muſæum reges Ptolemæi conſtituerunt habens ambulationem & exædram, & maximam domum in qua cœnaculum erat eorum, qui Muſæi participes erant, hominum circa diſciplinas uerſantium. Hic cœtus communes habebat facultates & ſacerdotem, qui Muſæo præerat: à Cæſaribus deinde res aucta. Autores Strabo & Philoſtratus. In eo quoq; ſcribit Spartianus Hadrianum principem cum Sophiſtis quandoque diſſeruiſſe.

Atheneum

Erat item Romæ Atheneum ad huius æmulationem à Claudio principe inſtitutum, teſte Tranquillo. ubi hiſtoriæ ab eo editæ quotannis recitarentur, quò & Hadrianus ipſe etiam quandoq; conuenit audiendorum poëtarum & oratorum gratia.

Bibliotheca

Alexandriæ inſuper nobilis illa bibliotheca à Philadelpho inſtituta fuit, quæ per obſidionem poſtea Cæſaris flagrauit.

Pharus

Iuxta in portu Pharus erat inſula & turris Soſtrati Gnidij Architecti opus, ut eius loci indicat inſcriptio Græca, quod Alexandrum fuiſſe paſſum miratur Plinius. Hæc ſpecula nauigantibus præſidium erat. Cæteri quoq; huius exẽplo huic ſimiles Phari appellati ἀπὸ τοῦ φαίνειν, & ex manifeſtatione etymo ſumpto. præter hanc Steph. Alexandrias numerat XXII. Hanc ego cum doctiſsimorum hominum literarumq; omnium, tum martyrum multo magis parentem domiciliumq; appellauerim, ubi teſte Euſebio uno menſe Diocletianus XVII. Chriſtianorum milia trucidauit. Decorata præterea Marco præſule totq; laudatis ſucceſſoribus, tum cathedram regente Origene.

Idothea mons

Idothea, cuius meminit Dionyſius poëta, mons eſt & ſpecula altiſsima Pharo oppoſita: quam ſepulcrum dicunt eſſe Oſyridis & Idotheæ filiæ Protei.

Proteus

Proteus enim (ut dicit Herod.) è Thracia Pellena à filijs, qui hoſpites interficiebant, diſcedens, una cum Idothea filia in Aegyptum uenit, ex quo ut Deus colebatur, de quo in Odyſſea dicitur. A Pharo autem ſtad. XXX. Nicopolis oppidum Straboni: uictoriæ Auguſti de Antonio & Cleopatra monumentum.

Paretonium

Paretonium ciuitas & portus XL. ferè ſtadiorum. Mareotis lacus & urbs.

Canopus

Deinde Canopus CXX. ſtadijs ab Alexandria diſtans, quem Menelaus eò cum Helena aduectus in honorem Canopi ſui gubernatoris ibi extincti ædificauit. In quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Serapidis templum, qui idem cum Oſyride & api eſt, uiſe-
batur. Huc ex Alexandria ad oraculum uentitabant per foſ-
ſam arte deductam, die noctuq; nauiculis plenam, & utro-
que ſexu impudice canente ac ſaltante, præſertim ijs qui iu-
xta foſſam diuerſoria haberent. Dicitur & Canobus, quæ
etiam ſtella eſt Canobitis apparens, Græcis nuſquam uiſa.
Heraclium — Heraclium ſeu Heracleopolis ubi templum Herculis: Al-
tera apud Peluſium. Tertia item in Aegypto, unde fuit
Oſtia Nili. — Theophanes phyſicus. Oſtium hic primum Canobicum pa-
tet in dextera parte Libyam attingente, poſt hoc Bolbiticum
Sebenniticum, Phatniticum, Mendeſium, Taniticum, po-
ſtremo Peleuſiacum in ſiniſtra parte Arabiæ contermina, ab
oppidis omnia cognominata. A Canobitico autem ad Pelu-
Sais — ſiacum ſpatij CLXX. paſſuum milia Plinio. Inter hæc Saiti-
Saitica præfectura — ca præfectura eſt, & Sais Metropolis ubi Mineruæ tem-
plum, & Pſamnitici regis ſepulcrum Straboni. Hic plures
Pſamnitici ſepulcrum — hippopotamos eſſe Plinius ſcribit. Nicander quoque ἣ ἵπ-
πων τὸν νεῖλυ ὑπὲρ σαίραν θάλασσαν βόσκει. Naucra-
Naucratis — tis & fluuius & urbs item Saiticæ, Mileſiorum colonia. Se-
Sebenitica — benitica præfectura, in qua Hermopolis ſeu Mercurij ci-
Hermopolis Mendes — uitas & Mendes, ubi Pan colitur & hircus (ut ait Pind.)
Leontopolis — Hic coeunt hirci cum mulieribus. Leontopolis ubi leo ado-
Buſiris — ratur. In Buſiritica præfectura Buſiris Cynopolis, ubi ca-
Cynopolis — nis ſpecie Mercurius colitur. Memphis Aegypti quondam
Memphis — regia, ubi & regum pyramides, & nobile templum Vul-
Peluſium — cani cum eius ſacerdotibus. Peluſium à militibus Pelei re-
gis conditum, uel ἀπὸ τῦ πηλῦ, quod locus paludibus ſit
obnoxius, Stephano. Hoc in ſacris uoluminibus à prophe-
tis Belbeis appellatur. hodie uerò Damiata à noſtris quan-
Bubaſtus — doque recepta, deinde una cum Hieroſolyma amiſſa. Bu-
Heroopolis — baſtus Heroum ciuitas Straboni Ptolemæoq; uocata: Ste-
Aemon — phano autem Heroopolis quod idem eſt, & Aemon à ſan-
guine Typhonis fulminati. Hanc Ioſephus ait olim Ioſeph
patri Iacob aduenienti conceſſiſſe, quam ſacra uolumina
Elana — Hieſſen appellant. Sinum facit, ut ait Plinius, Heroopoli-
Heliopolis — tanum. Prope item eſt alter ſinus Elaniticus ab Elana ciui-
tate, ambo in Arabico, ſicut Heliopolis ubi Solis templum,
& Meuim bouem in ſepto quodam nutriunt, ſicuti Mem-
Babylon — phitæ Iſidem uaccam. Hic & obeliſci nobiles & ſacerdotes
ſapientiæ profeſſores. Babylon caſtellum, ut ait Strabo, na-
tura munitum à Babylonijs huc commigrantibus conditum:
una hic è tribus erat legionibus, ut idem ait, quæ Aegy-
ptum cuſtodiebant. Ptolemæus hanc quoque Babyloniam
uocat, hodie uerò Cairum appellant Sultanorum regiam,
quæ non caſtellum, ſed urbs maxima eſt plures complexa
populos, ut frequentes inde Chriſtiani redeuntes indicant.
Acanthus — Acanthus urbs. Miris lacus Miridis regis opus. In Arſi-
Miris — noitica præfectura Arſinoe, ubi Crocodilus domeſticus quem
Heracleop. — Sulchum uocant alitur atque adoratur, apud Heracleopo-
Oxyringus — lim Ichneumon, apud Oxyringum item Oxyringus piſcis,
Lycopolis Panopolis — apud Lycopolim lupus. Panopolis ubi linum exercetur.
Ptolemais — Ptolemais maxima Thebaicæ urbs. Arſinoe & Berenice
Berenice — Ptolemæorum ædificia ex fœminis. Abydus Memnonis
Abydus Tentyra — regia. Tentyra ubi crocodilum reſpuunt, atque peruesti-
Coptum — gatum conficiunt. Coptum contra crocodilo ſtudet. The-
Thebe — bais regio & Thebe urbs maxima prius regibus habitata,
eadem & Dioſpolis uocata, ſed & aliæ quinque Dioſpoles,
ut ait Stephanus, etiam dictæ: uocata & Hecatonpylos Ho-
mero, destructa quondam ab Cambiſe. Cato eſt autor hanc
Mœris inſula — uicos habuiſſe ad tria millia, portas centum. Crocodilorum
urbem in Mœride Nili inſula rex quidam Aegyptius ædi-
ficauit, qui quum equo inſidens forte in Mœridem palu-
dem caderet, à crocodilo adiutus atque à periculo liberatus
Taricheæ urbes. — fuerat. Taricheæ urbes plures, Mendeſiæ, Saiticæ, Cano-
bicæ, à cetarijs dictæ. Tarichea uerò neutri & plurali,

urbs Indiæ Ioſepho. Menelaus urbs. Syene ubi puteus — Syene
in profunda ualle centum ſtad. hinc ſolſtitium ſupra uer-
ticem uidetur, quod hæc loca tropico cancri ſint ſubiecta.
Elephantia inſula terminusq; Aegypti & Aethiopiæ iuxta — Elephantia
Catractas Nili: id eſt, locus ubi è plano aqua ſaxoq; alto
in præceps cum impetu ruit. De Nilo autem ipſo Eu- — De Nilo
dorus & Arrius peripatetici Auguſti temporibus ſcripſe-
re, nomen à Nileo rege ſumpſit, quum antea Aegyptus
& ipſe quoque uocaretur, ut ſcribit Diodorus qui in eo
DCC. inſulas ponit. Plinius ſcribit Iubam regem ortum
eius primum deprehendiſſe ex paludibus montium inferio-
ris Mauritaniæ non procul ab Oceano. Primo ex occiden-
te in orientem labitur, deinde in ſeptentrionem conuerſus
ſeptem oſtijs in mare mediterraneum exit, quæ ſuprà
commemoraui. Creſcit in ortu caniculæ XL. diebus, to-
tidemq; remeat. Euſtath. autem Syrim ab Aethiopibus uo-
cari dicit, quòd per Syrium ſtellam creſcat. Nili ſimula-
crum exprimi figura humana teſtatur Aelianus, quod nos
uidimus Romæ. Mox de regibus ſermo. Primos in Ae- — Reges Aegy.
gypto (ut ait Diodorus) dicunt deos & heroas regnaſſe
paulominus XVIII. millibus. Homines uerò paulominus
XV. millibus uſque ad CXX. Olym. ultimumq; Ptole-
mæum nomine Dionyſium. Fuere autem magna ex parte
indigenæ, nam Aethiopes quatuor diuerſis temporibus an-
nis XXXVI. in ea regnauerunt. Poſtmodum Perſæ duce
Cambiſe annis CXXXVI. quorum in deos patrios im-
pietatem Aegyptij damnantes, ab eis deſciuerunt: poſtre-
mo Macedones & qui ab eis manarunt annis CCLXX.
Igitur inter deos eorum Apim connumerant, quem & Se- — Apis
rapim & Oſyrim uocant è Græcia profectum, & Iſidem — Iſis
coniugem ob beneficium monſtratæ agriculturæ, alterum
tauri, alteram uaccæ ſpecie. Solem item & Lunam, ut ait
Plutarchus putantes. Inter homines Menas primus regna- — Menas
uit uir ſanè magnificus, qui in cultum ſplendidiorem Aegy-
ptum reſtituit. Deinde Gnefactus Vacchoridis ſapientis pa- — Gnefactus Vacchoris
ter. Is in Arabiam cum exercitu ingreſſus infauſtum habuit
euentum à ſuis deſertus. In reliquum uitæ tempus delicias da-
mnauit, humi cubitans, paruoq; contentus: hanc quoq; diſcipli-
nam in eorũ libris ſcribi iuſſit, ac in templo Iouis Thebis col-
locari. Ex huius deinde ſtirpe homines LII. regno potiti, an-
nis M. XL. nihil ſanè memorabile reliquerunt. Deinde Bu- — Buſiris
ſiris, à quo poſteri VIII. regnauerunt, quorum ultimus item
Buſiris urbem magnam Theben condidit, in qua ſepulcra re- — Thebe
gum CLX. fuere, inter quæ Simandi regis tumulus ſtad. X. — Simandus
in cuius ingreſſu periſtylium erat, cuius latera ſingula, iugera
quatuor complectebantur cum admirandis ſtatuis. Ogdous — Ogdous
poſt hunc qui Memphim condidit à filia cognominatam, quæ — Memphis
à Nilo in forma tauri compreſſa peperit Aegyptum, qui no- — Aegyptus
men regioni dedit. Huius Danaus frater fuit, qui in Græciam — Danaus
uenit. alij uerò Beli ex Epapho ac Iſide geniti hos eſſe filios di
cunt, de quibus eorumq; prole in poëtica poſtea narrabitur.
Poſt Aegyptum prole XII. res ad Mirim peruenit, qui la- — Miris
cum Miridem ſupra ſtad. XIIII. fecit, cui prole ſeptima
Seſoſtris ſucceſſit omnium ſuperiorum, non ſolum Aegyptio- — Seſoſtris
rum, ſed aliorum maximus. Is enim ea loca uerſus Indos
& Aethiopas ac Scythas penetrauit, quæ nunquam Alexan-
der: poſtremo conuerſus in occaſum in Thracia finem con-
ſtituit, indeq; redijt ad propria. Lucanus: Venit ad occa-
ſum mundiq; extrema Seſoſtris. Et Pharios currus regum
ceruicibus egit. Apud populos qui fortiſſime reſtitiſſent
trophea cum coleis erigebat, quos autem minime reſiſtentes
uiciſſet, muliebri genitali conſtituto notabat, horum quidem
ignauiam, illorum uerò fortitudinem ſignificando. Eius item
trophæa apud Aethiopas ante ædem Vulcani ſacerdos à Da-
reo non paſſus eſt auelli, dictitans eum non æquè res geſ-
ſiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Seſoſtris filius

ſiſſe atque Seſoſtrim, quod & Dareus dicitur conceßiſſe. Sed & domi non minor operum magnificentia fuit, in quibus omnibus inſcripſit ſe nullo Aegyptiorũ incommodo ea feciſſe. Demum captus oculis ſibi mortem conſciuit, relicto eiuſdem nominis filio, quem Herod. Pheronem uocat. Is nulli famæ aut uirtuti paternæ, ſed tantum cæcitati ſucceßit: cui curæ quum matronam caſtam ex reſponſo adhibendam eſſe intelligeret, nullam in tota Aegypto reperit, à propria uxore incipiendo, præter coniugem pauperis olitoris, quam in matrimonium accepit, cæteras omnis igni damnauit. Hunc ſecutus eſt Amaſis homo uiolentus & crudelis, quapropter ab Actiſana Aethiope cum exercitu ueniente captus cum toto eſt regno, deficientibus ab eo Aegyptijs. Hic igitur Actiſana alienigena aliquot annis dominatus, ſontes tantum naribus inciſis plectebat, relegabatq́; in ciuitatem ab ſe ædificatam, quam de narium nomine Rhinocoruram uocauit.

Amaſis

Actiſana

Miris Labyrinthus

Poſt hunc Miris uir Aegyptius rem tenuit, nonnullis Maro appellatus. Hic labyrinthum pro ſepulcro ſibi condidit, ad cuius inſtar Dædalus, qui in Aegypto fuit, alium in Creta ædificauit. Huic poſt quintum genus Ceres ſucceßit quem Græci Proteum uocant, qui in uarias formas ſe transferre ſolitus dicitur, eius ingenij uarietatem ſignificando. Proteo ſeptem ſucceſſerunt ex ordine ſine memoria reges ob ignauiam, præterquam Nileus qui flumini nomen dedit: nam prius Aegyptus uocabatur. Deinde Chemis, poſt eius frater Cephus, deinde Mycerinus, Bocchorus, Sabacus Aethiops qui damnatos non interficiendo, ſed uinctos compedibus, operibus delegando plectebat. Res poſtea ad x i i. duces redacta annis x v. è quibus unus Pſamniticus Sates regnum ſumpſit uir potentißimus, qui primus cum Græcis inijt fœdus, filiosq́; Græcis literis erudijt. Aegyptus prius ob paludes inadceſſa, ut omnium rerum importatione exportationeq́; frequentaretur, effecit. Rhodopen ſcortum Aegyptium ob pulchritudinem matrimonio ſibi iunxit. Aprieus deinde quarta progenie regnauit annis x x i i. qui Cyrenenſibus bellum intulit per Amaſim uirum Aegyptium fortißimum ducem, qui cum inimicis conſpirans eorum auxilio rex factus expulſo Aprieo regnauit annis l v. Hic omnium felicißimus fuit, rem in pace & honore tenuit, mores reſtituit, magiſtratibus per ſuam ditionem mandauit, ut quotannis à quocunque rationem uiuendi exquirerent: ut ſi malis artibus degeret, eum puniret: ſi bonis, muneraret. quam legem poſtea Solon ab eis mutuatus Athenienſibus tulit. Negotio ab aurora uſque in finem tempus tradebat, deinde cibo atque iocis inter conuiuas ſcurram agens atq; morionem: mirantibusq́; amicis arcus exemplum propoſuit, qui ſi uiolentius ducitur, facilè rumpitur: quod etiam Antonium ſuis monachis enarraſſe ferunt. Græcorum & ipſe amantißimus fuit, eisq́; Naucratem urbem ad incolendum dedit. Coloſſum Vulcani eius templo dicauit. Interim Cambiſes aduerſus eum mouit, quo tempore Amaſis decedens, metu ne inimicus cadauere potiretur, mandauit in ore ſepulcri apud Memphim ſeruum condi, qui pro domino ab inſcijs caperetur, quod tandem euitare non ualuit. Nam iuſſu Cambiſis reuulſus & ſtilis ob contumeliam confoſſus eſt. ex quo Lucanus ait: Non mihi pyramidum tumulis auulſus Amaſis. Corpus enim ſale conditum more Aegyptiorum fuerat: demum ob probrum igne tunc crematum, contra legem eorum, qui ignem animal putant, nec fas ducunt ſe animalibus tradi. Perſæ uerò nec ipſi cremant quod Deum exiſtiment, nec decere dicunt deos corporibus ueſci. Pſamniticum uerò Amaſis filium Cambiſes in honore habebat (Nam Perſæ regum filios regno eiectos reſtituere fas putant) uerum cum ipſe minime fidelem comperiſſet, interfecit. Aegyptiorum mos eſt modicis dum uiuunt ædibus habitare, poſt mortem tantum magnifica curant ſepulcra, ubi ſe dicunt perpetuo futuros: præterea detecto adſueſcunt capite. Perſæ uerò cum pileo & tiara: quapropter debiliores longe ſunt capite, illi uerò firmiores. Et hæc quidem de Aegyptijs regibus ex Diodoro & Herodoto.

Proteus

Nileus

Chemis

Cephus

Bocchorus

Sabacus

Duces x i i.

Pſamniticus

Rhodope

Aprieus

Amaſis

Ptolemæi reges.

Ptole. Lagi.

Deinceps Ptolemæos igitur perſequar, quos Strabo libro x v i i i. citra geſta commemorat, dicitq́; tres primos tantum laudatos. Ptolemæus Lagi filius primus ex Alexandri ducibus Aegyptum, Cyprum, & Phœniciam obtinuit, ut autor Trogus libro x v. Pauſanias ait, Perdiccam cum Aridæo Philippi filio expugnauit, Seleucum ab Antigono deiectum ſuſcepit, parabatq́; quomodo ipſum Antigonum oppugnaret, Lyſimacho in ſocietatem adſcito: quod ubi Antigonus nouit, dum ille in bello contra Cyrenaicos rebelles occupatur, Syriam Phœniciamq́; cepit, filioq́; Demetrio regendas dedit: quem ubi à Ptolemæo profligatum accepit, contra eum profectus eſt minime ſuſtinentem ac ſe in Aegyptum recipientem. Antigonus demum ſpe fruſtratus Aegypti, cum iam Cyprum & Demetrium euertiſſet, contra Eumenem feſſus belli longitudine deceßit: quo extincto Ptolemæus Cyprum Syriamq́; iterum recepit. Iudæos cum ipſis Hieroſolymis die ſabbati uacantes cepit, captiuosq́; ad multa millia duxit: ex quo ille Hieroſolymis poſtea conuentus Iudæorum ex omni natione, apud actus apoſtolorum. Vxorem habuit Eurydicem Antipatri filiam, deinde Berenicen Philippi notham, ex qua maxime dilecta Philadelphum, Arſinoen, & Lyſandram genuit. Deceßit in rerum geſtarum gloria, cum paulò antè regni ſeſe abdicans adminiſtratione, regem filium conſtituiſſet Philadelphum.

Antigonus

Pto. Philadelphus

Is igitur Seleucum in primis, quod Arſinoes ſororis ſuæ uirum Lyſimachum interfecerit, in bello ſuperatum occidit, ſororemq́; eandem matrimonio ſibi iunxit, ut autor eſt Pauſanias: qua paulò pòſt in exilium pulſa necatisq́; priuignis Macedoniæ regnum inuaſit: eodemq́; teſte autore fratrem Argeum ei inſidias parantem interfecit, alteriq́; fratri Magæ, qui Cyrenis imperabat & ad Antiochum ſocerum confugerat, bellum intulit: unde per antiphraſim Philadelphus appellatus. Pharum apud Alexandriam excitauit, Iudæos liberos eſſe iußit. Eleazaro ſacerdoti mandauit, ut ſacros libros in Græcum ſermonem uerſos traderet, quos bibliothecæ dedicaret, quam nobilißimam d c c. circiter millium uoluminum Alexandriæ conſtituerat: quæ poſtea perijt dum Alexandria à Cæſare diripitur, non ſponte ſed forte ab auxiliarijs incenſa. poſtremo podagra uexatus ac ualetudinarius otio ſe magis quàm bello tradidit, artes fouendo liberales, adcerſitis undecunque ingenijs. regnauit annis x x x v i i i. relictis Euergete & Berenice liberis ex Arſinoe non quidem ſorore, ſed altera Lyſimachi filia.

Ptol. Euergetes, ſeu Ceraunus

Euergetes igitur Seleucum Callinicum multis adfectum incommodis & Syriæ parte & Aegypti imperio omni priuauit, ultus iniurias ſororis Berenices, quæ à patre olim eius uiro abdicata fuerat. Recuperata Aegypto deos omnis quos olim Cambiſes rapuit, referre curauit, ut Trogus libro x x v i i. teſtatur, pro quibus meritis ab Aegyptijs Euergetes eſt dictus. Ipſam uerò Berenicen ſororem adamatam in matrimonium duxit: pro qua Callimachus elegiam edidit, ut autor etiam Solinus. Pauſanias hunc dicit ob audaciam in bellis cognominatum fuiſſe Ceraunum, quaſi fulmineum, imperaſſeq́; Macedoniæ, ac poſtremo cum Gallis Senonibus qui Macedoniam inuaſerant congreſſum in pugna clade maxima ſuperatum fuiſſe. Regnauit annis x x v. Philopatore filio ſuperſtite.

Philopator

Is itaque ex facinore patre fratreq́; cum amicis omnibus interfectis id cognomentum, ut ait Trogus, eſt adſecutus uti regnum tutius iniret: ratus domi foris etiam omnia fida: Antigono & Seleuco uita functis: receptis in regnum Antiocho & Philippo pueris. Quare luxuriæ ſe totum tradens nulla

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

nulla inter ſuos autoritate eſſe cœperat: uitæ inſidiantes plu-
rimos habuit, inter quos Cleomenem Lacedæmonium qui
ad eius patrem profugus confugerat. Iudæam diu ab eius fa-
milia poſſeſſam amiſit, ac omnia flagitioſe egit. regnauit an-
Epiphanes nis XVI. Epiphanes eius filius cum Antiocho Illuſtri bellum
Cleopatra geßit, à quo tandem conciliato ſororem ipſius Cleopatram
in matrimonium ac Iudæam in dotem accepit. Nam ſub hoc
& ſequente Macchabæorum geſta fuere: regnauit annis
XXV. liberis Philometore & Cleopatra relictis. Philome-
tor igitur prælatus à populo regnauit una cum matre Cleo-
patra annis XXXV. quam poſtea interficiendo cognomen-
tum & ipſe per antiphraſim accepit, flagitioſeq; præter
ſpem omnium uixit. Nam in ipſo regni exordio puer adhuc
bellum Antiochi Illuſtris æmuli ſui ſuſtinuit: liberatus dein-
de à populo Romano Cleopatram filiam pactam prius Ale-
xandro Syriæ regi, Demetrio inimico locauit, unde ortum
bellum: in quo Ptol. oblato ei Alexandri capite ab Arabium
rege ob gaudium expirauit, autor Trogus. Huic etiam Ari-
ſtobolus Iudæus Philoſophus peripateticus commentarios in
Euergetes ſecundus Moſen dicauit. Cui Euergetes ſecundus filius, ſiue ut qui-
buſdam placet frater ſucceßit, qui ob crudelitatem pulſus,
Romam uenit à ſenatu auxilium petitum. de quo Val. de hu-
manitate ſic ſcribit: Rex Ptolemæus à minore fratre ſpo-
liatus regno petendi auxilij gratia Romam clàm ſqualore
obſitus uenerat, ac in hoſpitium pictoris Alexandrini diuer-
terat: ſenatusq; ſeſe excuſauit quod uti mos erat, Quæſto-
rem obuiam non miſiſſet aduentu clandeſtino, Quæſtoriq;
negotium dedit, uti quotidie muneribus & alijs officijs eum
honoraret. Liuius item in epitome: Ptolem. inquit, Euer-
getes ob nimiam crudelitatem ſuis inuiſus, incenſaq; propter-
ea à populo regia, clàm in Cyprum profugit: & cum ſo-
rori Cleopatræ, quam eius uirgine filia compreſſa in matri-
monium ductam repudiauerat, ob regnum à populo datum
eſſet infeſtus, filium quem ex ea ſuſceperat in Cypro occi-
dit, caput eius manus ac pedes matri miſit. Val. autem de
luxuria, etiam ciſta coopertum pro munere natalicio mißi-
taſſe dicit. Strabo libro XVII. ſiue hunc dicat, ſiue ſucceſ-
Phiſco ſorem eius, ait Phiſconem fuiſſe cognominatum, tanta alio-
quin crudelitate, ut multitudinem quandoque ad ſpectacula
congregatam, orta ſubito ſeditione incautam ſuis militibus
trucidandam obiecerit. Quo etiam regnante ferunt Poly-
bium hiſtoricum Alexandriam ueniſſe, deteſtatum mores
ipſius uerſum Homericum pronunciaſſe, Durum iter & lon-
gum Aegypti perducit ad oras. dicuntq; hoc ferè tempore
Ciceronem & Pomp: natos fuiſſe. hæc ille: Hic pop. Rom.
regni Cyrenaici hæredem reliquit, cui ſucceßit Ptolemæus
Auletes Auletes, nonnullis Alexand. cognominatus. De quo Strabo
in eodem libro. Auletes, ait, ideo uocatus, quod præter alia
flagitia choraulam etiam exercuerit: nec uerebatur tibicinum
certamina in regia celebrare, ad quæ ipſe cum nonnullis con-
certaturus prodibat. Eum non diu paßi Alexandrini eiecere,
& è tribus liberis Cleopatram natu maiorem ut legitimam
reliquis eiectis maribus regno præpoſuerunt. Auletes Ro-
mam uenit, quem apud Pompeium diuertentem ſenatus ſup-
plicem excepit. de cuius reductione cœpit agere, deq; nece le-
gatorum qui ſupra centum contra regem uenerant, quo-
rum princeps fuerat Dion. Itaque à Gabinio reductus Cleo-
patram filiam & Archelaum Archelai Cappadociæ regis fi-
lium quem matrimonio illa ſibi iunxerat interfecit, ſed non
multo poſt morbo abſumptus eſt, relictis duobus filijs toti-
demq; fœminis, quarum grandior erat Cleopatra. Alexan-
drini itaque & puerum natu grandiorem & ipſam Cleopa-
Dionyſius tram expulere. hæc ille. Ptolemæus igitur is Dionyſius co-
gnominatus, puer admodum cum Cleopatra ſorore ab Au-
lete patre in tutelam popul. Roman. dimiſſus eſt: ad quem,
aut ait Val. de fide, Senatus M. Aemilium Lepidum Pont.
Max. tutorem fide probatißimum miſit. Hic poſtea Pom-
peium hoſpitem paternum ad eum confugientem per prodi-
tionem interfici iußit, autore Achilla. Cleopatram denique Cleopatra
ſororem eiecit, quam deinde Cæſar poſt Pharſalicam pu-
gnam in Aegyptum ueniens reſtituit, interfecto Ptolemæo.
ex eaq; adamata Cæſarionem ſuſcepit. Hanc etiam poſt Cæ-
ſaris mortem Antonius Aſiam petens matrimonio ſibi repu-
diata Octauia iunxit, demumq; ab Auguſto ſuperatam ma-
millis aſpidibus ſibi admotis extinctam legimus.

AETHIOPIA.

AETHIOPIA ab Aethiope Vulcani filio
poſt Atlantia dicta Plinio. Res Aethiopicas
literis mandauere, Daulion, Ariſtocleon,
Bion, Simonides etiam minor quinquennio
in inſula Meroes moratus, omnium uerò
nouißimus Helidorus præſul Trecen. VIII. libris, quos ad- Heliodorus
huc incolumes habemus Græco ſermone ſcriptos. Eorum
natio per meridiem ex occidente in orientem longe lateq;
uarijs adſumptis cognominibus diffunditur. Quare Homer.
in primo Iliadis, bipertitos Aethiopas eſſe dixit ad orientem
& occaſum. ἀιθίοπες τ' οἱ δίχθα δεδάιαται ἔσχατοι ἀν-
δρῶν. Nam & Aethiopes ſub Aegypto ſunt & Leucoæ-
thiopes, & Erembi, & Nigritæ, & Atacæ, & Heſperij,
& Macrobij, & Brachobij, & Automolæ. Aethiopes om-
nes: de quibus antequam dicam pauca de uita & inſtitutis
eorum è diuerſis autoribus in uniuerſum adducam: Magna
ex parte paſtoralem & inopem uitam ducunt, cum propter
ſoli tenuitatem, ac cœli intemperiem, tum quod longe ſepo-
ſiti ſint. Contra Aegypti uiciniores mitius degunt ac ciui-
lius, & loci felicitate & hominum ſapientia: uiuunt præ-
terea milio & ordeo, è quibus etiam potum conficiunt,
nonnulli herba & loto & calami radice lacteq; & caſeo. Ca-
nes ac greges puſillos habent: Reges ſicuti deos colunt, Ma-
gnam temporis partem clauſi domi ſedent. Domus eorum
palmaceis ſegmentis ſunt contextæ. Salem foßilem habent
uti Arabes. Abundant Perſico, Hebeno, Siliquaſtro: uenan-
tur Elephantos, Leones, Pardales. Hæc ferè Strab. Diodo-
rus uerò in hanc ſententiam. Aethiopes antiquißimos homi-
num ſe eſſe gloriantur. Argumento quod indigenæ ſemperq;
liberi fuerunt. Nec eos unquam Cambiſes, Semiramis, Her-
cules, aut Dionyſ. expugnare potuerunt. Adfirmant Aegy-
ptios eorum eſſe coloniam, ab Oſiride deductam. Nam plu-
ra ad eos ex Aethiopum diſciplina ſunt profecta, & uſus
ſtatuarum magnarum, & literarum characteres quæ ani-
malibus conſtant. Hæc ille. Colorati ſicut Indi ſunt, licet magis
alijs alij. Atram quoque genituram corpori concolorem emit-
tunt, ut tradit Herodotus, quod Ariſtot. in libris de anima-
libus manifeſto refellit, homines alioquin imbelles ac fugaces.
Eos una cum Candace regina perdomuit P. Petronius præ- Candace regina
fectus Aegypti ab Auguſto miſſus. Nam Aethiopes Syenes
præſidio expugnato Cæſaris ſtatuas ſubuerterunt, captiuos
duxerunt, Petronius cum paucioribus X. mil. peditum &
equitibus DCC. aduerſus XX. hominum millia primum com
pulit Pſeliam Aethiopicam urbem confugere, deinde cum op- Pſelia
pido in poteſtatem eos recepit. Inde Napata progreſſus quæ Napata
Candaces regia fuerat, ubi eius filius morabatur, e ueſtigio
cepit ac diruit puero fugiente, ratusq; ulteriora inuia eſſe
cum ſpolijs regreditur Alexandream, præſidio relicto. Ex
captiuis mille Auguſto è Cantabris reuertenti & deinde le-
gatos de pace qui ad eum uenerant cum ducibus itineris quod
uiam ac Cæſarem ſe dicebant ignorare miſit: qui ab illo in
Syriam ire parante quæ uolebant facile impetrauere. nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

& tributa eis remiſſa fuere. in hanc ferè ſententiam Strabo
Preſtoioãnes libro XVII. Hodie uerò Preſtoioanni obtemperant. Qui
cum magno populorum parte Chriſtum colit, quamuis lon-
ge ſepoſitus, nonnihil aberret. Eius oratores ad Sixtum Pont.
uidimus Romam uenientes religionis documenti gratia, quod
& retulerunt. Nonnulli in urbe paulò antè agebant ordi-
nis Præd. profeſſores qui ex Aethiopia ſub Aegypto ſunt,
Meroe horas canonicas literis Chaldæis obibant. Horum igitur Me-
roe caput inſula Nili & ciuitas clypei figura à ſorore Cam-
biſis ibi extincta Straboni. Cambiſes enim hæc omnia loca
cum Aegypto ſubiugauit atque euertit: In ea ſunt auritiæ,
ferrariæ, ærariæ, & pretioſorum lapidum genera: poſt
hanc Napata, Pſelia & Premna ſuprà nominatæ. His proxi-
Troglodytæ, qui Leucoæthiopes mi Troglodytæ, qui ſub terris in cauernis ob nimios calores
agunt, unde & nomen adſequuntur, ἀπὸ τ̃ τρώγλας ὑπο-
δεδυκέναι. Hos Plin. Leucoæthiopas, Diony. & Homer.
Erembi Erembos uocant, διὰ τὸ ὑπὸ τὴν ἔραν βαίνειν. Sunt &
alij in Europa Troglodytæ apud Triballos, alij circa Cau-
caſum, ij ob ingentia frigora, quos & Virg. in Georg.
commemorat. Nomades enim ſunt. Sub Aegypto quoque &
Automolæ Automolæ appellati Pomp. Melæ (Ita enim Græci perfugas
uocant) hi ſunt qui ſupra Meroen in inſulam Eſar Plinio di-
ctam ſe receperunt, qui Pſammitici regis crudelitatem ex Ae-
gypto fugerunt, ad hominum penè CC. millia: autores Pli-
Aſtarte nius, Herodotus, Strabo, Diodorus. Sunt quoque in eadem
Gypſeis parte Aſtarte & Gypſeis inſulæ & Homeritæ gens &
Homeritæ Aroma urbs, quarum omnium meminit Capella. uinum
Aroma Aromenſe commendat etiam Strabo. Aethiopes Nigritæ ſub
Nigritæ Niger flu. Africa minore ponuntur, à Nigro flu. appellati. Cuius ea-
dem ratio quæ & Nili, iiſdem ferè temporibus augeſcit &
exuberat, calamum & papyrum producit Plinio. Oritur ex
monte Thala inferioris Libyæ Ptolemæo. Aethiopes occi-
Macrobii dentales Heſperios Ptol. appellat. Herod. Macrobios eſſe di-
cit, eosq; lacte ueſci ac auri plurimum habere, abundare
præterea hebeno & elephantis. Cerna quoque inſula apud
Aethiopas, cuius meminit Dionyſ. uocatq; τέμπεα, id eſt,
aquoſam & paluſtrem, ſicuti & tempe Theſſala & Medi-
ca. Aliqui hanc orientalem ponunt, alij occidentalem. Dio-
Cerna inſula nyſius auſtralem, Strab. dicit Eratoſthenem Cernam inſu-
lam aliaq; loca nuſquam reperta nominare. Lycophron quan
dam Cernam occidentalem uerſus Tyrrhenum mare com-
Topazon inſula memorat. Hanc item Plin. ſimul & Topazon inſulas, unde
Blemmyes lapillus, in mari ponit rubro. Blemmyes Dionyſ. prope
Cernam hanc Aethiopiæ ponit, à Blemmyo quodam duce
Deriadis regis, qui reſtitit Dionyſio in Indicam expeditio-
nem proficiſcenti. Duo hic promontoria ceu duæ cataractæ
Brachobii Aethiopes ſunt, unde Nilus dicitur uenire. Brachobios Aethiopas Dio-
nyſius ait, non ultra annos XL. uiuere. Strabo, item Hom.
duo ponit eorum genera: Sidonios qui Straboni apud mare
rubrum habitant, unde Sidonij Phœnicum uenere: Alterum
Erembos quos idem ſe putare dicit eſſe, uel Troglodytas ex
argumento nominis quod ſub terram eant, uel certe Ara-
bes ſic Homeri tempore appellatos. Mela dicit locum eſſe
in Aethiopia apparatis epulis ſemper refertum quibuſuis ue-
ſci uolentibus: & quæ paſſim adpoſita ſunt adfirmant innaſci
Solis menſa ſubinde diuinitus, quapropter Heliotrapezan, id eſt Solis
menſam eam appellant. Herodotus libro III. in Aethiopia,
inquit, fuiſſe pratum omnium quadrupedum carne refertum,
quam magiſtratus per noctem illic ponere feſtinabant, &
ubi illuxiſſet, cuilibet licebat deguſtare, quapropter exiſti-
mabatur diuinitus hæc copia prouenire. Ad quam uiſendam
Cambiſes legatos miſit. De hac etiam Hieron. in procœmio
Mibæ Sacrorum uoluminum mentionem facit. Mibæ Aethiopum
& ipſi populi his uerſibus Silio deſcribuntur. His ſimul im-
mitem teſtantes corpore ſolem Exuſto uenere Mibæ, nõ ærea
caſſis, Non lorica riget ferro, nec tenditur armis. Tempo-
ra multiplici mos eſt defendere lino, Et lino munire latus,
ſceleratāq; ſuccis, Spicula dirigere, & ferrum infamare
ueneno. Nam lino Xylino tota regio ſcatet amiciturq;.

LOCA NVPER REPERTA.

AETHIOPIAM interiorem Ptolemæus
æquinoctialem tranſgredientem ponit, ter-
ramq; ex ea parte ignotam, quod quidem
Euſtathio teſte Polybius probare uidetur,
dicens quod ea regio quæ iuxta Aethio-
piam eſt, ubi Aſia atque Africa iunguntur, uſque ad ætatem
ſuam erat ignota, haud aliter quam quæ ſupra Tanaim eſt,
ſomniareq; ſiqui de his uel loquuntur aliquid uel ſcribunt. Ve
rum contra nunc uidemus, multaq; poſt eum & adita & re-
perta hac præſertim ætate: quapropter antequam finem fa-
ciam, uiſum mihi ea loca commemorare, quæ Luſitanorum
inclyti reges in Heſperio mari ad Aethiopas Heſperios per-
tinentia: poſtremo in Indico reperta adſecuti ſunt, quem-
admodum mihi pater ampliſſimus Cardinalis Vlixiponen-
ſis, qui regibus familiariſſimus fuit, retulit, ſcriptoq; tra-
didit. Henricus infans Ioannis regis filius & ultimi Alfonſi Henricus infans Ioan. regis F.
patruus, uir ingenti animo, auſus primus omnium longe
pelagus ueſtigandi ſtudio transfretare, ad ſexcenta ferè paſ.
millia inſulam repperit nomine Maderam penè deſertam, in Madera
qua ſoli natura temperata magna uis ſacchari conficitur in
arundinibus naſcentis, candore atque nobilitate Siculo præ-
ſtantius, quod exportatur magno uſui toti Europæ. Vlterius
uerò ante promontorium Caputuiride uocatum Inſulas for- Caputuiride Inſulæ fortunatorum
tunatorum contigerunt, nunc Capitiſuiridis dictas, ultra
Cancrum ſitas: nam hæ plures ſparſæq; ſunt, aliæ alijs au-
ſtraliores, in quibus omnis poëtarum uanitas de his appa-
ruit. Nam deſertas inuenerunt, uacuasq; colonis, præter
unam quæ fert fructus, & quod Plinio Xilinum linum, ho- Linũ Xilinũ
die cotonum uocatur. Paulo ulterius aliam in littore terram,
ubi utriuſque ſexus homines coloratos nudosq; agere repe-
rerunt, nulla lege aut pecuniæ commercio, ſine literarum
notitia, ueluti pecora uino frumentoq; carentes, ac radice
quadam pingui quæ abunde ſuppeditat ueſcentes. Hinc ſerui-
tia puerosq; Luſitani mercantur, eosq; uili utpote aut con-
chis marinis aut peluibus æreis commutant. Apud eos præ-
terea Elephantorum copia, tum animalium eorum quæ Ze-
bethum uulgò appellatum procreant, quod ego animal Ca- Catoblepus
tobleptum ſuprà mihi enarratum ex argumentis putauerim.
Inſuper pſitacorum inſolita ſpecies, quos Romæ adductos
uidimus, ac ſerpentes mille paſſibus longitudine, qui certo
anni tempore armenta, tum paſtores ipſos ſolidos deuorant.
Poſt hæc inſulas alias quas partim deleuerunt, partim deſo-
latas eſſe animaduerterunt ob ſerpentum, tum etiam mu-
rium magnitudinem. Longius uerò meridiem uerſus pro-
cedendo, deuentum ad gentes qui auri uenas habent in ſco-
be extractas, quam ſcobem uilibus rebus commutant. Qua-
re reges Luſitani in eo loco ut tutius agatur arcem conſti-
tuere. Viſa etiam ab eis in ea parte ſæpius Oceani monſtra,
ſpeciem equorum, uitulorum, luporum præ ſe ferentia, quæ
aduentu nautarum in littus exiliunt. Poſtremo uaſto in pela-
go nauigantes contigere ciuitatem, quam Mauigongum no-
minant, uallo pro mœnibus circundatam, quæ uiros ad cen-
tena millia procreat. Huic rex præſidet qui aduenientes Lu-
ſitanos comiter inuitauit, ſeptemq; atris ex eo loco uiris do-
nauit, qui ſeſe coram honoris gratia ſponte interemere, quo-
rum capita deinde cocta iuſſu regis reſpuentibus Luſitanis op
pidani depaſti ſunt. Veſcentem regem, magna miniſtrorum
mulierum'ue, tum canentium atq; ſaltantium multitudo cir-
cumſiſtebat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cumſiſtebat, ſpectaculo etiam multis millibus conuenienti-
bus. Mos etiam illis, extinctum regem chariores unà om-
nis miniſtros morte ſibi conſcita conſequi, putantes hoc amo-
ris & meriti gratiam. Has igitur omnis Gymneæ terras
appellant, quod nudi forte ex magna temporis parte in eis
agant. Sed nuper anno M. D. auſpicijs Hemanuelis regis Lu-
ſitaniæ glorioſiſsimi, rurſus hoc iter cum XII. nauibus re-
petentes, ignotum ſeculis omnibus pontum terraſq; olim in-
adceſſas attigerunt, ac procul à promontorio Capitiſuiridis
milliaribus MCC. inter zephyrum & auſtrum, ultra uerò
Cancrum partibus XIIII. inſulam nouam ac maximam in-
Inſula S. Crucis uenerunt, quam S. Crucem appellauere. In hac homines
degunt Anthropophagi, nudi, capillati, colore ruſo potius
quàm atro, ſine moribus, ſine legibus, ſine Deo, more fe-
rarum: incolumes alioquin ac diu uiuentes, materia omnis
generis, herbiſq; abundant quibus panes conficiunt. Quod
autem uti quidam ſcribit, qui in eo ſe dicit itinere fuiſſe, hæc
terra partibus etiam L. ultra æquinoctialem ad alteram ar-
cton perſeueret, hoc Luſitani non affirmant: multoq; minus
mihi ueriſimile, quod ipſe prope ad eandem arcton parti-
bus XVII. adceſſerit, quum ob glaciem rigentem nullus ad
noſtram ad XXXVII. propinquare ualeat, nec enim di-
uerſa eſt antarcticus natura. Ego uerò nullum extra zodia-
cum continens uerſus meridiem ex autoritate doctorum ho-
minum puto, neque ſi eſſet, habitabile omnino foret ob ſo-
lis humilitatem ex abſidis oppoſito apud eos conſtituti, ut ſa-
tis in Aſtrologia diſſerui. Inde uerò nautæ ſoluentes ad ulti-
mum ſanè per Atlanticum mare promontorium, idemq; ter-
rarum ex ea parte poſtremum, ad antœcos noſtros perti-
Promontoriũ Bonæ ſpei nens, die XII. peruenere, quod Bonæ ſpei appellant, tribus
millibus & ſexcentis miliaribus ab eadem inſula diſtans. Vl-
tra uerò æquinoctialem partibus XXXI. Vnde per Aethio-
Zaphala picum littus conuerſi, tempeſtate ſex naues diſiectæ ſunt:
ſexq; tantum ad Zaphalam incolumes adplicuere. Hanc eſſe
Ophir putant ex argumentis, quæ Salomonis libris Ophir appella-
tur, ob auri uenas magna copia repertas. Hic etiam nudi
degunt ſine lege, aut Deo, atro colore, modica uoce, &
Anthropophagi: aurum tantum ferentes, quibus dominatur
Quilloæ rex rex Quilloæ, urbis ſitæ in littore Arabico, ad quam inde
peruenerunt: ex eiuſq; in amicitiam conciliati literis Arabi-
Melindæ rex cis, ad regem poſtea Melindæ in eodem littore, qui ambo
citra rubrum mare in finibus Preſbyteri Ioannis conſiſtunt,
Abecus quem Abecum uocant, quod ferratum ſignificat. Nam ferro
candente ac ſtigmate in ore notati loco baptiſmatis exiſtunt.
Callicutum Melindæ igitur regis fauore duceq; Callicuti portum conti-
gerunt, ſexto poſtquam domo diſceſſerant menſe, itinere
milliarium XII. millium, eo longiore, quod non recto, ſed
obliquo curſu procedere ſit opus. Hoc enim emporium In-
diæ primum eſt, quò ex Taprobana uicina, cæteriſq; circa
nationibus, aromata, merceſq; aliæ conuehuntur: ſitum ſu-
pra Canticolpum, ſinum Ptolemæo uocatum, ubi ſunt Indi
fluminis oſtia. Inter Melindam uerò & Callicutum per idem
Magadaſsi littus regnum eſt Magadaſsi, quæ urbs equis optimis abun-
dat. Deinde anguſtia maris rubri ſex fermè miliarum, quæ
Zugaterra inſulam habet Zugaterram: ulterius uerò in ore maris Per-
Culphar Agramutium ſici altera inſula Culphar, deinde Agramutium: his duabus
rex Saracenus ac Mahumetanus imperat, copiaq; margari-
Cambaia tarum & equorum reperitur. Poſt has Cambaiæ ciuitatis
rex potentiſsimus, ſimul & mercium omnium opulentia di-
tiſsimus in Indiæ Arabiæq; confinibus, qui proximis ante
annis ex idololatra factus eſt & ipſe Mahumetanus. Luſitani
igitur quum ad Callicuti portum perueniſſent, acceptis ob-
ſidibus regem adeunt, eiuſq; amicitiam donis ſibi conciliant:
fuere autem aurea, argenteaq; uaſa, aulæa affabre picta,
puluilliq; & umbraculum ex aureo panno. Pauloq; pòſt ob
mercatorum ibidem degentium inuidiam, falſa referentium,
in ſuſpicionem uenere, eorumq; cauſa Chriſtiani per tumul-
tum plures cæſi fuerunt. Quare inde ſoluentes naues regias
X. incenderunt. Deinde ulterius milliaribus CXX. urbem
Colchinum petiere: nam & Colchinum ſinum & Colchos Colchinum
alteros in hac parte Ptolemæus ponit: huius regem amicum
reperiunt, alteriq; inimicum, eiuſq; auxilio negotia tranſi-
gunt. Hic enim magnum Chriſtianorum numerum S. Tho-
mæ uocatorum uidere licet, quorum ſacerdotes in magna S. Thomæ corpus
degunt uitæ abſtinentia, inq; templis eorum crux tantum re-
peritur: ſacrificant pane azimo, ac uino ex uua paſſa &
aqua expreſſo, quod cætero careant. Apoſtoli corpus hinc
procul CCCL. milliaribus ſitum eſt apud oppidum Maila- Mailapur
pur, haud ſanè magnum, gentibus Sultano ſubiectis cuſto-
ditum, quod oraculi cauſa uicinis populis magnopere addi-
tur, præſertim Malchinæ urbis apud Gangem fluuium ſitæ, Malchina apud Gãgem
ubi aloës & fictilium pulcherrimorum tum gemmarum co-
pia conſpicitur. Luſitani autem ubi naues LXX. eorum ho-
ſtis Callicuti regis aduerſus uenientes uidiſſent, ſubito conſi-
lio abire coacti cum obſidibus Colchini, & ſex tantum ſaluis
nauibus mercibus oneratis XVI. menſe quàm diſceſſere do-
mum reuerterunt. Hemanuel uerò IIII. obiter naues, prio-
res ueſtigatum, quatuor ante menſibus præmiſerat. Hæ duas
primo naues Saracenorum comprehenſas, deinde aliam re-
gis Callicuti mercibus plenam cremauerunt, auſæq; cum ma-
iore illius claſſe congredi uictrices diſceſſere: nec mirum
quum illæ ex arundinibus magna ex parte contextæ ſint: lo-
coq; clauorum bitumine connexæ: noſtris autem collatæ
longe robore inferiores exiſtunt. Eodem inſuper anno rex
idem naues miſit XXV. armis munitas cum Petro Aluezca-
brale præfecto, qui primis etiam præfuit: quarum ſex ad
oris maris rubri obſidionem remanſere. Cæteræ iter ſequen-
tes ubi aliquandiu Callicutum terra mariq; populando in-
feſtauere, Colchini regem repetunt: ac redditis obſidibus,
acceptiſq; quos ipſi admiſerant, donis inſuper cumulauerunt.
Fuere autem, corona aurea gemmis ornata, uaſa duo ar-
gentea, ſerici purpurei copia ad ueſtes, duo tapetia, toti-
dem aulæa pulcherrime diſcriminata, tentorium caſtris ido-
neum opere ſumptuoſo, quibus ille libenter acceptis domum
eorum procuratori perpetuo adſignauit. Inſuper Hemanueli
dona & ipſe alia remiſit. Ex his itaque decem partim apud
Callicutum, partim apud Cananorum mercibus onerant. Eſt Cananori rex
enim hoc aliud Indorum emporium in eodem littore uerſus
Arabiam, cui rex item idololatra præeſt, cuius regem poſt
Colchinum amiciſsimum habuerunt. Cum his itaque anno in-
ſequente domum reuertunt: reliquæ ex mandato regio, ut
bellum contra Callicutum proſequerentur relictæ, quæ ma-
xima in eius portu incommoda intulere, naues Saracenorum
XXXVII. mercibus plenas diuerſo tempore cremauerunt,
ex quarum præda onuſtas domũ IIII. remiſerunt. Quumq;
ad colloquium de pace cum rege ueniſſent, minime conue-
nere: petebant enim ante omnia, ut duos Romanos transfu-
gas redderet. Naues autem quæ mare rubrum obſidebant,
teſtabantur omnem oram fama perterruiſſe. Hemanuel in-
terea XII. rurſus alias in Indiam eodem miſit itinere, quæ
Melindo regi in primis muneribus gratias referrent. Fuere
autem equi phaleræ cum ephippio & calcaribus, ex ſerico,
argentoq; & auro laboratæ: pannus ruſſatus, & ſericum
purpureum: quantum ad ueſtem ampliſsimam ſatis: puluil-
liq; & thoral & umbraculum ex aureo fulgentiq; panno:
quibus ille lætatus ac in littore ariete more ſuo immolato, VII.
feſtos egit dies: in quibus Luſitanos rerum omnium copia
gratis pauit, præterquàm panibus, quibus carent. Mox
de moribus, de ſitu Callicuti ſuprà narraui. Latitudo eius De moribus Indiæ
poli X. partium exiſtit, ſine mœnibus domus ſparſæ, atta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

men marmoreæ pleræq; calceq; conſtructæ, ac palmis contectæ. Fructibus omnis generis abundant, præterquam olea, folijs nunquam deciduis, cynnamomū inter ligna urentes: arborq; apud eos una, unde oleum, mel, uinum, acetum, funes quoq; demetunt. Fructum inſuper citri magnitudine ficus habent, ager aquis ſalientibus irriguus. Homines ſemicolorati. Rex ſimul & omnis nobilitas nudi ſuperiora incedunt, tantum pubetenus ſerico aut tenuibus amicti linteis, cum ſcuto & ſtricto enſe in ſummo latiore: barba quoque depexa ac pileo. Fœminæ eodem item modo ueſtitæ ſparſis tamen crinibus. Bis in die ueſcuntur, oriza, lacte, butyro ſaccharo, ac fructibus: aquamq; potant. Virgines ante connubium proſtituuntur, prima nocte cum ſacerdotibus iacent, una pluribus collocatur. Rex tamen duas habet: quæ illo abſente cum ſacerdotibus & ipſæ cubitant: quapropter non filij, ſed fratris filij ſuccedunt. Vterque uerò ſexus tanta corporis munditia, ut ter quotidie ex lege lauent: gemmas ex auribus perforatis pendentes habent. Rex lectica derfertur, magna muſicorum turba comitatus: nemine tamen præter certos appropinquante, uulgus nec etiam uidet aut adloquitur. Adloquentes autem ore demiſſo, oppoſitaq; ori manu fantur. In funere autem rex nobilesq; cremantur: plebes autem tumulatur, cinere caput humerosq; ſparſa. Adorant idola, incantationibus dediti: ſcribunt ſtylo ferreo in folijs palmarum: literis

Bragmanes

utuntur Arabicis & Chaldæis. Bragmanes eorum philoſophi, ſic hodie quoque appellati, ueterem retinent ritum in rerum omnium abſtinentia uiuentes. Iudæos (nam & hoc eò genus etiam fluxit) male tractant: at contrà, Chriſtianos honorant: eisq; de uia decedunt. Cæterum inquilinorum aduenarumq; negotiatorumq; magna ibi copia, ex Mecha, Babylonia, Aegypto, Perſia, aromata, fictilia, gemmasq; uendentiū. Inter hos Guzerati quidā uocati, idololatræ, corporeq; atri, à bubula omnino abſtinent, bouemq; occidere nefas putant. Eſtq; hodie puer Indus in domo cardinalis Vlyxiponenſis, ex ea regione aduectus, hac adeo obſtinatus ſuperſtitione, ut nullo pacto abduci queat. Nummis utuntur Venetis aureis. Menſe autem Nouembr. inde naues ſoluentes mercibus oneratæ

Mecha

Mecham tendunt, metropolim in Arabico littore, ubi corpus Mahumeti. Inde quoq; Babylonem Aegypti, poſt Alexandriā poſtremo Venetias. Verſus autem mediterraneam in Callicuti finibus Narſingua eſt oppidū, equis, elephantisq; referta,

Narſingua

in qua coniuges in uirorum ſepulcris cremantur. Hæc igitur omnia Dei optimi benignitate & Hemanuelis regis uirtute nobis patefacta, quæ iam ex fama peruulgata, partim etiam ex ipſius regis epiſtola quadam deprehenduntur, qui ad ultimum naues etiam XXX. eò miſit, mandans uti aliquo modo, Taprobanam, quam Cielam nunc uocant, explorent: quò tandem curſum quandoq; dirigere ſpes erit haud longa.

Taprobana
Ciela

Sultanus autem Aegyptius ereptum ſibi dolens uectigal reliquorum iam Chriſtianorum, Alexandream huius gratia mercis adeuntium, proximis annis ad Iulium pontificem oratorem denunciatum miſit, niſi abſtineant ſe quoq; Hieroſolymitanum iter prohibiturum. Huius itaq; laudis æmuli nautæ Hiſpani, qui ſub Ferdinandi regis auſpicijs agunt, duce Chriſtophoro Columbo, anno MCCCCXCVI. à Gadibus ſoluentes ad DCCC. milliaria inter Zephyrum & auſtrum, unam ex fortunatis Canariam repererunt, canibus magnis, ut ait Plinius unde nomen accepit, tum palmis cariotas ferentibus, nuceq; pinea ac melle refertam. Nunc autem in ea ſaccharū conficiunt.

Canaria inſula

Rurſus uerò à Gadibus peregrinantes, quum per Scythiæ clima remigare perhiberentur, per Alexandriæ ferè parallelum non ad antœcos, ut Luſitani, ſed parœcos noſtros curſum dirigentes die XXXIII. plures inuenerunt inſulas parum inter ſe diſtantes, ultra fortunatas XX. fere partibus ſitas. Ex his uni Hiſpaniæ nomen indidere, præſulemq; nuper conſtituere: alias uerò Ioannam, Canibulam, Iamacam, Dairam nominauere. In omnibus autem nudi agunt, tantum palmarum frondibus tecti, colore albi: herbis uictitant, ſine lege, ſine Deo, in quibuſdam etiam anthropophagi. In Canibula uerò Amazonum repertum genus, ſic etiam ſine uiris degūt, eos tantum cauſa prolis adcerſentes, armis deniq; ſeſe tuentes: perhibent & auri plurimum hæc etiam ferre loca, ſed præter omnia, quam nunc bombycem, ſeu cotonum uocat, lignumq; fullonium, quod uerzinum appellant. Monſtra enim de quibus tam multum ſcriptoribus licet, nuſquam uiſa. Ad hos igitur Macedonum ſeu Romanorum, neq; arma, neq; nomen penetrauere. Apoſtolorum autem uoces perueniſſe quis credat? ſed credere fas eſt: etenim in omnem terram exiuit ſonus eorum: niſi forte ex Hieronymi ſententia uaticinium id dies luculentius aperiat, ut iam perſpicimus hoc tēpore pientiſſimorum regum amborum uirtute ac prouidentia, qui ad hos omnis religioſos miſerunt uiros. His accedit Ferdinandi regis catholici noua gloria, qui hoc anno MDV. claſſe in Africam cum Petro Ferdinando miſſa, ac in maris Heſperij littore portu Saracenorum munitiſſimo idibus Septemb. mira celeritate per uim recepto, ſpem planè dedit huic ſeculo, omnem paulatim Africam cum reliqua orbis ignota barbarie ad Chriſti ſynotidem, ac Romani pontificis autoritatem, breui tempore deuenturam.

PRIMI TOMI, CONTINENTIS GEOGRAPHIAM, FINIS.

SEQVITVR SECVNDVS, HABENS ANTHROPOLOGIAM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

AD IVLIVM II. EPISCOPVM VRBIS ROMAE SANCTISS. R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER DECIMVS TERTIVS.

*

ABSOLVTAE iam locorum ſimul cum rectoribus & geſtis nomenclaturæ, homines deinceps reliqui gentium omnium ac temporum, qui materiam qualemcunque ſcriptoribus de ſe loquendi tradiderunt, adijcientur. Clarius enim ad humanæ uitæ frugem comminiſci non fuerit, ſi ab exordio bonorum atq; improborum typum in primis fratribus conſpiciamus: ac eos per unam eccleſiam, quæ, ut ait Gregorius, à primo Abelo iuſto cœpit, uſque ad extremum orbis electum duratura, multis laboribus & ærumnis aduerſus impios reſtitando iugiter eminentem: cuius per omnes ætates fuere participes & philoſophi multi, & alij moribus præditi, Deum optimum maximum colentes: ac quod poſt fatum ex eis reſtaret, tutum ipſius fore prouidentia putantes. Atque ut alios iam receptos prætercam: quis ex Græcis Pythagoram, Socratem, Ariſtidem, Apollonium: ex Latinis item, Numam, Naſicam, Paulum Aemilium, & Aemilianum filium: Catones duos: deinde Senecam, Traianum, Titum, quorum modeſtiæ tam multa nobis exempla traduntur: non exiſtimauerit curæ Deo fuiſſe dum uiuerent: ut uerum ſapientiæ lumen, quod nunquam etiam ex ſententia Platonis in uita ſerum eſt, quandoque adipiſcerentur: & cum poſtea defunctus mitius actum extitiſſe? Nunc autem cum Dei benignitate, ac ſeculi felicitate, tam lata nobis ad uirtutes ac ſedes beatorum uia ſit aperta: ab eadem cupiditatibus omnibus occupati, contra illorum auertimur diſciplinam, qui ſanguine nobis hanc patriam peperere ſuo: quibus profecto ſi per eos, quorum erat officium occurſum his temporibus fuiſſet, non tot bellis ardentem Italiam, aut duces tot militum ſanguine abuſos uidiſſemus: non tot regnorum ac familiarum euerſiones, tot ſtupra, incendia, ruinasq; lugeremus. Sed iam tuæ partes erunt beatiſſime papa, rem quaſſam dudum ſynodi celebratione ſarcire: unico maioribus noſtris in rebus afflictis remedio: quo ſine, magnopere uereor, ne dominicum de uinea transferenda uaticinium noſtris iamiam ceruicibus impendeat.

RATIO TEMPORVM.

Prima ætas duo mil. CCXLII.

ABELVS, Chainus, Seth ex protoplaſto, qui annis uixit DCCCCXXX. Ex ultimo ætate CXX. annorum ſuſcepto deinceps genealogiæ, Enos, Chainan, Malalchel, Iaret, Enoc translatus, Matuſalem qui uixit annis DCCCCLXXIX. Lamec. Noemus, à quo ſecunda ætas finem continet, annorum duo mil. CCXLII. Sem, Arphaxat, Salem, Heber, unde Hebræi; Phalec quando turris & uox multiplex: Reu, Saruc, Nacor, Taran, Abraamus, à quo

Secunda DCCCCXLII.

tertia ætas finem cõtinet annorum tria mil. CLXXXIIII. Iſaacus, Iacob, Leui, Cahat, Amram, Moſes, à quo uſque ad Abraamum DXL. uſq; ad Dauid CCCC. Ieſu naue, Iudas, Gotoniel, Aiot, Sangar, Delbora matrona cõtra Siſaram. Gedeon, Abimelec, Thola, Iaher, Iepte ſpurius qui filiam immolauit, Abeſſan, Abialon, Abdon, Samſon, Heli. Samuel, Saul rex primus, Dauid, à quo quarta ætas finem continet: annorum quatuor mil. CXXIIII. Salomon, Roboam, Abia, Aſa, Ioſaphat, ſub quo Micheas, Helias, & Hliſeus fuere. Ioram, Ocozias, Gotolia mater Ocoziæ, Ioas, Amaſias, Azarias, qui & Ozias. Sub his fuere Amos, Oſia, Ionas, & Ioel: Ioatham, Achan, Ezechias, ſub quo Eſaias. Manaſſes, Amon, Ioſias: ſub quo fuere Hieremias, Sophonias, & Baruc. Ioachim quem Pharao cepit: eiusq; filium Heliachin regem conſtituit, uocauitq; Ioachin. Huius alter Ioachin ſucceſſor capitur & ipſe à rege Babiloniæ, conſtituto Sedechia patruo rege, unde cœpit quinta ætas: ad quem, uſq; à Dauid rege fuere anni CCCCLXXX. Sedechias igitur quum rebellaſſet à Nabuchodroſoro illata cæcitate mulctatur: ac cum tota gente captus Babylonem ducitur, ubi ipſe ac ſucceſſores annis fuere LXX. ſub regibus Aſſyriorum, Nabuchodroſoro, Maradac, & Baltaſſare. Deinde ſub Aſtiage Medo. poſtea Cyro, Cambiſe, Dario Hiſtaſpis filio, cuius anno ſecundo populus reductus, & templum renouatum. Darius regnauit annis XXXVI. Xerxes XX. Artabanus VII. Artaxerxes XLI. ſub quo Mardochei et Heſter hiſtoria. Sogdoanes menſibus VII. Darius nothus XIX. Mnemon XL. Ochus XXVI. Narſes IIII. Darius Arſani VI. Alexander XVII. Ptolem. Lagi XL. Philadelphus XXVIII. Euergetes XXV. Philopator XVII. Epiphanes ſiue Illuſtris XXV. ſub quo geſta Maccabæorum: Auletes XXVII. Dionyſius XXX. Cleopatra XXII. Auguſtus quando natus dominus, ad quem à Sedechia capto anni ſunt DC. à mundi origine quinque mil. CC. apud Iſiodorum. Apud Nicephorum Gregoram quinque mil. D. Reges item X. tribuum, & ſuccedentes ſacerdotes repetam. Hieroboam poſt Salomonem, Nadab, Bahaſa, Hela, Zambri, Acab, & eius uxor Iezabel: ſub quibus Helias prædixit claudi cœlum, & ſacerdotes Bahal interfecit. Ocozias, Ioram, ſub quo Heliſeus: Hieu, qui Iezabelem impiam de feneſtra præcipitari iuſſit: & nihilo minus tumulari, quod eſſet de ſtirpe regia. Ioas, ſub quo Heliſeus aduerſus Aſſyrios uictoriam prædixit. Ieroboam, ſub quo Ionas Zacharias, Sellum, Manahen, Phaceias, Phacee filius Romeliæ, Oſee filius Hela, quem Salmanaſar rex Aſſyriorum captiuum duxit, cum tota Samaria & populo Iſraël, præter Hieroſolymam & tribum Iudam, regnante apud eos Acham. Simul ſacerdotes, Aaron ſeptimus ab Abraamo: Eleazarus eius filius, ſub quo defunctus Moſes, & tabernaculum teſtimonij fixum in eremo. Phinees, Abiud, Achito: ſub quo Samuel: Heli, Abiathar ſub Dauid: Sadoc, Achimas, Azarias, qui Ozam ingreſſu ſan- ſanctorum prohibuit: Vrias, qui apud Eſaiam fidelis deſcribitur. Gonnias uir nequam ſub Ezechia rege. Eleachin. Chelcias ſub Ioſia rege. Soras ductus Babylonem inter captiuos morabatur. Ieſus

Tertia ætas DCCCCXL.

Quar. CCCCLXXX.

Quinta, DC.

Sexta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

eius ſilius qui reuertens templum refecit. Ioachim *ſub quo* Neemias *mœnia reſtituit.* Ioannes , Iad , *ſub quo* Alexandri *regnum cœpit.* Onias, Simon Iuſtus *ex factis cognominatus.* Eleazarus , *ſub quo* L X X I I. *interpretes.* Manaſſes, Onias, Simon : *cuius ut benemeriti de lege* Hebræorum , *ac templo exornato , meminit* Ieſus *in ſua ſapientia.* Huius Onias & Iaſon. Ex his Oniam *ſacerdotem optimum* , Simon *templi præpoſitus homo ſceleratus euertere cupiens , ad* Seleucum *uenit , eiq; perſuaſit , ut* Heliodorum *mitteret ad ærarij gazam ſurripiendam.* Ille *uerò prodigio apparentis equi armati , proſtratus humi, ac calcibus petitus, ipſius* Oniæ *precibus ad* Deum *reuixit.* Interim *re ſopita :* Iaſon Oniæ *frater , homo item nefarius , ad* Antiochum *illuſtrem , qui* Seleuco *ſucceſſit , cum* Tobiæ *filijs , quos* Onias *expulerat, adceſſit : ab eoq; pecunia ſacerdotium impetrauit : quumq; poſtea* Menelaum Simonis *prædicti fratrem ad regem oratorem de ſuis rebus mitteret : ille fauore in ſe conuerſo , eum ſacerdotio ſpoliauit.* Simone *rurſus poſtpaulo deiecto ,* Lyſimachus *eius frater ſurrogatur.* Huic *demum* Alcimus *alienigena.* Menelaus *interim corrupto pecunia rege reuertitur: ac ut frater* Onias *ſupradictus , qui componendæ rei gratia ad* Antiochum *profectus erat , & in exilium* Daphnem *miſſus fuerat , interficeretur cum* Andronico *egit.* Rex *uerò optimi uiri necem , morte* Andronici *eſt ultus.* Igitur *quum hi quatuor ex ordine ſacerdotes omni libidine puerorum, gymnaſiorum , præputiorum , ac alieno ritu ſacrificandi patriam legem cauſa regis , cui urbem tradiderunt , fœdaſſent:* Matathias Maccabæorũ *pater non paſſus talia, legatum regis interfecit , arma corripuit : eum ſequentibus qui ſaluam patriam eſſe uellent.* Quumq; *quodam die ſabbati mille é ſuis uacantibus interfecti eſſent , inſtituit , ut deinceps ea die minime ab armis uacarent.* Huius *filij fuere ,* Iudas , Ionathas, Simon , *item* Ioannes Simonis *filius* Hircanus *cognominatus.* Ariſtobulus *eius filius , qui primus ſe regem fecit poſt reditum é* Babylone *annis* C C C C L X X V. Alexander Ariſtobuli *frater ,* Alexandra *uxor ,* Ariſtobulus *eius filius , qui* Hircanum *fratrem expulit , quem* Pompeius *reſtituit* Ariſtobulo Romam *ducto , ſub quo* Iudæi *tributarij facti.* Tempore *procedente , ſub* Tyberio *pontificatus annualis ac uenalis factus eſt.* Reliquam Iudæorum *hiſtoriam in geographia , ubi de* Hieroſolymis *narraui , percurri.* Hoc *tantum*

Abraamus

ad temporum annorum'ue rationem. Sub Abraamum Ninus

Ninus

rex Aſſyriorum *fuit, quem ſupra omnis ignota hiſtoria, præter ſacram , cuius ſucceſſores per uiros* X X X V I. *annis, ut ait* Auguſtinus M C C. *durauere uſque ad* Sardanapalum.

Moſes

Sub Iſaac , Phoroneus *primus* Argeorum *rex.* Sub Moſen,

Cecrops

Cecrops *primus* Athenienſium *rex: à quo uſque ad* Codrum *ultimum anni fuere* C C C C X X I X. *à* Codro *cœpere magiſtratus perpetui , durauereq; annis* C C C L X X X I I. *Deinde magiſtratus* X. *annorum cœpit à* Charopo Aeſchyli *filio , qui fuit tempore urbis conditæ.* Sub

Ioſue

Ioſue Moſis *ſucceſſore anno uidelicet ter mil.* D C C L X X. *fuere* Ianus, *qui*

Ianus

primus incoluit Latium , Saturnus : Minos *rex primus* Crenſium : Dardanus *ex* Coritho Ilienſium *autor.* Cadmus, & Phœnix *duo regna cœptarunt ,* Thebanorum , & Phœnicum.

Atys

Atys Lydorum *rex , pater* Lydi , & Tyrrheni , *é quibus* Tyrrhenus *anno ter mil.* D C C C L X X X. *primus in* Hetruriam *nauigans , ciuitates in ea condidit.* Sub *iudices item anno ter mil.* D C C C C X X X. Argonautæ *fuerunt.* Poſt *annos uerò* X X X. *uidelicet ter mil.* D C C C C L X. *ſeptem duces.* Anno *quater mil. bellum* Troianum. Euander, & Hercules *in* Latium *uenerunt.* Anno *quater mil.* C L. *ſub*

Carthago

Salomonem Carthago *cœpta, diruta* D C C. *poſt annos.* Anno

Caranus

quater mil. C C C L X X X. Caranus *primus* Macedonum *rex cuius ſucceſſores uſq; ad* Alexandrum *uiri* X X X V I I. *annis ferè quingẽtis.* Anno *quater mil.* C C C C X X. *prima olympias* Anno *quater mil.* C C C C X L. *urbs* Roma *condita.* Sub *urbem conditam* Charopus Aeſchyli *ſupradictus, &* L. *ferè ante annis* Eſaias, & Ezechias *rex.* Sub Ancum Martiũ Hieremias. Sub Numam Pherecydes. Sub Seruium Tullum Pythagoras. Sub Tarquinium Superbum Crœſus *rex ultimus* Lydorum, Cyrus, Solon, Pyſiſtratus. *pauloq; poſt* Pericles, & Sophocles. Ab *urbe condita ad reges exactos* C C X L. *ad decemuiros* C C C I. *ad aduentum* Gallorum C C C L X X. *ad* Alexãdrum *magnum* C C C C X L. Quando *item* Athenis Plato, & Ariſtoteles, & X. *oratores, quorum principes* Demoſthenes, & Iſocrates. Ad Pyrrhi *aduentum* C C C C L X. *ad initium primi belli* Punici C C C C X C. *ad initium ſecundi* D X X X I I. *ad initium tertij* D C I. *ad bellum ciuile* D C C. *ad* Auguſti *mortem* D C C L. *ante uerò annis* X V. *natus eſt* Chriſtus.

Ablabius

ABLABIVS *genere* Aegyptius *ex humili loco, præfectus prætorij* Conſtantini *principis in magna fuit, eo uiuente , dignatione: adeo ut unà cum* Conſtantio *filio imperij rector relinqueretur : ac ſe non ſatis acceptum ſucceſſori animaduertens , in* Bithyniam *ſeceſſit : ubi tandem interfectus ab eo , ut autor* Eunapius *in uita* Aedeſij. Alter *huius nominis genere* Gothus *educatus* Rauennæ, *ſcripſit de bello* Gothorum , *temporum illorum hiſtoriam complexus.*

Achæus poeta

Achæus Eretrieus *poëta tragicus olim* L X X I I I I. *paulò iunior* Sophocle , *tragœdias* X L I I I I. *docuit : uicit autem una.* Fuit & *alter iunior item tragicus , qui & unam ipſe reliquit.* Suidas.

Achatius ſophiſta

Achatius *orator egregius é* Cæſarea Paleſtinæ , *ſodalis* Libanij *ſophiſtæ, ad quem ſunt plures eius epiſtolæ , uehemens in dicendo , & modum referens antiquum, ætate admodum adoleſcens, ita ab hominibus ſuſpiciebatur , ut iam ſenex &* Libanij *famam ſuperaturus : de quo uiro pluribus ſcribit* Eunapius : *unde hæc ſumpſimus.* Hunc Hieronymus *ſcribit factum poſtea* Chriſtianum , *ac præſulem* Cæſareæ , *multa ſcripſiſſe , magnaq; apud noſtros autoritate fuiſſe , ſub* Conſtantino *principe , uocatumq;* μονόφθαλμον , *quod altero captus eſſet oculo.* Suidas *dicit ſynodum eum* Nicenam *recepiſſe , libellumq; de fide orthodoxa edidiſſe.*

Achatius patriarcha

Alium *quoque* Achatium *idem* Suidas *ponit patriarcham* Conſtantinopolitanum *maximo in honore apud* Leonem *imp.*

Accius poeta

Accius & Pacuuius *poëtæ in tragœdijs grauiſsimi, grauitate ſententiarum, uerborumq; pondere, ac autoritate perſonarum ,* Cæterum *nitor, & ſumma in excolendis operibus manus, magis uideri poteſt temporibus defuiſſe, quã ipſis: uirium tamen* Accio *plus tribuitur.* Pacuuium *uideri doctiorem, qui eſſe docti adfectant, uolunt. autor* Quin. Valerius *autem tanta eum confidentia fuiſſe ait , ut* Cæſari *uenienti in collegium poëtarum non adſurrexerit , quòd maiore ſe in eo loco putaret autoritate.* Idem *ſtatuam in æde* Camœnarum *maiorem ſe poſuit , cum ipſe breuis eſſet.*

T. Accius Piſaurienſis

T. Accius Piſaurienſis , *cuius accuſationi* Cicer. *reſpondit pro* A. Cluentio, *inter claros oratores ab eodem in oratore ponitur.*

Accius Nauius

Accius Nauius , *de quo* Cicero *primo de diui. ſic ait :* Quum *hic olim ob paupertatem ſues puer paſceret , una ex his amiſſa uouiſſe dicitur , ſi recuperaſſet, uuam ſe* Deo *daturum , quæ maxima eſſet in uinea.* Itaque *ſue inuenta , ad meridiem ſpectans , in uinea media dicitur conſtitiſſe.* Cumq; *in quatuor partes uineam diuiſiſſet, triſq; partes aues abdixiſſent, quarta parte quæ erat reliqua regione diſtributa , mirabili magnitudine uuam inuenit : qua re celebrata , cum uicini omnes ad eum de rebus ſuis referrent , erat in magno nomine ; ex quo factum eſt , ut eum ad ſe rex* Priſcus *accerſeret.* Cuius *cum tentaret ſcientiam : accuratius dixit ei cogitare ſe quiddam, id poſſet ne fieri conſuluit: ille augurio acto poſſe reſpondit.* Tar

quinius

quinius autem dixit, ſe cogitaſſe cotem nouacula poſſe præcidi. Tunc Accium iuſsiſſe experiri: ita cotem in comitium adlatam, inſpectante & rege, & populo nouacula eſſe diſciſſam. Ex eo euenit, ut & Tarquinius augure Accio Nauio uteretur, & populus de ſuis rebus ad eum referret: cotem autem illam & nouaculam defoſſam in comitio: ſupraq; impoſitum puteal accepimus. Attilij diuerſa Ro. cognomenta ſumpſere.

L.Attilius Calatinus

L. Attilius Calatinus cos. aduerſus Carthaginien. profectus, maximis & munitiſsimis ciuitatibus Aetna, Drepano, Lilybæo, hoſtilia præſidia deiecit: Panormum cepit: totam Siciliam peruagatus, paucis nauibus magnam hoſtium claſſem cum duce Amilchare ſuperauit. Cumq; in locum iniquum temere duxiſſet exercitum, à Pœnis circumſeſſus M. Calphurnij tribuni militum uirtute ac opera euaſit, qui cum c c c. militibus eruptione facta, hoſtem in ſe conuertit, ac pugnans in prælio cecidit: ſemianimusq; demum à conſule inuentus ac ſanatus eſt. Idem Attilius ante clauſum Ianum, Sardos tumultuantes uicit, ac de his triumphauit: idemq; dictator primus qui extra Italiam exercitum duxerit. Liui. x v i i. & x i x.

M. Attilius Regulus

M. Attilius Regulus cos. fuſis Salentinis triumphauit: primusq; Romanorum ducum in Africam claſſe traiecit: Amilcharis quaſſata claſſe, naues longas tris & l x. oppida c c. & totidem hominum millia cepit: abſente eo, coniugi eius, & liberis ob paupertatem ſumptus publice dati. Mox arte Xanthippi Lacedæmonij mercenarij militis captus, & in carcerem miſſus. Legatus de permutandis captiuis Ro. miſſus, dato iureiurando, ut ſi non impetraſſet, ita demum rediret, in ſenatu conditionem diſſuaſit: reiectisq; ab ſe coniuge & liberis, Carthaginem remigrans, ibiq; in arcam ligneam coniectus, clauis introrſum adactis, uigilijs oculos ad ſolem uerſando, ac dolore extinctus eſt. Cæcili. Hunc Attilium Liuius ſcribit in Africa portentoſæ magnitudinis ſerpentem cum maxima militum clade occidiſſe: & cum proſpere aliquot prælijs contra Carthaginien. pugnaſſet, ſucceſſorq; ei non mitteretur, id ipſum per literas queſtus eſt, in quibus inter cauſas erat, quòd agellus eius à mercennarijs uaſtaretur.

M. Attilius Seranus

M. Attilius Seranus, L. Valerius Flaccus, L. Val. Tappo triumuiri Bononiam Latinam coloniam deduxerunt: ex S.C. tria hominum mil. ſunt deducta, quibus l x x. iugera: cæteris quinquagena ſunt data. Liuius

M. Attilius Glabrio

M. Attilius Glabrio cos. Flaminio ſucceſsit in bello Macedonico, legatos ſecum duxit M. Porcium Catonem, & L. Val. Flaccum, conſulares ambos: Antiocum, & Aetolos eius auxiliares inſigni clade apud Thermopylas, auxiliante Philippo bello nauali uicit. Dumq; reuerſus triumphum peteret: ei P. Sempronius Gracchus, & Rutilius trib. pl. diem dixere ob prædam regiam interuerſam, neq; in ærarium relatam: teſtimonio grauiſsimi uiri Catonis, qui cum eo legatus fuerat, abſolutus eſt, triumphus ei decretus. Cauſa accuſationis inuidia fuit, quòd homo nouus tam cito creuiſſet. Liui. de bel. Mac.

C. Accilius miles

C. Accilius miles C. Cæſaris nauali ad Maſsiliam prælio, iniecta in puppim hoſtiũ dextra, & abſciſſa, eam læua apprehendit, nec ante dimicare deſtitit, quàm captam profundo mergeret: factum illud memorabile Cynigeri Athenienſis imitatus, qui idem in conſectanda Xerxis claſſe fecerat: autor eſt Val. de for. & Tranquil. in Cæſ.

Cynigerus

Acilinus

Acilinus item miles Beliſſarij ad portam Pincianam ſolus impetum Gothorum repreſsit, ut autor Procop. Acilinus iunior mihi inter Mantuana ſcribitur.

Achillas præſul

Achillas Statius Alexand. ſcripſit de Leucippo & Clitophonte, aliaq; amatoria: poſtea Chriſtianus factus præſul eiuſdem ciuitatis ordinatur: omnimodam deinde hiſtoriam edidit, aliaq; complura. Fuit alter hoc nomine præfectus regis Ptolemæi, qui Pompeium interfecit.

Acylas philoſophus

Acylas philoſophus de ſyllogiſmo commentarios ædidit. Fuit item alter grammaticus, & muſicus. Suid.

Acron med.

Acron Agrigentinus medicus Athenis unà cum Empedocle philoſophatus eſt: fuit antiquior Hippocrate: ſcripſit lingua Dorica de medicina librum unum. In huius ſepulcrum Empedocles, ut alij uolunt, Simonides lepido diſticho luſit ἄκρον ἰατρὸν ἄκρον, πάτρης ἀκράγαντος ἄκρυ, ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει. Sui.

Acron dux

Acron Ceninenſium dux, à quo deuicto Romulus retulit opima ſpolia Ioui Feretrio. Li.

Acron gram.

Acron grammaticus qui Horat. poëtam enarrauit.

Acuſilaus

Acuſilaus Athenienſis Romæ ludum aperuit rhetorices. Suid.

Adrianus ſophiſta

Adrianus ſophiſta Phœnix genere, patria Tyrius, Athenis profecit: & docuit magno cultus uictusq; ſumptu, M. Ant. principi magnopere dilectus: qui eum Athenis audiuit, Romamq; deinde duxit: poſtremo Commodus epiſtolis præfecit, cum excuſatione quòd non prius. Morbo tandem iam ſenex correptus, cum muſis, uti ſolebat, litaſſet: adorata imp. imagine in tabella, ſuper ipſa expirauit, annos natus l x x x. Ex Philoſt.

Adrianus martyr

Adrianus martyr ſub Maximiano apud Nicomediam cuius feſtum v i. Id. Sep.

Adraſtus

Adraſtus rex: uide in geographia, ubi de Bœotia narratur.

Admetus

Admetus rex apud Pheras ciuitatem, cuius armenta Apollo ex fabulis iram fugiens populorum Theſſaliæ, quòd crudeliter imperaſſet, dicitur pauiſſe, ac ei à Parcis uitæ prorogationem impetraſſe, ſi pro eo alter moreretur. Tempore igitur adueniente, cum eum fata expoſcerent, nemo nec etiam parens inuentus qui pro illo mori uellet, præter Alceſten uxorem, pro qua Admetus annuum inſtituit luctum melicum, ex quo prouerbium in triſtibus per antiphraſim, ἀδμήτου μέλος. ex Tarræo.

Alceſte

Aeliorum familia

Aelios cum diphthongo, & Helios cum aſpiratione ſcriptos: utroque modo in antiquis marmoribus inuenimus. Aeliorum familia Ro. pauperrima fuit: adeo ut x v i i. Aelij uno tempore eandem domum habitauerint: unum tantum habentes agrũ Veientanum & locum ſpectandi in circo. Valer.

Sex. Aelius Catus

Sex. Aelium Catũ, cum legati Aetolorum in conſultatu prandentem in fictilibus uidiſſent, miſſa ab his uaſa argẽtea nõ recepiſſe, neq; aliud habuiſſe argenti uſq; ad ſupremum uitæ diem, quã duo pocula quæ ſocer eius L. Paulus ob uirtutem deuicto rege Perſeo donaſſet: autor eſt Plin. lib. x x i i i i. ca. x i. Hic ille qui prudentia & iuris ciuilis ſcientia præditus ab Enniano celebratur carmine. Egregie cordatus homo Catus Aelius Sextus. Cenſuram cum M. Cethego egit, in qua in ſpectaculis ſenatum ſecreuit à populo, cũ promiſcue prius ſpeſtaret, cuius rei gratia plebs maxime indignata. Liui. Valerius item de eodem. Sex. Aelius Tubero iurecos. nobilis & pauper, admodũ filiam Pauli Aemylij principis tunc ciuitatis duxit. Filium is habuit: de quo Cic. in orat. ait. Quoniam ſtoicorum facta eſt mentio.

Q. Aelius Tubero

Q. Aelius Tubero fuit illo tempore, L. Pauli nepos, nullo in oratorũ numero, ſed uita ſeuerus & congruens cum ea diſciplina quam colebat, paulò etiã durior, qui quidem in triũuiratu iudicauerit contra Africani auunculi ſui teſtimoniũ: ſed ut uita ſic oratione durus, incultus, horridus, itaq; honorib. maiorũ reſpondere non potuit. Fuit autem conſtans ciuis & fortis, in primis Graccho moleſtus, quod indicat Gracchi in eũ oratio. Sũt etiã in Gracchũ Tuberonis. Fuit igitur mediocris in docendo, doctiſs. in diſputando. De eodem rurſus Cic. pro Mur. mentionẽ facit, ubi dicit quòd cũ eſſet prætor in funere Africani po. Ro. ad epulũ inuitauit: pellib. hœdinis & teſtis Samijs menſis paratis, tanquàm Diogenes Cynicus eſſet mortuus, & non diuini hominis Africani mors honeſtaretur. Ex quo populus indigne ferens, eum prætura deiecit: dictitans Ro. publicam magnificentiam diligere, priuatam uerò luxuriam odio perſequi.

Qu. Aelius

Huius etiam nepos Q. Aelius Ligarium apud Cæſ. accuſauit, quòd legatus in Africa tẽpore belli ciuilis contra eũ fuiſſet, quòdq; ipſum cũ patre ſuo ea prouincia quã ſorte fuerint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

rint adſecuti probuiſſet. Defenditur à Cice. luculenta oratione. Pedianus.

Aelius Gallus

Aelius Gallus primus Romanorum, ut ait Plin. libro VII. Arabiæ bellum intulit, miſſus ab Auguſto, oppida diruit antea non nominata. De eodem item Strabo libro XVI. mentionem facit: ſicuti in geographia in Arabiæ deſcriptione narraui.

Aelius gram.

Aelius grammaticus cognomine duplice duplici: nam & Præconinus, quòd pater eius præconium faceret, uocabatur: & Stilo, quòd orationes nobiliſſimas cuique ſcribere ſoleret, tanto optimatum fauore, ut Metellum Numidicum comitatus ſit in exilium. ex Tranquil. Aelius Meliſſus, de quo Gellius.

Aelius Meliſſus

Noſtra memoria fuit Romæ Aelius Meliſſus ſummo inter grammaticos loco: ſed maiore iactantia & σοφιςεία, quàm opera. Is præter alia quæ complura ſcripſit, librum edidit de loquendi proprietate: ubi matronam eam eſſe dicit, quæ ſemel peperit, quæ uerò ſæpius matremfamiliâs: ſicuti ſuem quæ ſemel peperit, porcariam: quæ ſæpius, ſcropham.

Aelianus

Aelianus ſophiſta Roma. à Philoſtrato magnopere laudatur, quòd Romanus homo tam probe atticiſſauerit, tamq; eleganter peregrinam à patria retinuerit uocem. Scripſit de animalibus, de uaria hiſtoria, de re militari: quæ omnia ad nos peruenerunt. Fuit auditor Pauſaniæ ſub Adriano. Deceſſit annorum LX. ſine liberis, quum cœlebs fuiſſet.

Aeliodorus philoſophus

Aeliodorus philoſophus, quem Adrianus in ſumma dignatione habuit, teſte Spartiano.

Aeliodorus ſophiſta

Aeliodorus ſophiſta ponitur à Philoſtrato.

Aeliodorus præſul

Aeliodorus præſul Tricenſis, quæ ciuitas Theſſaliæ eſt, tempore Theodoſij, uti refert Socrates hiſtoricus, ſcripſit Græce Aethiopicam hiſtoriam libris XI. quos habemus. Edidit & περὶ τῆς χρυσοποιήσεως, id eſt de auro factitio, ad Theodoſium, uerſu iambico, ut teſtatur Gregor.

Aeliodorus presbyter

Alius item presbyter, deinde præſul Altinenſis, ad quem ſcribit Hierony. noſter. cuius ingenium hoc modo taxat. Heliodorus domum ampliſſimam per modicum foramen reſpiciens, tentanſq; oſtia concluſa, clauesq; non habens, pauca ad lucem prodere ualuit, ſed quod narrare potuit, hoc fideliter egit. Aemyliorum genus ſcribit Plutar. à dulci facundia leporeq; dictum. ἁιμυλία enim lepiditas ſiue placabilitas dicitur, unde etiam Lepidi cognomen ſibi apud eorum plures adſumpſit: apud alios & Pauli & Scauri & Mamerci. Mamercus enim, ut ait Feſtus, prænomen eſt Oſcum: eo quòd hi Martem Mamercum dicunt.

Aemylius Mamercus

Aemylyus Mamercus ter dictator: Fidenates deficientes in poteſtatem cum oppido recepit: cenſuræ honorem qui antea per quinquennium gerebatur, anni & ſex menſium ſpatio finiuit: ob eamq; rem à cenſoribus notatus eſt. Liu. lib. IIII.

L. Aemylius Paulus cõſul.

L. Aemylius Paulus Cos. cum Terentio Varrone, temeritate collegæ inire pugnam cum Annibale coactus, apud Cannas cecidit: cuius cadauer inuentum, hoſtis honorifice tumulauit.

L. Aemylius Paulus F.

Huius filius L. Aemylius Paulus, primo conſulatu quem poſt tris repulſas adeptus eſt, de Liguribus triumphauit: rerum geſtarum ordinem in tabula pictum publice poſuit. Iterum Cos. Perſeum Macedoniæ regem apud Samothracas cepit: quem uinctum fleuit, & adſidere ſibi iuſſit, demumq; in triumphum duxit. In tanta lætitia duos filios cum amiſiſſet, poſtridie in ſenatu gratias fortunæ egit, quòd ſi quid aduerſi Reipubicæ imminebat, ſua eſſet calamitate conſumptum: ob hæc omnia à populo & à ſenatu conceſſum eſt, ut ludis Circenſibus triumphali ueſte uteretur. Ob huius abſtinentiam & paupertatem, poſt mortem eius dos, niſi diuenditis poſſeſſionibus, non potuit exolui. Hæc Cæcil. Apud uerò Liui. legitur, quòd procos. etiam in Hiſpania aduerſo primum cum Vaſcetanis & Luſitanis Marte pugnauit apud Lyconem oppidum, ubi ſex mil. de eius exercitu cecidere. Anno deinde ſequenti eoſdem Luſitanos fudit: cæſis XVIII. mil. captis uerò tribus mil. ac CCC. Ob quam rem ſupplicatio à ſenatu decreta.

L. Aemylius Regillus

L. Aemylius Regillus claſſe Annibalem tunc præfectum Antiochi regis uicit. Cui reuertenti in æde Apollinis cum ſenatus datus eſſet, auditis rebus geſtis eius, quantis cum claſſibus hoſtium dimicaſſet, quot inde naues merſiſſet, quot cepiſſet, conſenſu patrum triumphus ei decretus. Liui. libro VIII. de bello Ma.

M. Aemylius Lep. Porcina

M. Aemylius Lepidus Porcina, his temporibus quibus Serg. Galba paulò minor natu, ſummus orator eſt habitus. In hoc primum apud Latinos lenitas illa Græcorum apparuit, hunc audiuimus adoleſcentes duo propè æquales, C. Carbo, & Ti. Gracchus. Cice. de oratore.

M. Aemylius conſul

M. Aemylius Lepidus pont. max. Cos. cum Catulo, partium Marianarum aduerſus collegam Catulum Sullanum ducem inſurgens, rediuiuos bellorum ciuilium tumultus excitauit: cumq; uellet exules reuocare, ex urbe pellitur, ac in Hetruriam profectus, mox cum exercitu reuerſus ad obſidionem urbis Ianiculum occupauit, Miluiumq; pontem tranſierat: cum Catulus Cos. & Pompeius ipſum pellunt: hoſtis demum iudicatus in Sardiniam abijt, ibi'que dolore rerumq; inopia pariter perijt. Florus libro III. Plinius quoque hunc Aemylium dicit Catuli in conſulatu collegam primum limina è Numidico marmore in domo ſua magna reprehenſione poſuiſſe, anno urbis DCLXVI.

M. Aemylius Lep. triumuir.

Huius filius M. Aemylius Lepidus triumuir fuit cum M. Antonio & Octauio: Africam ſortitus eſt cum XX. legionibus, quapropter elatus imperio, primas ſibi partes uendicabat, Octauiumq; ſpernebat: nec auxilium contra Sext. Pomp. petentem iuuit: ex quo ab eodem & exercitu ſpoliatus, & ſupplex conceſſa uita apud Circeios relegatus in perpetuum fuit.

Paulus Aemylius Lepidus

Hic Paulum Aemylium Lepidum fratrem ante omnis proſcripſit, quòd ab eodem prius ipſe hoſtis iudicatus fuerat, autor Appia. Aemylius Segeſtæ in Sicilia tyrannus, cuius meminit Plutar.

Aemylii Scauri

Aemylios Scauros, uide inter Scauros.

Aemylia

Tertia Aemylia uxor Africani maioris laudatiſſima.

Aedisia

Aedeſia mulier Alexandrina Syriani philoſophi propinqua, magna & caſtitatis, & doctrinæ fama à Suida commemoratur.

Aegemon

Aegemon poëta qui bellum Leuctricum Thebanorum & Lacedæmoniorum uerſibus ſcripſit. Demoſthenes in Bithynicis.

Aeſchyues

Aeſchynes Athenienſis orator ſecundam incœpit ſophiſticam, ut alibi diximus: de qua hæc conſiderauimus. Populus Athenienſis in duas omnnino partes diuiſus. Altera regi Perſarum fauebat, ubi princeps erat Demoſthenes, altera Philippo, ubi Aeſchynes, utroque pecunia correpto: nam & rex rebus Perſicis metuens, per Athenienſium Philippi expeditionem contra eum morabatur. Philippus uerò niſi prius Athenis debellatis, ſe ad regem penetrare poſſe minime ſperabat. Quæ quidem diſſentionis cauſa inter hos duos oratores fuiſſe traditur: ſed ut mihi uidetur, potius morum diuerſitas, qua nihil magis odium ſolet accendere: nam & Aeſchynes potator erat, & dulcis, remiſſus, facete pronuntians, in tragœdia quoque hiſtrionibus graue ſonantibus ſubſtitutus. Ille contrà, ſobrius, grauiq; ſupercilio, inſuper aquam potans, ac propterea uti difficilis & moroſus taxabatur, quam morum famam auxit eorum contubernium, quum apud Philippum ambo legati eſſent: altero legationis ſocijs otioſo dulciq; uiſo, altero duro ſtudioſoq;. Percrebruit hæc diſcordia eorum ſermone apud Philippum habito ſuper Amphipoli, quando Demoſth. oratione excidit: Aeſchynes uerò nunquàm ex his qui ſcutum abijcerent, ſed recordatus operis in Tamyris, quo Bœotios uicere Athenienſes, quum alia fecit, tum incredibili celeritate uictoriam nuntiauit, cuius gratia publice coronam meruit. Accuſatus à Demoſthene, ut autor incommodi Pho-

cenſis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cenſis abſolutus ab Athenienſibus fuit. Super condemnato Antiphonte iudicatus, ac à conſilio Ariopagi pro templo in Delo legatione fungi prohibitus, Pylagorasq; pronuntians apud populū neutiquàm infamiā uitauit, quin Philippum in Elatiam introduxiſſe putaretur. Dulci oratione Pylæam commouens, Athenis diſceſſit minime iuſſus, ſed uti obſisteret ignominiæ, quam tulerat ſuffragijs excidens in accuſatione Demoſthe. & Cteſiphontis. Primo ſi quidem curſu Epheſum ad Alexandrum contendit, ut Babylonem, Suſaq; ſtatim iturus, quumq; interim de ipſius morte acciperet, ac ſibi res Aſiæ clauſas cerneret, Rhodi ſubstitit: locum nactus opportunum ſophiſthico ſtudio, ibiq; otio & muſis uacans, Dorica Atticis moribus commiſcuit, extemporalemq; orationem cum copia primus inueniendo, magnam eſt adeptus laudem. Nam in procinctu dicere rem ſiquidem antea inattentatam, dono quodam diuino adflatus uidebatur. Auditor & Platonis & Iſocratis, longe plura ex ſuo ingenio adduxit. Nam & perſpicuitatem in dicendo retinuit, mollitiemq; & ornatum, ac ſimul cum grauitate iucunditatem, & in totum forma eius orationis melior quàm imitatione ſubigi poſſit. Ex orationibus eius quarta, quæ Deliaca dicitur, eius linguam & ſtylum mentiri uidetur. In tribus autem omnis eius dicendi uis animaduertitur. Contra Timarchum, in defenſione illius de legatione, in accuſatione Cteſiphontis. Quartum eius monumentum adiecerim, epiſtolas quaſdam optima refertas diſciplina. Inſuper Rhodijs pulcherrimum de moribus uolumen dicauit. Legens quandoque publice eam quam aduerſus Cteſiphontem habuerat orationem, admirantibus ſanè Rhodijs, quonam modo tanta facundia conuicta fuiſſet, Athenienſesq; improbum tuliſſe iudicium putantibus. Atqui, inquit, nulla uos teneret admiratio, ſi Demoſthenem contra hæc diſſerentem audiſſetis. Quare non ſolum inimici collaudauit eloquentiam, ſed etiam ſententias iudicum excuſauit. Hæc ex Philoſtrati ſophiſtis conuerſa.

Aeſchynes alii

Aeſchynes quoque alij narrantur Diogeni. Primus, philoſophus Socratis diſcipulus. Secundus, qui artem oratoriam ſcripſit. Tertius, hic orator. Quartus, Mitylenæus: quem flagellum oratorum uocabant. Quintus Neapolitanus philoſophus academicus Melandi Rhodij diſcipulus.

Aeſopus philoſophus

Aeſopus philoſophus Phryx genere, conditione ſeruus, tempore Crœſi Lydorum regis, cui ſuas fabulas dicauit.

Aeſopus Mithridatis

Aeſopus anagnoſtes Mithridatis eruditiſſimus, ſcripſit de laudibus Mithridatis, & de Helena. Suidas.

Aeſopus Tragicus

Aeſopus tragœdus amicitia iunctus Ciceroni, ſæpe cum eo ad uidendum in curia pronuntiantem Hortenſium adijt, teſte Vale. in maximas opes ex hiſtrionica peruenit, adeo ut ſeſtertio centiès ei patina ſteterit, filium reliquerit adeo diuitem ſimul, & prodigum, ut is uniones aceto liquefactos cœnis adponeret. Plin.

Aeſchron

Aeſchron Mitylenæus uerſificator, inter Alexandri Macedonis comites expeditionis, Ariſtotelis familiaris, maximeq; ei dilectus, ut tradit Menander Alexandrinus in lib. de diſcipulis Ariſt.

Aeſchylus

Aeſchylus tragicus Athenienſis: de quo dicitur etiam in Theſpide: hic primus teſte Horat. grauitate perſonarum, & coloris diſtinctione uſus eſt. Deinde inuenta pœna Naxiorum, quam Icria uocabant, Athenis excidens, in Siciliam uenit: quumq; audiret in fatis eſſe, ut ex ictu superne proueniente mori oporteret, tectum euitando, ſub dio manebat aperto capite: ubi teſtudinis ictu, lapſæ ex unguibus aquilæ prætereuntis, extinctus, ut autor eſt Valer. anno ætatis L VIII. Quinti. de eo ſic refert: Aeſchylus in lucem primus protulit tragœdias. Nam & ſubtilis, & grauis & grandiloquus ſæpe uſque ad uitium.

Aetius ſoph.

Aetius, quadriſyllabum, ex Antiochia Syriæ fuit, Eunomij præceptor, Conſtantini magni temporibus: pauper natus, ab initio aurificinam ob inopiam exercuit: paulopoſt ob nobilis præceptoris commoditatem, qui nuper è Tyro aduenerat, ſeſe literis & eloquentiæ ſtudijs tradidit. Quum Chriſtianus eſſet, & à Leontio præſule Antiocheno diaconatus ordini aſcitus eſſet, Eunomianorum, Arrianorumq; ſectæ ſe addixit: quapropter Atheos uocatus, & ex Antiochia pulſus eſt. Eius uitam Eunapius Græcus autor, unde hæc excerpſimus, proſequitur. Scripſit complura, medicina tantum eius ad nos peruenit, quæ cernitur in bibliotheca Vaticana.

Aeneas

Aeneas ſapientia apud Troianos, uti Hector fortitudine, præſtitit. Itaque is manus, ille ſenſus putabatur: ambo ætate ſtaturaq; æquales: autor Philoſtratus in heroicis. Dictys autem Cretenſis dicit, Aeneam & Antenorem Ilium prodidiſſe Græcis: domos eorum in direptione incolumes fuiſſe: poſtremo in Italiam ambos adnauigaſſe. Dares item Phrygius, Polydamanta, Hectorem, Dolonem, & Aeneam proditores enarrat. Dicitq; Aeneam è Græcis Amphimachum & Nireum interfeciſſe: Homerus ponit eundem cum Diomede congreſſum in pugna, ac iam deficientem Veneris matris auxilium habuiſſe: quæ demum & ipſa uulnerata apud Iouem queſta, hanc accepit reſponſionē apud eundē: Τέκνον ἐμὸν οὐ σοὶ δέδοται πολεμήϊα ἔργα, ἀλλὰ σύγ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο. Non tibi bellorum partes mea nata dabuntur, Dulcia coniugij ſed tantum uincula cura.

L. Afranius poeta

L. Afranius poëta Comicus, teſte Cicerone in Bruto, homo peracutus in fabulis, & diſertus. Quint. inquit, quod in togatis excellit: utinamq; non inquinaſſet argumenta puerorum fœdis amoribus, mores ſuos faſſus. Horatius. Dicitur Afrani toga conueniſſe Menandro. Auſonius quoque. Qui toga facundi ſcenis agitauit Afrani. Huius etiam illud: Mala ætas nulla inuenit delinimenta.

L. Afranius

L. Afranius alter dux Pompeianus notiſſimus.

Agatho philoſophus

Agatho philoſophus Pythagoricus ac diſertus, frequens antithetis, adhibitus quondam conuiuio ab Archelao rege, cuius erat familiariſſimus: interrogatusq; ab eo, cum iam eſſet annorum L X X X. ſi robur adhuc ullum ſeruaret: Sanè, inquit, Nam non ſolum uer, ſed autumnus ſolet bona & proſperitatem adferre, autor Aelianus de uar. hiſto.

Agatho uir fortis

Agatho Athenis alter uir monſtroſæ fortitudinis, ſimul & magnitudinis, tempore Adriani principis & Herodis Attici. De quo Philoſtratus in uita ipſius Herodis ait, quòd adoleſcens hic erat in prima lanugine ſimilis ingenti Gallo, magnitudine octonum pedum, uaſta coma, hirſutis oculis ac iunctis, ut unus uideretur, læta facie, naſo aquilino, ceruiſſe toroſa, pectore uaſto, pulchreq; compacto, cruribus breuibus, ac extra incuruatis. Erat ei tegmen lupina pellis: certamenq; cum apris, thois, lupis, tauris: quorum omnium uulnera oſtentare ſolebat: ueſcebaturq; lacte aſinino libentius, quod ei leuius iucundiusq; uideretur. Cratera ei iuſſu Herodis adlatum reſpuit, dicens haud purum eſſe, quod odore muliebri offenderetur, cum eſſet caſtiſſimus: ſciſcitans deinde Herodes comperit, in eū mulierem lac mulſiſſe, mirūq; omnibus uiſum: hæc è Philoſtrato.

Agatho martyr

Agathones item duo uiri ſancti: alter martyr ſub Decio apud Alexandriā: alter abbas alibi dicitur.

Agatha

Agatha uirgo Cathanenſis & martyr ſub Gallo mamillis torta.

Agatocles

Agathocles tyrannus Syracuſanus annis ferè L. poſt Alexandrum apparuit, patre figulo ex humili genere: teſte Trogo lib. X I I. ac ſtupris probriſq; omnibus adoleſcentia peracta, forma precellēti, eloquentia ſumma: uir factus piraticā exercuit: poſtremo dux patriæ cōtra Carthaginienſes ſæpe pugnauit: ad extremum regnandi cupidus, dū ab Tarentinis adcerſitur, in Italiā uenit; pauloq; poſt exceſſit felicitate non æqua priori ſubſecuta.

Agathias

Agathias Scholaſticus Smyrnæus patria, ſcripſit poſt Procopium res Iuſtiniani principis eiuſq; ducū Beliſarij & Narſetis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Narſetis: tum in Italia quoque & Africa, ac apud Byzantium res geſtas, quorum tempore ipſe fuit. Compoſuit & quæ uocantur Daphnica, opus elegantiſsimum, coëgitq́; in uolumen diuerſa epigrammata Græca nobilium poëtarum: hæc Suidas. Eius hiſtoria cernitur hodie in bibliotheca Vaticana à Priore S.Balbinæ conuerſa. Epigrammata quoq; quæ coêgit caſtrata fuere à Maximo Planude monacho reſectis laſciuioribus: ſunt autem quæ nunc uulgò circũferuntur.

Agapius

Agapius Alexandrinus educatus in eloquentiæ ſtudijs. In medicinam commentarios edidit: Byzantij ludum aperuit, magna doctrinæ fama, ingenijq́; ſolertia: unde gloriam ex ea arte opesq́; ſibi parauit ingentes. Fuit item alter Athenienſis philoſophus poſt Proclum, Marini Neapolitani doctiſsimi uiri diſcipulus: autor utriuſque Suid.

Agapitus

Agapitus apud Præneſte puer XIII. annorum ſub Aureliano principe martyrium paſſus.

Ageſilaus

Ageſilaus Lacedæmonius dux, uir maxima autoritate, iam ſenex, ſæpe per brumam uiſus eſt diſcalciatus ac ſine tunica, opertus tantum ueſte domeſtica. Dicentibusq́; eidem, quòd iuuenili nimium incitaretur exemplo, quin dixit: Iuuenibus potius exemplum præbeo patientiæ. Autor Aelianus de uaria hiſtoria.

Ageſidamus

Ageſidamus Locrenſis Epizephyrius nobilis Olympionices, in quem pugilatu uincentem, Pindarus hymnum cecinit illum: τὸν ὀλυμπιονίκαν ἀναγνῶτέ μοι ἀρχεστράτου πᾶιδα. nam cum prius ab inimico prope uictum ponit. Deinde ex oratione Ilæ alyptis eius certamini fortius incumbens hoſtem ſuperauit. Itaque haud aliter debuit Ilæ, quàm Patroclus Achilli: cuius armis aciem Græcorum corruentem reſtituit, uel Cygnus Marti, cuius auxilio Herculẽ prope uictorẽ uicit. Pindarus.

Ageſias Syracuſanus.

Ageſias Syracuſanus Olympionica Soſtrati filius.

Ageſias Cyrenaicus

Ageſias, alter Cyrenaicus philoſophus Platonicus: prohibitus à Ptolemæo in ſcholis docere, aut legere: quoniam immortalitem animæ ſuadendo multos ad mortem compelleret, ut Cleombroto Ambraciotæ accidit. Cicero in Tuſculanis.

Aglaophron

Aglaophron, Phrylus pictores. Olympiade. XC. Plinius.

Agoracritus

Agoracritus ſtatuarius Pairus Phidiæ diſcipulus ei ætate gratus, itaque è ſuis operibus pleraque nomini eius donaſſe dicitur, ut in Nemeſi Rhamnuſia, id eſt, apud Rhamnuntem X. cubitorum, à Phidia facta, ut eſt autor Tarræus in prouerbijs. Habuit & condiſcipulum Alcmanem Athenienſem: cum quo in Venere fingenda certauit: uicit Alcmanes non opere, ſed ciuitatis ſuffragijs contra peregrinum ſuo fauentis. Plinius.

Agrippa Menenius

Agrippæ plures. Primum legimus Menenium Agrippam cognomine Lanatum. Qui dux electus aduerſus Sabinos, de eis triumphauit: & cum plebs à patribus ſeceſsiſſet in Auentinum, quòd tributum & militiam toleraret, nec reuocari poſſet, Agrippa apud eam orans, inquit. Humani artus cum uentrem otioſum uiderent, ab eo diſcordarunt, & ſuum illi miniſteriũ negauerunt. Cum eo pacto & ipſi quoq; deficerent, intellexerunt uentrem cibos acceptos per omnia membra diuidere: & cum eo in gratiam redierunt. Sic ſenatus & populus quaſi unum corpus diſcordia pereunt, concordia ualent. Hac fabula conciliatus populus, creauit tamen tribunoſplebis, ut libertatem ſuam aduerſus nobilitatem defenderent. Menenius autem in tanta paupertate deceſsit, ut eum populus collatis quadrantibus ſepeliret, locum ſepulcro ut ſenatus publice daret. Cæcilius.

M. Agrippa

M.Agrippa in pedes dicitur ex utero egreſſus: unde nomen auſpicatus unico felicitatis exemplo, quanquam ille plurima ſit paſſus duabus ſuſceptis Agrippinis: quibus C.& Nero principes totidem humani generis faces geniti: præterea breuitate uitæ, quinquageſimo raptus anno, in tormentis adulteriorum coniugis, ſoceri prægraui ſeruitute luiſſe præpoſteri ortus auguria exiſtimatur. Meruit tamẽ auguſti gener adſciſci, coronaq́; nauali ab eo donari bello Actiaco. Pãtheon Ioui ultori Cos.tertium fecit. Aquas in urbẽ introduxit. Plinius. Coloniam item duxit Agrippinam. in ſiniſtro Rheni latere. Huius filium Agrippam, Auguſtus primo adoptauit: deinde ob ingenium ferox ac ſordidum reiecit. Tranquillus.

Duæ Agrippinæ

Duarum uerò Agrippinarum eius filiarum, quas ſuprà commemoraui: una nupta Germanico fuit: mater Caij principis, cuius monumentum Romæ adhuc uidemus in Capitolio pro ædibus conſeruatorum, cum huiuſmodi inſcriptione: Oſſa Agrippinæ, M.Agrippæ filiæ, diui Auguſti neptis, uxoris Germanici Cæſaris, matris Caij Cæſaris Auguſti Germanici principis. Altera uerò nupta Donitio Neroni primum, ex quo Neronem principem ſuſcepit. Deinde Claudio Cæſari, quem poſtea boleto ſuſtulit.

Agrippa Caſtoris

Agrippa cognomento Caſtoris, uir imprimis doctus, contra XXIIII. Baſilidis hæretici uolumina, quæ contra euangelium ille ſcripſerat, acerrime diſſeruit. Hieronymus.

Agricola Vitalis

Agricola & Vitalis eius ſeruus martyres ſub Maximiano Bononiæ paſsi, & ſepulti à beato Ambroſio, qui eorum corpora diuinitus ei patefacta, in eadem urbe tumulauit, ut ipſe teſtatur. Agricolæ uitam ſoceri ſui Tacitus ſcribit.

L.Albinus

Albini plures cognominati: quorum primus, Lucius Albinus de plebe Romana legitur apud Liuium V. qui fugiens Gallos, ex rheda uxorem filiosq́; deſcendere iuſsit: & Veſtales, quæ cum ſacris & ipſæ pedibus fugitabant, impoſuit.

A. Poſthumius Albinus

A.Poſthumius Albinus, qui conſul cum L.Lucullo fuit, res Romanas Græco ſermone ſcriptitauit. In cuius exordio primum ſcriptum eſt, neminem ſuccenſere ſibi conuenire, ſi quid in his libris parum compoſite, aut minus eleganter ſcriptũ foret: Nam ſum, inquit, homo Romanus, Græca oratio à nobis alieniſsima eſt. Ideoq́; ueniam, gratiamq́; ſi quid eſſet erratum, poſtulauit. Ea cum legiſſet Cato ſenex, cuius ille tẽporibus fuit: ne tu, inquit, Aule, nimium nugator es, cũ maluiſti culpam deprecari, quàm culpa uacare. Nam petere ueniam ſolemus, cum aut imprudentes erramus, aut cum compulſi peccauimus. Te oro, quis impulit, ut id committeres, quod prius quàm faceres, peteres ut ignoſceretur? autores Gel. Cor. Nepos, Suidas, Macrob.

Sp.& L. Albini

Sp.& L.Albini, duo Mumij filij inter oratores referuntur à Cicerone, qui extare amborum orationes dicit: ex eisq́; Lucium ſimplicem & antiquum eſſe: Spurium uerò doctum ex diſciplina Stoicorum, eiusq́; extare multas orationes.

Alcmanes

Alcmanes ſtatuarius Athenienſis Phidiæ diſcipulus. Cuius opera Athenis plura memorantur, Plinius. De hoc item diximus in Agoracrito.

Alcmã poëta

Alcman poëta lyricus Laconicus ſiue Meſſenius circa Olymp. XXVII. inuentor amatorij carminis, ſcripſit lingua Dorica, Suidas. Aelianus de uar. hiſto. dicit hunc ſeruum fuiſſe Ageſidis: ac propter ingenium liberum factum.

Alcmeon

Alcmeon Crotoniata Pythagoræ auditor, plurimum in medicina uerſatus: uidetur autem primus qui de naturæ ratione ſcripſit, ut Fauorinus in omnimoda hiſtoria eſt autor. Animam immortalem dixit, moueriq́; iugiter modo ſolis. Diogenes. Alcmeonem filium Amphiarai, uide inter heroas.

Alcæus poëta

Alcæus poëta lyricus Athenien. primus, ut quibuſdam placet. Eſt & alter Mitylenæus, priſcæ comœdiæ poëta, qui docuit fabulas X. hæc Suidas. Quintilianus autem de lyrico hæc ſcribit: Alcæus in parte operis, aureo plectro merito donatur. Tyrannos inſectatus, multum etiam moribus profuit. In eloquendo breuis ac magnificus & diligens. Homeri ſimilis: ſed in luxus & amores deſcẽdit, maioribus tamẽ aptior.

Alcidamas

Alcidamas Eleates philoſophus ſcribit de muſica, diſcipulus Gorgiæ Leontini. Suidas.

Alciphron

Alciphron Magneſius iuxta Mæandrum philoſophus. Idem. Alcimenes Megarenſis poëta tragicus. Idem.

Alcinous

Alcinous philoſophus Platonicus epitomen compoſuit decretorum Platonis, à præſule Tropienſi poſtea in Latinum conuerſam. Alcinoum Cerciræ re-

gem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Alcibiades

gem, uide inter heroas. Alcibiades Athenienſis non ſolum dux inclytus, ſed in dicendo eloquentiſsimus fuit, ut & Demoſthenes & Theophraſtus autores: magna dein autoritate in repub. Niciæq; tunc principis gloriæ obnoxius. In Siciliam primo cum triremibus miſſus: ab eo bello paulopoſt reuocatus ad iudicium, fuit accuſatus opera inimicorum, quòd Cererem & arcana myſteria uiolauerat: condemnatus, ad Lacedæmonios confugit, eosq; contra Athenienſes concitauit: quos tandem ſuſpectos habens, ad Tiſaphernem Satrapem Darei præfectum ſeſe recepit. Poſtremo reuocatus in patriam, magno ciuium fauore, dux deligitur contra Lacedæmonios, qui à Lyſandro eorum duce ſuperatus, in ſuſpicionem Athenienſium uenit: ex quo imperium ei abrogatum, ſuffecto Menandro: Alcibiades uerò ad Artaxerxem Perſarum regem profugit: Lyſander interim potitus claſſe Athenis, atq; ad perſequendum Alcibiadem profectus, eum in quodam oppido cum Timandra meretrice incluſum oppreſsit, atque confodit. Vt autem Trogus tradit in domo circumſeſſus atque crematus. Moribus fuit alioquin elegans & urbanus, ſed luxu procacitateq; ingenti. Canes equosq; alere ſolitus, Traditurq; Socrati præceptori imprimis ob formam dilectus: commonſtratamq; modulandi artem tibiarum, à pueris tunc ingenuis frequentatam, ſpreuiſſe, buccarum & oris inflationis deformitate offenſus.

T. Albutius

T. Albutius: quem M. Varro dicit ſcripſiſſe ſatyras Luciliano ſtylo. Nam & Lucilius eum ut Græca miſcentem uerba notat: Græcum Albuti quàm Romanum atque Sabinum, municipem ponti Tritanum centurionum. Et demum χαῖρε.

Albutius declamator

Albutium aliũ Seneca in Declamationibus, dicit ſuo tempore fuiſſe nobilem declamatorem.

C. Albutius ſilus.

C. Albutius Silus, Nouarienſis orator Romam uenit, receptus in Planci oratoris cõtubernium. Iam uerò ſenior ob uitium uomicæ Nouariam rediјt, conuocataq; plebe cauſis propter quas mori deſtinaſſet in concione redditis, abſtinuit cibo: ex Trãquillo.

Alphenus

Alphenus iuriſconſul. Ser. Sulpitij diſcipulus, rerumq; antiquarum curioſus.

Alexis poëta

Alexis Thurius, que prius Sibaris uocabatur, poëta Comicus ante Menandrum reliquit plures fabulas: habuit & filium Stephanum poëtam & ipſum Comicum. Suid.

Alexis Romanus

Alexis Rom. quem Alexium uocant, filius Euphemiani magni uiri, Honorij principis tempore, nobilis adoleſcens patriq; unicus, diuino inſtigatus ſpiritu clam relictis omnibus, atque etiam uxore, quæ paulò antè ei pacta fuerat, Edeſſam Meſopotamiæ urbem petijt, ubi inter mendicos hominum miſericordia uictitabat: poſt annos uerò XII. cum Laodiceam ſe conferre uellet, uẽto ad Oſtiæ littus impulſus eſt. Manſit reliquum uitæ tempus ignotus peregrini habitu ac pauperis in domo paterna in Auentino, ubi nobile nunc ipſius cernitur templum: ſub quadam ſcala poſita ſtatione, cognitus tantum poſt mortem ipſius ex chirographo ſeſe manifeſtante, ac inter ſanctos relatus. Templum inſuper ex ipſa domo ei ac Bonifacio martyri dicatum, quòd eius ædes propinqua eſſet: deinde Oſtiæ, tum aliorum oppidorum munere auctum monachis eſt traditum. Verum cum abbas olim contra pont. agere deprehenderetur, eiecti ac Hieronymi eremitæ introducti bonis ex magna parte ablatis.

Alexander Macedo

Alexandri Philippo Macedone nati, & uitam & geſta, innumerabiles penè Græci poſteritati tradidere: è quibus Clitarchus, Polycratus, Oneſicritus, Antigenes, Iſtrus, Ariſtobulus, Chares, Hecateus Eritreus, Philippus Calcidenſis, Duris Samius, Ptolemæus, Anticlides, Philo Thebanus, Philippus, Hyſangelus, Antiſthenes, Menæchmus Sicyonius, Nymphis Heracleotes, Potamon Mitylenæus, Sotericus Aſites, Arrianus, Plutarchus, è noſtris uerò Q. Curtius. Ego autem epitome breui percurram. Igitur natum ſcribit Plutarchus VIII. eidus April. Ab eo autem qui in Latinum illum conuertit: circa eidus Auguſti ſcribitur. quod ſanè cuius ſit error neſcio. Aetatis & diſciplinæ rectores, Leonidam Olympiadis matris neceſſarium, & Lyſimachum Halicarnaſſeum, habuit. Deinde Ariſtotelem præceptorem, à quo eruditus fuit, perſeueranter amauit: ſcientiaq; phyſicæ delectatus, quandoque ad eum per literas queſtus eſt, quòd libros eam diſciplinam continentes uulgò ediderit. At ille reſpondit, editos quidem: ſed tanquam non editos ob eorum obſcuritatem fore. Annum agens XVI. à patre profecto in obſidionem Byzantij, ad regni curam dimiſſus domi eſt: poſt eius uerò mortem annos XX. natus imperium iniens, primam in Thebas expeditionem fecit: easq; bello ſuperatas euertit. Cum Athenienſibus pacem fecit, quanquam Thebarum caſum moleſte ferentibus: Ad Iſthmon uenienti omnes obuiam præter Diogenem Cynicum uenere: miratus Alexander ad eum in ſole apricantem uenit, rogans ſi quid opus: at ille, ut paulum, inquit, à ſole abſis. Alexander deinde ad ſuos uerſus, ſe Diogenem eſſe uelle dixit, ſi Alexander non eſſet. Cupidus igitur late imperandi patrimonium omne inter amicos diuiſit, Antipatro domi relicto: in Helleſpontumq; primo traiecit ac Ilium peruenit: ubi animaduerſo Achillis ſepulcro, felicem appellauit, cui præco laudum Homerus contigiſſet. Deinde contra Dareum profectus ad Granicum flumen, quod Aſiæ porta ſit quædam, præfecti regis occurrentes pugnam conſerunt, ubi uictor traditur fuiſſe cæſis Barbarorum XX. mil. ex Macedonibus XXXIIII. tantum. Deinde ad maritimã oram deſcendens, Pamphyliæ, Ciliciæ, Phœniciæq; regiones: deinde Paphlagones, Cappadocesq; ſubegit: in tranſitu Cydni fluuij frigidiſsimi morbo correptus, bello ſuperſedit: uerum paulopoſt à Philippo medico curatus in caſtra uenit: atque rurſus cum Dario qui DC. hominum millia armauerat, in prælium deſcendit, quem demum ſuperauit cæſis hoſtium XI. mil. caſtris inſuper potitus regem fugientem per V. ſtadia inſectatus eſt: uxorem, filiasq; captiuas ad ſe perductas honorifice ac pudice habuit. Ab hac igitur in littore quoque Aegypti, loci amœnitate delectatus Alexandriam urbem condendam mandauit. Ipſe ad Iouem Ammonem per loca uaſta ſolitudine poſt Cambiſem ſecundus acceſsit. hic multa millia è ſuis obruta arenarum ui auſtro perflante fuere: ubi uerò templum attigit à ſacerdote perſuaſus Iouis filium ſe putauit. Poſtremo, tertio Dareum uires reintegrantem petens uicit, atq; omnino profligatum unà cum regno ſuſtulit Perſarum. Hinc Babylonios cũ tota regione ſubegit: mox Dareum perſecuturus audiuit à Beſſo illius familiari eum captũ à ſuis, atque interfectum: quem regijs intectum ueſtibus matri eius tumulandum remiſit. Beſſum uerò interfectorem ſupplicio adfecit. Dareus autem moriens deos precabatur, uti Alexandrum ſecundarent, quem hoſtem clementiorem quàm ſuos inueniſſet. Deinde in Parthum mouens ſuperato Orexarte fluuio (hic enim Rha eſt, quem Alexander Tanaim alterum putauit) Scythas laceſsiuit: ulterius fluxu uentris correptus inſequi deſtitit. In his locis occurrentem habuit Thaleſtren Amazonum reginam, teſte Iuſtino. XXXV. dierum itinere confecto, quæ ex ipſo prægnans dicitur diſceſsiſſe. in Indiam poſtremo profectus ſuos exhortatus eſt ne animo deficerent: parui temporis laborem Macedonibus orbis imperium, ac perpetuam gloriam pariturum: ubi primum Taxilem regem obuium cum muneribus habuit: ſuperatoq; Idaſpe fluuio Porum alterum regem occurrentem cum maximo exercitu uicit; quem in prælio uictum ac captum dimiſit uti prius liberũ. Erat Porus quatuor cubitis & palmo procerus, in quo prælio Bucephalum amiſit: In cuius honorem ſupra Idaſpem Bucephaliam urbem condidit. In ea ſanè regione cum multis collocutus gymnoſophiſtis dicitur. Inter quos Calanus nomine cum ſecutus ſeſe uiuum conſtructa pyra comburi iuſsit.

Orexartes fluuius

Taxiles

Porus

Bucephalia

Calanus

Alexan

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Alexander deinde dextrum Indiæ latus adnauigari perquiriq; iuſsit : claſsi Oneſicrito præfecto , ac Nearcho duce conſtitutis.

Nearchus

ipſe per mediterraneam remigrans , quum alui dolore uexaretur Babylonem repetijt : Ibiq; febri correptus exceſsit , nullo ueneni ſigno anno ætatis x x x i i i. & à Ptolemæo Alexandriam regia funeris pompa delatus. Fuit uini auidus adeo ut per ebrietatem præcipuos amicos interfecerit: Clitum qui in menſa Philippum Alexandro prætulit: Philotam, & Parmenionem , inſidiarum ſuſpicione necari iuſsit:

Calliſthenes

Calliſthenem philoſophum Ariſtotelis propinquum , quem inter chariſsimos habuerat: deinde in Hermolai coniuratione ſuſpectum , quod'que adorandum Alexandrum eſſe negaret, miſere affectum cæſim necauit. Caſtitate alioquin tanta , ut

Berſane
Rhoxane

præter uxorem , & Berſanen è Damaſco uiduam, ac regiam mulierem , nullam aliam complexus fuerit. Rhoxanem uxorem Oxiartis regis filiam , non prius attigit, quàm perfectis ex ordine ſponſalibus ſolēnibus: ſed & Ariſtobolus de ipſius ebrietate ſcribit omnia falſa eſſe : uerum quia inter bibendum ualde loqueretur , eam contraxerit famam. Cibi etiam parciſsimum fuiſſe ; quod prandij condimentum , nocturnum iter ſolebat appellare : cœnæ , frugi ac breue prandium. In rebus obeundis ſumma alioquin diligentia , nullam amittendo occaſionem , declarant maximæ res breui tempore geſtæ. Mane ante omnia ſacrificabat, Si quando uacaret, aut uenationi, aut lectioni ſe tradebat : præſertim Homeri , quem etiam nocte puluillo ſubijcere ſolebat. Interdum conuiuijs animum exhilarabat: ut poſt Dareum uictum quiſque ſuorum amicas

Thais

ad epulas inuitauit, inter quas Thais fuit Athenienſis genere: quam poſtea Ptolemæus magnopere adamauit. Hæc cum in cœna rogaſſet Alexandrum , ut Perſarum regiam , quia patriam ſuam incenderant , cremaret , ſtatim mandauit. Puerorum inſuper abſtinentiſsimus omnino, quorum x x x. millia ad diſciplinam militarem erudiendorum nutriri mandauit: quin & quendam pollicentem ſepulcrum et empturum puerum acriter obiurgauit , ſolebatq; dicere coitum ac ſomnium duo maxima mortalitatis eſſe ſigna. Poſt eius mortem inter duces regnum diſpartitum : Ptolemæus Aegyptum, Lyſimachus Thraciam , Antigonus Phrygiam , Seleucus Syriam eſt

Antipater

adſecutus. Antipater ut omnium fidiſsimus relictus domi cuſtos , ſimul & tutor Alexandri , quem Herculem uocabant , Alexandro nati , regnum Macedoniæ inuaſit. Perdica

Perdica
Arideus

Arideum Philippi filium ſpurium, ſemiſtultum ex Olympiadis potione factū, in exercitu tanquàm regni munimen ac uerum hæredem prætulit : & contra Herculem prædictū animauit:

Hercules

quem Ptolemæus Lagi ex hoc ſe peti uidēs, bello fugauit: ex quo ille poſtea à Macedonibus ſpretus , ab Antigono demum interfectus eſt.

Antigonus
unoculus

Is enim Antigonus Philippo patre natus Philippi regis miles fortiſsimus fuit, ac altero captus oculo, quē olim in obſidione Perinthi catapulta transfixum amiſit: nec prius eam euelli paſſus eſt, quàm hoſtem fugatum intra mœnia compuliſſet. Alexandri deinde comes, ut auarus ac deceptor, & qui pecuniam falſo pro eo creditam ſimulando extorſiſſet, ab eodē aula eiectus eſt , deinde precantibus amicis reuocatus. Poſt eius mortem primus omnium ſuis finibus non contentus , Seleucum parte Syriæ priuauit, qui reſtitutus demum Ptolomæi Caſandri Lyſimachiq; bello ſociali fuit: in quo ipſe Antigonus occubuit uix euadente Demetrio Poliorcete filio.

Demetrius

Is enim prius à patre miſſus contra Ptolemæū adoleſcēs fuit, captusq; ab eo & ex liberalitate patri cū omnibus ablatis remiſſus fuerat : ſed paulopoſt pater alio prælio uictor , ablata rurſus eis reddendo , beneficium reſtituit. Interim cum Antipater Athenas occupauiſſet Caſandrum filium reliquit.

Caſander

Hunc olim Alexander capite parieti illidit, quòd barbaros rideret contra naturam Macedonū Alexandrum adorantes. Idem poſt mortem patris uti ſuccederet Olympiadem cum Arideo priuigno & Herculem interfecit.

Olympias

Hanc enim filius Alexāder ſæpe per literas rogauit, ut à bellorum regniq; nimia cura abſtineret , eiusq; acerba reſponſa ſapienter ferebat , uſque adeo ut longa Antipatri contra eam epiſtola conſcripta dixerit, neſcit Antipater quod una matris lacryma omnis literas obſcurabit.

Antipater

Nam & Epirū poſt eius mortem occupauit : & Rhoxanem ob ſuſpicionem dati Alexandro ueneni in puteum proieci iuſsit: & Cleopatram item interfici.

Alexander

Caſander igitur moriens , Antipatrum & Alexandrum dimiſit inter ſe diſsidētes, quapropter Antipater Theſſalonicam matrem, quod alteri magis faueret, de medio ſuſtulit: itur ad arma adcerſitis utrinq; auxilijs. Re tandem Lyſimacho Antipatri ſocero ſuadente compoſita, Alexander Demetrio, qui uocatus ab eo ſero cum exercitu uenerat , gratias egit: redeuntemq; comitatus , poſt cœnam per proditionem eſt ab eo interfectus: quo facto Demetrius ſtatim regnum occupat , legatisq; Macedonum ſeſe excuſat, quòd idem facinus prius in eum ille meditatus eſſet, ac una tantum nocte præuentus fuerit. Illi & uiri uirtute permoti , & peroſi Caſandri parricidium, & quod iam Antipater alter frater metu ceſſerat, eum ut legitimum Macedoniæ hæredē ſuſcepere : ex quo poſtea uſque ad Perſeum ultimum regū genus manauit. Vir fuit dubiū fortitudine maiore, an libidine: captus Lamiæ mulieris illecebris : inſuper Athenis poſtquàm ab Antipatri Caſandriq; tyrannide liberauit , in ſuam poteſtatem blanda oratione corripuit , traditis ab illis portu & arce: ubi quum alia flagitia perpetraſſet , tum Democlem pulcherrimum adoleſcentem , eius ſtuprum ſæpius abnuentem, in balneum quodam die proſecutus eſt : cumq; ille aliter effugere non ualeret , ſeſe in proximum aquæ feruentis lebetem proijciendo necauit.

Democlis pudicitia

Poſtremo Demetrius quum profectus in Aſiam Seleuco bellum obſeſſus rebus omnibus potiusquàm ſponte mouiſſet , ab eo captus in prælio ac Cherſonneſi tantum libere uagari permiſſus , poſt triennium ex incontinentia perijt, Antigonus eius filius cognomento Gonatas regnum à tyrannis diuerſis occupantibus uindicauit,

Antigonus
Gonatas

deinde in Syriam adnauigans ad recuperandos patris cineres, medio ſanè ponto ſibi oblatos in aurea urna alta in puppi collocauit , Inde corinthū remigans ab omnibus circa nationibus adeuntibus honorandos præbuit , poſtremo apud Demetriadem regio more tumulauit. Philam ciuitatem de matris nomine ædificauit :

Phila urbs

Ad ultimum Spartanos bello ſuperauit: quumq; Athenienſes item peteret, ab Aléxandro Pyrrhi regis filio uictus, unà cū exercitu , regnum poſt annos x x x v i. amiſit: quod deinde Demetrius filius profligato Alexandro recuperauit.

Demetrius
Antigonus tutor

uxorē hic ex Seleucidis duxit , quæ poſtea repudiata , & Alexandri prædicti nata inducta , cauſa belli fuit inter eum & Seleucū. Moriens anno regni x i. Philippo paruo filio Antigonum tutorem dimiſit. Is Demetrio relictam coniugem ſimul cum regno ſumpſit , ac in concione beneficia populo collata ex Theſſalis & Dardanis ſuperatis , qui poſt mortem Demetrij inſultauerant, commemorando, neceſsitatemq; regni continuo proponendo , effecit , ut pars Macedonum ei aduerſa planè conquieſceret. Poſt hæc ante omnia Spartanos perpetuos Macedonum inimicos duce eorum Cleomene fugato in poteſtatē recepit, urbi tamē pepercit. Cui poſt annos x v. Philippus Demetrij prædicti filius totidem annorum ſucceſsit : remq; tenuit annis x l i. Is primum Dardanos , uicinosq; omnis qui contempta regis ætate tumultuari cœperant, rurſus compeſcuit: mox cum Romanis bellum ſuſcepit : de quo ſimulq; ipſius filijs in eius poſtea nomine dicam , ad quos uſque à Carano primo Macedoniæ rege uiri x x x v i i. per annos ferè quingentos rem tenuerunt: uſq; uerò Philippum Alexandri patrem ſine nomine omnes ac rebus geſtis.

Alexander
Epirota

Alexander Epiri, Neoptolemi filius, Olympiadis Alexādri matris frater,

à Phil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Philippo ſororis uiro ſtupri commercio, ut ait Trogus, adoleſcens educatus, in regno etiam adipiſcendo adiutus eſt: adcerſitus à Tarentinis contra Rom. fuit teſte Liuio lib. VIII. ab urbe cond. CCCCXLII. A Samnitibus demum in Lucania magno prælio ſuperatus ad Acherontem amnem eſt interfectus, ſecundum Dodonæi Iouis ſortes, quæ prædixerant, ut Acheruſiam caueret aquam, & Pandoſiam urbem caueret, quam tantum in Epiro putabat eſſe. Nam & Moloſsi Acherontem habent. Corpus eius miſeris modis adfectum ad uxorem & ſororem Olympiadem remiſſum.

Alexander tyrannus Phereus

Alexander Phæreus in Theſſalia tyrãnidem apud Pheræos exercuit. De quo Cicero de off. lib. II. Quo animo uixiſſe arbitramur Alexandrum Pheræum, cum uxorem Theben uehementer diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum ueniens, familiarem barbarum destricto gladio præmittebat ut perſcrutaretur arculas muliebres, & ne quod inſtrumentis telum occultaretur quæreret. O miſerum, qui Barbaros fideliores putabat, quàm coniugem. hæc ille. Necatum tandem ab ea conſtat eſſe dormientem in lecto. Ouidius in Ibin: Inq; tuo thalamo iugulatus more Pheræi, Qui datus eſt leto coniugis ipſe ſuæ.

Alexander Aphrodiſeus

Alexander Aphrodiſeus ſub Seuero & Antonino imperatore philoſophiam profeſſus, primus omnium Ariſtotelem antea uiris doctis magis laudatum quàm intellectum commentarijs enarrauit: è cuius ſchola tanquam ex equo Troiano, ut de Iſocrate dicit Cicero, uiri docti emanarunt. Themiſtius, Ammonius, Simplicius, Philoponus, Olympiodorus, Ariſtotelis omnes Commentatores. Topica præſertim pulcherrime enarrauit.

Alexander Polyhiſtor

Alexander Mileſius Polyhiſtor cognominatus, libertus Cor. Lentuli grammaticus Romæ docuit: Sullæ temporibus extinctus eſt ex incendio domus apud Laurentes, Suidas.

Alexãder Lychnius

Alexander Epheſius qui Lychnius eſt cognominatus, orator magnus eſt habitus & in rep. uerſatus & hiſtoriam ſcripſit, & carmina, in quibus de cœleſtibus tractat, & terras continentes deſcribit, autor Strabo.

Alexãder poeta

Alexander Aetolus ex ciuitate Pleuronis poëta Tragicus inter VII. connumeratus eorum qui cognominati ſunt Plias. Suidas. Alexander è Seleucia Ciliciæ magiſter epiſtolarum Græcarum M. Antonini principis, Herodis æqualis: docuit Romæ & Athenis, cognominatus eſt πηλοπλάτων. Alexander & Alexandra, reges Hebræi. De quibus ſatis in hiſtoria Hieroſolymitana diximus. Altera Alexandra quæ & Caſandra dicta eſt Priami filia ac uates, quæ Paridem fratrem fatum patriæ futurum prædixit. Eius nomine Lycophronis inſcribitur poëma. Veniam ad noſtros, inter quos emicuit Alexander Cappadociæ præſul & ciuis: Hieroſolymam adorandi gratia properauit, humaniterq́; ab incolis exceptus, coadiutor Narciſci tunc præſulis Hieroſolytani ac iam decrepiti conſtituitur. Vir fuit in primis eruditus. ſcripſit epiſtolas quaſdam etiam ad Origenem: perijt martyr in cuſtodia ſub Decio principe: autores Hierony. & Euſeb. in hiſtoria. Addit etiam Euſobius bibliothecã Hieroſolymis nobilem conſtituiſſe. Vnde materiam ſcribendi præbitam ei plurimum fatetur. Præterea Pantherium ac Clementem ea tempeſtate in ſacris libris doctiſsimos præceptores habuiſſe.

Alex. præſul. Alexandrinus

Alexander præſul Alexandrinus, qui in concilio Niceno princeps inter Orthodoxos contra Arrium ſe ſubſcripſit, cum ille maxime torqueretur prælatũ ſibi in Alexandrina eccleſia Alexãdrum. Ex hac igitur ambitione uirus omne primum in eum, deinde in omnis Orthodoxos inſectatio.

Athanaſius

Huic Athanaſius ſucceſsit, qui adoleſcens ſub eius tunc diſciplina educatus ac in concilium illud ab eo ductus fuerat, autor Euſebius.

Amantii

Amantius tribunus, Getulius, Primitiuus & Cerealis ſub Adriano Romæ igne cremati & ſepulti uia ſalaria. Alius itẽ unà cum Alexandro martyr apud Nouodunum: cuius feſtum VIII. eid. Iunij. Reperiũtur & totidẽ profeſſores: unus præſul Redonenſis, alter presbyter apud Tifernum ægrotos curabat: & ſerpẽtes crucis ſigno necabat: autor Greg. III. dial. cuius ille tempore fuit.

Amandus

Amandus præſul Traiectenſis à Dagoberto Francorum rege factus: deceſsit anno VIII. eid. Febru.

Ambroſius

Ambroſius præſul Mediolanenſis, homo Romanus ac patricius: cui quondam puero in cunis (ut refert Paulinus præſul Nolanus, qui eius uitam conſcripſit) examen apum circa os apparuiſſe, magni uiri mellifluiq; ſermonis præſagium fuit. Adultus paulatimq́; diſciplinis liberalibus imbutus apud Valentinianum principem in dignatione fuit, miſſusq́; ad regendam Liguriam, & Aemyliam cum poteſtate conſulari, Cũ uideret Mediolani ut ait Rufinus in VI. hiſtoriæ, Auxentium eius ciuitatis præſulem, qui Arrianis fauerat, iam extinctũ: ac populum diuerſa in ſtudia partium concitatum, in electione præſulis pro magiſtratu atq; officio ſuo tumultum ſedaturus, eò adceſsit. Cumq; ibi multa ſecundũ leges & publicam diſciplinam pro quiete ac tranquillitate peroraſſet: populi ſubito clamor exoritur Ambroſium præſulem uelle dicentis. Itaque ut baptizetur dant operam: erat enim catechumenus. Itaque onus eo detrectante ac diu renuente: res ad Theodoſium ſeniorem defertur. Ille uotum populi collaudat, Ambroſiumq́; inuitum munus ſubire coêgit. Opera eius notiſsima. De ipſius Hexamero Hieronymus ſic ait. Beatus Ambroſius ſic Hexameron Origenis compilauit, ut Hippolyti ſententias Baſilijq́; ſequeretur. De libro autẽ S.S. Auguſtinus in lib. de doct. Chriſtiana, ſic ait S. Ambroſius cum agat ui magna de ſpiritu S. ut cum patre & filio demonſtret eſſe æqualem, ſubmiſſo tamen dicendi genere utitur: quoniam res ſuſcepta non ornamenta uerborum, aut ad flectendos animos commotionis adfectum, ſed rerum documẽta deſiderat. Quæ cauſa fuit ut ipſe Didymi librum in Latinũ conuerteret. Hieronymus item ad Paulinum ſuper hoc ſcribit: Malui alieni operis interpres, quàm ut quidam faciunt, infamis corniculæ more alienis me coloribus ornare. Legi dudum de S.S. quoſdam libellos, & iuxta Comici ſentẽtiã è Græcis bonis Latina nõ bona: Nihil enim dialecticũ, nihil uirile atq; diſtinctũ, quod lectoris uel ingrati adſenſum trahat, ſed totũ flaccidũ, molle, nitidũ atq; formoſum & exquiſitis hinc inde coloribus pigmentatũ. Eũ tamẽ alio in loco aêris uolucrem, & fidei ac omnium uirtutum firmas eſſe columnas eius ſententias teſtatur. Fuit igitur Ambroſius apud omnis uenerabilis: tantaq́; autoritate ut Theodoſium è Theſſalonica ubi hominum aliquot millia ſeditione orta trucidari iuſſerat, in templum Mediolani ingrediẽtem eiecerit minime reſiſtentem, coêgeritq́; publice ſeſe piaculo expiari.

Auxentius

Ambroſius Alexandrinus

Ambroſius Alexandrinus Diaconus, uir genere & literis ſacris clarus, cum Valentini & Marcionis ab initio hæreſim ſectaretur, ab Origene ab errore depulſus: eum poſtea cum eſſet diues factus omnibus rebus iuuit, præſtoq́; ei pecunia, ſumptu, induſtriaq́; adfuit: notarioſq́; ſeptem ac totidem puellas eruditas adhibuit, qui eius dictata exciperent, qua ille commoditate atque otio fretus tot illa uolumina conſcripſit: ſolitusq́; eum uocare ἐργοδιώκτην, hoc eſt, operis impulſorem. Tanti igitur officij atque liberalitatis Ambroſij laudibus hoc tantum defuit quod moriens in diuitijs, Origenis amici quem in uita coluit & ſenis ac pauperis non meminerit. Ex Hieron. & Euſebio lib. V. Ambroſius alius Alexandrinus tempore diui Hieron. ut ipſe teſtatur, Didymum audiuit, ſcripſit contra Apollinarem, commentarios quoque in Iob.

Amelius

Amelius philoſophus Apamienſis diſcipulus Plotini, magiſter Porphyrij, quo tempore Ammonius, Origenes.

Amipſias

Amipſias comicus poëta Athenienſis.

Ammonius

Ammonius Alexãdrinus ſummus philoſophus, præceptor Origenis, ut Porphyrius in III. contra Chriſtianos libro teſtatur: qui etiam eum Chriſtianum dicit fuiſſe à puero, poſtquam autem ad ætatem ſapiendi ueniſſet, ſeſe ad philoſophiam conuertiſſe deſerta fide. Quod Euſebius in VI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

hiſtoriæ lib.manifeſto confutat his uerbis. Ammonium fidem Chriſti etiam inter philoſophica ſtudia integram illibatamq; ſeruaſſe uſq; ad extremum:teſtes ſunt eius libri,qui etiam nūc habentur luculentiſſimi, de noſtra religione ſcripti,& præcipue uolumen illud quod de Moſis & Ieſu Chriſti conſonantia ſcripſit. Sed & multa alia eius opuſcula,quæ à ſtudioſis præclara habentur. Legitur & hic ſiue alius fuerit profeſſor cum Athanaſio Romam ueniſſe: interrogatumq; in reditu nihil ſe ædificiorum egregium uidiſſe præter baſilicas apoſtolorum & ſeruatoris reſpondiſſe.tanta alioquin abſtinentia ut nunquam niſi panem aſſum ederit:nunquam iratus, nunquam deniq; mentitus fuerit. Fuit coæuus Syriani,ambo eruditi,ſed alter magis diuinis rebus ac philoſophiæ deditus: Ammonius autem poëtis & oratoribus. Hunc Ammonium dicunt habuiſſe aſinum ſapiētiæ auditorem,rem quidem prodigioſam: autor Suidas. Fuit item alter Ammonius Herneus ex Aegypto,præceptor Ioannis grammatici.

Amphion

Amphion priſcæ muſicæ inuētor,de quo Parabates in epiſtola ſcribit,huius lyræ harmonia muros Thebanos exædificatos fuiſſe,lapidibus ſponte inſilientibus. De hoc & Zeto fratre inter Bœotios, in geographia diximus.

Amœbeas

Amœbeas Citharœdus tanta fuiſſe traditur caſtitate,ut uxorem,quam pulcherrimam habebat,nunquam attigerit,autor Aelianus de uar.hiſto.

Amilchares

Amilchares duces Carthaginenſes plures diuerſis temporibus claruere. Ante omnis Trogus lib. XXI. Itemq; Oroſius

Amilchar Rhodo

Amilcharem cognomento Rodonem commemorant,qui facundia ſolertiaq; inſignis de ſententia Carthaginienſiū,qui ea tempeſtate creſcentem Alexandri magni potentiam timebant,in caſtra ad Alexandrum uenit,ſeſe & exulem fingens, & militem offerens: Parmenone aditum conſiliante,atq; ita conſilijs eius exploratis,in tabellis ligneis uacua deſuper cera inductis ciuibus ſuis omnia perſcribebat.Sed Carthaginiēſes poſt regis mortem reuerſum in patriam quaſi urbem regi uenditaſſet,non ingrato tantum,uerum crudeli animo necauerūt.

Amilchar

Amilchar,an alius,an idem quem ſuprà nominaui,fuerit, inter autores non ſatis deprehenditur,tempore tamen non ualde diſcrepare uidetur.Hic adcerſitus à Syracuſanis contra Agathoclem tyrannum eos obſidione prementem,cum Syracuſas fortiter tueretur, rogatus tandem ab Agathocle ciuibus eum conciliauit, tyrannumq; conſtituit:qui poſtea per proditionem in theatro ſenatum Syracuſanorum trucidauit,ac ſocios inſuper Pœnos uexauit:Indignati Carthaginiēſes Amilcharem ducē huiuſcemodi mali cauſam clandeſtinis ſententijs quod adhuc eſſet in imperio, condemnauerunt,mox aperte ulturi, Quam animaduerſionem mors eius præuenit. Quæ res Agathocli aduerſus Pœnos occaſionem mouendi belli dedit.

Bomilchar filius

Huius filius Bomilchar fuit,& ipſe Pœnorum dux,eodem Trogo autore libro XXXIII. qui ueniens in ſuſpicionē Carthaginiēſium,ne & ipſe cū Agathocle conſpiraret, in medio foro patibulo ſuffixus eſt:unde ille magno animo de cruce in Pœnos clamitando eorum & ingratitudinem ac crudelitatem,tam in patrem ſuum Amilcharem quàm in reliquos duces exprobrando expirauit.

Amilchar Giſconis

Amilchar Giſconis filius primus cum Agathocle apud Syracuſas bis congreſſus, uictor eum coēgit ſtultum,attamen fortunatum conſilium capere,ut rebus domi deſperatione relictis Carthaginē petēs obſideret: Igitur Amilchar in Syracuſarū obſidione perſeuerans interficitur. Trogus lib. XXXIII. Amilcharem aliū, Liuius lib. XXXI. memorat: qui dicit L. Furium prætorem Gallos Inſubres rebellantes,& Amilcharem Pœnum in ea parte molientem acie uiciſſe, Amilchareq; interfecto,millia hominum XXXVI. fuiſſe cæſa.

Amilchar Magonis F.

Amilcharem Magonis filium uide in Aſdrubale primo.

Amilchar Barcha

Amilchar cognomento Barcha pater Annibalis,primam ſecdūum filium inter duces Pœnos gloriam obtinuit.Primus namq; in Italia Romanorum impetum, qui multas inflixerant reip.clades diutius quàm par erat ſuſtinuit. Deinde Africo bello cum mercenarij milites ſeditione facta rem Carthaginēſem in extremum periculum coniecißent, ſic ſtrenue reſtinxit incendium illud,ut ſit omnium ſentētia iudicatum unius Amilcharis opera patriam fuiſſe ſeruatam. In Hiſpaniam poſt hæc cum imperio miſſus,quo tempore Annibalem puerum ſecum duxiſſe traditur,cum multa geßiſſet memoratu digna,tandem octauo anno quàm in eam prouinciam uenerat,fortiter pugnans occubuit.

Annæ III. Hannones

Annæ præcipuæ in ueteri lege deſcribuntur,mater dei genitricis,mater Samuelis prophetæ. Anna prophetiſſa. Hannones item plures legimus. Primus fuit Philippi regis Macedonis tēporibus, qui Carthagine priuatis opibus potens regnum adfectans & in filiæ nuptijs principes ciuitatis ueneno necare, prodito à miniſtris conſilio fruſtra cogitans,alia agreſſus eſt uia:ſeruitia concitat quibus incautam urbem opprimat,quo etiam ciuibus prouiſo,ac uitato periculo, ipſe demum in caſtellum munitum ſeſe recipiens,Afros,Maurorumq; regem armauit:captus poſtremo, ac primum uirgis cæſus,deinde effoßis oculis, & manibus, cruribusq; fractis,cruci adfixus eſt,ac in cognatos omnes etiā animaduerſum.Trogus libro XXI.& Oroſius IIII. Hannonem ducem alium Agathocles ad expugnationem Carthaginis profectus obuium cum XXX.mil. Pœnorum habuit, conſertaq; pugna interfecit. Trogus XXII. Hanno & Aſdrubal qui duces factioni Barchinæ ſalubria monita Carthaginienſibus de pace contra Annibalem nequaquam exauditi dederant: Liuius in primo & ultimo de bello Puni. ubi utriuſque orationes prudentißimas licet aſpicere. Hanno teſte item Liuio loco Aſdrubalis in Italiam uenientis, cum copijs coniunctus magnum in Hiſpania exercitum coēgit, contra quos M. Sillanus à Scipione miſſus eos inſigni clade adfecit, Hannonemq; captum in ea pugna Romam L.Scipio frater unà cum cæteris captiuis duxit. Mago uerò alter dux die decima è Gadibus ad Aſdrubalem Giſconis euaſit. Hannonem propinquum ſuum Annibal cum primum in Italiam uenit, præfecit Hiſpaniæ citra Iberum, qui ſæpe cum Scipionibus congreſſus eſt:Thurinos ſubegit,apud Beneuentum in Italia à Fuluio Flacco ſuperatur. Capuæ præfuit dum obſideretur à Fuluio, ac eam propria temeritate amiſit: in Africam poſtremo redijt. Hanno Carthagine potens ſagaciq; ingenio,quem ego puto eūdem eſſe cum primo quem ſuprà nominaui,hic leonem manſueſecit, uti Plinius eſt autor. Sed & Aelianus aues eum de nido capere ſolitum dicit, & in tenebris docere paulatim hanc uocem, Deus eſt Hanno, & iam adultas ac doctas quaquauerſus dimittere quæ uocem eandem redderent.

Annibal ſenior

Annibales deinceps dicendi: primus Senior appellatus Aſdrubalis filius, cum primo bello Punico totam Italiam LXX. nauium claſſe uaſtaret, Cor. Aſinam Cos. Rom. ſpe pacis ad colloquium uocatum, punica fraude trucidauit. Hunc poſtea Cn. Duilius Cos.eius collega eſt ultus, qui Annibalem ipſum bello nauali ſuperauit, profligatumq; turpiter parua ſcapha aufugere compulit. Iterum deinde à Carthaginienſibus claßi præpoſitum & infeliciter pugnantē, eius exercitus orta ſeditione lapidibus obrutum interfecit, autor Oroſius libro IIII. Liuius autem dicit hunc cruci à Carthaginiēſibus fuiſſe adfixum.

Annibal filius

Annibal huius filius,teſte Polybio primo bello Punico miſſus ab Amilcone duce in Lilybeum, quod à Romanis oppugnabatur, ad Siculos in officio continendos, eſt.

Annibal Amilcharis filius

Quò poſtea Annibal alter dux Amilcharis filius miſſus cum claſſe LX. nauium ad obſeſſorum ſubſidium. Nam Lilybeum promontorium Carthaginem uerſus Romani oppugnabant: Annibal ergo ad Aeguſam inſulam eodem autore Polybio peruenit, quæ media eſt inter Lilybeum & Carthagi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Annibal Rhodius

thaginem. Annibal alius Rhodius dux item Carthaginiēſis in eodem bello, Romanorū præſidium & obſidionem præteriens, in eūdo & redeūdo hoſtibus uidētibus ob nauis Rhodiæ celeritatem, ſciſcitabūdus quid Lilybei ageretur Carthaginienſibus referebat. Tandem cum ſæpe rediiſſet à Romanis interceptus eſt. Polybius. Annibal Amilcharis filius omnis hos fama, uirtuteq́; antecellit: cuius geſta breuiter è Liuio Plutarchoq́;, ac reliquis autoribus delibata percurram. Ortus in inſula Tiquada iuxta Carthaginem, primum in Hiſpaniam ductus ſub diſciplina patris: & ab eo nouem annorum puer ad aram iurare coactus fuit, ſe hoſtem perpetuum populi Rom. futurum: mortuo patre ſub Haſdrubale ſororis ſuæ uiro militauit, poſt quem creatus imperator decreto contra Rom. bello, Saguntum ante omnia XX. natus annos expugnauit. In Italiam V. menſe ſuperatis Alpibus ab Hiſpania peruenit, amiſsis in itinere hominum XX. mil. quæ reſtabant L. millia peditum, & X. equitum traduntur fuiſſe. Polybius autem uix XX. millia dicit omnino fuiſſe. Quibus primum apud Ticinum amnem Cor. Scipionem patrem Africani maioris occurrentem ſuperauit. Alterum uerò Cos. Sempronium ad Trebiam ingēti clade adfecit. C. Flaminium ad Traſimenem de eius exercitu ad XXV. millia trucidatis. Poſt quem, Q. Fabius Max. eum fregit, cunctandoq́; rem reſtituit. Deinde Attilius & Seruilius Coss. Fabianis artibus Annibalem ad commeatuum ſummam inopiam deduxerunt. Hinc miſſus P. Aemylius qui ob Terentij collegæ temeritatem apud Cannas cum exercitu maximo omnium clade occubuit, ubi ſenatores XC. ciues ad XLV. millia periere, tres'que annulorum aureorum modij Carthaginem miſsi. Captiui à Romanis redimi per legatos recuſati, ad unum omnes interfecti. Haud multò pòſt Cn. Fuluium Procos. & Tribunos XI. ac militum XVII. millia occidit in prælio. Inde cum ingenti omnium Rom. metu per Sueſſanum agrum ad tertium ab urbe lapidem adceſsit. Vnde pluuia tempeſtatibusq́; ſe in Campaniam recipere coactus eſt. Anno ſequente Claudius Marcellus ab eodem dux Rom. occiditur. At Claudius Nero iuxta Metaurum amnem Cos. cum Salinatore collega ſuo, Aſdrubalē Annibali fratri in Italiam ex Africa magnum adducentem exercitum, uicit cæſis ſupra XLV. millibus hoſtium: caput ad Annibalem lancea præfixum deportatum eius maximum animum fregit. XIIII. uerò huius belli anno, Scipio Cos. creatus in Africam mittitur, qui multis rebus in Hiſpania prius feliciter geſtis, Annibalem poſtremo à ſuis accerſitum domum ad tuendam patriam redire coēgit, ſæpe flentem ac Italiam reſpicientem. Qui cum Carthaginem perueniſſet, initam cum Romanis per Scipionem pacem fregit. Inde ab utroque duce uentum in prælium, quale nunquam antea ulla prodiderat ætas. In quo Romanus uictor & Annibal penè captus cum quatuor tantum aufugit milibus: Inuenta in eius caſtris argenti pondo XX. millia, auri noningenta: ita Annibalē tot regionum uictorem tandem Romana fregit uirtus, qui uictoribus facile concedens ſe prælio & bello uictum, in exilium ſponte quod inſidias metueret, ſe dedit, ac ad regem Antiochum confugit: quem Romani legati aſsiduo longoq́; colloquio res eius geſtas ſoli coram extollentes, Antiocho reddidere ſuſpectum. Inde in Cretam fugit, ubi cum aliquandiu quiete uixiſſet, & ob ingentes quas conieſſerat opes metueret inſidias, amphoras repleuit plumbo, quas in templo Dianæ fortunæ ſuæ præſidia deponere ſe dixit, ut de ipſo inſula minime ſollicita eſſet. Itaque aurum omne ſecum ferens ad Pruſiam Bithyniæ regem profugit, & ex duce ſummo factus cliens: ubi poſtremo de regis fide quænam futura eſſet trepidans, quod Flaminium legatum contra ſe uiderat à Romanis miſſum, ac ſe paulatim à militibus circumſeptum, uenenum quod in anulo geſtabat hauſit: Pruſias paulopoſt ob eam perfidiam ab omnibus deſertus, regnoq́; eiectus in latebris miſere uictitando, tandem à filio perimitur. Annibalis ſepulcrum diu in Libyſſa oppido uiſum eſt, quam ex oraculo metuebat nomine deceptus ex Libya, ob quam cauſam ex Africa effugerat.

Anacreon

Anacreon Teius poëta Lyricus in honore fuit apud Polycratem Samiorum regem. Cuius etiam puerum Smerdiem dilexit. Aelianus. Huius poëma, ut ait Cicero, totum amatorium eſt. Perijt autem acino uuæ paſſæ, ut ſcribit Plinius.

Anaxarchus

Anaxarchus Abderites Diomenis Smyrnæi auditor floruit Olymp. CX. Suidas.

Anaxādrides

Anaxandrides Rhodius poëta Comicus tempore Philippi Macedonis Olimp. LXXXI. Docuit fabulas LV. uicit una. Suidas.

Anaxilas

Anaxilas Comicus. Idem.

Anaxippus

Anaxippus nouæ comœdiæ poëta floruit ſub Antigono & Demetrio Poliorcete. Suidas.

Anatolius præſul.

Anatolius præceptor Theodoſij principis uir ſumma modeſtia præditus, diuitiarum contemptor. Anatolius alter Laodiceæ Syriæ præſul ſub Probo & Caro imperat. miranda uir doctrina in matheſi & grammatica, rhetorica, ac dialectica: quod ex uolumine deprehenditur ab eo ſuper paſcha compoſito, & ex X. libris de arithmeticæ inſtitutionibus: ex Hieronymo.

Anaxenor

Anaxenorem Citharœdum Tyana ciuitas ualde extulit, ſed magis M. Antonius, qui quatuor ciuitatum ei tributa legenda tribuit. Strabo.

Anaſtaſius

Anaſtaſius bibliothecarius Lateranenſis Ioan. VIII. pon. tempore emicuit: uir utraque lingua doctiſsimus. Septimam uniuerſalem ſynodum, & hierarchiam Dionyſij, & multorum ſanctorum uitas in Latinum uertit ſermonem. præterea hiſtoriam eccleſiaſticam uſque ad ſua tempora ſcripſit, rogante Carolo II. cui in primis charus erat.

Ancæus

Ancæus filius Aſtypaleæ Phœnices & Neptuni filiæ, rex Partheniæ, id eſt, Sami, cū eſſet agriculturæ ſtudioſus teſte Ariſtotele uites ſeruit iam magnopere ſenex, ridentibus ſeruis, ac uaticinantibus, minime ex eis fructum deguſtaturum. Igitur adueniente uindemia ille calicem muſti iuſsit ſibi propinari exprobrans ei uaticinium. At ſeruus illud prouerbium locutus eſt: πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χέιλεος ἄκρου. id eſt, multa inter calicem exiſtunt labrumq́; ſupremum. Nec mora, nuntiatur aper fugiens fines deuaſtare: ille ſtatim poſito calice it obuiam, ab eoq́; interficitur. Ex Apollonij enarratore ac libro Prouerbiorum. Alij hunc Arcadicum Lycurgi filium dicunt, alterum Pleuronium.

Anaximander

Anaximander Mileſius Thaletis diſcipulus, primus horologium & gnomonem inuenit: ipſumq́; Lacedæmone in loco captandæ umbræ idoneo ſtatuit, quo uidelicet, ut ait Fauorinus in omnimoda hiſtoria, conuerſiones ſolis & æquinoctia notaret. Horoſcopia quoque fabricatus eſt, ac primus terræ mariſq́; circuitus deſcripſit. Sphæram inſuper onſtruxit. Emicuit ſub Polycrate Samiorum tyranno, obijt diem anno ætatis LXIIII. autores Diogenes & Suidas. Anaximander iunior ſuperioris filius hiſtoricus fuit temporibus Artaxerxis magni. ſcripſit Diſſertationes Pythagoræ. Suidas.

Anaximenes philoſophus

Anaximenes Mileſius Anaximandri auditor Olymp. LV. quo tēpore Sardis ciuitas capta & Cyrus Crœſum ſuſtulit. Scripſit unam ad Thaletem epiſtolam. Suidas, Diogenes.

Anaximenes orator

Anaximenes Lampſacenus orator, diſcipulus Diogenis Cynici, præceptor Alexandri magni, eiusq́; comes in expeditionibus. Suidas. Hic miſſus quondam orator ad Alexandrum iratum Lampſacenis, cum ſuſpectus ob eloquentiam eſſet, iurauit Alexander, nihil ſe facturum quod diceret. At ille rogauit ut Lampſacum diriperet autor Pauſanias.

Anacharſis

Anacharſis, Scytha.

Anaxagoras

Anaxagoras Clazomenius philoſophus Anaximenis diſcipulus, ut Suidas & Diogenes teſtantur. Mens cognominabatur, quòd mentem & materiam principia rerum ponebat. Dixit præterea ſolem igneum eſſe ἄμυδρον. Agebat Athenis tempore Periclis cuius erat præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ceptor. Inde Lāpſacū profectus, ibiq; extinctus. Hic uti Deus colebatur, quòd in Olympia cum alia, tum in ſiccitate maxima pluiturum dixit, penulatusq; propterea æſtate media acceßit, ut refert etiam Philoſtratus in uita Apollonij. Vbi & Apollonium commemorat uituperare ſolitum eſſe duos Philoſophos contraria ſentientes: Anaxagoram diuitijs & pecuniæ ſtudentem, & Cratem Thebanum qui peculium in mare proiecit, ſed mediocritatem in his eſſe ſeruandam. Fuere

Anaxagoræ tres

hoc nomine tres alij ſecundum Diogenem. Primus de Iſocratis diſciplina ueniens ſtatuarius, Alius cuius meminit Antigonus, Tertius grammaticus Zenodoti diſcipulus. De Clazomenio Anaxagora philoſopho ſupradicto Aelianus ait, eum nunquam riſiſſe, ſicuti & M. Craſſum.

Andocides

Andocides orator Athenienſis unus è decem: filius Leogori, prognatus Telemacho Vlißis, ut meminit Hellanicus.

Androcleus

Androcleus philoſophus Porphyrij diſcipulus, cuius ipſe Porphyrius mētionem facit in libro quem πϵρὶ ἐμποδῶν τεχνολόγων inſcripſit.

Andromachus

Andromachus è Neapoli Syriæ filius Zonæ, grammaticus docuit Nicomediæ Diocletiani principis tempore. Suidas.

Andromache

Andromache Hectoris uxor, quæ à Pyrrho abducta eſt: deinde Heleno Traiano in matrimonium data.

Andromade

Andromade filia Cephei regis & Caſiopes, religata apud Ioppem monſtro marino, liberata à Perſeo Iouis filio.

Andronicus philoſophus

Andronicus Rhodius philoſophus Peripateticus, cuius meminit Strabo.

Andronicus grammaticus

M. Popilius Andronicus grammaticus deſidioſior in profeßione Græca, ex quo minus idoneus ad tuendam ſcholam. ex urbe ſe cumas contulit, ibiq; in otio uixit, multaq; compoſuit, uerum adeo inops atque egens, ut coactus ſit præcipuum illud opuſculum annalium elenchorum XVI. millibus nummum cuidam uendere, quos Orbilius nactus redemiſſe ſe dicit, uulgariq; nomine autoris. Tranquillus.

Andronicus hiſtoricus

Andronicus alius qui res Alexandri ſcripſit.

Androdamus

Androdamus Reginus qui leges condidit Chalcidenſibus qui ſunt in Thracia. autor Ariſtoteles II. Polit.

Antimachus poëta

Antimachus Colophonius poëta, cū teſte Cicerone poëma quoddam obſcurum in auditorio recitaret, atq; omnes præter Platonem, quod minime illud intelligerent, diſceßiſſent, Plato mihi, inquit, pro omnibus. Nam & poëtis hoc quidem concedi poteſt, oratoribus minime: cum popularis ſit illa facultas, illeq; tantum ſit bonus orator qui multitudini placet. hæc Cicero. De eodem Plutarchus in Lyſandro. Idem dicere uidetur quod in quodam poëmate apud Lyſandrum poſthabitus Nicerato poëtæ propter obſcuritatem, Platone tantum contra ſentiente, Antimachumq; præferente. Quintilianus item in IX. In Antimacho grauitas & minime uulgare dicendi genus laudem habet, ſed quamuis ei ſecundas grammaticorum conſenſus ferat, & adfectibus & iucunditate, omnino arte defecit, ut plane appareat quanto ſit aliud proximum eſſe, quanto aliud ſecundum.

Antimachi duo

Antimachos quoq; alios duos Suidas ponit, alterum Aegyptium patria Hieropolitanum, alterum poëtam Melicum cognomento Pſecam.

Antiphanes

Antiphanes Comicus nouæ comœdiæ. Antillus orator.

Antinous

Antinous natione Bithynicus Adriani libertus mira pulchritudine adoleſcens, ut eius adhuc indicat imago in ueterum nummis quam nos uidimus. Huic dilectißimo Adriano templum apud Mantineam conſtituit, & ciuitatem ſui nominis apud Nilum, ut Pauſanias teſtatur. Hieronymus noſter eum Adriani concubinum uocat, exclamatq; ei templum conſtitutum Hieroſolymis apud Caluariæ montem, ubi Chriſtus paſſus.

Antigenides

Antigenides Thebanus muſicus tibicen Philoxeni diſcipulus, Hic primus calciamentis Mileſiis laſciuioribus uſus fuiſſe dicitur: poëta inſuper melicus: Suidas. Hic etiam diſcipulo frigenti ad populum ait, mihi cane & muſis. autor Cicero in Bruto.

Antiſthenes

Antiſthenes Athenienſis Socratis diſcipulus, præceptor Diogenis, ſcripſit de Magica. Fuere & alij tres: unus de ſchola Heracliti. Alius Epheſius. Tertius

Rhodius hiſtoricus. Diogenes. Antiſthenes Sybarita nobilem ueſtem elaborauit, in qua uarij dij & terræ erant depictæ. Hæc quotannis in Laciniæ Iunonis templo ſuſpendi miraculi cauſa ſolebat, quam à Dionyſio Syracuſano Carthaginienſes CXX. emerunt. autor Ariſtoteles de admirando auditu.

Antiochi reges & Seleuci

Antiochos & Seleucos Syriæ reges in geographia in Syriæ deſcriptione dixi.

Antiochus Aſcalonita

Antiochus Aſcalonita ex uetere Academia dicendi peritißimus, Luculli præceptor. Cicero uerò Philonem eodem tempore è noua ſectabatur. Frequens propterea inter eos diſputatio. Quare Cicero librum edidit contra ueterem academiam, qui Lucullus inſcribitur, ubi dat ei partes ueteris, ipſe nouam tuetur. Plutarchus in Lucullo. Antiochus Syracuſanus Hiſtoricus qui ſcripſit de Italia. citatur ſæpe teſtis à Strabone & Dionyſio.

Antiochus ſophiſta

Antiochus quem Aegæ Cilicum tulere, doctißimus ſophiſta, ſecurus in figuris, uehemens in accuſationibus: uenuſtus in defenſionibus, in demonſtratiuis potens. Et in totum, in forenſibus ſophiſtica, & in ſophiſticis forenſi utebatur oratione. Adfectus ſcite expreßit. Queſtus & miſerationes minimum producendo latenti ſenſu includebat. ex Philoſtrato.

Antipater dux

Antipater Iolai filius è Paliura ciuitate Macedoniæ, miles Philippi: deinde inter Alexandri duces & regni ſucceſſores, diſcipulus & ipſe Ariſtotelis, uir præter ſcientiam rei militaris literatißimus. Duo epiſtolarum uolumina reliquit, & hiſtoriam Perdicæ, resque Illyricas. Tutelam geßit Herculis pueri Alexandri filij. Hic ſolus è ſucceſſoribus non ſuſtinuit Alexandrū deū uocari, rē impiā eſſe dictitans, uixit annos LXXIX. Caſſandro filio ſuperſtite, qui Olympiadem Alexandri matrem necauit. hæc Suidas. Plutarchus uerò ſic ait. Antipater ſucceſſor Alexandri in regno Macedoniæ, poſt bellum Athenienſibus illatum legatis ad eum de pace uenientibus: quorum princeps erat Xenocrates, reſpondit ſe in amicitia permanſurum, ſi ſibi Demoſthenes, & Hyperides dederentur. Si eius præſidium in Munichiam, hoc eſt Athenarum arcem recepiſſent. Si denique abſumptam in eo bello pecuniam, acceptaq; damna reſarcirent. Quibus illi conditionibus conſenſerunt.

Antipater Sidonius

Antipater Sidonius poëta, ut Cicero & Quintilianus teſtantur, uerſus ex tempore faciebat. Idem, ut Valerius refert, die ſuo natali ſemper febri ægrotabat: quo tandem morbo perijt ultima ſenectute. Floruit Craßi oratoris temporibus.

Antipater Tyrius

Antipater Tyrius philoſophus Stoicus, præceptor Catonis Vticenſis, autor Plutarchus in Catone. Alius item Tarſenſis philoſophus, ut idem autor.

Antipater Aſcalonita

Antipater Herodis regis pater, Aſcalonita, uix maximus, et potētia præditus. de quo in hiſtoria Hieroſolymitana diximus.

Antipater ſophiſta

Antipater Hieropolitanus (Hieropolis enim Aſiæ ciuitas eſt) Sophiſta nobilis, præceptor filiorum Seueri principis, cuius geſta conſcripſit ac magiſter epiſtolarum fuit. autor Philoſtratus.

Antiphon Rhamnuſius

Antiphon Rhamnuſius orator antiquus Athenis ſimul & dux præcepta dicendi tradidit, teſte Quintiliano, quo neminem melius orauiſſe capitis cauſam cum ſe ipſe defenderet, locuplex eſt autor Thucydides. De hoc item Philoſtratus in ſophiſticis ſic ſcribit. Antiphontem Rhamnuſium dubium laudare debeā, an uituperare: quòd ſæpe duxit exercitum: quòd ſæpe uicit: quòd LX. triremibus plenis nauale Athenienſium auxerit: inter eius egregia facta poſuerim: contra uerò, quòd diſſoluerit rempublicam Athenienſium, in eamq; tyrannos induxerit, ac cum Lacedæmonijs clam quidem ab initio, deinde manifeſto conſenſerit, uir quodammodo improbus dici poterit. Rhetoricam dicunt primum inueniſſe: quidam uerò inuentam excoluiſſe, atque auxiſſe. Dulci alioquin pronuntiatione, Neſtor appellabatur. Extinctus eſt in Sicilia opera, ut putatur, Dionyſij tyranni, quòd interrogante olim illo, ubi optimum æs gigneretur, Antiphon Athenis reſpondit: ex

quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quo Ariſtogitonis, & Armodij ſtatuæ conſtant. Ex hoc Siculos ad libertatem excitare uiſus. Deinde quod eius tragœdias quas magis quàm regni potentiam iactabat, ſolitus eſſet uituperare. hæc ex Philoſtrato. Stephanus autem grammaticus ait, quod patria Athenienſis fuit, ex tribu Rhamnuſius: uerſificator, & ſophiſta. uocabaturq́; λογομάγειρ☉, quaſi orationis cocus, & ὀνειροκρίτης, id eſt ſomniorũ cõiector. de quorum iudicio etiam ſcripſit. Et Neſtor ob orationis dulcedinem. Præceptor autem ipſius nullus, quantum uidere licet, princeps tamen forenſis dictionis poſt Gorgiam habebatur. dicitur & Thucydidis fuiſſe præceptor.

Antilochus

Antilochus Neſtoris ex Eurydice filius, interfectus in bello Troiano à Memnone Auroræ filio, ut tradit Homerus.

Antenor

Antenor conſilio Priami in omnibus adhibitus, unà cum Aenea Ilium prodidit, ut ait Dictys Cretenſis: demum ad Illiricos & Euganeos populos adnauigauit, ut autores Liuius & Virgilius.

M. Antonius orator

M. Antonius orator, Triumuiri auus, de quo Cicero in Bruto ſic refert. M. Antonium & L. Craſſum oratores fuiſſe maximos exiſtimo, & in his primum cum Graccorum gloria Latine dicendi copiam æquatam. Omnia ueniebãt Antonio in mentem, eaq́; ſuo quæque loco, ubi plurimum proficere & ualere poſſent: ab imperatore equitatus, peditatus, leuis armatura, ſic ab illo in maxime opportunis partibus collocabantur. Erat memoria ſumma, nulla meditationis ſuſpicio, imparatus ſemper aggredi ad dicendum uidebatur. Verba ipſa non elegantiſſimo quidem ſermone, cum diligenter loquendi laude caruerit: non tamen eſt admodum inquinate locutus. Non enim tam præclarum eſt ſcire Latinè, quàm turpe neſcire. Neque tam id mihi oratoris boni, quàm ciuis Romani proprium. In hanc Cicero ſententiam qui interfectum deinde eum à factione Mariana commemorat, unà cum pluribus alijs clariſſimis ciuibus, quorum capita in roſtris pependere.

M.& C. oratoris filii

Huius filij M. & C. Antonij fuere. quorum M. Antonius gratia Cottæ conſulis & Cethegi factione in ſenatu curationem rei frumentariæ nactus, totius oræ maritimæ, & Siciliã, & prouincias omnis depopulatus eſt: & ad poſtremum inferens Cretenſibus bellum ibi morbo interijt. Hunc Salluſtius ait perdundæ pecuniæ genitum, & uacuum curis niſi inſtantibus: autor Pedianus.

C. Antonius

C. Antonius alter oratoris filius multos nactus in Achaia ſpoliauerat de exercitu Syllano equitum turmas: illi autem adduxerunt eum in ius ad M. Lucullum, qui ius inter peregrinos dicebat. Hic autem Tribunos appellauit. Hunc etiam Antonium Gellius & Lentulus cenſores ſexennio, quo hæc dicuntur, ſenatu amouerunt: cauſasq́; ſubſcripſerunt, quòd ſocios diripuerat, quòd iudicium recuſauerat, quòd propter æris alieni magnitudinem prædia mancipauerat, bonaq́; ſua in poteſtatem non habuerat. Pedianus. Hunc item Cicero in Verrinis uocat in exercitu Syllano prædonem, in introitu gladiatorem, in uictoria quadrigarium. Nam inter eos fuit honeſtiſſimus, qui iuſſu Syllæ in Circenſibus, quos ipſe poſt uictoriam fecit, quadrigas agitauerunt.

C. An. C. F.

Huius filius C. Antonius cum Cicerone conſul fuit: eiq́; maxime aduerſus, ut qui Catilinæ coniurationi faueret. placatus ab eo demum, rectaq́; de republica ſentire perſuaſus eſt. Poſtremo poſt Cæſaris mortem in diſſenſione ciuili in Bruti poteſtatem quum in Græciam ueniſſet: ab eodem traditus eſt M. Ciceronis filio, in patris ultionem in proſcriptione trucidati.

M.& L. oratoris Nep.
M. Anto. triũuir

M. Antonio Oratoris filio M. & L. filij fuere. Quorum M. Antonius Triumuir, cauſa & fax totius belli ciuilis extitit, cum eſſet tribunus clam ex urbe ad Cæſarem in Galliam profugiendo. Eum quoque mortuum laudando, percuſſores publice deteſtando, denique ſanguinolentam ueſtem oſtentando, ac teſtamentum eius quo populum Romanum uiritim ille munerabat recitando: effecit, ut interfectores ob metum ab urbe profugerent. Deinde Mutinam Bruti prouinciam inuadentem, hortante Cicerone, ſenatus hoſtem iudicauit: ſuperatusq́; ab Hircio & Panſa Coss. ac Cæſare puero, mox triumuiratus fœdere inter eum & Lepidum ac Cæſarem inito, Brutum & Caſſium in Macedonia apud Philippos ſuperauit. Quo bello confecto Octauius ualetudinis cauſa Romam redijt: Antonius in Græciam, Aſiamq́; profectus, honore quaquauerſius ingenti eſt exceptus. Cum illi oriens, Auguſto occidens, Lepido Italia obtigiſſet, multos per orientem reges, & tetrarchas debellauit. Inter quos Antigonum Iudæorum regem ſecuri percuſſit, quod antea regum nulli contigit. Captus amore Cleopatræ multa ipſius gratia nefanda admiſit, eiq́; regna multa conceſſit in Syria. Fuluiam uxorem ſtatim inito Triumuiratu repudiauit, ac Octauiam Auguſti ſororem duxit, utramque poſtremo ob Cleopatram contempſit. Ad bellum Parthicum Ventidium legatum miſit: Qui interfecto Pacoro regis filio ab Antonio miſſus Rom. triumphauit. Inde Cleopatra in Aegyptum remiſſa, per Armeniam, Arabiamq́; profectus copias undique cõtraxit. Cum Phraate Medorum rege prælio congreſſus, ac uictor eum uſque ad Araxem fluuium perſecutus eſt. Dein in Armeniam reuerſus, eius regem in triumphum Alexandriam duxit. Repudiata igitur Octauia, cauſa fuit inter eum & Octauium diſſenſionis. Quo cum poſtremo ad Actium nauali prælio congrediens, ſuperatus eſt: Alexandriamq́; confugiens, atque ibidem ab eodem obſeſſus, gladio ſponte incubuit, anno ætatis L V I. Huius uiri illud in primis admirabile dicitur, quòd in otio luxurioſiſſimus, in negotio laborioſiſſimus fuit. Nec ob res male geſtas, aut poſt uictoriam Octauij quicquam de ſolita uoluptate remiſit. Hæc ex Plutarcho.

L. Antonius Triumuiri frater

L. Antonius Triumuiri frater, apud Peruſiam ab Octauio fame obſeſſus, in deditionẽ cum C C C. alijs uenit: quibus, ut ait Liui. in epitome, Octauius ipſe pepercit: ut uerò Tranquillus, omnes ad aram Cæſaris necare crudeliter iuſſit. M. Antonius, Ianuarius, Honoratus, Auguſtalis, Miſenas uixit annis L. teſtamento poni iuſſit. M. Antonius Alexãder patrono indulgentiſſimo cõficiendũ. Cur. liber liberta. Quæ eor. N.M.S.S.N.N. Ex N.S. Hæc inſcriptio Neapoli in domo comitis Matalonæ.

Ant. Iulianus Rhetor

Antonius Iulianus Rhetor Romæ perquã fuit honeſti atq; humani ingenij: doctrina quoq; iſta utiliore ac delectabili, ueterumq́; elegantiarũ cura & memoria multa fuit. Ad hæc ſcripta omnia antiquiora tam curioſe ſpectabat, aut uirtutes penſitabat, aut uitia rimabatur, ut iudicium ab eo factum examuſſim diceres, Gellius.

Antonius Gnipho grammaticus

Antonius Gnipho ingenuus in Gallia natus, ſed expoſitus & à nutritore ſuo manumiſſus: Romæ docuit rhetoricam, & poëmata in domo Iulij Cæſaris pueri adhuc: cuius etiam ſcholam Cicero & clari uiri frequentaſſe dicuntur. Fuit alioqui miti faciliq́; uatura: nec unquam aliquid de mercedibus pactus, eoq́; plura ex diſcentium liberalitate conſecutus eſt. uixit annos L. ex Tranquillo.

Antonius Monachus

Antonius monachus, cuius uitam Athanaſius præſul Alexandrinus inſigni uolumine perſecutus eſt, miſit ad diuerſa cœnobia epiſtolas V I I. Aegyptiaco ſermone conſcriptas, quæ deinde in linguam Græcam conuerſæ fuere: quarum præcipua ad Arſenoitas. Emicuit Conſtantino & filijs eius imperantibus. Hæc ex Hieronymo. Antonij huius uitam ex Athanaſio in Latinum ſermonem Euagrius monachus conuertit. Et ipſe demum Hieronymus de nouo compoſuit.

Antonius

Antonius patria Vlyxiponenſis diui Franciſci ſocius ſanctitate ac miraculis claruit.

Antichriſtus

Antichriſtus ex autoritate Bedæ in euangelium Lucæ ſic deſcribitur. Naſcetur ex tribu Dan, ſecundum uaticinium Iacob. Fiat Dan coluber in uia. Naſcetur autem ex utroq; ſexu, non tantum ex uirgine, ut eſt quorundam opinio, è ciuitatibus primum Betſaide, & Corozaym exiet, ut in Euangelio. Væh tibi Betſaida, Væh tibi Corozaym mater erroris. Deinde Hieroſolymam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uenict,ſedẽq; in tẽplo cõſtituet,dictitãs ſe Chriſtũ eſſe:ac multa prodigia faciendo Iudæos Chriſtianosq; plurimos in ſuam ſectam conuertet, reſiſtentes uerò aut minime auſcultantes, minis, cædibus,ac omni ſupplicio terrebit:eoq; modo uniuerſum orbem peragrabit triennium ac ſex menſes: quo tempore calamitas hæc nulli æquiparanda fuerit,nec ſinet ulterius ſæuire Deus,ne & electi in errorem trahantur. Concidet ad extremum in Oliueti monte, unde Chriſtus in cœlum aſcendit,ut aiunt doctores, Verum Dei prouidentia non deerit. Enoch enim & Helias, ante item triennium & ſex menſes in orbem,confirmatum animos bonorum,uenient: futurum hoc malum prædicentes,Iudæosq; omnis, quotquot reperientur, in fidem conuertent. Secundum illud,ſi fuerit numerus filiorum Iſraël ſicut arena maris,reliquiæ ſaluæ fiant.Poſt mortẽ uerò Antichriſti X L.ſaltem dies ante aduentum Chriſti dabuntur ſpatij pœnitentiæ, his qui forte aberrauerint. Poſt illud etiam tempus quando iudicium ſit futurum, nobis incertum. Sed de ipſius Antichriſti aduentus tempore Apoſtolus ait, non eum ante uenturum,quàm diſceſſio fiat:hoc eſt à Romano imperio regnorum omnium defectio:quod profecto adhuc non uenit. Nam licet uidemus illud magna ex parte collapſum, donec tamen Gallorum reges erunt incolumes, ad quos res Romanas tueri pertinet, Romani imperij dignitas non uſquequaque peribit. Eſt & cui placeat ex noſtris doctoribus: ad extremum hoc imperium ad unum ex ipſis regibus Gallorum integrum peruenturum, qui rebus feliciter adminiſtratis Hieroſolymam adibit, ac ſe in monte Oliueti omni ſceptro ac imperio abrogabit. Ex quo ſecundum ſuprà dicta apoſtolica uerba ſtatim Antichriſtus apparebit. Et in hanc quidem ſententiam Beda.

Anſanus Anſanus Romanus martyr, Senenſium patronus. uide inter res Senenſes.

Anaſtaſius Anaſtaſius martyr & monachus, Perſa genere, tempore Heraclij. Alter item monachus & confeſſor, Rom. eccleſiæ notarius prius fuerat: deinde cœnobio ſe addixit, quod eſt prope Nepet. huius meminit Gregorius I I I.dialogorum.

Anniceris Anniceris Cyrenæus nobilis equorum agitator, artem Platoni oſtentaturus, ante academiam currus iunxit: ſæpeq; eundem curſum, iiſdem ueſtigijs, nihil aberrando repetijt. Quod cæteris admirantibus, Plato rem nulla laude dignam oſtendit: propterea quod rei minimæ & nihil profuturæ animo nimium intentus maiores artis curas præuerteret, autor Aelianus de uar. hiſto.

Antiphilus Antiphilus Aegyptius pictor, Cteſidemi diſcipulus, Alexandrum, & Philippum pinxit: Hippolytum tauro emiſſo expaueſcentem: In Pompeia Cadmum & Europen. Plinius.

Antidotus Antidotus pictor Euphranoris diſcipulus, cuius opera extabant Athenis laudata: ipſe diligentior quàm numeroſior, & in coloribus ſeuerus,maxime claruit diſcipulo Nicia Atheniẽſi. Plinius.

Anſelmus Cantuarienſis Anſelmus præſul Cantuarienſis Normandus genere, ac monachus apud Anglos, magna doctrinæ fama temporibus Paſcalis I I.Pont.& Henrici I I I.Imperatoris, circa ſalut.annos M.L V I I I.Scripſit libros de meditatiõe,Cur Deus homo:De libero arbitrio: de ſimilitudinibus: de cruce: de Iob.

Anſelmus Lucenſis Anſelmus itẽ alter eodem ferè tẽpore præſul Lucenſis,autor ut Matildis Comitiſſa, quæ tunc Lucæ dominabatur, cœnobium S. Benedicti apud Mantuam ædificaret: ubi & ipſe primo ſepultus, deinde Mantuam translatus fuit. uterque Anſelmus inter ſanctos relatus.

Apelles Apelles Cous pictor Olimp. C X I I. facile omnes ſuperauit: uoluminibus æditis, quæ doctrinam eam continerent. Aliorum opera ſolebat laudare: uerum unam deeſſe Venerem, quam Græci χάριτα uocant, dicebat. Protogenem etiam admirari ſolebat tanquam parem famæ ſuæ, uerum una tantum re inferiorem, quod ille de tabula manum neſciret tollere,memorabili præcepto, nocere ſæpe nimiam diligentiam. Acceptus fuit in primis Alexandro magno, à quo tantum uoluit pingi: Opera eius innumera: ſed præcipua duæ Veneres prædicantur. altera è mari egrediens. altera Cois imperfecta, quam nullus poſtea auſus fuit perficere. Dicitur proponere ſolitus opera in pergula, ipſe poſt latens iudicia prætereuntium explorans: ex quo ſutoris illa reprehenſio crepidæ fuit, & poſtera die de crure iudicanti Apelles indignatus: noli, inquit, ſupra crepidam: Nota & cum Protogene, qui Rhodi uiuebat, illa linearum contentio, quam tabulam plures ſe uidiſſe teſtantur.Plinius.

Hæreticus Apelles Apelles alter à ſectatoribus Marcionis: de cuius hæreſi Rhodo ſic ſcribit: Senex habuit nobiſcum ſermonem, in quo multa perperam dicere uidebatur: Fidei in primis non diſcutiendam rationem, ſed in eo quod quiſque crederet permanere oportere. Chriſti crucem omnibus profuturam, modo bene uiuant. Propheſias non recipiebat, quod pugnantia loquerentur, & ſibi inuicem aduerſarentur.Principium de Deo ſicuti & nos dicebat:quem cum interrogarem cauſam,Quomodo æternum principium aut quando; ſe neſcire reſpondit, quomodo unigenitus Dei filius eſſet, ſed ſibi ſic uideri. Tunc ego riſi eum qui ſe doctorem fateretur eorum quæ ignoraret, ex Euſebio libro V.

M. Apitius M.Apitius altiſſimus nepotum gurges Plinio uocatur, libros, ut ait Suidas, de gula conſcripſit, pro qua multas abſumpſit opes.Cum audiſſet in Africa cancros marinos maiores naſci, pro quibus antea multa in Gallia impenderat,illuc adnauigauit.Cumq; falſum eſſe quod audiuerat in itinere accepiſſet,nauis gubernatorem uertere curſum retro iuſſit, execratus prouinciam & incolas.

Appianus Alexand. Appianus Alexãdrinus X X I I.libros hiſtoriæ Romanæ compoſuit: quorum nouem tantum ad nos peruenere, conuerſi à P.Candido, qui miniſter Nicolai Pont.V.ab epiſtolis fuit.Primus Libycus inſcribitur de I I.bello Punico tractans,I I. Parthicus, I I I. Syrus bellum uidelicet cum Antiocho,I I I I.Mithridaticus.de ciuili quoq; bello Cæſaris & Pompeij libros V.de bello Illyrico librum unum,de Celtico item.Fuiſſe Adriani temporibus ipſemet in Syriaco teſtatur his uerbis. Hieroſolymam Adrianus iterum ætate noſtra ſubuertit. Sed & geſta Imperatorum ſcripſiſſe in fine Illyrici etiam demonſtrat.

Apion grammaticus Apion Alexandrinus grammaticus,ut autem ſcribitur Heliconio Cretenſis Pliſtonici filius,audijt Euphranorem iam ſenem.Fuitq; Didymi magni alumnus. Docuit Romæ Tiberij & Claudij temporibus, ſucceſſor Theonis grammatici,æqualis Dionyſio Halicarnaſſeo.ſcripſit Annales:præterea complura.Hunc cymbalum mundi Tyberius appellare ſolebat.Tanta uir arrogantia fuit, ut donare ſe immortalitate diceret illum,cui opera ſua dedicaſſet, uti Plinius refert. Hunc inſuper cum Philone Iudeo contendiſſe, cum legatione uterque apud Claudium uteretur, diximus in Philone.

Apollinares duo Apollinares duo, pater & filius,è Laodicea Syriæ urbe oriundi,doctiſſimi uiri fuere.Pater presbyter,filius lector: Ambo doctores eloquentiæ.Pater grammaticus:filius Rhetor.Pater cũ eſſet Alexandrinus genere & prius Berythi docuiſſet: poſtea Laodiceam ueniens duxit uxorem: ex qua filium ſuſcepit Apollinarem.

Apollinaris iunior Qui cum exerceretur cum Epiphanio ſophiſta, homine minime Chriſtiano: eius conſuetudine à Theodoro præſule Laodicenſi iuſſus abſtinere,nequaquam obtemperauit. Quapropter à Georgio Theodori ſucceſſore commercio Chriſtianorum interdictus, ob indignationem ſtatim in hæreſim erupit,cuius ipſe princeps fuit.Nam primum quidem dicebat animam à Deo,uerbo,facto homine,nõ aſſumptã:deinde quaſi corrigentes ſe ipſos adiecerunt: animam quidem aſſumptam, quæ tamen non haberet mentem, ſed Deum uerbum eſſe pro mente. Hæc Socrates in hiſtoria. De eodem Sozomenus ſic ait: Apollinaris Syrus omni ſcientia inſtructus,& Gregorius,et Baſilius Cappadoces,prohibiti à Iuliano principe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cipe uti Chriſtiani Græcorum ſtudijs & diſciplinis erudiri.
Tunc Apollinaris cum eſſet doctus & ingenioſus, ad imitationem Homeri Hebræorum antiquitatem heroico carmine
ſcripſit uſq; ad imperiũ Saul x x i i i i. libris, unicuiq; libro
literæ nomen ponendo, uti in Homero legitur. Imitatus præterea Menandri ſoccum, itemq́; Euripidis cothurnum, ac Pindari lyram, argumenta è ſacris ſumpſit libris: omnes Encyclias lectiones breui tempore compoſuit, quæ opera uetuſtis
inferiora nulla in re præter opinionem habebantur. Scripſit
& ad Iulianum principem contra populos paganos, quem
librum pro ueritate inſcripſit. Hieronymus uerò de eodem
ſic ſcripſit. Apollinaris Laodicenſis Syriæ Præſul patre preſbytero, magis grammaticis in adoleſcentia operam dedit.
Deinde in ſacros libros innumerabiles cõmentarios ſcribens,
exceſsit ſub Theodoſio: extant eius aduerſus Porphyrium,
x x x. li. qui maxime probantur. Idem quoque Hieronymus
alibi. Apollinaris contra Porphyrium egregia conſcripſit
uolumina, probo laborem uiri, licet fatuum eius dogma in
Apollinaris Præſul Hierapol. pleriſq; contemnam. Apollinaris alius Præſul Hieropolitanus, ſub M. Antonino Imp. emicuit, cui nobilem librum de fide
Chriſtianorum dicauit. Extant & eius v. aduerſus gentes libri, & de ueritate duo, & contra Cataphrygas qui tunc primum cũ Priſca & Maximilla inſaniebant, uaticinantes Mon-
Aur. Apollin. tano autore: ex Hieronymo & Euſebio libro v i. Aur. Apollinaris ſcripſit Cari principis geſta uerſibus iambicis, ut teſta-
Apollinaris martyr tur Vopiſcus. Apollinaris item martyr ſub Veſpaſiano Præſul Rauennas, eò à Petro apoſtolo miſsus, cuius erat diſcipulus, natione Romanus: poſt multa prodigia ex eo uiſa iam ſe-
Apollodorus grammaticus nex interfectus eſt. Apollodorus Athenienſis grammaticus
Aſclepiadis filius, diſcipulus Panætij Rhodij philoſophi, &
Ariſtarchi grammatici, primus qui genus metri Triambicum
cœperit, ut Suidas teſtatur. Scripſit quoq; hiſtoriam Athe-
Apollodorus poeta nienſem l x x x. annorum, uſq; ad reditum Heraclidarum.
Diodorus. Apollodorus alter Athenienſis poëta Comicus,
tẽpore quo & Menãder fuit. Fabulas ipſius nõnullas commemorat Suidas. Apollodorus Tarſenſis poëta Tragicus. Cuius
Apollo. Perg. itẽ tragœdias idem recenſet autor. Apollodorus Pergamenus,
Apollonius Rhodius Cæſaris Auguſti præceptor & familiaris. Scripſit de arte
Rhetorica, & Apollodoream ſectam introduxit. Strabo. Apollonius Rhodius, quod in Rhodo agitaret: Alexandriæ autem
natus, Callimachi diſcipulus, æqualis Eratoſthenis grammatici. Cuius etiã ſucceſſor fuit in præfectura bibliothecæ apud
Apoll. gram. Ptolemæum Euergetem. Scripſit Argonautica uerſu hexametro. Suidas. Apollonius Alexandrinus, cognominatus Dyſcolus, pater Herodiani grammatici, nobilis & ipſe grammaticus, filiumq́; erudijt. Scripſit de compoſitione partium orationis, & alia complura in arte grammatica. Apollonius
Apollonius Molo Aphrodiſeus hiſtoricus: ſcripſit res Carias, de Trallibus,
de Orpheo eiusq́; myſterijs. Apollonius Molo Rhodius
præceptor Ciceronis, Romæ docuit, quò legatus uenerat de
præmij Rhodiorum dictatore Sulla. Orator unus in cauſis
ſcriptorq́; præſtantiſsimus, & in adnotandis animaduertendisq́; uitijs & inſtituendo docendoq́; præſtantiſsimus, ut ait
Apol. Alabandenſis Cicero in Bruto. Apollonius Alabandenſis: Alabanda enim
oppidum eſt minoris Aſiæ, dicendi magiſter cum mercede
doceret, tamen non patiebatur eos quos iudicabat non oratores euadere, operam apud ſe perdere, dimittebatq́;: quemq́;
Apollonius Nyſſeus ad quancunque artem putaret eſſe aptum, ad eam impellere
atque adhortari ſolebat. Cicero in primo de oratore. Apol
Apol. Eroph. lonius Nyſſeus Panætij Stoici familiaris. Strabo. Apollonius
Erophylus appellatus, quòd Erophili diſcipulus fuit, ſcripſit
de unguentis: autor Athenæus. In Plinio autem Apollodorus
Apol. Aſtron. ſcribitur. Apollonius Aſtrologus, qui inter cætera de Conicis figuris nobilem edidit tractatum, qui cernitur in biblio-
Apol. Sena. theca Vaticana. Apollonius Senator Romanus ſub Commodo & Seuero principibus, proditus quòd Chriſtianus eſſet, uti rationem ſuæ fidei redderet nobilem ſuper hoc librum
compoſuit, quem in ſenatu recitauit, ſecuri nihilominus percuſſus, quod huiuſcemodi hominibus qui ante eos adducerentur ex lege decreuerant minime parcendum, niſi deſerta fide. Ex Hieronymo. Philoſtratus duos ponit inter Sophiſtas
Apollonios, Naucraticam unum, alterum Athenienſem. Apol. II. ſophiſtæ
Qui ambo M. Antonini principis tempore concurrentes docuere Athenis Apollonij Tyanei uitam multi compoſuere,
ſed præcipue Damis eius peregrinationis comes, à quibus
Philoſtratus mutuatus v i i i. uoluminibus interpolauit, ex
quo & ego præcipua quum multa ſuperuacua ſint breuiter
appoſui.

APollonius è Tyana fuit ciuitate Græca in Cappadociæ Apollonius Tyaneus
finibus, arte olim nauta. Dicebatur Iouis filius, familiariſq́; Aeſculapij, ante omnis pulcherrimus ac ſanctiſsimus.
A coitu, uino, & carnibus abſtinebat, ſolis ueſtibus linteis
amiciebatur, comam nutriebat, in templis & cum ſacerdotibus plerunque uerſabatur. Præuidit Cilicem quendam
laſciuum hominem tertia die interemptum iri, atque ita contigit. Quinquennium integrum ſiluit. Oriente ſole ſacra quædam in occulto dijs faciebat, ſolis quatuor diſcipulis ſuis illa cõmunicans. Aiebat oportere qui recte philoſophantur adueniente aurora cum dijs uerſari: præcedente autem de dijs loqui,
reliquum uerò tempus humanis rebus ſermonibusq́; impendere. Se quoq; conſultore Deo, & duce dæmone ſingula facere profitebatur, ſcireq́; omnium linguas abſq; doctrina, & cogitationes hominum introſpicere, futura præuidere ac præterita diuinitus. Arabes adſumpto in cibo draconum corde uel
hepate, ab auibus non ſecus atq; ab oraculis auguria captant:
quod & Apollonius illic eſt adſecutus, qui etiam ſomnia recte
interpretabatur, & portenta declarabat. Damnauit ſacrificium animalium, thure ſacrificabat, orabatq́; ſolem ut concederet, uiros bonos agnoſceret, improbos uerò neq; agnoſceret, neq; agnoſceretur ab illis. Precabatur itẽ & ſic deos, Concedite mihi pauca habere, & nullius indigere. Dicebat etiam
eos qui nulla libidine tanguntur, poſſe tamen ardenter amare,
quod in Eunuchis ſit manifeſtum. Sapienti maius periculum
imminere ab inuidia, quàm uel nauiganti à tẽpeſtate, uel prælianti ab hoſtibus. Turpiusq́; eſſe pecuniæ ſtudere, quàm uentri, uel luxuriæ. Nam pecuniam ad hæc aliaq́; uitia expeti. In
monte Caucaſo noctu ad lunæ lumen cognouit phantaſma Lamiæ, quod nunc apparebat ſub uarijs figuris, nũc euaneſcebat:
obiurgauit ipſum, & prorſus euanuit. Scribitur & eius mora
cum Bardaſane Babyloniæ rege, à quo maxime honoratus, Bardaſanes
inſuper & comitibus & uiatico uſq; in Indiam adiutus: quam
ubi attigit, de Elephantorum natura hæc ſcribit. Elephantus De Elephãtis
eſt iuſtiſsimus, equitatur regiturq́; à puero, manſuetior fit
homini quàm canis, & magis cum eo ludit: ſcribit, ad tibiam artificioſe tripudiat: prudentia conſilioq́; ſecundus eſt
ab homine, & ipſe quoq; habet ſapientiam ac mentem. Nam
ſi qui uulnerentur, alius Elephantus medetur aloës lacrymas
infundens uulneri: uiuit annos, ut compertum eſt, plures
quàm quadringentos. Apud Indos quidam ſapientes & ſancti appellantur Oxidrachi, qui urbem ſuam ab hoſtibus, non Oxidrachi
manibus ſed oratione defendunt. Iupiter enim ab eis obſecratus, hoſtes tonitruis & fulminibus arcet. Narratur deinde Apollonius à Phraete rege Indorum humaniter exceptus, conuiuioq́; adhibitus, ubi ambo oleribus tantum paſti,
reliqui conuiuæ ſumptuoſis uenationum cibis. Nam rex ipſe
& uino & carnibus etiam abſtinebat. Deinde cum maximum poſt cœnam tripudium fieret, Damis ſcribit Apollonium audiſſe à rege, quòd Indi ſapientes putant uſu muſicæ
induci ſomnum quietum, ſomniaq́; iucunda. Vinum inſomnia facit inquieta, mentem in uigilia caliginoſam, & ſæpe ocu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

los conuenientes: aquæ autem potor ſemper eſt ſobrius, ſui
compos, uigil, quietus dormit, dormiens uaticinatur. Mens
non ſuffocata uino quæcunque in ſomno præſagit, facile diſcer
nit & colligit: unde ſomniorum interpretes ſola matutina ſo-
mnia interpretatione digna exiſtimant. Anfiraus ſummus ua-
tes iuſsit ſacerdotes, qui reſponſa clara accipere & ſyncere
reddere uellent, integrum diem à cibo, à uino autem triduo
Iarchas abſtinere. Poſt hæc congreſſus cum Iarcha philoſopho Indo
eſt, ad quem cum literis commendatitijs peruenit. Hic enim
Indorum ſapiẽtum princeps, diuinitus Apollonio nomen eius,
parentes, mores, & quæcunque ipſi contigerant dixit, per-
inde ac ſi omnibus interfuiſſet. Item eos ſapientes qui ſecum
agerent meridie ſe lauare: poſtea adorare Deum, cantu cho-
ream facientes, & interim baculis terram percutere, quæ
inſtar marini fluctus ſeſe in tumulum attollebat, poſtea reſi-
debat: peractis ſacris diſputare conſueuiſſe. Dicebat præ-
terea ſe tum cæteros qui boni eſſent deos eſſe, coliq́; à ſe ac
ſuis opinionem Pythagoræ de circuitu animarum, quam ipſi
didicerunt à Pythagora, & Aegyptijs tradiderunt. Bragma-
nas à carnibus abſtinere. Auum ſuum philoſophum annos
centum ac triginta uixiſſe. Aiunt Indi præter quatuor ele-
menta eſſe naturam quintam, Aëtherem ſcilicet, Deorum
generationem: quæ enim ex aëre trahuntur, mortalia eſſe:
quæ ex æthere, immortalia & diuina. Et ab initio cuncta
mundi membra ſimul facta fuiſſe: eſſe enim animal cum ani-
malia cuncta producat: & ſicut quoduis aliud animal, ita
mundum ſimul totum non per partes natum fuiſſe: maris
& fœminæ uicem gerere, & amore partium ſuarum mu-
tuo conſtare: partes mundi propter mentem quæ illi ineſt,
in ſe inuicem conuenire: regi autem mundum non una ma-
nu, ſed multis: primam perfectiſsimamq́; mundi ſedem Deo
attribui, huius animalis genitori: cæteras uerò dijs, qui eius
partes gubernant. Damis refert, ſapientes illos, ſe præſente
claudum quẽdam, cæcum alium, rurſus mancum alium pro-
digioſe curaſſe, & conſuluiſſe, ut à uino generaturi homines
abſtinerent, itemq́; pueri. Nam uinoſus gignit inſanos, &
uinum in pueritia gignit inſaniam. Aiunt qui oua noctuæ me-
diocriter elixata comederit, odio uinum habebit. Apollo-
nius compoſuit libros de Aſtrologica diuinatione quatuor,
ſcripſit etiam quæ ſacra & quomodo dijs ſingulis acceptiſsi-
ma ſint. Addit Damis Iarcham ſeptem annulos Apollonio
dediſſe ſtellarum ſeptem nominibus cognominatos, quorum
ſingulos ſingulis diebus geſtabat iuxta dierum nomina illos
diſtinguens. Inquit Iarchas, uidetur mihi, uirum qui præſcire
futura uoluerit, caſtè, ſanctè diſpoſitum eſſe oportere, ita ut
nullius ſordis macula animam eius inquinet, nullasq́; delicto-
rum cicatrices menti impreſſas gerat. Addit medicinam à
diuinatione exordium habuiſſe: nam Aeſculapium ex patris
Apollinis uaticinijs mortis proficua remedia cõpoſuiſſe. Dicit
Pãthura lapis apud Indos eſſe lapillum Panthauram ignis inſtar micantem,
ſub terra paſſus quatuor naſcentem: tantum uerò ſpiritus
ineſſe, ut intumeſcat, & plerunq; ſcindatur terra ubi eiuſmodi
lapis concipitur: hic ita lapides attrahit, ſicuti magnes ferrum.
Laudans Iarchas Apollonium inquit, mirari nemo debet ſi
diuinandi ſcientiam conſecutus es, cum tantum ætheris in ani-
Tantali fons mo geras. Poſt hæc Apollonius, cum de Tantali fonte bibiſſet
reuerſus ad proprias ſedes. Erat enim iuxta Iarcham Tantali
ſtatua, phialam propinãs plenam continuo liquore, de qua bi-
bentes ad philoſophiam ſimul & ad amicitiam inuitabantur.
Cumq́; morbus grauiter Epheſum inuaſiſſet, rogatus ab eis
edem geſsit, quod olim Pythagoras apud Thurios Metapon-
tinosq́; feciſſe perhibetur. Duxit turbam ad theatrum, ubi
pro malis depellendis ſacrificia fieri conſueuerunt: ibi ſenem
quendam mendicanti ſimilem inuentum, Epheſijs inquit, cæ-
dite lapidibus hunc deorum inimicum, non'ne uidetis huic
oculos igne plenos eſſe? Quo uiſu cognouerunt Ephæſij dæ-
monem eſſe, ac lapidibus obruerunt: deinde iubente eo de-
texerunt: euanuerat hominis imago, & grande corpus canis
conſpiciebatur: ſic Epheſij morbo liberati ſunt. Poſthæc ad
tumulum Achillis obſecrauit Achillis numen, ut ſibi antiquã
eius imaginem demonſtraret: parumper tumulus intremuit
& iuuenis quidam apparuit, primo ſtatura cubitorum quin-
que, paulopoſt duodecim, pulchrior quàm dici poſsit. Inter-
rogauit quinque, friuola nimium, ad grammaticos & hiſtori-
cos pertinentia. Videns adoleſcentem nimis laſciuientem, ri-
dentemq́; ſine cauſa nimium & ſecum ipſo, ſequentem atq́;
cantantem, cognouit eum à dæmone occupatum eſſe, com-
pulit dæmonem corpus eius relinquere, quo diſcedente in rei
huius ſignum ſtatua quædam proxima cecidit. Item cum ui-
deret Athenienſes in theatro, inter Orphei carmina theo-
logiamq́;, ad ſonitum tibiæ ſaltantes, redarguit laſciuum mol-
lemq́; ſaltum: confirmauit autem carmina grauiusq́; tripu-
dium. Apollonius & Damis ſcribunt, quòd Menippus De- Menippus
metrij Cynici diſcipulus, adoleſcens formoſiſsimus, cum Co-
rintho Cenchreas proficiſceretur, obuiam habuit quandam
imaginẽ puellæ peregrinæ ſpecioſæ diuitis, quæ aiebat ſe eſſe
illius amore accenſam: inuitauit ut ad eius domum diuerte-
ret in ſuburbanum: ille amore captus ſæpe illic ſe illi commi-
ſcuit, ac de ineundo matrimonio cogitabant: habebat domum
regio ornatu apparatam. Apollonius cum in ea domo ſingula
conſiderauiſset, exclamauit illam eſſe quandã ex numero La- De Lamiis
miarum, quas aliqui laruas, aliqui lemures appellant: quæ
ſunt ad uenerem pronæ, & humanas carnes uehementer ex-
petunt, uenereorumq́; cupidine alliciunt eos, quos cupiunt po-
ſtea deuorare. Precioſa autem illa domus ornamenta, menſas,
epulas, pincernas, inquit eſſe tanquam hortos illos Tantali, qui
ſicut ab Homero ſcribitur, apparent aliquid eſſe cum non ſint:
omnia enim illa uanas imagines eſſe. Iuſſu Apollonij omnia
illa ſubito euanuerunt, & illa confeſſa eſt ſe eſſe Lamiam, La-
miasq́; conſueuiſſe pulchris adoleſcẽtũ corporibus ueſci, cum
ad ſummam ſanguinis abundantiam perueniſsent. Hæc in me-
dia Græcia facta palàm tanquam certa à plurimis habentur.
Cum Nero philoſophos exterminaſſet, Apollonius ait, homo
deorum ludibrium eſt, iuxta Platonis ſententiam. Hominum
uerò ludibrium eſt rex impudicus. Nihil ſine dijs ſumus, ita-
que orandum ut nobis duces ſint. Nihil eſt tam terribile, ut
ſapientem terrere poſsit. His qui ueram ſapientiam mode-
ſtiamq́; attigerunt, omnia quæ à dijs mittuntur proſpere ſuc-
cedunt. Sapientia mea ex diuino afflatu prouenit. Dij non ſem
per in eodem permanent loco, ſed nunc ad Aethiopas, nunc
ad Athon, nunc ad Olympidum proficiſcuntur. Cum per ſyn-
grapham accuſatus eſſet, quod Neroni detraxiſſet, & prætor
ſyngrapham lecturus acciperet, nulla reperit ueſtigia litera-
rum. Idem ſub Domitiano illi contigit. Puella quædam Romæ Puella reuixit
mori uiſa eſt, quæ habitabat in domo conſuli uicina, efferenti-
bus eam præcepit Apollonius deponere feretrum: attrectans
igitur puellã, illiq́; admurmurans, ab ea quæ uidebatur mor-
te ipſam reuocauit: quæ ſtatim etiam loqui incipiens in pater-
nam domum redijt, ſicut Alceſte quondam in uitam reſtituta.
Vtrum autem ſcintillam animæ in ipſa inuenerit, quæ mini-
ſtros medicosq́; latuerat: ſiue decidens forte pluuia diſparatã
& penè iam extinctam animã calefaciens in unum congrega
uerit, difficile coniectu eſt, non mihi ſolũ, uerum etiam his qui
uidendo interfuerunt: id autem ſatis conſtat dum funus effer-
retur, forte pluiſſe. Aporonius in epiſtola ad Indos quadam
(multas enim ad eos miſit) inquit, Oceanus à ſpiritibus ſub Ratio fluxus Oceani
aqua exiſtentibus impulſus ex multis hiatibus, qui partim ſub
ipſo, partim in terra circa ipſum ſunt, ad exteriora diffundi-
tur, ac rurſus retrocedit, poſtquã uelut anhelãs is quẽ diximus
ſpiritus reſedit. Huic opinioni fidem facit, id quod apud Gades
ægrot

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ægrotantibus contingit. Nam quo tempore excreſcens aqua
regionem inundat animæ morientes non deſerunt, quod pro-
fectò non eueniret, niſi ſpiritus ipſe in terram ſecederet. Apol
Contra Neronem
lonius ſocius conſciuſq; fuit coniurationis in Neronem qua
profligatus fuit. Noſcebat autem futura non incantationibus
utens, ſed ex his coniectans quæ ſibi dij immortales oſtende-
bant. Quondam nauigium ſatis idoneum nactus cum Leu-
cadem tenuiſſet, Achaiam iturus, deſcendamus inquit, ex
hac naui: illa uerò quanquam tunc quieta paulò pòſt ſubmer-
ſa eſt. In Aegypto autem exiſtens noſcebat quæ eo tempore
Pro Veſpaſiano
fierent Romæ in exercitu contra Vitellium Imperatorem.
Apud Veſpaſianum in honore fuit, quem ita adhortabatur:
Veſpaſiane quæ ad imperium attinent tanquam rex admini-
ſtra: quæ autem ad corpus, tanquam priuatus. Munera deinde
ab eo ablata renuit dicens, auaris hominibus, qui harum re-
rum indigent, eſſe tribuenda. Videns leonem cum hominibus
manſuete uerſantem, & ad pedes ſuos procumbentem ait, in
eo animam Amaſis regis eſſe: tunc leo rugijt, fuditq; lacry-
mas. Idem Athenis ignotis dijs aras conſtitutas eſſe nouit diui
nitus, & dixit quicquid Timaſioni Aegyptio à nouerca con-
tigiſſet. Peragrauit deinde uerſus occidentem ad gymnoſo-
Theſpetion gymnoſoph.
phiſtas Aethiopum philoſophos. Illic Theſpetion gymnoſo-
phiſtarum dux ſenior præcepit arbori ulmo, ut Apollo-
nium ſalutaret, illa ſalutauit diſtincta quidem uoce, ſed tenui
& fœminea. Gymnoſophiſtæ à carnibus & libidine abſti-
nent, meridie ſacris incumbunt. Theſpetion inquit, Frugali-
tas, ſapientiæ ueritatiſq; magiſtra eſt, uictus labore manuum
Indi ſapientiores Aethiopibus
comparandus. Apollonius ait Indos acutiores eſſe Aethiopi-
bus, quia in aëre puriore degant: ueriora etiam de natura &
dijs opinari, quòd propius deos & principia ſubſtantiæ ca-
lidæ, atq; animantia generantis habitarent. Addit Socratem
diuinum fuiſſe, neq; aliam ob cauſam per beſtias arboreſq;
iurare, niſi ne per deos ipſos iuraret. Dijs obſiſtere, inſania
eſt: male fortunata apud homines apparet iuſtitia: ab Ioue
enim & fatis ordinata, ut hominibus non offeratur iniuria,
nuſquam ne quis ſibijpſi iniuriaretur prouidit. Extat Apollo
nij epiſtola, qua dæmonem ſatyrum in Aethiopia ſe manſue-
Titi modeſtia
feciſſe narrat: manſuefecit autem, ut narrat Damis, uini potu,
quum contumelioſe laſciuire ſoleret in fœminas. Interea Ti-
tus captis Hieroſolymis omnia circum loca cadaueribus com
pleuerat: à finitimis autem gentibus ob uictoriam coronam
offerentibus reſpuit, dictitans ſe tali honore indignum: non
enim ſe eſſe talium operum autorem, ſed Deo iracundiam
contra Iudæos demonſtranti ſuas manus præbuiſſe. Apollo-
nius hortum conſiderans, diuinitus cognouit in eo theſaurum
abſconditum. Quumq; lis inter agri dominum & theſauri
repertorem eſſet, ait ei dandum qui melius uti ſciret. Item
adoleſcentem uidens rabie furentem, cognouit quis eſſet ra-
bioſus canis, qui eum læſerat: canis ille iuſſu eius lambens uul-
nus curauit adoleſcentem, canem uerò natatu fluminis cura-
Rabioſi med.
uit, medicamentum nanq; rabiei eſt aqua, ſi eam attingere ra-
bioſus audeat. Item præuidit qua morte Titus moriturus fo-
Contra Domitianum
ret. Quum autem Domitiano qui omnes philoſophos eiece-
rat ſuſpectus eſſet, atque in compedibus ab eo uinctus inter-
rogaretur, quo modo crus compedes ſuſtineret, reſpondit,
neſcio: mens enim alijs intenta eſt, quæ aut non dolebit, aut
dolorem ſedabit: cogitat autem nunc mens hoc ipſum non co-
gitare talia: Animam capere nequaquam poteris, quin etiam
neque corpus, quoniam tibi fatorum ordine non ſubijcior: at-
que hæc dicens è prætorio diſparuit: ſolebat enim pedes di-
uinitus ſoluere compedibus. Ritu etiam Pythagoreorum, atq;
Bragmanes
Bragmanum linteis amiciebatur, & calciamenta ex arbo-
rum corticibus geſtabat, dicebatq;, ab omni uenere abſtine-
re me iuuat, & hoc ipſum amo nihil amare. Quod autem ſit
hominibus cum Deo quædam affinitas, per quam ſolus ex o-
mnibus animalibus Deũ cognoſcit, & de propria natura phi
loſophatur, & diuinæ uocis eſt particeps, formaq; Deo ſimi-
lis eſt, & à Deo uirtutes habet, per quas Deo proximus red-
ditur, Apollo nos docuit. Leuibus tenuibuſq; cibarijs ueſcor,
quæ mihi longe ſunt iucundiora, quàm lautæ & apertiſſimæ
aliorum dapes, atq; hoc admirabilem quandam & arcanam
perſpicacitatem ſenſibus tribuit, nec turbidum quicquam aut
obſcurũ circa ipſos manere patitur, facitq; ut tanquam in ſpe-
culi claritate cũcta perſpiciam, tam etiam facta quàm futura.
Præcipiebat inſuper ne ſimus de conſilij deorum curioſi. Dum
Romæ Domitianus occideretur: ipſe autem Epheſi meridie di
ſputaret, rem totam quaſi ante oculos poſitam conſpexit, mul
tiſq; narrauit. De Apollonij ætate & morte Damis nihil ſcri
De obitu Apollonii
pſit: quidam octogeſimum, alij nonageſimum, pleriq; centeſi-
mum ætatis annum exceſſiſſe perhibent, non minus quàm in
iuuenta ualidum & formoſum. Traditur à quibuſdam ipſum
Epheſi deceſſiſſe. Alij in Lyndo mortuum aſſerunt, cum Palla
dis templum ingreſſus, repente ex hominum conſpectu diſpa
ruiſſet. Alij in Creta cum eſſet in templo concluſus ſponte pa-
tefactis foribus exiſſe, & iterum intraſſe, & illinc aſcendiſſe
in cœlum: auditamq; eſſe uocem quaſi cantantium uirginum:
ueni de terra, ueni in cœlũ, aſcende ſicut inde in terrã deſcen-
diſti. Adoleſcens quidam poſt Apollonij mortem dormiens pri
mum, deinde etiam experrectus uidit, audiuitq; Apollonium
de anima ita dicentem: immortalis eſt anima, non humana res
ſed à diuina prouidentia profecta: ipſa igitur poſt corruptum
corpus tanquam uelox equus uinculis ſolutus facile huc atque
illuc diſcurrens miſcetur leui aëri, grauem moleſtamq; ſerui-
tutem exuta. Ipſe uerò omnium ſermonibus tanquam Deus co
litur, & ſacra Tyana regijs illum honoribus proſequitur. Cu-
piebat autem coram nullis teſtibus mori, adeo perſuadendi cu
pidus erat ſe ſemper eſſe uicturum. Sic igitur exiſtimandum
uiros bonos Dei particulam quandam habere, mundum au-
tem qui opifici Deo adiacet, omnia quæ in cœlo, terra, ma-
ri ſunt exiſtimare debemus: cuius etiam homines præter
fortunæ rationem ſunt participes. Eſt autem & in bono uiro
mundus quidam, ſapientiæ menſuram non excedens. Verum
huiuſmodi figurã inordinatæ animæ furioſius attingẽtes, om-
nia perturbãt. Hepar, in quo uaticinij ſedẽ eſſe dicũt eius artis
periti, ex nõ puro ſanguine conſtat: totũ enim ſyncerũ purũq;
ſanguinẽ cõtinet cor, eũq; per uenas in uniuerſum corpus diſ-
fundit. Bilẽ autẽ in hepate iacentẽ iracundia excitat, timor autẽ
in concauas hepatis partes eandẽ ſubducit: quod ſi quis ipſam
irritauerit adeo efferuet, ut ſuo uaſe cõtineri non ualẽs ſupino
hepati ſuperfundatur, atq; ita partes omnes hepatis occupet,
quæ antea ſynceræ fuerũt & aliquid portẽdere idoneæ. In ani
malibus uerò quæ timore terrefiũt, ſubſidens bilis ſimul con-
trahit quicquid lenibus hepatis partibus luminis inerat: tunc
enim introrſum cedit purioris ſanguinis pars, qua hepar illu-
ſtrabatur, cũ natura pelliculã, quæ circa ipſum eſt prætendat,
& qui turbulẽtus ineſt ſanguis ſupernatet. Aphrodiſius præ-
Aphrodiſius
ſul Bituricenſis Petri diſcipulus genere Aegyptius, iacet apud
Bituriges. Aphthonius Sophiſta ſcripſit προγυνάσματα, id
Aphthonius
eſt, præexercitationes in Rhetorica. Itẽ in artẽ Hermogenis,
cuius liber adhuc extat. Apſines Gadareus ſophiſta, uir erro,
Apſines
primũ Smyrnæ ab Heraclide Lycio, deinde Nicomediæ à Ba
ſilio eruditus: poſtremo Romæ docuit Maximiani tempore, à
quo ad conſulatũ uſq; prouectus eſt, ut ait Suidas. Eius extant
hodie ſcripta quædã in Rhetorica. Alterũ Apſinẽ ſophiſtã Phi
loſtratus inter amicos ſuos connumerat. Apſyrtus Procon-
Apſyrtus
neſius è Nicomedia oriundus militauit ſub Conſtantino Imp.
circa Iſtrum. Scripſit ἱππιατρικόν, id eſt de cura equorum: ſed
& Cimon Athenienſis ἱπποσκοπικόν, id eſt de equorum con
ſideratione. Suidas. L. Apuleius Trib. Pl. diem dixit Camil-
L. Apuleius
lo, ex quo ille in exilium Ardeam abijt. Liuius. L. Apuleius
Apuleius Saturninus

Saturn

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Saturninus Trib.Pleb.ſeditioſus,ut gratiam tribunorum militum pararet, legem tulit, ut ueteranis centena agri iugera in Africa diuiderentur. Et intercedentem Bebium collegam facta per populum lapidatione ſubmouit. Glauciæ Prætori, quòd is eo die quo ipſe concionem habebat, inſiliendo poteſtatem populi aduocaſſet, ſellam concidit. De quo uide Cæcilium plura ſcribentem. Liuius autem in Epitome ſic ait. Apuleius Saturninus adiuuante C. Mario, & per multas occaſiones à Numio competitore Trib. Pl. per uim creatus, non minus uiolenter tribunatum quàm petierat, geßit: & cum legem agrariam per uim tuliſſet, Metello Numidico quòd in cauſa minime iuraſſet, diem dixit: qui cum à bonis ciuibus defenderetur, ne cauſa malorum certamen eſſet, uoluntarium in exilium Rhodum profectus eſt. Ibiq; legendo & audiendo magnos uiros aduocabat. Idem C. Memium candidatum quòd actionibus ſuis aduerſarium timeret interemit. Quibus rebus concitato plurimum ſenatu, oppreſſus armis cum Glaucia prætore, & alijs eiuſdem factionis ſocijs interfectus eſt. Q. Metellus ab exilio ingenti fauore reductus

Apuleius philoſophus

L. Apuleius philoſophus Platonicus è Medaura Africæ oppido, patrem habuit Theſeum, matrem Saluiam, ut ipſemet in Metamorphoſeos libris teſtatur, Athenis liberales artes adſecutus, Platonis decreta ſibi propoſuit ante omnia ſectanda. Omnigenæ uir eloquentiæ & diuerſam ab antiquis ingreſſus uiam, nouum dicendi genus adſumpſit. In uerbis enim nouus, in ſententijs creber, in translationibus audax, in inuentione acutus, in elocutione uarius, ut in ipſius operibus licet deprehendere. Nam libros XI. Metamorphoſeos ſcripſit de Aſino aureo, Lucianum imitatus ſophiſtam, qui Græce ſimili ferè argumento ſcripſerat. Ob eam rem fabulam hanc Græcanicam uocat. In qua fingit ſeſe ingenij fortunæq; periclitandæ gratia cum aliò tum in Theſſaliam profectum. Ibiq; à ſaga, dum in auem cuperet, in aſinum eſſe immutatum, priſtinum tamen ſenſum retinentem. Multa quoque ſe paſſum, multa per ærumnas & labores didiciſſe, ut planè hoc commento mores humanos uarioſq; euentus, quis poßit ex ea fabulæ lectione perſpicere. quin obiter anum quandam ſolatricem puellæ captiuæ referentem inducit: quam qui noſſe melius cupit, Fulgentium ſuper hoc ipſo figmento quæ ænarrauerit inueſtiget. Denique poſt uarios labores, lunæ auxiliatricis ope, ut ipſe ait roſis de manu Aegyptij ſacerdotis acceptis ac deuoratis, homini eſt reſtitutus priori, & religionibus magnis initiatus. Deinde Floridorum libri IIII. quod florum modo uarietate doctrinæ, multiplicíq; eorum cognitione delectent: uerſantur enim in genere demonſtratiuo. Orationes continent ad Africæ Procos. habitas. Duos item libros in Apologiam magicæ: fuerat enim à Sicinio Aemyliano cum alijs tum magicæ criminibus accuſatus coram Claudio Maximo Africæ Procos. De Deo Socratis librum unum, in quo Platonis theologiam collaudat, poſtremo Deum hunc quem ille uti conſiliarium audire uidebatur, tollere uidetur. Super quo Auguſtini uerba de Ciuitate licet in medium adferre: Apuleius librum de Deo Socratis ſcripſit, ubi diſſerit ex quo genere numinum Socrates habebat adiunctum & amicitia quadam conuerbiatum Deum, à quo perhibetur ſolitus admoneri, ut deſiſteret ab agendo quando non feliciter fuerat euenturum. Dicit apertißime non illum Deum fuiſſe, ſed dæmonem, diligenti diſputatione pertractans iſtam Platonis, de Deorum ſublimitate, & hominum humilitate, ac dæmonum mediocritate ſententiam. De magica uerò ipſius idem Auguſtinus ſic ait: Apuleij philoſophi Platonici extat oratio copioſißima, qua à crimine artium magicarum ſe alienum eſſe defendit, ſeq; aliter non uult uitio carentem uideri, niſi ea negando, quæ non poſſunt ab innocente conuinci: ac omnia miracula magorum, quos rectè ſentit eſſe damnandos, declarat fieri & in operibus dæmonum: hæc ille. Scripſit & de dogmate Platonis, eius decreta breui epitome complectendo, cum altero libello qui de philoſophia inſcribitur ad Fauſtinum filium, qui pars prima eſt. De mundo item librum unum ad eundem, qui naturalem continet philoſophiam. Triſmegiſti poſtremo antiquißimi philoſophi dialogum conuertit.

Aquilii

Aquilij & Vitellij ſimul cum filijs Bruti Tarquinios reducere quæſiuere, capiteq; damnati. Liuius ij.

M. Aquilius

M. Aquilius conſul Ariſtonicum in triumphum duxit. In Sicilia bellum ſeruile concitatum confecit. Accuſatus denique quum de repetundis cauſam diceret, M. Antonius qui pro eo perorabat, tunicam à pectore eius diſcidit, ut honeſtas pro Republica cicatrices oſtenderet, quibus conſpectis, proculdubio abſolutus eſt. Liuius libro LXIX. & LXX.

Aratus dux

Aratus Sicyonius, uir admodum potens in patria, tyrannisq; maxime infenſus, quos Sicyonia ciuitas alere conſueuit. Erat enim eius loci tyrannus eo tempore Nicocles, qui multis incommodis ciuitatem adfecerat.

Nicocles

Arato igitur libido ſubijt patriam liberandi, coactisq; omnibus quos Nicocles in exilium egerat, coniuratis quoque alijs Sicyonijs, ac nocte in urbem per ſcalas mœnibus adpoſitas ingreßi, tyrannum metu ſponte profugere coegerunt. Hinc Aratus compoſito patriæ ſtatu, ac reſtituta libertate Achæos in amicitiam adſciſcere conatus eſt, à quibus Imperator delectus, annos XXXIIII. eorum Rempublicam feliciter adminiſtrauit: ac primo Locridem & Calydoniam depopulatus, poſtremo Acrocorinthum expugnauit, Macedonas ex eo loco depellens, Argæorum tyrannos, Ariſtonicum primo, deinde Ariſtippum bello ſuſtulit. Lyſiadem tyrannum Megapolitanum inſidijs adpetijt. Sed & nomen eius Aetolorum res maxime illuſtrauere, quos Achæis aduerſos in finibus agri Megarenſis ſæpe ſuperauit. Sublatus tandem ueneno dicitur, eoq; lento ac ſenſim dato à Philippo iuniore Macedoniæ rege, qui eius uirtutem & potentiam formidans amicitiæ ſpecie ad ſe illexerat. Sepultus Sicyone.

Aratus poeta

Aratus poëta ſolẽnis in grammatica Menecratis diſcipulus, in philoſophia Timonis & Menedemi. Emicuit Olymp. CXXIIII. regnãte Antigono in Macedonia Demetrij Poliorcetæ filio apud quem ad extremũ uſq; in honore uixit. Fuit uerſificator, ſcripſit Phænomena, hymnos in Pana, in medicina quoq; quæ ad compoſitionem Theriacæ pertinẽt: præterea de moribus & epigrammata quædã in Antigoni uxorẽ Epicedium in Cleombrotum: ſoluta item oratione epiſtolas in commentarios in Odyſſeam: hæc Suidas. Quint. quoq; his uerbis eum taxat. Arati materia motu caret, ut in qua nulla uarietas, nullus adfectus, nulla perſona, totusq; in nominibus abſumitur. Sufficit tamen operi cui ſe parem credidit uel æqualem. Phænomena ipſius à Cic. & à Germanico Cæſare conuerſa fuere.

Arator poëta Chriſtianus

Arator Romanus ſubdiaconus, poëta Chriſtianus, apoſtolorum actus hexametris compoſuit.

Archelaus philoſophus

Archelaus Mileſius Anaxagoræ diſcipulus, & Socratis præceptor, primus ex Ionia phyſicã philoſophiã Athenas inuexit. Quapropter appellatus phyſicus fuit. Hic uitia et uirtutes nõ natura, ſed lege conſtare dixit. Fuere item tres alij, unus chorographus, qui omnẽ ab Alexandro peragratam terram dixit. Alius qui phyſicam carmine ſcripſit. Tertius de arte oratoria. Diogenes.

Archelai reges

Archelai item in Cappadocia regnauerunt. Ex his ille qui ſuperatus à Sulla eſt, quod Mithridati auxilium tulerat: alterum Romæ retinuit Tyberius, ut in Cappadocia dixi. Archelaus Herodis, de quo in hiſtoria Hieroſolymitana.

Archelaus rex Macedoniæ

Archelaus Macedoniæ rex, quẽ lepide Socrates notauit, quod ille magno ſumptu Zeuſim ad pingendum nouam ab eo conſtructam domum adcerſeret, ut hoſpites plures, quando non ſui cauſa, ſaltem uiſendæ domus ſtudio allicerentur. Idem tyrannus à Platone potius quàm rex appellatur: interfectus eſt demum ab adoleſcente nomine Crateua quem in delicijs habebat, quòd eum

promiſſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

promiſſa filia alteri poſthabuerit. Sed ipſe Crateuas poſt annos quatuor etiam interficitur. Hic olim etiam in cœna poëta quodam talentum petente adferri iuſsit, deditq; Euripidi poëtæ, qui ſimul cum eo etiam cœnabat, dicens, tu dignus accipere, hic poſtulare. Aelianus de uaria hiſto.

Archelaus preſul

Archelaus præſul Meſopotamiæ librum diſputationis contra Manichæum Syro ſermone compoſuit ſub Probo imperatore. Hieronymus.

Archeſilaus

Archeſilaus Pitanæus ex Aeolide mediam adtulit Academiam, ob diſputationis contrarietatem. Primus nanque in utranque diſſerere partem adgreſſus eſt. Idq; orationis genus quod Plato tradiderat, per interrogationem & reſponſionem, ex umbra in certamen & puluerem deduxit. Nullum præterea ſcripſit librum, quod æque de omnibus retineret adſenſum. Poëticæ operam dedit. Ex omnibusq; Homerum ita complectebatur, ut ſecum ſemper haberet, & ante ſomnum ſemper aliquid ex eo legeret, uocitans eum amaſium ſuum. Exceſsit ex hauſtu immodici uini, anno ætatis LXXV. Floruit circa Olymp. CXX. ut ſcribit Apollodorus in Chronicis.

Archeſilaus ſculptor

Archeſilaus ſculptor nobilis fama præſertim Dianæ ſimulacri, in quod eſt Simonidis epigramma. Fuere præter hos alij duo poëtæ, alter elegiarum, alter uerò priſcæ comœdiæ ſcriptor: Diogenes.

Archimedes

ARCHIMEDES Syracuſanus Geometra nobiliſsimus, tanta in ipſa ſcientia dulcedine dicitur uerſatus, ut ſæpenumero inuitus ad balnea ductus, dũ perungendus in cratere conſtitueretur, per corporis unguenta, figuras ac lineamenta digito inſcriberet. Is amicos & neceſſarios oraſſe fertur, ut poſt eius mortem, ambitam Cilindro ſphæram ſepulcro eius imponerent: inſcriberent, ex continenti fundamento ad contentum quænam exceſſus ſit proportio. Poſtremo captis Syracuſis, contemplandis lineamentis intentus fuiſſe dicitur, ut urbem diripi non ſenſerit. Iuſſus à milite ut ad Marcellum ocyus ueniret, non ante uoluit, quàm rem propoſitam perfeciſſet. Quamobrem ab eodem eueſtigio interfectus eſt, quod ægre Marcellum tuliſſe dicitur, autor Plutarchus. Cicero uerò in Tuſculanis, quum eſſet in Sicilia quæſtor ſepulcrum eius inter uepres cum iiſdem, quæ ſuprà diximus, inſignibus inueniſſe gloriatur.

Archimedes grammaticus.

Fuit item alter Archimedes grammaticus, genere Trallianus, qui commentarios in Homerum & mechanica ſcripſit. Suidas.

Archidamus

Archidamus princeps Lacedæmoniorum uir bello clarus, Telidis filius, Methonem ad Athenienſes deficientem recepit. In bello contra Pylum primus è naui proſiliens, nec uulneratus eſt, nec ſcutum amiſit. Deniq; aduerſus Amphipolim ſtrenue decertauit. Inſimulatus poſtremo quod Agnonis Thraciæ regis amicitiæ ſtuderet, damnatus eſt, ut ait Suidas. Hic quondam quum uidiſſet in concilio Lacedæmoniorum legatum quendam, qui ſenectute interpolata canos infecerat, Quid miramini, inquit, eum animo mentiri, qui corpore etiam mentitur? autor Aelianus de uaria hiſtoria. Floruit Iſocratis oratoris tempore.

Archias poeta

A. Licinius Archias poëta Antiochenus Romæ fuit in amicitia multorum clarorum oratorum, præſertim Lucullorum, & à nonnullis Græcis populis honoratus, & eorum ciuitatibus donatus, Ciceroni in primis familiaris. Hic quum diſcederet è Sicilia cum L. Lucullo Heracleam uenit, & adſcribi etiam in eandem uoluit, quod & ſua uirtute, & Luculli amicitia, facile impetrauit. Deinde de ciuitate lis mota à quodam Græco, Cicero defendit, ubi multa de laudibus poëticæ dicit. Pedianus.

Archias Syracuſarum cõd.

Archias qui condidit Syracuſas, de quo in Syracuſis diximus.

Archias præco

Archias Hyblæus præco celeberrimus, uicit tris ordine Olympiadas & Pythica, ubi icon ipſius & epigramma Græcum. Pollux.

Architas

Architas Tarentinus philoſophus Pythagoricus Rempublicam. Tarentinorum rexit, exercitus ductando, nec unquam ſuperatus, ut ait Ariſtoxenus. Scripta eius non feruntur, niſi quædam ad Platonem epiſtola, eius in Geometria diſcipulum, pro quo etiam ſponſor apud Dionyſium quandoque fuit. Primus qui mechanica mechanicis principijs uſus expoſuit, primusq; de Cilindri ratione duas medias ſecundum proportionem ſumere quærens, ad cubi duplicationem & cubum, ut Plato teſtatur etiam inuenit: autor Diogenes. Idem fertur ſimulacrum quoddam columbæ è ligno factitaſſe, idq; ratione quadam mechanica uolitaſſe, ita ſcilicet libramentis ſuſpenſam, & aura ſpiritus impulſa atque occulta concitam: autor Fauorinus apud Gellium,

Architas Mytylenæus

Architas Mitylenæus muſicus, cui cum probro daretur, quod non exaudiretur, reſpondit, Inſtrumentum pro me loquitur.

Architæ alij duo

Fuere item alij duo, unus qui de agricultura ſcripſit, alter poëta epigrammatum. Diogenes.

Archibius

Archibius grammaticus Alexandrinus docuit Romæ ſub Traiano principe. Scripſit commentarios in epigrammata Callimachi. Suidas.

Archilochus

Archilochus poëta iamborum Lycambem ſocerum, quod filiam ei pactam alij locauerat, ad laqueum ob iamborum petulantiam in eum ſcriptorum compulit. Ex quo Horatius. Archilochum proprio rabies armauit iambo. Ouidius: Tincta Lycambæo ſanguine tela mandent. Quintilianus Archilochus primus inter eos qui iambos ſcripſere. Summa in eo uis, elegantes ſanè uibrantesq; ſententiæ, plurimum ſanguinis atque neruorum, adeo ut uideatur quibuſdam, quod quidem ueneni eſt, materiæ eſſe, non ingenij uitium. Emicuit regnante Romulo, ut ait Cicero in Tuſculanis. Hunc Archilochum Critias lepide accuſat, ut hominem ineptum, qui de ſeipſo multa probra dixerit, quæ aliter neſciremus. Nam quòd ſeruæ filius fuerit, quodq; patriam ob paupertatem relinquens in Thaſum uenerit, & quòd hic inimicus ſit abitus, quòd ſine diſcrimine amicos inimicosq; momorderit: præterea mœchus, libidinoſus, contumelioſusq; fuerit: denique quòd ſcutum abiecerit, nunquam profectò ſciremus, niſi ex ipſo. Hæc Aelianus de uaria hiſtoria.

Ariſtides Athenienſis

Ariſtides Athenienſis in regenda Republica cum Themiſtocle diſſenſit, quum eſſent diuerſis moribus. Hic eſſe, ille uideri ſtrenuus malebat. Hic abſtinentiſsimus, ille cupidiſsimus. Hic denique pauper, ille diues. Catoni alter, Cæſari Themiſtocles comparandus. Hic cum multa pro patria geſſiſſet, poſtremo ob inuidiam, ut mos eſt bonorum, in exilium actus, precatus eſt deos, non ſicuti Achilles Græcis iratus, ut Athenienſibus quæcuuque cuperent, ſic bene fauſteq; euenirent. Tertio poſt anno quum Xerxes ductaret exercitum per Bœotiam & Theſſaliam, Atticamq; adoriri ſtatuiſſet, Athenienſes antiquata lege exules reſtituerunt. Inter quos Ariſtides reuerſus, iniuriarum minime meminit, ſed Themiſtoclem aduerſarium omni ſtudio ornauit, cum quo poſtea ſimul militauit, & apud Plateas cũ Pauſania ſe coniunxit. Abſtinẽtiæ ipſius id ſignum uel maximum, quòd ſummis functus honoribus inops deceſsit, iã ſenex, ſumptusq; funeri defuit. Et filiæ ex publico dotatæ, filioq;

Lyſimachus

Lyſimacho etiam argẽti minæ centum, & totidem agri conſiti iugera erogata. Ex Plutarcho

Ariſtides ſophiſta

Ariſtidem aliũ inter ſophiſtas Philoſtratus ponit è ciuitate Hadrianorũ Myſiæ, qui Smyrnæ docebat, & aduenięti forte M. Antonino principi, unus omnino non proceſsit obuiã, eoq; modo in cognitionem pariter & amicitiã uenit imperatoris.

Ariſti. pictor

Ariſtides Thebanus pictor Apellis tẽpore. Is omniũ primus animũ pinxit, et ſenſus expreſsit omnis, quos Græci uocãt ἤθη, durior aliquantulũ in coloribus. Encauſticã etiã primus inueniſſe traditur, poſtea à Praxitele cõſummatã. Huius pictura illa præcipue laudatur, infans adrepẽs ad mãmã matris ex uulnere moriętis, ac manu prohibẽtis: ſentire mater, et timere uidetur, ne à mortuo lacte ſanguinẽ infans lãbat. Quã tabulam Alexãder trãſtulit Pellã. Sed et Iris eius imperfecta cõmendatur, quã nullus poſteriorũ auſus eſt attingere. Huiuſcemodi enim imperfecta opera, ſicuti Venus Apellis, & Tyndarides Nicomachi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

chi, Medea Timomachi, in maiore ſunt admiratione, quàm ſi perfectæ forent: quippe in his liniamenta reliqua, ipſæq; cogitationes artificum ſpectantur atque in lenocinijs commendationis dolor eſt, manus quum id agerent, deſiderantur extinctæ. ex Plinio.

Ariſtides orator

Ariſtides Athenienſis alter orator, inter x. ſecundus, cuius multæ extant orationes, inſuper & declamationes Attico ſtylo.

Ariſt. philoſophus Chriſtianus

Ariſtides Athenienſis item philoſophus Chriſtianus eloquentiſſimus, ſub priſtino habitu, uolumen noſtri dogmatis rationemq; continens, eodemq; tempore quo & Quadratus Hadriano principi tradidit, id eſt Apologeticon pro Chriſtianis. Hieronymus.

Ariſtoteles philoſophus

Ariſtotelem philoſophum iuuenam luxurioſe egiſſe & patrimonio abſumpto militaſſe, poſtquam uerò in ea arte decoxerit ad philoſophiam ſe conuertiſſe, Aelianus de uaria hiſtoria teſtatur. Is Stagerita fuit Platonis auditor, patre Nicomacho medico, Alexandro diſcipulo uel præcipue charus: id beneuolentiæ ſignum uel maximum, quod Stageram eius patriam ab ſe dirutam ipſius cauſa reſtituerit. Scripſit non ſolum neruoſe, ſed eleganter contra quorundam opinionem. autor Cicero in epiſtola ad Fannium. Meus, inquit, liber totum Iſocratis myrothecium, atque omnium diſcipulorum eius arculas, nonnihil etiam Ariſtotelis pigmenta conſumpſit. De fi. bo. Credo, inquit, te minus delectari ab Epicuro, qui hæc Ariſtotelis & Theophraſti ornamenta dicendi contempſit. In primo ad Herennium. Ariſtoteles autem qui huic arti plurima ornamenta ſubminiſtrauit. In Rhetoricorum ſecundo. Veteres quidem ſcriptores huius artis uſque à principe illo & inuentore Cteſia repetitos, unum in locum concluſit Ariſtoteles: & nominatim cuiuſque præcepta magna conquiſita cura, perſpicue ſcripſit, atque enodata diligenter expoſuit: tantumq; iunioribus ipſis ſuauitatis & breuitatis præſtitit, ut nemo illorum præcepta ex ipſorum libris agnoſcat: ſed omnes quicquid illi perceperunt ſi uelint intelligere, quaſi ad quendam multo commodiorem explicatorem reuertantur. Scripta eius quadrifariam diſpertita ſunt. Primo quæ ad eloquentiam pertinent, quæ ſunt Rhetoricorum libri tres. De poëtica duo. De eloquutione poëtarum unus. De poëtis tres. De tragœdijs unus. Epiſtolas item ad diuerſos, & carmina inſuper, & iudiciariam ab eo ſcriptam orationem. Altera quæ ad philoſophiam Ethicen pertinent, ut ad Eudemum libri octo, qui nunc etiam extant. Magnorum moralium duo, ad Nicomachum decem. Oeconomicorum duo. Politicorum octo. Item libri in quibus ſunt ab eo mores & inſtituta CLVIII. ciuitatum perſcripta. De iuſtitia quatuor. De gubernatione Reipublicæ duo. De uoluptate unus, de ſommo bono tres. De regni adminiſtratione unus, de legibus quatuor, de diuitijs unus: De precatione & uoto unus. Reliqua ſunt quæ ad logicen & phyſicen pertinent, quorum quicquid ſupereſt ab omnibus cognoſcitur. Multa etiam ex eis deperdita. Traditur etiam libros ſupra CCC. ab ſe ſcriptos reliquiſſe. Exceſſit annorum LXIII. eodem quo Demoſthenes anno, hic in Apulia, ille in Eubœa, ambo profugi, perſequente Antipatro. De libris & ſucceſſoribus eius Plutarchus in Sulla, & Strabo, hæc quidem referunt. Ariſtotelis & Theophraſti libri longo tempore occultati fuerant. nam ſuos Ariſtoteles Theophraſto dimiſit. Theophraſtus uerò Neleo Scepſio. A quo deinceps ad alios hæredes imperitos, qui ne uenirent in manus Attalorum regum eo tempore bibliothecam Pergami comparantium, eos libros defoderunt. Demum Apeliconi Teio uendidere.

Apelicon Teius

Apelicon igitur, ut qui librorum eſſet ſtudioſior quàm ſapientiæ, carioſa loca emendare uolens, deſcribendos dedit, ſcriptura non rite ſuppleta. Poſt cuius mortem Sulla cũ eò bello Mithridatico ueniſſet, Pyreumq; adplicuiſſet, inuolucris eos Romam deportauit, Tyrannioniq; grãmatico eius familiari digerendos tradidit. A quo Andronicus Rhodius cũ referret exemplaria, in uulgus poſtea ædidit.

Tyrannion. Andronicus.

Enarratores Ariſtotelis

Enarrauerunt eum plurimi & illuſtres autores. Inter quos Græci, Themiſtius, Philoponus, Alexander Aphrodiſeus, Simplicius, Porphyrius, Olympiodorus Alexandrinus, Magentius, Euſtratius. E recentioribus autem Ioannes Damaſcenus, Theodorus Logothetes, Michaël Pſellus, Nicephorus Gregoras. Ex noſtris Boëtius, Thomas Aquinas, Albertus magnus, Burleus, Aegidius. Ex barbaris, Auerrois, Auempace, Auicenna.

Ariſtot. alij

Ariſtoteles Athenienſis, qui Rempublicam adminiſtrauit, cuius etiam iudiciales leguntur orationes, plurima gratia & elegantia refertæ. Alius quoque qui Iliadem Homeri ſcripſit. Quartus Siculus orator. Quintus cognominatus Mythus. Alius Cyrenaicus, qui de poëtica ſcripſit. Alius item grammaticus, ut autor Diogenes.

Ariſtippus

Ariſtippus Cyrenæus Socratis auditor, primus Socraticorum mercedem docendi exegit, ac quæſtu philoſophatus eſt. Cum Xenophonte ſimultatem geſſit. Summum bonum in uoluptate corporis poſuit: quapropter à Diogene canis regius eſt appellatus, quod diuitum eſſet aſſecla. Iactatum inter eos ſcomma Horatius perpulchre uerſibus includit. Si pranderet holus, patienter regibus uti

Nollet Ariſtippus: ſi ſciret regibus uti, Faſtidiret holus, qui me notat. Cum olim in naui periclitante perturbaretur, interrogatus poſt caſum, cur philoſophus timuiſſet, Non agitur, inquit, par periculum de anima nebulonis, & nobilis philoſophi. Huius ſectatores Cyrenaici dicti, à Socraticis & nobilibus philoſophis obſcœnitatem dudum repulſi.

Areta

Habuit filiam nomine Aretam doctiſſimam. Quum nauis olim qua uehebatur, onere premeretur, aurum iuſſit in mare proijci, ut ait Diogenes. De eodem Auguſtinus. Ariſtippo quidem nec reſpondendum cenſeo. Qui per omnia uixit, ut inter eum ac beluam nihil diſtaret.

Ariſtarchus grammaticus

Ariſtarchus grammaticus Alexandrinus lege, oriundus è Samothracia, patre item Ariſtarcho, floruit Olymp. CLVI. ſub Ptolemæo Philometore, cuius etiam filium erudijt. Scripſit commentarios ſupra mille. Fuit diſcipulus Ariſtophanis grammatici. Deceſſit in Cypro, ſeipſum cibi abſtinentia necans, in morbo hydropiſeos, ætatis anno LXXII. filios reliquit Ariſtarchum & Ariſtagoram ambos ſtultos, autor Suidas. Aelianus autem hunc tradit tam caſtigato fuiſſe iudicio, ut Homeri uerſus non putaretur, quem ipſe non probaret.

Ariſtarchus poeta

Ariſtarchus Tegeates poëta tragicus Aeſculapio, à quo ex morbo fuit liberatus, pro recepta ſanitate fabulam uouit. Emicuit tempore quo Euripides, docuit tragœdias LXX. uicit duabus: uixit annos ſupra LXXX. Fuit & alius Ariſtarchus Epheſi tyrannus, Suidas.

Ariſtogenes duo medici

Ariſtogenes Thaſius medicus ſcripſit libros plures in medicina ad Antigonum Macedoniæ regem. Ariſtogenes alter Gnidius item medicus, ſeruus Chryſippi philoſophi, famam adeptus eſt ex curatione Antigoni Gonatæ cognomento: autor utriuſque Suidas. Ariſtogiton orator Athenienſis impudens, ex quo canis uocatus ab Athenienſibus, ſcripſit Apologiam ad Demoſthenem ducem contra Timotheum, ad Lycurgum contra Timarchum, contra Hyperidem.

Ariſtogiton

Armodius

Ariſtogiton & Armodius liberatores tyrannidis Pyſiſtrati, quibus ſtatuæ in foro ab Athenienſibus poſitæ. Cauſa quod Hipparchus Pyſiſtrati filius Armodio ipſo adoleſcente quem Ariſtogiton ardebat, per uim potitus fuerat: autor Thucydides.

Ariſteas

Ariſteas Proconneſius genere uerſificator, carmina, quæ dicuntur Arimaſpea, compoſuit libris tribus. Præterea Theogoniam circiter uerſus mille, Emicuit Crœſi & Cyri temporibus. Hic animam quoties uellet reſumebat, hæc Suidas. Plutarchus in Romulo, item Herodotus Ariſteæ meminerunt his uerbis. Ariſteam aiunt, qui cum nullo ſuæ ciuitatis eſſet inferior, ingreſſum in Proconneſo fullonicam officinam, illic deceſſiſſe, fullonemq; occluſa officina abijſſe denunciatum rem propinquis defuncti. Diſſipatoq; iam per

urbem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

urbem rumore Ariſteam eſſe uita functum, ſuperueniſſe ſermoni de hac re diſputantium quendam Cyricum ex urbe Artetia profectum, qui diceret ſeſe fuiſſe congreſſum cum Ariſtea atq; colloquutum. Eapropter propinquos ad fulloniam præſto iuiſſe, habentes quæ ad efferendos homines ſunt opus: aperta domo Ariſteam minime apparuiſſe. Septimo deinde anno cum in Proconneſo apparuiſſet, eos uerſus feciſſe, qui nunc Arimaſpei uocantur. Quibus conditis rurſus euanuiſſe, hæc iſte Cyricus commemorabat.

Ariſtocles Meſſanenſis

Ariſtocles philoſophus Meſſanenſis Peripateticus, ſcripſit de philoſophia librum unum, quis eſſet ſtudio & doctrina prior, Homerus an Plato: ſcripſit & de arte rhetorica, ac alia. Suidas. Ariſtocles Lampſacenus philoſophus: alius Pergamenſis ſophiſta ſub Traiano & Hadriano, ſcripſit de arte rhetorica, epiſtolas & declamationes ad Imperatorem. Suidas. De hoc Philoſtratus ſic ſcribit.

Ariſtocles Pergamenſis

Ariſtocles Pergamenſis nobili genere natus, ſectæ Peripateticæ, Herodis Attici frequentator, inter ſophiſtas clarus annumeratur. Tempore quo philoſophabatur ſqualidus, horriduſq; aſpectu, mox ſeſe cultius habuit, uoluptatibus nimirum, tum lyræ, tum cantus indulgens. Cum eſſet Pergami iam clarus, ad ſe ex omni Græcia multitudinem traxit. Eius oratio illuſtris & Atticiſſans habebatur, ſermoni potius quàm contentioni apta, à qua otium aberat ad breuitatem procinctumq; tendenti. Cuius Atticiſmus Herodis linguæ comparatus, exilitati quàm ſono ac magnitudini propior erat. Extinctus eſt in ipſo ſenectutis limine ſemicanus.

Ariſtophanes poeta

Ariſtophanes poëta comicus Rhodius ſiue Lyndius genere, lege uerò Athenienſis, patre Philippo, inuentor Tetrametri & Octometri: filios habuit Ararota, Philippum, Philetærum, comicos omnes. docuit fabulas LIIII. Suidas. Eius nunc inueniuntur, πλοῦτος, νεφέλαι, ὄρνιθες, σφῆκες, θεσμοφοριάζουσαι, ἀχαρνεῖς, εἰρήνη, ἱππεῖς, ἐκκλησιάζουσαι. Hic Atticæ linguæ nobilitate adeo præpollet, ut Dionyſio roganti Athenienſes aliquem eius ſermonis eruditum auntorem, hunc miſerint. Socratis æmulus fuit, quem exagitat ac inſectatur in Nephelis.

Ariſtophanes grammaticus

Ariſtophanes Byzantius grãmaticus Apelli filius, dux etiam exercitus, diſcipulus Callimachi Zenodoti & Dionyſij. Suidas.

Ariſtodemus

Ariſtodemus Niſſeus filius Mecratis Ariſtarchi diſcipuli, quem Strabo dicit ſe iuuenem, ſenem uidiſſe. Alter Ariſtodemus, qui magni Pompeij filios erudijt, mane rhetoricam, meridie grammaticam docebat. Strabo.

Ariſtomenes

Ariſtomenes Athenienſis comicus, inter ſecundos antiquæ comœdiæ Olympiad. CLXXXVII. cognominatus θυροποιός. Suidas.

Ariſtonicus grammaticus

Ariſtonicus grãmaticus Alexandrinus ſcripſit in Theogoniam Heſiodi, & de nominibus ſiue conſtructione apud Homerum.

Ariſtonicus Eunuchus

Ariſtonicus Eunuchus Ptolemæi, qui animum ſupra Eunuchum gerebat, dux fuit belli fortiſſimus: præterea liberalis in omnes: autor utriuſq; Suidas.

Ariſton. rex

Ariſtonicum regem uide in Attalis.

Ariſtonymus

Ariſtonymus poëta comicus ſub Philadelpho, præfuit regiæ bibliothecæ poſt Apollonium: ueniens poſtremo in ſuſpicionem, quod ad Eumenem transfugere cuperet, in cuſtodia per aliquot annos fuit, tandem liberatus, mortem haud multo poſt obijt è ſtrãguria, annos natus LXXVII. reliquit opera multa, inter quæ tragœdiam ἥλιος ῥιγῶν. Athenæus in Dipnoſo.

Ariſtoxenus Tarentinus

Ariſtoxenus Tarentinus, Mantinæ tamen agens, philoſophus & muſicus nobiliſſimus, audiuit patrem & Lampum Erythreum, dein Zenophilum Pythagoreum, poſtremo Ariſtotelem, in quem morientem cõuicium dixit, quod ei Theophraſtum in ſcholæ ſucceſſione præponeret. Scripſit in omni genere libros, in muſica præſertim. Suidas. Hic animam dixit in harmonia conſtare, ut eſt autor Cicero in Tuſculanis.

Ariſtoxenus Cyrenæus

Ariſtoxenus Cyrenæus, qui adeo delicatus fuiſſe dicitur in hortorũ cura, ut ueſperi lactucas mulſo irrigaret, ut luxurioſius ſubcreſcerent, & ſaporis eſſent præſtantioris. Suidas.

Ariſtonus

Ariſtonus citharœdus cum ſexies Pythia uiciſſet, ut Lyſandri Lacedæmonij gratiam iniret, pollicitus eſt cum denuo uictoriam habere contingeret, Ariſtonum Lyſandri ſeruum ſe præconio declaraturum.

Ariſtolaus pictor

Ariſtolaus pictor Pauſiæ diſcipulus è ſeueriſſimis pictoribus fuit. Eius opera nõnulla commemorat Pli.

Ariſtobulus Iudæus

Ariſtobulus Iudæus ex Pancade Agathobuli Hebræi diſcipulus unus fuit ex illius LXXII. interpretibus, qui miſſi fuere ad Ptolemæum tunc Iudææ dominum, uti libros ſacros in Græcum ſermonem conuerterent, Qui multa ex præceptis Moſeos proponenti regi procontantiq; reſpondit. Hic commentarios etiam in Hebræorum legem egregios ædidit, autor Euſebius.

Ariſtobulus hiſtoricus

Ariſtobulus alter hiſtoricus itẽ Iudæus, qui res Alexandri magni conſcripſit, comeſq; peregrinationis fuit.

Qu. Arrius, qui fuit M. Craſſi quaſi ſecundarius. Is infimo loco natus, & honores & pecuniam, & gratiam cõſecutus, etiam in patronorum ſine doctrina, ſine ingenio aliquẽ numerum uenerat. Sed ut pugiles in exercitu etiam ſi pugnos & plagas olim præmiorũ cupidi ferre poſſunt, ſolem tamen ſæpe ferre non poſſunt. Cicero in Bruto. Qu. Arrius familiaris Ciceronis, cuius epulum lautiſſimum cõmemorat ipſe Cicero in Vatinium. Horatius quoq; lib. II. car. Atq; epulum, ait, arbitrio Arrij.

Arrius philoſophus

Arrius philoſophus Alexandrinus, qui Auguſto uenienti Alexãdriam, poſt uictoriã Actiacam, ſe obtulit, tantoq; in honore apud eum fuit, ut Auguſtus ipſe palàm ſit faſſus, Alexandrinos tribus de cauſis ab ſe cõſeruatos eſſe, ob Alexandri primum memoriam, deinde ob urbis pulchritudinẽ, poſtremo propter Arrium philoſophũ. Plutarchus in Antonio. Hic Romã poſtea ab eo ductus, magniſq; præmijs & honoribus adfectus.

Arrius hæreſiarcha

Arrius preſbyter Alexandrinus, patre Armodio, ſub Conſtantino magno ſectam excitauit, quæ ab æterna Dei patris ſubſtantia filium conabatur abducere. Sed quum Alexander præſul eius ciuitatis natura quietus, eum cuperet ab prauo incœpto reuocare, nec tunc res ex ſententia procederet, quod pleroſq; iam contagia peſtiferæ opinionis infecerant, haud utile fore exiſtimans rem pati, ad ſacerdotes omnes circa detulit. Ad ipſum quoq; Conſtantinum fama penetrata, Imperator religioſiſſimus apud urbem Nicenam concilium cõuocari iuſſit, in quo adfuit Paſnutius præſul ex Aegypti patribus, uir ſanctus ex eis quos dextro oculo eruto, ac poplite ſucciſo, Maximianus ad metalla damnauerat, qui innumeris quę idie miraculis clarebat.

Paſnutius

Adfuit & Athanaſius tunc diaconus cũ Alexandro ipſo præſule & magiſtro, tandẽ CCCXVIII. coactis præſulibus ex ploſa eſt Arrij ſententia. ὁμοούσιον, id eſt, conſubſtantialem tunc filium decreuerunt, cunctis ſeſe ſubſcribentibus, præter Arrium cum paucis qui in exilium acti ſunt. Poſthæc ex eius ſecta quidam presbyter conciliata ſibi beneuolentia Conſtantiæ Conſtantij ſororis, mortuoq; interim Conſtantino, Conſtantius presbytero ſororis gratia fauens, iuſſit ex exilio Arrium reuerti, ſollicitante quoq; Euſebio præſule Nicomediæ eius ſectatore. Quumq; ille multis è ſacerdotibus & populis ſtipatus rediret, in itinere Conſtantinopoli ſeceſſum petens exonerandi uentris gratia inteſtinis defluxis exceſſit, dignam moribus pœnam dando. Itaq; Alexander qui tunc ex eius aduentu maximas ſibi excitari turbas timebat, precibus ad Deum effuſis exauditus uidebatur. Non deſtitere tamẽ eius ſectatores, quin defuncto Alexandro eius ſucceſſori Athanaſio uniuerſiſq; orthodoxis multos annos negotium faceſſerent, adeo ut nulla fuerit ciuitas quæ nõ Arrianum ſimul cum Orthodoxo præſulem ſuſtineret. Nunc de eius dogmate diſſerendum.

Arrianæ ſectæ

Tres ex hac emanarunt ſectæ, Arrianiq; trifariam diſpertiti. In Ennomianos, qui dicunt omnino filium patri diſſimilẽ, quod nulla

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

rationẽ res creata creatori ſit æquiparãda. In Arrianos, qui dicũt ſimilem quidem poſſe dici filium patri, ſed ex munere gratiæ, non proprietate naturæ, qua ſcilicet poßit res creata creatori conferri. In Macedonianos, qui adſeuerant quidem ſimilem omnino patri filium: uerum S. S. nihil habere cum utriſq; commune. Hæc ex hiſtoria Rufini lib. x.

Arrianus hiſtoricus — Arrianus è Nicomedia hiſtoricus, Xenophon minor cognominatus, ſicut ille de Cyro, ita hic de Epicteto philoſopho eiuſq; diſſertationibus opus ædidit tribus uoluminibus. Scripſit quoq; hiſtoriam Alexandri magni VIII. lib. utrunq; opus habetur in bibliotheca Vaticana. Emicuit Romæ ſub Hadriano & M. Antonino principibus, à quibus ob literas honoribus uſq; conſularibus euectus eſt, autor Heliconius.

Arrianus poeta — Arrianus poëta, cuius carminibus Tyberium principem delectatum fuiſſe Tranquillus ſcribit. Eius autem opera Suidas commemorat, Metaphraſim Georgicorum Vergilij, Alexãdriada, Poema uidelicet de Alexãdri Macedonis geſtis, libris XXIIII. Alia quoq; in Attalũ Pergamẽſem poemata.

Arion — Arion Methymneus citharœdus & poëta lyricus emicuit Olymp. XXXIII. Scripſit cantica circiter uerſuum duo milia. Dicitur & tragici carminis primus inuentor fuiſſe, & Chorũ inſtituiſſe, ac dithyrambicum carmẽ ceciniſſe, autor Suidas. Huius Arionis hiſtoriam Ouidius in faſtis, & Gellius lib. XVI. ac Aelianus de ani. pluribus referunt uerbis. Dum Leſbum patriam repeteret, animaduerteretq; nauales ſocios in ſe propter opes coniuraſſe, ex naui ſe in mare proiecit, quem delphinus dorſo exceptum domum uſq; tulit. Quapropter eius ſtatua cum eiuſmodi epigrammate facta, quod ego ſic conuerti. Cernis amatorem qui uexit Ariona delphin, A Siculo ſubiens pondera grata mari.

Arſenius — Arſenius ſtirpe ſenatoria, Honorij principis aulicus, ac beatæ uitæ cupidus, quum diuinitus audiſſet: fuge, tace, & quieſce, ad cœnobium properauit, ubi & monachis præfuit, & ſanctitate claruit. Relictam ſibi paternam hæreditatem reſpuit, dictitans eam ad ſe non amplius pertinere. Videns olim quendam in fractum dolium aquam haurientem, audijt cœlitus, eos eſſe, qui bona quæ agunt continuo malis admiſcent. Fuit & alter martyr ſub Decio.

Aurelius pictor — Aurelius pictor celebris Romæ paulò antè Auguſtum, niſi flagitio inſigni corrupiſſet artem, ſemper alicuius fœminæ amore flagrans, ob id deas pingens ſed dilectarum imagine, itaq; in pictura eius ſcorta numerabantur. Plinius.

Arnuphis — Arnuphis philoſophus Aegyptius magica præditus arte ferebatur in aëra. Fama eſt ut quõdam exercitu Romanorum M. Antonini principis tempore ſiti laborante, hic imbrem cum fulgure & tonitru media æſtate excitauerit, quod nõnulli Iuliano Chaldæo attribuũt, hæc Suidas. Euſebius autem huius miraculi meminit, neq; excãtationibus aut magicis geſtum dicit, ſed à Chriſtianorum precibus qui in eo exercitu militabãt.

Archadius grammaticus — Archadius Antiochenus grammaticus ſcripſit nonnulla in grammatica commemorata à Suida.

Archedicus — Archedicus poëta comicus cõtra Democharem ſcripſit Demoſthenis propinquum. Fabulæ ipſius Theſaurus, & Diamartanon, ut ſcribit Athenæus.

Archippus — Archippus comicus Athenienſis antiquæ comœdiæ, uicit ſemel. Suidas.

Artemidorus grammaticus — Artemidorus Gnidius Romæ Græcæ diſciplinæ præceptor, Bruti familiaris, libellum de coniuratione obtulit Cæſari extremo die ingredienti in ſenatum, ut ſtatim legeret, quod ille minime fecit. Plutarchus.

Artemidorus philoſophus — Artemidorus Daldianus, Daldis enim ciuitas Lydiæ eſt, philoſophus ſcripſit de interpretatione ſomniorum, de auſpicijs, & de Chiromãtia. Suidas.

Artemiſia — Artemiſia regina Halicarnaßi, in auxiliũ Xerxis cõtra Græcos uenit. Inter primores duces bellum acerrime ciebat, quippe ut in uiro muliebrem timorem, ita in muliere uirilem audaciam cerneres. Hæc extincto uiro Mauſolo ſepulcrum fecit, inter ſeptem orbis miracula cõnumeratum. Ad funus quoq; ornandum primos Græciæ oratores adcerſiuit. Suidas.

Artemius — Artemius præfectus cum Candida uxore & Paulina filia, martyres ſub Hadriano, iacent in uia Aurelia. Hic Marcellinum preſbyterum, & Petrum exorciſtam in carcere cuſtodiebat, à quibus & ipſe Chriſtianus factus iugulatus poſtremo eſt, uxor autem & filia lapidibus obrutæ.

Artabazes — Artabazem Armeniæ regem quanquam barbarũ, uirum planè doctißimum ſcribunt fuiſſe Appianus in Parthico, & Plutarchus in Craſſo. Præterea ædidiſſe tragœdias & orationes hiſtoriamq;, quorum nonnulla ad ſua tempora perueniſſe affirmat. Hic captus ab Antonio dum Orodi Parthorum regi adfini ſuo ſuppetias tulit, & in triumphũ in Aegyptum ductus eſt, ut idem Appianus autor.

Aſclepiodorus — Aſclepiodorus pictor ætate Apellis Olympi. CXII. quem in ſymmetria mirabatur ipſe Apelles. Huic Mnaſon tyrãnus pro XII. dijs dedit in ſingulos mnas tricenas. Plinius. Aſclepiodorus Alexandrinus uir ſingulari ingenio ad omnia mathematica, ad inquiſitionem cognitionemq; lapidum & herbarum. Suidas.

Aſclepiades medicus — Aſclepiades genere Pruſienſis medicorũ eloquentißimus, Cn. Pompeij familiaris, cum in arte Rhetorica decoxiſſet, medicinam ſectatus eſt, aliam à cæteris uiam ingreſſus. Dicebat ſalutem cõſtare cibi potusq; abſtinentia, præterea geſtatione, ambulatione, frictione. Ipſe cõdita noua ſecta, ſpretisq; legatis ac pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione qua uinum ægris medetur, relato è funere homine & conſeruato. Sed maxime ſponſione facta cum fortuna, ne delatus ad rogum medicus crederetur, ſi unquam inualidus ullo tempore fuiſſet. Et uictor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt, hæc Plin. De eodem quoq; multa lib. IIII. refert Apuleius.

Aſclep. mar. — Aſclepiades præſul Antiochenus martyr.

Aſclepiades Myrleanus — Aſclepiades Myrleanus ludimagiſter in Turditania Hiſpaniæ regione, librum ædidit de gentibus eius regionis. Strabo, lib. III.

Aſclepiades grammat. — Aſclepiades Anazarbeus grammaticus ſcripſit de fluminibus. Step.

Aſconius Pedianus — Aſconius Pedianus hiſtor. circa Neronis tẽpora, anno uitæ LXXIII. captus luminibus XII. poſtea ſummo cum honore & hominũ gratia uixit annos, autor Euſeb. Hic etiam in Ciceronis orationes commẽtarios ædidit.

Aſpaſius ſophiſta — Aſpaſius Rauennas Demetriani filius ſophiſta, ſub Alexandro Mammeæ Romæ profitebatur, auditor Pauſaniæ, & Hippodromi, ſcripſit contra Ariſtonem & maledicos diuerſas orationes, hæc Suidas. De hoc Philoſt. pluribus uerbis dicit eum ueniſſe Romã ad Alexandrum, magiſtrumq; epiſtolarũ eius fuiſſe, eiq; Philoſtr. ipſe refert ſe epiſtolam ſcriptitaſſe, ubi modum ſcribendi in eo genere edocet. Nam Aſpaſius cum ſcribendis imperatoris epiſtolis præ eſſet, ſtylo utebatur cõtentioſo, ac minime perſpicuo, minimeq; propterea principẽ decente. Cum eius ſcripta legem contineant, non per enthymemata, aut epicheremata proferri fas eſt.

Aſpaſius byblius — Aſpaſius Byblius appellatus, quoniã de byblo, id eſt, papyro librum condidit, ac artem Rhetoricam & Panægyricum in Hadrianum principem, cuius tempore floruit. Suidas.

Aſpaſius tyrius — Aſpaſius Tyrius hiſtoricus, ſcripſit de cõtinente, & quæ in eo ſunt, uariam hiſtoriam in lib. XX. de arte quoq; Rhetorica, & alia ut idem autor.

Aſpaſia mulier — Aſpaſia mulier Mileſia magna doctrinæ fama, ſophiſtria fuit, & rhetorices magiſtra. Periclem docuit, ſimul & amauit, ab eoq; in matrimonium accepta cũ eſſet captiua, cauſa fuit & ipſa duorum bellorum, Samij uidelicet, & Peloponneſiaci. uide in Pericle.

Aſterius — Aſterius Arianæ philoſophus ſectæ, imperãte Conſtantino, ſcripſit in epiſtolam ad Rom. euangelia, pſalmos, commẽtarios, qui ab ipſius ſectæ uiris ſtudioſis leguntur. Hierony.

Aſter puer — Aſter puer in quem ſunt epigrammata Platonis, uide in Platone. Aſteris nomen fœminæ adamatæ pro qua ſylua extat Papinij.

Aſbylus — Aſbylus Crotoniata, ut ait Pauſan. uictor Olympiæ ter continua ſerie, ſtadio ac diaulo.

Huius

Huius etiam Plato meminit in rep. qui eum caſtitate perpetua præditum commemorat, ob curſus ſtudium. Huius inſuper ſimulacrum in Olympia oſtendebatur, uti Plin. teſtatur.

Aſinius pollio

Aſinios claros Romæ legimus fuiſſe, Pollionẽ in primis celebrem oratorem, Auguſtiq́; amicum. Is primus omnium Ro. aduocatis hominib. ſcripta ſua recitauit. Declamationes ſuas nunquàm populo commiſit, ſiue quia parum in illis habuerit fiduciæ, ſiue, quod magis crediderim, tantus orator inferius id opus ingenio ſuo duxit. Exerceri ſiquidem uolebat, gloriari faſtidiebat. Seneca in decla. à Quintiliano autem his uerbis taxatur. In Aſinio Pollione ſummam diligentiam inuenio, adeo ut quibuſdam nimia uideatur, & conſilij & animi ſatis, à nitore & iucunditate ortionis ita longe abeſt, ut uideri poßit ſecundo prior. Vocat idem alibi iudiciũ Pollionis. Nam omnes ferè ſui tẽporis notauit, naſutiore iudicio, in Liuio Patauinitatem, in Cæſ. commentarijs infidelitatem, in Saluſtio uerba obſoleta. Ciceronem deniq; ipſum exanguem & elixum appellauit. Primus Romæ bibliothecam publicauit, ubi M. Varronis imaginem collocauit. Præterea de Dalmatis triumphauit Salona expugnata, ex qua uictoria Saloninum tunc forte natum uocauit. in cuius honorem Seruius dicit eclogam ædidiſſe Virgilium. Moritur in uilla Tuſculana, ætatis anno LXXX. ut autor Euſeb.

Aſinius gallus

Aſinius Gallus eius filius uir etiam doctißimus, ut Seneca teſtatur in declama. libros ædidit de comparatione patris & Ciceronis, in quib. prætulit patrem, ut Cæcilius in lib. ij. epiſtolarum ſcribit. Contra quos Claudius Cæſar poſtea Ciceronis ædidit defenſionem, ut Trãquillus meminit in Claudio. Imitatus etiam patrẽ, qui & ipſe orationes ſcripſit in Plautium quendam, quæ poſt mortem eius ederentur ut non reſpondere poßit: ex quo Plautius fertur ſcripſiſſe, Cum mortuis non niſi laruas luctari. hæc Plin. Hic poſtea à Tyberio principe nulla manifeſta de cauſa interfectus fuit.

Aſinius Capito

Aſinius Capito doctiß. artis grãmaticæ, librum reliquit epiſtolarũ. In primaq́;, quæ ad Pacuuium Labeonẽ ſcripta erat, titulus eſt, pluria & non plura ſcribi oportere, rationesq́; ponit. Gellius.

Aſinius Poll.

Aſinius Pollio Trallianus genere, docuit Romæ tempore Pompeij magni. ſucceßit ſcholæ Timagenis, ſcripſit bellum ciuile Cæſaris & Pompeij. Suid.

Aſellius Sempronius

Aſellius Sempronius hiſtoricus militauit ſub Scipione Aemyliano apud Numantiam tribunus militaris, idq́; bellum literis mãdauit, citatur ſæpe teſtis à Gellio.

Aſellius Claudius

Aſellius Claudius eques Ro. tribunus militum ſub Claudio Nerone apud Lucanos memoranda fortitudine, uide in Taurea Iubellio.

Aſdrubal

Aſdrubal, & Amilchar, Magonis inclyti ducis Carthaginenſis filij fuere, quibus ducibus paternam referentibus indolem, Pœni multos annos aduerſus Sardos feliciter pugnauerũt: in quo bello Aſdrubal grauiter uulneratus, Amilchari fratri tradito imperio, interijt. Cuius mortem cum luctus ciuitatis, tum dictaturæ XI. & triumphi quatuor, inſignem fecere. Reliquit liberos tris, Annibalem, Aſdrubalem, & Sappho. Amilchar uerò alter frater, quum in bello Sicilienſi fuiſſet interfectus, parem dimiſit filiorum numerum, Amilconem, Hannonem, & Giſconem. Igitur per hos Carthaginenſis res ea tempeſtate regebatur: per hos & Mauris bellum illatũ, & aduerſus Numidas pugnatum, & Afri compulſi ſtipendium urbis conditæ Carthaginienſibus remittere. Deinde cum familia tanta imperatorum grauis liberæ ciuitati eſſet, centum è numero ſenatorum iudices legunt, qui reuerſis à bello ducibus rationẽ rerum geſtarum exigerent. In Sicilia in loco Amilcharis.

Amilco

Amilco ſuccedit Imperator, qui cum nauali terreſtriq́; pugna aliquot ſecunda prælia feciſſet, repente peſtilentia oppreſſum exercitum ferè totum amiſit. Quare mœſta ciuitas, & ululatibus plena, aduenienti ſeſe obtulit. Ipſe diuos ſuamq́; incuſans fortunam, quòd glorioſißimam uictoriam partamq́; lætitiam, fato miſerabili funeſtaſſet, ac queribundus ſe domum contulit, clauſisq́; foribus doloris impatiens, ſibi mortem conſciuit. Trog. lib. XIX.

Aſdrubal gener

Aſdrubal gener Amilcharis patris Annibalis, poſt eius mortẽ ſeptem annos imperium tenuit, fauẽte factione Barchina. Annibalem haud multo poſt interitum patris in Hiſpaniam uocauit, ut ſicut ante puer iuuante Amilchare cœperat bellicis artibus erudiri: ſic etiam tunc robuſtiore ætate periculis ac laboribus adſueſceret. Demum à ſeruo barbaro, cuius dominum occiderat, interfectus eſt in medio ſuorum. comprehẽſus deinde à circumſtantibus ſeruus haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormẽta, ſpeciem ſemper ridentis præbuit. Liuius XXI.

Aſdrubal Giſconis

Aſdrubal Giſconis, poſtquàm Annibalis frater Aſdrubal in Italiam ſe contulit, à Scipione Africano ſæpe unà cum Magone fugatus, in Hiſpania tandem Magone capto, ſe ad Gades recepit, deinde Carthaginem: unde in Numidiam ad Syphacem captatum amicitiam Carthaginienſibus cõtendit, quò forte Scipio ex Hiſpania eadem die, cauſaq́; pro Romanis adfuit: uide in Scipione & in Lælio.

Aſdrubal Annibalis frater

Aſdrubal Annibalis frater, uide in Annibale & Liuio Salinatore.

Aſdru. caluus

Aſdrubal cui Caluo cognomẽ erat, tempore quo Annibal erat in Italia, teſte Liuio, in Sardiniam dux claßis mittitur, ſed tempeſtate reiectus ad inſulas Baleares, ibi tantiſper quoad quaſſas reficeret naues, reſedit. Cumq́; audiſſet T. Manlium Arſicoram Sardorum regem profligaſſe, cum claſſe occurrens, collatis ſignis ipſe cum Magone & Hannone ducibus, memorabili clade profligatus, captusq́; eſt.

Arſicoras Sardorum rex

Aſdrubal in tertio bello Punico

Aſdrubal dux alius tertio bello Punico à Scipione Aemyliano uictus, facta deditione: eius uxor quum paucis ante diebus à uiro impetrare non potuiſſet, ut ad uictorem tranſfugeret, in medias urbis flammas ſeſe cum filijs iecit. Liuius LI.

Aſtydamas

Aſtydamas ſenior tragicus Athenieñſis docuit Trag. XLII. uicit V. Primus qui ex auditoribus Socratis ad poëticã ſe conuerterit.

Aſtydamas iunior

Aſtydamas iunior filius, & ipſe tragicus, cuius tragœdias nonnullas commemorat Suidas.

Aſtyampſicus

Aſtyampſicus ſcripſit librum de cura aſinorum, & ὀνειροκριτικόν, id eſt, de cõiectatione ſomniorum. Suid.

Aſtylus Crotoniata

Aſtylus Crotoniata tribus continuis olympicis uicit, ſtadio, diaulo, & dolicho. Quod autem in ultimo ſe Hieronis magiſtrum ac Syracuſanũ à præcone declarari fecerit, Crotoniatæ irati ſtatuam eius fregerunt, bona inſuper publicauerunt, Pauſanias.

Aſtyanax

Aſtyanax quaſi urbis princeps, appellatus autem proprio nomine Scamandrus, Hectoris filius ex Andromacha: qui à matre abſconditus, ab Vlyſſe repertus, ac de alta crepidine præceps eſt datus.

Attali & Eumenes reges

Attalos & Eumenes reges qui Pergami regnauerũt, Stra. lib. xiij. breuiter perſequitur. Lyſimachus unus è ſucceſſoribus Alexandri, Pergamum ubi theſaurus regius erat, ſeruabat. Is à Seleuco Nicatore oppreſſus, curam Philetæro eunucho dilectißimo, regni ſimul & theſauri reliquit.

Philetærus

Is annis XX. regnauit, fratresq́; habuit Eumenem & Attalum.

Eumenes Eumenis filius

Eumeni natu maiori filius fuit Eumenes alter, qui Pergami imperio ſucceßit, primusq́; res gerere cœpit, & apud Sardis ciuitatem Antiochum Seleuci filium, prælio ſuperauit. Hic igitur poſtquàm regnaſſet an. XXII.

Attalus primus rex

Attalum filium dimiſit hæredem, qui primus rex Pergami eſt appellatus, ut etiã Liui. in VIII. de bello Mac. Gallogræcos uicit, ſolusq́; Aſiaticorum eis tributum non pẽdit. Romanorum præterea fuit amicus, ut Liui. in III. de bello Ma. & Florus. Pro eis in claſſe Rhodiorum aduerſus Philippum pugnauit. Coronam auream ſenatui dono miſit, gratias agens, quod Antiochum autoritate legatorum de finibus eius mouiſſet. Deceſſit ſenior, poſtquam regnaſſet annos XLIII. ſuperſtitibus liberis Eumene, Attalo, Philetæro, & Athenæo.

Eumenes Attali filius

Ex quibus Eumenes in amicitia Romanorum permanſit, pro eisq́; aduerſus Perſeum bellum geßit, à quibus totam eam regionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

accepit, quæ ſub Antiocho citra Taurum erat. Præterea Pergamum muniit, & lucum Nicephorium ſeruit, templorum quoque dona addidit, ac nobilem bibliothecam inſtituit, undique conquiſitis libris in hœdinis pellibus ſcriptis, quæ poſtea ex loco Pergamena ſunt dicta: regnauit annos XLIX. Sceptrumq; Attalo filio quem è Stratonice Ariarathis Cappadocum regis filia ſuſceperat, tutoremq; Attalum fratrem dimiſit.

Attalus frater

Qui bello res geßit magnas. Nam aduerſus Demetrium Seleuci filium, deinde Alexandrum Antiocho natum bellum ſumpſit. Romanorum contra pſeudo Philippum ſocius fuit, Diegylum quoque regem cepit, ducto in Thraciam exercitu. Pruſiam Bithyniæ regem interemit præfecto illi filio Nicomede: poſtremo poſt annos XXI. Attalo Eumenis filio ſub eius, ut diximus, tutela relicto regnum dimiſit.

Attalus Philometor

Is Philometor ex ſcelere per antiphraſim cognominatus eſt quòd matrem interfecerit. Cum annos V. regnaſſet morbo abſumptus, teſte Liuio LVIII. hæredem pop. Rom. inſtituit: qui poſtea eam regionem prouinciam fecerunt, & Aſiam minorem uocauerunt. Hunc Attalum Trogus lib. XXXVI. Eumenis è fratre nepotem non filium dicit eſſe: niſi fortè Attalum tutorem eius, ac patruum Eumenem uocet. Vtrunque ſcribit fuiſſe ſceleratißimum. Matrem primo, deinde uxorem clam necaſſe, barbamq; ac capillum dißimulatione facinoris promiſiſſe: præterea hortos colere, ac herbas inde uenenatas ciuibus mittere ſolitum fuiſſe. Poſtremo hæredes Romanos reliquiſſe. Hic eſt qui de agricultura librum ſcripſit, cui ſe relictis regni curis penitus tradidit.

Ariſtonicus

Ariſtonicus ex Eumene & pellice natus, poſt Attali fratris mortem ueluti paternum regnum Aſiam inuaſit. Cumq; multa prælia ſecunda aduerſus ciuitates quæ metu Romanorum ſe dedere nolebant, feciſſet: iuſtusq; iam rex uideretur, Aſia Licinio Craſſo decernitur: qui intentior Attalicæ prædæ quàm bello, cum extremo anni tempore inordinata acie prælium conſeruiſſet, uictus pœnas dedit. In huius locum Perpenna Cos. miſſus congreſſu primo ad deditionem Ariſtonicum cepit, Attalicamq; gazam hæreditariam Populo Romano Romam deportabat. Quod ægre ferens ſucceſſor eius M. Aquilius Cos. ad eripiendum Ariſtonicum Perpennæ ueluti ſui triumphi munus properauit. Sed contentionem conſulum mors Perpennæ diremit. Sic Aſia Romanorum facta, cum opibus uitia quoque Romam tranſmiſit, Ariſtonicus in triumphum ductus, ac in carcere necatus eſt. Liuius LIX.

Athanaſius

Athanaſius præſul Alexandrinus educatus ab Alexandro eiuſdem ciuitatis præſule, olim diaconus in concilio Niceno fuit. Arrianorum deinde maximas perpeſſus inſidias ad Conſtantem Galliarum principem aufugit: unde reuerſus cum literis & rurſus poſt eius mortem fugatus, uſque ad Iouiniani imperium latuit, à quo reſtituti orthodoxi fuere. Sub Valēte moritur cum Petrum quendam coadiutorem in præſulatus munere delegaſſet. In cōcilio multa ei falſa crimina obiecta. adducto etiam ſcorto, quod rem cum ea habuiſſe teſtaretur, omnia tandem patientia ac ſanctitate ſuperauit. Feruntur eius aduerſus gentes duo libri contra Valentem: unus de uirginitate. De perſecutionibus Arrianorum. De pſalmorum titulis, De uita Antonij monachi, in epiſtolas Pauli commentarius, Symbolum, ἑορταστικαὶ epiſtolæ, id eſt Caſtigationes ſolennes. Hæc ex Rufini hiſtoria. Ioannes Aretinus Romanæ eccleſiæ ſubdiaconus ipſius uitæ è pluribus locis collectæ librum dicauit.

Athenæus philoſophus

Athenæus è Seleucia Ciliciæ philoſophus peripateticus doctißimus, Auguſti tempore, princeps aliquandiu patriæ ſuæ; deinde contracta cum Murena amicitia qui contra Auguſt. conſpirauerat, cum illo aufugit, captusq; ac dimiſſus cum inſons reperiretur. Reuertens autem Romam multis eum ſalutantibus, illud Euripidis reſpondit. ἥκω κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπὼν, id eſt: Aduenio latebras & tenebrarum linquens portas: uerum breui ſuperuixit tempore, à ruina domus ubi habitabat oppreſſus. Strabo XIIII.

Athenæus ſophiſta

ATHENAEVS Naucratita grammaticus M. Antonini principis tempore, librum teſte Suida Dipnoſophiſtarum compoſuit, uarium opus & eruditum, ut Plinius alter Græcus ferè dici poßit: quod ad nos ſanè haudquaquam integrum peruenit: eius epitome ab Hermolao Byzantio tantum relicta.

Athenodo

ATHENODORVS Athenienſis philoſophus Stoicus præceptor Dionyſij Areopagitæ, compoſuit opus quod διαφορὰ inſcripſit: emicuit Auguſti temporibus. Suidas.

Atteius phil

Atteius Capito

Atteius Philologus libertinus Athenis natus: hunc Capito Atteius iuriſconſultus eius patronus inter grammaticos rhetorem: & inter rhetores grammaticum fuiſſe ait: iuuauit ſcripta Salluſtij in componendo ut autor eſt Pollio. Philologi appellationem ſumpſiſſe uidetur: quod ſicut Eratoſthenes qui ſibi prius hoc cognomen uindicauit, multiplici uariaq; doctrina cenſebatur. Coluit familiarißime Salluſtium, eoq; defuncto Pollionem: quos hiſtorias componere aggreſſos alterum breuiario rerum Romanarum, alterum præceptis de ratione dicendi inſtruxit: quo magis mirandum Pollionem crediddiſſe, antiqua uerba & figuras ſolitum eſſe colligere Salluſtium: quum ſibi ſciat Atteium nihil aliud ſuadere, quàm ut noto, celeri, & proprio ſermone utatur: uitetq; maxime obſcuritatem Salluſtij, & audaciam in translationibus: ex Tranquillo.

Atratinus

Atratinus accuſator fuit Cælij, ut in oratione Ciceronis apparet, qui male à quibuſdam Atracinus ſcribitur: nam is Varro fuit.

Aurelia ge

AVRELIAM gentem ex Sabinis oriundam à ſole dictam putant, quòd ei publice à populo Romano datus ſit locus, in quo ſacra fuerant Soli, qui prius Auſelij, ſicut Valeſij dicebantur. Feſtus.

Auſonii duo

Auſonius ſophiſta ſcripſit epiſtolas & alia quædam ad Nonnum, ut ait Suidas. Alius poeta Gallus, patria Burdegalenſis, cuius extant epigrammata.

Augeas poe

Augeas Comicus Athenienſis mediæ comœdiæ, ut autor Athenæus. Augeam regem in Geographia narraui.

Auguſtarum nomina

AVGVSTAE coniuges dicebantur imperatorum, ſed & mater caſtrorum quandoque honoris gratia ex S. C. Diuæ autem, ac diui, tantum poſt mortem. Auguſtarum nomina hæc ſunt. Liuia Auguſti, Agrippina Agrippæ, poſtea Iulia Auguſti filia, Tyberij. Lolia Paulini Caij. Meſſalina & Agrippina Claudij. Octauia & Sabina Poppea Neronis. Lepida Galbæ. Pompeia Sabina Othonis. Petronia Vitellij. Flauia Domicilla Statilij Capellæ filia Veſpaſiani. Marcia Furuilla Titi. Domitia Domitiani. Plotina Traiani. Sabina Hadriani. Fauſtina Antonini Pij. Fauſtina filia M. Aur. Antonini. Lucilla L. Antonini Veri. Iulia Seueri. Eadem priuigno nupſit Caracallæ. Theodora & Helena Conſtantij. Fauſta Conſtantini. Euſebia Conſtantij. Helena filia Conſtantini uxor Iuliani. Charito Iouiniani. Seuera & Iuſtina Valentiniani. Dominica Valentis. Galla Placidia Theodoſij. Eudocia Arcadij. Eudocia Theodoſij iunioris. Eudoxia Valentiniani iunioris. Pulcheria Martiani. Verina Leonis magni. Areta Zenonis. Euphemia Iuſtini. Theodora Iuſtiniani. Sophia Iuſtini iunioris. Anaſtaſia Tyberij. Conſtantiana Mauricij. Leontia Phocæ. Flauia Eudocia Heraclij. Martina Conſtantini iunioris.

Aurea

Eligius

AVREA uirgo apud Pariſios cœnobio uirginum præpoſita ab Eligio eiuſdem ciuitatis præſule, imperante Heraclio. ambo inter ſanctos relati. Fuit & alia huius nominis martyr inter comites Vrſulæ.

Autolyci

Autolycus Mercurij ſeu Deucalionis filius, & maternus Vlyßis auus, ut Homerus & item Plato in primo de republica teſtantur, furtorum nomine inſignis. Martialis: Non fuit Autolyci tam piceata manus. Alter fuit conditor

Sinop

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Sinopis,& comes Iaſonis,apud Strabonem:tertius Athleta, nobilis Pancratiaſtes, cuius ſtatuam in Prytaneo fuiſſe autor eſt Pauſanias : meminit & Plinius huius artificis libro XXXIIII. Cap. VIII.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VRBANORVM
LIB. XIIII.

Babylas — BABYLAS Præſul Antiochenus, quem & uitæ meritis & doctrina præſtantiſſimum Euſebius ſæpe in hiſtoria commemorat. Bacchylides — Bacchylides poëta lyricus, Cous genere, filius Medonis nati Bacchylide Athleta,ut ait Suidas. Aelianus autem de uaria hiſtoria tris huius nominis ponit:hūc primum, alium Athenienſem, tertium Arcadem. Bacchus — Bacchus alibi mihi narratur. Eſt & martyris nomen qui unà cum Sergio ſub Diocletiano apud Euphratem paſſus eſt : ambo enim ordines in exercitu imperatoris ducebant. Bairon — Bairon hiſtoricus ſcripſit breuiarium rerum ab Alexandro geſtarum. Suidas. Balbi, Barbi — Balborum & Barborum Romæ familiæ fuerunt. Lucilius Balbus in dialogo de na. ponitur apud Ciceronem Stoicorum partes adſumens. Coſmus cardinalis Vrſinus nummum ante hos annos habebat antiquum : ubi C. Barbi ciuis Rom. nomen inſcriptum fuerat. Balbina — Balbina uirgo Romana & martyr, Quirini filia, liberata à ſtrumæ uitio per Alexandrum Pont.ſepulta in uia Appia iuxta patrem, qui ambo ſub Traiano ſunt paſſi. Barbara — Barbara uirgo Nicomedienſis Dioſcori nobilis uiri filia,à quo in turrim eſt coniecta, quod ſe Chriſtianam profiteretur : ac poſt omnibus probris nudatum conuerberatumq; corpus,ab eodem ad præſidem ducta, iugulataq; in eadem urbe ſub Maximiano eſt. Demum Venetijs quò deinde tranſlata fuit, nunc condita. Bardaſanes — Bardaſanes Meſopotamiæ præſul, Syrorum lingua doctiſſimus, & uehemens dialecticus,aduerſus Marcionem patria lingua ſcripſit:ſed & Græce ad Antoninū, ſub quo fuit, librum de fato, aliaq; complura, ut ait Euſebius libro quarto. Baſilius — Baſilius Cæſarienſis, & Gregorius Nazianzenus præſules æquales fuere, Cappadoces ambo nobiles, Athenis ambo rhetoricæ philoſophiæq; ſtudijs eruditi : quibus cum cupidius Baſilius intenderet,Gregorius magnificentius ea contemnens,ut qui ſe totum Deo mancipaſſet, tantum de ſocij amore ſibi præſumpſit, ut ſurgentem Baſilium de cathedra manu corripiens ad cœnobium perduceret : ibiq; annis XIII. omnibus Græcorum philoſophorum libris relictis, ſolum ſacris uoluminibus uacarent. Iamq; diuina lege inſtructi alter altero trahitur itinere, diuino inſtigati ſpiritu. Baſilius Ponti urbes & rura obeundo, populos edocebat. Igitur non multo poſt factus Præſul Cæſariæ Cappadocum iuſſus eſt à Valente qui Arrianis fauebat, deſerere officium, atque in exilium abire.Cumq; ille minime obtemperaret,atque uti contumax, tribunali Præfecti adhiberetur, ac minis & terriculis parere principi diu fruſtra tentaretur, nox ei ſpatij ad deliberandum datur. Baſilius nequaquam ego ait, Tu potius in hoc ſpatio ab incepto deſiſtes. Itaque in ea nocte uxore Valentis maximis correpta doloribus, & filia inſuper paruula extincta, Valens rogatum miſit ad Baſilium, ut precibus ad Deum fuſis,ipſe ſaltem ſeruaretur.Sic itaque accidit,ut pulſis reliquis orthodoxis Baſilius tantum ob metum ſeruaretur. Poſt hæc uitam inſtituit monachorum, de cuius præceptis & ordine librum ſeparatim condidit,à Rufino poſtea conuerſum.Sed & alia eius opera Hieronymus enumerat, dicens eum egregios contra Eunomium elaboraſſe,& libros de S. S. Et in Hexameron homilias undecim. Et Aſtericon intellectu uidelicet breues uarioſq; tractatus. Gregorius uerò Nazianzenus cum longa Monodia proſequitur. Fuere Baſilio fratres duo, Gregorius & Petrus: quorum alter ſcientia præditus docendo, alter fide inſtructus, agendo fratris uirtutem penè exæquabant. Nos de Gregorio ipſo in ordine dicemus. Hæc autem de Baſilio ex hiſtoria ſumpſimus Rufini libro undecimo. Baſilius Ancyranus — Baſilius Ancyranus præſul arte medicus,ſcripſit contra Marcellum de uirginitate librum, & nonnulla alia. Hic etiam imperante Conſtantino in parte Macedonij cum Euſtathio Sebaſteno princeps fuit,ut autor Hieronymus. Baſilius præſul — Alium quoque Suidas commemorat præſulem Ciliciæ ſub Anaſtaſio principe floruiſſe : haud abſimilem primo, & abſtinentia, & uitæ inſtitutis,ſcripſiſſeq; contra Archelaum quendam preſbyterum Colonienſem. Baſilus — Baſilus unus ex interfectoribus Cæſaris ponitur ab Appiano, Baſilus pirata — alter item Pirata infamis. Lucanus. Et Baſilum uidere ducem, noua furta per æquor.

BASSOS claros uiros extitiſſe nonnullos legimus.

Saleius Baſſus — SALEIVS Baſſus poëta epicus, cuius eſt Quintiliano uehemens ac poëticum ingenium, nec ipſum ſenectute maturum, præueniente fato, quemadmodum & Valerio Flacco contigit. Aufidius Baſ. — Aufidius Baſſus hiſtoricus item Quintiliani temporibus bellum Germanicum ſcripſit. Cæſius Baſſus — Cæſius Baſſus inter Lyricos ab eodem ponitur. Probus : Cæſium, inquit, Baſſum poëtam Lyricum, fama eſt in prædijs ſuis ardente Veſeuo & late uagantibus ignibus, cum uilla ſua flagraſſe. Quintilianus quoque ſe eum uidiſſe ait. Baſſus & Sextius — Baſſus & Sextius Niger, Romani homines Græce de medicina ſcripſerunt. Baſſus martyr — Baſſus item martyr ſub Decio, patria Nicenus clauis ferreis confixus. Baſianus — Baſſianus patria Syracuſanus Romam ſtudiorum cauſa miſſus, ubi Chriſtianus factus patre inſectante Rauennam fugit. Inde Laudenſis præſul electus, ibidem deceſſit nonagenarius quartodecimo Calend. Febr. clarus prodigijs, ab ulceroſis maxime inuocatur : emicuit Ambroſij temporibus, quem ægrotantem adijt, mortiq; interfuit. Batto — Batto Sinopenſis de rebus Perſicis ſcribit. Strabo.

Batton — Batton comicus, fabulas ipſius nonnullas commemorat Suidas. L. Ballienus — L. Ballienus auunculus Catilinæ, Lucretium Aſellam, conſulatum contra uoluntatem Sullæ, ad perturbandum ciuitatis ſtatum petentem, occidit iuſſu Sullæ tunc dictatoris,accuſatus poſtea ac damnatus. Pedianus. Beatrix — Beatrix uirgo Romana & martyr ſub Diocletiano, Fauſtinus — Fauſtinum & Simplicium fratres item martyres, quos prius tumulauit, pòſt paulò eodem ſupplicio ſecuta, quòd prædium cuidam potenti uendere noluerat. Hæc enim diues erat, ac unà cum beata Lucina occiſorum corpora in agro ſuo condebat.

Beda — Beda natione Anglicus, ob uitæ modeſtiam, uenerabilis cognomentum adeptus, claruit ſub Ioanne ſexto Pont. cum Saraceni ex Africa ſoluentes Hiſpaniam inuaſerunt : ex quo Beda literis principes ad eam recuperandam ſollicitauit. Græce Latineq; eruditus fuiſſe traditur. Scripſit in Actus apoſtolorum, in Lucam, ædidit & librum de temporibus, & homilias quibus Gallici ſacerdotes frequenter utuntur. Fratres habuit Strabonem & Aymonem doctos etiam uiros, quorum alter homilias quaſdam non ineruditas, alter in Geneſim ſcripſit. Depoſitum Bedæ Genuæ uiſitur. Bernardus — BERNARDVS abbas inter Burgundos nobili ortus genere anno ferè uigeſimoſecundo ætatis, ſub Abbate Stephano, qui tertius fuerat in cœnobio Ciſtertienſi, paulò antè inſtituto, unà cum triginta ſocijs monachum profeſſus, doctrinæ uitæq; laudatæ fama adeo profecit,ut Clarauallenſi cœnobio tunc primum Roberti uiris

illuſtris impenſa conſtructo, præpoſitus ſit. Cui annos triginta ſex præfuit. Plura reliquit ſcripta: commentarios in Cantica, conſiderationes diuinæ contemplationis ad Eugenium Pontificem, unde Pontificij muneris ratio ducatur. Varias quoque epiſtolas, ſermones inſuper in diebus ſolennibus habitos.

Berenice mater & filia Philadelphi

Berenice uxor Ptolemæi Lagi, mater Philadelphi, rara mulier forma, & uiro dilectiſſima, de qua Theocritus: Ἀλλὰ Θέτις βαθύκολπος ἀκοντιστὰν Ἀχιλῆα Αἰακίδᾳ Πηλῆϊ. σὲ δ᾽ αἰχμητὰ Πτολεμαῖε Αἰχμητᾷ Πτολεμαίῳ ἀρίζηλος Βερενίκα. Altera Philadelphi filia, quæ deinde nupſit Ptolemæo Euergeti fratri. Cuius crines in cælum relati putantur perſuaſione Cononis mathematici. De quibus elegiam compoſuit Callimachus, conuerſam deinde à Cattulo.

Berenice Herodis

Alia Herodis Aſcalonitæ filia, quæ nupſit etiam Agrippæ fratri. Strabo ſic ait: Cæſar Auguſtus magno honore proſecutus eſt Herodis liberos, ſimiliter ſororem Salomen, eiusq; filiam Bernicen.

Berenice Ariſtobuli

Alia item ex eadē progenie, quæ Salomes Herodis ſororis filia fuit, nupſit Ariſtobulo Herodis eiuſdem filio, quem pater poſtea interfecit. Ioſephus.

Berenice Olympionicarū

Berenice quoque, quam Græci Pherenicen appellant, fama celeberrima, & filia, & mater, & ſoror Olympionicarum fuit, ut ait Plin. Pauſanias quoque hanc dicit cognominatam Callipatram, ac habitu uirum diſſimulantem ludis interfuiſſe: ubi Piſithodum filium coronatum uidit: cognitam'que, ac quæſtione habita, quòd ad ludos mulieribus interdictos ueniſſet, meritis ſuorum abſolutam fuiſſe. Aelianus de Varia hiſtoria ferè idem. Valerius item: Berenice, inquit, contigit quod nulli alij mulieri, ut Gymnico ſpectaculo intereſſe contigerit.

Beryllus

BERYLLVS Boſtrenæ urbis Arabiæ Præſul cum plura rectè pro religione ſcripſiſſet, ad extremum omnia corrupit, peregrina quædam & procul à ueritate adducens. Conſeruatorem noſtrum uidelicet ante humanitatem non extitiſſe, nec propriam diuinitatis habere ſubſtantiam, ſed tantum patris in eo habuiſſe. Quare plures conuenere Præſules diſceptationis gratia. Inter quos Origenes ita errorem eius repulit, ut redire tandem eum ad ſanitatem compulerit: ex Euſebio libro VI.

Beroſus

Beroſus Chaldæus in aſtrologia clarus, cui ob diuinas prædictiones Athenienſes in gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuerunt, uti Plinius refert. Scripſit item in ea facultate. Eius nunc fertur libellus neſcio quis, cui non ſatis crediderim.

Bemarchius

BEMARCHIVS Cæſarienſis Cappadociæ ſophiſta ſcripſit res geſtas Conſtantini principis libris decem: præterea declamationes quaſdam & orationes. Suidas.

Beſtia Appia Faucula Cluuia

Beſtia Appia mulier Attellana Capuæ habitans, & Faucula Cluuia, quæ quondam quæſtum corpore feciſſet, Annibale tenente Capuam: altera quotidie ſacrificauit pro ſalute populi Romani: altera uerò Faucula captiuis egentibus alimenta clam ſuppeditauit, cæteris Campanis inimice ſe habentibus. Quapropter à populo Romano libertati ac bonis poſtea ſunt reſtitutæ. Liuius uigeſimoſexto.

L. Beſtia

L. BESTIA in coniuratione Catilinæ memoratur à Salluſtio.

Byzes

Byzes Naxius, tegulas primus ex lapide fabricauit: quibus tectum templi Dianæ fecit tempore Aliactis Crœſi patris. Cuius ſtatua eſt Naxi, cum hoc epigrammate. Νάξιος εὔεργος μεγένει, λίθους πόρε, Βύζεω Παῖς, ὅς πρώτιστος τεῦξε λίθον κέραμον. Pauſanias.

Bibaculus

M. FVRIVS Bibaculus patria Cremonenſis, ut ſcribit Euſebius, qui ſimul & Catullus inter poëtas Iamborum Latinorum ponuntur Quintiliano. P. Sextius Bibaculus apud commentarios Cæſaris.

M. Bibulus

M. Bibulus collega Cæſaris in conſulatu. In quem Tranquilli diſtichum cauillatur. Non Bibulo quicquam nuper: ſed Cæſare factum eſt. Nam Bibulo fieri conſule nil nemini. Idem Ciceroni proximam prouinciam in Aſia tenebat.

Bias

Bias Prienæus unus è ſeptem, fertur in cauſis orandis acutiſſimus fuiſſe. Cum patriam captam fugeret, nihilq; uti cæteri exportaret, roganti cauſam, illud uulgatum apud Ciceronem reſpondit: Omnia mea mecum porto.

Bion

Bion Boryſthenites Cratetis auditor ad Cynicam prius ſectam tranſijt, ſumpto pallio & pera: deinde ad Theodorea inſtituta ſe conuertit. Reliquit commentarios plures qui non extant, Apophthegmata item plura: quæ ſimul & aliorum ſapientum ubi de ſapientia narrabo attingam.

Bibiana uirgo

Bibiana uirgo Romana & martyr ſub Iuliano, quæ unà cum parentibus martyrum corpora tumulabat, ſepulta apud palatium Lucinianum.

Baſſianus

Baſſianus item alter Syracuſanus prior ſupradicto ſub Claudio martyr.

Bolus

Bolus Mindeſius Pythagoreus ſcripſit de utilitate lectionis hiſtoriarum, quæ nos in doctrinam cognitionemq; rerum ducunt. De miris naturæ, multaq; alia, ut apud Suidam.

Boetius

Boetius Zenone Imperante, ob affectatæ libertatis ſuſpicionem à Theodorico rege exilio damnatur: deinde cuſtodiæ traditus plura conſcripſit.

Symmachus

Tandem ſimul cum Symmacho ſenatore ſocero ſuo, alijsq; præſtantibus uiris interficitur, ut autor Euſebius. Eius deinde ſtatuas Amalaſuinta reſtituit, & hæredibus patrimonium incolume reddidit, uir omnium unus qui & doctiſſimus & ſine genio fuerit in ſcribendo.

Bonifacij

Aglaë

Bonifacij uiri ſancti plures: primus Romanus apud Tarſum Aglaes diuitis uiduæ res procurabat: cum qua rem habebat, ebrietate, cæterisq; moribus infamis. Factus repente alius, martyrium ſub Diocletiano ſubijt, relatusq; deinde à ſeruis Romam, eiq; templum in Auentino dicatum, quod & Alexio poſtea commune fuit. Alius Britannicus natione Præſul Maguntinus, apud Phryſios & ipſe martyr, quòd iuſſu Stephani ſecundi Pontificis Pipinum Caroli patrem in regem oleo ſacro perunxerit. Alius Præſul Carthaginenſis Zenone imperante. Alius Præſul Ferentinas, ambo confeſſores. Quintus item martyr Boſnenſis, Othonis tertij conſanguineus. His addam Bonificium Africæ comitem ſub Honorio Aetij ducis æmulum, Auguſtini amiciſſimum.

Bonicius

BONICIVS præſul Auernenſis, uir etiam ſanctitate clarus, cuius tunica hodie monſtratur, qua à diua genitrice, cuius erat obſeruantiſſimus, donatus fuit in exceſſu mentis, eademq; primum ſacrificauit.

Bonus

BONVS preſbyter Romanus, ſimul cum Fauſto & Mauro diaconis Romæ ſub Valeriano paſſus, ſepulti omnes in uia Latina.

Braſidas

BRASIDAS Lacedæmonius dux circa Amphipolim, ab Athenienſium multitudine impar deprehenſus claudendum ſe præſtitit, ut per longum coronæ ambitum extenuaret hoſtium frequentiam, quaq; rariſſimi obſtabant erupit. Frontinus.

Britius

BRITIVS Præſul Turonenſis Martino ſucceſſit, cui aliquando aduerſarius fuit diaconus. Deinde ſanctitate emicuit.

L. Iu. Brutus

Brutorum Romæ genus Iunijs nominibus adſcitum legimus, quorum autor primus L. Iunius Brutus è ſorore Tarquinij Superbi genitus. Quum eandem fortunam timeret, in quam frater inciderat, qui ob diuitias & prudentiam ab auunculo fuerat occiſus, ſtultitiam finxit, unde Brutus dictus. Iuuenibus regijs Delphos euntibus ridiculi cauſa comes adſcitus, baculo ſambucco aurum incluſum Deo donum obtulit, argumentum uidelicet in eius ſapientiæ diſſimulationem. Vnde reſponſum eſt, illum Romæ ſummam habiturum poteſtatem, qui prius matrem exoſcularetur. Ipſe terram primus exoſculatus eſt, cæteris minime intelligentibus. Deinde propter Lucretiæ ſtuprum cum Tricipitino & Collatino in exitium regum coniurauit. Quibus in exilium actis primus Cos. creatus eſt.

Aquilii Vitellii

Filios'que ſuos qui cum Aquilijs & Vitellijs ad recipiendos Tarquinios in urbem coniurauerunt uirgis cæſos ſecuri percuſſit. Deinde in

prælio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

prælio quod aduerſus eos gerebat, ſingulari certamine cum Arunte filio Tarquinij congreſſus, ſe ambo mutuis uulneribus occiderunt. Cuius corpus in foro poſitum, à collega laudatum, matronæ annum luxerunt. Cæcilius, Liui.

Bubulcus Brutus

Decius Iunius Bubulcus Brutus dictator, Equos ſubegit, ac die octaua triumphauit. Aedem ſalutis quam Cos. uouerat, & cenſor iocauerat, Dictator dedicauit. Liui. Decius Iunius Brutus in Hiſpaniam profectus his qui ſub Viriato militauerāt, agros oppidumq; dedit, quod Valentia uocatum eſt. Luſitaniamq; uſq; ad Oceanū perdomuit. Et cum fluuium obliuionis exercitus tranſire nollet, raptum ſigniferi ſignum ipſe tranſtulit, cæteri ſubſecuti. Liui. L V.

L. Iu. Brutus

L. Iunius Brutus prætorius, & M. Cato Cenſorinus, quorum Cicero ſecundo de Orat. meminit, uolumina de iure ciuili ſcripſerunt, & non generatim poſuere leges, ſed ueluti interrogati à priuatis reſponderunt, expreſsis ciuium nominibus quorum crimina defendebant. Sic feciſſe in Satyris Lucilium uidemus: in reprehendendis uitijs, ciues nominatim taxauit. Igitur Brutum tris de iure ciuili libellos ſcripſiſſe, idem Cicero & Q. Pomponius autores. M. Brutus qui Marianas partes ſequebatur, ac Galliam Ciſalpinam tenebat, à Pompeio interfectus eſt. Liui. X C.

M. Iu. Brutus

Huius filius M. Iunius Brutus Cæſaris interfector Catonis è filia Seruilia nepos, doctrinæ philoſophiæq; Stoicæ deditiſsimus, qua puer nutritus fuit, ut ſentire uideretur quæ dixerit, ut ait Quintillia. Eius ſanè iudicium Cicero in epiſt. ad Atticum præcunctis uereri uidetur. Plutar. uerò in eius uita hæc de eo. Brutus in caſtris per integros dies, niſi cum Pompeium ipſum conueniret, circa literarum ſtudium diuertebatur. Cui curæ nedum aliud dedit tempus, ſed etiam diem quæ maximam illam Pharſaliæ cladem anteceſsit. Erat media æſtas, & præter loca paluſtria ubi caſtrametati fuerant, calor ingens, nec Bruto aderant qui celeriter tentorium attuliſſent. Feſſus autem hac iugi cura cum meridies aduentaſſet, modice unctus cum pauca comediſſet, cæteris de euentu futuræ pugnæ anxijs, hic uſque in crepuſculum ſcripſit, Polybij epitomen componens. Genus dicendi breue & elegans ſecutus, & in Græca facundia Laconicum ſtylum imitatus, quòd ſanè apparet in epiſtolis eius Græcis quæ adhuc extant. Vir alioquin tyrannidis impatiens, & in ſeueritate gratus. Cicero ait. Cum gratiæ cauſa nihil facias, ſunt tamen omnia grata quæ facis. Proſtremò eius coniuratione, cuius ipſe autor fuit, Cæſare interfecto, timore aduerſariorum Prætor in Macedoniam prouinciam ſuam cum exercitu ſe contulit, ubi coniunctis cum Caſsio caſtris, ab Antonio & Octauio expugnatus apud Philippos, ne in manus ueniret inimicorum, ſibi iuuante Stratone manus attulit, quum eſſet annorum X X X. Liuius C X X I I I. Inuentum corpus Antonius matri uxoriq; remiſit.

Portia Bruti

Portia uerò eius uxor M. Catonis filia, hoc accepto nuncio, ut refert Valerius, doloris impatiens: cum negaretur gladius, carbonibus è foro ardentibus raptis ac deuoratis ſeſe necauit, muliebri ſpiritu uirilem patris exitum imitata.

Decius Brutus Albinus

Decius Iunius Brutus cognomento Albinus. cui magnam Cæſar fidem habebat, adeo ut ſecundus ab eo inſcriptus eſſet hæres, unus è coniuratis cum M. Bruto cuius propinquus erat, Cæſarem mane moras trahentem ne dilatio fieret manu apprehendens ad ueniendum inuitauit in curiam, dicens, quod frequentes expectarent, qui cum cunctarum præter Italiam prouinciarum regem crearent. Hæc Plutarchus in Cæſare. Hic deinde poſt mortem Cæſaris ut M. Antonio reſiſteret qui Ciſalpinam Galliam petebat, Mutinam prouinciam cum exercitu tenuit. Illicq; à M. Antonio legatos ſenatus de pace ſpernente obſeſſus eſt. A qua quidem obſidione ab Hircio & Panſa Coss. ac Cæſare liberatus fuit. Cui Cæſari cum ſenatus parum gratus uideretur, triumphum Bruto decernendo, ac nullam eius rationem habendo, cauſa fuit, ut per Lepidum Antonio reconciliatus Romam cum exercitu ueniret, ac Cos. X V I I I. natus annos crearetur, legemq; ferret de quæſtione habenda interfectorum patris. Ex quo poſtea Brutus unà cum Cicerone & C C. alijs abſens damnatus, ac à legionibus deſertus in poteſtatem Antonij uenit, & à Capeno Sequano eius iuſſu interfectus eſt. In cuius ultionem C. Antonius M. frater ab Hortenſio iuſſu M. Bruti occiſus fuit, Liuius C X X.

Caia Cæcilia

Caia Cæcilia uxor Tarquinij Priſci, quæ antea Tanaquil appellabatur, mulier frugi, ubi de coniugio ſcribam, mihi dicetur.

Buſyris

BVSYRIS Aegyptius Tyrannus, ab Hercule Aegyptio rege interfectus, quòd hoſpites immolaret: autor Diodorus libro quinto, Strabo autem libro ſeptimo, nullum dicit in Aegypto Buſyridem fuiſſe, ex quo cuncta de eo falſa referri. Iſocratis extat encomion Buſyridis, ſicuti & Helenæ, ut uim oratoriam in illaudatos exerceret.

Cadmus Mileſius

CADMVS Mileſius paulò pòſt Orpheum primus ſcripſit hiſtoriam de Mileto, ac totius Ioniæ regione, libris I I I I. autor Suidas. Hunc Plinius dicit primum inueniſſe proſaicam orationem. Cadmus Agenoris mihi ponitur inter heroas.

Caij Candidi Candidæ

Caij V I I. & Candidi duo martyres, totidemq; Candidæ alibi dictæ.

C. Licinius Caluus L. Sextius

C. Licinius CALVVS, & L. Sextius Tribuni pleb. legem promulgarunt, ut Coss. etiam ex plebe fierent. Eam legem cum magna contentione repugnātibus patribus, cum ijdem Tribuni per quinquennium ſoli magiſtratus fuiſſent, pertulerunt. Et primus omnium ex plebe Cos. L. Sextius creatus eſt. Lata eſt alia lex, ne cuiquam plus quingentis iugeribus liceret poſsidere. Liuius libro ſexto.

L. Caluus orator

LICINIVS CALVVS orator exquiſitum quoddam & accuratius dicendi genus adferebat, quod quanquam ſcienter eleganterq; tractabat, nimium tamen inquirēs in ſe atq; ipſe ſeſe obſeruās, metuensq; ne uitioſum colligeret, etiam uerum ſanguinem deperdebat. Itaq; eius oratio nimia religione attenuata, doctis & attente audientibus erat illuſtris, à multitudine autem & à foro cui nata eſt eloquentia deuorabatur. Cicero in oratore.

Caluus filius

Idem in eodem libro de C. Licinio Caluo huius filio adoleſcente Curionis æquali mentionem facit, qui ſi uixiſſet, magnam fuiſſet eloquentiæ gloriam conſecutus. Seneca in declamatione de Caluo primo oratore hæc refert. Caluus qui diu iniquiſsimam cum Cicerone litem de eloquentiæ principatu habuit, uſqueadeo concitatus fuit, ut in media oratione eius exclamaret Vatinius reus, Rogo uos iudices, nunquid quia iſte diſertus eſt, ego damnandus ſum? Quintilianus Calui ſanctitatem appellat ob eius terſum, ſiccumq; dicendi genus. Plinius quoque dicit hunc laminæ plumbeæ renibus appoſitæ frigore, occurrere ſolitum genituræ per nocturnam quietem erumpenti, uiresq; corporis ſtudiorum labore cuſtodijſſe.

Callias poëta

Callias Athenienſis Comicus filius Lyſimachi qui cognominatus eſt Schœnion, quòd funes ob paupertatem torqueret.

Callias dux

Callias item Lacoplutus cognominatus, dux Athenienſium nobilis contra Artaxerxem miſſus: autor utriuſque Suidas.

Callias grā.

Callias Methymneus grammaticus, quem Strabo dicit Alceum Saphoq; poëtas enarraſſe.

Callimachus

Callimachus poëta Cyreneus filius Batti, diſcipulus Hermocratis Iaſei grammatici, uixit apud Ptolemæum Philadelphum uſque ad Euergetem bibliothecæ regiæ præfectus Olympiade C X X V I. Omne poematis genus attigit. In aduerſarium poema acerbiſsimum, quem ficto nomine Ibim appellat, unde Ouidius poëta nomen & argumentum mutuatus eſt. Edi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

dit elegias quoq; & epigrammata & hymnos, aliaq́; complura, ex Suida. Horum omnium nihil extat præter unam elegiam in Lauacrum Palladis, & quoſdam hymnos in deos.

Callimachus ſculptor

Callimachus alter ſculptor, ut ait Pauſanias, ſibi nomen adoptauit τηξίτεχνον, quaſi artis interploratorem, & qui eam in tenuiorem exquiſitioremq́; diſciplinã reduxit: τήκειν enim liquefacere conflareq́; eſt. Nam ipſe prius lapidem perforauit, minutatimq́; tractauit.

Callinicus

Callinicus ſophiſta Syrius uel Arabs profitebatur Athenis. Scripſit ad Lupum de Cacozelia, de Rhetorica, ad Cleopatram, de rebus geſtis Alexandri, & alia quædam. Suidas.

Calliſthenes

Calliſthenes Olynthius diſcipulus & propinquus Ariſtotelis, unus è comitibus Alexandri, uir ingenio doctrinaq́; præſtans, ad extemporalitatem aptus: ſcripſit hiſtoriam ſecundus philoſophorum à Xenophonte, in qua res Alexandri continentur. Tandem quaſi autor coniurationis Hermolai, miſeris modis adfectus ab Alexandro interficitur. Suſpectus quoq; quòd non uti cæteri adorandum eum putauerit. Trogus uigeſimoquinto.

Calippus

Calippus Athenienſis philoſophus Platonis auditor interfectus à Syracuſanis, quòd tyrannidem poſt Dionyſium aggrederetur, Dionemq́; patriæ liberatorem per proditionem interfecerit: autor Plutarchus in Dione.

Callicrates

CALLICRATES ex ebore formicas, & alia tam parua fecit animalia, ut partes earum cerni non poßint. Plinius.

Calliſtus

Calliſtus unus inter comites expeditionis Iuliani principis, qui Heroico uerſu eius hiſtoriam conſcripſit.

Camillus

FVRIVS CAMILLVS cum Faliſcos obſideret, ac ludi literarum magiſter principum ad eum liberos adduxiſſet, uinctum eum eiſdem pueris in urbem reducendum & uerberandum tradidit. Faliſci tali iuſtitiæ exemplo permoti, ſtatim ſe ei dedidere. Veios decennali obſidione domuit, deq́; his triumphauit. Poſtea crimini datum, quòd albis equis triumphaſſet, & prædam inique diuiſiſſet: die dicta ab Apuleio Saturnino Tribuno plebis damnatus, Ardeam conceßit. Mox cum Galli Senones urbem diripuiſſent, abſens dictator factus, collectis reliquijs Gallos improuiſos internecione occidit. Populum Roma migrare Veios uolentem, eleganti apud Liuium concione retinuit. In qua omneis urbis dotes, laudesq́; licet agnoſcere. Adijcit quoq; Liuius, quod tertio dictator dictus, contra Latinos ad Satricum contendit, ut ſociam ciuitatem Popu. Roma. à Latinis oppugnatam tueretur. Quarto dictator ad ſedendam populi ſeditionem factus ualetudinem ſimulauit, ex quo ei alter ſurrogatus eſt. Quinto dictator Gallos iterum Romam petentes & ad flumen Anienem caſtrametatos ſuperauit. Poſtremo Romæ octogenarius peſtilentia abſumptus eſt.

Camilla Vol.

Camilla Volſca quæ uenit auxilio Turno contra Latinos & Aeneam, in bello interfecta VIII. deſcribitur à Vergilio. Priuerni nata, atq; à Metabo patre educta. Statius Tullianus de uocabulis rerum ait, dixiſſe Callimachum Thuſcos Camillum appellare Mercurium. Quo uocabulo ſignificat præminiſtrũ deorum, unde & Metabum Vergil. ait, Camillam appellaſſe filiam, Dianæ ſcilicet miniſtram.

Calpurnius

CALPVRNIOS inter Piſones diximus.

Sura

Calpurnius Sura ephemeridas uitæ Galieni ſenioris principis ſcripſit: autor Pollio.

Candidus

CANDIDVS Seuero Imper. edidit in Hexameron pulcherrimum tractatum, ut Euſebius Hieronymusq́; tradunt.

Capella Antiſtius
Atteius

CAPELLA Antiſtius, & Atteius Sanctus præceptores Commodi principis.

Canuleius

C. Canuleius Trib. pl. rogationes duas tulit, ut connubia plebis cum patribus eſſent communia, & alter conſul de plebe crearetur. Orationem eius aduerſus Coſs. uide apud Liuium IIII.

Caninius

Caninius qui eodem die quo eſt adeptus conſulatu abijt, ex quo Ciceronis ſcomma, Vigilantißimum habuimus cõſulem Caninium, qui toto conſulatu ſomnum non uidit.

C. Caninius

C. Caninius eques Roma. cum in Sicilia otiandi cauſa ueniſſet, hortosq́; à Pythio argentario uiro doloſo emiſſet, instructos piſcibus, & piſcatoribus de induſtria poſitos: poſtera die cum ad eoſdem ipſe amicos inuitaſſet, nullos ibi neq; piſces, neq; piſcatores repperit. Vide Ciceronem lib. III. de officijs.

Canthus

Canthus Abantis filius inter Argonautas ab Apollonio ponitur. Itemq́; Orpheo qui ſic ait, κάνθος δ' εὐβοιῆθεν ἀβαντιάδης ἐπέρασε. Apollonius dicit eum in Lybia periſſe. Flaccus autem noſter in Aea.

Carbones pater & filius

C. Carbones duo oratores pater & filius, & utriuſq; meminit Cicero, ſed patrem inter oratores celeberrimos, ſeditioſos attamẽ ciues collocat his uerbis. Vtinam C. Carboni & Ti. Graccho talis mens ad Rempu. bene gerendam, quale ingenium ad bene dicendum fuit. Profecto nemo his uiris gloria præſtitiſſet, ſed eorum alter propter turbulẽtißimum tribunatum, ad quem ex inuidia fœderis Numantini bonis iratus acceſſerat, ab ipſa Repub. eſt interfectus. Alter Carbo propter perpetuam in populari ratione leuitatem, morte uoluntaria ſe à ſeueritate ciuium uindicauit. Sed fuit uterq; ſummus orator. Nam & Carbonis & Gracchi habemus orationes nondum ſatis ſplendidas uerbis, prudentiæq́; plenißimas. Carbo quo uita ſuppeditauit, eſt in multis iudicijs cauſisq́; cognitus: hunc qui audiuerant prudentes homines: in quibus familiaris noſter L. Gellius qui ſe illi contubernalem in conſulatu fuiſſe narrabat, canorum oratorẽ, uolubilem, & ſatis acrem, atq; & uehementem, & ualde dulcem, & perfacetum fuiſſe dicebat. De filio autem hæc refert.

C. Carbo

C. Carbo illius eloquentißimi uiri filius, orator non ſatis acutus, ſed tamen orator numeratus. Erat in uerbis grauitas, & facile dicebat, & autoritatem naturalem quandam habebat oratio: hæc ille. Valerius autem dicit hunc poſtremo ab exercitu ſuo interfectum fuiſſe, quem bellis ciuilibus lapſum adſtringere, & ad diſciplinam reducere cupiebat.

GN. Carbo

Huius frater, GN. Carbo ſumma fuit autoritate in repub. partes Marianas ſecutus. In tertio conſulatu ſuo in Sicilia, iuſſu Pompeij dum uentrem apud latrinã exoneraret trucidatus eſt, quæ crudelitas uulgum maxime offendit: autor Valerius.

Carneades Cyreneus

Carneades Cyreneus nouæ princeps Academiæ, Chryſippi maxime ſtudioſus, de quo Gellius itemq́; Plin. ait, quod ſcripturus aduerſus Zenonis Stoici libros ſuperiora capitis elleboro candido purgauit, nequid ex corruptis in ſtomacho humorib. ad domicilium uſq; animi redundaret & conſtantiam uigoremq́; mẽtis labefactaret: tanta cura, tantoq́; apparatu, uir ingenio præſtans ad confutanda ea quæ ſcripſiſſet Zeno aggreſſus eſt. Hũc præterea memoria naturali artificialiq́; uſum fuiſſe Cicer. de oratore ſcribit. Gel. uerò lib. XVI. & Quintil. de eo referunt, quòd miſſus Romam legatus ab Athenienſibus, unà cum Diogene Stoico & Critolao Peripatetico ſuſpectam fecit Romanis legationem, dicente M. Catone in ſenatu, ab hoc uiro cauendum eſſe, qui ob eloquentiam & diſſerendi facultatem facile quæcunque uelit impetrare poſſet.

Carneades Athenienſis

Carneades alter philoſophus Athenienſis Anaxagoræ diſcipulus à Suida ponitur: à Philoſtrato autem inter ſophiſtas, qui tantum de eo refert, quod & philoſophi ſententiam, & oratoris uehementiam in dicendo retinuit. Diogenes uerò alium tradit huius nominis elegiarum poëtam.

Carcinus

CARCINVS Agrigentinus Tragicus poëta docuit fabulas nonagintaocto, uicit una, Emicuit paulò antè Philippum Macedonem. Athenæus autor.

Charontes tres

CHARONTES tris legimus apud Suidam, unum Lampſacenum hiſtoricum, qui tempore primi Darei Olymp. LXXIX. floruit. ſcripſit Aethiopica libris II. Cretenſia, Græcanica & alia.

Charon Carthaginenſis

Charon Carthaginenſis hiſtoricus ſcripſit tyrãnos quotquot in Aſia atque Europa fuere, uitas clarorum uirorum libris IIII. mulierũ item totidem. Tertius fuit Naucratita item

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ta item hiſtoricus,ſcripſit ſacerdotes Aegypti & reges qui fuere ab initio in qualibet gente:& alia. Charontem quoq; porthmea fingunt poëtæ, triente animas tranſuehentem ad inferos,aliter inhumatos iacere.

Chariſius

CHARISIVS orator Athenis eodem tempore quo Demochares filius ſororis Demoſthenis,diſsimili tamen ſtylo.ſcripſit alijs multas orationes, Attico genere,cum imitari cuperet Lyſiam,autor Cice. in Bruto.

S P.Carbilius

SP.CARBILIVS primus Romanorũ uxorem repudiauit ob ſterilitatem.S P. Carbilius eius libertus primus Romæ ludum grãmaticæ aperuit,mercede docens. Plutarchus in problematis. Idem literam G. primus inuenit, cum pro ea C.prius uterentur: autor Velius Longus,

Charillus
Charondes
Tyrius

CHARILLVS dux Lacedæmoniorũ Tegeatas ſuperauit:ut autor Pauſanias. Charondes Tyrius legem tulit ne quis armatus in concionem ueniret.Cumq; poſtea ipſe è rure ueniens ex improuiſo ut erat gladio accinctus in concionem indictam ueniſſet, admonitus legis ab eo qui proxime ſedebat,eidem gladio incubuit,cum liceret culpam diſsimulare uel defendere:autor Valerius. Ariſtoteles autem libro ſecundo Politicorũ,hunc Charondem dicit patria Catinenſem qui ciuibus ſuis leges conſcripſit.

S P.Caſsius

SP. CASSIVS regni crimine damnatus,cui plus ſuſpicio occupatæ dominationis nocuit,quàm tres magni conſulatus uel duo triumphi profuerunt.Populus enim non contentus eum capitali adfeciſſe ſupplicio,ſed domo eius æquata,ædem telluris fecit.Valerius de Seue.L.Caſsius Cos.à Tigurinis Galliæ pago Eluetiorum qui à ciuitate ſeceſſerant,in finibus Allobrogũ cum exercitu cæſus eſt.Milites qui ex ea clade ſupererant, obſidibus datis & dimidia rerum omniũ parte,ut incolumes dimitterentur,cum hoſtibus pacti ſunt,tempore quo Iugurtha pulſus eſt à Mario,Liui. XXV.

L. Caſsius
L. Filius

L.Caſsius,L.Filius,Longinus Trib.pl.C.Mario,L.Flacco Coſs. plures leges ad diminuendam nobilitatis potentiam tulit : in quibus ut quem Pop.Rom.damnaſſet,cuí'ue imperium abrogaſſet,in ſenatu non eſſet. Fuit & inter competitores Ciceronis in conſulatu.Pedianus.

L.Caſſ. dux
C.Caſsius cum Bruto

L.Caſsius dux Pompeianus,cum decem nauibus uigente bello ciuili tranſit ad Cæſarem. C.Caſsius ſecundus poſt Brutum in coniuratione contra Cæſarem eodem die cædis apud M. Antonium cœnauit.Deinde metu & ipſe ceſsit ab urbe Syriamq; tenuit cum autoritate ſenatus, tribus exercitibus qui in eadem prouincia erant in poteſtatem ſuam redactis. Demum ab Antonio & Auguſto petitus coniunctis cum Bruto caſtris apud Philippos cum alteri cornui preæſſet,inclinata iam acie fuſum putans iam totum exercitum, ſibi manus attulit. Liuius CXXIIII.

L. Caſsius
Longinus

L. Caſsius Longinus iuriſconſultus,ut inquit Tranquillus, quod C. Caſsij percuſſoris Cæſaris nomen ac ſtemmata haberet, iuſſus eſt à Nerone mori. Pronepos fuit Ser. Sulpitij ac eques Roma. ut ſcribit Pomponius, poſtea ad præturam peruenit.

Caſsius Seue.

Caſsius Seuerus,ut ait Seneca in declamatio.eloquentiſsimus in agendo,in declamationibus parum ualebat : oratio erat ualde culta, ingentibus plena ſententijs : nemo minus paſſus eſt aliquid in oratione ſua otioſum eſſe : nulla pars erat quæ non ſua uirtute ſcateret, nihil in quo auditor ſine damno aliud ageret : melius de illo ſemper fortuna quàm cura merebatur. De eodem uerò Tacitus in libro de claris ora. Equidem non negauerim Caſsium Seuerum quem ſolum Aper noſter nominare auſus eſt, ſi cum ijs comparetur qui poſtea fuerint,poſſe oratorem uocari,quanquàm in magna parte librorum ſuorum plus uis quàm ſanguinis,& reliqua.Quintilianus uerò ſic. Caſsius Seuerus ſi cæteris uirtutibus colorem & grauitatem orationis adieciſſet, ponendus inter principes foret. Nam & ingenij plurimum in eo & acerbitas inerat, & urbanitas eius ſumma,ſed plus ſtomacho quàm conſilio dedit : hæc ille. Huius igitur ſcripta,uti latius in Labienò diximus ex S.C.abolita, ut autor Tranquil.

Auidius Caſ.

M. Auidius Caſsius præfectus exercitus M. Antonini principis in oriente, dum ipſe Imperator res in Germania gerit contra Marcomannos, rebellauit. Itaque relicto bello Imperator eum cum exercitu petit ac ſuperat. Caput ei ablatum uidere noluit,recordatus antiquæ amicitiæ,

Caſsius præſul
Caciani plures

CASSIVS præſul Narnienſis tempore Totilæ,cui occurrens animum placauit ne ciuitati noceret. Meminit huius Gregorius III. Dialogorum. Caſsianus martyr apud Forum Cornelij ubi & iacet, & quò uenerat peregrinationis gratia è Brixina urbe Germaniæ cuius erat ciuis & Præſul, quumq; Forocornelij præciperet,iuſſu Iuliani Imper. qui prohibuerat Chriſtianos docere,ſtylis diſcipulorum confoſſus eſt.Alius Alexandrinus ſub Iouiano in Italiam ueniens apud Ortanum templum conſtruxit,cuius & Præſul electus, inde peregrinando Auguſtodunum uenit, eiuſq; urbis Simplicio uiro ſancto in Præſulatu ſucceſsit. Alius monachus Honorij tempore à Hieroſolymitana eccleſia ab hæreticis eiectus Maſsiliam uenit,

Io. Caſsianus

ubi duo condidit cœnobia,Ioan.Eremita prius uocatus. Scripſit & de monachorum inſtitutis, ubi dicit abſtinentiam cibi omnium uirtutum eſſe fundamentum.

M. Caſtritius

M. CASTRITIVS cum tempore Sullanæ diſſenſionis Placentiæ gereret magiſtratum,& CN. Carbo Cos. Marianarum partium peteret obſides Placentinos,ne Placentia ad Sullam deficeret,neganti Caſtritio dixit ſe multos habere gladios. At ego annos,inquit Caſtritius Val.Libere dicta.

T.Caſtritius

T. Caſtritius Rhetoricæ artis doctor Romæ ſumma uir autoritate apud Hadrianum principem, quo ſe magiſtro uſum Gellius dicit.

Caſsiodorus

Caſsiodorus Rauennas præceptor Theodorici regis Gothorum, primum Senator, deinde monachus factus, nonnullos ſcripſit pſalmorum locos apertius: extant & eius ad Theodoricum epiſtolæ. CATONES, id eſt, Cati & ſapientes ex cognomento dicti. Hi ex oppido Tuſculo originem habuere, unde primum profectus.

M. Portius
Cato

M. Portius Cato ſenex, perſuaſione atque amicitia Valerij Flacci ſollicitatus. Hic Tribu.milit. in Sicilia fuit. Prætor Sardiniam ſubegit, ubi ab Ennio fuit Græcis literis eruditus ætate iam grandis. Conſul deinde cum eodem Flacco creatus citeriorem Hiſpaniam ſortitus eſt, ubi rebus feliciter geſtis omnium urbium muros quæ intra Betim ſunt,uno die ſolo æquari iuſsit, ut autor Polybius. Ti. Sempronium Cos.qui circa Iſtrum & Thraciam ductabat exercitum, legatus iuuit. Deinde ſub M. Attilio Tribuno militum, Antiochum è Græcia occupatis Termopylarum anguſtijs depulit. Cenſuram deinde cum eodem Flacco geſsit, in qua L. Quin.Flamininum ſenatu amouit. Liuium Valerium Flaccum collegam ſuum principem Senatus dixit. Eam Senatus adeo gratam habuit, ut ſtatuam ei conſularem in templo collocauerit, cum inſcriptione reſtitutos ab eo mores teſtante, ac Cenſorini ſit cognomen adeptus. Simultates cum Africano geſsit. Conſul de non abroganda Oppia lege Valerio Flacco collegæ ne quicquam reſtitit, quorum orationes apud Liuium in quarto de bello Ma. uidere licet. Accuſator frequens malorum, Galbam octogenarius ad iudicium traxit. Ipſe uerò accuſatus quadragies quater, toties abſolutus fuit, ut Plinius refert. Vir alioquin parciſsimus atque abſtinentiſsimus, ut qui cibario pane uili'que menſa uteretur, ac cum operarijs ſæpe ueſceretur, & in exercitu aquam potare ſit ſolitus, & per ardores æſtiuos aliquantulo permixtam aceto:paucis comitibus & toga uili ambulare. Equum quo conſul in rem militarem uſus eſt in Hiſpania reliquit, ne uecture illius rationem Reipubl.

redder

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

redderet. Seruos ſenio debilitatos tanquam animalia bruta eijcere:ac uendere conſueuit,quod ei uitio datur,quaſi commoditate ex eis ſublata, nihil ipſis hominib. humanitatis debeamus. Sed & uiduarum,non hominis eſſe, dictitabat, facultates extenuatas relinquere,illum magnopere collaudans qui eas auctas dimiſiſſet.Duobus ipſe utebatur prouentibus, parſimonia & agricultura, cuius ſtudioſiſsimus fuit. In agroq; ſolitus ad cœnas paratiſsimas uicanos, accolasq; æquales familiaresq; ſuos paſsim uocare, Dictitans menſam eſſe amicorum parentem. Carthaginem funditus delendam cenſuit, quando ficum ex ea regione recentem proferens: tam prope,inquit,P.C.habemus hoſtem. Tria deteſtari ſolebat, arcanum aliquod fœminæ credere.Secundũ,ſi tranſiuiſſet naui quò pedibus accedere licuiſſet.Tertium,ſi qua dies ei per incuriam inanis effluxiſſet. Viribus integer uſq; ad extremum fuit:ſi quidem poſt annos octoginta filium genuit.Primus in ſenatum ueniebat, ultimus diſcedebat. Nunquam ob dolorem domeſticũ aut priuatam ſimultatem Reipub.defuit.Plin.tribus eum laudibus cumulat,perfectum & Imperatorem,& Senatorẽ,& oratorem nominando. Ipſius ingenij meminit Cicero in Oratore his uerbis, Orationes eius, ut illis temporibus ualde laudo: ſignificant enim formam quandam ingenij,ſed admodum impolitam,& planè rudem. Origines eius cum omnibus oratoris laudibus refertas diceres,& Catonem cum Philiſto & Thucydide comparares,non adſentior hominem Tuſculanũ cum totius Græciæ principe conferri.Scripſit & paruum de agricultura librum:hæc ex Cicerone,Gellio, Cæcilio, Plutarcho, Plinio.

Catonis ſenis duo filij

Huius filij duo Catones fuere.Quorum alter in bello cõtra Perſeũ ſub Aemylio Paulo magna cum laude militauit. Alter Saloninus ex matre cognominatus patre ſuperſtite ac prætore deſignato extinctus eſt,& egregios in iuris diſciplina libros reliquit. Conſul item cum Q. Martio Rege creatus fuit,ac in Africam profectus, in ea prouincia diem obijt:hæc Gellius.

Cato minor

M.Cato minor,ſenioris etiã nepos,cognomine Vticenſis,ſeueritate ac diſciplina Stoica auum referebat: nudis pedibus interdum breuiq; toga in publicum prodibat,ſeſe adſuefaciens,nihilo niſi obſcœnis rebus ac deteſtabilibus erubeſcere:cætera uerò ignobilia ab alijs exiſtimata aſpernari,tolerare labores,pedibus iter facere, ac detecto capite ſæpius uiſus.Totum diem indefeſſus loquebatur. Noctes quoq; longas,cum amicis potando ſæpe ac de republica diſſerendo conſumere ſolebat,quod uitium in eo fuerat.Murenam accuſauit à Cicerone Cos.poſtea defenſum. Contradicentem eum in quadam ſua cauſa:olim Cæſar Cos. in carcerẽ trahi iubebat,quem per uiam ſenatus omnis ſumma mœſtitia ſequebatur. Cæſar autem uerecundia motus, cuidã ex Trib.pleb.ſuaſit,ut non pateretur Catonem in carcerem trudi.Quæſtor è Cypro VII. milia talenta aſportauit.Conſulatum fruſtra petijt, Marciam coniugem roganti Hortenſio amico conceſsit,eandemq; poſtea Hortenſij hæredem recepit.In qua re Cæſar ei criminis auaritiæ cauſa factum obijcit.Dimiſit,inquit,ut locupletem reciperet, Toto ciuilis belli tempore intonſus fuit.Poſt pugnam Pharſalicam Vticam cum Scipione ſe recepit,quo tandem ſuperato cum mori ſtatuiſſet,nocte de philoſophia Stoica diſſeruit,ac Phædone Platonis de animi immortalitate perlecto gladio incubuit.Cæſar eius morte audita:& illũ eius gloriæ,& ſe illius inuidere dixit, patrimoniumq; liberis incolume permiſit. Scripſit etiam in eum librum quem Anticatonem inſcripſit. ubi Catonis uitia commemorat, Cuius apologiam Cicero poſtea de laudibus eius librum edidit:ex Plutarcho. Idem Cicero in libro de Finibus,heluonem eum librorum appellat, quòd in eo magna ac inexhauſta legendi cupiditas eſſet,adeo ut dum ſenatus cogeretur,ne ipſe uacaret in ſenatu,interim libellos aliquos quos ſecũ adferebat lectitare ſit ſolitus.

Valer.Cato grammat.

Valerius Cato, quanquã extra familiam,cum his ob nomen inſerendus.Hic libertus cuiuſdam ex Gallia grammaticus Romæ docuit multos & nobiles tempore Sullæ,cuius famã hi uerſus monſtrãt.Cato grammaticus Latina Siren.Qui ſolus legit & facit poëtas:uixit uſq; ad extremam ſenectutem in ſumma pauperie, abditus modico gurguſtio poſtquàm Tuſculana uilla creditoribus ceſſerat, ut autor Bibaculus his carminibus,Si quis fortè mei domũ Catonis,Depictas minio aſſulas & illos Cuſtodes uidet hortulos priapi:Miratur quibus ille diſciplinis Tantam ſit ſapientiam adſecutus. Quam tres calculi ac ſelibra farris Racemi duo tegula ſub una, Ad ſummam prope nutriant ſenectam.Et idem: Catonis modo Galle Tuſculanum Tota creditor urbe uenditabat, Mirati ſumus unicum magiſtrum,Summum grammaticum,optimũ poëtam,Omnes ſoluere poſſe quæſtiones: Vnũ difficile expedire nomen.En cor Zenedoti,en iecur Cratetis.ex Tranquillo. CATVLORVM honeſtiſsima gens Luctatiorum appellata nominibus.

Q.Luctatius Catulus

Q. Luctatius Catulus primo bello Punico CCC. nauibus aduerſus Pœnos profectus,ſexcentas eorum naues commeatibus impeditas duce Amilcare apud Aegades inſulas inter Siciliã & Africam depreſsit, finemq; bello impoſuit:pacem petentibus hac conditione conceſsit:ut Sicilia, Sardinia, cæteriſq; inſulis inter Italiam Africamq; decederent:Hiſpania citra Iberum abſtinerent.

Q. Luctatius Catul. orator

Q.Luctatius Catulus Orator Cos.cum C. Mario quarto eius conſulatu Cimbros fudit:ab eodem poſtea urbe occupata per diſſenſionem mori iuſſus eſt fruſtra precãtibus pro eo ciuibus. Itaq; in cubiculo incluſus,candentium carbonũ uapore ſuffocatus eſt, teſte Valerio. Cuius manes ultus eſt poſtea Sulla interfecto Mario iuniore. Lucanus: Quid ſanguine manes placatos referam Catuli.De hoc Catulo, Cicero in oratore ſic ſcribit:Fuit in Q.Catulo ſermo Latinus,ut ex libro quẽ de conſulatu & rebus geſtis ſuis ſcripſit apparet.Quæ laus dicendi non mediocris ab oratoribus pleriſq; neglecta eſt, nec tamen habitus princeps in numero patronorum. Extat & eius laſciuum epigramma in libro de Diuinatione ab eodem autore poſitum in Roſcium Gallum Comœdũ. Quod ſtyli eius dignoſcendi cauſa tantũ adducam.Conſtiteram exorientem ſolem forte ſalutans: Cum forte ab læua Roſcius exoritur.Pace licet tantum cœleſtes dicere ueſtra:Mortalis uiſus pulchrior eſſe Deo.

Catulus ſororius Catilinæ

Catulus alius ſororius Catilinæ, uir eques Ro.partium nullarũ tantumq; quieti ſtudens à Catilina iuſſu Sullæ interfectus eſt, autor Pedianus.

Luctatius Daphnis

Luctatius Daphnis Q.Catuli libertus inter grammaticos Romæ profitentes à Trãquillo redigitur.

Val. Catullus

Valerius Catullus poëta Veronenſis. Natus anno ante Saluſtium, Sullæ Marijq; temporibus, in pœmatis cum laſciuus,tum mordax, quippe qui Cæſari maximo tunc uiro minime pepercit,Iambis eum criminatus:reconciliatus nihilominus, ac eodem die ab eo cœnæ adhibitus eſt, teſte Tranquillo. Moritur anno ætatis XXX. Hic liber una cum Quintiliano repertus fuit ætate noſtra laciuioſus mendoſuſq;.

Catilina

L.Sergius Catilina ſatis eloquentiæ,ſapientiæ parum,ingenio malo paruoq; ac ex reliquis de eo à Saluſtio narratis longe manifeſtatur.Is cum prætor Africam obtinuiſſet, adeo prouinciam expilauit,ut reuertens Torquato & Cotta Cos.ſit ab Afris repetundarum accuſatus,agente cauſam P. Clodio adoleſcente,qui poſtea inimicus Ciceroni fuit. Defenſus autem à Cicerone fuit, ut ipſe in quadam ad Atticum epiſtola teſtatur.Cumq; peteret Conſulatum uiolentius,tunc conſul conſilium ſuper hoc habuit.Quamobrem conſulatũ ut minime peteret egerunt:autor Pedianus.Ille demũ ob dolorem in patriam coniurauit.

Cantarus poëta

CANTARVS poëta Comicus Athenienſis. Huius feruntur fabulæ nõnullæ poſitæ à Suida.

Capito

Capito Lycius cõ-

poſuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

poſuit hiſtoriam Iſauricam libris V I I I. Epitomas Liuij & Eutropij in Græcum uertit ſermonem. Scripſit & res Lyciæ ac Pamphyliæ.

Carpocrates

Carpocrates hæreticus de quo Irenæus ſcribit. Quidã Carpocrates tempore Simonis Magi ſuperſtitionis alterius, autor eorum qui Gnoſtici appellantur uocabulo à ſcientia confiſcto. Qui ſanè præſtigia ipſius Simonis, non ut ille clàm ſed palàm tradebat, deq; his doceri omnem hominem oportere dictitabat. Ex Euſebij hiſtoria.

Calanus Indus

Calanus Indus unus è Bragmanibus ex India uſq; ad Perſas Alexandrum ſecutus, indoctus, barbarus, in radicibus Caucaſi natus, ex animi ſententia nullo cogente ſecundum ritum ſuæ gentis Bragmanum, ardentem conſcendit rogum: ſpectante Alexandro ac rogante ſi quid mandaret moriens: Nihil, inquit: Celeriter te uidebo. Nec multis poſt diebus Alexã. Babylone ueneno interijt: autores, Cicero in Tuſcul. I I. De di. libro primo: Plutarchus in Alexandro, Valerius de Miraculis: Strabo in X V.

Cebes

Cebes Philoſophus Thebanus, Socratis auditor. ſcripſit dialogos tris, qui inſcribũtur, Pinax, Septima, Phrynicus. Diogenes.

Cebriones

Cebriones Troianus inter ſocios Hectoris: Iliados X I. ϰὴ σφὶμ κεβριόνης ξίτ⊛ ἕπεϛο. quod nomen poſteris corruptum Cerbones uocatur.

Cerbones

Is enim præſul Populoniẽſis fuit, multa ſub Gothis, deinde Longobardis paſſus: quamobrem in Iluam inſulam confugit, ubi & extinctus, ac Populoniam eius iuſſu, ubi uiuens ſepulcrum ſibi conſtituerat, relatus eſt Grego. tertio dial. hæc, aliaq; de eo prodigia cõnumerat, cuius ipſe tempore fuit.

L. Cæcilius poeta

L. CAECILIVS Epirota Tuſculi natus, libertus Attici equitis Rom. ludum grammaticæ Romæ aperuit. Primus dicitur Virgilium & alios poëtas nouos perlegere cœpiſſe: quod etiam Domitij Marſi uerſiculus indicat: Epirota tenellorum nutricula uatum. ex Tranquillo. De hoc autem pulcherrimum adfertur ſcomma. cum enim familiaris eſſet Cæſari, ac ille alijs qui cum eo pila luſitabant Centena L L S. ſibi autem quinquaginta traderet: Quid ego, inquit, una manu ludo & non duabus, ut plus habere poßim? autor Macrobius.

Sex. Cecilius Gallus

Sex. Cæcilius Gallus in diſciplina Iuris atq; legibus populi Roma. noſcendis interpretandisq; ſcientia, uſu autoritateq; illuſtris, fuit tempore Gellij cuius ipſe meminit, dicitq; librum ſcripſiſſe de uerborum ſignificatione, quæ ad ius ciuile pertinerent.

C. Cecilius Claudius

C. Cæcilius Claudius, Iſidorus, C. Aſinio Gallo & Martio Cyrino Coſ. ad V I. calend. Februa. teſtamento ſuo edixit. Quamuis multa ciuili bello perdidiſſet, tamen relinquere ſeruorum quatuor milia C X V I. Iuga boum tria milia D C. reliqui pecoris C C L V I I. milia: in numerato pondo D C. milia. Qui funerari ſe iußit L L S. X I. milibus. Plinius libro X X I I I I. cap. X.

Cæcilius Callantianus

Cæcilius Callantianus (Callantis enim ciuitas Siciliæ eſt) Iudæus ſecta, Romæ docuit ſub Auguſto uſque ad Hadrianum, uocabatur prius Arcagathus. Scripſit librum contra Phrygas. Dictionarium ex ordine literarum: Comparationem Demoſthenis & Ciceronis, ac alia: autor Suidas, qui miratur hunc Iudæum fuiſſe, qui tam probe diſciplinas linguamq; Græcam tenuerit.

Cæcilius uerſificator.

Cæcilius Argiuus uerſificator ſcripſit de piſcibus. autor idem.

Cæcilius comicus

Cycilius Statius poëta Comicus, quem Cicero ad Atticum malum latinitatis autorem uocat. At Volcatius contra ei palmam ſtatuit de Comico: fuit natione Gallus, & Ennij contubernalis, quidam Mediolanenſem faciunt: deceßit anno poſt Ennium. Sepultus in Ianiculo: autor Euſebius.

Cecinarum familia

CECINARVM familia è Volaterris proceßit, ac per ſimplex N. ſcribendum, quod à Cecina flumine Volaterrano nomen ueriſimile habeat: ſicuti & Cyro & Cambiſi contigit: præterea Porcinam dicimus & Aruinam Romana cognomenta.

A. Cecina Volaterranus

A. Cecina Volaterranus equeſtris ordinis, Quadrigariorum magiſter, Pompeianarum partium tempore belli ciuilis. Hirundines paruas è nidis Romæ comprehenſas nutriebat, quas poſtea nuncias belli mittebat amicis uti Plinius refert. Scripſit librum criminoſißimum contra Cæſarem, fuit & Ciceroni familiaris & pariter cliens, defenſus ab eo in quadam hæreditatis cauſa. Extant & inter eos epiſtolæ conſcriptæ. Scripſit & librum de procurandis fulguribus, quem Seneca ſe fatetur imitari, dicitq; eum uirum facundum, niſi à Ciceronis rebus primo receßiſſet.

Cecina ſcriba

Cecinam alium Octauiani Cæſaris ſcribam legimus in epiſtolis ad Amicum.

Cecina conſularis

Alium item apud Tranquillum in Tito conſularem, ob coniurationis ſuſpicionem à Tito ad cœnam uocatum, ac per proditionem interfectum.

Cecina Dux

A. Cecina dux Vitellianus cum exercitu è Gallia profectus, ad Bebriacum cum Othonianis congreſſus, feliciter dimicauit. Tacitus lib. V I I I.

Licinius Cecina prætorius

Licinius Cecina Prætorium uirum patrem habuit, qui ob tædium longæ ualetudinis ſeſe opio necauit. Plinius X X. cap. X V I I I.

M. Celius orator

M. Celius orator, acri turbulentoq; ingenio, diſcipulus Ciceronis, deceßit admodum iuuenis. Ex quo Quintilianus eum dignum longiore uita & meliore mente dicit. Cicero in oratore, Celius quamdiu autoritati meæ paruit talis Trib. plebis fuit, ut nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentamq; dementiam à ſenatu & bonorum cauſa ſteterit conſtantius. Eius actionem ſplendida & grandis, & eadem in primis faceta & perurbana commendabat oratio: graues eius orationes aliquot fuere, acres accuſationes tres, eæq; omnes è reipublicæ contentione ſuſceptæ defenſiones. Hic cum ſumma uoluntate bonorum Aedilis curulis factus eſſet, neſcio quomodo diſceſſu meo diſceßit à ſeſe. Olim ab Atratino quodam ad iudicium capitis adcerſitus, quòd in coniuratione Catilinæ male de repub. cogitaſſet, quodq; aurum à Clodia Clodij ſorore infame extorſiſſet, eiq; demum uenenum propinaſſet, defenſus à Cicerone eſt.

Celius Pontius prætor

Celius Pontius prætor urbanus: cum ei ius dicenti picus ſupra caput inſedißet, & aruſpices reſpondiſſent dimiſſa aue hoſtium uictoriam fore, ſed necata Reipub. moriturum tamen qui oppreſſerit, ipſam ſtatim auem exanimauit, ex quo accidit, ut ipſe cum X L. alijs Celijs interficeretur. Valerius de Conſtit.

T. Celius

T. Celius Terracinæ ſplendido loco natus, cum in cubiculo quieſcens in lectulo peremptus eſſet, quum nulli eſſent alij ad quos ſuſpicio eius peruenire poſſet. fratres cauſam dixere: poſtquam uerò conſtitit eos dormiuiſſe aperto oſtio, abſoluti ſunt, quoniam in tanto facinore ueriſimile non fuiſſet, eos quietẽ capere potuiſſe. Valerius in V I I I.

Cor. Celſus

Cornelius Celſus mediocri uir ingenio, non ſolum artem Rhetoricam, ſed de re militari, & de ruſticana, deq; medicina libros compoſuit. hæc Quintilianus. Ad nos tantum eius medicina peruenit oratorio more conſcripta: fuit paulò antè Quintilianum.

Celſus philo.

Celſus philoſophus Epicureus cõtra nos libros edidit, quibus Origenes V I I I. uoluminibus reſpondit: quod opus noſtra ætate conuertit in Latinũ ſermonem prior S. Balbinæ.

Celſus mar.

Celſus puer Gallicus I X. annorum, una cum Nazario apud Mediolanum martyr ſub Nerone.

Cephalus orator

Cephalus Atheniẽſis orator primus procemia & epilogos induxit. Suidas.

Cephiſiodorus

Cephiſiodorus Praxitelis filius: cuius & Pergami & Romæ plura Plinius commemorat opera.

Cerinthus

Cerinthus hæreſiarcha. De quo Caius in diſputationum dialogo, ſic ſcribit: Sed & Cerinthus portẽta nobis introducit: Dicit enim poſt reſurrectionem regnum Chriſti Hieroſolymis futurum eſſe, ubi mille annis homines ſeſe libidinibus ac uoluptatibus omnibus explebunt. Dionyſius quoq; cum de Ioannis reuelatione diſſereret, ipſius meminit: Cerinthus, inquit, adfirmabat futurum Chriſti regnum uoluptariũ, mores ſuos faſſus, quòd gulæ luxuriæq; deditus eſſet. Irenæus etiã ſecretiora ipſius in primo ſui operis manifeſtat. Ex Euſeb. lib. I I I.

Chær

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Chærephon

Chærephon Athenienſis philoſophus Socratis auditor: huius nihil traditur ſcriptum: dicitur & magnopere iracundus fuiſſe, unde prouerbium Græcum emanauit: ἐν Παλλάδος ἴχνοις οὐδὲν διοίσεις Χαιρεφῶντος. In Palladis ueſtigijs nihil à Chærephonte differs.

Q. A. Cereta-nus.

Q. A. Ceretanus magiſter eq. ſub Q. Fabio dictatore in bello Samnitum.

Chæremon

Chæremon comicus poëta, item alter qui ſcripſit ἱερογλυφικά. Suidas.

Cheris

Cheris Citharœdus, cuius meminit Pherecrates in agris. Alterius meminit Cratinus in Nemeſi.

Chœrilus

Chœrilus Samius poëta Olimp. LXXV. Seruus fuit Samij cuiuſdam, fugiens puer è Samo receptus ab Herodoto hiſtorico, & eruditus eſt ac in delicijs habitus, ex quo poëta euaſit. Scripſit Athenienſium uictoriã contra Xerxem, ſingulorumq; uerſuum ſingulos ſtateres aureos accepit, autor Suidas. Scripſit & res Lyſandri Lacedæmonij cuius in expeditione comes erat, ut refert Plutar. Horatius uerò eum res Alexandri Magni ſcripſiſſe, & ut malum poëtam taxat. Gratus Alexandro Magno quondam fuit ille Chœrilus, incultis qui uerſibus & male tortis Rettulit acceptos regale numiſma Philippos. Fuit alter Tragicus: item poëta Athenienſis Olymp. LXIIII. docuit Tragœdias CLX. uicit XIII. Suidas.

Cæſar unde Iulius

Cæſarum familia Iulijs adſcita eſt, qui ex Iulo Aſcanio deſcenderunt, teſte Virgilio, Cæſar autem à cæſo matris utero, quos auſpicatius dicit Plinius naſci, eaq; de cauſa Africanum maiorem Cæſarem cognominatum eſſe comperimus. Spartianus uerò & item Seruius grammaticus dicunt uocatum primum hoc nomine Cæſaris auum, qui in Aphrica elephantum interfecit Cæſarem appellatum lingua Punica. Cæſares duo fratres: Dictatoris pater & patruus, eodem ferè tempore extincti, alter pater Piſis dum calciaretur repentino moritur, alter Romæ. Plin.

Duo Cæſares C. & L. Cæ-ſares.

Cæſares alij duo C. & L. ex ijs Lucius poëta tragicus fuit & orator, ut teſtatur Pedianus, frater uterinus Q. Catuli oratoris: uterq; in libro ſecundo de oratore in dialogo introducitur. Cicero etiam in oratore meminit his uerbis: C. Cæſar & ſuperioribus & æqualibus ſuis omnibus præſtitit, oratorq; fuit minime ille quidem uehemens, ſed nemo unquam urbanitate, nemo lepore profecto conditior. Sunt eius aliquot orationes, ex quibus ſicut eiuſdem tragœdijs lenitas eius ſine neruis perſpici poteſt. hæc ille. Fuit quoq; in repub. ſumma autoritate ac Sulpitio Trib. pleb. Martianarum partium quamdiu potuit reſtitit, donec ad arma uentum eſt. L uerò & conſul, & prætor fuit. Ambo Sullam ſecuti, iuſſu Marij interfecti ſunt: C. hoſpitis eius Quintilij Tarquinenſis ad cuius tectum confugerat, proditus inſidijs, ueſtalesq; aras complectens necatus eſt. Quo tempore Marcus item Antonius orator, Pedianus.

L. Cæſ. alter

Lucius Cæſar alter Marci Antonij triumuiri auunculus Pompeianarum partium, miſſusq; ab utraq; parte quandoq; orator de pace. Poſtremò inter proſcriptos ab Octauio interfectus fuit. In cuius locũ obtinuit Marcus Antonius, ut Cicero Octauij amicus proſcriberetur. Liuius cẽteſimouigeſimo.

Cæſar Vopi-ſcus.

Cæſar Vopiſcus (ut ait Varro) cum cauſam ageret apud Cenſores, dixit Campos Roſeæ in Reatino ſumen eſſe Italiæ.

Cæſarij tres Iulianus

Cæſarius Afer genere diaconus, & Iulianus presbyter apud Terracinam ſub Claudio in mare præcipitati calendis Nouemb. Cæſarius alter cum Germano & Theophilo paſſus apud Cæſaream Cappadociæ ſub Maximiano, ut teſtatur Hieronymus tertio No. Nouemb. Tertius præſul fuit Arelatenſis ac confeſſor Anaſtaſio ſecundo Imperatore: deceßit in eadem urbe VI. calend. Nouemb.

Cethegi

CETHEGOS amictus diuerſus à cæteris diſtinguebat, quos cincturos Horatius uocat, ſiue habitus ſiue pallium ad cinctum reductum fuerit. conſtat eos exerto brachio procedere ſolitos. Lucanus. Exertiq; manus ueſana Cethegi. & idem alibi: Nudiq; Cethegi. Silius. Ipſe humero exertus gentili more parentum, Difficili gaudebat equo. Ouidius cinctutos uocat lupercos.

M. Cor. Cethegus

M. COR. Cethegus primus eloquens inter Romanos Ennio teſte, qui eũ audiuit, & ſcribit de mortuo in IX. Annali. Additur orator, Cornelius ſuauiloquente ore Cethegus. eum igitur Suadam medullam appellat, quam Græci πειθώ uocant, ut eſt autor Cicero. Quod uerbum ætate noſtra Theodorus Gaza uertit in Græcum ſermonem γλυκύγηρυν. Mon ut ait Politanus quod ignoraſſet uerbũ Ciceronis uir doctißimus, ſed ut nouum ipſe cõderet, quod magis uocabulum illud exprimeret. Nam Pitho, nihil ad ſuadam medullam, niſi quo ad effectum perſuaſionis & dulcis elocutionis. Hic Cethegus Cos. cum P. Tuditano fuit bello Punico ſecundo, ut Cicero in Oratore teſtatur.

P. Cornel. Cethegus

P. Cethegum etiam inter oratores idem Cicero connumerat his uerbis: P. Cethegus rem tenebat, eamq; penitus cognouerat. Itaq; in ſenatu conſulariũ autoritatem adſequebatur, ſed in cauſis publicis nihil, in priuatis ſatis ueterator. Cornelius Cethegus & Quintus Sulpitius Flamines ſacerdotium eiſdem ferè temporibus amiſerunt. Cethegus quod exta uictimæ non ritè admouiſſet: & Q. Sulpitius quod ei inter ſacrificandum apex quem flamines ferunt, de capite prolapſus eſſet. Valerius P. Cornelius Cethegus alius in coniuratione Catilinæ Salluſtio commemoratur.

Cor. Cinna

C. COR. CINNA Trib. pleb. cum perniciosas leges de reuocandis exulibus ferret, pulſus à GN. Octauio collega cum Sextio Trib. pleb. Imperioq; abrogatus, ex urbe profugit, & bellum urbi intulit adcerſito C. Mario cum alijs exulibus ex Africa: in quo bello duo fratres, alter ex Pompei, alter ex Cinnæ exercitu ignorantes concurrerunt: & cum uictor mortuum ſpoliaret, cognito fratre, ingenti edita lamentatione, ac rogo extructo ſe inſuper cremauit. Conſulis igitur ſegnitie cõfirmati, qui bellum ducendo & utranq; partem fouẽdo uires Cinnæ dedit. Cinna igitur & Marius addito Quinto Sertorio GN. Carbone cum quatuor ſummis exercitibus urbem circunſedere, Ianiculumq; occupauere, unde fugati ab Octauio Cos. receſſerunt. Tandem ſegnitie militum & ducum qui partes tuebantur Sullanas & nobilitatis, Cinna & Marius in urbem recepti, cædibus omnia compleuere.

GN. Octauius

Inter quos GN. Octauium Cos. M. Antonium oratorem, L. Cæſarem iugularũt, eorumq; capita in roſtris poſuerunt. Craſſus etiam Craßi Iuriſconſulti filius interfectus: pater uerò ne quid indignum pateretur, gladio ſeſe trãſfixit. Cinna tandem editis multis ſceleribus, Eidibus Ianuarij deceßit, uir difficile dictu, utrũ bello melior, an pace pernicioſior, adeo quam Remp. armatus ſeruauit, eam primo togatus euertit. Ex Liuio ſertuageſimonono & octogeſimo. Cinna item alius qui per errorem necatus à populo Romano fuit, foro medio, in funere C. Cæſaris, dum unum ex interfectoribus eius nominis putant.

L. Cinna in Augustum

L. Cinnam res nouas adfectantem, quem ex hoſte Octauius amicum fecerat, & uſq; ad iudicum dignitatem euexerat, aduerſus ſe inſidias moliri cognouit, & iratus noua in eum exempla cogitabat: Liuiæ tandem conſilio uſus mitior eſt factus. eum ſeparatim in cubiculum uocauit, ubi ingratitudinem eius exprobrando: uitam inquit, Cinna tibi iterum do, prius hoſti, nunc inſidiatori, & pariter contendamus utrum ego melius iterum tibi uitam dederim, an tu debeas. Seneca de Clementia.

Cinna poëta

Cinna poëta edidit pœma de Smyrna, quod x. annos elimauit: Seruius in Bucolicis.

Cincij

L. CINCIVS prætor Siciliam per bellum II. Punicum adminiſtrauit. Liuius. Alius Senator Roma. ſcripſit de re militari. Idem in ſuaſione legis Fanniæ obiecit ſeculo ſuo quod porcum Troianum menſis inferrent, quem illi ſic uocabant, quaſi alijs incluſis animalibus grauidum, ut ille Troianus equus grauidus armatus fuit. Macrobius. Cincius alter conſul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſul Romanus qui urbanum cepit. uide inter Pontifices.

Cineſias

CINESIAS Thebanus Dithyramborum ſcriptor, compoſuit Pyrrhichiam, ſecundum prouerbium illud: πυῤ ῥιχίω ἔμαθε κινησίς. id eſt, Pyrrhichiam didicit Cineſiæ, uel quod in choris multo motu uteretur contra comicos agens, qui in hac parte deficiunt. erat autem corpore pigro & fracto crure. Suidas.

Cyprianus

CYPRIANVS Afer teſte Hieronymo primum Rhetoricam docuit: deinde ſuadente preſbytero Cæcilio, à quo & cognomentum ſortitus eſt, Chriſtianus factus omnem ſubſtantiam pauperibus erogauit. Paruo poſt tempore preſbyter, mox præſul Carthaginienſis factus eſt. Huius ingenij ſuperuacaneum eſt indicem texere, cum longe ſint notiſsima eius opera: paſſus eſt ſub Valeriano, eodem die, ſed non anno quo Cornelius Pontifex, cum quo quandoque uenit in contentionem, ut ſcribit Euſebius, non iterandum dicens eſſe baptiſmum hæreticis, & his qui fidem deſeruiſſent: cui tandem Cornelius ceſsit. Alter Antiochenus ciuis & præſul, ab initio magus, poſtea martyr una cum Iuſtina. Vide in Iuſtina.

Cimon dux

CIMON Athenienſis patre Milciade, matre Egeſiphile, liberalitate magnificentiaq́; domi magis quàm militiæ clarus quapropter Lucullo ex noſtris comparatur. Nam cum hoſtiũ ſpolijs militia partis locuples eſſet, ea ciuibus ſuis diſtribuit. Primum amotis undique agrorum ſuorum ſeptis, egenis peregrinisq́; poma, frugesq́; ſumendas impune dabat. Parabatur quotidie ingens domi conuiuium, quo paſsim confluentes pauperes ueſcebantur. Comitibus eius præcepit, ut ſi quis grandior natu, ſordidus amictu congrederetur, una ueſtem cum eo mutarent: & ſi quem in foro indigna oppreſſum egeſtate adipiſcerent, clam pecuniam ei in manibus ponerent. Cuius ſanè munificentiæ meminere, & Cratinus Comicus, & Gorgias Leontinus in ſuis ſcriptis: præterea

Critias

CRITIAS unus ex XXX. tyrannis, Scopadum diuitias, liberalitatem Cimonis, & Ageſilai Lacedæmonij uictorias, ſibi in elegijs precatur. Ferunt præterea Rheſacem quendam barbarum, qui à rege Perſarum deficiens, magnam auri uim Athenas adtulit, Cimoni, ut eius tutela uteretur, multa ex his adtuliſſe: quæ ille aſpernatus eſt, amicum ſe, non mercenarium profeſſus, eius uerò rebus uſurum, ſi quando opus eſſet. Obijt diem dum Citium obſideret ex uulnere, quod aduerſus barbaros pugnans acceperat. Reliquiæ eius in Atticam traductæ fuerunt, quod monumenta teſtantur, quæ Cimonia appellata ſunt. Colunt uerò & Citienſes quoddam Cimonis ſepulcrum ut Nauſicrates rhetor tradit, quod in terræ ſterilitate ac fame iubentur ex religione uenerari. Ex Plutarcho.

Cimon pictor

Cimon Cleoneus pictor Cataglypha inuenit, id eſt, obliquas imagines, & uario uultu reſpicientes, ſuſpicientes'ue ac deſpicientes. Articulis etiam membra diſtinxit, uenas protulit, præter quæ in ueſte rugas & ſinus inuenit. Plinius.

Cyneas

Cyneas Theſſalus, Pyrrhi regis legatus, longe diſertus eſt habitus, ut qui Demoſthenis auditor fuerit, adeo ut plures Pyrrho ciuitates facunda oratione ſubegerit, quàm ille armis expugnauerit. Eidem magnopere expeditionem in Italiam diſſuaſit. Præterea miſſus ad Romanos legatus de pace, uno die nomina omnium Senatorum edidicit. Quorum conſeſſum totidem regum ſibi uideri Pyrrho retulit. Plutarch. in Pyrrho.

Cyrus poeta

Cyrus Panopolita poëta, ac præfectus prætorij Theodoſij iunioris, deinde Patricius ob ingenium factus, fauente magnopere Eudoxia Imperatoris uxore, quæ poëtas & carmina ualde diligebat, eius etiam opera cum ageret Hieroſolymis, præſul ad extremum factus in Cotyleo Phrygiæ: peruenit uſque ad Leonem Imperatorem. Suidas.

Cyrillus Alexandrinus

Cyrillus Alexandrinus præſul edidit uariarum hypotheſeon tractatus, Homilias plurimas quibus utuntur Græci. Præterea aduerſus Neſtorium epiſtolas, quibus omnia occulta eius uenena refellit: contra Iulianum principem noſtra impugnantem, multaq́; alia.

Cyril'us Hieroſolymitanus

Cyrilus alter Hieroſolymitanus præſul ſæpe pulſus ab eccleſia & receptus, ad extremum ſub Theodoſio principe VIII. annos in ſua ſede perſeuerauit. Extant eius Catecheſes, id eſt, doctrinæ quas adoleſcens compoſuit. hæc Hieronymus. Scripſit & ipſius Hieronymi ex hac uita migrationem, longa oratione quæ in epiſtolis eius ponitur.

Cyrillus Delmaticus

Cyrillus præſul Delmatiæ ſanctiſsimus in Delmatiæ regione narratur.

Cyriaci mar.
Smaragdus
Siſinius

Cyriacus diaconus cum Smaragdo Largo & Siſinio, Marcello ſedente ſub Diocletiano paſsi, quod Saturninum iam ſenem ad fodiendam arenam pro thermis damnatum opera iuuarent. Sepulti in uia Salaria, translati in Oſtienſem VIII. ab urbe miliario VI. Eid. Auguſti. Cyriacus alter ſiue Quiriacus præſul Hieroſolymitanus ſub Iuliano paſſus, deinde translatus Anconam. Is enim Iudas fuit qui cum Helena Chriſti crucem repperit.

Cyrinus Baſilides

Cyrinus Romanus cum Baſilide & Nabore ſub Diocletiano paſſus ac ſepultus tertio ab urbe lapide.

Cydias

Cydias pictor Argonautas pinxit, quam tabulam CXLIIII. talentis Hortenſius orator mercatus eſt, eiq́; ædem fecit in Tuſculano ſuo. emicuit Olympiade CXIIII.

Claudianus

CLAVDIANVM poëtam Petrarcha dicit fuiſſe Florentinum. Sed Poſidonius qui fuit Claudiani familiaris, dicit Peleuſiacum genitum Canopi. Habeo tamen autores qui originem dicant è Florentia traduxiſſe. Nam & pater eius mercaturæ gratia Canopum profectus uxorem ibi duxit, ex qua genuit Claudianum, quod Colutius Pierius memoria patrum noſtrorum ſcriba Florentinorum epigrammate teſtatur, quod ponam, uti eius etiam pariter ſcripta adnotentur. Aegypto genitum noua me Florentia ciuem Legibus agnouit, magnis iam digna poëtis: Infernos raptus Cereris pugnasq́; deorum, Cæſareas laudes, necnon Stiliconis honores. Emicuit Theodoſij temporibus, amicitiam Stiliconis ſectatus, in eius laudem, & contra Ruſinum & Gildonem eius æmulos ſcripſit. Chriſtianum fuiſſe ex eius ſcriptis apparere poterat, niſi Auguſtinus in libro de Cic. negaſſet. Adeo dilectus principibus & populo Romano ut eius ſepulcro inſcriberent huiuſmodi elogium, quod ante hos annos Romæ repertum in foro Traiani, ac in domum Pomponij Læti translatum eſt. Claudij Claudiani V. S. Claudio Claudiano V. C. Tribuno & notario inter cæteras ingentes artes præ glorioſiſsimo poëtarum. Licet ad memoriam ſempiternam Carmina ab eodem ſcripta ſufficiant, attamen teſtimonij gratia ob iudicij ſui fidem. DD. NN. Arcadius & Honorius feliciſsimi & doctiſsimi Imperatores Senatu petente ſtatuam in foro diui Traiani erigi collocariq́; iuſſerunt. ἶσον Βιργιλίοιο νοόν καὶ μοῦσαν ὁμήρου Κλαυδιάνον ῥώμη καὶ βασιλεῖς ἔθεσαν.

Claudia gens

CLAVDIA gens patricia è Sabinis uenit, cognomina ſibi Neronis & Druſi uſurpauit, quod Nero, lingua Sabina, uir ſtrenuus & fortis dicatur. Druſi uerò à Claudio Druſo, qui hoſtium duce Gallorum Druſo cominus trucidato, ſibi ac poſteris nomen indidit. Traditur etiam Proprætor ex prouincia Gallia retuliſſe aurum Senonibus olim in obſidione Capitolij datum, nec ut fama eſt exceptum à Camillo. Hæc Tranquillus.

Claudius Regillianus

Ap. Claudius Regillianus Decemuir legibus ſcribendis ſumma inter collegas autoritate, quum Virginiam Virginij centurionis filiam in Algido militantis amaret, clientem ſubornauit, qui eam coram ſe in ſeruitium depoſceret, facile uicturus, quum ipſe accuſator, iudexq́; foret. Pater re cognita quum in rem iudicij ſuperueniſſet, & filiam iam addictam uideret, ultimo colloquio eius impetrato, quum eam paulò remotius à turba ſeduxiſſet, occidit: atque corpus eius humero gerens ad exercitum profugit, ac milites ad facinus uindicandum accendit: qui creatis ſtatim decem Tribunis Auentinum occupauere, Decemuiros abdicare ſe magiſtratu coëgerunt, eosq́; omnis aut morte, aut exilio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

mulctauerunt. Claudius in carcerem coniectus ſibi manus attulit. ex Liuio.

Ap. Claudius cæcus.

Appius Claudius cæcus in cenſura libertinos in Senatum legit, epulandi decantandiq; ius tibicinibus in publico ademit.

Potitii. Pinarii.

Duæ familiæ ad Herculis ſacra deſtinatæ quum ſint Potitiorum & Pinariorum: Potitios ſacerdotes pecunia corrupit, ut in ſacra Herculanea ſeruos publicos adſciſcerent, unde cæcatus eſt: gens Potitiorum funditus perijt. Ne conſulatus cum plebeijs communicaretur acerrime reſtitit: ne ſolus ad bellum mitteretur, contradixit. Sabinos Samnites, Hetruſcos bello domuit: uiam uſque Brunduſium lapidibus ſtrauit: unde illa uia Appia dicta. Anienem de manubijs hoſtium in urbem induxit. Cenſuram ſolus omnium quinquennio obtinuit. Quum de Pyrrhi pace ageretur, & gratia potentium per Cyneam legatum pretio quæreretur, & ſenex & cæcus lectica in Senatum latus turpiſsimas conditiones magnifica oratione reiecit. Cæcilius. Apud Liuium libro IX. ſcribitur eum cenſuram quinquennio per uim tenuiſſe contra legem Aemyliam, quæ ad menſes XVIII. illam reduxerat, quum etiam eius collega GN. Plautius ſe abdicaſſet. Quapropter P. Sempronius Tribb. pleb. apud eum in concione inuectus: Hæc eſt, inquit, Quirites illius Appij progenies qui Xuir in annum creatus, altero anno ſeipſe creauit, tertio nec ab ſe nec ab ullo creatus, priuatus faſces & imperium obtinuit. Demum quum in carcerem eum duci iuſsiſſet, Tribunis tribus fauentibus euaſit, ſummaq; inuidia omnium ordinum ſolus cenſuram geſsit.

Claud. Nero & Pulcher.

Huius fuere filij (Tranquillo teſte) Claudius Nero, & Claudius Pulcher. Hic apud Siciliam non paſcentibus in auſpicando pullis, ac per contemptum religionis mari demerſis, dicens, ſi nolunt eſſe, bibant: prælium nauale inijt, ſuperatus à Carthaginienſibus eſt: reuocatusq;, ac dictatorem à Senatu dicere iuſſus, uelut iterum illudens diſcrimini publico, GN. Glauciam ultimæ ſortis hominem dixit: qui coactus ſe abdicare magiſtratu, poſtea ludos prætextatus ſpectauit, ut ait Liuius XIX. Tranquillus autem Ilixiam dicit uiatorem ſuum, dictatorem dixiſſe.

Clau. Caudex

Claudium Caudicem horum fratrem nonnulli faciunt. Is à nauium caudicibus dictus eſt, qui primus Rom. claſſe transfretauerit. nam deuictis Volſinienſibus Coſs. ad Mamertinos liberandos miſſus, quorum arcem Carthaginienſes & Hiero obſidebant: primo ad explorandos hoſtes fretum piſcatoria naui traiecit, ac cum duce Carthaginienſium egit, ut præſidium ex arce deduceret. Rhegium ingreſſus quinqueremim copijs pedeſtribus cepit, & phalangem in Siciliam traduxit. Carthaginienſes Meſſana expulit. Hieronem prælio apud Syracuſas in deditionem accepit, qui eo periculo territus Romanorum amicitiam petijt. Cæcilius. Ex Claudio Nerone cæci filio Claudius Nero deſcendit, qui Coſs. cum Liuio Salinatore coniunctis copijs aduenientem ex Hiſpania cum ſupplemento Aſdrubalem interfecit, quumq; Liuius triumpharet, ipſe ouans urbem ingreſſus eſt. Nam in ouatione oues mactabantur, in triumpho boues.

Claud. Nero

Huius item abnepos Claudius Nero Tyberij principis pater: Quæſtor C. Cæſaris bello Alexandrino claſsi præpoſitus, plurimum ad uictoriam contulit, quare Pontifex Max. in locum P. Scipionis ſubſtitutus eſt.

Claud. Centianus
Claud. Centimalus

Claudius Centianus, nonnulli Centimalum, alij Centimanum minus recte ſcribunt. Is librum in iure ciuili tertium à P. Papyrio ſcripſit & R. literam introduxit, quum prius fuſij, deinde furij dicerentur, & ut in dig. ſcribitur, & ut autor Valerius de priuatis iudicijs, coæuus fuit M. Catonis Cenſorini patri, iuſſusq; ab augurum collegio domum demoliri quod eis in capiendis augurijs opponeretur. Pedianus uerò dicit Claudiorum familias duas eſſe: Marcellorum plebeam, & Pulchrorum patriciam.

Appius clauſus

Hæc plebi ſemper extitit aduerſa, cuius princeps Appius Clauſus fuit, qui poſtea Claudius eſt dictus. Regillis oppido Sabinorum potens, tempore Publicolæ cum V. mille domibus Romam migrauit, agrisq; donati trans Anienem: Clauſus in patrum numero adſcitus: autor Liuius. Virgilius quoque in VI. Agmen agens Clauſus magniq; ipſe agminis inſtar. Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens.

Claudiæ ueſtales duæ

Claudiæ uirgines ueſtales duæ. Altera cum Annibale Italiam uaſtante reſponſo ſibyllinorum mater Deum è Peſsimunte adcerſeretur & aduerſo Tyberi traheretur, repente in alueo ſtetit. Cum igitur caſta manu trahendam eſſe acciperent: Claudia tunc inceſti ſuſpecta eam mouit. Cæcilius. Altera ueſtalis iudicium maieſtatis ad populum ſubijt, quod conferta multitudine ægre procedente carpento palam optauerat, ut frater ſuus Pulcher reuiuiſceret, atque iterum claſſem amitteret, quo minor turba Romæ foret. Tranquillus. Hæc eadem fratrem inuito populo triumphantem amplexa, ab inimico tribuno de curru deijci paſſa non eſt, unaq; & ipſa in curru deuecta: autores Cicero pro Cœlio & Valerius. Hic enim frater quamuis minime nominetur, Claudium Caudicem exiſtimare poſſumus.

Claudii martyres

Claudij martyres VII. diuerſis in locis fuere, inter quos Claudius tribunus cum Hilaria uxore & filijs Mauro & Iaſone ac militibus LXX. à Cryſante & Daria inſtructus in fide, quibus ille cuſtos adhibitus à Numeriano Imperatore fuerat, ſepulti in uia Salaria III. Non. Decemb.

Cleomenes & Agis

Cleomenes & Agis Laced. duces Ti. & C. Gracchis ex noſtris opponuntur. Sicuti enim illi plebi fauentes aduerſus ſenatum periere, ſic hi populo ſtudentes cum Rempublicam pulchre iuſteq; multo tempore inſtitutam ſuſcepiſſent, potentioribus ciuitatis aduerſari cœperunt, ac diuitias ſuas quas poſsidebant, ut æque populo impartirent, conabantur. Attamen fratres ſicuti Gracchi non fuere, ſed eadem in Republica ſentientes, fraternam quodammodo beneuolentiam inter ſe contraxerant. Agide igitur ob eam cauſam prius interfecto. Cleomenes eius partes ſecutus felicius uidetur. Nam ante omnia proſcriptis ab eo LXXX. ciuibus, aduocata concione diſſeruit de his quæ à ſe eſſent geſta: hortatusq; eos exinde eſt, ut agros reliquasq; fortunas in medium conferrent: ita demum ciuitatem æquius gubernari. Ipſe prius ſuas opes publicauit, amicoq; ac neceſſarios idem facere coëgit. Sed & uiri huius militiæ alia clara facinora pro patria geſta narrantur. Aduerſus Achæos pugnans eorum ducem Aratum ſimul & regionem multis aflixit cladibus. Argos antea nulli expugnatum, in poteſtatem recepit. Quæ tandem urbs cum adcerſito in auxilium Antigono rebellaſſet, rurſum cum Cleomene bellum inſtaurauit: qui uictus ab Antigono poſt multa prælia Spartam ſe recepit. Ciues hortatus, ut Antigonum uictorem reciperent, ſeſe paratum ait diſcedere cauſa publica. Inde cum imperaſſet annos XIIII. profugiens ad Ptolemæum uenit, benigneq; primum exceptus, mox Nicagoræ cuiuſdam calumnia apud regem ſuſpectus, cuſtodiæ cum quibuſdam alijs traditus ſe omnes mutuis uulneribus necauere. Rex Cleomenem mortuum pelle nudauit, cruciq; adfixit. ex Plutarcho. Aelianus de uaria hiſtoria ſcribit hunc uirum laudatiſsimum, una tantum uini nimia cupiditate damnatum.

Cleomedes aſtypaleus

Cleomedes Aſtypalenſis genere, cuius portenta quædam memorantur. Hic robore ac magnitudine eximia cum Iccum Epidaurium pugil interfeciſſet, uictoriæ præmijs fraudatus, præ dolore inſanus effectus ex Olympia Aſtypaleam reuerſus, ibiq; multa temere ac uiolenter feciſſet, poſtremo ludum puerorum ingreſſus, apprehenſam manu columnam, quæ tectum ſuſtentabat, concutiens mediam fregiſſe, ac tectum deieciſſe dicitur. Interfectis autem pueris, cum quæreretur ad ſupplicium, in ſepulcrum magnum ſe conieciſſe, & clauſum intus, adiectum deſuper operculum adeo tenuiſſe, ut ne à multis quidem ſimul annitentibus ui ulla euelli poſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

poſſet. Conciſo igitur circa loco neque uiuum hominem neque mortuum eſſe compertum. Quare miſsis Delphos legatis reſpondiſſe Pythiam: Vltimus heroum Cleomedes Aſtypaleus. Hæc partim è Suida, partim è Plut. in Romulo: qui quidem alter Sampſon apud Hebræos mihi uiſus eſt. Cleomedes Græcus autor ſcripſit de circulis cœleſtibus elegantem admodum tractatum qui adhuc extat. Cleon Curieus poëta ſcripſit Argonautica, à quo poëma ac materiam Apollonius Rhodius mutuatus eſt, ut enarrator eius dicit. Cleon Halicarnaſſeus orator qui Lyſandro Lacedæmonio orationem compoſuit. Suidas. Cleon Cleonthis filius maxima apud populum Athenienſem autoritate, qui de plectendis Athenienſibus ſententiam in ſenatu protulit, apud Thucydidem in I I I. Clearchus Solenſis ſenior ſcripſit de uaria hiſtoria. Clearchus iunior Ponticus, profectus eſt Athenas audire Platonem. Suidas. Clearchus item dux Lacedæmoniorum, qui dictitabat, Imperatorem plus quàm hoſtem metui oportere, ſignificans eos qui in prælio mortem expaueſcerent, certum ſibi decreuiſſe manere ſupplicium. Frontinus libro I I I.

Cleomedes
Cleon poëta
Cleon
Clearchi I I I.

Clemens hiſt.
Clemens historicus ſcripſit de regibus & Imperatoribus Romanis, ad Hieronymum, de figuris Iſocratis. Suidas.

Clemens præſul
Fl. Clemens Alexandrinus præſul Pantherij diſcipulus, poſt eius mortem Alexandriæ eccleſiaſticam tenuit ſcholam κατηχήσεων, id eſt, doctrinarum. Ferunt eius egregia uolumina, inter quæ illa ſunt: Stromatum, id eſt, uarietatum, ubi diuerſa dogmata Græca, barbara, Latinaq́; commiſcet, arguit hæreticos, hiſtoriam uariam connectit: ὑποτυπώσεων, id eſt, confirmationum libros V I I I. etiam ſcripſit. Conſtat Origenem huius fuiſſe diſcipulum: emicuit ſub Seuero & Antonino principibus. Hieronymus & Euſebius libro V I. Cleomachus Magneſius pugil qui in cinædi cuiuſdam & ancillæ amorem incidens, quæ à cinædo alebatur, cinædorum & orationem & mores eſt imitatus. Nam cinædicæ orationis primus inuentor fuit Sotades, poſtea Alexander Aetolus, ſed in pura oratione Lyſis, etiam adhibito cantu. Strabo. Cleantes Zenonis ſucceſſor in ſtoica diſciplina. Contorta Cleantis & Chryſippi epicheremata uocat Hieronymus orationem argumentoſam, quod dialecticis aculeis ſolita ſit omnia monſtrare. Nam logicæ Stoici magnopere ſtudent. Cliſthenes Athenienſis primus qui tulit legem de exilio, primus & ipſe in exilium miſſus. Aelianus de uaria hiſtoria. Cleodamas Achneus (Achne, ciuitas eſt Theſſaliæ) ſcripſit de cura equorum. Stephanus. Clinias muſicus & philoſophus ſectæ Pythagoreæ ſi quando ad iram prouocaretur, ſumpta ſtatim cithara motus animi leniebat, haud aliter quàm Achilles cum iratus ſtabat ad littus, eodem fermè modo dolorem placabat. Aelianus de uaria hiſtoria.

Cleomachus
Sotades
Cliſthenes
Cleodamas
Clinias

Cleophon
Clitarchus
Clitomachus philoſophus
CLEOPHON poëta tragicus Athenienſis, cuius nonnullæ fabulæ Suidæ commemorantur. Clitarchus comes Alexandri qui eius geſta conſcripſit, cuius in hiſtoria ingenium probatur, fides infamatur, uti ſcribit Quintilianus. Clitomachus Carthaginenſis, lingua patria Aſdrubal appellabatur, in quà à principio philoſophari conſueuerat. Athenas deinde conceſsit X L. natus annos, audiuitq́; Carneadem, breui quoque tempore adeo profecit, ut X L. uolumina ſcripſerit, ſucceſsitq́; Carneadis ſcholæ. Clitomachus alter Athleta, autor utriuſque Suidas. De Athleta traditur quod nobilis Pancratiaſtes, tantæ alioquin pudicitiæ, ut canes ſi forte coëuntes uidiſſet, ſtatim uultum auerteret: in conuiuio ſi quis ſermo laſciuus incideret, ſtatim ſurgens abiret. Aelianus de uaria hiſtoria. Cleobulus unus è ſeptem è Lyndo ſiue è Caria Aegyptum philoſophandi gratia petiiſſe fertur: extat eius breuis ad Solonem epiſtola. Filiam habuit CLEOBVLINAM uirginem doctam: quæ hexametris ænigmata quædam perſcripſit. Deceſsit Cleobulus annos natus L X X. Hic dixit amicos atque inimicos beneficijs impertiri oportere: hos ut amicos, illos ut amiciores reddamus. Diogenes, Suidas.

Cleobulus
Cleobulina uirgo

Chilo
Chilo Lacedæmonius unus è ſeptem, exceſsit, ut Hermippus ait, Piſæ, complexus filium in Olympia uictorem. Horum dicta alibi narraui. Clodiorum familiam ſcribit Feſtus à Clodio Aeneæ ſocio dictam. P. Clodius inimicus Ciceronis: quem ut expellere ab urbe poſſet, plebeio ſe homini adoptandum dedit. Mœchus fuit notiſsimus, deprehenſus in ſacris Bonæ deæ formam uirginis adſimulatus, cauſam dixit de polutis ſacris: cuius ſtuprum in ſororem, aliaq́; uitia apud Ciceronis orationes notiſsima; interfectus tandem à Milone. Fratrem Appium Clodium habuit qui à Cicerone item & Pediano commemorantur. P. Clodius pulcher orator Romæ inter patronos, ſimul cum Cicerone in cauſa Scauri. Pedianus. Clodij cuiuſdam meminit Plutarchus in Numa, qui temporum argumentum ſcripſit. Sex. Clodius rhetor è Sicilia: Latinæ Græcæq́; eloquentiæ profeſſor, male oculatus, familiaris ac præceptor M. Antonij triumuiri. Cuius meminit Cicero in Philippicis, & Tranquillus. Clodius Quirinalis Arelaten. rhetor Romæ docuit teſte Euſebio circa Neronis tempora. Clodius Albinus dux in Gallia exercitus, poſt mortem Pertinacis principis à militibus Imperator fuerat conſalutatus. Tantæ fuiſſe traditur gulæ, ut uno accubitu ſit ſolitus edere quingentas ficus paſſarias, quas Græci καλλιστρατίας uocant, & centum perſica Campana, & melones oſtienſes decem, & uuarum labicanarum pondo X X. Ficedulas centum: ac oſtrea X L. Cluentius qui A. Clu. Habitus, patrem eiuſdem nominis habuit ex municipio Latino accuſatus à matre Saſsia, quod Oppianicum uitricum interfecerit, defenſus à Cicerone. Columella, cuius inſcriptio prænominis, L. Moderatus Columella: Gaditanus genere, ſcripſit de re ruſtica tempore Claudij.

P. Clodius
P. Clodius pulcher
Sex. Clodius Rhetor
Clodius Albinus
Cluentius
Columella

Cordilio Stoicus
Cordilio philoſophus Stoicus Pergamenus omnium principum ac regum amicitias ſpernebat. Hunc Cato Vticenſis qui cum tribus milibus in Macedoniam miſſus fuerat, precibus exorando in caſtra ſecum duxit, magnam ſe putans adeptum palmam, qui hominem ſeueriſsimum è ſententia dimouiſſet. Codrus rex Athenienſis Thracia oriundus cum bello Peloponneſiaco Attica omnis uaſtaretur regio, oraculumq́; conſulerent, reſponſum, uicturos eos, quorum dux hoſtili manu periiſſet. Codrus uerò depoſito habitu regio, gregario militi adſimulatus, ſe hoſtium globo obiecit, unum ex his falce percuſſum in necem ſuam compulit: Cuius interitu factum ne Athenæ perirent, ex quo illi ut Deo ſacrificauerunt. Cuius meminit & Maro noſter in Bucolicis. Si quos aut Phyllidos ignes, Aut Alconis habes laudes aut iurgia Codri. Huius deinde filij & nepotes ex Athenis profugi X I I. Ionicas in Aſia conſtituere, ut in ea narraui. Conon dux Athenienſis nobili illa clade nauali à Lyſandro Lacedæmoniorum duce accepta, unde Athenæ ſubiugatæ fuerunt ſponte in exilium profugit ad Artaxerxem regem Perſarum in Cyprum: cuius opibus fretus, paucis poſt annis reuerſus cum exercitu in agrum Lacedæmoniorum irrupit, prædas egit, omnia ferro igneq́; uaſtauit. Lacedæmonij contra eum Lyſandrum mittunt, qui nauali prius illum pugna uicerat. ab eo nunc terreſtri uincitur. Ex qua initium libertatis Athenis dedit, qui pauloante dederat ſeruitutis. Lacedæmonijs igitur hac clade perterritis, Thebani antiqui hoſtes bellum auxiliantibus Athenienſibus intulerunt. In quo uicti amiſſo etiam & interfecto Lyſandro eorum duce coacti ſunt Ageſilaum alterum ducem ex Aſia reuocare, qui redintegrato cum hoſtibus prælio ſuperior fit, ubi Epaminondas dux Thebanorum in acie cecidit. Conon alter Mathematicus in Catulli elegia introducitur. De quo etiam locutus uidetur in Bucolicis idem Maro. In medio duo ſigna: Conon,

Codrus
Conon dux
Conon Mathematicus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Constantii tres

& (quis fuit alter) deſcripſit, &c. Conſtantij tres ſancti, unus Præſid Aquinas ſub Io. primo Pont. Alter templi cuiuſdam cuſtos apud Anconem, cuius corpus Venetias translatum. Vtriuſque profeſſoris meminit Gregorius in dialogo. Tertius martyr una cum ſex fratribus, inter quos Biuignatus & Reinaldus fuere, qui Peruſiam à Germania peregrinationis gratia profecti, in eadem urbe capta à Gothis interfecti fuerunt.

Corax & Cteſias

Corax, & Cteſias (nonnullis Tiſias ſcribitur) Siculi, primi artem & præcepta Rhetoricæ inuenerunt, quod illa gens acuta ſit & controuerſa natura. Nam antea neminem ſolitum, nec uia, neç arte: ſed accurate tamen, & è ſcripto: pluresq; inuicem ſimplicesq; fuiſſe & paratas à Protagora rerum concluſionum diſputationes, quæ nunc communes appellantur loci, conſtat: idemq; feciſſe Gorgiam, cum ſingularum rerum laudem & uituperationem concluſiſſet, quod oratoris iudicant proprium, rem magnam poſſe laudando facere, uituperandoq; rurſus affligere: Cicero in Bruto.

Corax & Tybur

Corax cum Tybure & Catillo qui oppidum prope Romam ædificauit, uide in Tyburis deſcriptione.

Corinnus poeta

Corinnus Ilienſis uerſificator ante Homerum, ut quidam uolunt, primus qui ſcripſit Iliada, uigente adhuc bello Troiano. Scripſit autem literis Doricis inuentis tunc primum à Palamede, cuius fuit diſcipulus; ſcripſit & Dardani contra Paphlagonas bellum. Ex quo putatur Homerum hauſiſſe omnem operis materiam. Suidas:

Corinna poetria

Corinna Thebana uel Tanagrea mulier lyrica: uicit quinquies ut meminit Pindarus, ſcripſit libros L. & epigrammata. Suidas, Pauſanias.

Corinna Ouidii

Corinna altera Ouidij poëtæ notiſſima.

Cornutus philoſophus

Anneus Cornutus Leptices genere, eſt enim Leptis Africæ ciuitas, emicuit Romæ ſub Nerone, interfectus demum ab eo unà cum Muſonio philoſopho. Multa eius ſcripta tam in philoſophia quàm rhetorica feruntur. Natura magis quàm ſtudio iuuabatur. Erat ſine liberis: humanitate alioqui tanta, ut diſcipulos ex ea cauſa plurimos ad ſe non minus quàm doctrina adliceret. Suidas.

Corœbi tres

Corœbi tres: primus Troianus cui Caſſandra pacta fuerat Virgilio memoratus. Alius athleta patria Elienſis, primus uictor curſu prima Olympiade: autores Pauſanias, Euſebius. Tertius Atyis regis Lydij filius, qui in cithara quintam chordam inuenit.

L. Cornificius

L. Cornificius poëta & dux à militibus deſtitutus interijt, quos ſæpe fugientes galeatos lepores ſolebat appellare.

Cornificia

Huic ſoror Cornificia, cuius clara extant epigrammata. Euſebius.

Iul. Cordus

Iulius Cordus. Cognomentum hoc ſimul & Cordatus ſero naſcens dicitur, teſte Feſto, & Columella cordum fœnum ſerotinum uocat: ſcripſit uitas imperatorum. Cui uitio datur, quod eorum qui obſcuriores eſſent, nimia etiam perſequeretur. Nam quando proceſſerit, & quando cibos uariauerit, & quoties ueſtem mutauerit, ſanè de clariſſimis, notisq; uiris commemorandum eſt. Capitolinus.

Cordus cremutius

Cordus item Cremutius declamator, de quo in Labieno dicitur.

Val. Cordus

Valerius Cordus inter præceptores Alexandri Mammeæ nominatur.

Cotys rex

Cotys rex Thraciæ annis uiginti quatuor mitis & humanus uerſatus cum ſuis, in tantam deinde uarietate fortunæ crudelitatem uenit, ut uxorem ex qua iam filios ſuſceperat, mediam conciderit. Suidas. Dicitur etiam ſacra nefanda inſtituiſſe Baccho, ubi omne luxuriæ genus uerſaretur. Sacra Cotytia appellata: meminit etiam Iuuenalis poëta. Cornelij uarijs cognominibus appellati.

Cor. Coſſus

Cor. Coſſus Trib. Mil. in exercitu Volumnium Lartem Veientem regem occidit, ſecundaq; opima ſpolia Ioui Feretrio retulit. Coſſos enim Feſtus eos qui rugoſi ſunt & aſpera facie dicit uocari, à ſimilitudine uermium qui in ligno nutriuntur. Eodemq; modo uocant hodie uulgò paruos in cute tumores.

Cor. Aſina

Cor. Aſina cum fundum emiſſet ſponſorq; precij ab eo expeteretur, poſtera die aſinam ſacculis pecunia plenis in forum adduxit pro ſponſore, unde cognomentum accepit. Macrobius.

Cor. Centimalus

Cornelius Centimalus & Sul. Galba Coſ. cum Annibal mœnibus propinquaret occurrentes, magna urbis trepidatione, extra urbem caſtra habuere. Plutarchus.

Cor. Merula

L. Cornelius Merula Coſ. Contra Boios in Galliam miſſus duodecim millia hoſtium cæcidit, nonagintaduo cepit, equites centum uigintiſeptem cum tribus eorum ducibus.

Cn. Minutius

Cn. Minutius alter Coſ. ad Piſas contra Ligures res gerebat. Liuius quinto de bello Ma.

Cor. Merula

Cornelius Merula ſuperioris nepos, Flamen dialis, partium Sullanarum, ingreſſo urbem Mario in Iouis æde uenis ſuccisis ſe necando, mortis contumelioſæ damnationem effugit, ſacerdotij ſui ſanguine foci uetuſtiſſimi maduere. Valerius de morte.

L. Corn. Gaditanus

L. Cornelius genere Gaditanus præfectus Fabrum Cæſaris in Gallia, à Pompeio magno Coſ. ciuitate donatus, deinde accerſitus fuit, quòd per legis ignorationem Pompeius eam donauerit. Cicero defendit, probatq; Pompeium legem non ignoraſſe. Pedianus.

Cor. Nepos

Cornelius Nepos, Ciceronis tempore uir diſertus uitas illuſtrium uirorum ſcripſit, quarum tantum Pomponius Atticus extat: huic Catullus librum ſuum dedicat ut plane monſtrat epigramma.

Cor. Epitadius

Cornelius Epitadius, L. Cornelij Sullæ dictatoris libertus, calatorq; ſacerdotio augurali, filioq; eius gratiſſimus fuit: ædidit librum, quem Sulla nouiſſimum de rebus ſuis imperfectum reliquit, ipſe ſuppleuit. Tranquillus.

Cor. Gallus

Cornelius Gallus poëta Foroiulienſis, Aegypti præfectus primus ab Auguſto miſſus: Cuius amicus primum fuit, deinde cum in ſuſpicionem ueniſſet, ſeſe necauit, ut etiam uerſus Ouidij monſtrat: Corporis atque animæ prodige Galle tuæ. Virgilio maxime familiaris fuit, adeo ut quartus Georgicorum liber à medio uſque finem eius laudes contineret, quas poſtea ille iubente Auguſto in Ariſtei fabulam commutauit. Amauit Cytheridem libertam Volumnij: quæ eo ſpreto Antonium euntem in Galliam eſt ſecuta. Cuius rei gratia Virgilius item in ultima ecloga eius dolorem quærit placare, tacite uituperando ex Seruio.

Cornelia

Cornelia ſoror Africani, mater Gracchorum, epiſtolas reliquit elegantiſſime ſcriptas: unde & filiorum fluxit eloquentia.

Liciniæ, Læliæ, Mutiæ,

In familia Liciniorum, Læliorum, Mutiorum, Scipionum, tam fœminæ, quàm mares erant eloquentes: ut Cicero in Bruto teſtatur. Quintilianus item ijs uerbis. Magni intereſt quos quiſque audiat quotidie, quibuſcum loquatur à puero, quemadmodum patres, pædagogi, matres loquantur. Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia ſatis pro illo tempore plurimum contulit. Læliæ ſermo ex eloquentia C. Lælij patris defluxit. Liciniarum in dicendo lepos à patre L. Craſſo emanauit. Mutiæ duæ filiæ ab utroque parente eloquentiam didicere. Hæc ille. Læliarum altera C. Fannio M. filio: altera Q. Mutio Scæuolæ nupſit. Liciniarum alteram pater L. Craſſus Scipioni Africano locauit: Cuius poſtea filius adoptatus ab auo Craſſo eloquentia ualuit. Ad Corneliam redeo. Hanc natam eſſe genitali concreto, infauſti ominis indicium fuiſſe teſtatur Plinius.

T. & P. Iu. Coruncani

T. Iunius & P. Iunius ambo Coruncani legati ad Teucam reginam Illyricorum. Alter Titus, liberius locutus in reditu contra ius gentium interfectus: cui deinde ſtatua poſita, ut in rebus Illyricis dixi. Idem teſte Liuio XVIII. primus de plebe Pontifex max. factus. Alter P. Iunius olim cum ſupplemento ad Lilybæum miſſus fuerat in locum Claudij qui male rem geſſerat. Erycem urbem cepit. Carthaginēſes uerò extemplo Amilcarem Barcam cum claſſe miſere ad oram Italiæ populandam, qui Brutiorum & Locrenſium maritima deuaſtata in agrum Panormitanum reuertitur, ibiq; prope contra Rom. caſtris poſitis per tris annos res magnas geſſit, Interim Luctatius Coſ. miſſus, qui Drepano expugnato pacem cum Amilcare fecit. Carthagi-

nienſes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

nienſes omni Sicilia exceſſere. Ro. omnia poſſedere, præterea
loca quæ Hiero tenebat. Poſt hæc Carthag. compoſitis in A-
frica rebus Amilcarem cum filio Annibale in Hiſpaniam mi-
Coſroes rex — ſere. Polybius. Coſroes Perſarum rex quanquam barbarus
philoſophiam diſciplinasq; omnis Græcorum ita tenebat, ut
par ſummis philoſophis eſſet. Nam & Græcorum libros in
Perſicam linguam uertendos mandauit. Quapropter Plato-
nis & Ariſtotelis diſciplinam probe didiſcerat. Hæc Aga-
Cottæ tres — thias. Cottæ ab iracundia & toruitate oris dicti. Tres eo-
C. M. L. — dem tempore ut teſtatur Pedianus fuere C. M. L. Primus C.
Cotta orator, compar P. Sulpitij qui eſt in dialogo Ciceronis
de oratore: Legem tulit ut liceret Tribunis Pl. alios accipe-
re magiſtratus. Quod lege Sullæ ijs erat ademptum. Præter-
ea cum eſſet Cos. cum Craſſo, decretusq; ei triumphus fuiſ-
ſet, mortuus eſt ante diem triumphi. In cuius locum repente
L. Cotta — ſubrogatus eſt Q. Mutius Scæuola Pont. Max. L. autē Cotta
C. Cotta orator — legem tulit, ut inter tres ordines iudicia communicarentur,
Senatum, Equites & Tribunos. De C. Cotta oratore Cicero
in oratore ſic refert. Cotta orator preſſus in dicendo, & ut
ad infirmitatem laterum perſcienter contentionem omnem
remiſerat, ſic ad uirium imbecillitatem adcommodabat dicen-
di genus. Nibil erat in eius oratione niſi ſyncerum, niſi ſic-
M. Cotta — cum & ſanum. M. Aur. Cotta contra Mithridatem infeliciter
L. Arūculeius Cotta — pugnauit, Sullam Cæſari conciliauit. L. Arunculeius Cotta le-
gatus Cæſaris in Gallia, inſidijs circunuentus ab Ambiorigis
L. Cotta Tri. — Ducis exercitu interficitur. L. Cotta Trib. Pl. conſuluit in Se-
M. Craſſus agelaſtus — natu, ut rex Cæſar ſalutaretur. Craſſi omnino ſeptem me-
morabiles M. & P. Hic ultimus Pontifex maximus fuit: M.
uerò Agelaſtus eſt cognominatus, quòd ſemel in uita tantum
riſerit: filios habuit L. oratorem & P. patrem M. Craſſi di-
uitis: cui diuiti duo item Craſſi filij fuere: omnes Licinio-
P. Craſſus Pōt. Max. — rum nomine appellati. Igitur de P. Licinio Craſſo prius di-
cam. Is ante ætatem Pontifex Max. factus, quod nunquam
antea contigit. Conſul eſt profectus contra Ariſtonicum Eu-
menis filium. In quo prælio profligato exercitu ipſe ne in ma
L. Craſſus orator — nus hoſtium ueniret, baculo barbarum quendam in acie ocu-
lo conuerberato in ſui necem prouocauit. L. Craſſus filius
orator, M. Antonij compar: de quo Cicero in oratore. Erat
in Craſſo ſumma grauitas, & cum grauitate iunctus facetia-
rum & urbanitatis oratorius non ſeruilis lepos, Latine lo-
quendi accurata ac ſine moleſtia diligens elegantia, in diſſe-
rendo mira explicatio. Eodem tempore ipſe eloquentium iu-
riſperitiſſimus, & Scæuola iuriſperitorum eloquentiſſimus
habebatur. Ecce præterea quod difficile eſt, idem & peror-
natus & breuis. Accuſauit C. Carbonem eloquentiſſimum
hominem, admodum adoleſcens, ſumma ingenij non laude tan
tum, ſed admiratione, cum eſſet annos x x i. natus. Hæc ex
Cicerone interpellata. Hic Craſſus, ut Plin. & Valerius re-
ferunt, cenſuram cum Cn. Domitio iurgijs plenam geſſit. Cum
enim ei Domitius obijceret, quòd columnas Hymettias in por
ticu domus haberet, atqui, reſpondit Craſſus, multo luxurio-
ſius uideri debet, te tanti ſex arbuſculas domus tuæ fecere,
ut quam ſexagies Seſtertio propter eas æſtimes, ſine his tri-
cies tantummodo pendas. Idem Craſſus, ut Macrobius &
Aelianus Græcus autor teſtantur, cùm piſcinis maxime dele-
ctaretur, murenamq; mortuam atratus plures dies tanquam
filiam lugeret, probroq; ei daretur ab eodem Domitio colle-
ga: Nimirum reſpondit Craſſus fiteor ita me pium eſſe ut
minima de cauſa plorem. At tu qui tris extuliſti uxores, mini
me ploras. Audiuit Craſſus Metrodorum, nactus academiam
in Aſia cum eſſet quæſtor: interijt ex dolore laterum, cum
in ſenatu multum contra Philippum Cos. eſſet inuectus, ne-
gaſſetq; illum ſibi uideri Conſulem fore cui non eſſet ipſe ſe-
P. Craſſus oratoris frater — nator: autor Cice. in lib. I I I. de ora. P. Craſſus oratoris
frater Iuris peritiſſimus fuit. In dominatione L. Cinnæ Ma-
rianarum partium, ne incideret in manus inimicorum, ſe-
ipſum interemit. Huius filius M. Craſſus Romanorum di- — M. Craſſus diues
tiſſimus cum Pompeio & Cæſare Triumuiratum inijt. Quo-
rum planè autoritate Reſp. aliquot annos regebatur. Ad bel-
lum miſſus gladiatorum qui duce Spartaco in Campania in-
ſurrexerant: Vatiniumq;, Gellium, ac Lentulum, Roma-
nos Imperatores fugauerant, x i i. milibus hoſtium unà
cum duce eorum cæſis apud Rhegium iuxta Leucadis pa-
ludem uictoria potitur. Ex quo urbem ouans ingreſſus eſt.
Poſtremo cum ei Syria ſorte obueniret, profectus ad bel-
lum Parthicum, ibi filium Publium amiſit: Ipſe demum in-
feliciter rem gerens à Surina regis præfecto captus atq; in-
terfectus eſt. Solebat autem dicere nullum eſſe diuitem, niſi
qui prouentibus ſuarum facultatum alere poſſet exercitum.
Alter Craſſi filius legatus fuit Cæſaris in bello Gallico: in
Cæſarianis tandem partibus adoleſcens occubuit: fuit enim
diſcipulus Ciceronis. De quo hæc in Oratore. Erat enim
Craſſus cum inſtitutus optime, tum etiam perfecte planeq;
eruditus. Ineratq; & ingenium ſatis acre & orationis non
inelegans copia, præterea ſine arrogantia grauis, & ſine
ſegnitie uerecundus eſſe uidebatur. Sed hunc quoque abſor-
buit æſtus quidam inſolitæ adoleſcentibus gloriæ. Qui quia
narrauerat miles operam imperatori, imperatorem ſe ſta-
tim eſſe cupiebat. Crates Thebanus philoſophus Cynicus — Crates Thebanus
Diogenis diſcipulus: qui ut Suidas, itemq; Diogenes ſunt
autores, in pecuniam omnem ſubſtantiam redigens, apud
Trapezitam depoſuit hac lege, ut ſi filij philoſophi eſſent,
eam indigentibus ciuibus diſtribueret, nihilo philoſophos in-
digere exiſtimans. Si autem idiotæ, eis redderet, ut uacuis
uirtute ſaltem opes opitularentur. Philoſtratus autem in uita
Apollonij, & Diocles, ſubſtantiam aiunt in mare proieciſſe,
uti liberius philoſopharetur. Apophthegma ipſius: Amorem
fames ſedat: ſi minus, tempus. Si hoc non ſatis, laqueus.
Emicuit autem Demetrij Poliorcetæ temporibus: ad quem
Thebas obſidentem miſſus legatus ſua autoritate ab obſidio-
ne patriæ remouit: autor Plutarch. Crates Athenienſis — Crates Athenienſis
(ut Suidas ait) poëta Comicus antiquæ comœdiæ, auditor
Polemonis philoſophi. Crates grammaticus genere Mallo- — Crates grammaticus
tes ſub Ptolemæo Philometore, æqualis Ariſtophanis gram-
matici. Cognominabatur Criticus ſiue Homericus: ſcripſit
in Homeri Iliada & Odyſſeam libr. I X. commentariorum.
Suidas. Hic ut ait Tranquillus ſtudium grammaticæ primum
Romam intulit: miſſus enim ad Senatum ab Attalo rege ſub
ipſam Ennij mortem plurimas acroaſes fecit, aſſidueq; per
omne legationis tempus diſſeruit: noſtris quoque exemplum
fuit admirandum. Cratinus Athenienſis comicus antiquæ — Cratinus poeta
comœdiæ, uir uoluptarius, puerorumq; amator, docuit fa-
bulas x x i. uicit I X. Suidas. Crantor Solenſis Xenocra- — Crantor
tis auditor: Scripſit commentarios, poëmataq;: admiraba-
tur inter cæteros Homerum Euripidemq;: deceſſit intercutis
morbo. Diogenes. Craterus Macedo è comitibus Alexan- — Craterus
dri, qui eius etiam geſta conſcripſit. Cuius meminit in Ari-
ſtide Plutarchus. Craſſitius genere Surrentinus, ordinis li- — Craſsitius grāmaticus
bertini, cognomine Paſides: Romæ ludum grammaticæ ap-
peruit: docuit inter alios Iulianum Antonium Antonij trium- — Iulianus Antonius
uiri filium. Tranquillus. Cratippus Mitylenæus Peripate- — Cratippus
ticus quem Athenis docentem audiuit Ciceronis filius: ut eſt
in procœmio de officijs. Hic Pompeium è Pharſalica clade au-
fugientem apud Mitylenem occurrens ultro ſolatus eſt uer-
bis philoſophicis, ad ſpemq; hortatus, cum quædam de pro-
uidentia diſſeruiſſet, reſq; Romanas tandem labi eſſe neceſſe
adfirmaret. Plutarchus in Pompeio. Creophilus Samius, — Creophilus
quem aliquando tradunt, excepto hoſpitio Homero, acce-
piſſe ab eo dono inſcriptionem poëmatis, quod Oechaliæ di-
reptionem uocant. Sed Callimachus in quodam epigrammate

t 3 contrà

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

contrà oſtendit, quòd quanquam Creophilus opus compoſuerit, Homeri tamen inſcribitur ob ipſius hoſpitij munus. Quidam uerò hunc Homeri magiſtrum fuiſſe tradunt. nonnulli non hunc, ſed Ariſteam Proconneſium. Strabo XIIII.

Creon rex Corinthi

Creon Corinthiorum rex, prædonis Siſyphi filius, Creuſam Iaſoni filiam Medea ab eo repulſa in matrimonium dedit. De quo Tragœdia apud Senecam.

Creõ rex Thebarum

Creon alter rex Thebanorum pater Iocaſtæ uxoris Oedipi, poſt Polynicem & Eteoclem interfectos, ſumpſit imperium, filiamq; ſuam Megaram Herculi iunxit: ut in Hercule furente etiam apud Senecam. Hic etiam filium habuit Creontem.

Crœſus rex

Crœſus rex Lydorum Aliatis filius, primus Græcos partim tributis impoſitis ſubegit, partim ſocios atque amicos ſibi adſciuit, tantumq; imperio & opibus creuit, ut ſe feliciſſimum dicere non dubitaret. Paulopoſt debellatus à Cyro cum pyræ cremandus imponeretur, ſuſpirans ait, hunc ſibi exitum à Solone prædictum: dimiſſus igitur clementia Cyri, iterum contra eum ueniens captus, ac cum toto regno extinctus eſt.

Chreſtus pro Chriſto

Chreſtus, frequens apud antiquos hoc nomen, multiq;, ut inquit Lactantius, eo tempore pro Chriſto, Chreſtum per imperitiam credebant. Nam & Oroſius illud apud Tranquillum in Claudio: Impulſore Chreſto tumultuantes Iudæos expulit, pro Chriſto accipiendum putat: erratumq; ab eis exiſtimatur conſilio potius quàm ignoratione, ut religionis nomen ſupprimerent.

Chreſtus Byzantius

Chreſtus Byzantius inter ſophiſtas deſcribitur Philoſtrato, auditor Herodis Attici, Hadriani tempore: qui uino quanquam deditus, cæteris in rebus continenter uixit, ac in primis uigilanter. Nam cum ad galli cantum ſæpe calices protrahere ſolitus eſſet, non prius tamen ſomno ſe quàm ſtudio dabat.

Critones

Crito Pieriota: Ciuitas eſt enim Macedoniæ Pieria, fuit hiſtoricus, ſcripſitq; res Perſicas, Siculas, Macedonicas. Fuit item alius Naxius genere, ſimiliter hiſtoricus: qui ſcripſit Octoeterida. Suidas. Crito Athenienſis prior ſupradictis, Socratis familiariſſimus, quem & opibus iuuit, & cum quo uſque ad extremum eſt philoſophatus.

Critolai II.

Critolaus Athenienſis philoſophus peripateticus, quem cum Carneade legatum iuiſſe Romam ſuprà dixi, Libram habebat, ut ait Cicero in Tuſc. in qua bona corporis & animi appendebat, animiq; in lance pondera uſque ad inferos inclinabant. Critolaus Acheorum dux alibi narratur.

Chryſippus

Chryſippus Solenſis ſiue Tarſenſis, diſcipulus Cleantis ſtoici fuit. Hunc Carneades lepide paraſitum librorum appellat, quòd ſcripta Epicuri ſit furatus, ſcripſitq; eadem & uerbis & numeris, Diogenes.

Chriſtodorus

Chriſtodorus è Copto Aegypti urbe poëta Anaſtaſij Imper. tempore ſcripſit Iſaurica, ubi ſcripſit Iſauriam ab Anaſtaſio fuiſſe captam. Fuit alter Thebanus ſcriptor haud ignobilis qui de Coſmo & Damiano ſcripſit. Suidas.

Chriſtobolus.

Chriſtobolus medicus, cui magnam peperit famam quondam è Philippi Macedonis oculo ſagitta citra oris deformitatem extracta. Plinius.

Chriſpi

Criſpus Salluſtius in Salluſtio dicitur. Vibius Criſpus ore compoſitus & iucundus, priuatis tamen cauſis quàm publicis melior, ut ait Quintilianus, cuius circa tempora fuit Criſpus Conſtantini F. à patre interfectus. Criſpus & Ioan. preſbyteri martyres Romæ ſub Maximiano XV. cal. Sep. quòd ſanctorum corpora tumularent. Ado.

Criſpinus Criſpinianus

Criſpinus & Criſpinianus ex urbe Roma Sueſſionem in Galliam profecti, peregrinationis gratia ex arte ſua ſutoria calceis pauperes iuuabãt, multosq; ad fidem reducebant. Sub Maximiano deinde interfecti, templum etiam apud poſteros in eadẽ urbe meruerunt.

Chryſanthus

Daria

Chryſanthus Alexãdrinus Romæ quò iuuenis uenerat factus Chriſtianus unà cum coniuge Daria uirgine, ſub Numeriano Imp. in foſſam demiſſus ac terra ſaxiſq; obrutus fuit. Hæc enim Daria miſſa ad eum tentatum ab initio à patre fuit, uerũ & ipſa ex eius mutata perſuaſione in matrimonio ſimulato ſimul caſta extitit, ſimulq; interempta.

Chryſogoni duo

L. Cornelius Chriſogonus accuſator Sex. Roſcij in Roſcio dicitur. Chryſogonus martyr ex nobili proſapia Romæ, quãdo nec conſulatus nec ullius honoris pollicitatione per Diocletianũ à fide auerti potuit, iugulatus eſt ad ſcalas gemonias.

Anaſtaſia

Huius diſcipula Anaſtaſia fuit, filia Prætextati, uxor Publij, uiri extra fidem, cuius thorũ ficta ualetudine ut ipſa ſcribit euitauit: extant epiſtolæ ad Chryſogonum, quibus ipſa queritur facultates ſuas à ſacrilego uiro perditũ iri, ſeq; in arctã cuſtodiã coniectã: Viro tandem ſuperſtes quod ſanctis miniſtraret ad palũ ligata ac cremata eſt, reliquias condidit Apollonia in hortis ſuis, ubi nunc eius Romæ uiſitur templum.

Chriſtophorus

Chriſtophorus genere Iudæus, patria Chananæus, cùm eſſet ingenti corpore ac nobilis, dominum quæritabat ſupremum. Cumq; diabolo humana ſpecie deceptus ſeruiſſet, animaduertit quòd Saluatoris ille imaginem expaueſceret, quapropter Chriſto ueluti maiori deinceps ſeruiuit, cuius cauſa ad fluuium quendam humeris peregrinos tranſuehebat, inter quos & Chriſtus pueri ſpecie fuit: tandem & ipſe adfectus martyrio occubuit.

Chromatius

Chromatius præſul Aquileienſis à quo Aeliodorus præſul Altinenſis fuit ordinatus, Hieronymum cuius erat familiariſiſſimus facultatibus magnopere iuuit. Fuit item ante hunc alter ſub Diocletiano martyr in Campania urbis præfectus, ac Tyburtij martyris pater.

Cteſiphontes III.

Cteſiphon Athenienſis qui ſuaſit Demoſthenem corona donari oportere pro his quæ pro Republica geſſerat, refragante Aeſchine, contra quem pro Cteſiphonte nobilis extat Demoſthenis oratio. Alter Architectus clarus æde Dianæ fabricata: eſt & urbis nomen, & martyris, qui ſimul cum Torquato, Secundo, Adelerio, Cæcilio, Eſychio, & Euſtathio, ab apoſtolis præſulibus ordinatis ac ab urbe in Hiſpaniam miſſis illic periere. Eid. Maij.

Torquatus

M. Curtius

M. Curtius adoleſcens eques Rom. abrupto per medium forum ingenti ſpecu, reſponſoq; accepto nobilem ex ciuibus aliquem id requirere: ſeſe ſponte equo præcipitem dedit: quare ſtatim operta eſt foſſa, ciues honoris gratia fruges iniecere: Curtius deinde lacus eſt appellatus: in quo campo acies primo Sabinorum & Rom. concurrerunt. Liuius ſexto & Valer.

Q. Curtius hiſtoricus

Q. Curtius hiſtoricus ſcripſit de geſtis Alexandri Magni. Cuius liber haud integer ad nos peruenit.

Metius Curtius Dux

M. Curtius

Metius Curtius Dux Sabinorum. Curtius Nicias grammaticus in Nicia dicitur. M. Curtius Dentatus primo de Samnitibus triumphauit, quos uſque ad mare ſuperum pacauit. Reuerſus in concione ait: Tantum agri cepi, ut ſolitudo fuerit futura niſi tantum hominum cepiſſem: Tantum hominum porrò cepi, ut fame eſſent perituri niſi tantum agri cepiſſem. Iterum de Sabinis triumphauit. Tertio de Lucanis ouans urbem intrauit. Pyrrhum regem ex Italia pepulit. Quaterdena agri iugera uiritim populo diuiſit, ſibi deinde conſtituit, dicens neminem eſſe debere, cui non tantum ſufficeret. Legatis Samnitum aurum offerentibus cum ipſe in foco rapam torreret, malo hæc, inquit in fictilibus meis eſſe, & aurum poſſidentibus imperare. Cum interuerſæ pecuniæ argueretur, cadum ligneum quo uti ad ſacrificia conſueuerat, in medium protulit, iurauitq; ſe nihil amplius de præda hoſtili in domum ſuam conuertiſſe. Aquam deinde Anienem hoſtium manubijs in urbem induxit. Tribunus militum patres autores fieri coëgit comitijs, quibus plebei magiſtratus creabantur: ob merita, domus ei, & apud Tiphata agri iugera quingenta publice data. Cæcilius.

Curius Alexandrinus

Curius Alexandrinus preſbyter ſub Caro & Diocletiano ſcholam regebat eccleſiaſticam, Præſule Alexandrino Theone tanta doctrinæ fama, ut Origenes iunior appellaretur. Præterea paupertatis & ἀσκήσεως, id eſt exercitationis in rebus ſanctis ac religioſis appetens magnopere fuiſſe traditur, ac poſt perſecutionem illam ingentem, Romæ ſemper uerſatus. Huius eſt perquam longus tractatus de Oſeæ uaticinio, quem in

paſchæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

paſchæ profeſto habitum ſermo demonſtrat. Ex Hieronymo.

Curiones tres
Qu.Curio

Curiones tres continua ſerie oratores una in familia claruiſſe inter euentus humanæ felicitatis Plinius collocat. Q. Curio pater illius qui tribunus pl. Cæſari fauit teſte Valerio, magnus orator fuit inimicuſq; Cæſaris, appellauitq; eũ in quadam oratione omnium mulierum uirum et mulierem omniũ uirorum, ut Tranquillus in Cæſare refert.

C.Curio

C.Curio filius tribunus Pl. Cæſarianas partes ſecutus eſt, uir luxu & audacia ſingulari. Sexcenties enim Seſtertium debebat æris alieni, ut Valerius de luxuria ſcribit. Quare ſpe emergendi Cæſari adhæſit, ut Lucanus ait. Gallorum captus ſpolijs & Cæſaris auro. Profugienſq; ab urbe quaſi uoluntario exilio in Galliam ſe ad Cæſarem contulit: furorem eius magis excitauit, illud Lucani adferens. Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis. Hic demum frumentatum à Cæſare in Siciliam miſſus Catonem inde expulit. Deinde cum quatuor legionibus Vticam miſſus, Actium Varum ducem Pompeianum in prælio fugauit: Poſtremo à Saluca Iubæ regis præfecto ipſe cũ toto exercitu abſumptus eſt. Huius meminit etiam Cicero dicens, quòd ſi uixiſſet magnam fuiſſet eloquentiæ laudem conſecutus: & ſi eum audire maluiſſet. Plinius quoque de eodem refert, quod funebri patris munere, exemplo Scauri qui ſimili ferè inſania uſus fuerat, Theatra duo iuxta fecit ampliſsima è ligno, cardinum ſingulorum uerſatili ſuſpenſa libramento, in quibus utriuſque antemeridiano ludorum ſpectaculo edito, inter ſeſe auerſis ne inuicem obſtreperent ſcenis, & repēte circumactis ut conſtiterant, poſtremo iam die diſcedentibus tabulis & cornibus inter ſe coeuntibus faciebat amphitheatrum, & gladiatorum ſpectacula edebat, ipſum magiſtratum & populum Romanum circunferens. Plinius.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VRBANORVM
LIBER XV.

Damaſcius

DAMASCIVS Sigiæus hiſtoricus Herodoti tempore ante bellum Peloponneſiacum ſcripſit de rebus in Græcia geſtis, præterea de parentibus & progenitoribus eorum qui ad Troiam profecti ſunt, & de poëtis & ſophiſtis aliaq; plura: ut autor Suidas.

Damoxenus

Damoxenus Atheniēſis comicus, cuius fabulæ nõnullæ memorãtur ab Athenæo in Dipnoſo.

Damoſtratus Philoſophus

Damoſtratus philoſophus ſcripſit de piſcibus libros XX.

Damophilus

Damophilus ſophiſta quem nutrijt Iulianus cõſul ſub M. Antonino principe, ſcripſit ad Lolliũ Maximũ de uita priſcorũ, & quædam alia. Suid.

Damophila

Damophila Græca mulier uxor Pamphili, ſocia Sapphus poëtriæ poëmata multa conſcripſit partim amatoria, partim in Dianæ laudes, ut autor Philoſt. in uita Apolonij.

Damon & Pythias

Damõ & Pythias Pythagorei diſcipuli inter raras amicitias computati. Cum Dionyſius alterum uellet interficere, & alter pro eo ſe uadē daret, donec ille conſtitutis domi rebus rediret, iſq; ad diem rediſſet, ueniam Tyrannus tantæ fidelitati non ſolum dedit, ſed ultro rogauit uti ſe tertium reciperent: autores Val. de amicitia, & Cicero lib. III. de officijs & V. Tuſculan.

Damianus ſophiſta

Damianus Epheſius ſophiſta nobilis, circa M. Antonini principis tempora diuitijs ac potẽtia inter ſuos præditus. Viros doctos liberalitate proſecutus eſt. Eloquentiæ quoque genus ſecundum naturã imitatus. Philoſtratus in ſophiſtis.

Daphne Tyreſiæ filia

Daphne filia Tyreſiæ uatis quæ Thebis captis miſſa eſt Delphos ut uaticinium diſceret: Itaque edidit uarij generis reſponſa. Cuius ex uerſibus Homerum ferunt multa mutuatum fuiſſe. Sibyllaq; cognominata, quod idem Deo plena. Hæc Diodorus libro V.

Daphne Phœbi

Alteram Daphnen ponunt poëtæ Penei fluminis filiam: Phœbo adamatam, ac in laurum commutatam.

Daphne urbs

Daphne etiam ciuitas Syriæ maximæ amœnitatis.

Danae

Danae Acriſij regis Argiuorum filia, quam dicunt Iouem in auri guttam conuerſum compreſsiſſe, indeq; Perſeum genitum.

Daphnis

Daphnis paſtor carmen bucolicum inuenit, in Sicilia boum armenta multa poſſedit, poſtremo captus luminibus, quòd ebrius cum alia fœmina congreſſus eſſet, ut prædictum ei fuerat à nympha: ut ait Suidas: à Poëtis autem puer formoſiſsimus, & Mercurij filius deſcribitur.

Danielis liber

Danielis & Suſannæ hiſtoria apud Hebræos, & LXX. non habetur: è Theodotionis translatione legitur in eccleſia: hic ſolus Danielem prophetam nominat. Hieronymus.

Dares Phrygius

Dares Phrygius hiſtoricus ſcripſit bellum Troianum Græce, in quo ipſe militauit, ut ait Iſidorus, primus ferè hiſtoricorum: qui tandem capto Ilio cum Antenoris factione remanſit, ut ſcribit Cor. Nepos. Qui opus eius in ſex libros è Græco conuertit, dicauitq; Criſpo Salluſtio.

P.Decius Pater

P.Decius bello Samnitico ſub Valerio & Corne. Coſſo Tribunus militum, exercitu anguſtijs Gauri montis inſidijs hoſtium clauſo, accepto quod poſtulauerat præſidio, in ſuperiorem locum tranſijt, hoſtes terruit: ipſe intempeſta nocte per medias cuſtodias ſomno oppreſſas incolumis euaſit, ob id ab exercitu ciuica corona de quercu, quæ dabatur qui obſidione ciues liberaſſet, donatus eſt. Idem Cos. bello Latino, collega Manlio Torquato poſitis apud Veſerim fluuium caſtris cum utrique conſuli obueniſſet, eos uictores futuros quorum dux in prælio cecidiſſet, inclinante parte Romanorum, ſeſe hoſtibus obijciens, uictoriam ſuis reliquit.

P.Decius fili.

P.Decius huius filius Cos. de Samnitibus triumphauit. Iterum & tertio conſul multa domi militiæq; geſsit. Quarto conſulatu cum Fabio Max. collega, cum Galli, Samnites, Vmbri, Tuſci contra Romanos conſpiraſſent: ibi exercitu in aciem ducto & cornu inclinante exemplum patris imitatus, aduocato M. Liuio Pontifice haſtæ inſiſtens, & ſolennia uerba reſpondens, ſe & hoſtes dijs manibus deuouit: impetu in hoſtes facto uictoriam & ipſe ſuis reliquit: Corpus à collega laudatum magnifice ſepultum eſt. Cæcilius.

Demades orator

Demades orator Athenienſis plurimum potentia & opibus ualuit, quod nihil præter Macedonum & Antipatri gratiam in rempub. quæreret, quo tempore Demoſthenes Hiperideſq; capitis metu urbe ceſſerunt. Erat enim Demades pauloante & ſenatu & omni munere reiectus, quia pecuniam qua illum Athenienſes mulctauerant (ſepties enim falſi damnatus fuerat) nondum exoluerat ob inopiam. Nam ingentes diuitias per luxum ac libidinem perdidit. Cumq; eſſet ætate confectus & luxu ſimul & auaritia perditus, in eum ſolebat Antipater cauillari, nihil ei ſicuti & cæſis uictimis præter uentrem & linguam ſupereſſe. Nactus igitur Antipatri amicitiam omnem ueteris licentiæ libidinem renouauit, miſſuſq; ad eum de auferendo Athenis præſidio legatus cum Demea filio in Macedoniam uenit, incidítq; in tempus quo fatali ægritudine Antipater tenebatur. Interea literæ inuentæ deprehenſæ fuerant, quibus Demades Perdicam ad capiendam Macedoniam, ſeruandam autem Græciam hortabatur, pendentem à putrido & uetuſto filo, quod de Antipatro intelligebat. Ob quam rem Caſander cuius erant primæ partes apud Antipatrũ, irritatus, filiũ Demeam ante ora patris, deinde ipſum Demadem trucidauit: ſicq; quibus ille turpiter adſentabatur, ab eiſdem iuſto iudicio eſt adfectus: hæc ex Plutarcho. Cicero hunc nihil omnino ſcripſiſſe dicit.

Democritus Poliorcetes

Demetrius Antigoni Macedoniæ regis filius, cognomento Poliorcetes, id eſt, expugnator, quòd inter alias machi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

nam belliacam ferret ſecum in expeditionibus, quæ urbes expugnaret appellatam πολιορκήτην. Hic poſt Alexandrum præter alios Macedonas nomine ac uirtute clarus, tranſmiſſo Euphrate, Babyloniam occupauit. Athenas Caſandri Ptolemæiq; imperio liberauit. Cyprum expugnato Ptolemæo bello nauali recepit. Bœotios in deditionem accepit. Pyrrhum ab oppugnatione Theſſaliæ repreſſit: poſtremo cum bellum aduerſus Antiochum ſuſcepiſſet, infeliciter pugnans in eius uenit poteſtatem: Cheronneſiq; ab eo cuſtodiæ traditus eſt, permiſſo tamē ei regio ſumptu, molliq; uictu, uenationibus omnibusq; uoluptatibus: quibus ille uſus, minimū de ſalute anxius, in morbum ob incontinentiam incidit, ex quo perijt. Remiſſum corpus filio in urbe Demetriade honorifice ſepultum fuit. Moribus haud abſimilis M. Antonio uidebatur. Quare illi à Plutarcho opponitur in parallelis. Nam mollis in otio præter omnis mortales, idem laborioſiſſimus in negotio, uti & ille traditur fuiſſe, ex magnaq; fortuna infauſtum exitum ſortitus. Præterea animo inſolens atque ſuperbus, legatos Athenienſes qui honore apud eum cæteros anteibant, duos annos fruſtra terendo tempus, eius ueſtigia ſecutos rebus tandem infectis domum remiſit. Petitiones quondam ac libellos multos à Macedonibus ei porrectos, ad pontem Axij fluminis prætereundo proiecit. Hic ob magnitudinem rerum geſtarum primus unà cum patre Antigono Rex appellatus, cum poſt Alexandrum in Macedonia ad eam diem nulli contigiſſet: ex Plutarcho.

Demetrius Phalereus

Demetrius Phalereus auditor Theophraſti præfuit Athenienſibus annos x. æreisq; ſtatuis plurimis ab eis honoratus. Mortuo Caſandro rege Macedoniæ, cuius amicitia ac fauore eam potentiam adſecutus fuerat, ob inuidiam accuſatus, abſensq; condemnatus, ſtatuis inſuper eius CCC. diſiectis atque conflatis, ad Ptolemæum Soterem ſe contulit. Ibiq; ab eo bibliothecæ regiæ præpoſitus exceſſit ex morſu aſpidis in manu, ſepultus in Buſyride regione prope Dioſpolim. Hæc Diogenes: ubi & XX. alios huius nominis claros uiros fuiſſe commemorat: de quibus tamen nihil ad nos peruenit. Cicero in oratio. de Phalereo hæc refert. Phalereus ſucceſſit, eruditiſſimus quidem horum omnium, ſed non tam armis inſtitutus quàm palæſtra. Itaque delectabat magis Athenienſes quàm inflammabat: proceſſerat enim in ſolem & puluerem, non ut ex militari tabernaculo, ſed ut Theophraſti doctiſſimi hominis umbraculis. Hic primus inflexit orationem, & eam mollem teneramq; reddidit, & ſuauis maluit uideri quàm grauis: & quæ ſequuntur. In eandem ferè ſentētiam Quintilianus nonnulla. Huius hodie nihil extat præter paruum de elocutione tractatum.

Demetrius grammat.

Demetrius cognomento Ixion Adramitenus docuit Pergami, diſcipulus Ariſtarchi, ſcripſit in grammatica quædam à Suida commemorata. Hunc ego Demetrium putauerim eſſe, quem Strabo genere Scepſium dicit, & eiuſdem Ariſtarchi tempore, enarrationemq; in Homerum ut etiam dicit Suidas ſcripſiſſe.

Demetrius libertus

T. Demetrius Pompeij libertus tantæ æxiſtimationis, ut expectatus ſit quondam Antiochiæ: oppidani tunc forte Catoni eò uenienti occurrentes ab eo petierunt, ubi nam Demetrium reliquiſſet: ille uerò indignatus, quòd ſui gratia egreſſam turbam putabat. Plut. in Pompeio.

Demetrius Chriſtianus

Demetrius Cydonius Theſſalonicen. uir doctus æque ac ſanctus, Græca Latinaq; facundia præditus, patria decedens Mediolanum uenit, ubi literis Latinis pariter & Theologiæ operam dedit. Thomæ Aquinatis libros in Græcum uertit ſermonem, qui hodie in bibliotheca Vaticana cernuntur. Scripſit & contra Eunomium de diuinitate filij, poſtremo reuertens in Creta ſubſtitit, ubi erogatis in pauperes bonis, in quodam ibi cœnobio perſancte, citra tamen profeſſionem uixit, pariter'que defunctus eſt, annis abhinc fere CC.

Democrates

Democrates Architectus

Architectus Alexandri, qui Alexandriam metatus eſt. In qua urbe huiuſcemodi de eo inſcriptio legitur. Δημοκράτης περίκλητος ἀρχίτεκτος μὲ ἔθεσερ δια ἀλεξάνδρου μακέδονος. Ex quo apparet corrupte à quibuſdam ſcribi Dinocrates.

Democrates athleta

Democrates palæſtrita facto in ſtadio circulo conſiſtens à nullo dimoueri poterat. Aelianus de ua. hiſt.

Democritus Abderites

Democritus Abderites, ut autor eſt Diog. Pythagoræ imitator, non tamen auditor, cum duos haberet fratres maiores natu, ab eis diſcedens, partem ſuam accepit, quam in pecuniam redactam breui tempore peregrinando abſumpſit. Nam prius ad Aegypti ſacerdotes contendit ab illis geometriam accepturus. Inde rubro mari emenſo ad Chaldæos & (ut quidam uolunt) ad Gymnoſophiſtas in Indiam penetrauit. Poſtremo Athenas redijt ad Socratem, ubi ſe gloriatur ignotū omnibus fuiſſe. Veni inquit Athenas, & nemo me nouit. Quod dictum Cicero refert, ut ſapientis uiri & gloriam ſpernentis. Hic principia rerum ex atomis conſtare dicebat, infinitosq; eſſe mundos generationi & corruptioni obnoxios. Reliquit opera cōplura quæ non extant. Contemptor rerum humanarum fuit, quas ridere ſemper ſolebat. Quamobrē ad eum in ſuburbano Abderitano agentem, ciues eius Hippocratem miſere curatum, putantes inſanum. At ille colloquio cum eo habito, retulit Democritum non inſanire, ſed magnopere ſapere: ſcripſitq; ſermones eos in quadam epiſtola, quæ adhuc extat in bibliotheca Vaticana.

Demonax

Demonax Adriani tempore ſummus philoſophus, non ut pleriq;, ſolitudinem ſectabatur, ſed nihil potius habuit aut putauit inter mortales amicitia, atque mutua charitate, omnemq; ſibi hominem familiarem exiſtimando. Viros fortunatos ſæpe admonebat quàm cito deſituri eſſent. Miſeros & in calamitate poſitos ridebat, tanquam neſcientes quòd breui tempore malorum obliuione ac libertate perpetua per mortem adficerentur. Ad ſacra Eleuſina, myſteriaq; nunquàm adceſſit. Quare à populo exagitatus, ut religionis contemptor, rem in concione excuſauit, quòd iure ea ſacra contemneret quæ ſecreta ſunt, utpote ſuſpecta: omnino autem ea manifeſtari oportere, ut ſi bona eſſent, alios inducerent, ſi mala, ut cauerent. Erat inſuper uita continens, & ueritatis amicus. Cumq; ætati nihil uiatici comparaſſet, domum cuiuſque quam uidiſſet apertam ingreſſus, ueſcebatur, ibiq; nocte quieſcebat, dominis tali hoſpite ſe felices putantibus. Deceſſit ferè centenarius, funeratus publice magna ciuium frequentia: ex Luciano.

Demaratus dux

Demaratus Lacedæmonius dux, cum exularet apud Athenienſes, belliq; contra patriam cerneret apparatum, magis inimicæ debere patriæ exiſtimans, clam Lacedæmonios certiores fecit.

Demaratus Corinthius

Demaratus Corinthius profugus in Hetruria apud Tarquinios oppidum conſedit, pater Terquinij Priſci: primū in Italiam, ut ait Plinius, fictores adduxit, unde plaſtice introducta eſt: uide de hoc in Tarquinijs.

Deiotarus rex

Deiotarus Rex Galatiæ à ſenatu iuuante Pompeio factus, in bello ciuili eius poſtea partes ſecutus, poſt pugnam Pharſalicam ſe domum contulit. Deinde ad Cæſaris clementiam confugiens, bella gerenti ſubſidia miniſtrauit. Quare ab ipſo rex dimiſſus, uerum parte regni tantum mulctatus fuit. Is poſtea per Philippum medicum & ſeruum ſuum quem Romam cum ſuis legatis miſerat, accuſatus eſt apud Cæſarem, quòd ei apud regem diuertenti in Aſia inſidias parauiſſet, quas ipſe Cæſar fortunæ beneficio euaſit. Cicero eum defendit luculenta oratione, dicens inter alia Philippum à nepote Deiotari adoleſcente aui inimiciſſimo corruptum, in hanc perfidiam & calumniam ueniſſe: autor Pedianus. Strabo hunc Caſtoris dicit filium fuiſſe, cognominatūq; Philadelphū.

Deiotarus grammat.

Deiotarus Adramytenus ludi magiſter apud Gargara Troadis, in quem Arati epigramma. Αἰάζεο ὅτι μοῦνος ἐνὶ πέτρῃσι κάθησαι Παισὶ Γαργαρέων βῆτα καὶ ἄλφα λέγων. Steph.

Deiphobus

Deiphobus Priami filius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

mi filius. Virg. Deiphobe armipotens genus alto à ſanguine Troiæ. Cum pleriq; mendoſe Deiphœbe legant. Sic enim apud Homerum δηίφοβος, pronuntiandumq; penultima correpta. Hic in Ilij ruina ex uulnere truncas habuit inhoneſto uulnere nares.

Demarchus

Demarchus Parrhaſius genere, olympionica, in lupum conuerſus, decimo poſt anno reſtitutus eſt homo. Epigrāma eius in Olympia tradit Pauſan. Υἱὸς Δινύτ[ου] Δήμαρχος τλώ δ' ἀνέθηκε Εἰκόν' ἀπ' ἀρκαδίης Παῤῥάσιος γενεάν. Plinius hunc Dementhum non Demarchum uocat libro VIII. cap. XXII. niſi menda ſit. Demēthum inquit, in ſacrificio, quod Arcades Ioui Lycæo humana etiam tum hoſtia faciebant, immolati pueri exta deguſtaſſe, & in lupum ſe conuertiſſe, eum denique dicimo anno reſtitutum, athletice reſtitiſſe in pugilatu, ac uictorem ex Olympia reuerſum.

Dexter

Dexter Paciani Præſulis filius, uir clarus ſimul & Chriſti fidei deditus, fertur omnimodam hiſtoriam edidiſſe, patria Barcinonenſis, præfectus prætorij Theodoſij principis. Cui Hieronymus qui hæc teſtatur, librum de uiris illuſtribus dicauit.

Democides

Democides medicus, qui Policratem Samiorum tyrannum curauit talentis duobus, ſcripſitq; librum de medicina. Suidas.

Demolchus

Demolchus Syracuſanus Comicus Olympia. LXXIII. filius epicarmi medici, docuit fabulas XIIII. lingua dorica.

Demochares

Demochares nepos Demoſthenis orator, cum inter alios Athenienſium legatos ad Philippum Macedonem ueniſſet, abſolutis mandatis petenti regi quid gratum Athenienſibus facere poſſet reſpondit, Suſpende te, Indignantibus ob eam rem cæteris, Rex dimiſit incolumen, uos inquiens cæteri ſocij renuntiate Athenienſibus quos cenſeant ſuperiores, qui talia dicant, an qui audiunt patienter. Hæc Seneca libro III. de Ira. Hic etiam hiſtoriam earum rerum quæ erant geſtæ ſua ætate Athenis, non tam hiſtorico quàm oratorio genere perſcripſit. Cice. in Bruto.

Dexippi duo.

Dexippus Herennius appellatus orator Athenienſis ſub Valeriano uſque ad Aurelianum. Fuit & alius Cous medicus, diſcipulus Hippocratis, ſcripſit de Medicina librum unum, & de pronoſticis: Suid.

Diagoras poeta

Diagoras Mileſius philoſophus & poëta Melicus poſt Pindarum & Bacchilidem, quem Democritus ob phyſionomiam cum eſſet ſeruus emit mille Drachmis ut diſciplinis erudiret, emicuit Olymp. LXXXVIII. uocatus eſt Atheos, quod nullos putaret eſſe deos. Myſteriaq; adeo contempſit, ut etiam ea ſectantes auerteret. Quare ab Athenienſibus pulſus eſt, qui talentum polliciti ſunt interficientibus eum. Suid.

Diagoras athleta

Diagoras Rhodius cum ſe uictorē duosq; Olympionicas filios uidiſſet, Nunc ait tibi Diagora moriendum, ne amplius Olympiam aſcendas, quod ſanè præ gaudio accidit: autores Plin. Gellius.

Diadumenus Præguſtator

Diadumenus formoſus omnis adoleſcens appellari poterat, id eſt, Diadematus & uittatus. Nam in Elide formæ certamen haberi ſolitum Dionyſius & Theophr. ſcribunt, uincentem quoque armis donari, ac uittatum ab amicis ad templum deduci, coronariq; myrto, arma ipſa Mineruæ conſecrari. Reperta Romæ haud diu inſcriptio huiuſcemodi: Diadumenus Lurneſianus, Præguſtator Auguſti uotum Syluano ſoluit merito. T.F. Diadumenus fortiſsimus Macrini filius inter Imperatores.

Dicæarchus

Dicæarchus Siculus è Meſſana Ariſtoclis auditor, philoſoph. orator, & Geometra, ſcripſit de rep. Spartiatarum, quem librum quotannis legere in loco publico cautum eſt, iuueneſq; auditum conuenire. Fuit item alter Lacedæmonius grammaticus Ariſtarchi auditor, Suidas.

Dicæogenes

Dicæogenes poëta ſcripſit Tragœdias & Dithyrambos. Idem.

Dias ſophiſta

Dias ſophiſta Epheſius Philippi Macedonis tempore ponitur à Philoſtrato.

Didymus Alexandrinus

Didymos quinque Suidas fuiſſe commemorat. Tres tantum Alexandrinos, omnes autem grammaticos. Primus tempore Auguſti, Cicerone & Antonio Coss. natus, Alexandrinus genere, qui Romæ profitebatur cognomine Chalcenterus ob patientiam in libris quos ſuprà tria millia & quingentos dicitur ſcripſiſſe. Huius meminit Rufinus in epiſt. contra Hieronymum. Reliquiitem Romæ poſteris temporibus docuere. Didymus Alexandrinus Præſul Cæſarienſis captus oculis à puero, & ob id elementorum quoque ignarus, adeo omnibus admirationi fuit, ut dialecticam quoque, & geometriam, quæ uel maxime uiſu indigent, perfecte didicerit. Is plura opera nobilia ſcripſit. Commentarios in pſal. de S. Sancto librum unum, quem Hierony. in Latinum uertit. Et alia complura in omnes ſacros libros quæ commemorantur ab Hieronymo, qui ſuo tempore fuiſſe teſtatur & ætatis annū LXXXIII. exceſsiſſe, Alibi ſe eum audiuiſſe dicit. Alibi item pro hæretico taxat his uerbis. In Didæmo memoriam prædicamus, & ſuper trinitate fidei puritatem, ſed in cæteris quæ male ingenio credidit nos ab eo retrahimur. Rufinus uerò in XI. hiſtoriæ ſic ait. Inflammatus deſiderio literarum Didymus non deſperauit adſiduis precibus apud Deum quod natura conſequi non erat. Miſcebat præcibus ſtudia, ac labores continuos non ad legendum, ſed audiendum, in ſilentio uerò ea meditandi quæ audiuerat: ita ut quæ alijs dat adſidua lectio, illi mentis adſidua cogitatio ſuppeditaret. Itaque breui doctor eccleſiaſticæ Alexandrinæ ſcholæ ſucceſsit, collaudante Athanaſio eius urbis præſule. Nos enim qui aliqua ex parte eius fuimus auditores, & ea quæ à nonnullis dicente eo deſcripta ſunt legimus, longe maiorem gratiam & diuinam quaſi ac ſupra humanam uocem ſonantem in ipſius magis ſermonibus qui ex ipſius ore enuntiabantur agnouimus.

Dibutades

Dibutades Sicyonius primus figulus Corinthi filiæ opera inuenit ſimilitudines ex Creta fingere, quam plaſticem uocant: quæ capta amore iuuenis, illo abeunte peregre, umbram ex facie eius ad lucernā in pariete lineis circumſcripſit, quibus pater eius impreſſa argilla typum fecit, primusq; perſonas tegularū extremis imbricib. impoſuit, quæ inter initia Protypa uocauit. Deinde Ectypa fecit. Pli.

Dinocrates dux

Dinocrates Meſſenius in patria potens, in conuiuio temulentus muliebri ſaltauerat habitu. poſtero die à T. Q. Flam. Procos. ſubſidium rogabat, quòd ab Achæorū imperio ad defectionem ſollicitare Meſſanam uerſaret in animo. Tūc Flaminius: De his uiderimus. Te autē miror cū res huiuſmodi moliri auderes, in uino ſaltare & canere poſſe. Hic rebellauit tamen cum ciuitate. Philopœmenem Achæorum ducem in prælio cepit, ac ueneno in cuſtodia necauit. Victus tandem ab exercitu Achæorum urbeque amiſſa, ne ueniret in manus inimicorum, ſibi mortem conſciuit. Plutarchus in Philopœmene.

Dimophilus & Gorgaſus

Dimophilus & Gorgaſus Plaſticæ artis inſignes. Plinius.

Dion Syracuſanus

Dion Syracuſanus apud ſuos ciues potentia & facultatibus præditus, Platonem primo Syracuſis audiuit, donec ille tereret moram apud Dionyſium, apud quem ipſe quoque in honore fuit. Sed poſtea quod eſſet ei propinquus & familiaris, ſæpeq; propterea ad liberandas Syracuſas cum per ſe & Platonem hortaretur, in ſuſpicionem Tyranno uenit. Quare in exilium actus, ſuis prouentibus dimiſsis Athenas uenit, quo tempore & Platoni præfecto ludorum impenſam de ſuo ſuppeditauit. Cæterum inductus uti creditur Platonis perſuaſione, ad liberandas animum Syracuſas adiecit, ſimulq; Speuſippo uiro fortiſſimo & amiciſsimo iuuante, habita Zacinthi concione ad milites, factoq; Apollini ſacrificio contra Dionyſium mouet: in quo bello fretus etiam auxilio & conſpiratione ciuium urbe potitus, tyrannum coëgit in arcem ſeſe recipere, donec deditione clàm hoſti facta ex fœdere Corinthum in exilium miſſus eſt. Dion itaque uictoria plene potitus paulò pòſt à Callippo Athenienſi eius familiari unà cum paucis coniuratis interficitur. Quod Syracuſani adeo ægrè tuliſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſeruntur, ut in eius ultionem quando eum in poteſtatem habere non potuerint, filias interfecerint. ex Plutarcho.

Dion hiſtori. Dion Caſsius, cognomento Cocceius, patria Nicæus, hiſtoricus ſub Alexandro Mammeæ ſcripſit Romanam hiſtoriam libris L X X X. Præterea geſta Traiani principis, uitam Arriani philoſophi. autor Suidas. Hiſtoriam hanc hodie haud integram habemus. Supereſt & epitome ab alijs facta, quorundam Imperatorum ab eo deſcriptorum. Item de principe libri I I I. inſuper quidam in moralibus tractatus admodum parui.

Diō ſophiſta Dion Pruſicus ſophiſta & philoſophus, quem Chryſoſtomum appellabant, procedebat in publicum amictus pelle leonis, corpore gracili. Apud Traianum plerunque uixit, cuius maxime familiaris fuit, eodem'que curru dignatus. Scripſit pro Homero contra Platonem libros I I I I. De uirtutibus Alexandri Magni X. præterea an mundus eſſet mortalis, & laudem Herculis. hæc Suidas. De eodem Philoſtratus in ſophiſtis pluribus uerbis refert in hanc ſententiam. Fuit æqualis Apollonij Tyanei & Euphratis Tyrij philoſophorum, fugiens Domitiani tempora quando philoſophia exulabat, ad Germanos & Getas ſe ſponte contulit ignotus, ubi tunc Traianus nondum Imperator res gerebat: quo tempore indigna quoque multa uictus gratia factitauit, opus in agro faciendo, plantando, ſtudia neutiquam intermittendo, lectitabat ſæpe quos ſecum extulerat libellos, Platonis Phædonem & Demoſthenis orationem de legatione. Solebat & ſæpe in caſtra uenire. Cumq; Domitiano interfecto animaduertiſſet tumultuantes milites & ad res nouas erectos, extemplo nudus ut erat cucurrit, & ex altiſsima ara concionatus, illud Homericum præfatus eſt. At nudus tacite prodit conſultus Vlyſſes. Seq; Dionem ſummum philoſophum eſſe manifeſtauit, perſuaſitq; uti meliora ſentirent, neque a Romano ullo modo diſcederent imperio. Reductus à Traiano deinde fuit in urbem, in eodem inuectus curru. Scripſit res Geticas atque id bellum omne.

Diogenes Cynicus DIOGENES Sinopeus, ut eſt autor Suidas, Pythiam conſuluit, quo'nam modo poſſet excellere: reſpondit, ſi nummos adulteraret. Quo ille facto patria expulſus Athenas uenit Antiſthenemq; philoſophum audiuit, ſectam inſtituit Cynicam. Iam ſenex à Scyrtalo pirata captus, uenundatusq; Xeniadi Corinthio fuit, à quo, ut ait Macrobius, interrogatus, quid artis nouiſſet, ſcio, inquit, liberis hominibus imperare: tunc eum manumiſit, eiq; liberos ſuos ad erudiendum tradidit, apud quem Diogenes uiuere maluit dum poſſet ab amicis redimi. Exceſsit è morſu canis eodem die quo Alexander Babylone. Laërtius uerò de hoc tradit, quod pallium duplex primus in uſu habuit ob neceſſarium uſum, ut illo cubitans ſeſe obuolueret: Peramq; in qua cibos ferret, ac baculum ad iter faciendum. Dolium pro domo habuit, ad æſtus ac frigora uerſatile. Liberales artes ſuis ſectatoribus abſtulit, ne intelligentes aliena dogmata peruerterentur. Contemptum mundi ac patientiam præcepit, par ſtoicis, niſi coirent publice cum uxoribus, dictitantes quæ honeſta ſunt lege, ea publice fieri debere.

Diogenes Babylonius Diogenes Babylonius multò poſt Sinopenſem præceptor Antipatri de quo Cicero de Officijs multa.

Laertius Diogenes Laërtius hiſtoricus ſcripſit de uita & moribus philoſophorum, conuerſus ab Ambroſio monacho. Scripſit & librum epigrammatum in ſcriptores uirosq; præſtantes, ut ipſe plane teſtatur in Solone. Diogenes Athenienſis, & Carſaudes, Pantheon Agrippæ decorauerunt.

Diogneti tres DIOGNETI plures. Ille primus qui ſcriptor fuit itinerum Alexandri, quem Plinius libro V I. ſe ſequi teſtatur. Alter Clitomachi pater, illius Pœni qui ſucceſsit Carneadi. Fuit alius pictor ætate Iulij Cæſaris, cuius meminit Capitolinus.

Diodorus Chronus DIODORVS Chronus dialecticus ex Iaſſo Aſiæ ciuitate fuit, ut Strabo eſt autor, Platonis tempore: Euclidemq; audiuit, dictus Chronus ab Apollonio Crono eius præceptore, cuius ut famam obſcurauit, ita & cognomen uſurpauit. Dialecticus etiam appellatus, quòd, ut ait Diogenes, primus inuolutum & corneum diſſerendi genus inuenerit. Hic apud Ptolemæum Soterem commorans, cum olim inter epulas à Stilpone ſermones quoſdam dialecticos propoſitos extemplo nequiſſet exoluere, à rege propterea increpitus, & in iurgio Chronus appellatus, conuiuium deſeruit, ac edito per otium ſuper ea propoſitione libro, ex animi mœrore extinctus eſt. Diogenes.

Diodorus Comicus poëta, eius nonnullas fabulas commemorat Athenæus. Diod. poeta

Diodorus, Stoicus uixit, mortuus eſt apud Ciceronem, quem in dialectica exercuit, ut eſt autor in Bruto. Diod. Stoicus

Diodorus Valerius philoſophus, Alexandrinus, filius Pollionis philoſophi illius qui fecit dictionarium Atticum, floruit Adriani temporibus. Suidas. Diodorus præterea duos è Lydia Tyberij tempore Strabo commemorat, ambos oratores.

Diodorus Siculus ſcripſit hiſtoriam quam bibliothecam inſcripſit, continet autem res & Romanas & uarias in libris X L. ut Suidas teſtatur, qui dicit eum floruiſſe ſub Auguſto & ſuprà. Quod & ipſe quoque libro V I. teſtatur. Iulius Cæſ. inquit, diebus noſtris Rhenum pontibus miro modo iunxit. Primi ſex libri antiquorum geſta quæ fabuloſa appellant, ante bellum Troianum continent. In horum primis tribus barbarorum, in reliquis antiquæ res Græcorum narrantur. In undecim deinde conferuntur quæ à bello Troiano uſque ad Alexandri Macedonis mortem geſta ſunt. In reliquis X X I I I. continentur quæ deinceps uſque ad bellum Gallicum, quod Romani duce Iulio Cæſare geſſerunt, qui annos in ſumma complectuntur M. C X X X V I I I. Huius hiſtoriæ tantum V I. libri ad noſtrã ætatem peruenere. Diod. Siculus

Diodorus Tarſenſis præſul, dum Antiochiæ præsbyter eſſet magis claruit, extant eius in Apoſtolum Commentarij, & alia ut autor Hieronymus. Theodorus uerò in hiſtoria tripertita dicit hunc Iuliani & Valentis uſque temporibus fuiſſe, ſcripſiſſeq; quanta nemo alius ſuo tempore, inter quæ ſunt Chronica, emendans errores Euſebij Pamphili. Contra Ariſtotelem de Corpore cœleſti, & quod calidus Sol. De prouidentia contra Platonem. Quomodo uelle & non uelle in Deo, cum ſit ſempiternus. Diod. præſul

Dioxippus nobilis athleta. Cuius meminit Plinius. Alius poëta Comicus, cuius fabulas commemorat Suidas. Alius miles Alexandri Magni, mira fortitudine, prouocatus à Corrago milite item Macedone, claua eum cecidit. autor Aelianus. Dioxippi tres

Dioſcorius Miræus grammaticus præfectus prætorij Leonis Imperatoris ac præceptor filiorum eius. Suidas. Dioſcorius

Diomedes rex Aetoliæ, Tydei & Deiphiles filius, unus è ducibus Græcorum, ab Homero tertius uirtute poſt Achillem & Aiacem ponitur, qui confecto bello ob adulterium coniugis in Apuliam ſe contulit, Adria, Argyripa, alijsq; multis in Italia conditis ciuitatibus. Inſuleq; duæ Diomedeæ, ubi eius ſocij in aues conuerſi. quam ipſe Diomedes hiſtoriam in X I. Virgilij libro narrat, cum oratoribus contra Aeneam denegat auxilia. Interfecit autem ex Troianis, Xantippum, Mneſtheum, Epiſtronium, Orcomeneum. Diomedes rex Aetoliæ

Diomedes Thraciæ rex, qui equos humana carne paſcebat, expugnatus tandem ab Hercule. Ouidius: Demum Thracis equos humano ſanguine paſtos, Plenaq; corporibus laceris præſepia uidi. Viſaq; denoui, dominumq; ipſoſq; peremi. Diomedes rex Thraciæ

Diomedes grammaticus cuius extat opuſculum in arte grammatica. Diomed. grãmaticus

Diogenianus ex Heraclea grammaticus ſub Adriano principe ſcripſit Dictionarium per ordinem literarũ, multaq; alia in arte grammatica. Suidas. Diogenianus

Diocles Athenieſis Comicus poëta antiquus, fabulas eius nonnullas commemorat Athenæus. Diocles poëta

Diocle

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Diocles medicus

Dioſcorides

Diocles medicus Cariſtius, Darei Hiſtaſpis tempore, reliquit & ipſe Commentarios. Dioſcorides Anazarbeus medicus, M. Antonij & Cleopatræ familiaris, ſcripſit libros X XIIII. περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων, id eſt, de ſimplicibus quæ ad medicinam pertinerent. Suidas.

Diopœnus & Scybis

Diopœnus & Scybis Cretenſes priuſquam Cyrus in Perſis regnaret, hoc eſt Olympiade circiter L II. Sicyonem ſe contulere, quæ diu fuit officinarum omnis generis metallorum patria. Sculpendo marmori primi claruerunt. Plin.

Dionyſius tyrannus ſenior

DIONYSIOS Siciliæ Tyrannos patrem & filium Trogus libro X X I. deſcribit, ac prius patrem in hanc ſententiam. Dionyſius è Sicilia Carthagınienſibus pulſis, occupatoq́; totius inſulæ imperio, grauem hoſtem otium regno ſuo periculoſamq́; deſidiam tanti exercitus ratus, copias in Italiam traiecit, ut militum uires continuo labore acuerentur, & regni fines prorogarentur. Prima illi militia aduerſus Græcos qui proxima Italiæ littora tenebant fuit, quibus deuictis finitimos quoſque aggreditur, omnesq; Græci nominis Italiam poſſidentes hoſtes ſibi deſtinat, quæ gentes non partem ſed uniuerſam ferè Italiam ea tempeſtate occupauerant. Itaque Dionyſius Locros prius expugnat, deinde Crotoniatas aggreditur qui Locris auxilium tulerant. In quo bello occupatum legatio Gallorum Senonum, qui Romam incenderant adijt, ſocietatem cum eo petens: quam Dionyſius libenter iniuit, fortiusq́; propterea contra inimicos ingruebat. Verum ab incepta oppugnatione ob aduentum Carthaginienſium in Siciliam reuocatur. Nam illi redintegrato exercitu bellum quod diu intermiſerant, auctis uiribus duce Hannone repetebant. Dionyſius autem quem paulò antè non Sicilia, non Italia capiebat, adſiduis belli certaminibus à Carthaginienſibus demum uictus inſidijs ſuorum interficitur.

Dionyſius iunior

Dionyſius filius natu maior inter fratres patri militum fauore ſuccedit, qui initio tyrannidis populum ſibi liberalitate concilians, tria millia nexorum ex carcere dimittit. Tributa inſuper populo per triennium remittit, ſublatisq́; fratribus ac propinquis quos metuebat, paulatim in cæteros graſſatur. Itaque ob crudelitatem inuiſus Syracuſanis bello expugnari cœptus in arcem ſe recepit. Legatos etiam Syracuſanos de pace ab eo prius petitos contra ius gentium retinuit. Tandem ui pulſus ex arce profugit clàm in Italiam, Locros conceßit qui ſub eius erant poteſtate. A Locrenſibus uerò ignaris quòd exul exceptus, ſolitam in eos quoque exercuit ſæuitiam, ſex annis rapinis, ſtuprisq́; omnia complendo. Deinde Locrenſium conſpiratione ciuitate eiectus in Siciliam redijt: ibi Syracuſas ſecuris omnibus poſt longum pacis interuallum per proditionem recepit. Cumq́; grauior rurſus eſſet, iterata conſpiratione duce Dione Syracuſano, cuius ſuprà meminimus, cum Corinthiorum auxilio obſideretur: tũc depoſito imperio arcem Syracuſanis tradidit, receptoq́; priuato inſtrumento Corinthum in exilium proficiſcitur. Ibi humilima quæque tutißima exiſtimans in ſordidißimum uitæ genus deſcendit: in publico uagari, potare, in ganeis & popinis uerſari, pannoſus & ſqualidus incedere uiſus eſt, poſtremo ludi magiſtrum agens pueros in triuio docebat: atque hæc omnia ut contemnendus magis quàm metuendus uideretur. Hæc Trogus. Hunc & Tragicum poëtam fuiſſe cum Cicero tum alij tradunt. Valerius eius rapinas enarrat: aureas pateras è manibus diuorum ſimulacrorum rapiebat, dictitans bona à dijs porrigentibus accipienda: Ob ſuſpicionem filias tonſtrices habuit. Anicula inuenta quæ pro eo deos precabatur, cauſam interrogata reſpondit: cum plures uidiſſet in ea ciuitate tyrannos continua ſucceßione deteriores, ipſum præſtare incolumem eſſe, ne & item deterior ei ſuccedat.

Dionyſius Dialecticus

Dionyſius Dialecticus è Bithynia commemoratur Straboni libro X I.

Dionyſius Geographus

Dionyſius Corinthius, ut Suidas ſcribit, ut alij, Afer ex Byzanthe ciuitate temporibus Auguſti ſcripſit Geographiam uerſibus hexametris conuerſam à Priſciano. Itemq́; de lapidibus & auibus, de Bacchis. quæ omnia deperdita præter Geographiam.

Dion. gram.

Dionyſius Alexandrinus grammaticus peruenit ad Traiani tempora. cuius bibliothecæ & epiſtolis præfuit, præceptorem habuit Chæremonem philoſophum. Cui ſcholæ Alexandrinæ olim ſucceßit. autor Suidas.

Dionyſius Mileſius

Dionyſius Mileſius hiſtoricus, ſcripſit res Perſicas & quæ poſt Dareum ſecuta ſunt, aliaq́; à Suida commemorata. Philoſtratus hunc pluribus uerbis inter ſophiſtas ſcribit, eum dicit Adriano principi ob ingenium acceptum fuiſſe, à quo Satrapa factus adſcriptusq́; inter equites inter eos qui in muſæo epulantur. Etenim Muſæum, ut alibi diximus, Aegyptia menſa eſt continens uiros in toto orbe doctrina claros.

Dionyſius Halicarnaſſeus

Dionyſius Halicarnaſſeus Auguſti tempore Romanam ſcripſit hiſtoriam, ut Suidas teſtatur. ſcripſit etiam de Characteribus antiquorũ oratorũ. Præterea de compoſitione orationis & elocutione, quomodo fiãt Epithalamia, Epitaphia, Panegyrica. quæ Theodorus Gaza in Latinum cõuertit. Ipſe uerò Dionyſius de ſe ſcribit lib. I. Ego in Italiam traijciens poſt bellum Cæſaris Auguſti Olympiade C L X X X V I I. annos X X. Romæ uſque ad hoc tempus commoratus ſum, ſermonemq́; uernaculum Romanum edidici. Cumq́; ad hiſtoriam ſpectarem, nihil in hoc ſpatio potius habui quàm quæ facerent ad hanc rem, alia ex doctrina hominum cum quibus conuerſabar accipere, alia uerò ex autoribus receptis mutuari: Catone, Valerio Antiate, Fabio, Actijs, Gellijs, Calphurnijs, cæterisq́;. Dionyſius Heraclionis filius Tyrannus apud Heracleam & Anthiocheam regnauit, ut autor Strabo in X V I. Ad noſtros nunc ueniam.

Dionyſius Ariopagita

Dionyſius Ariopagita præſul Athenienſis, diſcipulus Pauli, ut ſcribitur in actibus apoſtolorum, ſolus Paulo concionante è philoſophis qui aderant credidit. Hic ut ſcribit Suidas, cum eſſet in Aegypto quò ſe diſciplinæ cauſa contulerat, uideretq́; tunc eclipſim minime naturalem cum Chriſtus eſt paſſus, una cum Apollophane ſophiſta præceptore ſuo dixit, aut Deus naturæ patitur, aut machina mundi diſſoluetur. Scripſit ad Timotheum præſulem Epheſi de diuinis nominibus libro X I I. de Hierarchia eccleſiaſtica ac cœleſti, de cœleſtibus ordinibus. præterea alia complura opuſcula. Miſſus poſtremo in Galliam euangelij gratia una cum Ruſtico & Eleutherio à Clemente pontifice ſub Domitiano, in eodem loco martyrio adficitur. Eius nobile templum deinde prope Pariſios excitatum, ut in rebus Gallicis explicatius narraui.

Ruſticus Eleutherius

Dionyſius præſul Cor.

Dionyſius Corinthiorum præſul ſub M. & L. Antoninis doctrina ſanctitateq́; clarus. Scripſit epiſtolas quaſdam ualde laudatas, ut autor Hiero.

Dionyſius præſul. Alexã.

Dionyſius præſul Alexandrinus Origenis diſcipulus: eius plurima opera Hieronymus narrat. Euſebius quoq; lib. V I I. teſtatur hunc plurima pro religione tuliſſe. Scripſiſſeq́; cum multis epiſtolas, tum Cornelio tunc epiſcopo urbis Romæ, ubi dicit: Scito frater. Ex quo notandũ, quòd tunc præſules fratrem pontificem appellabant.

L. Bebius Diues

Diues cognomentũ eſt Rom. L. Bebius Diues flamen quirinalis Liuio libro V I I. de bel. Ma. memoratur.

Dictys

Dictys Cretenſis peritus Phœnicum literarũ, natus Merione filio Idomenei, ſcripſit bellum Troianũ, in quo ipſe militauit, Phœnicum lingua. Reuerſusq́; in patriam moriens mandauit, ut liber arca plumbea ſepulcro eius inferretur occluſus. Anno deinde tertio Neronis principatus ob terræ motum ſepulcro reuulſo arca apparuit. delataq́; ad Rutiliũ illius inſulæ præſidẽ, & ab illo ad Neronẽ tranſmiſſa eſt. Librum Nero in Græcam linguam conuerti iuſſit, bibliothecæq́; dicauit, qui ad noſtrum æuum peruenit conuer-

ſus in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſus in latinum ſermonem à quodam Septimio, ut eius indicat epiſtola. In qua dicit librum inuentum à paſtoribus in ſepulcro, & ad Praxim eius regionis Dominum delatum, ab illo uerò Neroni dono miſſum fuiſſe.

Dolobellæ duo

GN. DOLOBELLAS duos eodem tempore fuiſſe conſtat præter illum in quem ſunt Ciceronis orationes. Horum alterum, Cæſar repetundarum accuſauit, nec damnauit. Alterum M. Scaurus accuſauit & damnauit. Autor Pedianus.

Dolobella Cæſarianus

Dolobella partium Cæſarianarum æqualis tempore ſupradictis, Trebonium unum ex Cæſaris percuſſoribus Smyrnæ crudeliter interfecit: ex quo hoſtis à Senatu iudicatus tandem in Syria multis prælijs cum Caßio congreſſus, uictus ſibi manus attulit. Contra hunc Cicero in Philippicis inuehitur, Aſius quoque ſuperior tempore his omnibus, frater fuit L. Saturnini Tribuni Pleb. & in eius tumultu interfectus. DOMITIORVM gens Romæ uetuſta, GN. & L. prænomina tantum ſibi adſumpſit.

L. Domitius Aenobarbus

L. Domitius Aenobarbus ſimul & cognominis & familiæ princeps fuit: Cui reuertenti è rure gemini iuuenes imperaſſe traduntur, ut uictoriam de Latinis Popu. Rom. nuntiaret, & in fidem maieſtatis adeo permulſiſſe malas, ut è nigro rutilum pilum æriq; ſimilem reddiderint. Tranquillus.

GN. Domitius

GN. Domitius Procos. contra Allobrogas Aruernosq; feliciter dimicauit: cauſa belli quod Salyorum regem Tentomalium ſuſcepiſſent, quodq; Heduorum agros Popu. Roma. amicorum uaſtauiſſent. Liuius XXI.

Bituitus rex

Idem teſte Valerio de perfidia: Bituitum Aruernorum regem, ad ſucceſſorem Q. Fabium confugere paratum, ſpecie colloquij comiter hoſpitio inuitatum uinxit, ac Romam deportandum curauit. Cuius factum Senatus neque probauit, neque reſcindere uoluit, ne ſi ueniſſet in poteſtatem bellum moueret. Igitur eum Albæ cuſtodiæ relegauit. In hunc etiam dixit L. Craſſus orator, non eſſe mirandum eum æneam barbam habere, cui os ferreum, & cor plumbeum eſſet. Hic à Cicerone inter principes oratores ſui temporis ponitur in oratore.

L. Domitius Pompeianus

L. Domitius Pompeianarum partium ter uictus in poteſtatem Cæſaris uenit, toties dimiſſus. Nam primo ſucceſſor ei delectus Corfinium cum præſidio tenebat: obſeſſus cum clàm fugeret, oppidani ad portam eum ſectantes captum ad Cæſarem duxerunt. Qui dimiſſus, contra iuſiurandum ab eo præſtitum aduentu ſuo Maßilienſes poſtea confirmauit, ſed repentè deſtituit: poſtremo in acie Pharſalica occubuit, uir neque ſatis conſtans, & ingenio truci. In deſperatione rerum hauſtum uenenum pœnitentia euomuit, cum accepiſſet de clemẽtia Cæſaris, manumiſſo medico qui illud prudens minus noxium temperauerat. Solus inter Pompeianos conſuluit in hoſtium loco habendos, qui neutram partem ſequerentur. Huius igitur filius melior cunctis ueniam à Cæſare meruit obtinere.

Domitius auus Neronis
Domit. pater

Ex hoc poſtea auus & pater Neronis principis fuere. Quorum Auus in præturæ Conſulatusq; honore equites & matronas ad agendum perduxit in ſcenam. Munus gladiatorium tanta crudelitate egit, ut clàm fruſtra prius monitus, edicto ab Auguſto ſit coërcitus. Huius filius Domitius Iuliam Agrippinam Germanico natam duxit uxorem, ex qua ſuſcepit Neronem principem, ut ait Tranquillus.

L. Domitius prætor

L. Domitius prætor Siciliæ illum qui ſibi dono aprum attulerat, cruci adfixit, cum comperiſſet ui teli feram captam, quod antea per edictum uetuerat. Valerius.

Domitius partium Marii

Domitium exulem Marianarum partium Pompeius cum exercitu congrediens interfecit. Plutarchus.

Domitius Antonianus

Domitius Aenobarbus ex Antonij partibus ad Auguſtum transfugit. Cui Antonius adeo ſe humanum præſtitit, ut res & bona eius remiſerit. Plutarchus in Antonio.

Domitius Corbulo

Domitius Corbulo à Nerone miſſus duas alas, & tris cohortes, quas ſecum ad caſtellum duxerat in Armenia, quia hoſtibus ceſſerant extra uallum iuſſit tendere, donec proſperis excurſionibus redimeret ignominiam. Frontinus libro IIII.

Domitius Inſanus

Domitius Inſanus, doctus clarusq; in urbe Roma grammaticus, id cognomentum adeptus quòd eſſet natura intractabilis ac moroſior. Gellius.

Domitius Apher

Domitius Apher orator Nouarienſis Neronis temporibus. de quo Quintil. Domitius Apher uerborum arte & toto genere dicendi præferendus: & quem in numero ueterum habere non timeas. Euſebius dicit eum redundantem ſuperfluitate cibi in cœna periiſſe.

Domitia
Domicillæ III

Domitia Domitiani principis uxor ſine liberis fuit. Flauia Domicilla Statilij Capellæ equitis filia: Veſpaſiani uxor: Titi & Domitiani mater, eiuſdem etiam nominis filia. Vtrique Veſpaſianus ſuperſtes fuit, ut ait Tranquillus. Aliam quoque uirginem ac martyrem noſtri tradunt ex hac ſtirpe fuiſſe, Domitiani ex ſorore neptem, ac Aurelio Flauij Clementis Domitiani fratris filio pactam, quæ à Nereo & Archileo eunuchis & cuſtodibus eius Petri diſcipulis ad fidem ſimul & uirginitatem ſeruandam deducta eſt, & à Clemente presbytero abluta. quare de eunuchis ſupplicium ſumptum, ipſa in Pontiam inſulam miſſa: demum à uiro Terracinam reuocata, per Theodoram & Euphroſynam collactaneas nullo modo auerti potuit, ſed illæ potius ad fidem ab ea conuerſæ, ex quo omnes in uno cubiculo atque eadẽ urbe crematæ.

Theodora
Euphroſyna

Domninus martyr

Domninus philoſophus Syrus genere è Laodicea, diſcipulus Syriani, ut ait Damaſcius. Eſt & martyr eius nominis ſub Maximiano, cuius erat cubicularius. Liberat inuocantes à morſu canis rabioſi. Alius item profeſſor: ex Africa pulſus una cum Vincentio & Marcellino præſule Ebredunenſi. In qua etiam urbe ſepultus: eius feſtum XII. Calend. Mai, Superioris uerò VIII. Eid. Octob.

Donatus grammaticus

Donatus grammaticus præceptor diui Hieronymi ſcripſit artem quæ in manibus extat puerorum, quanquam in epitomen redacta. Commentarios item in Terentium & Virgilium edidit.

Donatus hæreticus

Donatus à quo Donatiani ſub Conſtante & Cõſtantino principibus, adſeuerabat à noſtris ſcripturas in perſecutione ethnicis traditas, totamq; penè Africam ac Numidiam ſua perſuaſione decepit. reliquit ſcripta ad ſuam ſectam facientia. Hieronymus.

Don. martyr

Donatus item martyr præſul Arretinus, ſub Iuliano principe, qui parentibus ob fidem interfectis, ipſe Arretium aufugit una cum Hilariano monacho uiro ſancto, ſimulq; ſecuri percuſſus, atque in eodem loco ſepultus eſt. Sunt & plures alij huius nominis martyres.

Dorotheus martyr
Gorgonius

Dorotheus cubicularius Diocletiani cum Petro & Gorgonio ſocijs eiuſdem etiam muneris ac fidei, ab eodem principe quod Chriſtiani facti eſſent martyrio adficitur, teſte Euſebio.

Dorotheus præſul

Dorotheus præſul Antiochenus uir eruditißimus, Græce & Hebraice doctus, eunuchus ab ipſa geneſi fuit, quo magnopere Aurelianum principem dicunt delectatum fuiſſe, Diocletianumq; eum in honore habuiſſe: autor Euſebius, qui eum puer ſacros libros enarrantem ſe audiuiſſe teſtatur. Socrates autem in hiſtoria tripertita Dorotheum ait Arrianum fuiſſe præſulem, & ab eccleſia Antiochena ad Conſtantinopolitanam translatum: deceßiſſeq; Honorij principis tempore, CXIX. natum annos.

Dorotheæ uirgines

Dorothea, Euphemia, Tecla, & Eraſina uirgines III. No. Septemb. ſub Nerone apud Aquileiam poſt multa ſupplicia ab earum patribus qui patrueles erant truncatis capitibus in fluentum proiectæ. Altera Dorothea item uirgo apud Alexandream ſub Manxentio paſſa. Tertia uirgo tantum apud Cæſaream Cappadociæ Impe. Maximiano.

GN. duilius

GN. DVILIVS Imperator contra Carthaginienſes miſſus ſuis nauibus manus ferreas cum irriſu hoſtium inſtituit. Sic inter pugnandam hoſtium naues apprehendit, qui uicti & capti ſunt apud Siciliam.

Amilcar

Amilco dux claßis Carthaginem fugit, & à Senatu quæſiuit, quid faciendum cenſerent: omnibus ut pugnaretur clamantibus:

Feci,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Feci, inquit, & uictus ſum: ſic pœnam crucis effugit: nam apud Pœnos dux re male geſta puniebatur. Duilio cõceſſum eſt honoris gratia, ut prælucente funali & præcinente tibicine à cœna publice rediret, eo quòd primus de nauali uictoria triumphaſſet, Ex Cæcilio.

Demoſthenes orator

Demoſthenes orator Athenienſis patre eiuſdem nominis admodũ paupere, ut qui cultellos factitaret, ab initio Platonem audiuit philoſophiæ deditus, mox oratoriæ incubuit. Ac primum quidem cum non eſſet ſatis apta pronũciatione, à Satyro hiſtrione correptus eſt. Deinde cum multitudinem & tumultum expaueſceret ac mente excideret, prope littoris marini ſonitũ dicere adſueſcebat, & ut ait Demetrius Phalereus locum ſubterraneum elegit, ubi totos dies ſecum agitabat, raſo etiam crine ne ob deformitatem foras exire cogeretur. Tertio literam R. difficile enunciabat, quam calculis in os coniectis & locum adcliuem ſcandendo pronunciare conabatur, ut ore poſtea ſoluto faciliore uia uerba decurrerent. Nunquam niſi præmeditatus dicebat: ob quam rem Pytheas ſolitus eſt dicere: Demoſthenis enthymemata lucernam olere. Alij dicũt hoc Demadis oratoris dictum. Theopompus eum inconſtantem fuiſſe, neq; iiſdem rebus aut hominibus longo tempore uti potuiſſe dicit: notatur etiam auaritiæ & corruptionis, à

Harpalus

rege Perſarum pecuniam accipere ſolitus, ut contra Philippum ageret, & ab Harpalo corruptus. Hic enim Harpalus ob rationes male adminiſtratas fugerat ab Alexandro Magno Athenas, ubi aduocato concilio cum Athenienſes de eo recipiendo agerent: Demoſthenes qui paulò antè dixerat nõ eſſe recipiendum, acceptis poſtea muneribus ualetudinem ſimulauit, ac faſcijs collum circumligatus dixit ſe Synangem, id eſt, Anginam pati. Aeſchynes uerò perurbane reſpondiſſe fertur. Demoſthenem non Synangem ſed Argyrangem pati, cuius rei gratia actus in exilium paulò pòſt cum omnium gratia redijt. Ad ultimum cum Antipatro Alexandri ſucceſſori late dominanti infenſus eſſet, ac propterea decernente Demade ut capite plecteretur, aufugit in Calabriam inſulam Aegæi maris. Ibiq; cum in templo Neptuni ab Archia Tyrio actore tragœdiarum Antipatri ſatellite deprehenſus eſſet, ſumpto calamo quaſi prius epiſtolam ad Antipatrum ſcripturus: uenenum illic incluſum exhauſit, ſtatimq; moribundus cecidit. Orare cauſas cœpit annos natus XXVII. Oratio quæ contra Aeſchynem de legatione legitur, incertum an fuerit habita. Hic omnium ſuffragio Græcorum præſertim Dionyſij Halicarnaſſei primas inter oratores obtinet & copia & arte, tum attica elegantia: prælatus etiam ex noſtris Ciceroni à Quintil. quod prius fuerit & arte præcellat, ſed natura nequaquam. Quorum pulcherrimam comparationem uidere licet in IX. eius operis lib.

Demoſthenes dux

Demoſthenes dux Athenienſis miſſus cum Nicia cõtra Syracuſas qui Gilippum Syracuſanorum Ducem adcerſiuerãt auxilio, infeliciter pugnantes ambo: Demoſthenes ne ueniret in manus inimicorum, mortem ſibi conſciuit: Nicias uerò alter dux capi paſſus eſt, ut ait Trogus. Plutarchus uerò dicit ambos ſibi manus attuliſſe.

Nicias

Demoſthenes grammaticus

Fuit item alius Demoſthenes genere Thrax grammaticus, qui Iliada Homeri & Heſiodi Theogoniam in proſam orationem conuertit. Suidas.

Ebion

EBION Hæreſiarcha, unde Ebionitæ, Chriſtum ſolum hominem putant, alioquin uirtute perfectum, nec tantum fidem ſatis, ſed legis ueteris obſeruantiam eſſe neceſſariam. Quapropter ſabbatum ſimul atq; diem dominicam ſeruant. Euſebius in hiſtor.

Hecatæus

Hecatæus Mileſius hiſtoricus celeberrimus temporibus Darei illius qui ſucceßit Cambiſi Olymp. LX. Auditor Protagore. Suidas,

Ecebolius

Ecebolius Sophiſta Conſtantinopolitanus ſub Conſtantino magno Chriſtianus ardentißimus uiſus, deinde ſub Iuliano principe alius apparuit. Suidas.

Hector

HECTOR Priami filiorum fortißimus interfecit, ut eſt autor Homerus ſimul & Dares Phrygius, Proteſilaum, Merionem, Boetem, Archilochum, Protenorem, Delphenorem, Darium, Polyxenum, Philippum, Xantippum, Leonteum, Polybetum, Carpedontem, Lepodæmonem, Luphorem, Epiſtrophum, Schedium, Maimentum, Palamonem & Patroclum, in cuius ultionem & ipſe demũ ab Achille interfectus, loroq; tractus, quo ille quondam ab Aiace donatus fuit. Sicuti & Aiax enſi ab Hectore dono dato incubuit.

Egemon

Egemon Characenus (Eſt enim Charax Phrygiæ urbs) uerſificator ſcripſit bellum Leuctricum Thebanorum & Lacedæmoniorũ. Stephanus.

Egeſiſtratus

Egeſiſtratus Epheſius, ob tribulis ſui necem exul Delphos perueniens, quemnam locum coleret conſuluit Deum: Cui Phœbus, ubi ſaltantes uideret ruſticos cum coronis oleaginis. Itaq; profectus in Aſiam ruſticos eo modo cernens: urbem condidit Eleam, autor Pythocles Samius apud Plutarchum.

Egeſias

EGESIAS Magneſius orator egregius qui Aſiatici ſtyli autor fuit, attico modo qui tunc uigebat immutato. Strabo.

Egeſippus hiſtoricus

Egeſippus hiſtoriam ſcripſit eccleſiaſticam V. libris quos habemus à Chriſti ſupplicio uſq; ad ſua tempora rudi ſtylo. ubi teſtatur ſe ueniſſe Romam ſub Aniceto Pontifice, ut ait Suidas. Hieronimus hunc patria Iudæum dicit ac inter ſanctos refert.

Egeſip. poëta

Alter fuit poëta Comicus. inter fabulas ipſius commemorantur φιλέταιροι. Athenæus. Helladius grammaticus Alexandrinus ſub Theodoſio Iuniore, ſcripſit Lexicon amplißimum ex ordine literarum. De laudibus item Theodoſij. Deſcriptionem balnei Cõſtantiniani. Dionyſium ſiue muſas, nonnullaq; alia. Suidas.

Hellanicus

Hellanicus hiſtoricus Mitylenæus uixit cum Herodoto apud Amyntam Macedoniæ regem. Quo etiam tempore Euripides & Sophocles. Idem.

Electra

Electra Agamennonis filia prius Laodice appellata, Argeis ita cognominantibus eam poſt patris mortem, quòd quaſi ἄλεκτρα, id eſt, ſine lecto & matrimonio ad ſenectutem peruenerit. Aelianus de uaria hiſto. apud Sophoclem: eſt eius nominis Tragœdia ſcripta.

Helena

Helena poſt mortem Menelai à Megapentho & Nicoſtrato filijs Oreſtis fugata in Rhodum ad Polyxo uxorem Tlepolemi peruenit, quæ iußit eam arbori ſuſpendi ob uiri zelotypiam. autor Pauſanias.

Helerna

Helerna uerò, eadem & Crana & Carna dicitur, filia Iani apud oſtia Tyberina regnabat, donataq; à patre albo ſceptro, ac poſt mortem à Crano fratre ibidem in luco ſepulta, cui ſacra inſtituta durabant. Ouid. Adiacet antiquus Tyberino lucus Helernæ. Pontifices illuc nunc quoq; ſacra ferunt.

Helcheſaitæ

Helcheſaitarum ſecta tempore Philippi Imper. & Origenis conualeſcere cœpit. De qua ipſe Orig. in diſputatione LXXXII. pſalmorum ſic ait, Venit quidam ijs diebus, qui ſibi magnum aliquid & præter cæteros ſapere uideretur: adſeuerans quandam Helcheſaitarum ſectam, quæ nuper exorta eſt. Hi quædam de ſcripturis refutant, & rurſus admittunt nouæ ac ueteris legis teſtimonia. Apoſtolum Paulum penitus reſpuunt. Fidei deſertores ob metum, citra mentis intentionem, nihil omnino admittere. Hæc itaq; adſeuerant, & librum quendam circumferunt, quem dicunt de cœlo lapſum. Cuius uerba ſi quis audierit, ueniam delictorum conſequatur, aliam præter illam quam Chriſtus dicit.

Eluidius hæreticus

Eluidius Auxentij diſcipulus imitator Symmachi, diuam uirginem peperiſſe quidem adſeuerat, uti ſcribitur: uerum poſtea congreſſam cum uiro alios peperiſſe liberos, qui fratres domini ſint appellati. Idq; ſacris liberis contendit & probat perperam interpretando. Cuius inſanam opinionem Hieronymus lib. II. egregie confutat.

Eluidius Priſcus

Eluidius Priſcus dicitur in Priſco.

Ennius poëta

Ennius poëta: Quem Rudiæ genuere ue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tuſtæ,ut ait Sillius. Ciuitas eſt Calabriæ. Sed Euſebius Tarentinum cum facit, dicitq; à Catone quæſtore Romam tranſlatum in Auentino habitaſſe: ac unius ancillæ miniſterio contentum fuiſſe: tanta fuit ei ſiue parſimonia, ſiue paupertas. Scipionis etiam Africani familiaris erat, quem in bellis ſemper comitabatur: Sepulcroq; illius demum uoluit inferri. ſecutus & M. Fuluium Nobiliorem ad bellum Aetolicum, cuius filium erudijt. Ab hoc & Cato ſenex dicitur literas Græcas didiciſſe. Vt arte rudis, ingenio maximus taxatur. Quintil. Ennium ſicut ſacros uetuſtate lucos adoremus, in quibus antiqua robora non tantam habent ſpeciem, quantam religionem. Scripſit plurima, inter quæ Annales: Bellum Punicum II. hexametris, quæ ſanè amiſimus. ex ijs nonnulla Macrobius, quæ Virgilius eſt ab eo mutuatus manifeſtat: nã dicere ſolebat ſe aurum ex Ennij ſtercore deducere. Quædam & Gellius ex annali eius XVIII. Spernitur orator bonus, horridus miles amatur. Haud doctis dictis cunctanter ne maledictis. Miſcent inter ſeſe inimicitias agitantes. Non ex iure manu conſertum, ſed magis armis Res repetunt, regnumq; petunt, uadunt ſolida ui. Pellitur è medio ſapientia, ui geritur res. In choro item Iphigeniæ Ennianæ hæc ſcripta ſunt. Otio qui neſcit uti, plus negotij habet, quàm cum eſt negotium in negotio. Nam cui quid agat cõſtitutum eſt, nullo negotio id agit: ſed ibi mentem & animum delectat ſuum. Elogium ſepulcri ſcribit Cicero in Tuſcul. ab eo cõditum. Aſpicite ô ciues ſenis Ennij imaginis urnam. Hic uoſtrum ſcripſit maxima facta patrum. Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit: cur? uolito docta per ora uirũ. Tria etiam corda ſe dicebat habere, quòd tribus loqueretur linguis, Latina, Græca, & Oſca. Se quoq; eſſe quintam ex Euphorbo Troiano animam: hæc in Homerum, deinde in pauonem, mox in Pythagoram: poſtremo in ſe, ut planè uerſus indicat Perſianus.

Ennius grammaticus

Ennium poſt hunc alterum grammaticum ſcribit Tranquillus fuiſſe, qui duos libros de literis & ſyllabis ac metris conſcripſit. L. Cottam allegando, qui ait forte hunc fuiſſe, qui Tragœdias ſcripſit.

Epaminõdas

Epaminondas Thebanus, primus qui patriæ lumen nomenq; inter Græcos attulit. Si quidem cum Lacedæmonijs congreſſus multas uictorias ex eis tulit, poſtremo in bello lancea transfixus occubuit, incertũ uir melior an dux: Nam imperiũ non ſibi, ut pleriq; duces, ſed patriæ quæſiuit. Pecuniæ diuitiarumq; abſtinentiſsimus, ut ei poſt tot triumphos ueluti Paulo Aemylio Romæ, ſumptus poſtremo funeri defuerit. Sed & gloriæ honorumq; ambitione procul, quippe qui imperia magiſtratusq; inuitus ac rogatus inibat. Neq; ab hoc uitæ propoſito ratio mortis diſcrepauit. Nam ubi relatus in caſtra ſemianimis audiuit ſcutum ſuum ſeruatum, nec ab hoſtibus abreptum, ac pro Thebanis uictoriam ſtare, bene res habet, inquit, atq; ita ueluti gratulabundus expirauit. hæc ex Trogi VI. Aelianus autem cum adeo pauperem fuiſſe ſcribit, ut una tantum ueſte uteretur, quam ſi quãdo fuiſſet opus interpolare aut reconcinnare, domi interim ſe contineret. Plutarchus uerò in Parallelis eum Bruto opponit in Steſimbroti filij ſeueritate, quem in bello eodem Lacedæmoniorum dimiſſum, donec ipſe domũ ad comitia uocatus abeſſet, cum reuertens præter mandatum cum hoſte dimicaſſe comperit, quanquam uictorem, ſecuri percuſſit.

Steſimbrotus

Epheſtiõ dux

Epheſtion Macedo unus è ducibus Alexandri: apud quem primas tulit ob pulchritudinem præſtantiamq; corporis. Cui rei argumento, quòd cum Alexander deuicto Dareo eius tentoria cum ſolo Epheſtione reuiſeret, ubi regiæ mulieres fuerãt, uxorq; Darei obuiam procedens Epheſtionem pro Alexandro adorauiſſet, quòd forma maiore & auguſtiore uiſus eſſet. cumq; ille repuliſſet atque regem oſtendiſſet: Alexander ait eam non erraſſe: ſed & illum Alexandrum eſſe. Hæc Arrianus Græcus du geſtis Alexandri. Sed & mortuo quidem non minora beneuolentiæ ſigna oſtendit. Nam teſte Plutarcho in eius uita, equos muloſq; tonderi, propugnacula quoq; ex muris diripi & præcipitari iuſsit. Tumulum præterea XII. milium talentorum ei extruxit, ac cum uti deum coli mandauit: ut etiam Trogus teſtatur.

Epheſtion grammaticus

Epheſtion grammaticus Alexandrinus ſcripſit de metrorum differentia Comicorum, Tragicorum, & aliorum. teſte Suida, quod opus adhuc extat.

Ephippius Cumæus

Ephippius Cumæus auditor Iſocratis, ſcripſit hiſtoriam ab excidio Troiæ uſq; ad ſua tempora lib. XXX. nonnullaq; alia. Suidas.

Epicrates

Epicrates orator nobilis Athenis. Cuius meminit Demoſthenes in oratione pro legatione. Hic quod propenſam ad pectora barbam ferret, Saceſphorus eſt à Platone in Comædia uocatus, quaſi ſcutum præſeferens. ἀναξύπνύνης Επίκρατες σακεσφόρε.

Epicrates Comicus

Alius item comicus. cuius fabulæ ſunt ἔμπορος καὶ ἀντιλαίς.

Epicrates Cyrebron

Alius Aeſchynis oratoris neceſſarius cognomento Cyrebro, ut ait Demoſthenes contra Aeſchynem.

Epictetus

Epictetus philoſophus patria Hieropolitanus. Ciuitas eſt Phrygiæ Hieropolis. Conditione ſeruus Epaphroditi cubicularij Neronis principis, corpore claudus, peruenit uſq; ad M. Antonini tempora. Huius diſſertationes Arrianus tribus uoluminibus Græcè conſcripſit eius diſcipulus. Ipſe uerò quædam quæ non extant dicitur compoſuiſſe, ut autor Suidas. Hunc dicebat Fauorinus apud Gellium ſolitum eſſe dicere, quod pleriq; eſſent philoſophi ἄνευ τοῦ πράττειν μέχρι τοῦ λέγειν. id eſt, non re, ſed uerbo tenus. Inſuper duo obſeruanda eſſe præcepta, tolerandam iniuriam, & abſtinendum à uoluptate, quæ hoc apophthegmate continerentur, ὑπέχου καὶ ἀνέχου. huius diſtichon ponitur à Macrobio:

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς,
Καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Quod uerti ſic poteſt.

Seruus Epictetus genitus ſum, corpore claudus:
Paupertate Irus, dijs at amicus eram.

Epicurus

Epicurus Athenienſis annos natus quatuordecim philoſophari cœpit in hortis, ut eſt autor Demetrius Magneſius. Summum bonum, non ut Ariſtippus, in uoluptate corporis, ſed in doloris uacuitate ponebat: Quapropter in principijs epiſtolarum εὐπράττειν ſcribebat, id eſt, bene rem gerere ſeu benefacere: cum alij ὑγιαίνειν ſcribunt, id eſt, Sanum eſſe ſiue ualere. Honeſtam uitam & tenuem uictum diligebat, quòd parabilior eſſet, & anxietas animi in parandis lautioribus epulis uitabatur. Dialecticam damnabat, quando philoſophia ſimplicibus ac proprijs rerum uocabulis comprehendi poſſet. Deos & prouidentiam & officium in uita tollebat, ſibiq; tantum conſulebat, omnia fato agi exiſtimans. Metrodorum Lampſacenum unicum in uita comitem & familiariſsimum habuit. Audiuit Xenocratem, ſcripſit & opera nonnulla non extantia, quæ à Diogene commemorantur.

Epicarmus

Epicarmus Cous auditor Pythagoræ, reliquit de natura rerum, deq; medicina commentarios, qui adhuc extant in bibliotheca Vaticana.

Epimenides

Epimenides Cretenſis tempore Pythagoræ, ut Apuleius ſcribit II. floridorum, miſſus à patre Agiſarcho in agrum ad cuſtodiendum pecus, in quodam antro obdormiuit annos LXXV. Experrectus cum uideret omnia mutata, domum reuertens à fratre omnia didicit. Quamobrem pro deo eſt habitus. Idem Athenienſibus peſtilentia laborantibus dixit, ciuitatem purgari oportere. Itaq; cum rogatus cò ueniſſet, iuſsit oues albas atq; nigras apud Ariopagum immolari. Reuertens deinde domum, oblatam ab eis pecuniam renuit. Meminit huius & Plato in primo & tertio de legibus. Suidas item de ipſius ſopore mentionem facit. dicitq; ob longam eius ætatem, prouerbium manaſſe in rebus obſoletis. Pellis Epimenidia. Preterea uerſificat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſificatorem fuiſſe, Cui Diogenes adſtipulatur, poëmataq;
eius enarrat Plutarchus in Solone ſcribit hunc Cretenſem
ut nouum Curetam exiſtimatum, ac uatem maximè religio-
neq; præſtantem adcerſitum ab Athenienſibus, & in Solo-
nis receptum amicitiam, ad leges ei condendas maximo ad-
iumento fuiſſe. Cum Munichiam quandoq; uidiſſet, dixiſſe
quàm parum prouident Athenienſes: nam celeriter locum
delerent, ſi ex eo futura proſpicerent mala. Quod poſtea
Epiphanius ſophiſta — euenit. Epiphanius ſophiſta patria Petræus ſcripſit προ-
Epiphanij præſules — γυμναςικὰ, id eſt præexercitationes: præterea declamatio-
nes, orationes in genere demonſtratiuo. Suidas. Epipha-
nius alius, prius Salaminius, deinde Cypri præſul. ſcripſit con
tra omnis hæreticos orationes, quæ Panaria appellauit: &
alia multa, quæ à doctis ob res, ab idiotis ob uerba leguntur.
Deceßit in ultima ſenectute. De utroque Suidas. Fuit item
alius Præſul Ticinenſis, relatus in numerum ſanctorum: qui
Epitherſes pugil — à Theodoto Gothorum rege pecuniam ad redimendos in
Gallia captiuos impetrauit. Epitherſes ut eſt autor Pau-
Epitherſes ſculptor. — ſanias, Metrodori filius ex Erythris Ioniæ, nobilis pugil, in
quatuor certaminibus uictor. Alius item ſculptor, Lyſippi
Epitherſes grammaticus — diſcipulus, ut autor Plin. Alius ex Nicea Bithyniæ gramma
ticus, qui de Atticis dictionibus ſcripſit: ut autores Strabo,
Ephorus — & Stephanus. Ephorus Cumæus, Theopompus Chius, cla
Ephorus iunior — rißimi hiſtorici, diſcipuli Iſocratis, alter freno, alter Theo-
pompus calcaribus indigebat: ut ait Quintil. Ephorus item
Ephren Syrus — Cumæus iunior ſcripſit Galieni principis hiſtoriam libris
XXVII. præterea Corinthiaca. & alia. Suidas. Ephren
Syrus apud Edeſſam diaconus multa Syro ſermone compo-
ſuit: tãtæ alioqui dignationis, ut poſt ſacras lectiones in qui-
buſdam eccleſijs eius ſcripta publice legerentur. Deceßit ſub
Valente principe. In hanc ferè ſententiam Hieronymus.
Hunc autorem prius in Græcum ſermonem translatũ Am-
broſius monachus Camaldulenſis in Latinum uertit: plures
uidelicet ſermones, inter quos unum in laudem fletus & ui-
tuperationem riſus. Hic etiam quædam cantica ab Armo-
dio quodam hæretico compoſita, conuerſis in ritum ortho-
Ephrẽ Grecus — doxum uerbis atq; ſententijs pulcherrimè interpolauit: quæ
in tẽplis canũtur. autor Socrates in ſacra hiſtoria. Ephren
alius Græcus abhinc annos CC. qui uitas principum Con-
Eratoſthenes — ſtantinopolitanorum Iambico carmine ſcripſit: quod opus
in bibliotheca Vaticana cernitur. Eratoſthenes Cyrenæus
diſcipulus Ariſtonis Chij & Callimachi poëtæ, ex Athenis
à Ptolemæo Euergete adcerſitus uſq; ad Ptolemæum quin-
tum durauit: Plato minor à quibuſdam ob doctrinam uoci-
tatus. præfuit bibliothecæ regiæ, ſucceſſor Callimachi, ex-
ceßit annorum LXX. ſibi cibo ſponte ſubtracto, quòd diu
per morbum torquebatur: relictoq; nobili diſcipulo Ari-
ſtophane Byzantio, cuius poſtea Ariſtarchus auditor fuit.
Ergoteles — Scripſit præter Philoſophiam poëmata, hiſtorias, Aſtrono
mica. De ſectis plures dialogos. Suidas. Ergoteles Creten-
ſis nobilis Athleta per ſeditionem patriæ ſecedens in Siciliã
apud Himeram ciuitatem, Himerus eſt dictus: ubi non mino-
rem reperit ſeditionem inter Gelonem & Hieronem exci-
tatam: qua tandem compoſita obijt in olympia, curſuq; uicit:
Eriphus — cui Pind. hymnum dicauit illum: λίσομαι παῖ ζηνὸς ἐλευ-
θερίου. Eriphus comicus poëta eius fabulæ ſunt αἴολος,
Heraclides ſophiſta — πελταςής, μελίβοια: ut Athenæus in XIIII. Dipnoſo-
phiſtarum. Heraclides Lycius domi uir clarus, clarior
etiam ſophiſtica facultate, cum throno Athenienſi excidiſ-
ſet, Smyrnæ docuit ubi in honore maximo fuit. Dicunt eum
olim apud Seuerum principem extemporali facultate dicen-
tem aulicis præſentibus exterritum ſermone excidiſſe, So-
lus ſophiſtarum ad hanc artem induſtria, & labore, natura
minime iuuante contendit. Eſt eius non iniucundum uolu-
men quod laus laboris inſcribitur. Apollonius Naucratita

eius æmulus in orationibus eum ut laborioſum & ingenio
tardum inſectatur. Audiuit Hadrianum & Chreſtum ſophi-
ſtas. Deceßit octogenarius domi, ſuperſtite filia tantum &
nonnullis libertis: quibus Rhetoricam reliquit, quæ agellus
erat X. talentorum, auditorum mercede ſibi comparatus.
Hæc ex libro Sophiſtarum Philoſtrati. Fuit item alius è — Heraclides grãmaticus
Mopſo Ciliciæ oppido grammaticus: ut Steph. Alius Ma
cedo nobilis pictor qui initio naues pinxit. Captoq; Perſeo à — Heraclides pictor
Paulo Aemylio Athenas cõmigrauit: eodem tẽpore quo &
Metrodorus philoſophus & pictor: ut Plin. Heraclides itẽ — Heraclides
Ponticus philoſophus Athenas conceßit, Platonem, deinde — philoſophus
Ariſtotelem audiuit. Reliquit ingenij monumenta quæ non
extant. Vir fuit mollioris habitus: ut pro Pontico Pompicus
uocaretur. ut Diogenes autor. Demetrius Magneſius tradit
illum nutriſſe draconem quendam, iußiſſeq; eum feretro
poſt mortem imponi: ut ex hoc putaretur ad deos migraſſe.
Plures huius nominis à Diogene commemorantur: hi tamen
quos commemorauimus, præcipui. Heraclitus penultima — Heraclitus
producta. ſic enim Græcè ἡράκλειτος, Hic Epheſius phi- — philoſophus
loſophus, ut tradit Suidas, nullum inuenitur habuiſſe præ-
ceptorem: tantum natura & diligentia ſolus profecit: qui-
dam tamen audiſſe Xenocratem & Hippaſum Pythagori-
cum uolunt. Floruit temporibus ultimi Darei, ſcripſit poë-
tice multa, ab Ariſtot. teſtis ſæpe citatur. Cum eſſet hydro-
picus medicum ſpreuit. Sed oblitum bubulo ſeuo ſoli ſe ſic-
candum præbens dormiebat, ex quo à canibus dilaceratus
eſt. Suidas. Tradunt & Hierony. & Euſebius alium Heracli — Heraclitus
tum Commodi Seueriq; principum temporibus, in Apoſto- — Chriſtianus
lum commentarios edidiſſe. Heracleon Aegyptius gram- — Heracleon
maticus docuit Romæ, ſcripſit enarrationem in Homerum
& Lyricos. Suidas. Heracleas præſul Alexandrinus ſum- — Heracleas
mus antea philoſophus, factus Chriſtianus ſcholæ præfuit — Præſul Alex.
Alexandrinæ: deinde eccleſiæ Demetrij ſucceſſor. De quo
Origenes multa apud Euſebij hiſtoriam lib. II. Eius etiam
Africanus in quadam Chronica meminit, ubi Alexandriam
ſe dicit properare, Heracleæ fama permotum. Fratrem hic
habuit Plutarchum, qui item eodem teſte Origene è philoſo- — Plutarchus
phia ad fidem ſacraſq; literas cõuerſus, martyrium inſuper
Chriſti cauſa pertulit. Eraſiſtratus medicus, qui primus — Eraſiſtratus
morbum cognouit Antiochi, ob amorem Stratonices nouer-
cæ. Hermagoras Aeolides Carion cognominatus, rhetor — Hermagoras rhetor
egregius: ſcripſit artem Rhetoricam libris VI. De diligen-
tia orationis. De decoro. De elocutione. De figuris. Doce-
bat Romæ poſt Cæcilium Auguſti tempore. deceßit iam ſe-
nex. Fuit item alter Amphipolita philoſophus, diſcipulus — Hermagoras
Perſei: qui plures ſcripſit Dialogos. Suidas. Alius martyr — philoſophus.
ſub Nerone ciuis ac præſul Aquilienſis Marci diſcipulus, lo — Hermagoras
coq; ipſius apud eam ciuitatem dimiſſus, ubi ſecuri percuſ- — martyr
ſus unà cum Fortunato diacono fuit IIII. Eid. Iulij. Her — Fortunatus
mogenes è Tarſo XV. natus annos ſophiſta adeo probatus:
ut fama eius ad auditorium M. Antoninum principem exci- — Hermogenes
uerit, ab eoq; munera egregia tulerit. Deinde tempore pro-
cedente, cum facultatis habitum deperdidit, nulla morbi cau
ſa: ex quo inuidis cauilli materiam præbuit dicentibus pro-
culdubio uerba eſſe alata: ſecundum Homerum ἔπη πτερό-
εντα. Ea ſiquidem depoſuiſſe Hermogenem pennarum mo-
do. De hoc item Antiochus ſophiſta dicebat: Hermogenes in
pueritia ſenex, & in ſenectute puer. Quapropter cum ad
ultimam ſenectutem perueniſſet pro contempto habebatur.
Ex Sophiſtis Philoſtrati. Hermocrates Phocenſis, clarus — Hermocrates
ſophiſtica facultate. Antipatri, magiſtri epiſtolarum Seueri — Phocenſis
principis, filiam haud forma bona inuitus imperatore com-
pellente duxit. Ex quo cuidam è familiaribus interroganti:
quando Anacalypteria duceret, id eſt mundum & munera
ſponſæ, ἀπὸ τοῦ ἀνακαλύπτειν, quòd eſt manifeſtare & pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

làm ferre:facetè reſpondiſſe fertur. Encalypteria potius, id eſt quaſi abſcondenda.haud deinde multo poſt eam abdicauit.Ex Sophiſtis Philoſtrati.

Hermes Triſmegiſtus

Hermes Triſmegiſtus philoſophus Aegyptius poſt Moſen fuit.cuius tempore in Aegypto ſtudia philoſophiæ clarere cœperunt,cum antea tantum circa Aſtronomiam & huius generis diſciplinas doctrina uerſaretur,quæ ad exercendum ingenium magis quàm ad illuſtrandum animum ualent.Scripſit lingua patria Dialogum in Latinum ſermonem poſtea conuerſum:ubi Aſclepius introducitur.Deum omnino unum opinatur omnium conditorem,erroremq́; fatetur parentum ſuorum,qui ſuperſtitiones Idolorum inuenerint,eaſq́; quandoq; perituras uaticinatur ac pariter dolet.In hanc ſententiam Auguſt. lib. VIII. De ciuitate Dei,ubi eundem Hermetem reprehendit : quaſi pugnantia ſit locutus,quòd cum patriam ſuperſtitionem deriſerit : eam tamen quandoq; perituram doluerit. Suidas uerò dicit eum uocatum Triſmegiſtum quòd conſentanea ferè Trinitati ſenſerit de Deo,morientemq́; hæc fuiſſe precatũ: O cœlum magnũ Dei ſapiens opus: teq́; ò uox patris quam ille primam emiſit, quando uniuerſum conſtituit mundum: adiuro per unigenitum eius uerbũ & ſpiritum cuncta comprehendentem : Miſeremini mei.

Hermes Aegyptius

Hermes alter item philoſophus Aegyptius,auditor Syriani ſophiſtæ, condiſcipulus Procli ſub Hadriano principe: uir non minori iuſtitia quàm doctrina præditus.Nam ſi quid empturo minus iuſto pretio indicaretur,ipſe nihilominus iuſtum promebat. Siquid uerò contrà ipſe dans iuſto minus acciperet,non ultra appetebat. Moriens iurauit & immortalem ſe eſſe & incorruptibilem habere animum.hæc Suidas.

Hermetes martyres

Hermes item martyr præſul Philippopoleos inter LXXII. diſcipulos ponitur Dorotheo.Paulo autem commemoratur in Epiſt.ad Roma.Scripſit librum,in quo dixit Chriſtum forma paſtoris ei iuſsiſſe, ut paſcha die dominico celebretur,qui à Latinis non recipitur. Sepultus apud Baptiſterium ex facultatibus Praxedis conſtitutum : ut autor Hieronym. cuius feſtum VII. Eidus Maij. Alius martyr ſub Hadriano præfectus urbis,factus Chriſtianus ab Alexandro Pont.unà cum Theodora ſorore ac tota familia, ſeruis uerò CCL.cuius feſtum V. Calē. Septemb.ſepultus uia Salaria.

Hermeas dux

Hermeas è Caria dux inclytus Antiochi magni,qui cum eo & Taurum pertranſijt & res magnas geſsit.Ad extremum ab eo ob ſuſpicionem interfectus unà cum coniuge & liberis qui erant Apameæ.Polybius.

Hermippus

Hermippus Athenienſis poëta antiquæ comœdiæ, altero captus oculo, frater Myrtili comici, ſcripſit fabulas XL. Fuit item alter Hermippus Berytius, diſcipulus Philonis Biblij,qui multa compoſuit ſub Hadriano principe. Suidas.

Hermodorus philoſophus

Hermodorus Siculus,auditor Platonis:huic uitio datum eſt,quòd quæſtui philoſophiam habuerit, dicta quæ ſub præceptore audiuerit colligendo,ac dein in Sicilia uenditando.Hæc ex lib.Coloniarum nuper inuento.

Hermodorus architectus

Hermodorum alterum architectum Cicer.de oratore commemorat. Eros cognomentum Romanorũ multis uſurpatum.Proximis hinc annis in Iudæorum platea effoſſa ueterum ædificiorum ingentia marmora. ubi hæc erat inſcriptio.

Eros.

C. Verres Eros diſsignator Cæſaris Auguſti.

Eroſtratus

Eroſtratus templum Dianæ Epheſiæ incendit,nominis ac famæ libidine : ex quo cautum ne quis eum poſtea nominaret,aut ſcriptis traderet.

Herodotus

Herodotus Halicarnaſſeus ſcripſit hiſtoriam, lib. IX. quorum quilibet Muſæ nomine inſcribitur.Cœpit à Cyro Perſarum rege. Seceſsit in Samum offenſus Lygdami tyrannide, qui tunc in patria regnabat.eo expulſo redijt. Poſtremo inuidiæ ciuium obnoxius ſponte Thurium conceſsit Athenienſium coloniam,ubi extinctus eſt & ſepultus: licet aliqui Pellæ dicant. Suidas. Hic Ionice ſcripſit laxior Thucydide. Quapropter hunc Liuio, illum Salluſtio ex noſtris Quintil.comparat.

Hermolaus grammaticus

Hermolaus Conſtantinopolitanus grammaticus,ſcripſit ad Iuſtinianum Imp.Epitomen in librum Stephani grammatici de urbibus, ut Suidas autor.

Hermolaus Alexandrinus

Memoratur & ante hunc alius,qui contra Alexandrũ coniurauit.

Hermolaus ſculptor

Alius item Plinio ſculptor, inter eos qui Cæſarum domos ſignis nobilibus repleuere. Alius presbyter & martyr,ſub Maximiano apud Nicomediam, Roma oriundus, translatus inde Venetias in baſilica S.Simeonis.Hic in fide inſtruxit S.Sabinam uirginem Romanam.

Herodianus

Herodianus Alexand.grammaticus, Apollonij etiam grammatici & filius, & diſcipulus : floruit ſub M.Antonino principe.Scripſit de arte grãmatica teſte Suida : præterea imperatorum hiſtoriam, quæ ad nos haud integra peruenit.

Heron

Heron Athenienſis orator ſcripſit commentarios in Herodotum,Xenophontem,Thucydidem.Suidas.

Herophila ſibylla Sibyllini libri

Herophila,uocata Sibylla Erythræa,quæ Tarquinij tempore Romã uenit cum libris IX. ut ait Gel. è quibus ſex,quòd ſpreti eſſent,concrematis : reliqui adſeruati, & ingruente aliqua calamitate pro tempore aditi, à Duumuiris:deinde X. uiris ſuper his creatis:poſtremo cum Capitolium flagraret deperditis XV. uiri conſtituti, qui apud Erythram & in omni Græcia huiuſmodi libros conquirerẽt.Treſq́; item reperti,quibus poſtea uſi fuere.

Herophila Athenais

Eſt altera Herophila Athenais,quæ Alexandro dixit, filiũ eum eſſe Iouis. Apparuit poſt Sibyllam Erythræam,atq; ei ſimilis,autor Strabo.Eſt & Cumæa, & Phrygia omnes autem numero IX. quæ de Chriſto ſunt probe uaticinatæ: & Lactantio luculenter,ac ordine deſcriptæ. Herodũ proſapiam ac geſta in Geographia in Hieroſolymæ deſcriptione narraui.

Herodes Atticus

Quapropter hic tantum Herodem Atticum dicam, è Philoſtrati autoritate, cuius uitam pluribus ille explicuit. Hic Athenis natus,nobilitate generis, potentia ſimul & ſophiſtica facultate præclarus,genus ex Aeacidarum ſanguine ducebat,patre Attico,cui diuitiarum initium ex theſauro prope domum reperto fuit.Itaq; eò Atticus peruenit magnitudinis,ut ſub Hadriano multis in Aſia præſideret ciuitatibus, centum boues uno Mineruæ die ſacrificaret. Moriens uerò quotannis Mnam populo Attico uiritim legauit. quod Herodes minime ſeruaſſe dicitur. Itaq; ſtadium quod Athenis ædificauit,opportuno cauillo Panathenaicum uocabatur,quòd uidelicet ex ea pecunia quæ cuiq; eorum ſurrepta eſſet,illud extruxiſſet.Theatrum item Athenis,Regillæ extinctæ uxoris nomine dicauit,alterũ Corinthi. In Iſthmo duos nobiles Coloſſos: Iſthmi uidelicet, & Amphitrites. In templo Melicertæ delphinum.Delphis ſtadium Apollini Pythio,in Olympo Ioui fontem, circa Malienſem ſinum Balinæas ſalutares. Ciuitates quoq; ornauit.Canuſium in Italia introductis aquis.Oricum in Epiro,& alia cõplura. Filium Atticum ſumma uecordia iuuenem, luxuriæq́; omni deditũ, tum etiam literarum indocilem habuit:ex quo patri uenit in mentem, XXIIII. ei pueros æquales cum eo educare, qui nominibus literarum uocarentur,ut earũ memoriam præſenti conuerſatione teneret.Qua diffidentia illud Homericum familiæ ſuæ uaticinari ſolebat,conuerſa una tantum dictione:Vnus & is ſtultus domui dimittitur amplæ. Quapropter in teſtamento ei tantum bonis maternis relictis, cætera alienis diuiſit hæredibus.Quod Athenienſibus ſanè inhumanum uiſum eſt,non cõſiderantib.Achillem,Pollucem, Memnonem ſuos alumnos extinctos,haud ſecus quàm ex eo natos ploraſſe,quòd ingenioſos optimaq́; præditos indole cernerent.Inter præceptores plurimos Polemonem & Fauorinum præcipuos habuit.Diligentia ac labore alioqui tanta, ut cum doctiſs.omnium eſſet,ſtudia nunquam intermitteret: uel inter ipſas epulas, uel noctis interuallis excitatus. Nam cum alijs alia in eloquẽtia natura dederit: huic omnia ſimul. In dicendo ſublimis habitus,ornatu non dithyrambico: neq;

uerba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uerba ex poëtica mutuãdo,ſed receptiſſima.Breuitate alioqui accommoda rebus. Et in defenſionibus uehemens & grauis.Atticæ linguæ ſobrius imitator.Nã ſuperfluus ineptusq; Atticiſmus barbarum ſapit.Oportet igitur tanquã ſolis radios in oratione ſplendeſcere.Vox ei Tragœdorũ haud adfectata,ſed facilis,ac tempori accommodata. Habebat & figurarum uarietatẽ,& cum perſpicuitate receſſum.Ob ſplendorem & magnitudinem orationis à quibuſdam ſiccitatem amantibus,Orator ſaginatus eſt appellatus. Adoleſcẽs quondam in Pæonia coram M. Antonino imperatore excidiſſe fertur.Quod claris quandoq; euenit oratoribus, ut Demoſtheni coram Philippo,qui tamen reuertens Athenas ac deperdita Amphipoli,honores,coronasq; adſecutus eſt.At Herodes ignominiæ tædio adfectus,ad Iſtrum ſeceſſit quaſi moriturus:tantum uitam eloquentiæ gloriæ poſthabuit. Exceſſit Marathone anno ætatis LXXIII. relatus Athenas lectica,& omniũ lacrymis in Panathenaico ſepultus eſt. Hæc ex Philoſtrato. Huius etiam Herodis apud Gellium frequẽs mentio.

Orator ſaginatus

Erſilia

Erſilia Romuli coniunx, precibus captarum fatigata uirum rogauit,ut parentibus earum ueniam daret, & eos in ciuitatem acciperet: ita rem coaleſcere concordia poſſe.facile impetratum. Liuius in primo.

Eſdras

Eſdras ſcriba Hebræus,incenſam legem à Chaldæis,reuertentibus Hieroſolymam Iudæis facta ab Artaxerxe poteſtate, diuino ſpiritu reſtituit,totamq; ueterem legem in lib. XXII. digeſſit.

Heſiodus

Heſiodus poëta Cumæus,puer olim unà cum patre Dio, & matre Pychmede ex patria migrantibus,Aſcram Bœotiæ oppidũ perductus eſt.Cuius ipſe meminit in Ergis. Scripſit poëmata Theogoniam,Aſpida,Heroidum mulierum catalogum, Epicedium in quendam Batracum, quem dicunt dilexiſſe. Præterea erga & Hemeras. Deceſſit iugulatus noctu ab Antipho & Crimeno fratribus,putantibus per errorem ſororis interfectorem aggredi.Fuiſſe dicunt nonnulli antiquiorem Homero. Porphyrius autem pluresq; alij poſt eum annis centum, ante uidelicet primam Olympiada annis XXXII.autor Suidas.Ipſe uerò de ſe teſtatur uictorem fuiſſe ex uerſibus in tripode ſcriptis apud Heliconem. Pauſanias dicit eum in certamine muſicæ fuiſſe repulſum, quòd non didicerat unà cũ cantu citharizare.Primus agriculturæ præcepta tradidit,ut Plin.lib. XIIII.ſcribit,Idem teſte Auguſtino lib. I. de Concor.primus fabulas ſcripſit. Adſtipulatur & Quintilianus lib. V. Fabula etſi ab Aeſopo nomen accepit,quia uidetur primus earũ autor Heſiodus, nomine tamen Aeſopi maxime celebrantur.Idem lib. VIII. Heſiodus raro adſurgit,magnaq; pars eius in nominibus occupata: eſt tamen utilis circa præcepta.Daturq; ei palma in illo mediocri genere.Aſpida Heſiodi Ariſtophanes grammaticus eſſe non putat,ſed alterius Homericam Aſpida imitari uolentis. Steſichorus tamen ipſius eſſe teſtatur. Argumentum eius, Hercules cum Iolao auriga ſuo proficiſcens contra Cygnum Martis filium,eum ſimul cum Ceica eius ſocero propè iam uicerat,niſi Mars illi clypeum obtuliſſet, fabulis adnotatum.Theogonia deorum genealogiam & fabulas narrat.

Heſychius

Heſychius Mileſius ſub Anaſtaſio principe ſcripſit Onomatologion,id eſt catalogum nominum quæ claruerunt.Quorum epitomæ Suidas ſe fatetur uſum fuiſſe. Compoſuit & hiſtoriam lib. VI. in quibus complectitur tam Roma.imperatorum quàm aliarum gentium & tyrannorum res geſtas uſq; ad ſua tempora,ut ait Suidas.

Eubulus

Eubulus Certius Athenienſis mediæ comœdiæ poëta. Fabula ipſius μετόριος. Fuit Olymp. XCI. Suidas.

Euangelus

Euangelus poëta comicus, ipſius eſt fabula ἀνακαλυπτόμενος, ut ait Athenæus.Scripſit & de re militari, ut Plutar.in Philopœmene meminit.

Eudemus

Eudemus orator & Megalophanes Megalopolita cum Archelao in Academia plurimum uerſati præceptores fuere Philopœmenis Megalopolitæ ducis, ut meminit in eius uita Plutarch.Scripſit Eudemus dictionarium ex ordine literarum ualde utile,quo utuntur excellentes etiam uiri, ut ait Suidas.

Eudoxus aſtrologus

Eudoxus Gnidius aſtrologus nobilis Platonis æqualis, tris habuit filios, Attidem, Delphidem, Philadem,ſcripſit de Aſtrologia uerſib.& octoeterida.hæc Suidas.De eodem Plutarch.ſic ait.Eudoxus & Architas primi Geometriam uarijs celaturis exornantes, hanc machinamentorum artem inchoauere.Ipſiusq; Geometriæ rationes difficilesq; demonſtrationes per ſenſum & inſtrumẽtorum exempla edidere. Quapropter in eos inuectus eſt Plato, quòd Geometriæ dignitatem ſuſtuliſſent, quam à cogitatione & rebus incorporeis ad ea quæ ſenſibus perciperentur declinaſſent,quaſi ad ſui uſum corpore & mercenaria indigeret inertia.Hoc pacto fabricandorum induſtria machinamentorum,à Geometria dilapſa ſecernitur,ac diutius à philoſophia neglecta una militaribus adnumeratur artibus: Hæc ille.Diogenes autem refert hunc Eudoxum non ſolum aſtrologum, ſed & geometram & medicum fuiſſe. In eaq; diſciplina Philiſtione Siculo præceptore, in Geometria Archita uſum fuiſſe.Præterea primum curuas lineas inueniſſe, floruiſſeq; Olymp.CIII. Eudoxus Gnidius ſophiſta à Philoſtrato ponitur,pluresq; alij hoc nomine claruere.

Eudoxus præſul

Eudoxus etiam præſul Conſtantinopolitanus Arrianæ ſectæ imitator, Valentem principem de ſacro fonte leuauit. Cuius etiam tempore obijt,ſucceſſit alter Arrianus Dimophilus. Contra hunc Eudoxum & Macedonium celebrata ſecunda generalis Synodus præſulum CL. Conſtantinopoli, Damaſi Pont.& Theodoſij ſenioris tempore. Hi negabant ſanctum ſpiritum eſſe Deum,ubi Macedonio deiecto qui ſedem Conſtantinopolitanam uſurpauerat,ſurrogatus eſt Nectarius in præſulatu. Interfuere concilio, Gregorij duo, Niſſenus & Nazianzenus anno CCCLXXXVII. Ex hiſto.tripartita.

Eunomius citharœdus

Eunomius Locrenſis citharœdus: huius ſtatua Locris in Italia oſtenditur,quæ inſidentem citharæ cicadam habet. Nam cum in certamine cum Ariſtone Rhegino muſico, chorda una fracta defeciſſet,cicada ſuperuolans aſtitit,quæ ſupplementa uocis faceret.Strabo.

Eunomius hæreticus

Eunomius alter præſul Cyzicenus ſub Valente principe Arrianæ hæreſeos ſectator, diuinitatem negabat in Chriſto, uir corpore & animo leproſus, & exterius interiusq; morbo regio corruptus. Arte tamen dialectica præpotens,plurima cõtra fidem ſcripſit,& diſſerendi leges ſuis ſectatorib.dedit:unde etiã nunc Eunomiani appellantur. Hunc duo Gregorij Nazianzenus & Niſſenus præſules acriter ſcriptis confutauerunt, quæ adhuc extant. Sed Niſſenus latius. Ruffinus in XI. hiſtor.

Eumolpus

Eumolpus Eleuſinus uel Athenienſis filius fuit Muſei: ut autem placet nonnullis diſcipulus Orphei, uerſificator ante Homerum fuiſſe traditur.Suidas.

Eugenius

Eugenius ex Auguſtopoli Phrygiæ ciuitate grammaticus,docuit Cõſtantinopoli imperante Anaſtaſio. Idem. Hoc item nomine plures martyres,

Eugenia

Hugenia uirgo Romana & martyr dicitur in Hyacintho,

Eulalia

Eulalia uirgo Barcinonenſis martyr in patria ſub præſide Daciano,tempore Maximiani.

Euſtorgius

Euſtorgius Græcus,miſſus ab Imper.Conſtant.legatus ad Mediolanenſes,ab eiſdem præſul electus acceptare prius noluit,quàm Dominus adſentiretur,qui quieuit in eadem urbe III. Eid. Aprilis. Hic etiam corpora Magorum Mediolanum è Conſtantinopoli traduxit, idemq; inter ſanctos relatus.

Euagrius

Euagrius monachus, ad quem ſunt Hieronym.epiſto. antequàm eſſet Chriſtianus,philoſophiæ ſtudijs deditus, deinde Conſtantinopoli à Gregorio Mazianzeno diaconus factus, protinus in Aegyptum ſeceſſit ad duos Macarios eremitas, qui tunc ſanctitate florebant.Cum his igitur perſanctæ uiuens multa compoſuit religioni utilia. de uita monachorum, qui liber

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Monaſticus inſcribitur: præterea propoſitiones L X. ad contemplationem pertinentes, quas Gnoſtica problemata appellauit: Inſuper & uerſibus opera duo, unum ad monachos in cœnobijs uel itineribus conſtitutos, alterum ad uirgines. Autor Socrates in hiſtor. tripertita. De hoc item Euagrio Hieronymus dicit, acris & uehementis ingenij fuiſſe, conuertiſſeq́; in Latinum ſermonem uitam diui Antonij ab Athanaſio compoſitam.

Euphronius

Euphronius poëta Priapi carmen ſcripſit, ubi Deum Orneatam cum uocat. Sunt Orneæ oppidum apud Corinthum à flumine dictum, ubi erat Priapi ſacellum. Stra.

Euthymus

Euthymus pugil, patria Locrenſis ex Italia, robore ingenti fuit, ſaxum miræ magnitudinis allatum humeris ante portam Locrenſium ſtatuit, quod miraculi gratia uiſebatur. Et Temeſæum quendam heroa, ad reddenda quæ rapuerat omnibus magno fœnore compulit, ex quo prouerbium manauit in eos qui contra fas quæſtum facerent, Temeſæum genium. Deinde cum circa Cecinum amnem obuerſaretur, è ueſtigio ex oculis euanuit.

Cecinus flu.

Hæc Aelianus de uar. hiſto. Meminit eius Plin. Puſanias item in eandem ferè de eo ſententiam loquitur. Dicit enim poſt multas uictorias in Italiam reuertiſſe, poſtq́; Olymp. L X X X V I I. Temeſæum uiciſſe genium loci, quem comitem Vlyßis fuiſſe, ab oppidanisq́; quia uirginem conſtupraſſet interemptum ferebant. Ob id uagari laruas eius, & niſi placaretur quotannis oblata uirgine, graſſari ſolitas. Has igitur Euthymum compreßiſſe, liberata uirgine quam deuouerant, & in matrimonium ducta, uixiſſe diutius & inſolito modo extinctum eſſe.

Euemerus

Euemerus Meſſenius, antiquißimus hiſto. teſte Lactantio lib. I. Inſtit. Iouis, cæterorumq́;, qui dij putantur geſta collegit, ac hiſtoriam finxit, ex titulis & inſcriptionibus ſacris, quæ in templis antiquißimis habebantur: quam hiſtoriam Ennius poëta interpretatus eſt. Græcia uerò miro recepit fauore, ut ſacrã appellauerit.

Euphranor

Euphranor Iſthmius pictor, emicuit Olymp. C I I I I. Inter fictores etiam commemoratur. Fecit Coloſſos, & marmora, & ſcyphos ſculpſit, docilis ac laborioſus ante omnis. Hic primus expreßit ſigna heroum, Symmetriamq́; uſurpauit. Sed fuit in uniuerſitate corporum exilior, capitibus articulisq́; grandior, uolumina quoq; compoſuit de Symmetria & coloribus: opera eius multa commemorat Plin.

Eupompus

Eupompus Macedo item pictor æqualis Zeuſidis, Olymp. X C V. arithmeticæ & geometriæ peritus, ſine quibus negabat artem poſſe perfici: docuit meminem minoris talento ann. X. quam mercedem ei Apelles & Melanthius dedere. Huius autoritate effectum eſt, ut in tota Græcia pueri ingenui ante omnia Antigraphicem, hoc eſt, picturam linearem in ludo docerentur, reciperetur q́; ea ars inter liberales. Plinius.

Euodianus

Euodianus Smyrnæus Sophiſta Ariſtoclis diſcipul. profitebatur Rom. ubi filium charißimum amiſit. Ex Philo.

Euphorbus

Euphorbus Troianus Panthi filius, qui Patroclum uulnerauit, interfectus ab Achille.

Eutyches abbas.

Eutyches Cõſtantinopolitanus abbas. Tertius poſt Manetem & Apollinarem, aliũ adfirmabat eſſe Chriſtum, aliud uerbũ Dei. Negabatq́; Chriſti carnem noſtræ ſimilem: nec in patre duas in eodem ſuppoſito naturas eſſe. Sed de cœlo corpus deſcendiſſe dictitabat, ac in uirginis uterũ tanquàm ſolis radios penetraſſe, ut uiſum ſit ſanè ex muliere generatum, quamuis uerè generatum non ſit. Suidas. Contra hunc celebrata quarta ſynodus.

Eutyches poëta

Fuit alter poëta Comicus ex eius fabulis eſt ἄσωτος ἢ ἐπιστολή. Athenæ.

Eutychiani

Eutychij & Eutychiani, plures appellati martyres traduntur.

Eutropius presbyter

Eutropius presbyter, Afer genere, diſcipulus Auguſtini, ut tradit Ptolemæus Lucenſis, qui uiros illuſtres commemorat. ſcripſit Epitomen Romanæ hiſtoriæ, ab urbe condita uſque ad Valentem principem & Iouinianum. Præterea duas epiſtolas conſolatorias ſatis probatas ad duas ſorores, quæ religionis ac uirginitatis ſeruandæ gratia à parentibus fuerant exhæredatæ, ut teſtatur Gennadius Maßilienſis.

Eutropius præſul

Alter præſul Auriſiccenſis Iuſtiniano imperante ſanctitate clarus.

Eutidemus

Eutidemus Maßilienſis præceptor Apollonij Tyanei.

Eupolis

Eupolis Athenienſis, antiquæ Comœdiæ poëta X V I I. agens annũ cœpit clarere, ſcripſit Dramata X V I I. Deceſſit naufragio nauigans in Helleſpontũ uigente bello contra Lacedæmonios. Ipſius ſunt ἀστράτευτος ἢ ἀνδρόγυνοι. Suid. Alter filius Niciæ Atheniẽſis, qui prima nocte nuptiarum ex ruina thalami unà cum uxore extinctus eſt. In libro epigrammatum. Εὔπολιν ὡς γλυκερόν τε Γλυκέριον, ὧν ὑμέναιον Ἔσβεσεν ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν θάλαμος. Ouid. in Ibim. Sit tibi coniugij nox prima nouißima uitæ, Eupolis ut perijt & noua nupta modo.

Euripides

Euripides Atheniẽſis poëta Tragicus, natus quo die Xerxes rex ab Athenienſib. fugatus eſt. Fuit primo in Rhetorica Prodici diſcipulus, deinde Socratis in Philoſophia, ad Tragœdiã conuerſus, ſecutus eſt Anaxagoram. Athenis diſcedens uenit ad Archelaũ Macedoniæ regem, apud quem in honore fuit, ueneris omnino abſtinens, ex quo μισογύνης, id eſt oſor mulierum putabatur. Duxit tamen uxores duas, Exceßit noctu diſcerptus à canibus, annum agens L X X V. Eius oſſa Pellam tranſlata iuſſu regis. Scripſit Dramata L X X V. uicit quinq;, hæc Suid. Gellius uerò de eo hæc refert Euripidis poëtæ matrẽ Theopompus agreſtia olera uendentem uictum quæſiſſe dicit, patri autem eius illo nato reſponſum eſt à Chaldæis, eum puerum cum adoleuiſſet uictorẽ in certaminibus fore. Ideo puero fatum eſſe pater interpretatus eſt, athletam debere eſſe. Roborato filij corpore, olympiã certaturũ eum inter atlhetas pueros deduxit, ac primo quidem in certamine per ambiguam ætatem receptus eſt. Poſt Eleuſino & Theſeo certamine certauit, ac coronatus eſt: mox à corporis cura ad excolendi animi ſtudiũ tranſgreſſus, auditor fuit phyſici Anaxagoræ, ac rhetoris Prodici. In morali autem philoſophia Socratis. Tragœdiam ſcribere annos natus X V I I I. exorſus eſt, in ſpelunca quadam apud Salamina tetra, & horrida. Mulieres omnis exoſus fuiſſe dicitur: ſiue quòd natura ipſa, ſiue quòd ſimul duas habuerat. Huiuſcemodi odij Ariſtoph. quoq; meminit, ἐν ταῖς προτέραις θεσμοφοριαζούσαις. Is cum in Macedonia apud Archelaum regem eſſet, uterenturq́; eo rex familiariter, rediẽs nocte ab eius cœna canibus à quodam æmulo immißis dilaceratus eſt, ſepultusq́; Pellæ. cuius oſſa Athenienſibus repetentib. per legatos Macedones denegauerunt. Taxatur & à Quintil. his uerbis. Euripides, & Sophocles tragœdiã longè clarius illuſtrauerunt, quorum in diſpari uia uter ſit poëta melior inter plurimos quæritur: illud quidem nemo non fateatur neceſſe eſt, ei qui ſe ad agendũ comparauit utiliorem longe Euripidem fore. Nam is ſermo magis adcedit oratorio generi, & ſententijs denſus, & rebus ipſis, & in his quæ tradita à ſapientibus ſunt penè ipſis par, & in dicendo & reſpondendo omnia illis qui fuerant in foro diſertis comparandus. Cicero autem in quadam epiſtola: Euripidem quanti tu facias neſcio, ego uerò eius uerba totidem ſententias puto.

Euſtathius iſtoricus

Euſtathius Epiphanæus ſcripſit temporum epitomen, ab Aenea uſque ad Anaſtaſium principem, ſub quo fuit. Tomos etiam V I I. & alia quædam, ut Suidas ait.

Euſtathius præſul

Euſtathius genere Pamphilius præſul Antiochenus aduerſus Arrianorum dogma multa compoſuit ſub Conſtantino principe: pulſus demum eſt in exilium Traianopolim Thraciæ ciuitatem, ubi & ſepultus eſt. Sunt quoque ipſius uolumina de anima, epiſtolæq́; complures, Hieronym.

Euſtathius grãmaticus

Proſtremus omnium præſul, is qui in Homerum & Dionyſium poëtas commentarios edidit: patria Conſtantinopolitanus. Emicuit ab hinc annos ferè C C C.

Euſtathius martyr

Euſtathius ante hos omnis Roma. martyr qui

inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

inter aulicos fuerat Traiani principis: Placidus antea uocatus, cum in uenatione ceruum ſectaretur, conſpecto inter eius cornua crucis ſimulacro, & uoce feræ eiuſdem audita, cur me perſequeris, domi uxori Theophitæ, & filijs rem manifeſtauit, factiq; ex hoc Chriſtiani ipſe unà cum uxore, ſub Hadriano in æneo tauro necatus eſt: cuius Romæ templum feſtumq; colitur. Sunt & alij huius nominis martyres.

Euſtephius
Euſtochius

Euſtephius Aprodiſeus ſophiſta, ſcripſit Declamationes. Suid. Euſtochius Cappadox ſophiſta ſcripſit ad Conſtantem principem de Cappadociæ aliarumq; gentium antiquitate. Idem.

Euſebius Pamphili

Euſebius Pamphili, præſul Cæſareæ Palæſtinæ, ſcripſit hiſtoriæ lib. x. conuerſos à Rufino, de præparatione euangelica, conuerſos à Trapezontio. Epitomen temporum, conuerſam à diuo Hier. multaq; alia quæ non extant. In perquirenda bibliotheca unà cum Pamphilo martyre diligentiſſimus ueſtigator. Hic teſte Hier. in epiſt. XLVII. Conſtantino magno cum ille Cæſaream ueniſſet, & ſi quid ei opus diceret, reſpondit minime: cum mihi tua libertate ſit ſatis: uerum quod magis opto, iube per orbem terrarum geſta martyrum, & quicquid inter Chriſtianos actum ſit, apud omnia loca, ex publicis ac priuatis monumentis exquiri, ac mihi adferri. Ex quo ille poſtea tum uniuerſæ hiſtoriæ ſcriptor apparuit. Sed & ipſemet fatetur plura à bibliotheca Alexandri præſulis Hieroſolymitani ſe accepiſſe. Idem quoq; Hier. in Apologia, ut hæreticum eum taxat his uerbis. Euſebium ditiſſimum dixi, non catholicum: nam à fide deſciuiſſe dixi, quoniam Origenis dogma probare ſit uiſus, cum in eius defenſionem ſex lib. ediderit. In iure quoq; pontificio eius tantum chronica ſimul & hiſtoria recipitur.

Euſebius Vercellenſis

Euſebius natione Sardus ex lectore urbis Romæ, ob religionem & doctrinam præſul Vercellenſis factus, à Conſtantino principe Cappadociam miſſus in exilium fuit. Deinde ſub Iuliano reuerſus Vercellas. Edidit commentarios Euſebij Cæſarien. in pſal. quos ipſe è Græco in Latinum conuerterat. Tandem ab Arrianis domo extractus ac lapidibus obrutus, ut alij tradunt, domi in cubiculo incluſus: poſt menſem VII. deceſſit, Valentiniano ac Valente imperantibus ex Hiero.

Euſebius Emiſenus

Euſebius præſul Emuſenus, Rhetorici elegantiſq; ingenij eodem teſte autore multa etiam conſcripſit. Fuit Conſtantij principis temporibus: ſub quo extinctus eſt, ac Antiochiæ ſepultus.

Euſebius Nicomedienſis

Euſebius præſul Nicomedienſis Arrianæ ſectæ, quem idem teſtatur autor Conſtantinum tunc in Perſas proficiſcentem baptizaſſe. Hiſt. uerò tripartita dicit, hunc Euſebio Cæſarienſi maxime amicum fuiſſe, adhortatumq; per literas cum, ut ſemel ſumptam Arrij opinionem tueatur, & ſeruet, fretumq; potentia Conſtantij plures alios in eodem errore confirmaſſe. Euſebius Cremonenſis preſbyter ex Hieronymi diſcipulis, qui eius ſucceſſit adminiſtrationi, uitamq; conſcripſit.

Euphemia

Euphemia uirgo Chalcedonen. martyr ſub Diocletiano: poſt multas pœnas diuinitus euaſas, tandem leonibus obiecta interijt XVI. Calend. Octob. alia in Dorothea dicitur.

Euphroſina

Euphroſina apud Alexandriam uirgo nobilis: nuptias aufugit in quoddam cœnobium ubi pater degebat, ignota habitu uirili, in quo perſeuerauit uſque ad extremum: annos uidelicet XXXVI. in morte tantum ſe patri manifeſtauit, quæ ſe Smaragdum appellabat. Deceſſit III. Eid. Febr. Altera uirgo Romana, & martyr in Domicilla dicitur.

Exuperantius

Exuperantius præſul Tholoſanus profeſſor. Cuius meminit Hierony. plures item hoc nomine martyres.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM VRBANORVM
LIB. XVI.

FABIORVM familia ab Hercule genus iactat: Feſto ac Iuuen. carmine teſtibus. Natus in Herculeo Fabius lare. Hæc in ipſo urbis exordio adeo & numero & uirtute uirorum claruit, ut trecenti totius belli contra Veientes onus ſubierint. Cumq; ſæpe uictores extitiſſent, ad Cremeram fluuium caſtra poſuere. Veientes ad dolos conuerſi, pecora ex diuerſo in conſpectu propulerunt, ad quæ progreſſi Fabij in inſidias lapſi ad unũ occidione perierunt. Dies quo id factum, inter nefaſtos relatus, porta qua exierant ſcelerata eſt dicta. unus ex ea gente propter ætatem impuberem domi relictus, genus propagauit ad Q. Fab. Maximum Cunctatorem. Cæcil. — Fabii CCC

Fabius Ambuſtus de duabus filiabus, alteram Licinio Stoloni plebeio, alteram A. Sulpitio patritio coniugem dedit: quarum plebeia cum ſororem ſalutaret: cuius uir Trib. mil. conſulari poteſtate erat: faſces lictorios foribus depoſitos indecenter expauit: à ſorore irriſa marito queſta, qui adiuuante ſocero, ut primum Tribunatum pl. aggreſſus eſt, legem tulit, ut alter conſul ex plebe crearetur. Lex reſiſtente Appio Claudio, tamen lata, & primus Licinius Stolo conſul factus. Cæcilius. Ambuſtus uocatus, quod olim adoleſcens fulmine tactus in natibus fuerit. hinc etiam pullus Iouis, quaſi dilectus ab eo uideretur. — Fabius Ambuſtus

Et mutata litera, poſtea Rullus dictus, & Eburnus à candore. ut Feſtus ait. Fuit etiam princeps Senatus, quem honorem & filius eius poſtea Fabius Rullianus, & ex eo nepos Fabius Gurges, è ſucceſſione obtinuere. Quod Plinius in rara commemorat felicitate. Rullianum Plutarchus Rullum appellat. Dicitq; cum eſſet cenſor, & quoſdam uiros è libertinis genitos amoueret à ſenatu, quòd Maximus ſit appellatus: quem honorem nulli niſi Valerio, qui patres à plebe diſſidentes conciliauit, tribuerunt. Cæteri autem hunc Rullianũ cognominant. Nam Rutilianus à quibuſdam ſicuti Petrarcha, male ſcribitur. De eoq; Cæcilius ſic ait. Primum de Apulis, & Nucerinis: iterum de Samnitibus, tertio de Gallis, Vimbris, Marſis, ac Tuſcis triumphauit. Cenſor libertinos tribu amouit. Iterum Cenſor fieri noluit, dicens non eſſe ex uſu reip. fieri eoſdem Cenſores ſæpius. Hic primus inſtituit, ut equites Romani Eid. Quint. ab æde Honoris, equis inſidentes, in Capitoliũ tranſirent. Mortuo huic tantum æris populi liberalitate congeſtũ eſt, ut inde filius eius uiſcerationes, & epulas publice daret. De eodẽ ſic Liui. lib. IX. partimq; in alijs. — Fabius Rullus

Q. Fabius cum P. Decio Cenſor, ne Comitia in humillimorum manu eſſent, omnem forenſem turbam excretam in IIII. tribus cõiecit, urbanasq; appellauit. Adeoq; gratũ fuit, ut Maximi cognomen, quod uictorijs non pepererat, propterea ſit adſecutus. Cos. factus cũ Gn. Martio Rutilio apud ſyluam Ciminiam LX. Hetruſcorum mil. partim cepit, partim interfecit. Hic cum eſſet magiſter equitũ Papyrij dictatoris, quòd eius iniuſſu, eoq; abſente pugnam commiſerit, quamuis uictor, iubereturq; propterea ad palũ ligari, ac ſecuri percuti, ad urbẽ confugit, ad populũ prouocans. Stabant ex una parte merita, familiæ, lacrymæ, ac autoritas Fabij ſenis patris deprecantis: res bene geſta. Ex altera Dictatoris imperiũ inuiolatũ, diſciplina rei militaris ſemper obſeruata. Vicit tandẽ familiæ cõmiſeratio, ſenatu uniuerſo Dictatorẽ lenire quærente. Tunc Papyrius: uiue inquit Q. Fabi, felicior hoc conſenſu ſenatus, quàm ea in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Fabius Gurges

qua paulò antè exultabas uictoria. Fabius Gurges huius filius cum male aduerſus Samnites pugnaſſet, & ſenatus de eo remouendo ab exercitu ageret, Fabius Max. pater deprecatus eſt hanc filij ignominiam:eo maxime ſenatũ mouit, quòd iturũ ſe filio legatum pollicitus eſt,idq; præſtitit. Atq; eius conſilijs, & opera filius Coſ.adiutus, cæſis Samnitibus triumphauit. C.Pontium Herennium ducem Samnitum in triumphum ductũ ſecuri percuſsit. Aliquot matronas ad populum ſtupri damnatas,pecunia mulctauit: ex quo ære Veneris ædem,quæ prope circum eſt, faciundam curauit. Hæc Liui.in epitome. Macrob.autẽ cauſam cognominis dicit, ob deuoratum patrimonium in luxu. Sed inſecuta uirtus,uitia prioris compenſauit ætatis.

Fabius Ouicula

Q.F.Max.Dictator,ut Verrucoſus,à uerruca in labris,ita Ouicula,à clementia morum dictus eſt.Cos.de Liguribus triumphauit. Annibalem mora fregit. Minutium magiſtrum equitum imperio ſibi æquari paſſus eſt, & nihilominus periclitanti ſubuenit. Annibalẽ in agro Falerno incluſit. Manliũ Statilium transfugere ad hoſtes uolentẽ,equo & armis donatis,retinuit.Et Lucano cuidam fortiſsimo,ob amorem mulieris infrequenti, eandẽ emptam dono dedit.Tarentum ab hoſtibus recepit.Herculis ſignum inde translatũ in capitolio dedicauit.De redemptione captiuorũ cum hoſtibus pepigit:quod pactum cum à ſenatu improbaretur,fundum ſuum CC.mil.uendidit,ac fidei ſatiſfecit. Cæcilius.Hic iam ſenex,poſtremo Scipionis uirtuti,& adoleſcentiæ proficiſcentis in Africã obtrectauit,cui multa ille prudentiſsime reſpondit. ut habetur in Liuio. Obijt ante partã à Scipione uictoriam.

Fab. Ouiculæ filius

Filium habuit Q.Fabium,qui Cos.cum exercitu in Apulia erat:ubi legatũ patrem ad eum adequitantem procul conſpicatus,lictorem miſit:qui iuberet patrem, ſiquid à magiſtratu uellit,ex equo deſcendere:quod cæteris ægreferentibus, patrem gratulatũ fuiſſe Liuius refert dicentem:uolui nate experiri,ſi te Conſulem eſſe meminiſſes.Exceſsit patre Fabio ſuperſtite laudatusq; ab eo eleganti oratione,quam ſcriptã Fabius edidit,haud abſimilem ſtylo Thucydidis: ſicuti Plutar. refert.

Fabius Allobrox

Q.Fab. Pauli nepos, Allobrox cognomento,Cos.cõtra Allobrogas Gn.Domitio ſuccedens,de exercitu Bituiti Aruernorũ regis CXX. mil.cæcidit. Ipſe uerò Bituitus ueniens Romam ut ſatisfeceret, Albæ cuſtodiæ traditus eſt: quia cõtra pacem uidebatur,ut remitteretur: decretum, ut Congentiatus eius filius uinctus Romam mitteretur.Hæc Liu.LXI.Valerius tamen, ut in Domitio ſuprà memoraui, aliter hoc.Plin.uerò in naturali hiſtoria dicit: Fabium in hoc bello febri quartana in acie liberatũ fuiſſe.

Fab. Allobrogis filius

Huius filius ſicuti Valerius ſcribit, perditam & luxurioſam uitam, maioribusq; indignã egit, adeo ut Põpeius prætor urbanus paternis bonis ei interdixerit.

Fab.Pictor
Fab.Labeo

Q.Fab.Pictor,P R.unà cũ Q. Fabio Labeone fuit. Liui. VIII. de bello Maced.Hunc Cic.in Oratore,& iuris,& literarum,& antiquitatis peritũ uocat, ac Annales ſcripſiſſe dicit. Liui.eum tẽpore Annibalis miſſum Delphos ſciſcitatũ oraculum ſcribit.Idq; redeuntem è ſcripto recitaſſe.Cognomẽti uerò cauſa,quòd ut ait Plin.ædem Salutis pinxit. Anno urbis CCCCL.Quæ pictura durauit,uſq; ad Claudij principatum æde exuſta.

C. Fabritius

C.Fabritius miſſus ad Pyrrhũ legatus de redimendis captiuis,ut patriã desereret, magnis pollicitationibus ab eo fruſtra inuitatus eſt. Captiui igitur ſine pretio miſsi.Conſul iterum cõtra eum profectus transfugam medicum qui promittebat Pyrrhum necaturum,ad eum remiſit.Cenſor demum Publium Cornelium Rufinum cõſularem ſenatu mouit, quòd decem pondo argenti facti haberet. Liu.XIIII.

Fauſti

Fauſtus Sullæ filius.Fauſtus item Quintilius ſenator tempore Iuliani principis. Fauſtus Afer genere,patria Mileuitanus, ſecta Manichæus,ingenio callidus,eloquio ſuauis, libros aduerſus Orthodoxos ſcripſit, quibus Auguſtinus magno uolumine reſpondit, diuiſo in lib. XXXIII. Fauſtus præſul Reginus ſub Anaſtaſio primo claruit ſanctitate & doctrina. Alius martyr, unà cum pluribus alijs ſub Valeriano,diaconus. Alius preſbyter apud Alexãdriam ſub Maximiano. Alius apud Antiocheam cũ Timotheo.

Fauſtini

Fauſtinus,& Iouita item martyres,hic diaconus,ille preſbyter, ſub Hadriano apud Brixiã:alter in Beatrice dicitur.

Fauſtinæ

Fauſtinæ uerò Auguſtæ inter Imperatores. Fauſtina Auguſta Maxentij uxor,etiam martyr apud Alexãdream fuiſſe dicitur, Catharinæ prodigijs, & martyrio permota.

Fauorinus

Fauorinus philoſoph. Arelate oriundus. Dionis auditor fuit, præterea eunuchus,& Hadriano principi infenſus: ex quo tria de ſe mira narrare ſolebat, ſe Gallum Græciſſare, eunuchũ mœchum putari, (nam accuſatus adulterij à conſulari uiro fuit)tertio inimicum Imperatori uiuere.Ob quã cauſam ſtatua eius Athenis diſiecta, ubi uiuebat. Hunc Herodes Atticus patrem ſolebat appellare,hæresq; librorum ab eo factus eſt.Hæc ex Philoſtrato.Gellius huius ſæpe meminit. Aelianus de uaria hiſt. dicit hũc quandoq; in diſputatione quadam Hadriano ceſsiſſe,admirantibusq; proximis, nónne cedam, inquit,ei, qui XX. habeat legiones?

Feneſtella

L.Feneſtella hiſtoricus ſæpe à Plinio citatur teſtis: Moritur Cumis Auguſti tempore,ut ait Euſeb.

Felices
Felicitates duæ
Perpetua

Felices martyres amplius XL. reperti. Felicitates duæ,matronæ ambæ,altera etiam prægnans cum Perpetua item matrona, Saturnino, Satyro, & Reuocato in Mauritania ſub Valeriano Imper. feris indomitis obiecta No. Martij. Alteram in VII. fratribus poſtea dicam.

Felicianus
Primus

Felicianus & Primus apud nomentum ſub Maximiano.

Fl.Fimbria

F. Fimbria ciuis ſæuiſsimus, quippe qui ſatelles Cinnæ,Valerio Flacco Cos.legatus in Aſiam profectus, per ſimultatem demiſſus,corrupto exercitu, Ducem interficiendum curauit. Ipſe correptis imperij inſignibus,prouinciam ingreſſus, Mithridatem Pergamo expulit. Ilium incẽdi iuſſit,mox à Sulla Pergami oppreſſus,& à corrupto exercitu deſertus, ſibi manus attulit.

Flaminii

Flaminij Quintiorum nomen ſibi adoptarunt. Præterea ex eorum domo, ut ait Feſtus, ignem efferri,niſi rei diuinæ gratia non licebat.

C.Qu. Flaminius

Primus ex eis qui claritatẽ habuerit, C.Q. Flaminius,qui Cos cum C. Seruilio inauſpicato iter ingreſſus,& ab equo quo inſiderat per caput deuolutus, cum Annibale pugnans apud Traſimenum cecidit unà cum exercitu: eius cadauer inter mortuos ab Annibale quæſitum, nec inuentum. Liui. XXII.

T.Qu.Flaminius

T.Q. Flaminius ſuperioris filius annos natus XXX.Cos. cum Sex. Aelio factus Philippum Macedoniæ regem prælio fudit, caſtris exuit. Deinde Theſſaliam quæ eſt uicina Macedoniæ iuuantibus Aetolis,& Acarnanibus uexauit. Ciuitates quoque Græciæ, quæ ſub rege Philippo erant, per præconem liberas eſſe pronũtiauit. Demetrium filium obſidem accepit, quem poſtea pecunia mulctatum in regnum reſtituit. Nabim Lacedæmoniorum tyrannum ſubegit, eiusq; filium obſidem item accepit. Reuerſus deinde Rom. poſtquàm triumphaſſet, iterum legatus in Græciam cum Mannio Accilio Cos.contra Antiochum & Aetolos, ac ad confirmandas in fide Romanorum ſocias ciuitates miſſus eſt. His igitur apud Thermopylas uictis, iram Conſulis in Græcos qui deſciuerant, mitigauit. Ludos Iunoni Samiæ per præconem nuntiauit,Legatus etiam ad Pruſiam,ut Annibalem peteret miſſus,cauſa fuit,ut ad Antiochum ille confugeret. Poſtremo cenſor factus, qui ultimus ac perfectiſsimus magiſtratus,in patria ſenex diem obijt.Ex Plutar. Cæcilio, Valerio.

L.Flaminius

L.Q.Flaminius huius frater,uir conſularis quidem,ſed libidinoſiſsimus. Is puerum ardebat adeo,ut ſiue prouincias adiret, ſiue exercitus duceret, nunquàm ab eius latere diſcederet,eóque quondam in conuiuio,aliquem coram ſe necari cupere dicente, ſtatim unum è damnatis

ſecuri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſecuri percuti iuſsit. Valerius Antias id amore fœminæ factum dicit. Liuius autem ſcriptum eſſe dicit in Catonis oratione: Gallum transfugam cum uxore ac liberis ueniſſe, & ab eo epulis exceptum, mox ut ſcorto quod amabat, obſequeretur, propria manu confoſſum. Cuius etiam ſceleris meminit Ci. de Sen. Cato deinde cenſor ſenatu cum amouit, reclamãte T. Fl. fratre, cuius tandem precibus reſtitutus fuit. Hic fratre Cos. uigẽte bello Mac. Attalo & Rhodijs iuuantibus, Eubœam & maritimã oram cepit. Deinde Acarnanes Leucade urbe, quæ caput eſt Acarnaniæ expugnata, in deditionem accepit. Li. XXXIII. Gn. Q. Fla. qui Cos. cum M. Aemylio contra Ligures Apuanos res geſsit, de quo Li. in IX. de bel. Ma. ſic ait, Translatum deinde ad Apuanos Ligures bellum qui in agrum Piſanum Bononienſemq; ita inuaſerant, ut coli non poſſet. his quoq; perdomitis Cos. pacem dedit finitimis, & qui à bellis quieta ut eſſet prouincia effecerat, ne in otio militem haberet, uiam à Bononia perduxit Aretium. De hoc item Plutar. in problematis dicit:

Circus Flam.

agrũ Po. Ro. reliquiſſe cuius fructu & uectigalibus circum Flaminium & ludos equeſtres ſtatuerunt, præterea cum pecunia ſuppeteret, uiam flaminiam munierunt. Tranquillus autem dicit, hanc uiam ad Ariminum ab Aug. perductã.

C.Flami. & Ful.Coss.

C. Fla. & Fuluius Coss. cum in Inſubres copias agerent, fluuius qui per agrũ Picenum illabitur, cruore fluxiſſe uiſus eſt. Augures cum malis auſpicijs Coss. creatos affirmarent, è ueſtigio illos per literas reuocauerunt. Receptas igitur Flaminius non prius aperuit, quàm collatis ſignis barbaros in fugam uerterit. Quibus nihilo minus redeuntibus populus Rom. non proceſsit obuiam, priuatusq; triumphauit, ac

L.Flaccus

uterq; ſe abdicare coactus eſt. Liuius. L. Flaccus unus ex auditoribus. Ci. & patriæ defenſoribus in coniuratione Catilinæ, P R. ex Aſia decedens à D. Lælio ſuggeſtione Aſianorum & Græcorum accuſatus, quòd prouinciam & prouinciales iniuſto grauaſſet onere & remigum & pecuniæ, defenditur à Cicerone, abſoluiturq; à iudicibus: ubi de Græcorum multa & leuitate & natura uidere licet. Pedianus.

Flaccus Munatius

Flaccus Munatius è partibus Pompeianis, cum mœnibus incluſus à Cæſare obſideretur in quodam Hiſpaniæ oppido, Cæſarianos omnis ætatis ac ſexus ibi necauit. Val. de Crudelitate.

C.Flaccus

C. Flaccus librum ad Cæſarem de Indigitamentis ſcriptum reliquit. Sunt autem indigitamena libri Pontificales, qui nomina Deorũ, & rationes ipſorum numinum continent. Cenſorinus.

Verrius Flac. grammaticus

Verrius Flaccus libertus docendi genere maxime claruit; namq; ad exercitandum diſcentium ingenium æquales inter ſe committere ſolebat, propoſita non ſolum materia quam ſcriberent, ſed & præmio quod uictor auferret. Ab Auguſto nepotibus eius præceptor electus tranſijt in palatium cum tota ſchola: uerum ut ne quem amplius poſt hac diſcipulum acciperet. Docuitq; in atrio Catilinæ domus, quæ pars palatij tunc erat. & LLS. Centena in annum accepit. Deceſsit ætatis exactæ ſub Tyberio. Statuam habet Præneſte in ſuperiori fori parte contra Hemicyclum, in quo faſtos ab ſe ordinatos & marmoreo pariete inciſos publicauerat. Trãquillus.

Val.Flaccus

Val. Flac. duo, de quibus in Valerijs dicemus.

Flaccus martyr

Flaccus & Terẽtianus martyres ſub Hadriano, ſepulti apud Tudertum ubi ſunt paſsi.

Terentianus

Flauia gens

Flauiam gentem ſcribit Tranquillus è Reate deſcendiſſe. Nam Veſpaſiani auus T. Flauius Petronius municeps Reatinus, bello ciuili Pompeianarum partium Centurio: incertum ſponte an uocatus profugit è Pharſalica acie, domumq; ſe contulit, ubi deinde uenia & miſsione impetrata coactiones argentarias factitauit. Huius filius Sabinus pater fuit Flauij Veſpaſiani principis, & Sabini, qui præfectus urbis fuit. Hoc ſane cognomen præter Veſpaſianos Valentinianus princeps cum tota domo & progenie habuit, ut inſcriptio pontis ueteris Romæ adhuc oſtendit. In Conſtantini item magni proſapia, omnes Flauij appellati, ut præter alia eiuſdem etiam arcus oſtendit.

Gn.Flauius ſcriba

Gn. Flauius cuius meminit Liu. & Pomponius de origine iuris. Cic. quoq; pro Murena. Inuentus eſt ſcriba quidam qui cornicum oculos confixerit, & ſingulis diebus ediſcendos Faſtos populo propoſuerit, ab ipſis iuriſconſultis eorum etiam ſcripta compilarit. Itaq; irati illi: qui ſunt ueriti ne dierum ratione peruulgata & cognita ſine ſua lege & opera poſſet agi. Is Libertino patre natus, ædilis Curulis fuit per forenſem factionem creatus: quæ cum comitia campum turbaret, & in his propter nimias uires dominaretur, Q. Fab. cenſore in IIII. tribus redacta eſt, eaq; res Fabio Maximo nomen dedit. Li. lib. XI. Rauennæ quoq; in templo diuæ genitricis huiuſmodi eſt inſcriptio.

Inſcriptio Flauiæ

Flauiæ Q. F. Salutari coniugi chariſsimæ. L. Publicius Italicus Dec. orn. & ſibi v. poſuit. hic Coll. Fabr. M. R. HS. XXX. N. V. dedit: ex quorum reditu quotannis Decurionibus Coll. Fab. M. R. in æde Nep. quam ipſe extruxit die Neptunaliorum præſentibus ſpor. bini diuiderentur: & Decurionibus XXVIII. ſiue Centeni Quinquageni quotannis darentur. ut ex ſumma ſic v. arcam Publiciorũ Flauiani & Italici filiorum, & arcam in qua poſita eſt Flauia Salutaris uxor eius, roſis exornent de XXV. ſacrificentq; ex XXII. & de reliquo ibi epulentur. Ob quam liberalitatem Col. Fabr. M. R. inter benemeritos quotannis roſas Publicijs ſupra ſe & Flauiæ Salutari uxori eius mittendas ex XXXV. ſacrificiumq; faciundum de XX. LLS. per magiſtros decreuit.

Flauiani

Florentii

Flauiani itemq; Florentij martyres plures.

Floridus

Floridus profeſſor & præſul Tifernas ubi recubat, tẽplumq; ei dicatum.

L.Florus

L. Florus hiſtoricus ſe ad Traiani tempora perueniſſe teſtatur in lib. I. Scripſit hiſtoriam Ro. breuitate admodum & elegantia poſteritati acceptiſsimam. Præterea epitomen omnium librorum Liuij ab eo factam: conſtans eſt opinio. Quint. lib. X. de huius patre ſic ait. Memini Iul. Secundum illum æqualem meum, atq; à me ut notum eſt familiariter amatum, miræ facundiæ uirum, quod ſibi foret à patruo ſuo dictum: Is fuit L. Florus, flos eloquentiæ Gallicæ, cum ibi eam exercuerit, princeps alioquin inter paucos diſertiſsimus.

Florus mart.

Florus martyr unà cum Demetrio & Honorato apud Oſtiam, alter profeſſor.

Floræ III

Flora meretrix quæ hæredem po. Ro. reliquit: unde Floralia in eius honorem. Fuere item duæ uirgines martyres. una cum Lucilla ſorore, & multis alijs Romæ ſub Helio præfecto. altera cum Maria apud Cordubam.

Fonteius

M. Fonteius cum Galliæ præeſſet cum exercitu, accuſatus male adminiſtratæ prouinciæ, à Ci. defenditur: ubi multa cõtra Gallorum teſtium irreligionem dicta.

Fonteia

Fonteia eius ſoror, uirgo ueſtalis in eadem oratione memoratur.

Fortunatus

Fortunatus præſul Pictauenſis in uico prope Tauriſcos ortus, educatus Rauennæ: Felicis eo tempore præſulis Tauriſcorum ſocius cum ex oculis laboraret, ac Martini miraculo liberaretur, ut gratias ageret, ad eius patriã in Galliam profectus, apud Pictauos habitauit, ibiq; doctrina ſanctisq; moribus præſul Pictauenſis creatus, ſanctorumq; geſta, partim proſa, partim carmine conſcripſit. Martini uitam IIII. libris Heroico uerſu perſecutus eſt. Hymnos quoq; omnium celebritatum diuerſo metro ſatis eleganter explicuit, ut qui ab ineunte ætate ſtudijs poëtices liberaliumq; artium educatus fuerit. Hæc ex Paulo Foroiul.

For.præſul

Fortunatus præſul Tudertinus, profeſſor Iuſtini principis tempore. Fortunatus item & Felix fratres martyres Vincentini ſub Maximiano apud Aquileiam.

Fortunatianus conſultus

Fortunatianus Conſultus de arte rhetor, ſcripſit, quod opus extat.

Fortunatianus præſul Aquileienſis

Fortunatianus alter natione Afer, præſul Aquileien. ſub Conſtant. magno commentarios in Euangelia breui admodum & illiterato ſermone ſcripſit: tantum deteſtabilis, quòd Liberium pontificem pro

fide

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

fide ad exilium properantem primus fregit, & ad Arrianæ ſectæ ſubſcriptionem compulit: ex Hier. Cor.

Frontones duo

Fronto philoſophiæ ſimul & dicendi præceptor M. Antonini principis, adeo ab ea dilectus, ut ille ſtatuam ei à ſenatu ſtatui peteret. autor Capitolinus. Frontonis alterius ſub Nerone & Domitiano meminere Tacitus, Iuuenal. Martia. Clarum militiæ Fronto togæq; decus. Item. Frontonis platani conuulſaq; marmora clamant. Frontones totidem martyres fuere. primus Petri apoſt. diſcip. ciuis ac præſul Petrocoricen. in Aquitania: alter ſub præſide Daciano in Hiſpania unà cum x v i i. alijs. Fuluiorum domus patricia, claros & ipſa uiros habuit, diuerſis tamen cognominibus.

L.Ful.Flac.

L.Ful.Flaccus primus tranſalpinos Ligures domuit, miſſus auxilio Maſſilienſium aduerſus Sallyes Gallos, qui fines eorum populabãtur.

Q.Ful.Flac.

Q.Ful.Flaccus Cos. cum Appio Claudio Capuam quæ ad Annibalem defecerat, per obſidionem cepit. Literas à ſenatu acceptas, in quibus iubebatur ut in plectendis ciuibus ſuperſederet, non prius reſignauit quàm ſenatum Campanum necari mandauerit. Liu. x x x v i. Idem poſtea proconſul in prælio ab exercitu Annibalis interficitur. libr. x x x v i i.

Gn.Ful.Flac.

Gn.Ful.Flaccus huius frater cum L.Cor.Scipione Cos. factus de Samnitibus triumphauit. Idem prætor in Apulia ab Annibale ſuperatus amiſſis x x. mil. de exercitu cum c c. equitibus aufugit. Ex quo Sempronius Bleſus eum accuſauit, quòd eius inſcitia ac temeritate male rem geſſerit, pecunia deinde capite acquiſiuit. Demum x v i i. perduellionis ſe iudicare dixit. Diem igitur comitijs Fuluius à Gn. Calphurnio urbis prætore petijt, uti frater Quintus auxilio ueniret, qui Capuam obſidebat. Cumq; populo non uideretur obſidio propterea deſerẽda, in exilium Tarquinios actus eſt. Liu. Fuluius Centimalus, teſte Floro, Illyricos eorumq; reginam Teucam perdomuit. Ful. Flaccus Cenſ. tectum marmoreum Iunonis Laciniæ ſpoliauit, ut ædem quam dedicauerat tegeret, tegulæ ex S.C. reportatæ, Liu. x l i i.

M. Ful. Nobilior

M.Ful.Nobilior prætor in Hiſpaniam profectus eſt. Deinde biennio poſt Cos. tempore belli Mac. cum Gn. Manlio eodem tempore: ille Gallogræcos, Fuluius uerò Aetolos ſuperauit. De quibus ouans urbem ingreſſus. Poſt hæc Ambracienſes qui defecerant uicit, à quibus accuſatus, quòd crudeliter omnia diripuiſſet, defenſus à Cos. Gn. Flaminio triumphauit, multaq; argenti ac auri põdera in ærarium intulit, præter ſigna tabulasq; pictas quas abſtulit. Quam uictoriam per ſe magnificam Ennius amicus, qui comes eius profectionis fuerat, celebri carmine perſcripſit. Cic. quoq; in Tuſ. Catonem ait Fuluium uituperaſſe, quòd in prouinciam poëtas ſecum duxiſſet. Hunc etiam Fuluium Macrobius dicit libros Faſtorum compoſuiſſe, eosq; in æde muſarum & Herculis poſuiſſe.

Q. Ful.Nobilior

Q.Ful.Nobilior huius filius, uir eloquẽs, Ennium poëtam à quo eruditus fuit, ciuitate donauit.

Ful.Gallus

Ful. Gallus ordines duxit in exercitu Antonij contra Parthos.

Fuluia M.Antonii

Fuluia M. Antonij uxor, Curioni antea nupta, non muliebres artes edocta, ſed magiſtratus regere & imperare. Hanc Antonius interdũ ludis aggrediebatur, ut tunc cum fama eſſet Cæſarem in Hiſpania eſſe mortuum: Antonius ueſte famuli noctu uenit, dixit ſe à M. Antonio tabellarium. Illa rogat an ualeat Antonius. Ipſe nihil. Cumq; epiſt. legeret, erat enim ſcripta amatorie: protinus in collum inuadit. meminit Ci. in Phil. Hanc poſtea Ant. dimiſit, ducta Octauia. in hãc Octauiani Cæſ. laſciuum ac probroſum apud Martial. legimus epigrãma.

Fulgentius

Fulgẽtius patria Toletanus, præſul Hiſpalenſis, profeſſione monachus, relegatus ab Arrianis: deinde reuocatus annum ante obitũ præſulatu cedẽs, antiquum repetijt cœnobium: ſub Anaſtaſio primo Imp. & Gelatio Pont. Scripſit Mythologias. & nonnulla alia, ut autor Sigiſbertus. Alter præſul Otriculanæ urbis ſub Totila.

Serg.Galba

GALBARVM familiam, Sergiorum nomine uocatã, primus Sergius Galba orator illuſtrauit, conſularis temporum ſuorum eloquentiſſimus, quem Trãquil. ſcribit, ex prætura Hiſpaniam obtinentem x x x. Luſitanorum mil. perfidia trucidatis, Viriatini belli cauſam extitiſſe. Valerius autem dicit, eum trium Luſitaniæ ciuitatum conuocato populo, tanquam de commodis eius acturum, nouem milia hominum trucidaſſe. Pedianus ait, eum pro direptis Luſitanis, accuſatum à Cenſorino Catone: duosq; amplexum filios prætextatos, abſolutum propterea miſericordia fuiſſe. Cic. in Oratore de eo ſic ait.

Serg.Galba

Ser. Galba paulò pòſt Lælium & Scipionem, princeps ex Latinis in eloquentia, illa oratorum propria & quaſi legitima opera tractauit, ut egrederetur à propoſito orandi cauſa: ut delectaret animos, ut permoueret, ut augeret rem, ut miſerationibus, ut communibus locis uteretur. Sed neſcio quomodo, huius quem conſtat eloquentia præſtitiſſe, exiliores orationes ſunt, & redolentes magis antiquitatem, quàm Lælij aut Scipionis, aut etiam ipſius Catonis. Serg. Galba eius nepos ob repulſam conſulatus infenſus Iulio Cæſari: cuius legatus in Gallia fuerat: conſpirauit cum Caſſio & Bruto: Propter quod Pedia lege damnatus eſt. Ab hoc imperatoris Galbæ auus, & pater. Nam auus Sergius Galba clarior ſtudijs, quàm dignitate: Non enim egreſſus præturæ gradum, multiplicem nec incurioſam hiſtoriam ædidit: autor Tranquillus.

Gabinius legatus

A. Gabinius legatus, rebus aduerſus Lucanos proſpere geſtis, multis oppidis expugnatis, in obſidione caſtrorum hoſtilium cecidit. Liuius l x x v i. A. Gabinius qui Ptolemæum in regnum reduxit.

Gabinius martyr

Susanna

Alter presbyter, & martyr è genere Diocletiani: frater Caij Pontificis: pater Suſannæ uirginis, & martyris: quæ nuptias filij Diocletiani recuſauit.

Gabinus

Gabinus cinctus, genus ueſtis conſularis, à Gabijs ſumptus.

Galli

Gallos ſupra multos nominaui. Gallus item abbas ex Ibernia oriundus, ſed diſciplina Columbani ſanctiſſimi, diuerſa cœnobia obiuit, eius tandem hæres, & ſucceſſor nominis. In Gallia apud caſtrum Buruigium quieſcit, uixit annos x c v.

Galla

Galla uidua Romana, Symmachi uiri patricij filia: ſub Theoderico rege: quæ uiro defuncto cœnobio ſe addixit. Laborabat ex carcinomate in mammilla, inter ſanctas colitur.

Gaudẽtii duo

Gaudentius præſul Ariminenſis, martyr ſub Conſtantio principe, patria fuit Epheſius, uenit Romam: deinde promotus, Synodum Ariminenſem infirmauit: ob quam rem ab Arrianis cæſus in fouea quadam annis l x x. ignoratus iacuit. Nunc apud Ariminum templo ſimul & cœnobio ei dicato præcipue colitur. Alter Præſul Nouariẽſis, ex Eporedijs oriundus: diſcipulus Euſebij Vercellenſis: comesq; exilij ob Arrianos, inter profeſſores adſcribitur.

Galenus

Galenus medicus è Pergamo ciuitate Aſiæ, emicuit Traiani temporibus uſq; ad Antonium Pium. Scripſit uolumina x v. autor Suid. Scripſit etiam in opera Hippocratis dictionarium ex ordine literarum: quæq; ſint eius uera opera, ab adulterinis ſecreuit. Veniſſe quãdoq; Romã dicitur, ac cælum Romanũ inconſtantiæ maxime accuſaſſe. Hunc omnes tum Auicenna in quodã libro principem medicorũ appellat.

Ganymedes

Ganymedem Troianũ Plautus Catamitũ uocat ab aquila raptũ. Xenophon in Sympoſio non ob formam corporis, ſed ob præſtans ingenium ab Ioue raptũ dicit: ut eius etiam nomen indicat. Ex duobus enim uerbis Homericis cõpoſitum eſſe uult: hoc eſt Lætatur, intelligens. Verba ſubijciam. Καὶ ἐγὼ δὲ φημὶ καὶ Γανυμήδην οὐ σώματος ἀλλὰ ψυχῆς εἵνεκα, ὑπὸ Διὸς εἰς τὸν ὄλυμπον ἀνενεχθῆναι. μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ἔστι μὲν γὰρ δήπου καὶ Ὁμήρῳ, Γάνυται δ' ἀκούων. τοῦτο δὲ φράζει, ὅτι ἥδεται τάδ' ἀκούων. ἔστι δὲ καὶ ἄλλοθί που, πυκινὰ φρεσὶ μήδεα εἰδώς, ἐξ οὖν ἀμφοτέρων τούτων οὐχ ἡδυ σώματος

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

σώματος ὀνομασθεὶς ὁ γανυμήδης, ἀλλ' ἀλυγνώμων. Tēplum præterea ipſius Romæ fuiſſe, Iuuenalis in Satyra teſtatur. Nuper enim ut repeto templum Iſidis & Ganymedis.

Geminiani duo

Geminiani duo, alter martyr ſub Diocletiano cum Lucia uidua, per quam Chriſtianus factus fuerat, paſſus eſt: cuius feſtum XIIII. Calend. Octob. Alter præſul Mutinenſis profeſſor Iouiniani principis tempore. Cuius feſtum colitur III. Calend. Febr.

L.Gellius

L. Gellius non tam uendibilis orator, quàm ut neſcires quid ei deeſſet: nec enim erat indoctus nec tardus ad cogitandum: nec Rom. rerum immemor, & uerbis ſolutus ſatis: ſed in magnos oratores incidit eius ætas: multam tamen & utilem amicis præbuit operam, atq; ita diu uixit, ut multarum ætatum oratoribus implicaretur, multum etiam in cauſis uerſaretur. Cic. in Oratore.

Aul.Gellius

Aul. Gel. ſcriptor noctium Atticarum tempore Traiani: Fauorinum philoſophum maxime coluit: qui cum Athenis unà uiuebat homo Romanus, quamuis grammaticum non exceſſerit. Laudem habet in eo ſcribendi genere, quod eodem ferè tempore Aelianus Romæ tentauit homo Græcus.

Geminus

Geminus preſbyter Antiochenus: ſub Alexandro Imp. floruit, qui quanquàm uir doctiſsimus pauca conſcripſit ut ait Hieron.

Geminius

C. Geminius P R. aduerſus Thracas infeliciter pugnauit. Liuius LXX.

Gennadius

Gennadius preſbyter Maſsilienſis, Theodoſij tempore, uiros illuſtres poſt Hierony. continuauit. Alter fuit præſul Conſtantinopolitanus ſub Leone ſeniore Imp. Edidit commentarios in Danielem: præterea Homilias nonnullas.

Geneſius martyr

Geneſius Arelatenſis patria, arte mimus & infamis, Chriſtianos apud Imperatorem Diocletianum turpiſsimis geſtibus irridebat, paſſus tandem & ipſe ſub eodem.

Georgius

Georgius martyr, genere Cappadox, Tribunus mil. ſub Diocletiano merebat. Draconem maximum in Africa exercitum terrentem, ſolus Deo fretus dicitur interemiſſe, quæ tamen hiſtoria in Niceno concilio inter Apocrypha eſt habita.

Germani tres

Germani præter martyres, tres inter profeſſores præcipui memorantur. unus præſul Antiſsiodorenſis, qui peregrinationis gratia inſidens aſino Rauennam uenit, ubi obſonium cum argenteo uaſe, miſſum ei à Placidia matre Valentiniani iunioris, ſtatim pauperibus dedit. Inuitatus ad cœnam ab eadem, aſino inuectus eodem eſt. Deceſsit in eadem urbe, in Galliam poſtea relatus. Alius patria Auguſtodunenſis Abbas S. Symphoriani: deinde præſul Pariſienſis, ubi etiam recubat. Tertius præſul Capuanus alibi narrabitur.

Gerardi

Gerardi quatuor. duo inter ſanctos, totidemq; inter beatos relati, ſuis in locis dicuntur.

Giraldus

Giraldus uerò profeſſor, idemq; patria Germanus, & præſul Bracharenſis Alphonſi primi Luſitaniæ regis tempore fuit.

Gildardus & Medardus

Gildardus uerò & Medardus gemini fratres ſub Clodoueo ſancto rege Francorum, de quorum nobili ſtirpe fuere, eodem die uidelicet VI. Eid. Iunij nati, & ſimul extincti, eodem quoq; & præſules facti, alter Rothomagenſis, alter Medardus Nouiomenſis: poſtea Tornacēſis, quam promotionem puer olim ſibi prædixerat. Sanctus uterq; in ſua requieſcit eccleſia. autor Vitardus.

Giges

Giges rex Lydiæ inducitur à Platone, paſtor regis Lydiæ: Cum die quadam ueniſſet, in nemus, coactus eſt quibuſdam magnis imbribus deſcēdere in terræ hiatum, ubi æneum equum uidit, in cuius lateribus animaduertit cauernas eſſe, quibus apertis uidit corpus hominis mortui magnitudine inuſitata. annulumq; aureum in digito, quem ut detraxit, ipſe induit: & ad paſtores reuerſus, cum eum uertebat ad palmam, nulli uidebatur: ipſe autem cuncta uidebat, cum annulum in digito reponebat. Itaq; hac oportunitate uſus, ſtuprum intulit reginæ, eaq; adiutrice regem ſuum, & quos obſtare poſſe uidebat, ſuſtulit. Itaq; annuli beneficio, rex factus eſt. hæc Cic. de Officijs lib. iij. Hic etiam oraculum conſuluit, numquis eo beatior inueniretur. Cui Deus, Aglaus Pſophidius dixit. Is erat Arcadum pauperrimus, ætate iam ſenior, terras agelli ſui nunquàm exceſſerat: cōtentus tantum ſorte ſua. autor Valerius de Felicitate.

Glaucus Bellerophōtis nepos

Glaucus Hippolochi filius, Bellerophontis nepos, auxilio Troianis uenit: cum quo Diomedes memor ueteris hoſpitij, iunctis dextris amicitiam iniuit, armaq; commutauit ænea, precio ix. boum, cum illius aureis armis, quæ centum erant boum. autor Hom. Iliados VI.

Glaucus Deus marinus

Glaucus piſcator, ut habetur in fabulis XIII. Metamorphoſeos, piſces captos ſupra ripam explicuit, donec retia ſiccarentur, At illi contacta herba reuerſo ſpiritu, in mare proſilierunt. Glaucus eam herbam deguſtans immortalitatem adeptus eſt, protinuſq; in altum ruens, inter deos marinos eſt receptus. Qui amore Scyllæ marinæ nymphæ captus, ad Circem uenit remedij gratia. Illa zelotypa locum ubi Scylla lauare conſueuit, uenenis infecit, quem attingens pubetenus in canum figuram uerſa eſt.

Glaucus Antenoris

Glaucus Antenoris Troiani filius ab Agamemnone interfectus, ut autor Dictys Cretenſis.

Glaucus Siſyphi

Glaucus Siſyphi filius, qui apud Potniam regnauit, equas alebat humana corpora paſcentes, à quibus & ipſe poſtremo deuoratus in funebribus Peliæ ludis: autor Probus grammaticus. Seruius uerò dicit, Glaucū Potniadem ſacra ueneris ſpernentem, ab equabus ſuis, quibus ad currum utebatur, dilaceratum. cuius meminit Vir. in III. Georg.

Glaucus Minois

Alius Minois filius.

Glaucus Vulcani

Alius inter miniſtros Vulcani, ex his qui ferrum exercent, commemoratur ab Herodoto.

Glaucus ſtatuarius

Alius item Lemnius ſtatuarius à Stephano.

Glaucon philoſophus

Glaucon Athenienſis philoſophus ſcripſit dialogos IX. uno in uolumine. autor Diog.

Glycerium

Glycerium Theſpienſis meretrix, quæ dono Cupidinem à Praxitele acceptum, Theſpienſibus & ipſa donauit. Stra. Glycerius unus ex Imperatoribus Romanis, poſtea dicetur.

Gnæus

Gnæus prænomen Ro. à generando dictum, ſicuti Manius à mane, & Lucius à luce. Feſtus.

Gordianus

Gordiani inter principes Ro. dicentur. Fuit alter martyr, cum Epimacho, ſub Iuliano principe: cuius aulicus fuerat, ſepultus in uia Latina, ad ſecundum lapidem.

Gotardus

Gotardus natione Germanus, profeſſor: ex monacho Henrici primi opera factus præſul Iſmenſis, ubi etiam iacet.

Gracchorum familia

Gracchos per h, Velius Longus ſcribi iubet. Præterea Sempronij nomine cuncti appellātur.

T.Sempronius Gracchus

T. Sempronius Gracchus Gracchorum ex Cornelia Africani ſorore pater, procos. Celtiberos in deditionem accepit, ac monumentum operum ſuorum Graccburim oppidum in Hiſpania conſtruxit: ut Liuius refert. Conſul in Sardiniam nauigans, inde caprarum greges, captiuorumq; uictor portauit. ex quo natum prouerbium: Sardi uenales. Cenſor libertinos in quatuor tribus urbanas diuiſit. Collegam ſuum Appium Claudium damnari paſſus non eſt. Cum geniali thoro duos angues quondam reperiſſet, reſponſumq; eſſet periturum ex ipſis cōiugibus, cuius ſexus anguis eſſet conceptus, marem illico necari iuſsit. Ita uxori pepercit: ipſe paulò pòſt obijt diem. Scipionem Aſiaticum, quamuis inimicum, duci in carcerem non eſt paſſus. Prætor Galliam domuit. Liuius, Plutar. Valer. Addit præterea Gellius ex oratione eius nonnulla uerba, quæ ad populum habuit, cum è Sardinia reuerſus eſt. Verſatus ſum, inquit, in prouincia, quomodo ambitioni meæ conducere arbitrabar. Nulla apud me popina, neq; pueri eximia facie ſtabant. Sed in conuiuio liberi noſtri modeſtius erant, quàm apud principē. Et paulo inferius. Ita uerſatus ſum in prouincia, ut nemo poſsit uere dicere, aſſem aut eo plus in muneribus me accepiſſe, aut mea opera quenquam ſumptum feciſſe. Biennio fui in prouincia. Si ulla meretrix domū meam introiuit, aut cuiuſpiam ſeruulus propter me ſollicitus fuit, omnium poſtremiſsimū, nequiſsimumq; exiſtimatote. Cum à ſeruis eorum tam caſte me habuerim, inde poteſtis cōſiderare, quomodo me putetis

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cum liberis noſtris uixiſſe. Atq; paulò pòſt. Itaq; Quirites tunc cũ Ro.profectus ſum,zonas quas plenas argenti extuli, eas è prouincia inanes retuli: Alij uini amphoras quas plenas tulerunt,eas argenti plenas domos reportarunt.

T.Gracchus

T.Gracchus huius filius Quæſtor Mancino in Hiſpania fœdus eius flagitioſum probauit. Periculum deditionis,eloquẽtiæ gratia fugit. Trib.pl.legem tulit, ne quis plus mille agri iugera haberet. Octauio collegæ intercedenti nouo exemplo magiſtratum abrogauit:deinde tulit ut de facultate,quæ de Attali hæreditate erat,populo diuideretur. Deinde cum prorogare ſibi poteſtatem uellet, aduerſis auſpicijs in publicum proceßit,ſtatimq́; Capitolium petijt,manum ad caput referens, qua ſalutem ſuam populo commendabat. Hoc nobilitas accepit,quaſi diadema poſceret,ſegniterq́; ceſſante Mutio Cos. Scipio Naſica ſequi ſe iußit qui ſaluam Rempubl. uellent. Gracchum in capitolio ſenatus oppreßit. Cuius corpus Lucretij ædilis manu in Tyberim miſſum, unde ille Viſpillo dictus. Naſica ut inuidiæ ſubtraheretur, per ſpeciem legationis in Aſiam ablegatus eſt. Hæc Cæcil. Sed Cic.in Bru. plura de eo. Vtinam in T. Graccho talis mẽs ad Remp.bene gerendam fuiſſet,quale ingenium ad benedicendũ fuit. Nam diligentia matris Corneliæ à puero doctus, & Græcis literis eruditus fuerat. In eis etiam adoleſcens Diaphanem Mitylenæum, Græciæ temporibus illis diſſertißimum, habuit. Eius & Carbonis habemus orationes nondum ſatis ſplendidas uerbis, ſed acutas, prudentiæq; plenißimas. Idem de Orat. T.Gracchus ſeruum habebat cum fiſtula eburnea,qui occulte poſt eum dum concionaretur inflando, eo ſono, aut illũ remiſſum excitaret,aut intentionẽ reuocaret.

C.Gracchus

C.Gracchus Ti. frater peſtilẽtem Sardiniam Quæſtor ſortitus,non ueniente ſucceſſore,ſponte deceßit. Aſculanæ & Fregellanæ defectionis inuidiam ſuſtinuit. Trib.pl.agrarias & frumentarias leges tulit. Colonos etiam Capuam & Tarentum mittendos cenſuit. Triumuiros agris diuidundis ſe, & Fuluium Flaccum ac C. Caßium conſtituit. Quare accerſitus cum in ſenatum non ueniſſet, armata familia Auentinũ occupauit,ubi ab Opimio uictus, dum à templo Lunæ deſilit, talum intorſit:& Pontinio amico apud portam Trigeminã, ac P. Lectorio in ponte ſublicio perſequentibus reſiſtente, in locum anguſtum peruenit: ubi uel ſua, uel aliorum manu interfectus:caput à Septimio Attilio amico Gracchi ad Opimium relatum, auro expenſum fertur, propter auaritiam infuſo plumbo grauius effectum: ex Cæcilio. Cic.autem in Oratore. C.Gracchus doctus à puero, flagrantiq; ingenio fuit. Damnũ res Romanæ Latinæq; literæ illius immaturo interitu fecerunt. Atq; utinam nõ tam fratri pietatem quàm patriæ præſtare uoluiſſet. quo ille ingenio tali diutius ſi uixiſſet,uel paternam,uel auitam gloriam conſecutus,eloquentia quidem neſcio an habuiſſet parem quẽquam. Grandis eſt uerbis,ſapiens ſententijs,genere toto grauis. Manus extrema nõ adceßit operibus eius,præclara inchoata multa, perfecta non planè. Legendus eſt inquàm hic orator Brute, ſi quiſquam alius iuuentuti. Non enim ſolum acuere aciem, ſed alere ingenium poteſt.

Opimius

Gregorius Nazianzenus

Gregorius & Baſilius uiri ſanctiſſimi,pariterq́; doctißimi: Cappadocesq́; genere,uterq; Athenis ſimul profecit Rhetorum Philoſophorumq́; ſtudijs. Deinde ſimul XIII.annis in cœnobio quodam Deo mãcipati, tantum ſacris literis operam dedere. Poſt hæc alter alteram ingreſſus uiam, Gregorius apud Nazianzum oppidũ Cappadociæ, in patris locum præſul ſubrogatur, ubi maxime Arrianorum turbini reſtitit. Mox quoq; reddita pace orthodoxis, adcerſitus Conſtantinopolim ad emendãdum eum populum,recentibus hæreticorum infectum uenenis,tantum breui tempore eidem præſidẽdo profuit,ut tunc primum illi in fide renaſci uiderentur. Sed ſtatim inuidia gloriam ſubſecuta eſt. obtrectare quidam cœperunt. palamq́; uociferari, Gregorium Conſtantinopolitanam ſedem occupaſſe, ipſum priorem repetere,ac alium ſubrogari oportere. Quod ipſe animaduertens cũ iam ſuperare poſſet,cedere maluit,quàm eius gratia cædis aliquid, aut tumultus oriretur. Atq; hoc pacto priſtinam repetens ſedem, quod reliquum fuit æui ſacris lectionibus, aut ſcriptionibus tradidit, Quibus ut quietius uacaret, ſucceſſorem ſibi, ac coadiutorem, qui populo præeſſet, elegit, ætate iam ingraueſcente. Extant & Baſilij præclara ingenij monumẽta. Nos fermè X.eius oratiunculas conuertimus in Latinum. Baſilij etiam inſtituta monachorum. Hæc Rufi.XI. hiſt. Hier.autem eius opera commemorat. Greg.inquit Nazianzenus, uir eloquentiß. præceptor meus,à quo ſcripturam explanãte didici,ad XXX.mil.uerſuum omnia opera ſua cõpoſuit.ex quibus illa ſunt. De morte fratris Cæſarij,laudes Cypriani, Athanaſij, Maximi philoſophi poſt exilium reuerſi, quem falſo nomine quidã Heroni inſcripſerunt,quia eſt alius liber uituperationẽ eiuſdem Maximi cõtinens,quaſi non licuerit eundem,& laudare,& uituperare pro tempore. Præterea lib.hexametro carmine, uirginitatis, & nuptiarum contra ſe dißidentium. aduerſus Eunom.lib.II. De S. S.lib.I. Contra Iulianum lib.I. Secutus eſt autẽ Polemonem in dicendi ſtylo,uiuentiq́; ſibi præſulem ſucceſſorem ordinãs,ipſe ruri uitam monachi uixit. Deceßit ſub Theodoſio principe.

Gregorius Niſſenus præſul

Gregorius Niſſenus item præſul, frater Baſilij, Theologus ex doctrina uocatus,rhetoricæ & eloquentiæ ſtudijs legitime imbutus, orationes edidit: quæ nunc extant aduerſus Eunomium, de diuinitate filij: Apologiam quaſi fratris Baſilij, quem ille defunctũ manifeſte oppugnabat,non auſus uiuum attingere. Homilias præterea in Cantica, & ad ſororem Macrinam. De anima. De laudibus Steph.Protomartyris.

Gregorius Ponticus

Gregorius Põticus è Neocæſaria Ponti ciuitate, diſcip.Origenis, magna uir fama ſanctitatis, pariter & doctrinæ. Nam & Athenis florebat philoſophus nõdum Chriſtianus. Inde Berytum uenit,ibiq́; iura docebat. Permotus Origenis fama, qui tunc Cæſareæ ſacros libros enarrabat, eò uenit, à quo ueram philoſophiam edoctus eſt. Reuocantibus mox parentibus in patriam redijt, ubi adhuc nullis initiatus ſacris, ſanctitatis plura edidit ſigna, ægros curando, primosq́; ad Chriſti fidem per epiſt. eruditas uocando. Huius meminit Pamphilus martyr. Euſebius item in lib.quos de Origene conſcripſit. Hæc Socra.in hiſt. Tripar.

Gregorius Iacticus

Gregorius Iacticus, Haliarti præſul uſq; ad extremã ſenectutẽ,ſcripſit diuerſos tractatus ſtylo mediocri,ut Hiero. ait.

Gregorius martyr

Concordius

Gorgias

Gregorius martyr Spoletinus ſub Dioclet. & ciuis. In eadem urbe Concordius preſby. Romanus,martyr ſub Antonino. Gorgiam inter Leontinos natũ Sicilia tulit. Cui tanquàm patri,quicquid habet artis,ars ſophiſtica referat acceptum licet. Quod enim ornamẽti Aeſchylum miratur antiquitas addidiſſe tragœdiæ,ueſtẽ uidelicet, pulpitum, perſonas,heroum nũtios,quibus ſcena & proſcenium ornatur: hoc item Gorgiam ſuæ tribuiſſe arti palam eſt, uehemẽtiam in dicendo, paradoxas, ſpiritũ,magniloquentiam, elocutionem,tranſgreßiones,adiectiones,uerba etiam poëtica ornatus gratia,ex quibus oratio cum dulcis,tum potens emanaret. Quantum autẽ ex tẽporalitate præſtiterit,ubi de ſophiſtica in uniuerſum tractauimus executi ſumus,qua diſciplina optimos Athenienſiũ ſibi deuinxit Critiam & Alcibiadem,ambos ætate florẽtes. Item Periclẽ & Thucydidẽ penè ſeneſcentes. Agatho uerò poëta Tragicus,quem unum ſcena miratur ſapientem,pulchreq́; loquentem,ſæpe in iambis ſuis Gorgizat. Sed & in Panegyricis eminentißimus uiſus, orationem Pythicam habuit ex ara: cuius rei gratia ſtatua eius aurea in eodẽ tẽplo poſita fuit. Vixit an. CVIII. ea corporis ac ſenſus integritate, qua iuuenis. Ex lib. Sophiſt. Philoſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Iamblycus

IAMBLYCVS philoſophus Pythagoricus è Chalcide Syriæ fuit, Porphyrij diſcip. Cōſtantini magni tempore. Adeo profecit, ut ſecundas poſt præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquam differre uideretur, quo ad doctrinam, niſi quòd ille melior facilitate, candoreq́; orationis, hic paulo durior habebatur: ac, ut de Xenocrate Plato dicebat, uenere dicendi carebat. Moribus adeo probatus, ut eius uitæ abſtinentia, modeſtiaq́; ea tempeſtate conſpicua fuerit. In ſecretum ſe ſemel in die recipere ſolebat, ubi quandoque à diſcipulis ab humo ſublimis aliquanto uiſus, cum dijs adloqui putatus eſt. Diuinationis in eo inter cætera, uel id argumentū deprehēderunt: Cū quondam è ſuburbano è ſacrificio rediret cū ſuis diſcipulis, ac de ſacris loqueretur, extemplo, abrupto ſermone, diuertamus inquit, alia uia: quando hæc eſt, uti ſentio, polluta funere neſcio quo. Pars ergo eum ſecuta eſt. Pars autem cœpto itinere pergere perſeuerās obuiā ueſpillones habuere, qui à defuncti cadauere reuertebantur. Interrogantesq́; ueritatem deprehenderunt. Hæc ex Eunapio Græco autore. Hieron. quoque de eodem ſic ſcribit. Iamblicus philoſoph. dogmata Pythagoræ commentatus eſt, imitatus ex parte Moderatum uirum eloquentiſſimum, & Archippum, & Lyſiadem Pythagoræ auditorem, quorum Archippus & Lyſiades in Græcia Thebis ſcholas habuere, qui memoriter doctoris præcepta tenentes, ingenio pro libris utebantur.

Iarchas

Iarchas philoſoph. Indus apud Philoſt. in uita Apoll. narratur.

Ianus

Ianum inquit Macrobius phyſici cœlum eſſe uolunt, ab eundo, quòd ſemper eat. Pheuras illum ſpecie draconis, in os caudam reflectentis, figurat, eundem eſſe finem & principium anni denotans. Hetruſci Vadimona, Latini Vertumnum eum, teſte Seruio uocabant, Tēporis quoq; patrem bifrontem, ortum uidelicet, occaſumq́; cernentē. Hora. Matutine pater, ſeu Iane libentius audis. Ouid. Præſidet & cœli forib. cum mitibus horis. & alibi. Cū tot ſint Iani, cur ſtas ſacratus in uno? Quapropter ſacrificium ab ipſo prius incipiebāt. Primus omnium Latium incoluit in Vaticano, locusq́; hodie commonſtratur, ubi oppidulum inſtituit de ſuo nomine. Iani templum ad infimum Argiletum Numa dicauit, indiceq́; pacis fecit, ut clauſo à bellis uacaretur. Ter igitur clauſus, ab eo primum, deinde poſt II. bellū Pu. poſt Actiacā uictoriam.

Hyacinthus
Eugenia

Hyacinthus & Protus eunuchi Eugeniæ filiæ Philippi præfecti, ſub Maximiano martyres, cū ea ſepulti in cœmiterio Priſcillæ. Alter iugulatus apud Terracinā.

Ianuarius
Acacius
Deſyderius
Proculus

Ianuarius præſul Beneuētanus, martyr ſub Diocletiano unà cū Acacio, Deſyderio, Proculo, & Feſto ſocijs apud urbem Puteolos. Ianuarij quoq; martyres alij alibi dicti.

Ibycus

Ibycus patria Reginus, hiſtoricus, uixit apud Polycratem Samiorum tyrannum, regnante Crœſo. Hic dicitur primus Sambucam muſicum inſtrumentū inueniſſe, genus uidelicet citharæ triangularis. Inſanus in amore puerorum. Feruntur eius lib. VIII. lingua dorica. Suid.

C. Icilius

C. Icilius Tri. pl. Virginiæ ſponſus, qui ob flagitium Ap. Claudij unà cum Virginio ſocero X. uiros expulit. Liu. III.

Ictus paleſtrita

Ictus Tarentinus, nobilis paleſtrita, toto uitæ tempore Veneris expers fuit, ut arti accommodatior eſſet. tanta illi gloriæ libido. autor Aelianus de uar. hiſt. In hoc igitur illud apoſtolicū deprehendimus, qui in ſtadio currunt, ab omnibus abſtinent, & hi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem ut incorruptam.

Idæus poëta

Idæus Rhodius uerſificator, opus Homeri iterauit, carmen camini comparando: ſcripſit & Rhodiorum res uerſibus tribus mil. Suid.

Ideus rex

Ideus media cor. Apharei filius ſeu Neptuni, Aetoliæ rex, qui ex Marpiſſa Cleopatram Meleagri uxorem genuit, & ob uxoris zelotypiam Apollinem iaculatus. Iliados IX.

Idanthyrſus
Idmon Vates

Idanthyrſus Scytharū rex, bello res magnas geſſit, multum Aſiæ ſubiugauit, uſq; in Aegyptū excurrit, ut Stra. XIIII. Idmon uates inter Argonautas, Apollinis & Aſteriæ filius. ex Idmone autē & Teſtia Teſtor, è Teſtore Calchas item uates, ut placet Pherecyd. Apollonius autem poëta Idmonem Abantis filiū eſſe dicit. Herodotus item.

Idomeneus

Idomeneus Deucalionis filius Minois nepos rex Cretenſium, qui teſte Hom. populos ſuos ad Troiam duxit. In reditu cum immolare primum occurrentem ſi incolumis domū rediret, ſtatueret, in filiāq́; incideret, pulſus ob crudelitatem à ciuibus in Salentinum Calabriæ promontorium pelago deuenit, ubi & ciuitatem condidit. Virg. Et Salentinos obſedit miltite campos Lyctius Idomeneus.

IESVS

IESVS, ſeruator Hebraice, præter dominum noſtrū fuere quatuor. Primus qui ſucceſſit Moſi in ducendo populo, quem in terram promiſſionis introduxit. exploratores Hiericho ad Raab miſit, qui etiam curſum Solis prodigioſe moratus eſt ad ſuperādos inimicos, uocatur aliter Ioſue. Alius filius Iaſedech ſacerdos ex genere Aaron, qui anno primo Cyri regis cum Zorobabele duce, & Iudæorum populo, è Babylonia in Iudæam uenit templum ædificatum. perſeuerauitq́; uſq; ad an. VII. Darei, renouatūq́; dedicauit. Tertius filius Syrach, legis Hebraicæ doctor ſub Ptholemæo Euergete, & Simone Oniæ filio Sacerdote. Hic librum ſcripſit Eccleſiaſticum. Cuius opus in Græcū ſermonem Ieſus item eius nepos, ut in prologo teſtatur, conuertit tempore Ptolomæi Euergetis, ſub quo in Aegypto uixit. Quartus inter LXXII. Chriſti diſcipulos cognominatur Iuſtus.

Hiero Syracuſanus

Hiero Syracuſanus cum eſſet ex duce rex factus, po. Ro. perpetuus amicus fuit: ac cum omnis expers diſciplinæ in morbum incidit, erudiri cœpit, ac ultro ſermonibus Phyſicis aures accommodare: donec paulatim, dum per ualetudinem licuit, poëtis Pindaro et Simonide adcerſitis, uſus eſt, fratriq́; Geloni propterea experti omnium literarū præſtitit. autor Aelianus de uaria hiſt. Hic etiam dicitur, orta domi ſeditione eum expellere uolentium, inermis in forum prodiſſe, blandaq́; oratione populum in officio continuiſſe.

Hiero ferreus

Hiero Ferreus cognomēto, Athenienſis, familiaris Niciæ ducis Athenienſis, unaq́; cum eo diſciplinis eruditus, poëmata nonnulla conſcripſit, quæ Plutarchus in Nicia ad ætatem ſuam perueniſſe teſtatur.

Hieronymus tyrannus

Hieronymus Siciliæ tyrannus, Hieroni patri ſucceſſit admodum puer: cui pater metuens, relictis tutoribus XVI. mandauit moriens, ut fidem erga pop. Ro. an. L. ab ſe cultam inuiolatam ſeruaret. Hic poſtea abiecta tutela, contempta patris diſciplina ac moderatione, luxurioſius & arrogantius agendo, à Romanis deſciuit, Annibaliq́; adhæſit. Cumq́; ſuperbe nimis in ciues ſeſe haberet, ab eiſdem interfectus eſt, autor Liu. libro IIII. ſecundi belli Pu.

Hieronymus hiſtoricus

Hieronymus Rhodius hiſtoricus, familiaris Demetrij Poliorcetis, relictusq́; ab eo præfectus in regione Bœotiæ, ſcripſit res ab ipſo Demetrio geſtas, ut Plutarch. in Demetr.

Hieronymus doctor

Hieronymi doctorum principis uitam recenſere, parergon fortaſſe fuerit, cum tot illuſtrium uirorum ſit mandata monumentis, quædam tamen ex eius libris de ſe loquentis, præſertim ad eius literas pertinentia, in medium afferam. Ac primum libro de Viris illuſtribus ſe ex oppido Stridonis ortum fatetur, patre Euſebio. Romam uenit admodum adoleſcens, ibiq́; ſe ſtudijs liberalium artium tradidit. De quibus ſic ipſe in Apologia ad Pammachium & Oceanum. Dum eſſem iuuenis, miro diſcendi ferebar ardore: nec iuxta quorundam præſumptionem ipſe me docui. Apollinarem Laodiceum audiui Antiochiæ, frequenter & colui, & cum me in ſanctis ſcripturis erudiret, nunquam illius contentioſum dogma ſuſcepi. Iam canis ſpargebar caput, & magiſtrum potius quàm diſcipulum decebat, perrexi tamen Alexandriam, audiui Didymum, in multis ei gratias ago: quod neſciui, didici: quod ſciebam, illo docente non perdidi. Putabant me homines finem feciſſe dicendi, rurſus Hieroſolymam ad Bethleem ueni, quo labore, quo precio, Barabanum nocturnum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

num habui præceptorem : timebat enim Iudæos, & mihi al-
terum exhibebat Nicodemum. Accuſet me quiſquam, quia ho
minem Hebræum habui præceptorem, & quia Didymi , &
Apollinaris inter ſe dogma contrarium eſt: arguat potius, ubi
hæreſim defenderim , ubi prauum dogmaſim ſecutus. De con
uerſione autem ſacrorum librorum , ſic in epiſt. ad Auguſti-
num. Quod autem in alijs quæris epiſt. cur prior mea in li-
bris canonicis interpretatio aſteriſcos habeat , & uirgulas
prænotatas, & poſtea aliam translationem abſque his ſignis
ediderim : pace tua dixerim , uideris mihi non intelligere
quod quæſiuiſti. Illa enim interpretatio L X X. interpretum
eſt, & ubicunque uirgulæ, id eſt, obeli ſunt, ſignificatur quòd
L X X. plus dixerint, quàm habetur in Hebræo. ubi autẽ aſte-
riſci , id eſt , ſtellæ prælucentes , è Theodotionis editione ab
Origene additum eſt: & ibi Græca tranſtulimus , hic de ipſo
Hebraico quod intelligebamus expreſſimus , ſenſuum potius
ueritatem quàm uerborum ordinem interdum conſeruantes.
Et miror quomodo L X X. interpretũ libros legas, nõ puros,
aut ab eis editos, ſed ab Origene emendatos , ſeu potius cor-
ruptos per obelos & aſtericos , & Chriſtiani hominis in-
terpretatiunculam non ſequaris : præſertim cum ea quæ ad-
dita ſunt , ex hominis Iudæi atque blaſphemi , poſt Chriſti
crucem editione tranſtulit? Vis amator eſſe uerus L X X. in-
terpretum? non legas ea quæ ſub abſteriſcis ſunt. Imò tolle
de uoluminibus , ut ueterum te fautorem probes. Porrò quòd
dicis , non decuiſſe me interpretari poſt ueteres : & nouo
uteris ſyllogiſmo, Aut obſcura fuerunt, quæ interpretati ſunt,
aut manifeſta. Si obſcura , tu quomodo auſus es poſt eos diſ-
ſerere , quod illi explanare non potuerunt? ſi manifeſta , ſu-
perfluum eſt te uoluiſſe diſſerere , quod illos latere non po-
tuit : Reſpondeat mihi prudentia tua , Quare tu poſt tantos
& tales interpretes, in explanatione Pſalmorum diuerſa ſen-
ſeris ab Origene , Euſebio Cæſarienſi , Theodoro Hera-
cleota , Aſterio Scythopolitano, Apollinare Laodiceno, Didy-
mo Alexandrino, apud Latinos autem Hilario Pictauenſi, &
Euſebio Vercellenſi præſule, qui Origenẽ & Euſeb. tranſtu-
lerunt, quorum priorem noſter Ambr. ſecutus eſt. Si enim ob-
ſcuri ſunt pſalmi, te quoq; in eis falli potuiſſe putandum eſt. Si
manifeſti, illos in eis falli potuiſſe minime putandum, atq; hoc
pacto ſuperflua fuerit interpretatio tua. Hac deniq; lege nul-
lus poſt priores loqui audebit : cum potius humanitatis tuæ
fuerit, in quo ueniam tibi tribuis , indulgere & cæteris. Ego
enim non tam uetera abolere conatus ſum , quæ linguæ meæ
hominibus emendata de Græco in Latinum trãſtuli, quàm ea
teſtimonia quæ à Iudæis prætermiſſa ſunt uel corrupta, pro-
ferre in medium, ut ſcirent noſtri quid Hebræa ueritas conti-
neret: ſi cui legere non placet, nemo compellit inuitũ. Deinde
paulo inferius, Et ſi me , ut dicis, in noui teſtamenti emenda-
tione ſuſcipis, quòd plurimi linguæ Græcæ habentes ſciẽtiam,
de meo poſſint opere iudicare: eandem integritatẽ debueras
etiam in ueteri credere teſtamento, quòd non noſtra confin-
ximus, ſed ut apud Hebræos inuenimus, tranſtulimus. Præter
uerò ſupra ab eo narratam cauſam uertendi uetus teſtamen-
tum, eſt & alia quam in Apologia contra Rufinum adſignat
his uerbis: Quod autem me ad uetus teſtamẽtum uertendum
impulit, uidi apud L X X. interpretes multa præterita, quæ ab
apoſtolis commemorantur. Cauſam erroris non eſt meũ expo
nere: Iudæi prædicant factum diuino conſilio eſſe , ne Ptole-
mæus unius Dei cultor ac Platonicus apud Hebræos duplicẽ
diuinitatem deprehenderet. Quare ubicunq; de patre & filio
ſcripta conſtant, aut ſiluerunt, aut aliter interpretati ſunt , ut
& regi ſatisfacerent, & arcanum fidei non manifeſtarent. Itẽ
quæ me cauſa impulit, Origenis audacia fuit , qui editionem
Theodotionis L X X. interpretib. miſcuit obeliſcis, aſteriſcisq;
additis. Sed in hac ſcripturæ conuerſione, multa ſe paſſum ab
obtrectatoribus & maleuolis fuiſſe, etiam in eadem apologia
teſtatur hoc modo. Scripſit frater Euſebius ſe apud Afros
præſules epiſt. meo nomine ſcriptam reperiſſe, in qua agerem
pœnitentiam, & me ab Hebræis fuiſſe inductum teſtabar , ut
Hebræa uolumina in Latinũ uerterem, in quibus nulla ſit ue-
ritas. Sed malitia non habet tantas uires, quantos conatus. Stu
dioſiſſimum & auidum diſcendi eũ ſemper fuiſſe, uel illud in
primis declarat, quod alio loco dicit : Literæ marſupium non
ſequuntur: ſudoris comites, non uoluptatis: ieiunij, nõ ſuauita-
tis: continentiæ, non luxuriæ. Demoſthenes plus olei quã uini
expendiſſe dicitur, & omnes opifices nocturnis ſemper uigi-
lijs præueniſſe. Quod ille facit in una litera exprimenda, ut à
cane diſcat: tu in me criminaris, quòd homo ab homine literas
Hebræas didicerim. Inde eſt quòd quidam ineruditi pudentes
remanent, dum nolunt diſcere quod ignorant: nec Horatium
commonentem audiunt, Cur neſcire pudens praue quã diſce-
re malo? Librum Didymi de ſpiritu ſancto non æmulatione
Ambroſij, uti Rufinus obiecerat : ſed ardore fidei conuertit,
quũ de illo ſemper honorifice in alijs loquatur locis. Sic enim
ad Paulinum ſcribit: Malui enim alieni operis interpres exi-
ſtere, quã ut quidam faciunt, informis corniculæ modo, alienis
me coloribus adornare. Legi dudum de ſpiritu ſancto quoſdã
libellos , & iuxta Comici ſententiam è Græcis bonis Latina
non bona: nihil enim ibi dialecticum, nihil uirile atq; diſtinctũ
eſt, quod lectorem uel ingratum ad ſenſum trahat: ſed totum
flaccidum interdum atque formoſum, & exquiſitis hinc inde
coloribus depictum. Calumniatus item quòd parum fideliter
transferret, conatus eſt ſcribere de optimo genere interpre-
tandi ad Pammachium, oſtendẽs non ſolum gentilium, ſed ſa-
cræ ſcripturæ , apoſtolorum , ſimulq; euangeliſtarum , &
L X X. interpretum exemplo, non uerbum de uerbo, ſed ſen-
ſum de ſenſu debere transferri: magiſtrumq; ſe dixit habere
Tullium , qui Protagoram Platonis & Oeconomicum Xe-
nophontis , & Aeſchynis , ac Demoſth. duas contra ſe ora-
tiones pulcherrimas tranſtulerit , quanta in illis prætermi-
ſerit , & quanta addiderit. quanta mutauerit , ut proprie-
tates alterius linguæ ſua explicaret , non eſt huius tempo-
ris dicere : ſat mihi erit ipſius translationis autoritas , qui
in prologo ita locutus eſt : Putaui mihi ſuſcipiendum labo-
rem utilem ſtudioſis , mihi quidem ipſi neceſſarium. Con-
uerti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum duas no-
biliſſimas orationes inter ſe conſertantium , Aeſchynis &
Demoſthe. nec conuerti ut interpres , ſed ut orator , ſen-
tentijs iiſdem , & earum fruens tam figuris quàm uiribus
ad noſtram conſuetudinem aptis , in quibus non uerbum
pro uerbo neceſſe habui reddere : ſed genus omne uer-
borum , uimq; ſeruaui. Non enim me adnumerare ea le-
ctori putaui oportere , ſed appendere. Sed & Horatius uir
doctus & acutus hoc idem in arte poëtica erudite præcepit.
Nec uerbum uerbo curabit reddere fidus Interpres. Teren.
Menandrum , Plautus & Cæcilius ueteres comicos inter-
pretati ſunt: num hærent in uerbis, ac decorem magis & ele-
gantiam in translatione conſeruant, quàm interpretationis ue
ritatem? Repetam igitur quod Euſeb. in procemio attulit. Si-
cui non uidetur linguæ gratiam interpretatione mutari, Ho-
merum ad uerbum exprimat in Latinum: plus aliquid dicam,
eundem ſua lingua proſæ uerbis interpretetur, uidebit ordi-
nem ridiculum, & poëtam elegantiſſimum uix loquentem. In
allegandis poëtis et oratoribus præter omnes ſuperiores, ma
iori & copia & facilitate, ad ſcripturæ probationẽ religio-
ſiſſime adducens, Ruffino nonnulliſq; æmulis calũniandi ma-
teriam præbuiſſe uidetur, maxime quòd præter eius iuſiuran
dum facere uidebatur. quibus ipſe minime poſt uotum eius le
giſſe reſpondit, quæ tamen ex eis teneret, adlegare. Quapro-
pter non ab re fuerit inſeri epiſt. quam Calpurnio Lanario
ſcribit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſcribit, qui ſub cuiuſdam oratoris nomine quæſiuerat, cur homo Chriſtianus codices ſeculares adlegaret. Quod autẽ quæris in calce tuæ epiſt. cur in opuſculis noſtris ſecularium literarum interponamus exempla: Quis enim neſcit & in Moſe, & Prophetarum uoluminibus quædam adſumpta de gentilium libris, & Salomonem philoſophis Tyri & nonnulla propoſuiſſe, & aliqua reſpondiſſe. unde in exordio prouerbiorum commonet, ut intelligamus ſermones prudentiæ, uerſutasq́; uerborum parabolas, & obſcurum ſermonem, dicta ſapientum, & ænigmata, quæ proprie dialecticorum ſunt. Sed & Paulus apoſt. Epimenidis poëtæ uſus eſt uerſiculo ſcribens ad Titum. Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, uentres pigri. Cuius heroici hemiſtichium Callimachus poſtea uſurpauit. In alia quoque epiſt. Menandri ponit ſenarium: Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Et apud Athenienſes in Ariopago diſputans, Aratum teſtem inuocát, Ipſius enim genus ſumus. Cyprianus rogetur, cur aduerſus Demetrianum ſcribens, teſtimonijs non uſus ſit prophetarum & apoſtolorũ, quæ ille commentitia & ficta eſſe dicebat, ſed potius philoſophorum poëtarumq́;, quorum autoritati ut ethnicus contraire non poterat. Scripſerant contra nos Celſus atque Porphyrius. quibus Origenes, Methodius, Euſeb. & Apollinaris fortiſsime reſponderunt: lege eos, & inuenies comparatione eorum imperitiſsimos, & poſt tanti temporis otium uix quaſi per ſomnium quod pueri didicimus, recordatos. Iulian. Auguſtus ſeptem lib. in expeditione Parthica aduerſus Chriſtianos euomuit: Si contra hunc ſcribere parauero, puto mihi licere ut rabidum canem philoſophorum & Stoicorum doctrinis, id eſt, Herculis claua repercutiam: quanquam Nazarenum noſtrum, ut ipſe dicere ſolebat, Galilæum, ſtatim perfoſſus acceperit. Ioſephus antiquitatem probans Iudaici populi, duos contra Apionem grammaticum libros perſcripſit, ubi tanta ſecularium profert teſtimonia, ut mihi mirũ ſit quomodo uir Hebræus, & à puero ſacris literis eruditus, cunctam Græcorum bibliothecam euoluerit. Quid loquar de Philone, quem alterum Iudæũ Platonem critici pronuntiãt? Quadratus apoſtolorum diſcipulus Athenienſis Pont. non'ne Adriano principi Eleuſina ſacra inuiſenti, librum pro noſtra religione tradidit, & tãtæ admirationi omnium fuit, ut à perſecutione grauiſsima illius ſedauerit ingenium? Ariſtides philoſophus uir eloquẽtiſsimus eidem principi Apologeticum pro Chriſtianis obtulit, refertum philoſophorum ſententijs. Quem imitatus poſtea Iuſtinus & ipſe philoſophus Antonino Pio & filijs librum contra gentes tradidit. Quid loquar de Melito Sardenſi præſule, quid de Apollinare presbytero Hierapolitano: Dionyſio quoq; Corinthiorum præſule & Tatiano, Bardaſſane & Ireneo Photini martyris ſucceſſore, qui Origenis hæreſeon ſingularum uenena, ex quibus fontibus philoſophorum emanarunt, multis uoluminibus explicarunt? Pantherius Stoicus ob præcipuæ eruditionis gratiam à Demetrio Alexandrino præſule miſſus eſt in Indiam, ut Chriſtum apud Brachmanas, & illius gentis philoſophos prædicaret. Clemens presbyter Alexandrinus meo iudicio omnium eruditiſsimus V I I I. ſcripſit Stromatum lib. & totidem διαλέξεων, id eſt diſputationum, & alium contra gentes. Pædagogi quoq; tria uolumina. Quid in illis indoctũ? Imò quid non è media philoſophia eſt? Hunc imitatus Origenes ſcripſit Stromateas, Chriſtianorum & philoſophorum inter ſe ſententias comparans, & omnia noſtræ religionis dogmata, de Platone, Ariſtot. Numenio, Cornutoq́; confirmans. Scripſit & Milciades contra gentes uolumen egregium. Hippolytus & Apollodorus Romani ſenatores propria opuſcula ediderunt. Extant & Iulij Africani, qui temporum ſcripſit hiſtoriam, & Theodori qui poſtea Gregoras dictus eſt, uiri ſanè apoſtolici, & Dionyſij Alexandrini præſulis: Arnobij quoque presbyteri Laodiceni, necnon philoſophorum Pamphili, Pierij, Luciani, Marcionis, Euſebij præſulis Cæſarienſis, & Euſt. Antiocheni, & Athanaſij Alexandrini, Euſebij quoq; Emiſeni, Triphylli Ciprij, Aſterij Scythopolitæ, & Serapionis confeſſoris, Tibi Boſtrenſis præſulis, Cappadocum, Baſilij, Gregorij, Amphilochij, qui omnes adeo philoſophorum doctrinis & ſententijs ſuos referciunt libros, ut neſcias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem ſeculi, an ſcripturarum ſcientiam. Veniam ad Latinos. Quid Tertuliano eruditius? quid argutius apologetico eius? & contra gentes libri, cunctam ſeculi retinent diſciplinam. Minutius Felix cauſidicus Ro. in lib. contra Mathematicos, quid Gentilium librorum reliquit intractatum? Arnobius V I I. lib. aduerſus gentes edidit, totidemq́; diſcipulus eius Lactan. qui de Ira quoque & Opificio Dei duo uolumina condidit: quos ſi legere uolueris, dialogum Cic. in eis inuenies. Victorino martyri in lib. ſuis, licet deſit eruditio, tamen non deeſt eruditionis uoluntas. Cyprianus quòd idola dij non ſint, qua breuitate, qua hiſtoriarum omnium ſcientia, uerborumq́; ac ſententiarum ſplendore perſtrinxit? Hilarius meorum confeſſor temporum & præſul X I I. Quintiliani lib. & ſtylo imitatus eſt & numero, breuiq́; libello quem ſcripſit contra Dioſcorum medicum, quid in literis poſſet, oſtendit. Iuuencus presbyter Conſtantino hiſtoriam domini ſaluatoris uerſibus explicuit, nec ueretur euangelij ueritatem ſub metri legibus mittere. Igitur Hieron. ab æmulis excitatus, quòd pariter bellum omnibus hæreticis ac libidinoſis indixerit, eosq́; ſuos ac religionis communes hoſtes putauerit, poſtquàm in Aſia aliquandiu Gregorio Nazianzeno Græco præceptori operam in ſacris libris dediſſet, Hieroſolymam ſecedere ſtatuit. Itaque impoſita tantum in naui bibliotheca quam ſummo labore parauerat, quaq́; carere non poterat, cæteris omiſsis ſoluit, ſequentibus Paula & Euſtochio, quarum opibus etiam iuuabatur. Cumq́; apud Bethleem ſeſe reciperet, quatuor annos in eremo fuit, ut ipſe teſtatur. Quotiens ego in illa uaſta ſolitudine. & quæ ſubſequuntur. Inter monachos uerſabatur, comite leone, cuius nonnulla etiam portenta referuntur, ibiq́; multos annos in cœnobio lectionibus diuinis ſimul & ſcriptionibus uacans: demum ex hac uita in domino migrauit, anno ætatis X C I. pridie Cal. Octob. ſalutis C C C C X L I I. Theodoſio minore, & Honorio Impp. Opera eius, quòd palã ſint, explicare non oportet. Chromatij Aquileienſis uiri nobilis ac diuitis benignitate magnopere adiutus eſt: ad quem plures ſcribit epiſt. Cuius item opibus, ſeq́; ſuosq́; notarios ac librarios ſuſtentauit. Moriens prædixit teſte Cyrillo, qui eius uitam perſcripſit, coramq́; adfuit, ſe Romam quandoq; transferendum. Cuius uaticinium nobis manifeſtatum, corpus eius in Exquilijs apud ædem diuæ genitricis ad præſepe collocatum cernentibus Vitæ genus qui curioſius cupit indagare, Auguſtini elogium de illo uideat, qui & Heliæ & Ioanni Baptiſtæ eũ comparat, carnibus omnino et omni obſonio cocto, uino quoq; abſtinuiſſe. Scientia tanta præditum, ut quod ipſe ignorauerit, nullus hominũ unquã ſciuerit. Higynus, prænomine Iulius. nõnullis y præponitur. Scribit ad M. Fab. Quintil. cui familiariſsimus fuit, de mundi & ſphæræ narratione, utile ſanè aſtronomicum: præterea de ſignis cœleſtib. opus in I I I I. lib. diſtinctũ. Idẽ teſte Gelio, cõmẽtarios in Virgiliũ, qui non extant, librum quoque Gromaticon appellatũ, nuper inuentum. Eſt enim Groma, ut ipſe teſtatur, ars, loca ſtationesq́; in caſtris opportune capiendi ornandi ue. Iul. Higynus Ignatius, Antiochenus tertius poſt Petrũ præſul, ſub Traiano dãnatus ad beſtias: Romam uinctus mittitur. Nauigando Smyrnæ Polycarpum Smyrnæ præſulẽ ſalutauit, epiſtolas I I I I. in itinere ſcripſit, ad Epheſios, ad Magneſios, ad Trallienſes, ad Rom. Cum Ignatius

in rem præſentem ueniſſet, & rugiētes leones audiſſet, frumentum (ait) Chriſti nunc dentibus ferinis comerar, ut panis ſyncerus inueniar. Eius reliquiæ cadaueris Antiochiam deportatæ, iacent in cœmiterio ante portam Daphniticam: Ex Hieronymo.

Hilarius, Pictauenſis

Hilarius præſul Pictauenſis, teſte Hierony. in Phrygiam relegatus, XII. *aduerſus Arrianos edidit libros, in quibus Quintilianū ſtylo & numero imitatus eſt. Librum itē ad Conſtantinum magnum. Præterea ab eodem autore ſic in epiſt. taxatur. Hilarius lucifer eccleſiarū, precioſus lapis, pulchro ſermone aureoq; ore uniuerſa loquitur, ſi & ſemina aliqua ſecus uiam cecidiſſe potuiſſent: tamen ab eo in ſcripturis meßis exorta eſt magna: Hunc ego aliū à priore ſuo tempore fuiſſe putauerim.*

Hilarius, Arelatenſis

Hilarius alter præſul Arelatenſis, uir ſanctus pauperumq; ſuſtentator, qui nonnulla etiā ſcripſit: Martiani principis tēpore ponitur Gennadio.

IOB

Iob iuſtus ex terra Hus in Arabiæ Idumææq; finibus, ut ait Hieronymus quintus ab Abraamo, nepos Eſau regnauit in regione Edom, potens ac diues: deniq; quanquam ex gentibus, ſanctißimus ac omnibus probatus doctoribus. Ex Arabiſſa uxore ſeptem genuit mares, & tris fœminas: qui quū laſciuirent, ipſe poſt conuiuia Domino pro eis immolabat. Exemplar hic nobis patientiæ proponitur, omnibus malis adflictus, tantum relicta uxore maioris pœnæ gratia, quæ facta exprobaret. Poſtremo tres amici reges ad eum ueniunt, animo quidē ab initio conſolādi, uerùm diabolica inſtigatione, longa uerborū exacerbatione, in ipſius odium & increpationem acrius inuehuntur. Cum ipſos Iob ſapienti diſputatione, ac patiēti ſermone ſuperaſſet, Helim quendam iuuenem adrogantem contra acerbis conuicijs inſtantem, modeſtißime tulit. At Deus omnipotēs poſt an. VII. *eius miſeratus labores, ſtatui eum feciliori reſtituit, eiq; & facultates duplicauit, & filios totidem quot amiſerat, lōge meliores conceßit. Vixit quoq; poſt hæc annis* CXL. *uſq; ad quartam ſobolē: toto autem tempore,* CLXXXIII. *Scripſit ipſemet librum de ſuis uita & ſermonibus Arabica lingua, ut ait Hieron. Qui liber proſa incipit, metro labitur, pedeſtri ſermone finitur. Nam à principio uſq; ad locum illum ubi dicit, Pereat dies in qua natus ſum, ſtylo proſaico inchoat. Inde uſq; circa finem, ubi dominus tris Iob amicos redarguit, heroico metro proſequitur. Finem uerò rhythmo colore concludit, omnibusq; dialecticæ artis legibus ſingula uerba metitur. Nā quatuor diſputationum genera in ipſo libro complectitur. Prima dialectica, quæ ex probabilibus procedit, quæ conſiſtit inter Iob & tris eius amicos: ubi ipſe theſim hanc probat, quòd Deus hominem iuſtum & inſontem quandoq; affligit. Amici uerò eius contrà, quòd Deus neminem citra culpam plectit. Secunda eſt ſophiſtica ex apparentibus: & hæc eſt inter Iob & Helim: quamuis Iob minime reſpondeat, qui quidem iuuenis adrogans & uaniloquus cōcluſionem amicorum Iob adprobans ſophiſtice ſyllogizat. Tertia tentatiua, inter Dominum & Iob, qui eundem multis quæſtionibus tentat & interrogat, ut ei declaret, quòd nulla eſt apud Deum ſapientia comparata. Quarta demonſtratiua, in qua pro ipſo Iob Dominus contra tris amicos eius quæſtionem definiendo demonſtrat. Exceßit Iob* VI. *Eidos Maias, ut Hierony. in ſuo Calendario ponit: ſepultuſq; in terra Hus, in finibus Edom ſeu Boſra, ubi & ſepulcrum eius adhuc uiſitur.*

Ioannes Chryſoſtomus

Ioannes Chryſoſtomus cognomento, ob linguæ ſermoniſq; præſtantiam, Antiochenus genere, præſul Conſtantinopolitanus ſub Honorio principe, nobilibus ortus parentibus Secundo & Anthuſa, diſcipulus Libanij ſophiſtæ. Audiuit & Andragathium, dum foro ſe præpararet. Quietem tandem elegit, imitatus Euagrium, qui ex eiſdem unà ſtudijs ſeſe recepit in cœnobium. Itaque relictis philoſophiæ libris, ſacris literis incubuit. Idemq; Theodoro & Maximo ſuaſit, qui apud Libanium eius cōdiſcipuli fuerant, quorum Theodorus poſtea Veſtenæ: Maximus uerò Seleuciæ Iſauricæ præſules fuere. Diodorū Carterium, qui tunc ſacris cœnobijs præerat, audiuere. Ioannes exinde ob uirtutem Anagnoſtes eccleſiæ Antiochenæ à Zenone præſule factus, librum ante omnia contra Iudæos edidit. Deinde diaconus à Meletio creatus, alterum de ſacerdotto librum compoſuit. Poſt obitum uerò Meletij, qui exceßit Conſtantinopoli, à Paulino præſule presbyter factus, haud multò pòſt Præſul Conſtantinopolitanus deligitur. Erat in regenda diſciplina ſeuerior, ita ut adrogantis nomen apud plures contraheret, quibus erat infenſus: ſolitus etiam ſolus accumbere, obtrectante populo. Cauſa erat, quòd è ſtomacho ſæpe laboraret, ut alij dicunt, quòd ob abſtinentiam, parum ciuili & eius dignitati congruenti menſa uteretur. In templo frequenter concionem habebat ad populum. Multa quoque paſſus ex inimicis & æmulis: dum eſſet Præſul ſæpe pulſus, ſæpe etiam reuocatus: inter alios maxime Eutropio Eunucho infenſus, quem poſtea imperator Conſulatu quò peruenerat deiectum, necari iußit. Scripſit præter ſupradicta, & epiſtolas & homilias in euangelia, quæ omnia in Latinum conuerſa ſermonem Chriſtiani frequentant, quantum præterea Græcorum nullius. Ex hiſtoria tripertita.

Ioannes Philoponus

Ioannes cognomento grammaticus ſiue Philoponus genere Alexandrinus, plura ſcripſit in omni doctrina: pro noſtra item religione contra Proclum & Seuerum, quanquam & ipſe de trinitate male ſentiret: autor Suidas. *Ioannes Sholaſticus abbas in monte Sina, Climacus, quòd ſcalam ſcripſerit* XXX. *gradibus cœlum petentem, opus ſanè ipſa ſimilitudine delectabile pariter & utile: conuerſum poſtea ab Ambroſio monacho Camaldulenſi.*

Ioannes Damaſcenus

Ioannes Damaſcenus Damaſci natus Hebræus puer Conſtantinopolim uenit: ubi liberalibus artibus legitime imbutus, & ad Chriſtum conuerſus, monachi habitum ſumpſit, ſimul & docebat. Captus deinde in littore maris à piratis Saracenis, poſtea à Theodoſio redemptus, magiſter eius epiſtolarum fuit. In ſuſpicionem proditionis ueniens, dextera ei ablata eſt: uerum poſtquàm deprehenſus qui literas proditorias ſtylo Damaſceni probe aßimilauerat, in honore apud Imp. fuit: at ille ad cœnobium regreſſus, ibi deſceßit. Scripta eius utilia ab utraque recipiuntur eccleſia.

Ioan. Scilax

Ioan. Scilax patria Conſtantinopolitanus ſcripſit de imperatoribus Conſtantinopolitanis.

Ioan. Zezes

Ioannes Zezes ſcripſit in Lycophronem commentarios. Sed iam ad Latinos ueniam.

Ioan. præſul Gerundenſis

Ioānes præſul Gerundenſis genere Gothus, ſub Phoca principe, & Bonifacio IIII. *Pont. doctrina & ſcriptis emicuit. Nam adoleſcens Conſtantinopolim profectus, ita Græce Latinéque doctus redijt in Luſitaniam, ut Arrianam ſectam, quæ tunc uſque Valentiam occupauerat, compreſſerit. Cuius rei gratia Barcinonem ab hæreticis relegatur. Verùm defuncto poſtea Lemogildo rege, qui eis fauebat, in patriam reuerſus, multa conſcripſit utilia religioni. Cænobium condidit, rationemq; uiuendi monachis ſcripſit.*

Ioan. Baptiſta
Ioan. Euang.

Duo quoq; Ioannes religionis fulmina, his omnibus anteponendi. Quorum alter Chriſti præcurſor, alter euāgelium nouißimus omnium ſcripſit, rogatus ab Aſiæ populis contra Cerinthum aliosq;, ac maxime Ebionitas, qui Chriſtum ante Mariam nō fuiſſe affirmant, compulſus eius naturam enarrare. Præterea unius tantum anni, in quo paſſus erat Chriſtus, à cæteris prætermißi mentionem habet: & poſt carcerem Ioannis hiſtoriā texuit. Scripſit unam epiſtolam, cuius exordium: Quod audiuimus, quod uidimus. Reliquæ duæ à Ioanne presbytero feruntur: qui eodem ferme tempore & ipſe Chriſti diſcipulus fuit.

Io. diſcipulus

Igitur Ioannes in Pathmon inſulam à Domitiano relegatus, redijt ſub Nerua principe Epheſum: ibiq; uſque ad Traianum principem perſeuerans, totius Aſiæ conſtituit

eccleſias:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ecclesias: longa deinde senectute confectus LXVIII. post Christi supplicium anno extinctus, iuxtaq; eandem urbem sepultus est. hæc ferè Hieronymus. Eusebius uerò tradit in historia Apocalypsim quosdam adscribere Ioanni presbytero: de quo paulo suprà mentionem fecimus, eo quòd Euangelista Ioannes non sit solitus in scriptis nomen suum præfari. Maximam uerò hominum partem ad euangelistam referre. Cæterum falso in eius historia narratur, alibi quàm Romæ demissum in feruens oleum fuisse. autores apud Græcos Simon Constantinopolitanus, qui gesta sanctorum conscripsit: & apud Latinos Vincentius, & alij. Romæ quoque templum eius rei monumentum eodem loco uisitur ante portam Latinam. Quodq; magis dolendum, hæc tam aperta mendacia in horis canonicis leguntur: non sine illorum maximo dedecore, quorum est officium hæc interpolare.

Iosephus Iudæus

Iosephus Mathatiæ filius, Hierosolymitanus sacerdos, & captiuus, Tito principi adeo ob ingenium dilectus, ut eius libri bibliothecæ publicæ traderentur, liberq; sit factus. Conscripsit Græce antiquitatis Iudæorum historiam libro XX. ab exordio mundi, usque ad XIIII. annum Domitiani: Bellum uerò Iudaicum cum Romanis gestum, libris VII. quos non solum Græca, sed patria lingua se suis scripsisse affirmat. Sed & duos item alios libros, quos Archeotetos uocant, de Iudæorum uetustate, id est conflictus aduersus Apionem grammaticum Alexandrinum, qui ad Caligulam legatus missus ex parte gentilium contra Philonem, etiam librum uituperationem gentis Iudæorum continentem conscripserat. In XVIII. antiquitatis libro aperte fatetur ob inuidiam Christum à Iudæis interfectum, & Ioannem Baptistam uerè prophetam fuisse, ac propter Iacobi apostoli cædem direptam Hierosolymam. In fine uerò XX. libri Iustum quendam ex Tyberiade redarguit falsitatis historiæ. hæc ex Hieronymo, & Eusebio libro III. Hunc alibi Hieronymus Græcum Liuium uocat. Ipse uerò de se scribit, in expugnatione Iotapatæ, cui præfectus erat, se in puteum, id est speluncam cauam demersisse, ibiq; suorum, qui cum eo descenderant, animos ad sui iam necem paratos, spe philosophiaq; adhortatum fuisse, moxq; se Romanis dedidisse, recordatum quæ somniauerat de suorum calamitate, ac Vespasiani felicitate, unde ad eum per Nicanorem deductus est.

Iosephus Græcus

Iosephus alius recentior, qui in philosophiam, omnisq; disciplinas commentarios edidit, Græcus homo.

Iouinianus

Iouinianus hæresiarcha, qui nuptias uirginitati præferebat, opinionem secutus Stoicorum, de uirtutum ac uitiorum parilitate: quem Hierony. in Epistolis accerrime cõfutat.

Hipparchus, astrologus

Hipparchus Nicæus astrologus Consulum tempore scripsit de Arati Phænomenis, de stellis fixis, de lunæ motu contra Platonem: primusq; qui instrumenta mathematicis inuenerit, unde hæc sensibus deprehendi possent, Plinio maxime laudatus.

Hipparchus poëta

Fuit alius poëta Comicus, ipsius fabula περὶ γάμων. Suid. Alius propinquus Aristotelis, alius tyrannus Eretriæ.

Hipparchus tyrannus

Hipparchus Pysistrati

Hipparchus quoq; filius Pysistrati tyranni, qui ob libidinem in Armodium puerum, Aristogitonis coniurationem in eius domum excitauit, ut apud Thucydidem. Idẽ ut inuidiam tyrannidis sapientiæ opinione extingueret, literas coluit, uirisq; doctis maxime fauit, & Homerum primus Athenas intulit, eiusq; Rhapsodias in ordinem certum reduxit. Adcersiuit item Simonidem & Pindarum. autor Aelianus de uaria hist.

Hypatia

Hypatia mulier Alexandrina, Theonis geometræ filia, uxor Isidori philosophi, emicuit sub Arcadio principe. Scripsit in astronomiam, docebat Alexandriæ, magna omnis generis disciplina, concurrentibus undique discipulis. interfecta tandem dicitur ab Alexandrinis ob inuidiam. Suidas.

Hippasus

Hippasus Metapontinus auditor Pythagoræ, uir doctissimus, nihil scripsit, ut ait Demetrius in Homonymis.

Hypenus

Hypenus Athleta, qui primus diaulo uicit. Pausanias.

Hyperides

Hyperides Atheniensis, unus è decem oratoribus primis. Aemulus quandoque Demosthenis, accusatusq; ab eo super rapina pecuniæ, deinde ambo damnati iussu Antipatri. Hyperides aufugit in Aeginam, ibiq; ab Archia Tyrio satellite captus, & ad Antipatrum missus necatur: lingua excisa, ut testatur in Demosthene Plutarchus.

Hyperechius

Hyperechius Alexandrinus grammaticus sub Martiano imperatore, scripsit de nominibus & uerbis, & orthographia. Suidas.

Hippias philosophus

Hippias Elæus philosophus discipulus Egesidemi, ut tradunt Cic. & Quintil. non liberalium modo artium præ se scientiam tulit, sed earum quas Græci mechanicas uocant, ut & uestem, & annulum, crepidasq; ac omnia quæ ferebat, manu sua faceret. Atque ita se præparauit, ne cuiusuis ope egeret. Summum bonum αὐτάρκειαν posuit, hoc est, eo contentum esse quod simplici uictui sat esset. Multa quoque scripsit quæ non extant.

Hippias dux

Hippias tyrannus

Hippias alius dux Atheniensium, qui in exilium pulsus, Darium contra patriam exciuit. Hippias item & Hipparchus Pysistrati filij.

Hippocrates

Hippocrates Cous medicus, auditor Democratis, ut quidam uolunt, uixit apud Perdicam Macedoniæ regem; excessit natus annos CIIII. Larissæ. Suscepit filios Thessalum & Draconem. Artaxerxes cupiens eius disciplinam, sic Hiscani scribit. Rex regum magnus Artaxerxes, Hiscani Hellesponti præfecto salutem. Hippocratis medici Aesculapio prognati ad me artis fama peruenit, da igitur operam ut aurum illi tribuas quantum cupit, aliaq; item quorum indiget, & eum ad me mitte: erit enim par honore summis in Perside uiris. Et siquis alius fuerit in Europa uir clarus, hunc amicum nostræ domui redde, minime pecuniæ parcendo. uiri enim quanquam potentes, haud facile inueniunt quod honeste cupiunt. Vale. Eius libri tanquam diuino emanauerint ore, ubique celebrantur. In primo enim iusiurandum continetur, in II. prognostica. III. Aphorismi. IIII. illa admirabilis compositio LX. libris omnẽ medicinæ scientiam complectens. Hæc ex Suida. Aeliano autem de uaria hist. teste, Doricus quum esset, Ionice scripsit Democriti causa cui familiaris fuit, scripsitq; sæpius. Ad eum curandum ab insania adcersitus quandoque ab Abderitanis, dixit Democritum minime desipere, sed maxime sapere. Scripsit etiam librum Epidimiarum. Quædam inter eius opera adulterina commixta, ut stylus indicat, Galenus secreuit atque adnotauit. Amator Græciæ magnopere fuit, ex qua nunquam egressus est, etiam Artaxerxis literis magnopere inuitatus: minime quoque pecuniæ appetens, ut ex iureiurando ab eo in exordio facto deprehenditur.

Hippocrates quinque

Hippocrates præter superiorem Suidas quinq; commemorat: omnis eiusdem artis & familiæ qua ille, diuersis temporibus, quorum luminibus tamẽ primus obstruxit. Hippocratem alium Atheniensium ducem ponit in bello Peloponnesiaco Thucydides.

Hipponicus

Hipponicus Hippiæ filius Athenien. cum patriæ statuã dedicare decreuisset, ac nonnullis eam à Polycleto confici suadentibus illi nequaquã uisum est, quòd ob operis pulchritudinem ab aspicientibus, non dedicantis, sed potius artificis uirtus laudaretur: autor Aelianus.

Hippomachus

Hippomachus tibicen quum discipulum quondam in arte peccare cõspiceret, ab auditoribusq; laudari, baculo admonuit desistere debere, quod maximum fuisset erroris eius indiciũ, quod à turba laudaretur. Idem Aelianus.

Hippodamus

Hippodamus Milesius natura studiosus: primus eorum, qui in Repub. uersati non essent, cœpit aliquid dicere de optimo ciuitatis statu. Constituit enim ciuitatem ex numero X. millium, diuisam in partes tris: artifices, agricolas, & milites. Regiones in totidem partes, sacram, publicam, & priuatam. Erat ob ambitionem uita morosior, crinium prolixitate, ac sumptuoso ornatu. Aristo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

teles libro II.polit. **Hippolytus Thesei** Hippolytus Theſei filius, Phædræ nouercæ, quod eius libidini non conſenſerit, inſidijs petitus, diſcerptusq́; propterea rogatu patris à Neptuni curribus, Virbij nomine poſtea Aeſculapij arte reuixit: in Latium apud Aricinum templum translatus. **Hippolytus præſul** Hippolytus alter præſul eccleſiæ, quam ſe Hierony. reperire nequiuiſſe teſtatur, peruenit uſque ad Alexandrum Imp. Scripſit rationem paſchæ. In cuius æmulationem Origenes eius ferè æqualis, ſcribere compulſus eſt ab Ambroſio ſuo. **Hippolytus martyr** Hippolytus Roma. martyr è diſcipulis Laurentij, ſub Decio principe ductus extra portam Tyburtinam, & equis indomitis adligatus, atque diſcerptus, primi Hippolyti fatum felicius ac ſanctius imitatus eſt: eius feſtum XII. Calend. Septemb. **Hippodromus** Hippodromus Theſſalus genere patria Lariſſeus circa M. Antonini tempora: Athenis ſcholæ ſucceßit, ut autor Philoſtratus, qui inter ſophiſtas eum deſcribit: plura referens de eo quæ ad hunc locum non pertinent. **Hippodorus** Hippodorus unus Codridarum inuidiam populi uitare cupiens, & optimam ſimul principis famam inter Athenienſes adipiſci, ſeueritate in ſuos eſt uſus, ac filiam cum mecho deprehenſam currui iußit adligari atque diſcerpi. Aelianus. **Hipponax** Hipponax Epheſius ſcriptor iamborum, uixit Clazomenis: expulſus patria à tyrannis Athenagora & Conia. Suidas. **Iphiclus** Iphiclus filius Phylaci & Climenes Minyi inter Argonautas ab Apollonio poſitus: ab Heſiodo autem & Pherecyde nequaquam, ut ſcribit enarrator Apollonij. **Iphicleus** Iphicleus Herculis frater, Iolai pater, ſepulcrum habet apud Pheneum Arcadiæ ciuitatem, ut autor Pauſanias. **Iphigenia** Iphigenia Agamemnonis filia, quam ad placandum numen Calchas mactandam in ſacrificio apud Aulidem cenſuit: Diana ceruam pro illa ſuppoſuit. Alia uirgo ſancta, filia regis Aegypti prædicatur, ab apoſtolo Matthæo facta Chriſtiana, quæ cænobium uirginum inſtituit. **Irene pictrix** Irene Cratini, Timarete Myronis, Ariſtarete Nearchi pictorum filiæ ſimul & diſcipulæ: ſed & Lala Cyzicena uirgo, & Calypſo, & Alciſthene, & Martia Varronis uxor, omnes pictrices Plinio commemorantur.

Irus Irus Ithacenſis mendicus ac turpißimus, ut XVIII. odyſſeæ deſcribitur, quem Vlyſſes pugilatu ſuperauit.

Irenæus Iræneus præſul Lugdunenſis, Photini ſucceſſor, Polycarpi diſcipulus. Hic poſt martyrium Photini cum preſbyter Lugdunenſis eſſet, miſſus à Chriſtianis eius loci Romam ad Eleutherium pont. legatus de quibuſdam quæſtionibus, quum pro ſe etiam commendatitias tuliſſet, factus eſt ab eo Photini ſucceſſor, uir in primis eruditus, & qui hiſtoriam ſcripſit eccleſiaſticam: quam mutuatus eſt Euſebius, teſtemq́; citat. Librum præterea de Ogdoade, in quo refert incidiſſe ſe in librum cuiuſdam è ſucceſſoribus apoſtolorum, qui huiuſcemodi haberet exordium, quod poſtea Hierony. in Euſebij procemio uſurpauit: Adiuro te qui hunc librum tranſcribis per dominum Ieſum Chriſtum, & per glorioſum eius aduentum, qui iudicaturus eſt uiuos & mortuos, ut conferas poſtquàm ſcripſeris & emendes illum ad exemplar unde deſcripſiſti diligentißime: hanc quoque obteſtationem ſimiliter tranſferas, ut in exemplari reperis. Ex Hieronymo & Euſebio libro VI. **Iſæus** Iſæus Aſſyrius ſophiſta, adoleſcentiam uarijs corporis uoluptatibus tradidit: deinde uir factus, frugalißimus omnium fuit. Characterem orationis non profuſum habuit, ſed parcum caſtigatumq́;, ac ſecundum naturam, qui tantum rebus breuiter enarratis ſuppeteret. Nam totum quidem argumentum in breui ſummaq́; complecti, ipſius primum inuentum eſt, ut Lacedæmonijs de ordinibus conſultantibus ac ſollicitis, illud Homericum iactauerit, Scutum ſcuta premunt, galeam galeæq́;, uirum uir. Ex Philoſtrato. **Iſocrates** Iſocrates orator Athenienſis unus è decem, dulcis & numeroſus in dicendo fuit. Ad rempublicam non adceßit, neque in concionem aſcendit, deficiente pronuntiatione: tum etiam ad euitandam inuidiam eorum, qui libenter ijs qui eloquentiæ honore præſtant, ſe opponunt. Ciuitatem tamen iuuit, Philippumq́; in eis, quæ ad illum ſcripſit, Athenienſibus conciliauit. Panegyricus eius omnium pulcherrimus, quem in Olympia habuit, adhortans Græcos contra Aſiam, mutuas inter ſe accuſationes relinquendo, Gorgiam excitauit, ut ipſe ſimili oraret argumento. Optima item ex eius compoſitionibus Archidamus & Amartyrus iudicatur. In illa enim Archidami conſtantia, & animi magnitudo declaratur: Leuctrica Lacedæmonijs commemorando. Sermo profecto eleboratus, & uerborum diligentia, & ſplendor compoſitionis in ea apparent, Amartyrus uerò uim oſtendit caſtigatam in numeros, ex ſententia ſententiam æqualibus periodis terminando. Auditores eius plures, quorum princeps Hyperides. Theopompum uerò Chium, & Ephorum Cumæum, nec uituperatione, nec ſatis admiratione dignos dixerim. Qui ait Iſocratem à comœdia taxari, ut tibias factitantem errare uidetur. Nam & pater eius Theopompus Athenis Aulopœus cognominabatur: ipſe uerò nec tibias cognouit, nec factitauit: haud profecto ſtatuam in Olympia meruiſſet. Deceßit Athenis, centum ferè natus annos poſt Cheroniæ pugnam, non ſuſtinens nuntium Athenienſium cladis. Ex Philoſtrato. Cicero uerò in oratore ſic ait: Iſocratis domus cunctæ Græciæ quaſi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. Magnus orator & perfectus magiſter fuit: quanquam forenſi luce caruit: intraq́; parietes aluit eam gloriam, quam nemo, meo iudicio, eſt poſtea conſecutus. Is & ipſe ſcripſit multa præclare, & docuit alios, & cum cætera melius quàm ſuperiores, tum primus intellexit, etiam in ſoluta oratione cum uerſum effugeret, modum tamen & numerum quendam oportere ſeruare. Ante hunc enim uerborum quaſi ſtructura & quædam ad numerum concluſio nulla erat. Cui ſiquando erat, apparebat eam dedita opera eſſe quæſitam.

Iſocrates diſcipulus Iſocrates alius Amyclas ex Apollonia Ponti, diſcipulus & ſucceſſor Iſocratis ſuprà dicti, orator & ipſe nobilis: reliquit orationes quinque. Qui & una cum claris oratoribus certauit, orando in epitaphio Mauſoli Artemiſiæ uiri. Apophthegma ipſius illud: Fruſtra conſulit alijs qui male ſe gerit: ex Suida: **Iſocrates dux** Iſocrates & Machaon præfecti claßis Corinthiorum in bello Peloponneſiaco contra Athenienſes à Thucide commemorantur. **Iſidorus præſul** Iſidorus præſul Hiſpalenſis, patria Carthaginenſis, fratrem habuit Leandrum, ad quem ſunt Gregorij moralium libri: cui ſucceßit Heraclio imperante, uir non tam doctrina quàm uita philoſophus: & in dicendo non tam rudis quàm inexercitatus. Scripſit de ſummo bono: de uiris illuſtribus: de uocabulis grammaticis, & etymologijs: hiſtoriam præterea ab Adamo uſque ad ſua tempora: præterea res Longobardorum, & breuem quandam coſmographiam. **Iſidorus orator** Iſidorus alter Peluſiotes genere, uir philoſophus & orator, ſcripſit epiſtolas ad tria milia, ſacros enarrantes libros, ut Suidas. **Iſis** Iſis Aegyptiorum dea, cuius etiam ſacra Romam tranſlata, magna mollitie colebantur. Templum eius apud Terētum in campo Martio. Io hæc fuerat Inachi fluuij filia, ſecundum Ouidij fabulam, quam à Ioue uitiatam & in uaccam mutatam Iuno agnouit: ei Argum centenis oculis cuſtodem adhibuit: ne cum Ioue amplius congrederetur. Mercurius deinde fiſtula, iuſſu Iouis, Argum ſopiens interfecit, qui in pauonem uerſus, adhuc oculos antiquos indicat, in eiuſq́; tutela manſit. Io in Aegyptum ex inde peruenit, ubi priſtina reſumpta forma, ob merita monſtratæ agriculturæ, pro dea culta eſt, Iſidis nomine.

Iſmenias Thebanus Iſmenias Thebanus apud regem Perſarum pro Thebanis legatus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

legatus, quum ſciret conſuetudinem regum eorum, nihil impetrare poſſe, niſi prius quis adorans procumberet: cum in regis conſpectu fuit, annulum de induſtria ad pedes cadere permiſit, quem ſe flectendo collegit. Atque hoc modo & Græcorum dignitati, & regis ſuperbiæ ſatisfecit. autor Aelianus de uaria hiſt.

Iunius Sylanus

Iunius Sylanus, & Q. Metellus Numidicus coſ. bello Cimbrico fuere: quòd praue ſimul & infeliciter geſtum, quum antea, tum ab eis eſt, ut Pedianus.

Iunius Valens

Iunius Valens meruit in prætorio diui Auguſti centurio, uehicula cum culeis donec exinanirentur ſuſtinere ſolitus, carpenta comprehenſa una manu retinere obnixus contranitentibus iumentis, & alia mirifica facere, quæ inſculpta monumento ſpectantur. Ideo M. Varro: Ruſticellus, inquit, Hercules appellatus mulum ſuum tollebat. Plinius.

Iun. Ruſticus

Iunius Ruſticus philoſophus Stoicus, familiariſsimus M. Antonini, cui imperator omnia publica priuataq; conſilia ſolebat communicare. Quem etiam antea dum eſſet præfectus prætorij exoſculatus eſt. Conſulem iterum deſignauit. Denique defuncto ſtatuam ei à ſenatu impetrauit. Capitolinus.

Iudas apoſt.

Iudas frater Iacobi, paruam quidem, quæ de ſeptem canonicis, epiſtolam reliquit: & quoniam de libro Enoch, qui apocryphus eſt, teſtimonium adſumit, à pleriſque reijcitur: tamen autoritatem uetuſtate iam & uſu inuenit, & inter ſanctas ſcripturas connumeratur. Hieronymus. Iudas alter ſcriptor, ſub Seuero principe, de LXX. apud Danielem hebdomadis, pulcherrime diſſerit, & hiſtoriographiam ſuperiorum temporum, uſque ad decimum eiuſdem principis annum deſcripſit, in qua erroris arguitur, quòd antichriſti aduentum circa ſua tempora futurum eſſe dixerit, ut quidam putabant. Et hoc quoniam inſectationis magnitudo mundum iamiam caſurum minari uidebatur. Hieronymus.

Iulius Hyginus

Iulius Hyginus natione Hiſpanus, nonnulli Alexandrinum putant: & à Cæſare Romam aduectum, Alexandria capta, ſtudioſe & auide imitatus eſt Cornelium Alexandrum grammaticum Græcum: quem propter antiquitatis notitiam, Polyhiſtorem multi, quidam hiſtoriam uocabant. Præfuit bibliothecæ Palatinæ, nec ſecus plurimos docuit: fuitq; familiariſsimus Ouidio poëtæ, & Claudio Licinio conſulari hiſtorico, qui eum admodum pauperem deceſsiſſe tradit, & liberalitate ſua quoad uixerit ſuſtentaſſe. Huius libertus fuit.

Iulius modeſtus

Iulius Modeſtus, in ſtudijs atque doctrina ueſtigia patroni ſequutus. Tranquillus.

Iulius ſenator

C. Iulius ſenator, Græce res Romanas ſcripſit. autor Liuius. Iulius item ſenator & martyr ſub Commodo, ſepultus in cœmiterio Calopodij.

Iul. Firmicus

Iulius Firmicus Maternus Auguſti tempore, nobilis mathematicus, tractatum edidit in prognoſtica genethliaca elegantem, qui & temporum illorum eloquentiam referat. Ad noſtram ætatem ſemifractus peruenit, non multis ante annis repertus.

Iul. Frontinus

Iulius Frontinus ad Traianum libros quatuor Stratagematum ſcripſit, & de aquis urbis.

Iul. Capitoli.

Iulius Capitolinus Diocletiani tempore, cui librum dedicat de Cæſarum uita, quem haud integrum habemus.

Iulius Pomponius

Iulius Pomponius Secundus, cui ſi longior contigiſſet ætas, clariſsimum profecto nomen oratoris apud poſteros conſequutus foret: adieciſse enim atque adijciebat cæteris uirtutibus ſuis quod deſiderari poteſt. Id autem eſt, quòd eſſet multo magis pugnax, & ſæpius ad curam rerum ab eloquutione reſpiceret. Hæc de eo & alia plura Quintilianus, cuius tempore floruit.

Iul. Africanus orator.

Iulius Africanus orator concitatus, & in cura uerborum nimius, & compoſitione nonnunquam longior, & translationibus parum mediocris. autor idem.

Iulius Africanus hiſtoricus

Iulius Africanus alter Chriſtianus, quem plura ingenij monumenta reliquiſſe, & Euſebius libro VI. & Hieronymus teſtantur. inter quæ de temporibus libros V. epiſtolam ad Origenem, in qua ponit quòd hiſtoria Suſannæ quæ in Daniele eſt, ficta uideatur: cui Origenes reſcripſit nequaquam Iudæorum commentis & fraudibus auſcultandum: ſed hoc ſolum pro certo habendum in ſacris libris quòd Septuaginta interpretes tranſtuliſſent, quoniam id eſſet ſolum autoritate apoſtolica probatum. Aliam quoque epiſtolam de euangeliorum diſcrepantia.

Iulius uiator

Iulius Viator eques Romanus, è Vocontiorum gente fœderata: is pluribus annis aquæ ſubter cutem fuſæ morbo prohibitus humore à medicis, naturam conſuetudine fecit, atque in ſenecta potu caruit. Plinius.

Iulius Pollux

Iulius Pollux Græcus autor, ſcripſit ad Antoninum Commodum dictionarium, non ex ordine literarum, ſed rerum: uerbi gratia, In qua quæque re uocabula diuerſa reperiantur: quod apud Latinos nemo adhuc tentauit.

Iuliæ impudicæ

Iulias plures, easq; ex magna parte impudicas legimus. Auguſti filia & neptis, quas ille, Tranquillo teſte, duo carcinomata ſua ſolebat appellare, uetuitq; ſuo ſepulcro inferri. Iulia item Agrippina Neronis mater: & alia Titi principis filia, cum qua Domitianus conſuetudinem habuit: cauſaq; ei mortis fuit, coactæ fœtum diſperdere, ut Plinius, Tranquillus, Iuuenalis: Cum tot abortiuis fœcundam Iulia uuluam Solueret. Alia Seueri principis uxor, Syra genere, forma conſpicua, parum ſequunda fama etiam uixit. Poſt uiri mortem Caracallam priuignum, nudam ei ſeſe oſtentando, ad ſecundum matrimonium paulatim adlexit. autor Spartianus. Memorantur tamen pudicæ nonnullæ. Cæſaris in primis ſoror & filia, hæc Pompeij, illa Balbi uxor, Auguſti auia. Iulia quoque Mammea, Alexandri principis mater, laudatiſsima fœmina, Syra genere, cuius auſpicijs filius puer orbem terrarum ſapientiſsime rexit.

Iuliæ ſanctæ

Fuere & ſanctæ plurimæ ac martyres. Apud Barcinonem Iulia comes Eulaliæ item martyris ſub præſide Daciano capite truncata: ut autor Adonius. Alia Carthaginenſis, quam uxor Deſiderij regis ex Corſica ubi paſſa fuerat, Brixiam traduxit, eius nomini cœnobio dedicato. Iulia item & Maxima ſorores in Luſitania martyres. Inter ſocias quoque Vrſulæ, quæ undecim milia fuere, Iulia uirgo memoratur.

Iulianus ſophiſta

Iulianus Cappadox genere, ſophiſta Athenis floruit, Aediſij ſophiſtæ & Conſtantij principis tempore. Ad hunc omnis undique iuuentus diſcendæ rhetoricæ gratia confluebat, uiri magnitudinem & eloquentiam ſuſpiciens. Inter eius auditores, qui plures & excellentiſſimi uiri fuere, ij ferè uiri commemorantur: Prohæreſius, Epheſtion, Epiphanius Syrus, Diophantus Arabs. Ex Eunapio. Iulianus Chaldæus uocatus Theurgus, filius Iuliani philoſophi, illius qui ſcripſit de dæmonibus libros quatuor. Emicuit ſub M. Antonino, ſcripſit Theurgica τελεςικὰ λόγια uerſibus. Hunc memorant, quondam laborante ſiti Romanorum exercitu ſub Marco Antonino, contra Marcomannos prouocaſſe nubes, unde imbres ſtatim deſiliere. Alij hoc ad Arnuphim ſacerdotem Aegyptium referunt. Hæc Suidas. Euſebius uerò in hiſtoria, hoc portentum aquarum, Chriſtianorum, qui tunc in eo exercitu militabant, precibus & meritis refert.

Iuliani principes duo

Iuliani principes duo: alter iuriſconſultus, alter fidei deſertor, inter imperatores dicentur.

Iulianus martyr

Iulianus, quem colimus inter ſanctos, dicitur dum ceruum uenator inſectaretur, ab eo ad ſe conuerſo, parentes interfecturum portentoſe audiſſe: quod euitare cupiens, procul à patria profectus, ob beneuolentiam ſeruitio demeritam, cuiuſdam principis filiam cum ditione unius caſtri duxit uxorem, quò forte parentes quæſitum filium ignari peruenientes, ab eius uxore, abſente uiro, hoſpitio ſunt recepti: ob illorum interrogationem cogniti, ſimul & eius thalamo collocati. Iulianus interim aduenit, ubi in thalamo hos uidit, improuiſo mœchum putans cum coniuge, ambos interfecit. Re poſtea cognita, ſeſe expiare cupiens, ad flumen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quoddam uxore comite peruenit, ubi hoſpites Chriſti cauſa gratis nauicula tranſmittebat. Quapropter hoſpitio dicitur præeſſe, boniq; ominis auxilio ab hoſpitibus inuocatur. Fuit alter præſul Cenomanenſis, qui putatur ille Simon leproſus hoſpes domini noſtri. Alius eremita cognomento Saba: de quo Theodorus in hiſtoria tripertita dicit: Dum contemplationi uacaret diuini inſtinctu ſpiritus præuidit ac prædixit exitum Iuliani principis.

Iuliana

Iuliana uirgo & martyr apud Nicomediam ſub Maximiano.

Iuſtus Tyberienſis

Iuſtus Tyberienſis ex prouincia Galilæa, conatus eſt & ipſe Iudaicarum rerum hiſtoriam texere, & quoſdam commentariolos in ſacros libros componere. Sed hunc Ioſephus coarguit mendacij. Conſtat autem illum eodem tempore ſcripſiſſe, ut autor Hieronymus.

Iuſtus Afer

Iuſtus, genere Afer, præſul Volaterranus, ſub Leone primo pontifice, una cum Octauiano ſocio Volaterras adplicuit: præſulq; eius urbis factus, Arriana tunc eam peſte laborantem curauit.

Iuſtus præſul

Iuſtus, præſul Lugdunenſis, qui ſe ab omni cura abdicato unà cum uiatore comite ſeceſſit in eremum: ad quem uiſendum, Antiochus eius in eccleſia ſucceſſor, profectus eſt: cadauerq; eius inuentum, ſummo honore Lugdunum traduxit.

Iuſtinus philoſophus

Iuſtinus philoſophus, è Neapoli urbe Palæſtinæ, fideliſſimus noſtræ philoſophiæ ſectator, & in Græca diſciplina eruditiſſimus, habitum philoſophi priſtinum retinuit, & ad M. Antoninum apologeticon pro noſtra religione ſcripſit: in quo de conuerſatione ſua ita diſſerit. Nam & ego, inquit, ſectis Platonicis inſtitutus, audiens Chriſtianos infamari, animaduertenſq; ad mortem appetendam, ac omnino toleranda ſupplicia impauidos, mecum conſiderabam eam animi uim in uitio aut luxuria nullo modo poſſe conſiſtere. Quis enim aliquando uoluptarius mortem libenter amplectitur, quo ſcilicet ipſa libidine confeſtim careat, pro qua infamiam ſuſtinuit? Scripſit & alia complura. Ex Euſebio libro quarto hiſtoriæ. Is demum Chriſti cauſa martyr fuit relatusq; inter ſanctos.

Iuſtinus hiſtoricus

Iuſtinus alter, qui Trogi epitomen fecit. Alius presbyter & martyr Romæ ſub Decio, qui Sixtum, Laurentiumq; ſepulturæ tradidit.

Iuſtinæ duæ

Iuſtinæ uirgines & martyres duæ: altera Patauina genere & nomine, Vitalini regis filia, à ſancto Prodocimo præſule Patauino Chriſtiana facta: deinde ſub Maximiano gladio transfixa: cuius Paduæ uenerabile templum & eius nomine congregatio. Altera Antiochena, gladio etiam petita unà cum Cypriano præſule Antiocheno: Romam deinde translata: poſtremo Placentiam, ubi nunc requieſcunt.

Iuuencus

Iuuencus, presbyter Hiſpanus, nobili genere ortus, quatuor euangelia hexametris, totidem libris: tum nonnulla alia compoſuit ſub Conſtantino Magno, ut autor Hieronymus.

Iuuenalis poëta

Iuuenalis Aquinas, humili natus genere, poëta Satyricus, quòd in ſuo poëmate Paridem Pantomimum Domitiani, nonnulloſq; alios notaſſet, urbe honoris ſpecie ſubmotus fuit. Et iam octogenarius ad præfecturam cohortis in extremam Aegypti partem tendentis, miſſus. Verùm breui poſt tempore ſequuta mors. Ad Neruæ uſque tempora peruenit, ut eius carmine indicatur. Iuuenalis, præſul Narnienſis, ex Africa uenit, quum eſſet presbyter & medicus, populumq; Narnienſem Chriſtianum fecit.

Labienus dux

LABIENVS Cæſaris in Gallia legatus, qui magnas ſub eo res geſſerat, demum bello ciuili transfugit ad Pompeium: cui Cæſar eius bona quæ habebat in poteſtate, remiſit. Lucanus. Dux fortis in armis Cæſareis Labienus erat, nunc transfuga uilis. Hic potiſſimum ſuaſit Pompeio, dubitanti inire Pharſalicam pugnam, ut in commentarijs.

T. Labienus hiſtoricus

T. Labienus hiſtoricus, cuius ſcripta abolita fuere. Tranquillus in Caligula. T. Labieni, & Cordi Cremutij, ac Caſſij Seueri ſcripta, ſenatuſconſulto abolita requiri, & eſſe in manibus lectitariq; permiſit, quod maxime ſua intereſſet, ut facta quæq; poſteris tradantur. De his etiam Seneca in X I. controuerſiarum. Iſta ingeniorum ſupplicia ut libri comburantur, poſt Ciceronem cœpere, quo tempore T. Labieni ſcripta ex ſenatuſconſulto combuſta ſunt: quam contumeliam ipſe Labienus non tulit, nec ſuperſtes ſuo ingenio eſſe uoluit, qui in monumenta maiorum ſuorum ferri ſe iuſſit, atque illis includi, ueritus ſcilicet ne ignis qui nomini ſuo & libro ſubiectus erat, corpori negaretur. Idem in libros Caſſij Seueri factitatum, qui erat amiciſſimus Labieni. Cuius libros quum cremari uideret, Nunc, inquit, me urere oportet, illos edidici.

Labeo Antiſtius

Antiſtius Labeo ſub Auguſto iuris quidem diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de iure publice reſponſitauit, cæterarumq; bonarum artium non expers fuit. In eius libris ſororis etymologia reperitur, quaſi ſeorſum nata, quod à domo in qua nata eſt ſeparetur. Libertate fuit nimia, uſque eo ut Auguſto iam principe ratum tunc penſumq; nihil haberet, niſi quod iuſſum ſantitumq; in Romanis antiquitatibus legiſſet. Hæc ex Gellio. Auguſtinus uerò I I. de ciuitate: Labeo quem ſacrarum & diuinarum rerum prædicant peritiſſimum, numina bona à numinibus malis cultus diuerſitate diſtinguit, maloſq; propitiari cædibus & ſupplicijs fatetur, bonos autem lætis obſequijs, qualia ſunt conuiuia, lectiſternia.

Laberius

Laberium equitem Romanum, Mimorum poëtam aſperæ libertatis Cæſar quingentis milibus inuitauit, ut prodiret in ſcenam, & ipſe Mimos ageret quos ſcriptitabat. Sed poteſtas non ſolum ſi inuitet, ſed ſi ſupplicet cogit: unde & ſe Laberius à Cæſare coactum, in prologo teſtatur uerſibus qui à Macrobio ponuntur: ultimus ex his: Nimirum hoc hodie uno plus uixi die, quàm mihi uiuendum fuit, Seneca libr. V I I. declamationum: Cæſar ludis ſuis Laberium produxit: demum quum equeſtri ordini reddidiſſet, iſq; ſeſſum iret, omnes ita ſe coarctarunt, ut uenientem non reciperent. Narratur & illa facetia, quum Ciceronem locum rogaſſet, & ille ſe excuſans diceret, Anguſte ſedeo reſpondiſſe fertur: atqui miror, cum duabus ſellis ſedere ſoleas.

Lacydes

Lacydes Cyrenæus nouæ academiæ princeps, Archeſilai auditor à puero, maxime ſtudioſus, ſeueritatis inſuper & paupertatis amator, tenuit ludum annis X X V I. exceſſit ex paralyſi Olymp. C X X X I I I I. Suidas.

Lamiarum familia

Lamiarum familia Romæ illuſtris, Neroni infenſa. Iuuenalis: Lamiarum cæde madenti.

Aelius Lamia

Apud Tranquillum in Domitiano de cæde Aelij Lamiæ legitur. Lamia item Ponti regina. Lamus Leſtrigonum rex. Sillius: Et regnata Lamo quondam Caieta. Lamiæ ſunt item nocturna phantaſmata inſtituta à Pico & Fauno & Numa ad terrorem. Lucilius: Terriculas Lamias. Lamiæ quoque monſtra in Libyco mari ſunt, quæ naufragos ad littus quoddam deſertum adpulſos deuorant, ut Plato in politicis.

Laſus

Laſus, Hermionæus genere, ciuitatis Achaiæ, Olymp. L V I I I. regnante Dareo Hiſtaſpis. Hunc quidam loco Periandri inter V I I. ſapientes adnumerant. Primus de muſica ſcripſit, primusq; Dithyrambos in certamen protulit, contentioſum dicendi genus. Suidas.

Latro Porcius

Latro Porcius, genere Hiſpanus, condiſcipulus Senecæ, Maximi auditor, nobilis declamator: cuius Seneca primo lib. declamationum his uerbis meminit: Latro quum ad ſcribendum ſe concitauerat, iungebantur noctibus dies, & ſine interuallo grauis ſibi inſtabat: non deſinebat, niſi defecerat. Rurſus quum ſe remiſſioni traderet, in omnes luxus & in omnes iocos reſoluebant, poſt cœnam lucubrabat. Memoria felix, nunquam illa quæ dicturus erat, ediſcendi gratia relegebat, edidicerat illa quum ſcripſerat. Hiſtoriarum omnium ſumma notitia. Iubebat aliquem nominari ducem, & ſtatim eius facta recenſebat. Solebat autem & hoc genere exercitationis uti,

ut aliq

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ut aliqua die nihil præter epithemata ſcriberet, alia uerò nihil præter epiphonemata, alia nihil præter ſententias tranſlatiuas, de ſeculo, de delicijs, de crudelitate, & his ſimilibus, & has ſupellectilem appellabat.

Lactantius

Lactantius Firmianus, Arnobij diſcipulus, Diocletiani temporibus, Nicomediæ rhetoricam docuit, ac penuria diſcipulorum, quòd in Græca eſſet ciuitate, ad ſcribendum animum adplicuit. Scripſit adoleſcentulus Sympoſium, & Africæ Odœporicon ex Africa uſque Nicomediam hexametris uerſibus: præterea quæ nunc extant, de inſtitutione diuina aduerſus gentes, de ira Dei, de opificio Dei, & alia complura non extantia. In extrema ſenectute præceptor fuit in Gallia Criſpi, Conſtantini filij, qui poſtea à patre fuit interfectus, ut autor Hierony. Hic ad maguam dicitur deueniſſe paupertatem. Taxatur ab eodem autore ut hæreticus in apologia contra Ruffinum his uerbis: Lactantius in libris ſuis, & maxime in epiſtolis ad Demetrium, ſpiritum ſanctum omnino negat ſubſtantiam: & errore ductus Iudaico, dicit eum ad patrem referri, uel ad filium, & ſanctificationem utriuſq; perſonæ ſub eius nomine demonſtrari. Quis mihi interdicere poteſt ne legam eius libros, quos aduerſus gentes diligentiſſime ſcripſit, quòd ſuperior ſententia deteſtanda ſit?

Ael. Lamprid.

Aelius Lampridius ſcripſit de geſtis imperatorum Romanorum ad Conſtantinum magnũ.

Leo Byzãtius

Leo Byzantius, auditor Platonis, ſophiſta nobilis, Philippo contra Byzantium uenienti occurrens, Dic age, inquit, Philippe, quæ te cauſa trahit oppugnatum noſtra mœnia? At ille, Amor, inquit, tuæ patriæ, qua uti potiar ueni. Leo excipiens, atqui reſpondit, non inſtrumento bellico, ſed muſico, amantibus eſt opus. Quo dicto ducem à bello Byzantio auertit: quum Demoſthenes multa ſuper hoc apud Athenienſes, Leo uerò pauca apud Philippum uerba feciſſet. Poſthæc quum Athenas legatus miſſus eſſet, agitatamq; uideret inter eos longa contentione ſeditionem, in concionem aſcendens riſum populo excitauit, obeſus admodum uentricoſusq; apparens. At ille nihilo magis perturbatus, Quid ridetis, inquit, Athenienſes, quod uobis uidear pinguis? Scitote mihi uxorem longe pinguiſſimam eſſe, talesq; ac tantos quum ſumus concordes, breuis admodum lectulus capit, diſcordes ne tota quidem domus. Quod ſanè uerbum tempeſtiue loco adcommodatum populum paci reſtituit. Hæc nos è Philoſtrato conuertimus. Suidas uerò de eodem ait, quòd Philippus quum Leonem in expugnatione Byzantij præter omnis contrarium haberet, epiſtolas ad Byzantios ſcripſit calumniæ plenas, uti ſi uoluiſſet tantum dare pecuniæ Leoni quantum petebat, iamdudum urbe fuiſſet potitus. Ciues hoc accepto, domum eius circumſtetere: ille ſibi timens, laqueo uitam finiuit: parum quidem philoſophiæ præceptis obtemperans. Scripſit res Byzantij ab eodem Philippo geſtas.

Leo Alabandeus

Leo Alabandeus ſcripſit hiſtoriam de Caribus libris quatuor, de Lycijs duo, artem rhetoricam, ſacrum bellum Phocenſium, & Bœotiorum. Suidas.

Leonidas, Spartanus

Leonidas primus ille Spartanus memoratur, qui quatuor Lacedæmoniorum milibus apud Anguſtias Thermopylarum, ingentem Xerxis exercitum uicit: quiq;, teſte Trogo, ait, Prandete milites, hodie apud inferos cœnaturi.

Leonidas Alexandri

Alter, Alexandri pædagogus, parum Quintiliano probatus: cuius poſtea uitia Alexander nunquam deſeruit.

Leonidas dux Byzan.

Tertius Byzantiorum dux, qui muros hoſtibus obſidentibus, quum Byzantij, qui uino dediti ſunt, ganeas cuſtodiæ præuertiſſent, œnopolia apud mœnia conſtituit, ut ibi firmiores haberet in officio milites. autor Aelianus de uaria hiſtoria.

Leonardus

Leonardus, genere Gallicus, à ſancto Remigio præſule Remenſi Chriſtianus factus, ac deinde diaconus Lemouicenſis, prope eandem ciuitatem nemus ſibi delegit: in quo uſque ad extremum ſumma in abſtinentia uixit: uinctos complures è cuſtodijs ac compedibus prodigioſe liberauit.

Leontiũ meretrix

Leontium, meretrix apud Gellium doctiſſima, quæ Theophraſti libris reſpondit.

Leontii martyres

Leontij plures martyres.

L. Cor. Lentulus proconſul

L. Cornelius Lentulus proconſul in Hiſpania, Annibalis tempore, quum in fine belli rediret, ac in ſenatu de rebus ab ſe multos iam annos feliciter geſtis diſſereret, triumphumq; peteret, res quidem triumpho dignas ſenatus cenſebat: ſed exemplum ſe à maioribus accepiſſe, ut qui neque dictator, neque conſul, neque prætor res geſſiſſet, minime triumpharet: conceſſum tamen quanquam Ti. Sempronio Longo intercedente, ut ouans urbem ingrederetur. Tulit ex præda XLIII. millia pondo, auri LXXX. militibus ex præda CXX. aſſes diuiſit. Liuius XLI.

P. Corn. Len.

P. Cor. Lentulus quum in Auentinum fugiſſet C. Gracchi acies, pro Republica multis acceptis uulneribus, hanc mercedem tulit, ne moreretur in urbe. Nam obtrectatorum morſibus compulſus à ſenatu legationem petere, habita oratione qua dijs ſupplicauit, ne iniuria hæc in ingratam patriam reuerteretur, in Siciliaq; perſeuerando compotem ſe uoti fecit. Valerius.

CN. Len. & P. Len. oratores

Lentuli Cn. & P. circa Sullana tempora inter claros oratores à Cicerone ſcribuntur his uerbis: Cn. Lentulus multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quàm quanta in eo facultas: qui quum eſſet peracutus quanquam ex facie uidebatur, nec abundans uerbis: & ſi fallebat, in eo ipſo ſic interuallis exclamationibus uoce ſuaui & canora admirando irridebat, calebat in agendo, ut ea quæ deerant non deſiderarentur. Et tanquam Curio copia nonnulla uerborum, nullo alio bono tenuit oratorium locum: ſic Gn. Lentulus cæterarum uirtutum dicendi mediocritatem actione occultauit, in qua excellens fuit. Non multo ſecus P. Lentulus: cuius & excogitandi & loquendi tarditatem tegebat formæ dignitas, corporis motus plenus & artis & uenuſtatis, uocis & ſuauitas & magnitudo. Sic in hoc nihil præter actionem fuit. Cætera etiam minora quàm in ſuperiore.

C. Len. Marcellinus

C. Lentulus Marcellinus nec unquam indiſertus, in conſulatu pereloquens uiſus eſt: non tardus ſententijs, non inops uerbis, uoce canora, facetus ſatis. autor idem. Hic quum futuram ciuilis belli calamitatem præſentiret, in conſulatu ait: acclamate Quirites dum licet, quia ſtatim iam nobis non licebit impunè: quam uocem Pompeius diſſimulauit. Valerius de libere dictis.

P. & L. Lent.

Lentuli alij duo P. & L. conſulares tempore Ciceronis, de quibus in Bruto ait: P. ille Lentulus iniuriarum noſtrarum ultor, autor ſalutis, quicquid habuit, quantumcunq; illud fuit, totum habuit à diſciplina. Inſtrumenta naturæ deerant, ſed tantus animi ſplendor & tanta magnitudo, ut ſibi omnia quæ clarorum uirorum eſſent, non dubitaret adſciſcere. L. tamen Lentulus ſatis erat fortis: ſed cogitandi non ferebat laborem. Vox canora, uerba non horrida ſanè, ut plena eſſet animi & terroris oratio.

Lent. Spinter

Lentulus Spinter à Spintere hiſtrione dictus, cuius ſimilitudinem maxime referebat, teſte Valerio. Præerat Auſculi tempore belli ciuilis cum præſidio, quod aduentante Cæſare repente deſtituit. Idem perijt, ut autor Lucanus, in ſiniſtro cornu, in pugna Pharſalica, poſtquam Pompeium adhortatus eſt, ut in Aegyptum aufugeret.

Len. Sura

P. Cor. Lentulus Sura prætor urbis comprehenſus in coniuratione Catilinæ ac ſtrangulatus in carcere iuſſu conſulis Ciceronis fuit, priuignus Clodij, quæ cauſa inimicitiæ poſtea inter eos fuit.

Len. pater

Hic patrem habuit P. Lentulum ſumma in Republica autoritate, principem ſenatus, ut Pedianus teſtatur. P. Lentulus, cui Cicero poſt mortem Piſonis filiam locauit, apud quem illa ex partu deceſſit.

Len. Cicer. Cotiſo

Cor. Lentulus ab Auguſto miſſus contra Dacos, Cotiſonem regem in citeriorem Danubij ripam in ſe irrumpentem repreſſit, quem regem tanti æſtimauit Auguſtus, ut eius filiam in matrimonium peteret, illiq; ſuam Iuliam offerret.

Lenæus

Lenæus Pompeij magni libertus, & penè omnium expeditionum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

num comes : eo defuncto ſchola ſe ſuſtentauit, docuitq́; in Carinis & Telluris æde : in qua regione Pompeiorum domus fuerat. Ac tanto amore erga patroni mentionem extitit, ut Salluſtium hiſtoricum, quòd cum oris improbi, animo inuerecundo ſcripſiſſet : acerbiſſima ſatyra lacerauerit, Laſtaurum, & lurconem, & nebulonem, & popinarium eum appellans : præterea uita ſcriptisq́; monſtroſum, ac priſcorum, Catonisq́; uerborum eruditiſſimum furem. Traditur autem puer adhuc Athenis ſurreptus refugiſſe in patriã, perceptisq́; liberalibus diſciplinis, pretium domino ſuo retuliſſe : uerum ob ingenium & doctrinam manumiſſus. Tranquillus.

T.Cl.Lēnius

T.Cl. Lemnius, Claudij Auguſti libertus à ſtudijs, Hæc inſcriptio in ſancti Hadriani templo legitur Romæ.

Leontiũ meretrix

Leontium meretricula contra Theophraſtum ſcripſit ſcite quidem ſermone Attico. De qua uide etiam in prologo Plinij. autor Cicero de natura deorum.

Lepidi

Lepidorum genus, uide inter Aemylios.

Lænates
Læti
Lanati

Lenates Læti, & Lanati, cognomenta ſunt Romana, de quibus alibi diximus.

C. Lelius

C. Lælius, & Africanus inter raras amicitias, uterq; à Cicerone & eloquens & orator deſcribitur in Bruto. Sed & fœminas quoque in eorum domibus facundia Latini ſermonis & elegantia præditas fuiſſe, idem & Quintil. autores ſunt. Hic in Hiſpaniam legatus Africano profectus, & in expugnatione Carthaginis nouæ, præpoſitus claſſi fuit : ut Liu. teſtatur. Idem miſſus à Scipione ad Syphacem legatus pro amicitia, tribunos peritiſſimos rei militaris ſpecie ſeruorum ſecum duxit, explorandæ regionis gratia ut ait Frontinus. In qua legatione Syphacem pop. Romano amicum reddidit. Quem aliquanto poſt tempore ad Carthaginienſes inclinantem ſpreto fœdere, inita cum eo pugna, in poteſtatem redegit. Miſſus poſtremo à Scipione Romam cũ Magone, cæterisq́; captiuis ex Hiſpania.

Leander & Ero

Leander Abydenus, & Ero Seſtia : quorum amores Muſæus hexametris proſequitur, quæ adhuc extant. unde Ouidij epiſtola materiam mutuata eſt.

Leander præſul

Leander item præſul Hiſpalenſis, ad quem ſunt Gregorij moralia ſcripta.

Libanius

Libanius ſophiſta ex Antiochia curuæ Syriæ ciuitate, tempore Iuliani principis claruit : profecit Athenis ſub Diophanto philoſopho : ita tamen ut raro in ludum ueniret, raroq́; cum alijs congrederetur, ac ſe tantum ſolus exerceret in declamando. Inde Conſtantinopolim profectus ludum aperuit, unde poſt aliquantulum tempus quorundam adoleſcentium gratia infamiam ſubiens, pulſus fuit, ac Nicomediam uenit. Indeq́; ob eandem cauſam rurſus eiectus, in patriam ſeſe recepit, ubi profitebatur, multosq́; reddidit in arte rhetorica uiros excellentes, inter quos Chryſoſtomus & Baſilius fuere. Quamobrem in Iuliani principis dignationem ueniens, ab eo pluribus honoribus ornatus : præfecturamq́; prætorij titulo tenus oblatam reſpuit, dictitans plus eſſe ſophiſtam agere quàm præfectum : in hoc gloriam cito perituram, in illo perpetuam eſſe. Iulianus quanquam magnis rebus occupatus, & magna ipſe quoque dicendi ambitione teneretur, illius magnopere ſuſpiciebat ingenium : quod eo etiam ſtudioſius faciebat, ut eum Proæreſio ſophiſtæ, qui tunc apud eum agebat, & primum dicendi locum occupauerat, præponeret. Ad quæ certamina & Acacius & Thuſcianus Phryx quotidie uocabantur. Deceſſit domi iam ſenex. Scripſit declamationes haud uſquequaque pares illius ingenio, quippe qui in eo dicendi genere præceptorem, uti ſuprà narraui, neglexit : reliqua ſanè opera probatiſſima. Librum de progymnaſmatis edidit : inter quæ quas uocant ἐκφράσεις uenuſte perſequutus eſt. Orationes præterea & epiſtolas : in quo genere princeps inter Græcos facile apparet. Quæ omnia ad noſtram uſque ætate peruenere. Ex Suida & Eunapio, qui uitam etiam ſophiſtarum ſcripſit.

Liberatus

Liberatus Afer unà cum uxore & duobus filijs, ac Creſcentio preſbytero martyrium paſſus in Africa inſectatione Vandalica. autor Africanus.

Liciniorum familia

Liciniorum familia uetuſta ac lata, diuerſa ſibi cognomina adſumpſit, Craſſorum, & Lucullorum, qui ſuis dicuntur locis.

L. Licinius Belutus

L. Licinius, L. filius Belutus, unus è quinque tribunis poſt reges exactos creatus : ut teſtatur Pedianus.

C. Licinius Caluus

C. Licinius Caluus, & L. Sextius tribuni plebis legem promulgarunt, ut conſules etiam ex plebe fierent. Eam legem cum magna contentione repugnantibus patribus, quum ijdem tribuni per quinquennium ſoli magiſtratus fuiſſent, pertulerunt. Et primus omnium ex plebe conſul L. Sextius creatus eſt. Lata eſt alia lex, ne cuiquam plus quingentis iugeribus liceret poſſidere. Liuius libro ſexto.

C. Licinius Stolo

C. Licinius Stolo, gener Fabij Ambuſti, cum conſul lege ſanxiſſet, ne quis amplius quàm quingenta agri iugera poſſideret, ipſe mille comparauit. Quare accuſatus à M. Popilio Lenate damnatusq́; ſua lege eſt. Liuius libro VII. Valerius item. Hic Stolonis cognomen adeptus, ut refert Columella, quòd agriculturæ diligentiſſimus fuerit, plantasq́; & arbores ablaqueare & reſectis fruticibus, quos ſtolones uocant, curare ſolebat.

Licinius Porcius

Licinius Porcius prætor, eo tempore quo Annibal cum Salinatore & Nerone pugnabat, ante aduentum conſulum multa induſtria, nunc anguſtias locorum occupando, nunc hoſtile agmen turbando, Aſdrubalis in Italiam tunc primum uenientis iter obſtruxerat, ut Liuius XXVII. Hic ſerius poëticam Romæ cœpiſſe dicit, ut autor Gellius.

Licinius Trib.

Licinius tribunus militum ſub Claudio Marcello.

C. Licinius ſacerdos

C. Licinius ſacerdos deiectus à Scipione Aemiliano cenſore.

Licinius Macer

Licinius Macer prætorius repetundarum reus, quum nuncium accepiſſet ſe reum, & M. T. Ciceronem cauſam contra eum agentem, putans periiſſe ſua bona, poſſeq́; haſtæ ſubijci, quod fortè manu habebat faucibus ſuis uinculo coarctatis, pœnam mõriendo præuenit. Autor Valer. de mortibus non uulgaribus.

Licinus Tonſor

Licinus, Auguſti tonſor prædiues, ſepultus uia Salaria ad ſecundum lapidem nobili monumento : de quo illud diſtichon, Marmoreo tumulo Licinus iacet, at Cato paruo, Pompeius nullo, credimus eſſe deos? Horatius in poëtica, Tonſori Licino.

Qu. Ligarius

Q. Ligarius de quo Pompeius libro primo digeſtorum, Q. Tubero à cauſis agendis ad ius ciuile tranſijt, maxime poſtquàm Q. Ligarium accuſauit, nec obtinuit apud Cæſarem. Is eſt Ligarius, qui quum Africæ oram teneret, infirmum Tuberonem adplicare non permiſit, nec aquam haurire : quo nomine eum accuſauit, & Cicero defendit. Plutarch. quoque in hanc ſententiam : Fertur Cæſar in hac oratione Ligarium prorſus condemnare decreuiſſe, ſed proceſſu orationis, quum in his uerbis, Quid enim Tubero ille tuus diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cuius latus petebat? quis erat ſenſus? & reliqua : ita mente alienatus, ut libelli quos tenebat è manibus deciderent, reumq́; contra propoſitum abſolſolueret.

Liuia gens
Liuius Salinator

Liuia, gens plebeia, conſulatibus tamen multis, alijsq; magiſtratibus floruit. Cuius princeps Liuius Salinator familiam illuſtrauit. autor Tranquil. Hic primo coſſ. de Illyrijs triumphauit. Deinde ex inuidia peculatus reus ab omnibus tribubus excepta Metia, condemnatus in exilium abijt uoluntarium : unde longo tempore ſordidatus, promiſſaq́; barba moratus fuerat. Vrgente Italiam Annibale reuocatus, factusq́; Coſſ. cum Claudio Nerone inimico ſtatim cauſa Reipublicæ ſibi conciliato, de Aſdrubale triumphauit. Cenſor cum eodem collega omnes tribus excepta Metia ærarias reliquit, ſtipendio priuauit : hoc tantum crimine, quod & prius eum iniuſtè condemnaſſent, & poſtea tantos honores non recte tribuiſſent. Quodq́; in eadem cenſura, ſalis uectigal primus omnium commentus eſſet, Salinatoris cognomen accepit. Cæcilius & Liuius uigeſimonono.

Liuius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Liuius Druſus

Liuius Druſus, hoſtium duce Druſo cominus trucidato ſibi ſuiſq; cognomen indidit. Proprætor è prouincia Gallia aurum Senonibus olim in obſidione Capitolij datum, nec ut fama eſt repetitum à Camillo, retulit. autor Tranquillus. Huius abnepos

Liuius Druſus Trib.

Liuius Druſus collega C. Gracchi in tribunatu, ob eximiam aduerſus Gracchos operam reſiſtendo agrariæ legi, patronus ſenatus dictus eſt. autores Tranquillus in Tyberio, & Plutarchus in Graccho. Huius filius,

M. Liuius Druſus

M. Liuius Druſus, eodem teſte tranquillo, qui ſimili diſſenſione diuerſa à patre ſenſit: multaq́; uarie moliens ab aduerſa factione interficitur. Cæcilius uerò de eodem ſic refert: Liuius genere & eloquentia magnus, ſed ambitioſus & ſuperbus, ædilis munus magnificentiſsime edidit, & Rhemnio collegæ quædam de utilitate Reipublicæ ſuggerenti: Quid tibi, inquit, cum Republica noſtra? Quæſtor in Aſia nullis inſignibus uti uoluit, ne quid ipſo eſſet inſignius. Tribunus plebis, Latinis ciuitatem, plebi agros, equitibus curiam, ſenatui iudicia promiſit. Nimiæ liberalitatis fuit. Ipſe etiam profeſſus, nihil cuiquam ad largiendum præter cœlum & cœnum reliquiſſe. Itaque cum pecunia egeret, multa contra dignitatem fecit. Magulſam Mauritaniæ principem ob regis ſimultatem profugum, accepta pecunia à Boccho prodidit. Quem ille elephanto obiecit. Adherbalem filium regis Numidarum, obſidem domi ſuæ ſumpſit, redemptionem eius à patre ſperans occultam. Cepioni inimico actionibus ſuis reſiſtenti collum in comitio obtorſit, ut multus efflueret ſanguis è naribus. Deinde ex gratia in inuidiam uenit. Nam plebs acceptis agris gaudebat, expulſi dolebant. Equites in ſenatum lecti lætabantur. Senatus permiſsis iudicijs exultabat: ſed ſocietatem cum equitibus ægrè ferebat, unde Liuius anxius ut Latinorum poſtulata differret, qui promiſſam ciuitatem flagitabant, repente in publico concidit, ſiue morbo comitiali, ſiue hauſto caprino ſanguine ſemianimis domum relatus. Vota pro illo publice ſuſcepta ſunt per Italiam, & quum Latini conſulem in Albano monte interfecturi eſſent, Philippum admonuit, ut caueret. In ſenatu accuſatus, quum domum ſe reciperet, immiſſo inter turbam percuſſore corruit. Inuidia cædis apud Philippum & Cepionem fuit. Cæcilius.

Liuius Andronicus

Liuius Andronicus, Liuij Salinatoris libertus, cuius filios erudijt, ab eodemq; ob ingenium libertate donatus. ut autor Euſebius. Primus Romæ fabulam dedit, C. Claudio cæci filio, & M. Tuditano conſulibus: anno ipſo antequàm natus eſſet Ennius: poſt urbem uerò conditam D X I I I I. Cicero in Bruto.

Liuius hiſtoricus

Liuius hiſtoricus Patauinus natus eſt anno ab urbe condita D C X C I I I I. quo & M. Meſſala orator. Exceſsit Paduæ anno I I I. imperij Tyberij, ætatis autem L X X. Hunc Caius princeps tanquàm uerboſum inſectabatur, Pollio uerò tanquàm Patauinitatem redolentem. Quintiliano magnoperè laudatur. Eumq; Herodoto comparat, in concionibus præſertim, ſuadetq; pueris ediſcendum, ut Ciceronis imitatorem. Nam & ipſe Liuius ad filium ſcribit, ut Ciceronem imitetur, aut ei quàm maxime ſimilem. Solet naſci quæſtio inter eruditos: An Cicero ſi hiſtoriam fuiſſet aggreſſus eum ſuperaſſet: multosq́; habet uterque adſertores.

Lycurgus

Lycurgum Eratoſthenes & Apollodorus non paucis annis antiquiorem prima Olymp. oſtendunt. Timæus duos apud Spartiatas Lycurgos dicit fuiſſe: diuerſo tamen tempore. Eorum utriuſque res geſtas ob gloriam in alterum referri, & uetuſtiorem non procul ab Homeri temporibus fuiſſe. Igitur peregre telluris multum obiuit. In Cretam primum uenit: indeq́; poëtam quendam Thaletem Spartam miſit ad conciliandos animos diſciplinæ: poſtea in Aſiam profectus: demum ad Aegyptios: unde ritus plurimos militiæ domiq; aptos tranſtulit ad Spartiatas. Et ut Ariſtocrates etiam tradit, peragrata Africa atq; Hiſpania ad Indos penetrauit. Inter præclara eius inſtituta illud memoratur, Lacedæmonijs feciſſe ut agri æque diuiderentur, uitandæ inuidiæ gratia, ſeruandæq; in ciuitate æqualitatis. Suſtulit præterea conuiuiorum apparatum & menſas lautiores: unde otium omne cupiditasq́; diuitiarum naſcitur. Quare diuitibus infenſus uſque adeo, ut hæc in concione ſuadens inuaderetur, fugiensq́; in templum, ex eo ab uno ex his adoleſcente audaciore Alcandro nomine, oculo effoſſo uulneraretur. Quem caſum Lycurgus dicitur more philoſophi tuliſſe. Sed & adoleſcenti à ciuibus ei oblato pepercisſe. Ea de cauſa templum Mineruæ Ophthalmidis apud Solpium Laconiæ locum dicauit. ut autor eſt Pauſanias. Lacedæmoniorum pueros quum primum duodecimum annum attigiſſent, iuſsit diſcalciatos ambulare, cubitareq́; lectis ſtoraceis paluſtriq́; arundine. Ita demum efferatiores fieri ac Reipublicæ utiliores. Exceſsit in Creta ubi ab initio ſponte ac perpetuo receſſerat, ſumpto iureiurando à populo, nequid de ſuis legibus commutaret, donec rediſſet. Quapropter poſt mortem iuſsit cineres diſijci, ne ſolutus quandoque ſacramento populus leges ſolueret, ſi mortuum in ciuitatem retuliſſent. Reliquit filium, qui & ipſe ſine liberis decedens, finem attulit generi. ex Plutarcho & Trogo.

Lycurgus rex Nemeæ

Licurgus alter rex Nemeæ regionis Hypſipylen regis Thoantis filiam nato ſuo nutricem adhibuit. autor Papinius in Thebaide.

Lycurgus rex Thraciæ

Lycurgus rex Thraciæ Bacchum Deum eſſe negabat. Quapropter eum contemnens dum conatur uites amputare, ſibi crura incidit.

Lycaon

Lycaon Arcadiæ rex, quod hoſpites trucidaret, & Ioui mortalis peregrini ſpecie, membra humana epulanda dederit, ab eodem in lupum mutuatus eſt, & à ſuis canibus in uenatione diſcerptus.

Lycon

Lycon ex Troade Stratonis diſcipulus è Theophraſti ſchola: huius in dicendo ſuauitatem nomen maxime demonſtrat, quòd addita litera G. Glycon ſit cognominatus: habitu fuit mollis & delicatus. Quatuor huius nominis memorantur, Primus Pythagoricus. Secundus hic. Tertius uerſificator. Quartus epigrammaton poëta. Ex Diogene.

Lycophron

Lycophron poëta patria Chalcidenſis, Soclis ſeu Lyci hiſtorici filius, inter ſeptem poëtas, qui Pleiades dicebantur à numero ſtellarum,

Pleiades poëtæ

Philadelpho Ptolemæo receptus. Erant autem hi, Theocritus, Aratus, Nicandrus, Eantides ſiue Apollonius, Philetus, Homerus iunior, Lycophron. autor Suidas. Scripſit poëma quod uocant Alexandram, opus in primis obſcurum, utpote Caſſandræ uaticinantis: quam & Alexandram

Caſſandra Alexandra

uocabant. Priamus pater hanc uaticinijs penè furentem incluſerat turri, dimiſſo ſolo nuncio, qui audita tantum ab ea referret, Nuncius igitur audita refert. Hic opus totum uerſatur, hiſtorias continet plures: ab Hercule enim & rebus Troianis exorditur, uſque ad Alexandrum Macedonem uenit. Deinde procedens uſque ad finem poëmatis, Phœnicum res, unde bellum inter Græcos & Barbaros ortum prædicit. Eum enarrauit in primis Io. Zezes.

Linus

Linus teſte Diogene Thebis natus Mercurio Muſaq́; Vrania, ſcripſit ſolis & lunæ curſus, animaliumq́; ac fructuum generationes. Namque in primo ſtatim uerſu operis, initia rerum altius repetens, cuncta ſimul nata memorauit. Quem ſequutus Anaxagoras, principio facta ſimul omnia dixit, eaq́; mente accedente compoſita. Interemptum dicunt ab Apolline ſagitta: cuius huiuſcemodi narratur epigramma: Candida purpureis redimitum tempora ſertis Thebanum Vraniæ continet urna Linum. Virgilius tamen in Bucolicis eum Apollinis filium dicit.

Lyſander

LYSANDER dux Lacedæmoniorum inuictiſsimus, cuius ductu Athenienſes cum duce Conone illam nauali pugna cladem acceperunt. Ex quo Athenæ ſemidirutæ, impoſitumq́; iugum triginta tyrannorum poſtea fuit. Per Thraſybulum exulem Athenienſem

poſtea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

poſtea eiecti, ac decem alij ſurrogati: moxq́; illi quoque à Lyſandro expulſi ſunt & Athenæ tyrannorum iugo liberatæ. Emicuit eo tempore quo & Pauſanias & Ageſilaus Lacedæmonij, eodemq́; in bello militauere. Cecidit in acie ſuperatus ab Athenienſium duce Conone in bello Thebanorum terreſtri pugna, ubi alter dux Lacedæmoniorum Pauſanias in exilium ſuſpectus proficiſcitur. Lyſander in rebus geſtis, ac factione & animi magnitudine, ex noſtris Sullæ comparatur, in Plutarchi Parallelis.

Lyſias

LYSIAS Syracuſanus genere, Cephali filius, Cteſiæ diſcipulus, unus è decem oratoribus, natus eſt Athenis, quò pater ſe tranſtulerat, æqualis Demoſtheni. Puer iam in Thurios coloniam migrauit. Redijt annos natus quadraginta ſeptem. Interq́; principes habitus ea tempeſtate oratores. eius uerò orationes feruntur ſuprà nonaginta: ſtyli puritate & elegantia cunctis præter Iſocratem præſtat: ſcripſit quoque conciones & epitaphia & epiſtolas, de arte item rhetorica. Cicero autem in Bruto de ipſius ſtylo ſic ait: Lyſias gracile dicendi genus ſectatus eſt: quanquam in eo ſunt ſæpe lacerti, ſic ut fieri nihil poßit ualentius, ueruntamen eſt genere toto ſtrigoſior. Habet tamen ſuos laudatores, qui hac ipſa ſubtilitate delectentur. in libro autem de Fi. eum oratione locupletem, rebus uerò inanem uocat. Quintilianus autem ſic: Lyſias ſubtilis atque elegans, & quo nihil (ſi oratori ſatis ſit) dicere queas perfectius: nihil eſt inane, nihil accerſitum, puro tamen fonti quàm flumini propior.

Lyſippus ſculptor

Lyſippus Sicyonius nobilis ſculptor in honore apud Alexandrum, à quo tantum fingi uolebat.

Lyſippus poeta

Lyſippus etiam poëta comicus. Dramata eius Bacchidæ, Thyrſocomus, ut autor Athenæus.

Lyſiſtratus

Lyſiſtratus Sicyonius Lyſippi frater primus ſimilitudines è gypſo reddere inſtituit, ac effigiem exprimere: ante eum pulcherrimas tantum facere ſtudebant. Creuitq́; res tantum ut nulla ſigna ſtatuæ'ue ſine argilla fierent, Quo apparet antiquiorem hanc fuiſſe ſcientiam quàm fundendi æris. Plinius.

Lyſimachus

Lyſimachus Agathoclis filius è ſucceſſoribus Alexandri Magni Pergamo præfuit: ubi theſauri regis fuerunt. Hic illuſtri quidem Macedoniæ loco natus, uirtute illuſtrior fuit: amore literarum ac philoſophiæ ardebat adeo ut Calliſthenem tunc ab Alexandro in ærumnis collocatum, ac cum cane in cauea clauſum de uirtute diſſerentem ſæpius audiuerit, poculumq́; ei ac uenenum remedium miſeriæ optanti, propinauerit. Quod ægrè ferens Alexander Lyſimachum leoni obieciſſe dicitur: ſed ille uiribus fretus rem poſteris prodendam egit, manum amiculo conuolutam in os leonis inferens, adreptaq́; lingua feram exanimauit, quo pacto uehementius poſtea Alexandro dilectus & apud eum in honore maximo fuit. Præterea Lyſimachiam urbem condidit quæ poſt annos XXII. terræmotu euerſa ipſi ſtirpiq́; eius exitium portendit. Nam breui poſt tempore Agathoclem filium fortiſſimum, per quem bella multa feliciter geſſerat, nouerca Arſinoe Ptolemæi ſorore inſtigante ueneno ſuſtulit. Ob quam immanitatem populi ab eo defecere, unde & ortum inter eos bellum in quo Lyſimachus cecidit annos natus LXX. poſtremus omnium ſuorum cum uarijs caſibus antea liberos quinque amiſiſſet. Macedoniæ regnum ad Seleucidas translatum. Ex Trogo libro XV.

Lyſimachus Alex pædag.

Lyſimachus Acarnan Alexandri pædagogus ſecundas poſt Leonidam obtinuit, nullo urbanitatis genere præditus, niſi quòd ſe Phœnicem, Alexandrum Achillem, Philippum Peleum appellabat: autor Plutarchus.

Lyſimachus Ariſtidis

Lyſimachus Ariſtidis Iuſti filius, cuius meminit Demoſthenes in oratione περὶ τ̃ ἀδελφῶν. Huic ob merita patris erga Rempublicam qui propter abſtinentiam, & iuſtitiam pauper admodum deceſſerat, data ſunt publice centum talenta, ut autor Plutarchus in Ariſtide.

Lollioru͂ gens

Lolliorum etiam Romæ genus, & nomen admodum celebre. Inter quos

M.Lollius

M. Lollius magna apud Auguſtum autoritate fuit, ad quem Horatius ſcribit: Troiani belli ſcriptorem maxime Lolli. Eius etiam memoria Ferentini adhuc in turri quadam legitur marmori inſcripta. M. Lollius C. filius Coß. A. Hirtius. A. F. Funda faciunda coætauerunt. Eidemq́; probauere.

Lollia paulina

Lollia Paulina, C. principis uxor ſeſtertio quadringenties extimatam tunicam ex margaritis habuiſſe fertur: uti Solinus & Plinius autores. Hanc Tacitus filiam fuiſſe dicit M. Lollij conſularis ſuprà memorati.

Lollianus

Lollianus Epheſius & ſcholæ & populo præfuit Athenienſi. Prætor enim fuit, qui magiſtratus antiquitus in bellis delectus habebat. Nunc autem rei frumentariæ præeſt. Epicheremata magnopere laborauit inuenire, & inuenta diſtincte loqui idoneus. Dicebat extemporaliter Iſæi imitatione quem audiuit. Imago eius Athenis erat in foro. autor Philoſtratus.

Longinus philoſophus

Longinus philoſophus Syrus Palmira ciuitate, præceptor Zenobiæ Palmiræ reginæ: interfectus deinde ab Aureliano in eius urbis direptione, apud omnis de ſe relicto deſiderio: uti Vopiſcus teſtatur.

Lõginus martyr

Longinus miles ſimul cum Megiſto & Aceſto ad Chriſti fidem inductus à Paulo apoſtolo ad ſupplicium proficiſcente. Ante hunc dicitur & ex militibus unus extitiſſe, qui Ieſum crucifixum haſta percuſſit, & ob ſigna & prodigia ſubſequuta Chriſtianus factus, poſtremo martyr. Habeo autorem qui dicat hoc nomen ab illius officio Græce uocatum fuiſſe ob hæc uerba: ἀλλ' εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε, quòd pro lonche, id eſt, haſta Longinum putant dictum. Hic eſt quem Mantuæ ſepultum eſſe dicunt: quò ſanguinem ille dominicum ex humo delectum tulerat. Lucretiorum genus patritium.

Sp. Lu. Tricipitinus

Sp. Lucretius Tricipitinus Lucretiæ pater, in locum demortui Bruti in conſulatu collega Valerio Publicolæ ſuffectus, cum maior iam natu eſſet, nec uires ſuppeterent ad obeunda munera conſularia, intra paucos dies moritur. In cuius locum Horatius Puluillus ſuffectus eſt. Liuius ſecundo.

T.Lucretius L Lucretius

T. Lucretius conſul, cum eodem Valerio iterum conſule fuit: ut idem. L. Lucretius Tricipitinus cum T. Veturio Gemino conſul contra Volſcos profectus, nobilem retulit triumphum, eorum nomine propè deletò, decem milibus, & CCCCLXX. cæſis, expoſitaq́; deinde omni præda in campo Martio, ut ſuum quiſque per triduum cognitum abduceret, reliqua uendita cui domini non fuere. Triumphauit de Volſcis Equiſq́;. Triumphantem ſecutæ ſunt legiones. Alteri conſuli datum, ut ouans ſine militibus urbem ingrederetur. Liu. libro III. Lucretius ædilis cadauer T. Gracchi in Tyberim proijci iußit.

Q Lucretius Viſpillo

Q. Lucretius Viſpillo in priuatis cauſis acutus & iuriſperitus & concionibus aptior quàm iudicijs, ut Cicero. Lucretius Aſella Sullanarum partium, qui Marium Præneſte obſederat, quòd præter eius uoluntatem conſulatum ſit petere auſus, ad turbandum Reipublicæ ſtatum, à L. Ballieno centurione iuſſu Sullæ in medio foro occiſus eſt. Quod cum populus indigne ferret, Sulla aduocata concione ſe iußiſſe dixit: Liuius in epitome Macedo. Pedianus.

Lucretius poëta

Lucretius poëta ob philtra dicitur periiſſe, hauſto amatorio poculo ob amorem fœminæ in furorem uerſus: eius poëma ſectam imitatur Epicuream.

Lucretia

Lucretia inter Tarquinios dicitur.

Lucullorum familia

Lucullorum familia in Licinios adſcita. Eius nullum qui claritatem habuerit priorem lego quàm

L.Lic.Lucul.

L. Licinium Lucullum qui temporibus Scipionis Aemyliani pauloante initium belli Punici fuit Coß. cum A. Poſthumio Albino. Ii cum delectum ſeuere agerent, nec quenquam gratia dimitterent, à trib. pleb. qui pro amicis ſuis uacationem impetrare non potuerunt, in carcerem coniecti ſunt. Lucullus deinde in Hiſpaniam miſſus. Cui poſtea Claudius Marcellus ſucceßit, cum omnes Celtiberiæ populos placaſſe uideretur. Vacceos, Cantabros, aliaſq́; in

eadem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Luc. & Marcus Luculli

eadem Hiſpania nationes ſubegit, ut Liuius lib. XLIX. Huius igitur filij ſiue nepotes, Lucius & Marcus Luculli fuere: quorum L. diſertus ac diues munus quæſtorium ampliſſimum dedit. Per Murenam in Aſia claſſem Mithridatis, & Ptolemæum Aegypti regem conſuli Sullæ conciliauit. Prætor Africam iuſtiſſime rexit: aduerſus Mithridatem miſſus collegam Cottam Chalcedone obſeſſum liberauit, Cyzicon obſidione ſoluit, Mithridatis copias ferro & fame adflixit, eumq́; regno primùm ſuo, id eſt, Ponto expulit. Deinde rurſus cum Tigrane Armeniæ ſubueniente, magna felicitate ſuperauit. Poſt hæc otio ſe tradidit: ubi magnificentia uillarum, conuiuiorum ſumptu, ueſtium numero ac pulchritudine, præterea ſignorum ac tabularum ornamentis, omnes quacunque tempeſtate ſuperauit. Paulatim deinde alienata mente deſipere cœpit, tutela eius M. Lucullo fratri permiſſa. hæc Cæcilius. De eodem Plutarch. etiam ait, quòd facundia clarus fuit. Præceptorem habuit Antiochum Aſcalonitam ueteris Academiæ. Scripſit Græco ſermone bellum Marſicum: quo ipſe unà cum Sulla interfuit. Militiæ uerò ipſius par gloria. Siquidem conſul cum M. Cotta ad bellum Mithridaticum eſt profectus, ubi primum magno fœnore Aſiam liberauit. In eoq́; bello maximis rebus geſtis Tigrane cæteriſq́; expugnatis Pompeium nõ belli ſed penè triumphi ſucceſſorem habuit. Triumphauit tamen quamuis aduerſante Memmio, Otio deinde ſe tradidit. Apudq́; Baias lacum maiore impenſa excauauit quàm uillam extruxerat.

Lucilius Balbus

Lucilius Balbus in dialogo Ciceronis de natura deorum, Stoicorum partes tuetur: in quibus tantos progreſſus fecit, ut in eodem libro ponitur, quòd excellentibus comparetur Græcis. Lucilius miles Bruti domeſticus atque fidus: qui cum apud Philippos inclinatam iam aciem uideret, ſeſe pro Bruto obtulit, ut ſpatium ei fugiendi daret. Ductusq́; ad M. Antonium pro Bruto, ut apparuit fraus: collaudatum eum Antonius ob fidem apud ſe tenuit, quem non minus poſtea ſibi fidelem ſenſit atque Bruto fuerat. Plutarch. in Bruto.

Lucilius poëta

C. Lucilius poëta, ut Gell. in XXVII. lib. teſtatur tempore II. belli Punici emicuit. De quo Quint. hæc ſcribit. Primam inſignem Lucilius laudem in Satyra eſt adeptus, qui quoſdam ita deditos habet amatores, ut eum non eiuſdem modo operis autoribus, ſed omnibus poëtis præferre non dubitent: ego quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſentio, qui Lucilium fluere lutulenter, & eſſe aliquid quod tollere poſſis putat. Nam eruditio in eo mira & libertas, atque inde acerbitas, & abunde ſalis. Horatius terſior & magis purus.

Lucillus

Lucillus Senecæ familiaris è Pompeijs oppido Campaniæ fuit adeo philoſophiæ deditus, ut quæſtor cum eſſet Siciliæ, magnam temporis partem ab officijs publicis uacans ſtudijs incumberet.

Lucilla Augusta

Lucilla M. Antonini & Fauſtinæ filia. L. Antonini Veri uxor, marito ſuperſtes, iterum nupta Pompeiano maximo uiro, remanentibus ei principatus inſignibus: uidelicet in ſella imperatoria ſedebat. Ignem de more præferebat permittẽte Commodo fratre. Verùm cum poſtea hæc ſibi ablata doleret, in eum coniurauit, unà cum Quadrato nobili adoleſcente, cum quo ſtupri conſuetudinem habere putabatur. Deprehenſa igitur & unà cum coniuratis ab eo interfecta: autor Herodianus in Commodo. Eius in antiquis nummis imagines reperiuntur hac inſcriptione: Lucilla Auguſta M. Antonini & Fauſtinæ filia.

Lucillæ martyres

Altera Lucilla longe felicior uirgo & martyr ſub Valeriano & Gallo Impp. Filia hæc Nemeſij tribuni, oculis capta, à diuo Stephano Pont. luminibus reſtituta. Deinde Chriſtiana cum tota familia facta. Aliam ſuprà in Flora narraui.

Luciæ duæ

Luciæ item duæ martyres: altera uirgo Syracuſana, altera Romana uidua iam annis XXXIX. unà cum Geminiano, quem à lymphatione liberatum ad fidem deduxerat, gladio cæſa eſt ſub Diocletiano.

Lucina

Lucina uirgo item Romana diues admodum, circa ea ferè tempora Chriſtianos ſumptibus iuuabat, martyresq́; in agro ſuo ſepeliebat. Eius Romæ ſepulcrum in templo Sebaſtiani adoramus. Moriens, eccleſiam hæredem reliquit ſub Marcello pontifice.

Lucianus ſophiſta

Lucianus ſophiſta Samoſatenus ob mores Atheos cognominatus, ſub Traiano principe. Cum apud Antiocheam Syriæ cauſidicus eſſet, atque in ea arte planè decoxiſſet, ſe ad ſcribendum dialogos conuertit, lacerandamq́; Chriſti religionem, ubi ſanè ridiculus apparet. Obijſſe dicitur à canibus, uti par fuit, laceratus. autor Suidas. Hic quum antea Chriſtianus eſſet, poſtea deſertor religionem inceſſit, nihil ex ea conſecutum dictitans, niſi ut nomen eius corrumperetur, ex Lucio Lucianus factus. Initio nanque dialogorum de ſe plura loquitur. Quod uili genere ortus à patre ad auunculum ſtatuarium diſcendi gratia miſſus, ut primum cælo indoctis manibus nobile marmor fregiſſet, ac ob eam cauſam acriter uapulaſſet: nocte inſequenti duas ei imagines in ſomnis uiderit apparentes. Alteram ſtatuariam ſe affirmantem eſſe, pluraq́; ex arte pollicentem emolumenta. Alteram eloquentiam, maiora promittentem, quam relicta prima ſecutus ſit. Dialogi eius ſanè uerbis elegantiſſimis, ſed rebus magnopere excuſſi, ubi quaſi Pyrrhonica profitetur, nihil adfirmans, omnia ridens. Quod ſanè ipſe ſuo hoc tetraſticho manifeſtat. Λουκιανὸς τάδ' ἔγραψε, παλαιά τε, μωρά τε εἰδώς, Μωρὰ γὰρ ἀνθρώποις καὶ τὰ δοκοῦντα σοφά. Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακριδὸν ἐστὶ νόημα, ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.

Luciani martyres duo

Lucianus preſbyter & martyr apoſtolorum diſcipulus in Galliam unà cum Dionyſio miſſus & ab eodem Beluacen. præſul factus. Lucianus alter uir diſertiſſimus preſbyter Antiochenus adeo inter noſtros ſcribendo ſacroſq́; libros emendando profecit: ut hoc genere exemplaria laudata Luciana appellarentur. Feruntur eius de fide libelli & breues admodum epiſtolæ. Deceſſit martyr Nicomediæ ſub Maximiano, ſepultusq́; Helenopoli Bithyniæ. autor Hieronymus. Addit Suidas, hunc Hebraica lingua doctiſſimum fuiſſe, ſacroſq́; libros multis coactis exemplaribus multis in locis emendaſſe.

Lucius poëta

Lucius poëta Hiſpanus, cuius Martialis meminit: Luci gloria temporum tuorum, Qui Gramum ueterem Tagumq́; noſtrum Arpis cedere non ſinis diſertis.

Lucius Tarrẽſis

Lucius celeber Tarrenſis (Tarra enim Cretæ oppidum) de prouerbijs Græcis tria uolumina ſcriptitauit. autor Stephanus grammaticus. eius nunc epitomen habemus.

Lucius præſul Alexandrinus

Sed hos facile ſuperauit is Lucius, qui præſul fuit Alexandrinus ſub Theodoſio, poſt Athanaſium. Scripſit uariarum hypotheſeon libellos, ut autor Hieronymus.

Lucifer

Lucifer præſul Caralitanus cum Pancratio & Hilario Rom. clericis ad imp. Conſtantinum à Liberio pontifice pro fide miſſus, quum uellet ſub nomine Athanaſij Nicenam damnare fidem, ab eodem Imp. in Paleſtinam relegatur.

Lucas

Lucas Medicus Antiochenſis ut eius ſcripta indicant, Græci ſermonis non ignarus fuit. Pauli apoſtoli ſectator & comes, à quo edoctus ſcripſit Euangelium, Actus quoque apoſtolorum. Reliqua ſanè ipſius inter apocrypha, uixit annos LXXXIIII. cum coniugio, ſepultus Conſtantinopoli, quò translatus fuit unà cum Andreæ apoſtoli oſſibus, anno XX. Conſtantij principis. Hieronymus.

L. Luſcius

L. Luſcius Sullanarum partium centurio damnatur, quòd tris cædes proſcriptorum Sullæ feciſſet. Diues propterea factus. Nam amplius ſexcenties poſſedit. Pedianus.

*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM

LIB. XVII.

Macrianorum familiæ

MACRIANORVM familiæ uiri Romæ in auro & argento, mulieres uerò in reticulis, in dextrocherijs, & in omni ornamentorum genere Alexandrum Magnum exſculptum ſemper habuerunt, quod dicuntur iuuari in omni actione, qui eum geſtant in auro uel argento. Ex his fuere Macrianus pater, & filius, & Quietus alter filius, qui Cæſares appellati fuere tempore Galeni, ponunturq; inter XXX. tyrannos, qui mox interfecti ſunt. Pollio.

Macedonius

Macedonius Arrianæ ſactator hæreſeos, Conſtantij principis fauore expulſis orthodoxis Conſtantinopolitanus præſul conſtitutus eſt. Is enim eadem quæ Arrius de ſpiritu ſancto ſentiebat: cum uidelicet nihil habere cum patre & filio commune. Diſſentiebat tamen in filio, quem patri ſimilem rite fatebatur, qua de cauſa ab Arrianis pulſus fuit. Nam Arrianorum tres ſectæ caput extulerunt, Eunomiani, Arriani, & Macedoniani: de quibus omnibus ſuprà in Arrio diximus. Plurimi tamen apud Conſtantinopoli uicinas regiones Macedonij opinioni adhærere uidebantur. Ex libro X. Rufini.

Macer

Aemylius Macer Veronenſis poëta, uolucres & herbarum cecinit uirtutes, Ouidij tempore, ut ipſe teſtatur: Sæpe ſuas uolucres legit mihi grandior æuo, Quæq; nocet ſerpens, quæ iuuat herba Macer. Sed & opus Homeri perſequitur, quicquid apud Ilium actum uſq; ad finem belli, ut idem poëta teſtatur: Tu canis æterno quicquid reſtabat Homero, Ne careant ſumma Troica bella manu. Hoc opus Homeri continuauit etiam Quintus poëta, ut narrauimus. Opus autem hoc de herbis ad noſtram uſq; peruenit ætatem.

L. Magius orator

L. Magius, T. Liuij gener, orator Romanus, de quo Seneca in Declamationibus: Non puto quomodo L. Magius gener T. Liuij declamauerit, quamuis aliquo tempore ſuum populum habuit, quum illum homines non in ipſius honorem laudauerint, ſed in ſoceri efferrent.

L. Magius dux

L. Magius, & L. Fannius transfugæ è Valeriano exercitu apud Mithridatem agentes, ab eodem rege ad Sertorium miſsi erant de paciſcenda belli ſocietate aduerſus Romanos, quos & inquirendos mandauerat ſenatus. Ii poſtremo ad Romanos, prodito ex magna parte exercitu, redierunt. Hæc Pedianus.

D. Magius Cãpanus

D. Magius Campanus uir optimus, de tradenda Annibali Capua, ſententia omnino aduerſa fuit, exitum qualem habuit uaticinando. Iuſſus ab Annibale propterea nondum urbem ingreſſo, ad ſe uenire, negauit. Deinde uenienti, quum omnes obuiam procederent, ipſe cum paucis in foro deambulabat. Denique quum uinctus ad Annibalem duceretur, cauſam dicere iuſſus, reſpondit: nulla id lege fœderis cogi potuiſſe. Tandem in exilium quum traheretur, aperto capite uociferans: Habebitis, inquit, libertatem Campani quam petiſſtis: foro medio luce clara uidentibus uobis, nulli Campanorum ſecundus, inuitus ad mortem rapior. Quid uiolentius Capua capta fieret? Ite obuiam Annibali, exornate urbem, diemq; aduentus eius conſecrate, ut hunc triumphum de ciue ueſtro ſpectetis. Igitur miſſus Carthaginem, quum tempeſtate Cyrenas delatus eſſet: indeq; ad Ptolemæum regem à cuſtodibus Alexandriam ductus, ab eodem liberatus eſt: permiſſumq; ei unà ſecum in regno uiuere. Ex Liuio XXIII.

Magius Chilo

Magius Chilo, qui apud Athenas M. Marcellum interfecit, ut ex epiſtola Sulpitij ad Ciceronem legimus.

Magi tres

Magi tres ex oriente fuere, Gaſpar, Melchior, & Baltaſar, quorum corpora in ciuitate Colonienſi. Super his uide pulcherrimum Tranquilli locum, quem in Hieroſolymæ deſcriptione adduxi.

Magnes

Magnes Athenienſis comicus antiquæ comœdiæ tempore Epicharmi, docuit fabulas nouem, uicit duabus.

Magnes puer

Magnes alter Smyrnæus, puer præ cæteris mortalibus formoſus: poëtica inſuper & muſica ornatus, corona inſignis, aureoq; reticulo redimitus, ac habitu molliore indutus, ciuitates obibat, multis dilectus, præſertim Gigi Lydorum regi.

Giges rex

Parentes autem probrum huiuſcemodi peroſi, capta occaſione comam eius inciderunt: ueſtem, ornatumq; omnem lacerauerunt. Quare perturbatus Giges in Magneſios bellum mouit: quibus tandem ſuperatis reuertens, Sardibus panegyricum celebrauit magnificentiſsimum. Suidas.

Magni

Magnus, præſul Altinenſis, diruta patria à Longobardis ſedem tranſtulit in ciuitatem nouam, quæ antè Heraclea dicebatur, in qua extinctus. Anno deinde M.CCVI. Venetias traductus perſancte colitur. Alter martyr apud Cæſaream Palæſtinæ ſub Aureliano.

Magones Carthaginien

Magones plures fuiſſe conſtat. Primus omnium rem ac diſciplinam Carthaginienſium auxit, quum ante ſe Mezeum, & deinde Carthalonem fama longe inferiores duces habuiſſet. Is ante ullum Punicum bellum, ut Liuius & Trogus XVIII. referunt, cum CXX. nauibus bello Tarentino auxilio uenit Romanis, ægrè ferens Italiam ab externis inuadi. Cui actæ à ſenatu gratiæ, auxiliaq; remiſſa. Duos moriens filios reliquit, Aſdrubalem, & Annibalem, de quibus in ordine dixi.

Mago Annibalis frater

Mago, Annibalis frater, cauſa uictoriæ apud Trebiam fuit. Sed apud Locros à Manilio clauſus, ab Annibale liberatur. Liuius quoq; libro XXX. ſcribit, Magonem Annibalis fratrem in agro Inſubrium uulneratum, quum in Africam per legatos reuocatus nauigaret, apud Corſicam obijſſe. Libro item decimooctauo dicit, eundem capta Genua in Liguribus diu reſtitiſſe Romanis, ex qua regione eos in Gallia Ciſalpina ualde agitauit, ad quem inter Alpes Liguresq; agentem, naues è Carthagine uenerunt. Rurſus in libro trigeſimo: Cum Magone ancipiti Marte in agro Inſubrium concurrerunt Quintilius Varus prætor & M. Cornelius proconſul.

Mago

Mago alius qui Thurios Annibali ſubegit, T. Sempronium Gracchum in Lucanis occidit. Apud Capuam duos conſules, Fuluium Flacchum, & Appium Claudium clade adfecit, ac nuntius Cannenſis uictoriæ Carthaginem cum annulis miſſus eſt, qui modium exceſſere.

Mago captus

Mago alius à Scipione capitur, apud Carthaginem in Hiſpania, Romamq; per Lælium mittitur.

Mago de re rustica

Mago deniq; qui de re ruſtica ſcripſit: de quo Columella lib. primo, ſic ait: Veruntamen Carthaginenſem Magonem, uel ruſticationis parentem ueneremur. Nam huius octo & uiginti memorabilia illa uolumina ex ſenatuſconſulto in Latinum conuerſa ſermonem ſunt. Varro autem teſtatur Caſsium Dionyſium Vticenſem ex eis uiginti uolumina in Græcum uertiſſe ſermonem, ac Sextilio prætori dediſſe.

Malchion

Malchion, nonnullis Alchion, Antiochenus preſbyter, rhetoricam prius Antiochiæ docuit. Aduerſus Paulum Samoſatenum excipientibus notarijs diſputauit, qui dialogus extat. Sed & alia grandis epiſtola ex perſona ſynodi, ab eo ſcripta ad Dionyſium & Maximum Romanæ & Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopos. Hieronymus & Euſebius libro ſeptimo.

Malchus

Malchus byzantius ſophiſta ſcripſit hiſtoriam à Conſtantino uſq; ad Anaſtaſium. Suidas.

Mamurra eques Rom.

Mamurra Formijs natus, eques Romanus ut tradit Corn. Nepos, primus Romæ parietes in Cælio monte domus ſuæ marmore incruſtauit. Hic eſt qui epigrammate Catulli proſciſſus eſt. Idem ſolidas è Caryſtio & Lunenſi marmore columnas habuit. Plinius.

Mamurra faber

Mamurra alter ante hunc inter Oſcos natus tempore Numæ, Ancylia pluraq; deorum

ſigna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Mamercus

ſigna ex ære fabricauit. Meminit Ouidius in Faſtis. Mamercus, prænomen Aemyliorum, uti ſuprà commemoraui: fuit etiam præſul Viennenſis, qui teſte Ptolemæo Lucenſi anno CCCCLIIII. ſupplicationes primus inſtituit, quas rogationes noſtri uocant, ob frequentes terræmotus, quibus ea regio infeſtabatur.

Manes hæreſiarcha

Manes hæreſiarcha ſub Aureliano principe Romam è Perſide uenit. Magiſtrum habuit Buddam nomine, qui & Terebinthus dicebatur, Brachmam genere ac ſecta. Hic edoctus literas Græcas ſectam Empedoclis amauit, duo principia ponens inuicem contraria. Deinde in Perſidem reuertens dictitabat ſe ex uirgine natum in montibus educatum. Edidit libros IIII. quorum primum inſcripſit de myſterijs, ſecundum de Euangelijs, tertium de theſauris, quartum de ſummis: cuius tandem defuncti libri ad manus mulieris ad quam ille diuertebat peruenere. Hæc puerum ſeptem annorum ab ſe emptum, cui Cubrino nomen erat, literis erudijt, hæredemq; omnium fecit bonorum. Hic poſtea Manes appellatus fuit, ac peregrinationis Buddæ imitator factus, quaquauerſus illius libros pro ſuis iactabat. Igitur quum propriam ſectam conſtituere cuperet, dimiſsis hæreditate & omnibus quæ poſsidebat, noua quædam concilia bula ſubterranea & coitus nefandos conſtituit. De quo Theodorus ſic ait: Manes furore percitus dixit unam in Chriſto naturam, diuinam tantum: humanitatem uerò eius, phantaſticam. Non enim fuiſſe uериſimile, Deum pati uoluiſſe. Paulus uerò præſul Antiochiæ eius tempore contrarium dogma ſequutus, adfirmauit ſimplicem quidem hominem, uerum prophetam maximum. Hunc denique Manetem ad ultimum rex Perſarum, uiuum cute direpta necauit, quòd filium eius quem reiectis alijs medicis curare pollicebatur, interfecerit. Ex Suida. Euſebius quoque lib. VIII. hiſtoriæ ſic ait: Manes hæreſiarcha, genere Perſa, uita & moribus barbarus, tam acer ingenio, ut ex nominis argumento inſanire uideretur. Denique Chriſti ſe nunc formam gerere conabatur oſtendere, nunc ipſum ſe eſſe paracletum dictitabat: eiusq; more duodecim diſcipulos quos elegerat quaquauerſus ſtultiſsima dogmata nuntiatum mittebat. Atque hoc pacto Perſica uenena in noſtro orbe propinabat. Ex hoc igitur Manichæorum hæreſis orta in præſentem diem, ex eo tempore quo Felix urbi Romæ præerat, Diocletianusq; imperabat.

Manlii & Manilii

Manlij, & Manilij, diuerſæ Romæ proſapiæ.

Manlius Capitolinus

Manliorum ampliſsima & uetuſta familia ab ipſis urbis cunabulis. Inter quos primus claritatem obtinuit M. Manlius, Capitolinus ob defenſum capitolium dictus: ſedecim natus annos uoluntarium ſe militem obtulit: trigintaſeptem militaribus donis à ſuis ducibus ornatus, trigintatres cicatrices in corpore habuit: capta urbe, in capitolium autor confugiendi fuit: quadam nocte, clangore anſeris excitatus, Gallos aſcendentes deiecit: patronus à ciuibus appellatus. Domum etiam in Capitolio publice habuit, ac farre donatus. Qua ſuperbia elatus quum à ſenatu ſumpſiſſe Gallicos theſauros argueretur, & obſtrictos ære alieno propria pecunia liberaret, nexos exolueret, regni adſectati ſuſpicione in carcerem coniectus, populi conſenſu liberatus eſt. Rurſus cum in eadem culpa & gratia perſeueraret, reus factus de ſaxo Tarpeio præcipitatus eſt, domus diruta, bona publicata. Gentilitas eius Manlij cognomine iurauit, nequis poſtea Capitolinus uocaretur. Ex Cæcilio.

T. Manlius Imperioſus

T. Manlius Imperioſus dictator claui figendi gratia, perinde ac rei gerendæ non ſoluendæ religionis cauſa creatus eſſet, bellum Hernicum adfectans, delectu acerbo iuuentutem agitauit: tandem omnibus contra eum tribubus conſpirantibus coactus eſt dictatura ſe abdicare. Hinc dicta imperia Manliana. Huic igitur Marcus Pomponius tribunus plebis diem dixit ex ijs quæ in dictatura impie in eum cum reliqua iuuentute tum in filium fecerat Torquatum, ruri ablegando, qui utilis reipublicæ fuiſſet. Torquatus dein filius audita accuſatione ſtatim aduenit, nactusq; Pomponium in thalamo ſolum, iurare coëgit ſtricto gladio nil eum in patrem moliturum. autor Liuius.

T. Manlius Torquatus

T. Manlius Torquatus is fuit qui ob ingenij & linguæ tarditatem à patre relegatus ruri fuit, patremq; iudicio liberauit. Præterea ſub Dictatore Sulpitio tribunus militum Gallum prouocantem occidit, torquem ei detractum ceruici ſuæ aptauit. Cos. bello Latino filium quòd contra imperium pugnaſſet, ſecuri percuſsit. Latinos apud Veſorem fluuium Decij collegæ deuotione ſuperauit. Conſulatum recuſauit, quòd diceret neque ſe populi uitia, neque illum ſeueritatem ſuam poſſe ſufferre. Cæcilius. De alio Manlio Torquato legitur apud Liuium & item Valerium. Cum poſt Cannenſem pugnam Campani erecti alterum à ſenatu conſulem per Annium legatum petijſſent, Torquatus iuſsit eum de curia præcipitem dari ſi ſtatim non abſcederet.

Cn. Manlius Volſo

CN. Manlius Volſo miſſus ad ordinandam Scipionis Aſiatici prouinciam, cupidine triumphandi, bellum Piſidis, & Gallogræcis qui Antiocho adfuerant, intulit. His facile uictis uxor regis Oriſgontis centurioni cuidam in cuſtodiam data eſt, à quo per uim ſtuprata, de iniuria tacuit, ſed poſtea impetrata redemptione marito adulterum interficiendum tradidit. hæc Cæcilius. Liuius autem VIII. de bello Macedonico. Cn. Manlius Volſo Cos. in Aſia acceptis à Lucio Scipione copijs & exercitu luſtrato contra Gallogræcos bellum geſſit: eisq; ſuperatis reuertens cum in æde Bellonæ triumphum peteret, decem legati qui cum eo miſsi fuerant, reſtitere: inter quos L. Furius Purpurio, & L. Aemylius Paulus dicebant ſe legatos Cneo Manlio datos, pacis fœderisq; cum Antiocho ineundi gratia: Manlium autem ſummam opem intendiſſe ut eam pacem turbaret, multosq; nobiles uiros in exercitu ſua temeritate morti obieciſſe: uicit tamen amicis atque cognatis ſuffragantibus, res feliciter geſtas & exercitum integrum reportatum dicentibus. Triumphus igitur ei decretus.

L. Manlius Procos.

L. Manlius procos. ex Hiſpania reuertens cum in æde Bellonæ triumphum ob res bene geſtas peteret, exemplum obſtabat, quod ita comparatum more maiorum erat, nequis qui exercitum non deportaſſet triumpharet, niſi perdomitam pacatamq; prouinciam tradidiſſet ſucceſſori. Medius autem honos Manlio habitus eſt, ut ouans urbem intraret. Liuius libro quinquageſimo.

T. Manlius iuris põt. peritus

T. Manlius Iuris pontificalis peritus, iudex inter Macedonas accuſatores & filium conſtitutus: audita cauſa ita pronuntiauit, Cum probatum ſit Silanum filium meum pecuniam accepiſſe, ipſum republica & prole mea indignum iudico protinusq; conſpectu meo abire iubeo. Silanus itaque dolore animi percitus, nocte proxima ſe ſuſpendit, neque pater exequijs interfuit, ſed dum funus duceretur, cõſulere ſe uolentibus uacuas præbuit aures. Valerius de ſeueritate.

T. Man. Cos.

T. Manlius Torquatus bello ſecundo Punico qui Cos. antea Sardos ſubegerat, rebellantes magna clade adfecit. XXX. millibus ex eis cæſis, Aſdrubalem Pœnum cœpit: ac omnem inſulam perdomuit.

T. Manlius Torquatus

T. Manlius Torquatus, T. filius tempore Ciceronis uir doctus ex Rhodia diſciplina Molonis, & à natura ad dicendum ſatis ſolutus, neque expeditus. Cui ſi uita ſuppeditauiſſet, ſublato ambitu conſul factus eſſet. Plus facultatis habuit ad dicendum quàm uoluntatis. Itaque ſtudio huic non ſuffecit. hæc ex Cicerone, qui & de alio L. Manlio Torquato alio loco ſic ait. L. Manlius Torquatus, cui & ſi non deerat oratio quam Græci dicunt politicen, erant in eo plurimæ literæ nec eæ uulgares, ſed interiores quædam & reconditæ: ſumma uerborum & grauitas, & elegantia, atque hæc omnia uitæ decorabat grauitas, me quidem admodum delectabat. Pedianus autem de eodem ſic.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

L. Torquatus qui P. Sullam patris competitorem in conſulatu accuſauit, qua & ipſe Sulla & collega damnati ſunt. Rurſus eum accuſauit, quòd in coniuratione Catilinæ fuiſſet: defenditur à Cicerone, cuius extat oratio.

L. Manlius pictor

L. Manlius pictor egregius, apud quem quum Seruilius fortè cœnaret, filiosq; ſuos deformes animaduerteret, Non ſimiliter, inquit, Manli, fingis & pingis. Ad quem Manlius, In tenebris, inquit, fingo, in luce pingo. Macrobius de Saturnalibus.

Manilius Octauius

Manilij autem à Manilio Octauio fluxere: is Tuſculanorum dux, & Tarquinij gener fuit, ad quem ille poſt fugam ſe recepit, eiusq; auxilio Romanis intulit bella. Liuius primo.

C. Manilius poëta

C. Manilius ex Antiochea, conditione ſeruus, arte aſtrologus ac poëta, unà cum Plotio poëta mimorum & Taberio grammatico conſeruis, ex Aſia una naui aduectus, deſcribitur Plinio libro XXXVII. Aſtrologiam uerſibus primus Latinorum aggreſſus eſt, opus Auguſto dedicans: ubi ſe non aliorum uiam ingreſſum, nec aliena proferre, ſed ſua & noua profitetur, tacite Virgilium notans. Carmen graue, ſedatum & elegans, ut planè uideatur temporis illius maieſtatem & eloquentiam redolere. Quod minime perfeciſſe uidetur, quoniam de ſeptem erraticis ſtellis mentionem non fecerit. Laurentius Miniatenſis noſtra ætate mathematicus, eius libri enarrator, habere fatebatur argenteum nummum antiquum, cum eius imagine ſculptum, ac habitu patrio & ſphæra ſupra caput.

Mandouius & Indibilis

Mandouius & Indibilis duces Hiſpani, partes Romanorum cum Scipione Africano in Hiſpania iuuere. Deinde Scipione ægrotante, ſeditionem agitauere, in Romanosq; inſurgere cœperunt. Quos quum Scipio morbo liberatus comprehendiſſet, ueteris officij memor tantum caſtigatos uerbis dimiſit. Liui. XXIX.

Manethus

Manethus Mendes, Aegypti ſacerdos, ſcripſit de præparatione κυφίων. Alter item è Dioſpoli Aegypti, uel Sebenites, ſcripſit phyſiologiam, & apoteleſmata uerſibus in aſtrologia, id eſt, effectus aſtrorum. autor Suidas.

Manius

Manius mathematicus, è tribus obeliſcis quos ex Aegypto aſportari iuſſerat Auguſtus: illi qui in campo Martio locatus erat, auratam pilam addidit: cuius uertice umbra colligeretur in ſemetipſam, alia atque alia incrementa iaculantem apice: rationem ferunt à capite hominis intellectam. Plinius.

Mares monſtrum

Mares monſtrum, de quo Aelianus de uaria hiſtoria ſic ait: Italiam dicunt primo habitaſſe Auſones loci indigenas. Sed antiquiſſimum omnium Marem quendam appellatum, pubetenus hominem, reliqua equum, quem Græci ἱππομιγὴν uocant: quod ſanè uidetur ex eo dictus, quia primus equum manſuefacere ac domare didicerit. Marcius per c, ſcribitur in antiquis marmoribus. Marciorum uetuſta domus, iam inde à rege Romano cenſetur Anco Marcio.

Marcius Coriolanus

Marcius Coriolanus à Coriolis Volſcorum oppido capto appellatus, contra Tarquinium militans, ob ciuem ſeruatum corona querna donatus eſt. Conſul uerò quum eſſet aduerſus plebem graui annona, aduectum è Sicilia frumentum magno pretio populo dandum curauit: ut plebes anguſtijs oppreſſa famis, agros non ſeditiones curaret. Igitur à tribuno plebis Decio die dicta, ad Volſcos conceſſit. Eosq; duce T. Tatio aduerſus Romanos concitauit: & ad quartum ab urbe lapidem caſtra poſuit. Ter miſſos ad ſe legatos ſpreuit. Tandem Veturia matre, & Volumnia uxore caſtra petentibus, motum bellum omiſit. Inde templum Fortunæ muliebris erectum, ob recuperatam à matronis rempublicam. Marcius reuerſus à Volſcis damnatus ac trucidatus eſt. Ex Cæcilio, & Plutarcho.

Cn. Marcius Aliſas

Cn. Marcius Rutilius Aliſas, conſul cum Q. Fabio, quum non ſatis proſpere cum Hetruſcis pugnaſſet, ſucceſſorem habuit dictatorem, L. Papyrium Curſorem. Idem cenſuram cum P. Cornelio Aruina geſſit.

Mar. Tremulus

Q. Marcius Tremulus cum P. Cornelio Aruina conſul, de Hernicis triumphauit. Statuaq; ei propterea equeſtris decreta, quæ ante templum Caſtoris in foro poſita eſt. Liuius libro nono. Marcius Cenſorinus quem populus Romanus ſecundo cenſorem creauit. Inde ſuadente eo, legem tulere, ne cui bis eundem magiſtratum gerere liceret. Plutarchus in Marcio.

Qu. Mar. rex

Quintus Marcius rex, iuſſus à ſenatu aquarum Appiæ & Anienis regula ductus reficere, nouam à nomine ſuo appellatam, cuniculis per montes actis intra præturæ ſuæ tempus adduxit. Plinius.

Qu. Mar. adoleſcens

Quintus Marcius Septimij filius eques Romanus, impiger adoleſcens, animiq; & ingenij aliquanto quàm pro fortuna, in qua natus erat, maioris. Ad ſummam indolem acceſſerat Cn. Scipionis diſciplina: ſub qua per tot annos edoctus erat. Hic in Hiſpania mortuis Scipionibus, Annibale Italiam uexante collectis militibus ex fuga, & quibuſdam de præſidijs deductis haud contemnendum exercitum fecerat, habitaq; concione, uice functus imperatoris, fractas Romanorum uires, cæſis fugatisq; Hiſpanorum exercitibus recuperauit, ad uigintiſeptem milia uno prælio interfectis. Ex Liuio libro quinto ſecundi belli Punici.

L. Marcius Philippus

Lucius Marcius Philippus Conſul, in quem Lucius Craſſus orator, iraſcens ait: ſe minime accepturum eum in conſulem, à quo ipſe in ſenatorem non acciperetur. Cicero tertio de oratore.

Marcia

MARCIA uirgo & martyr cum Rufino, apud Syracuſas. Alia apud Nicomediam, cum plurimis alijs. Romanæ autem tres memorabiles: Marcia, Catonis uxor, quam Hortenſio roganti dedit. Altera Marci Varronis, quæ & penicillo pinxit, & ceſtro in ebore: imagines mulierum præſertim, ſuam quoque ad ſpeculum. Nec ullius in pictura uelocior manus fuit. Artis uerò tantæ, ut celebres ſuo tempore pictores antecederet Sopolim, & Dionyſium, quorum tabulæ pinacothecas implent. Plinius. Marcia item Veſtalis inceſti damnata. Liuius.

MARCELLORVM proſapiam plebeiam ſuprà in Claudijs oſtendimus fuiſſe: Claudiorumq; ſibi nomen adſciuiſſe.

M. Claudius Marcellus

Marcus Claudius Marcellus, primus, ut ait Plutarchus, Martium genti nomen indidit: uir imprimis bellicoſus, Gallos Geſatas, qui ſuperatis Alpibus, Inſubribus ſeſe coniunxerant, iuxta Padum uicit, interfecto Viridomaro eorum duce, unde ſpolia opima tertia retulit Ioui Feretrio. Deinde conſul apud Nolam Annibalem, primus omnium ſuperauit: docuitq; inuictiſſimum ducem poſſe uinci. Inde tertio conſul contra Syracuſas profectus triennio urbem oppugnauit. Proconſul deinde cum Fabio Maximo coniunctus contra Pœnum, alter clypeus, alter Marcellus enſis uocatus eſt: ille tarditate & prudentia, hic uiribus & audacia præſtantes: tandem interfectus ab exercitu Annibalis apud Venuſiam, dum exploratum cum Tito Quintio Criſpino collega exiret.

Qu. Criſpinus

Criſpinus autem fugit: oſſa eius à Pœno demum remiſſa, intercepta à Numidis, periere: quum quinque conſulatus, & duos proconſulatus geſſiſſet. Secundum quod in eius ſtatua, in æde Palladis collocata, epigrammate inſcriptum. Ex Plutarcho & Liuio.

C. Marcellus nepos

Huius nepos Claudius Marcellus, unus è tribus legatis miſſis ad Maſiniſſam in Africam, ut ait Liuius libro quinquageſimo, perijt naufragio, paulò ante cœptum tertium Punicum bellum. Idem quum ſenatus ſibi qui ter, auo qui quinquies, & patri qui ſemel Conſules fuerant, poneret: & patris ſplendorem apud imperitiores autoritate aliorum augere uellet, ſubſcripſit: Hi Marcelli nouies conſules. Pedianus.

M. Marcellus exul

M. Marcellus Pompeianarum partium, Cæſari in petitione conſulatus maxime reſtitit. Poſt mortem Pompeij Athenas profugit. Adeo inimico in tyrannos animo fuit, ut impetrata uenia (pro qua nobilis extat oratio Ciceronis) redire non curauerit. Interfectus paucis poſt annis apud Pyreum, à Magio Chilone eius familiari fuit: ut indicat Sulpitij epiſtola ad

Ciceron

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

C.Marcellus

Ciceronem: alioquin grauiſſimus, & magna olim in republica autoritate, pariter & eloquentia. Caius Marcellus, eius frater, adſiduis lacrymis ipſius reditum à Cæſare, adiuuante Cicerone, cæteriſq; eius neceſſarijs impetrauit.

Marcellus puer

Hic Octauiam olim Marci Antonij uxorem, Auguſti ſororem, in matrimonium duxit: ex qua Marcellum ſuſcepit, qui deceßit admodum puer: magna ſpe adempta ſucceßionis Auguſto, qui eum ſibi adoptauerat. Dedicauit ei theatrum: Octauia uerò mater bibliothecam. Hic eſt de quo Virgilius in ſexto: Tu Marcellus eris.

Marcelli tres

Sed præter Romanos, Marcelli quoque tres memorantur à Suida, uiri doctiſſimi: unus Pergameus, orator, ſub Hadriano principe, cui librum dicauit de regno. Alter Sidites medicus, Marco Antonino imperante, qui ſcripſit heroico carmine de medicina libros quadragintaduos. Tertius præceptor Arcadij principis. Marcellus quoque Ancyranus, præſul ſub Conſtantino, qui ſcripſit aduerſus Arrianos, inter illuſtres ponitur ab Hieronymo.

Ammianus Marcellinus

Ammianus quoq; Marcellinus his addendus hiſtoricus, qui Græcum ſe in ſuo libro fatetur, Latine quum ſcripſerit: quod ſanè ex ipſa ſtyli peregrinitate apparet, quum itineris principum comes & ipſe fuerit: ut in ſcriptis demonſtrat libro uigeſimoquarto. Hiſtoria hæc fracta mendoſaq́;, ac lacinioſa ad nos peruenit.

Marcelli præ-

Marcellinus præſul Anconitanus inter profeſſores, qui ſe opponens orto incendio prodigioſe reſtitit. autor Gregorius moralium tertio. Marcellinus præſul Ebredunenſis in Gallia, ubi iacet, uenit ex Africa, unà cum Domnino & Venantio.

Machutus

Machutus natus inter Britones, præſul Sanctonenſis, ubi iacet, tempore Iuſtiniani: cuius Romæ templum cernitur.

Maturinus

Maturinus etiam profeſſor apud ciuitatem Senonenſem, tempore Maximiani.

C.Marius ſenior

Caius Marius ſepties conſul Arpinas, humili loco natus, legatus primum Metello in Numidia, criminando conſulatum adeptus, Iugurtham captum in triumphum duxit. In proximum annum conſul ultro factus, Cimbros in Gallia apud aquas Sextias, Teutones in Italia in campo Sammidio uicit: deq́; his triumphauit. Vſque ad ſextum conſulatum ex ordine factus, tribunum plebis Apuleium & Glauciam prætorem ſeditioſos interemit. Et quum Sulpitia rogatione prouinciam Sullæ eriperet, armis ab eo uictus, Minturnenſium paludibus latuit. Inuentus igitur & in carcerem coniectus, miſſum percuſſorem Gallum, uultus maieſtate deterruit: ex quo Minturnenſes ad mare fugientem comitati ſunt: unde accepta ille nauicula in Africam traiecit, ubi diu exulauit. Mox Cinnana dominatione reuocatus, ruptis ergaſtulis ad Telamonem adplicans portum, exercitum coëgit: cæſiſq́; inimicis ſuis, iniuriam ultus eſt quo tempore Sulla res contra Mithridatem gerebat. Demum natus annos ſeptuagintatres, ex morbo deceßit in ſeptimo ſuo conſulatu, relicto Mario filio. Ex Plutarcho & Cæcilio.

C.Marius iunior

C.Marius Iunior conſul natus annos uiginti, aduerſus Sullam redeuntem è uictoria Mithridatica, exercitum parat. Nobilitatem in urbe trucidat. Sulla interim ueniens, cum cum exercitu toto fudit. In oppidum Præneſte fugientem, per Lucretium Aſellam obſedit: poſtremo potitus ad duodecim millia, trucidauit. Marius tentata per cuniculum fuga, quum omnia clauſa uideret, ſe Pontio Teleſino fugæ comiti iugulandum dedit. Liuius octuageſimooctauo.

Marius Cratidianus

M. Marius Cratidianus, M. Cratidij filius, Ciceronis amiciſſimus, interfectus à Catilina fuit. autor Pedianus. Cicero quoque de petitione conſulatus: Quid ego nunc dicam te cum eo concertaturum, qui hominem clariſſimum populi Romani, Marcum Marium Cratidianum ſpectante populo Romano uirgis per totam urbem ceciderit, ad buſtum egerit, ibi omni cruciatu lacerauerit, uiuo ſtatim collum ſua dextra ſecuerit, quum ſiniſtra capillum eius à uertice teneret, caput ſua manu cæderet, quum inter digitos eius riui ſanguinis fluerent?

Marius S...tilius

Marius Statilius præfectus equitum in exercitu Romanorum apud Cannas.

Marius Celius

Marius Celſus, & Annius Gallus, duces Othoniani, uicti ſunt à Vitellianis apud Bebriacum. autor Tacitus.

Marius Priſcus

Marius Priſcus proconſul Africæ, tempore Domitiani, damnatus repetundarum, quòd Africam expilauerit in exilium actus eſt. Iuuenalis: Quum tenues nuper Marius diſcinxerit Afros.

Marius Max.

Marius Maximus hiſtoricus, ſcripſit principum Romanorum uitas. Citatur ſæpe teſtis, ad hanc ætatem minime peruenit. Accuſatur in hoc à Lampridio, quòd nonnullorum principum haud fama dignorum geſta nimis minutatim perſequeretur.

Marius Aterius

Marius Aterius declamator ex tempore Romanorum unus, in Latinam linguam tranſtulit Græcam facultatem, tanta ei uelocitas erat ut uitium fieret. Itaq; Auguſtus optime dixit: Aterius noſter ſublaminandus eſt, adeo ne concurrere, ſed decreſcere uideretur. Alioqui libertum habebat cui & parebat: habebat in ſua poteſtate ingenium, in alterius modum. Seneca in declamationibus.

Marius tyrannus

Marius unus è triginta tyrannis, qui tempore Galeni imperium inuaſerunt. Marius Maximus hiſtoricus uitas imperatorum ſcripſit.

Marius martyr

Marius martyr, è Perſia uenit Romam, unà cum Martha uxore, Abacuch & Audiface filijs religionis amore corpora martyrum ſepelientes, paßi demum omnes ſub Claudio principe.

Marcus Byzantius

Marcus Byzantius ſophiſta, Iſæi auditor, Hadriani tempore, à quo legatus Byzantiorum magno honore exceptus eſt: dicebat ex tempore, & cum Polemone peritißimo ſophiſta quandoq; concurrit. De hoc Philoſtratus etiam plura: quæ quando non attinent atq; obſcuritatem habent, ſcribere ſuperſedeo.

Marcus Euangeliſta

Marcus, diſcipulus & interpres Petri fuit, à quo uti acceperat Euangelium ſcripſit, perbreue quidem, quod ille poſtea probauit. Deinde perrexit in Aegyptum, ubi præſul Alexandrinus factus, tanta omnium gratia, ut Philo Hebræus, qui tunc Alexandriæ florebat, librum ſcripſerit in laudem ſuæ gentis ſuper Chriſtianorum conuerſatione. Et quomodo Lucas narrat, Hieroſolymis tunc omnia Chriſtianis fuiſſe communia: ſic ille quod ſub Marco fieri doctore Alexandriæ cernebat, literis tradidit. Deceßit octauo Neronis anno, ſepultus Alexandriæ: cui ſucceßit præſul Annianus. Dicitur & de Marco, ut ſacerdotio reijceretur, pollicem ſibi amputaſſe, quod minime iuuit. Hieronymus.

Martianus Capella

Martianus Capella, patria Carthaginenſis, Romæ uiuebat: ut Remigius teſtatur. De nuptijs Mercurij poëma compoſuit, quarum commento de artibus liberalibus tractat, quas in dotem Mercurio dedit, unà cum Philologia uxore. Eſt enim philologia uariarum artium doctrina & cognitio.

Martianus preſbyter

Martianus preſbyter apud Zenonem imperatorem in honore fuit. Deſciuit à fide orthodoxa, Epicuri ſectam ſequutus in principio, dicens, mundum quidem à Deo factum, ſed opera uiq; caſuum ſecundum quod caſu unumquodq; euenit, id prius extitiſſe. autor Suidas.

Marcio hæreſiarcha

Marcio hæreſiarcha: uide in dictione Apelles.

Martini

Martini martyres plures, unus apud Atinam ciuitatem ſimul cum Nicādro, ubi etiam quieſcit, ſub Diocletiano. Alius cum Aquilino & Gemino apud Africam inſectatione Vandalica. Alius præſul Terdonenſis ſub Hadriano. Martiana uirgo & martyr item ſub Diocletiano apud Cæſaream. Martiales quoque plures martyres legimus, inter quos ille qui Cordubæ.

Martialis poëta

M. Valerius Martialis poëta epigrammatum, è Bilbili oppido Celtiberiæ. Romæ annos triginta commoratus, in Hiſpaniam demum reuertit, pauper admodum, & uiatico à Plinio nepote, ut in eius epiſtola declaratur, adiutus. Amicos coluit Stellam, Silium Italicum. Adſcitus & in ordinem equeſtrem, & iura trium liberorum adeptus eſt. Reliquit epigrammatū librum omnino reijciendum, quippe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

qui neque elegantiæ Latinæ, neque moribus proſit.

Gargilius Martialis

Fuit & Gargilius Martialis, qui uitas imperatorum ſcripſit tempore Alexandri principis: cuius ipſe uitam diligentius perſequutus eſt, teſte Lampridio. Scripſit etiam de Hortenſibus, teſte Seruio.

Marſyas hiſtoricus

Marſyas Pellæus hiſtoricus fuit prius ludi magiſter, & frater Antigoni poſtea regnantis, nutritus unà cum Alexandro Magno. Scripſit res Macedonicas libris decem, à primo rege uſque ad Alexandrum. De rebus Atticis libros duodecim. Marſyas Philippeus item hiſtoricus.

Marſyas Tabenus

Marſyas Tabenus, qui ſcripſit de tranquillitate libros duodecim: fabuloſa libris ſeptem, & quædam alia de patria ſua. De quibus autor Suidas.

Marſyas Phryx

Marſyas Phryx tibicen, qui, Ouidio teſte in fabulis, tibijs à Minerua inuentis cum Apolline certauit, à quo uictus ac tergore nudatus eſt: quem nymphæ fleuere, quod'que earum lacrymis fluuius Phrygiæ creuerit, ab eius nomine Marſyas uocatus.

Marinus Neapolitanus

Marinus Neapolitanus philoſophus & orator, Græce eruditus, Procli diſcipulus & ſucceſſor, ſub Hadriano: ſcripſit ipſius Procli & uitam & diſſertationes uerſibus, ac ſoluta oratione: & nonnullas item phyſicas quæſtiones. autor Suidas.

Marinus Tyrius

Marinus Tyrius autem prior tempore ſupradicto fuit, qui geographiam ſcripſit, unde ſuam Ptolemæus accepit, qui'que eum ſæpe interpolat ac corrigit.

Aſterius
Marini martyres

Marinus, miles Hieroſolymitanus & Aſterius, ſenator apud Cæſaream Palæſtinæ, ſub Valeriano & Fauſtino martyres. Alius puer Romanus, nobilis, ſub præfecto Martiano. Alius cum Ianuario paſſus in Africa, inſectatione Vandalica.

Marina uirgo

Marina uirgo, natione Græca, uirili habitu in cœnobio ubi pater eius agitabat, perſeuerauit, Marini nomine ignota. Accuſata deinde falſo ſtupri à muliere quadam, ob ignominiam extra cœnobium aliquot annos eiecta uixit & extincta eſt: dumq; corpus lauaretur à monachis, agnita charitate, honorifice tumulata inter ſanctas colitur. Anno deinde milleſimo centeſimo decimotertio, Venetias è Græcia translata, eius nomini templo dicato.

Mardonius Perſa

Mardonius Perſa, quem Xerxes uictus, apud Salaminem cum exercitu reliquit, ut reliquias belli confoueret. Qui & ipſe uictus apud Plateas deinde fuit. Dicitur & ſub aceruo quodam theſaurum fodiſſe. Quem locum poſtea Polycrates Thebanus emit, dum Apollinem de theſauro inueniendo conſuleret, qui reſpondit, πάντα λίθον κίνει: omnem lapidem moue: ex libro prouerbiorum Græcorum.

Margarita

Margarita uirgo Antiochena, in patria ſub Olybrio præfecto, poſt multa ſupplicia capite truncatur, annorum quindecim, ibidem'que ſepulta decimotertio calendas Auguſti, nonnullis tertio eidus Iulij.

Maximus philoſophus Tyrius

Maximus, philoſophus Tyrius, uixit Romæ tempore Commodi; ſcripſit de Homeri operis philoſophia: præterea an Socrates pulchre fecerit, qui ſe oratione non defendit: & alia. Suidas.

Maximus Epirota

Maximus, philoſophus Platonicus, Epirota uel Byzantius, præceptor Iuliani principis: ſcripſit inter alia commentarios in Ariſtotelem ad Iulianum: uario fuit ingenio: primo ſiquidem Chriſtianus, deinde deſertor, poſtremo ad ſanitatem redijt. Quapropter à Gregorio Nazianzeno in eius ſcriptis primo uituperatur, deinde laudatur. Fuit alius præſul Taurinenſis, tempore Honorij; ut autor Gennadius. Martyres quoque plures huius nominis.

Maximus Planudes

Maximus Planudes, monachus Conſtantinopolitanus, uir planè doctiſſimus, uehementisq; ingenij: abhinc annos ferè CL. Romanæ ab initio fidei fauit, ob quam rem ab imper. Conſtantinopolitano multa paſſus, in cuſtodiam tandem coniectus, contraſentire coactus eſt, tribus editis contra Romanam eccleſiam argumentationibus. Quas ætate noſtra Beſſario cardinalis Nicenus perlegens mirari ſolebat, uirum cæteris in ſcriptis excellentem ſummumq; philoſophum tam ineruditos infirmosq; edidiſſe ſyllogiſmos, haud ob aliam putabat cauſam quàm quod ea quæ metu perſcripſerit, animo improbauerit, refellenda'que uel cuiuis facile præbuerit. Huius plura extant ingenij monumenta. Nam Ouidij Metamorphoſeos librum & Macrobium de Satur. in Græcum ſermonem conuertit, ambos proſa oratione. Problematum uolumen compoſuit. Rhetoricos commentarios ſuper Hermogenem ſcripſit. Epigrammata ueterum Græcorum reſectis laſciuioribus in unum iam uulgo ſparſum uolumen coëgit.

Maximianus

Maximianus præſul Syracuſanus Gregorij primi tempore abbas antea ſanctitate claruit. Fuere & martyres plures huius nominis.

Maximinus

Maximinus præſul Aquenſis in Gallia unà cum Maria & Martha Maſſiliam adnauigauit.

Maximæ uirgines
Matthæus

Maximæ uirgines & martyres plures. Matthæus qui & Leui appellatus, ex publicano Apoſtolus primus in Iudæa ob eos qui ex circunciſione crediderunt, Euangelium Hebræis literis uerbis'que conſcripſit. Quis poſtea in Græcum uerterit haud ſatis conſtat: Porrò ipſum Hebraicum habetur in bibliotheca Cæſarienſi, quam Pamphilus martyr confecit. In quo animaduertendum, ubicumque utitur ſcripturæ ueteris teſtimonio, cum non ſequi ſeptuaginta interpretum autoritatem, ſed Hebraicam, è quibus illa duo ſunt. Ex Aegypto uocaui filium meum: Et, quoniam Nazareus uocabitur. Hieronymus.

Marullus Trib. pleb.

C. Marullus tribunus plebis cum Flauio coronas Cæſaris dictatoris ſtatuis detraxit, eos'que qui primi Cæſarem regem ſalutauerant, in uincula duci iuſſit. Quamobrem Cæſar Marullum de magiſtratu deiecit. Plutarchus in Cæſare. Marullus poëta Mimographus ſub Antonino principe apud Spartianum. Pomponius.

Marullus grammaticus

Marullus grammaticus Romæ profitebatur, ſermonis Latini exactor moleſtiſſimus. Cum ex oratione Tyberium reprehendiſſet, adfirmante Acteio Capitone & eſſe illud Latinum, & ſi non eſſet futurum certe: Iam inde mentitur inquit Capito. Tu enim Cæſar ciuitatem dare potes hominibus, uerbis non potes. Pugilem olim fuiſſe Aſinius Gallus hoc in eum epigrammate oſtendit. Qui caput ad læuam didicit, gloſſemata nobis Præcipit, os nullum uel potius pugilis. Tranquillus.

Maſiniſſa
Iugurtha
Maſurius

Maſiniſſa & Iugurtha in rebus Africæ dicti. Maſurius legislator. Athenæus Μασύριος νόμων ἐξηγητής. Perſius. Maſuri rubrica uetauit. Habetur etiam in digeſtis de origine iuris.

Mauricius

Mauricius martyr præfectus legionis Thebeorum apud Sedunenſem ciuitatem. erant enim Orientales. ſub Maximiano paſſus cum tota legione decimana.

Mecœnas

Mecœnatem equeſtris ordinis Hetruriæ regibus ortum & Horatius & Propertius autores ſunt. Aretini ſuum faciunt. Amicum inſuper Auguſti præcipuum & poëtarum ea tempeſtate amantiſſimum uel omnes fatentur. Delicioſum præterea non ſolum cultu ac moribus, ſed etiam ſtylo dicendi fuiſſe commemorant: quare Auguſtus eum Malacinum uocabat, exagitabat'que frequenter teſte Tranquillo ut Cacozelum & μυροβρέχα, id eſt, unguento madidum: Eſarem quoque Hetruriæ appellans. Ad eius hortos quandoque ſecedebat, qui hodie à quibuſdam monſtrantur Romæ ſupra S. Mar. Maioris ædem.

Mechophanes

Mechophanes pictor Pauſiæ diſcipulus, placet nonnullis ob diligentiam quam intelligunt ſoli artifices. Aliter coloribus nimius. Plinius.

Megabyzus
Melanthus medicus
Melanthus poëta
Sp. Melius

Megabyzus Perſa ex Darei ducibus qui Aegyptum euertit. Melanthus medicus qui filias Prœti regis Argeorum ab inſania curauit. Melanthus poëta elegiarum, Cimonis ducis Athenienſium familiaris. SP. Melius equeſtris ordinis prædiues largitione frumenti ex Hetruria aducti plebe delinita ad regnum adſpirans, à Seruilio Hala iuſſu dictatoris Cincinnati, cuius magiſter equitū

erat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Aurius Melinus

erat obtruncatus. eius domus æquata ſolo Aequimelium dicta. Liuius IIII. A. Aurius Melinus uir Cluentiæ, gener Cluentij Habiti. Cuius Cicero meminit pro A. Cluentio, Melianus præſul Rhedonenſis profeſſor ſub Clodoueo rege Francorum ſancto.

Melito

Melito Aſianus genere præſul Sardenſis, philoſophus Chriſtianus librum M. Antonino pro noſtra religione dicauit, ſcripſit & alia plura. Huius elegans & declamatorium ingenium Tertullianus commemorat. ex Hieronymo & Euſebio lib. IIII.

Melitus orator

Melitus orator Athenienſis qui Socratem accuſauit, æmulus Periclis in republica, unde pulſus dux Samiorum factus bello nauali contra Sophoclem ducem Athenienſium uenit.

Melitus poëta

Alter poëta tragicus, qui ut durus taxatur ab Ariſtophane. σκολιὰ μελίτȣ καρικῶν αὐλημάτων. Suidas.

Meletius

Meletius præſul in Aegypto Arrianæ ſectæ, unde Meletiani dicti ſunt. Nam ab initio ob metum ſub Diocletiano principe fidei deſertor fuit. Deinde ſacrificauit. Arrianis demum adhæſit. Sectatores habuit plures, eos præſertim qui tunc Petro præſuli Alexandrino Orthodoxæ fidei aduerſabantur. autor Socrates in hiſtoria tripartit. Meletius è Sebaſta Armeniæ ciuitate contra decretũ concilij Arrianus fit præſul Antiochiæ. Qui tamen inde rurſus pellitur in exilium, quod præter opinionem ipſorum, non Arrij ſed noſtram fidem defendere cœpiſſet, quem magna pars Antiochenſium ſecuta, ab errore depulſa eſt. Euſebius.

Meleus

Meleus Pelaſgus profugus à patria, dum Pythiam de ſede conſuleret reſponſum tulit, πᾶσα γῆ πατρὶς. Omnis terra patria, quòd à quodam poëta uſurpatum. Omne ſolum forti patria eſt. ex quo prouerbium uenit. meminere ipſius Mnaſeas & Dionyſius Chalcidenſis. Ex libro Prouerbiorum.

C. Meliſſus grammaticus

C. Meliſſus Spoletinus grammaticus muneri datus Mecœnati ac manumiſſus ab eo. autor Tranquillus.

Meliſſus philoſopus

Meliſſus Samius Parmenidis auditor, philoſophus ciuibus ſuis charus, quibus præcepta plura dedit, rempublicam adminiſtrauit, claßiq; in bello præfuit Olympiade LXXXIIII. ut refert Apollodorus.

Meliſandrus

Meliſandrus Mileſius Lapitharum & Centaurorum bellum ſcripſit, ut autor Aelianus de uaria hiſtoria.

Melchiſedech

Melchiſedech Hebræi Sem filium Noë putant & uſq; Aaron ſacerdotem uixiſſe. Rex igitur Salem id eſt Hieroſolymæ primus & ſacerdos fuit, qui nouum ſacrificij genus Deo panem & uinum obtulit. Abraamo ex uictoria redeunti obuiam proceſſit. Primus item qui typum Domini noſtri geßit. Nam eius genealogia ignoratur, ſicuti & Chriſti, ſine humano patre, ſecundum uerò diuinitatem ineffabilis. Rex etiam fuit Chriſtus, & ſacerdos, & ſeipſum Deo loco ſacrificij obtulit.

C. Memius

Cn. Memius anno ab urbe condita CCCCXXX. deuictis nauali prælio priſcis Latinis ac Antiatibus eorum roſtra nauium ærata in foro poſuit, appellariq; forum roſtra cœpit. ut autor Liuius VIII.

Menander poëta

Menander Athenienſis Comicus nouæ comœdiæ, ſtrabus fuit lumine, mente acutus, amore in mulieres inſanus. ſcripſit fabulas LXXXVIII. & epiſtolam unam ad Ptolemæum regem, aliaq; nonnulla ſoluta oratione. Hæc Suidas. Quintilianus autem de eo ſic. Menander meo iudicio diligẽter lectus ad cuncta quæ præcipimus efficienda ſufficit. Ita omnem in uita imaginem expreßit, tanta in eo inueniendi copia & eloquendi facultas, ita eſt omnibus rebus, perſonis, affectibus adcommodatus, ut omnibus eiuſdem operis autoribus tenebras obduxerit. Plinius autem ſic: Menandro in Comico ſocco teſtimonium regum Aegypti & Macedoniæ contigit, claſſe per legatos petito. Maius ex ipſo, regni fortunæ prælata literarum conſcientia. Ex hoc autore nihil ad nos peruenit, quod Græcorum ſeueritas Chriſtianorum, longe præſtantior noſtra, hos diu Comicos ſuſtulerit.

Menander ſophiſta

Menander Laodiceus ſophiſta ſcripſit commentarios in artem Hermogenis & in præexercitamenta Minutiani. Suidas.

Menander Magus

Menander alius Simoni mago ſucceßit & ipſe quoque genere Samarita, non ſolùm eius referens impietatem, ſed longe ſuperans maioribus portentis efferebatur, ſeſe ſeruatorem dictitans ex Olympo ad hominum ſalutem demiſſum, docens nullo pacto Angelos ab hominibus uinci, aut cogi poſſe quàm artis magicæ diſciplina, & baptiſmo ab eo traditis, ex quibus profecto immortalitas humano generi proueniat. Quæ omnia ex libris Irenæi ſcire perfacile fuerit. Sed & Iuſtinus de ijs ipſis, in quibus Simonis fecerat mentionem, etiam de hoc talia quædam ſcribit. Euſebius libro III.

Menalippides pater & F.

Menalippides poëta Melius genere: Olympiades LXV. ſcripſit Dithyrambicorum plures libros & poëmata epica, & epigrammata, & elegos. Huius ex filia nepos Menalippides iunior: item poëta, ſcripſit Lyrica & Dithyrambica. Vixit, mortuusq; eſt apud Perdicam regem.

Menecrates medicus

Menecrates Syracuſanus medicus, nullam dicitur accipere ſolitus mercedem medendo, Curabat in primis ſacrum morbum, tantum hac mercede contentus, ut liberati ſe eſſe ipſius ſeruos faterentur, Se uerò Iouem appellabat.

Menecrates poëta

Alter quoq; Menecrates Comicus fuit. Fabula ipſius μανέκτωρ ἢ ἑρμιονεύς. Suidas. De ſuperiore Menecrate Aelianus de uaria hiſtoria ſcribit: eum Philippi Macedonis fuiſſe medicum, tantaq; adrogantia, ut ſe Iouem appellaret: Philippoq; hoc modo ſcriberet. Menecrates Iuppiter Philippo εὐπράττειν, id eſt felicitatem. At ille reſpondit: Philippus Menecrati ὑγιαίνειν: id eſt ſanitatem. Conſulo enim ut ad Anticyre loca te conferas: planè ſignificans ei elleboro ad ſtultitiæ remedium opus eſſe. Menedemus nobilis inter Socraticos philoſophus, Phædri diſcipulus, pauperis architecti filius. Nihil unquam ſcripſit: ut autor Antigonus Caryſtius. Deceßit annos natus ſeptuaginta quatuor, ut Diogenes ait.

Menedemus Cynicus

Menedemus Lampſacenus Cynicus ſecta, in tam prodigioſam uenerat ſuperſtitionem, ut ſumpto habitu furiæ circumiret, dictitans ſe exploratorem ex inferis ueniſſe, delaturum dæmonibus mortalium peccata. Pullatus ambulabat, cum tunica talari, adſtricta puniceo balteo. Caput arcadico pileo contectus, cothurnis tragicis, barba promiſſa, uirga in manu. autor idem.

Menæchmus hiſtoricus

Menæchmus Proconneſius philoſophus Platonicus, ſcripſit libros tris in libros Platonis de republica. Menæchmus alter Sicyonius hiſtoricus, ſcripſit hiſtoriam Alexandri magni. meminit utriuſque Suidas. Menæchmi fabula Plautina.

C. Menius

C. Menius quum domum ſuam Catoni & Flacco Coſs. uenderet, ut ibi baſilica ædificaretur: excepit ius unius columnæ ſuper qua tectum proijceret, ut inde ipſe & poſteri eius ſpectare munus gladiatorium poſſent, quòd tunc in foro dabatur. Ex illa igitur columna Menia, uocitata Meniana ædificia. Pedianus.

Menius præſ.

Menius item præſul Catalaunenſis à Petro inſtitutus, & unà cum Dionyſio in Galliam miſſus.

Menæ duo

Menas uir Aegyptius, & martyr ſub Diocletiano in Phrygiæ partibus: ubi ſub Agricolao duce merebat. Alter profeſſor natus inter Samnites, in ſolitudine uiuens ac paupertate. Tantum apes in agello curabat: dona tamen non deerant adeuntium eum: quos à malis auertere ad bonaq; conuertere ſolebat. Fuit Gregorij tempore, qui hæc in dialogo libro tertio narrat.

Menippus philoſophus

Menippus Phœnix ſecta Cynicus: nihil memoria dignum edidit, porrò ipſe, libriq; eius ridendi. Cumq; habendi cupidißimus eſſet, bonis amißis laqueo uitam finiuit, autor Diogenes: qui ſex alios, quanquam minime claros, huius nominis commemorat.

Menippus poëta

Suidas uerò alium addidit, qui fuit poëta Comicus: eius fabula κέρκωπες.

Menippus orator

Menippus item alius Stratonicenſis, in tota Aſia diſertißimus, præceptor Ciceronis: ut ipſe in Bruto teſtatur.

Menippus philoſophus

Alium Macrobius adducit Menippum, quem philoſophum & ſeruum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

fuiſſe tradit:ſcripſiſſeq; libros quos imitatur in ſatyris Marcus Varro: quas Menippeas uocauit, alij uerò Cynicas.

Menelaus poëta

Menelaus poëta Aegæus ſcripſit Thebaida libris VI. & alia: Suidas.

Meſomedes

Meſomedes penultima producta, poëta Hadriano principi chariſſimus: ſcripſit in laudem Antinoi liberti ſui. Suidas.

Meſon

Meſon aſtrologus, ex his unus qui ab Athenienſibus adſcriptus fuit nauigaturis in expeditionem Siciliæ, onus detrectare cupiens, tempeſtatem futuram prædixit. Cumq; propterea minimè proficeret, ſimulauit inſaniam, atq; hoc modo miſſionem habuit. Feliciusq; hoc illi contigit quàm Vlyſſi: cuius ficta inſania à Palamede detecta & accuſata fuit. Aelianus de uaria hiſtoria. Metelli plebeij fuere, ut ait Liuius, uerum clari uictorijs & magiſtratibus, Cæcilijq; omnes appellati: Quorum primus Quintus Cæcilius Metellus Cæcus & Pont. maximus: quam orbitatem contraxit, dum ſacra ex incendio ædis Veſtæ rapuit.

Metellus Cæcus

Prius enim primo bello Punico aduerſus pœnos ſpecioſiſſimum egit triumphum, XIII. ducibus hoſtium, & CXX. elephantis in eo ductis. Item quod pontifex eſſet, A. Poſthumium Cos. quoniam idem & Flamen martialis erat, cum ille ad bellum proficiſci uellet, non paſſus eſt à ſacris recedere. Liuius XIX.

Metellus Macedonicus

Q. Cæ. Metellus à domita Macedonia Macedonicus uocatus: prætor Pſeudophilippũ, & Achæos, quos his prælio fudit, triumphandos Mumio tradidit. Inuiſus plebi ob nimiam ſeueritatem, & ideo poſt duas repulſas conſul ægrè factus, hoſtes in Hiſpania domuit. Quumq; omnia proprio & ſubito ageret conſilio, amico cuidam quid acturus eſſet roganti: Tunicam, inquit, meam exurerem, ſi eam conſiliorum meorum conſciam exiſtimarem. Hic quatuor filiorum pater, ſupremo tempore, humeris eorum ad ſepulcrum elatus eſt: è quibus tres conſulares, unum etiã triumphantem uidit. hæc Cæcilius. Cicero autem de eodem. Q. Metellus is cui conſulares filij fuere, in primis eſt habitus eloquens, qui pro L. Cotta dixit, accuſante Africano. Cuius & aliæ ſunt orationes. Gellius quoque oſtendit hunc inter principes ſui temporis oratores fuiſſe, characteremq; dicendi eius ponit ex quadam oratione, quam in triumpho ſuo habuit. De hoc item Liuius LIX. ait, quòd Cenſor cum Q. Pompeio fuit, & ab Attilio Labeone trib. pleb. de ſaxo deijci iuſſus: quòd in legendo ſenatu ab eo præteritus ſit: quod ne fieret alij tribuni auxilio fuere. In ea etiam cenſura legem tulit, ut omnes uxorem ducere cogerentur: extabatq; eius oratio ſuper hoc habita, quam Auguſtus quum de maritandis ordinibus ageret, uelut eo tempore ſcriptam, in ſenatu recitauit. Felix præterea appellatus ob rerum ſucceſſum, quodq;, ut ſuprà narraui, elatus à filijs conſularibus, quos Plutarchus de fortuna Ro. nominat, Q. Balearicum, L. Diadematum, M. Metellum & C. Metellum Caprariũ.

Metellus Balearicus

Ex quibus Q. Metellus Balearicus, à uictis eis inſulis dictus eſt, L. Metellus Diadematus, ſiue Vittatus appellabatur. Plutarchus in Coriolano.

Metellus Vittatus

In Metellorum inquit, familia fuit, qui Vittatus appellaretur, à uitta, qua ulceris tegendi gratia frontem obligabat. Hunc Plinius Diadematum uocat, meminit eius & Cicero pro reditu ſuo.

Metellus Numidicus

Q. Cæ. Metellus Numidicus, de Numidiæ rege Iugurtha triumphauit. Deinde Cenſor, quia eum qui ſe Ti. Gracchi filium mentiebatur, in cenſum non receperit: idemq; in legem Apuleiam per uim latam, iurare noluerit: in exilium actus, Smyrnæ ſubſtitit. Claudia exinde rogatione reuocatus, quum in ludis forte de reditu literas in theatro accepiſſet, non prius legere dignatus eſt, quàm ſpectaculum finiretur. Metellum ſororis ſuæ filium laudare noluit, quòd is olim iudicium & leges detrectarat. Cæcilius.

Qu. Metellus Pius

Huius Numidici filius Quintus Metellus Pius appellatus, quòd patrem adſiduis precibus ac lacrymis ab exilio reuocauerit: prætor bello ſociali Marſorum ducem interemit: Conſul in Hiſpania Herculeos fratres compreſſit: Sertorium expulit. Adoleſcens in petitione præturæ & pontificatus, conſularibus uiris prælatus eſt. autor Cæcilius. Valerius uerò huius dedecora mutationemq; morum cõmemorat his uerbis. Metellus Pius uir quondam abſtinentiſſimus, aduentus ſuos in Hiſpaniã ab hoſpitibus, aris, thure, attalicisq; aulæis læto animo excipi patiebatur. Cum lautiſſimis epulis apparatiſſimos ludos interponi ſinebat: cum palmata ueſte conuiuia, cum coronis celebrabat: & cuius adoleſcentia priſcos uidit mores, ſenectus nouam exorſa eſt luxuriam. Liuius quoq; LXXXIX. Hic ait inter proſcriptos à Sulla quum ad poſticũ uxoris ſuæ acceſſiſſet, & admiſſus nõ fuiſſet, ibidẽ ſe tranſuerberãs fores ſanguine reſperſit.

Qu. Metellus Creticus

Q. Metellus Creticus, à deuicta Creta uocatus, propinquus illius Metelli, qui æquo imperio cõtra Hiſpanos pugnauerat, à ſenatu fuerat prius in Cretã miſſus, quàm aduerſus Piratas Põpeius proficiſceretur. Hæc enim inſula fons ſecundus piratarũ erat, multosq; in ea prædones ab ſe comprehenſos ſuſtulerat. Multiq; etiã obſeſſi in ea in deditionẽ Pompeio ſe potius dabãt, tanquã ea prouinciæ eius pars foret. Põpeius igitur literis acceptis L. Octauiũ ad Metellũ miſit, denũciatũ uti abſtineat, & ad ciuitates uti ne pereant. Quẽ Metellus deſpectum habens rem proſequitur, deq; piratis ſupplicium ſumpſit, ac uictoriam reportauit, exemplũ obijciẽs Achillis, cui non uirtuti datũ fuit, quòd Hectorem ab iniuria aliorum Græcorum prohiberet, ut cædi ſuæ reſeruaret. ex Plutarcho in Põpeio.

L. Metellus Delmaticus

L. Metellus Delmaticus, à uictis Delmatis autor Pedianus in actionem tertiã contra Verrem.

L. Metellus adoleſcens

L. Metellus nobilis adoleſcens, autor cõiurationis inter iuuenes Ro. fuit deſerendæ Italiæ tẽpore Annibalis, & ad regẽ aliquem confugiendi. Qui ſtricto gladio à Scipione Africano tũc tribuno ſuper eis, adactiq; ſacramento repreſſi ſunt.

Metellus Tribunus pleb.

Metellus alius tribunus pleb. qui Cæſari ærariũ inuadenti reſtitit. Cui Cæſar inquit. Non idem adoleſcens armorũ atq; legum tẽpus eſt: eumq; arma intentãdo abſterruit.

Metelli Celer & Nepos

Metelli Celer & Nepos Ciceronis tempore, quos ipſemet refert, in cauſis quidẽ uerſatos non eſſe, tamẽ non ſine ingenio, nec indoctos, Nepotis pater fuit Q. Metellus nepos Balearici filius, Macedonici nepos, qui cõſul fuit cum T. Didio. Accuſatus à Curione, moriens filiũ iureiurando adegit, uti Curionem accuſaret ſui accuſatorẽ, qui iuſſa fecit.

Metellus prætor Siciliæ

Hic eſt Metellus cũ quo poſtea Cicero ſimultates geſſit, ac prætor Siciliæ Verri ſucceſſit.

Metellus prætor urbanus

Alius itẽ eius tẽpore prætor urbanus erat: tertius conſul cũ Q. Hortẽſio. Hæc Pedianus.

Meſſalæ

Meſſalæ cognomentũ prius indidit familiæ Valeriorũ, Valerius Meſſala, qui primo bello Punico Cos. Meſſanã expugnauit ac Catinam, primusq; tabulã picturæ prælij quo Hieronẽ & Carthaginiẽſes in Sicilia uicit, propoſuit in latere curiæ Hoſtiliæ, anno urbis CCCCXC. Idem horologiũ Romã portauit, ſecundus à Papyrio Curſore, qui ante annis XLII. publice cõſtituerat ſolariũ. Poſtremo Naſica aqua diuiſit horas. Plin. Duos oratores Meſſalas, ſenem & iuuenem. Quintilianus commemorat. Quorũ iuuenem Plinius teſtatur, cum à morbo graui reſipiſceret, nominis ſui oblitũ fuiſſe. Quintilianus item de S. litera librũ, & item aliũ de familijs Rom. ſcripſiſſe, in Auguſti dignationem & amicitiam ueniſſe: idq; argumentum quod teſte Trãquillo ſenatus per eum patriæ patris ei nomẽ obtulit.

Metrodori tres

Metrodori tres in primis memorabiles. Lampſacenus Epicuri diſcipulus, fidiſſimusq; amicus, Strabone Diogeneq; teſtib. qui XVII. annis nunquam ab eo diſceſſit. Decedens annorũ LIIII. liberos ſuos Epicuro commendauit. Metrodorus Atheniẽſis Carneadis auditor, ut Cic. de oratore teſtatur, pictor & philoſophus fuit. Itaq; quum L. Paulus deuicto Perſeo petijſſet ab Athenienſibus, ut ei quàm probatiſſimum philoſophum mitterent ad erudiendos liberos,

ſimul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſimulq́; & pictorem ad excolendum triumphum, in utroque illi Metrodorum elegerunt. Hunc & Carneadem uſos fuiſſe magnopere memoria artificiali, Cicer. eſt autor. Metrodorus Scepſius, qui è philoſophica uita in ciuilem migrauit, magna ex parte in ſuis ſcriptis oratorie loquitur, & nouo quodam dicendi genere uſus eſt, quo multos deterruit. Propter nominis famam, quanquam pauper erat, clarum tamen cõiugum apud Carthaginienſes adſecutus eſt. Quumq́; in amicitiam Mithridatis regis ueniſſet, ad eum cum uxore migrauit, in honoreq́; fuit. Nec diu feliciter ceſsit. Nam legatus ab eo ad Tigranem miſſus, à rege deſciuit. Tigranes eum inuitum regi remiſit, qui ſeu regis opera, ſeu morbo, in itinere exceſsit. Hæc Strabo.

Methodius

Methodius Tyri Præſul, libros aduerſus Porphyrium, aliosq́; aduerſus Origenem edidit, multaq́; alia quæ lectitantur. Exceſsit ad extremum martyr in Chalcide Græciæ. Hieronymus.

Metius Gem.

Metius Geminus dux Tuſculanorum, ſuperatus à Romanis bello Latino.

Metius Curt.

Metius Curtius Sabinorum dux contra Romulum ob raptas Sabinas acriter pugnauit.

Metius Suffe.

Metius Suffetius, dux Albanorum, quòd contra fœdus ſocietatis in bello Fidenatium animum ancipitem & infidum geſſerat, iuſſus eſt in concione à Tullo Hoſtilio quadrigis diſcerpi. Liuius. I.

Meuius poëta

Meuius & Bauius mali poëtæ, Vergilij æmuli, ut ipſe in Bucolicis. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui. Horatius. Mala ſoluta nauis exit alite Ferens olentem Meuium.

Meſſalianorũ ſecta

Meſſalianorum, quos oratores, alioq́; nomine Enthuſiaſtos appellant, exorta ſecta, Valentis & Valentinianorum temporibus. Ii enim cuiuſdam dæmonis effectum expectant, quem S. Spiritum arbitrantur. Reijciunt opus manuum tanquàm malignum, ſomno otioq́; indulgent. Principes ſectæ Datoſius & Phibas atq; Dalphidius erant. Quos agentes apud Edeſſam urbem, Flauianus præſul Antiochenus iuſſos ad ſe uenire redarguit, habita longa cum Dalphidio præſertim diſputatione. Theodoritus in hiſtoria tripertita.

Minicij
Minucij
Munacij

Minicios & Minucios ac Munacios diuerſas Romæ domos, ne quis erret, ex marmorũ teſtimonio fuiſſe deprehendimus. Tybure nanq; in templo ſancti Vincentij ſic legitur. L. Minucius Natalis Cos. Aug. Cos. Augur. leg. PROPR. Prouinc. Mœſiæ inferioris uotis. V. S. C. Et in eadem urbe in templo S. Archangeli idem nomen Græcè ſcriptum reperitur. Ἀσκληπίῳ σωτῆρι Κ. Μινίκιος Ναταλίος, ὕπατος, ἀντύπατος Λιβύης, αὔγουρ, πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστρατηγὸς σεβαστοῦ Μυσίας τῆς κάτω, τὸν ναὸν καὶ τὸν βωμὸν ἀνέθηκεν. Minutiorum uerò & nominis, & nobilitatis plura teſtimonia.

Minutius Augurinus

Primus in ea familia qui claritatem habuerit T. Minutus Augurinus, Præfectus annonæ ſub Cincinnato Imper. SP. Melium regnum adfectare, concionesq́; & arma & concilia domi habere, largitionem quoque facere primus deprehendit, ad Cincinnatumq́; detulit, ob quam rem boue ab eo aurata extra portam Trigeminam donatus eſt: autores Plin. Liuius.

Q. Minutius Conſul

Q. Minutius Cos. contra Volſcos & Sabinos bellum gerens, & ab eis in Algido obſeſſus, à L. Q. Cincinnato Dictatore liberatus eſt. Quare & à Minutio & ab eius exercitu corona obſidionali donatus eſt. Hic etiam præter imperium Dictatoris pugnans, pro Conſule legatus apud exercitum relictus eſt. Liuius.

Q. Minutius Thermus

Q. Minutius Thermus cum L. Cor. Merula Cos. factus cum Liguribus in agro Piſano feliciter pugnauit, interfectis ex eis IX. mil. reliquis in fugam conuerſis. Idem legatus C. Manlij Conſulis miſſus, uti iuramentum ab Antiocho fœderis, quod cum eo Manlius iniuerat acciperet, uerberatus: deinde in eiuſdem Manlij exercitu pugnando, paulò pòſt extinctus eſt. Liuius.

M. Minutius Rufus

M. Minutius Rufus magiſter equitum ferox & temerarius, criminando Fabium maxi. dictatorem tanquam timidum & ſegnem, effecit ut populi iuſſu imperium ei cum Dictatore æquaretur. Diuiſoq́; exercitu, cum iniquo loco conflixiſſet, & in maximo diſcrimine eius eſſent legiones, ſuperueniente cum exercitu Fabio liberatus eſt. Quo beneficio uictus, caſtra cum eo coniunxit, & patrem eum ſalutauit. Liuius XXII.

C. Minutius

C. Minutius in concione Brutum Conſulem admonuit, non eſſe ſequendam Collatini collegæ ſententiam de reddendis bonis quæ Tarquinij per legatos petebant, ne his contra patriam uterentur, nec eum ſuſpicione uacare, quod propinquus illorum eſſet. Plutar. in Publicola.

T. Minutius

T. Minutio & L. Poſthumio Coss. in Samnium miſsis, ad Tifernum pugnatum, ut Liuius IX. Ex quo Tifernum non in Vmbria ubi nunc ponitur, eſſe apparet, ut Ptolemæo item ſcribitur.

Minutius Felix

Minutius Felix Romæ nobilis cauſidicus, ſub Heliogabalo ſcripſit dialogum Chriſtiani & Ethnici diſputantium. Hierony. & Lactant.

Minutia

Minutia ueſtalis ſuſpecta propter mundiorem cultum ad portam Collinam dextra uia ſtrata, defoſſa. Scelerato campo ab inuiſo ideo loco nomen factum eſt: Liuius lib. VII.

Mida

Mida rex Phrygiæ ditiſsimus, cuius fabula Ouid. teſte lib. XI. Silenum Bacchi miniſtrum captum Phryges apud Tmolum montem, ad Midam perduxerunt. Quem rex cum dimittere iuſsiſſet à Baccho gratiam hanc conſecutus, ut quicquid tangeret aurum fieret. Quod tandem cum animaduerteret ei officere, rurſus petijt ut reſtitueretur in priſtinum. Iterũ de eo narratur. Pane & Apolline de fiſtula cõcertantib. iudicium pro Pane tuliſſe. Iratus Apollo, ſtultam ei mentem, auriculasq́; aſini pro ſigno dedit. Ille cælare cõtendens, tandem à ſeruo conſpicitur, qui ſecreti impatiens in ſcrobem terræ clàm quid uiderat retexit: unde arundines enatæ, ac uento agitatæ, uocem eandem referebant. Quod Perſius noſter pulchræ uſurpauit, quum ſtultitiam ſuorum temporum prodere uellet, Auriculas aſini quis nõ habet?

Mithridates

Mithridates rex Ponti, ut eſt autor Trogus lib. XXXVII. ob auxilium aduerſus Ariſtonicũ Romanis latum, Syria maiore donatus fuit, morteq́; repentina interceptus, filium reliquit item Mithridatem, cuius ea poſtea magnitudo fuit, ut omniũ barbarorum ante ſe geſta ſuperarit. Bellũ cum Rom. ann. XLVI. uaria uictoria geſſit, Aſiam occupauit.

Qu. Oppius
C. Aquilius

Q. Oppiũ Procõſul. & Aquilium legatum in uincula coniecit, iuſſuq́; eius quicquid ciuiũ Rom. in Aſia fuit, trucidatum eſt. Rhodũ, quæ ſola in fide permãſerat, oppugnauit, Athenas per Archelaum præfectum occupauit, qui uictus à Sulla eſt, paxq́; cum rege facta: ita ut Bithynia (nam cũ Nicomede rege ſocietatem inierat) Cappadociaq́; & Aſia cederet. Deinde deficiẽs à Lucullo apud Cyzicum ſuperatus, ad regem Armeniæ Tigranem confugit: finisq́; belli fuiſſet, ſi Romanos præda à perſecutione non auertiſſet. Poſtremo à Pompeio, qui Luculli uictoriæ ſucceſſerat, in Boſphorum fugatus, ac penitus ſubiugatus Pontus in prouinciam redacta.

Pharnaces
Antidotum Mithridaticum

Pharnaces in amicitiam à Pompeio receptus, ac Boſphori rex factus, patri Mithridati bellum intulit: Ille in regia obſeſſus, uenenum ſumpſit, quumq́; parum profeciſſet à milite Gallo adiutus ac interfectus eſt: nam contra uenenum quotidie utebatur antidoto. Plin. libro XXIII. capit. IX. In ſanctuarijs inquit, Mithridatis antidoti compoſitio inuenta à Pompeio, è duabus nucibus ſiccis, & ficis totidem, ac rutæ folijs XX. ſimul tritis: addito ſalis grano, quod ieiuno dandum contra uenenum. Ipſe quoq; tanta memoria fuit, ut teſte Valerio linguas XXII. populorum, quibus imperitabat, probe teneret. Exercitationi & uenandi ſtudio adeo intentus, ut ſeptem annis neque urbis, neque ruris tecto uteretur.

Hipſicratea

Hypſicrateam coniugem in omnibus bellis adiutricem, armatamq́; habuit, crudelis alioquin in ſuos: nam & Laodicem coniugem & ſororem, præterea matrem: fratremq́;, ac filios tris impuberes, & totidem filias interfecit. In omnibus bellis CLX.

è ſuis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Polemon è ſuis amiſit. Poſt eum Polemon in Ponti parte ſucceßit,
Zenonis oratoris filius è Laodicea Syriæ, ob eius merita,
Antonio primum, deinde Auguſto concedentibus poſt eum
Milo Crotoniata uxor eius Pithodoris cum filijs. Strabo XIII. Milo Cro-
toniata athleta nobilis: quem cum conſtitiſſet nemo, ueſtigio
educebat, malum tenenti nemo digitos corrigebat. Idem in
Olympia bouem in humerum ſuſtulit: tandem ſibi nimium
credens, quum in ſylua ingentem uidiſſet arborem caudice
diſciſſam, immißis manibus penitus diſcindere cupiens, re-
cluſisq; fiſſuris deficiente conatu ſe feris lacerandum præ-
T. Annius Milo buit. autor Valerius. T. Annius Milo è Lanuuio Munici-
pio, familia Papia, adoptatus à T. Annio auo materno, cliens
Ciceronis in cauſa cædis Clodianæ: autor Pedianus. Hic cum
ob eam cauſam cædis exularet Maſſiliæ, uidiſſetq; Cicero-
nis orationem pro ſe ſcriptam, longe meliorem atq; ipſe ha-
buerat, dixiſſe fertur: ſi ſic oraſſet Cicero, non ego Maßiliæ
lumbricos legerem: autor Dion in Romanorum hiſtor. Ex
quo oſtenditur eum domi interpolare ſolitum poſtea oratio-
nes. Hunc Milonem ſumptu profuſum æris alieni DCC.
Mithæcus mil. LLS. debuiſſe inter prodigia Plinius ponit. Mithæ-
cus grammaticus, ſcripſit de obſonijs, de canibus, & alia.
Minitianus Suidas. Minitianus ſophiſta Athenienſis Galieni principis
tempore, ſcripſit artem rhetoricam, præexercitamenta, &
Miniates diuerſas orationes. Idem. Miniates martyr Florentinus
ſub Decio, in monte ubi nunc eius uiſitur templum, iugu-
Mycon latus. Micon pictor Timareten filiam habuit eandem &
Mirmecides & Callicrates diſcipulam, quæ & ipſa optime pingebat. Plinius. Myr-
mecides & Callicrates in opere admirandi. Hic quadrigam
cum agitatore ex ebore, quam muſca alis, & nauem quam
apicula pennis integeret, fabricauit. Ille Myrmecides formi-
cas tam tenues, ut membra uidere uix liceat: autor Aelianus
Myron de uar. hiſto. Myron Syracuſanus ſtatuarius, cuius uacca
multorum poëtarum epigrammatis celebratur. Alter Athe
Myrtinus nienſis, ut Pauſanias. Myrtinus poëta comicus Athenien-
ſis, frater Hermippi comici Fabulæ ipſius τιτανόπανες,
Mymnermus ἔρωτες. Suidas. Mymnermus Colophonius elegiarũ poë-
ta ac tibicen, ut Stra. ſcribit, quem Propertius ſe imitari fa-
Milciades quatuor tetur. Milciades primus qui condidit Cheronneſum, alius
Gypſei filius, tertius Cimonis, dux inuictiß. qui Dareum in
campis Marathonijs uicit. Eſt & quartus Hieronymo Eu-
ſebiosq; commemoratus, qui Commodi principis tempori-
bus aduerſus Iudæos gentesq; apologeticum pro noſtra re-
ligione diligentißime ſcriptum Imperatori dicauit. Mne-
Mneſimachus ſimachus poëta mediæ comœdiæ: ipſius ſunt ἱπποτρόφος,
Mnaſeas βουσίος, φιλιππος, ut Athenæus Dipnoſophiſtis. Mna-
ſeas Berytius ſcripſit de arte oratoria, & de dictis atticis.
Mopſi tres Suidas. Mopſi tres, unus Athenis Mopſo patre, alter ex
Apolline & Manto Tyreſiæ filia natus, uates, & Argo-
nauta, qui & Mopſorum oppidum in Theſſalia ædificauit:
Montanus orator autor Strab. Montanus, qui uatienus prænomine appella-
tus eſt, orator Narbonenſis, in Balearibus inſulis moritur,
illuc à Tyberio principe relegatus. autor Euſeb. De hoc eſt
Montan. hær. Martialis Docti patria Narbo Vatieni. Eſt item alter hæ-
reſiarcha natione Phryx, cuius ſectatores Cataphrygæ ap-
pellantur. De quo Apollinaris ait. Vicus quidam dicitur
apud Myſiam Phrygiæ, qui appellatur Ardabau, in quo
aiunt Montanum quendam qui nuper ad Chriſti fidem ue-
nerat, ſub Crate Aſiæ Procos: inanis gloriæ cupiditate in-
cenſum, repente mente alienata proloqui cœpiſſe diuerſa
ab his quæ eſſent à maioribus tradita: quem quum plurimi
ut inſanum repellerent, nonnulli uerò agitari diuino ſpiri-
tu putantes, eum ſectabantur. Inter quos, Priſca & Maxi-
milla eodem furore & inſania refertæ ſunt, uaticinariq;
Moſchus cum eo exiſtimatæ. Ex Euſebij hiſtoria libro V. Mo-
ſchus grammaticus & poëta Syracuſanus Ariſtarchi fami-

liaris, hic Secundus à Theocrito ſcripſit carmen buccoli-
con. Suidas. Morychus poëta tragicus & gulæ deditus Morychus
uoluptati, ſuper qua notatur ab Ariſtoph. ὦ φιλτάτη σὺ ἡ Morſimus & Melanthius
πάλαι ποθουμένη φίλη Μορύχῳ. Morſimus & Melan-
thius poëtæ Tragici. Morſimi enim ut frigidi & deteſtabi-
lis poëtæ meminit Ariſtoph. Και διδασκοίμην προσάδειν
Μορσίμου τραγῳδίαν, hoc eſt, eijciam & ſibilem. Alte-
rum Apollonius Tyaneus quum uinctus apud Domitia-
num eſſet, ut infamem notat, μή με κτενέης, οὐ γάρ εἰμὶ
Μόρσιμος. Quo dicto nuſquam comparuit. Melanthius
item ob gulam notatur. Erat enim cinædus, molliq; uita.
Suidas. Monothelitæ ex argumento nomen ſumpſere. Monothelitæ
Duas in Chriſto uoluntates negabant. Diuinam uidelicet &
humanam, quum contrà ſit. Nam & multa Chriſtus ut ho-
mo uoluit, & fecit, doluit, fleuit, orauit. Vt autem Deus, im-
perauit uentis & mari. Contra hos celebrata ſexta uniuer-
ſalis ſynodus, anno DCLXXXV. Princeps ſectæ Ser-
gius præſul Conſtantinopolitanus. Moſes tris omnino me Moſes Cordubenſis
morabiles legimus, Iudæos omnis: unum patria Corduben-
ſem, qui ſcripſit de ſenſu legis Iudæorum, in librum quem
uocant Talmud. Moſes alter Gerundenſis. Tertius le- Moſes gerundenſis
gis conditor Pentateuchi ante hos omnis & omnium præ- Moſes legislator
cepta philoſophorum fuit, quem legiſſe, indeq; plura hauſiſſe
Platonem Auguſtinus exiſtimat. Typum in omnibus conſer-
uatoris noſtri geßit. De quo uaria ſcriptores, ut ueritatis
ignari prodidere. Tacitus eum exulem dicit fuiſſe, Iudæisq;
pulſis ex Aegypto, ducem ſe præſtitiſſe, ac eos adhortatum,
ut nequaquàm Deum, hominum'ue opem expectarent, ſed
ſibimet duci cœleſti crederent. Et quo firmam in poſterum
ſibi eam gentem haberet, contrarios cæteris mortalibus ri-
tus indidiſſe. Strabo autem ſic. Fama eſt Aegyptios eorum
progenitores fuiſſe qui nunc Iudæi appellãtur. Nam Moſes
unus ex Aegyptiorum ſacerdotibus, quum moleſte ferret
eorum inſtituta, in Palæſtinam migrauit. Diſceſſerunt cum
eo multi, quibus curæ diuina erant. Docebat enim quomodo
Aegyptij non rectè ſentirent, qui ferarum imagines Deo tri
buerent, nec Græci qui deos hominum figuris inſignirent.
Ac ſolum id deos eſſe, quod nos & omnia cõtinet, & quam
naturam appellamus. Cuius profecto imaginem nemo ſanæ
mentis audeat effingere. Itaque ſine forma coli digno in tem-
plo oportere, ac ſemper bonum aliquod expectare eos qui
caſte integrè & cum iuſtitia uiuerent, cæteros nequaquàm.

Modeſtus & Ammonius infantes martyres Alexandriæ Modeſtus
ſub Diocletiano. L. Munatius, L.F. L.N. L. Pron. Plan- Munatius
cus de quo in Planco diximus. Muſanus quidam uir pla- Muſanus
nè doctus, ab Euſeb. ac Hieronymo inter noſtros ſcripto-
res ponitur, qui M. Antonino imperante librum aduerſus
quoſdam qui Encratitarum ſectæ addicti fuerant, ſcripſit.

Muſeus Eumolpi filius Athenienſis, primus teſte Dioge- Muſeus
ne, deorum genealogiam uerſibus tradidiſſe fertur, ſphæ-
ramq; inueniſſe. Scripſit amores Erûs & Leandri hexame-
tris, qui extant. Deceßit Falerijs ut Epigramma indicat. Eu-
molpi exanimum Muſeum terra Falerum, continet hoc tu-
mulo, pignora chara patris. Muſeos tris Suidas comme- Muſei tres
morat: unum Eleuſinũ Antiphemi filium uerſificatorem di-
ſcipulum Orphei, qui ſcripſit ὑποθήκας, id eſt, uitæ præce-
pta ad Eumolpũ filium, uerſuum ferè IIII. millibus. Alterũ
Thebanum Thamyræ filium, ante Troianũ bellum, qui poë-
ta Melicus fuit. Scripſitq; hymnos & cantica. Tertiũ Ephe-
ſium item uerſificatorem, qui tẽpore fuit Eumenis & Attali
Pergami regum, ſcripſitq; res Pergamenſes: præterea de Mumius
Perſide lib. X. L. Mumius, de quo Liuius LII. ſic ait, Cũ
Achæis qui in auxilium Bœotios & Chalcidenſes habe-
bant, Q. Cæ. Metellus ad Thermophylas bello cõflixit: qui- Critolaus
bus uictus, dux eorũ Critolaus ueneno ſibi mortẽ cõſciuit: in
cuius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Draccus

cuius locum Draccus dux creatus apud Iſthmon à L. Mumio uictus eſt: qui omni Achaia in deditionem accepta, Corinthum ex S.C. diruit, quia ibi legati popul. Roma. uiolati erant. Thebæ quoq; & Chalcis quæ auxilio fuerant, dirutæ. Ipſe L. Mumius de Acheis triũphauit: ſigna ærea, tabulasq́; pictas in triumpho tulit, ſeq; abſtinentiſſimum uirum egit, neq; de tot opibus quicquam in domum ſuam peruenit. Mutiorum domus iaminde à Mutio Codice nobilitata, qui Scæuola ob dexteram crematam dictus eſt. Hic obſidente urbem Porſena, facta à ſenatu poteſtate, in caſtra ad inimicos proceſſit, Scribamq́; pro rege obtruncauit. Quare captus ductusq́; ad Porſenam, ante omnia, dextra quæ errauerat coram eo igni iniecta, adfirmauit ſecum trecentos eſſe coniuratos. Quo facinore territus rex, acceptis obſidibus, pacem cum pop. Rom. fecit: Mutio prata trans Tyberim honoris gratia data, ſtatua quoq; ſtatuta: Cæcilius.

Mutius codex

Q. Mut. Scæuola

Q. Mutius Scæuola Trib. ple. nouem collegas, duce Sp. Caſſio ad dominationem aſpirantes, uiuos in æde ubi factio tractabatur, cremauit: auſusq́; ſolus pœnam ille nouem collegis dare, quam nouem Tribuni ab uno collega exigere timuiſſent. Valerius de ſeueritate.

Q. Mu. Scæuola iuriſc.

Q. Mutius Scæuola, iuriſconſultorũ eloquentiſſimus: ſicuti eodem tempore L. Craſſus eloquentium iuriſconſultiſſimus habebatur. Fuit peracutus ad excogitandum, quod in iure aut in æquo uerum aut eſſet aut non eſſet: tum uerbis ita ad rem cũ ſimili breuitate mirabiliter aptus. Cic. in oratore.

Q. Mu. Scæ. Pont. Max.

Q. Mutius Scæuola Pont. Maximus, quẽ ſe Cicero in Lælio præceptorem poſt Scæuolam iuriſconſultum habuiſſe adoleſcens fatetur. Hunc partes Sullanas ſecutum Marius iunior ad aram Veſtæ confugientem interfici mandauit.

Q. Mut. Prætor Siciliæ

Q. Mutius prætor Siciliæ ante Verrem. Cui Siculi ob merita, Mutia feſtum diem dicauerunt. Cice. in Verrem.

Q. Mu. tribunus pleb.

Q. Mutius tribunus pleb. ille qui interceſſit ne lex ambitus à Calpurnio Piſone ferretur. Accuſatus deinde à L. Caleno furti, defenſus eſt à Cicerone. Pedianus.

Muſonius philoſophus

Muſonius Babylonius philoſophus ſtoicus ac dialecticus Neronis tempore, familiaris Apollonij Tyanei. feruntur & epiſtolæ utriuſq; inter ſe miſſæ: à Nerone deinde interfectus ob linguæ licentiam. Scripſit & plura in philoſophia, quæ non extant. Citatur ſæpe ab autoribus teſtis. Quædam etiam eius dicta Stobæus in collectaneis refert.

Muſonius Proconſul

Muſonius alter Iouiniani principis tempore, magna uir autoritate, qui Proconſulis poteſtate in Aſiam profectus eſt: autor utriuſque Suidas.

Nabocodroſorus

NABOCODROSORVS rex Aſſyriorũ, quẽ Chaldæi magis extollunt, maioresq́; dicunt res geſſiſſe quàm Herculem, & uſq; ad columnas perueniſſe commemorant: autor Strabo libro XIIII. Is igitur eſt qui in ſacris libris memoratur corrupto uocabulo, Iudæosq́; in ſeruitutem egit.

Nannacas

Nannacas Phrygiæ rex teſte Hermogene de rebus Phrygijs, ante Deucalionis tempora fuit, qui præuidens diluuium futurum, coëgit populares in templo multa gemens ac dijs ſupplicans, ex quo prouerbium Græcum manauit in multo luctu, τὰ Ναννάκου κλαύσω. Res Nannacæ plorabo. Ex lib. prouerbiorũ Græcorum.

Narſes

Narſes eunuchus Iuſtiniani principis cubicularius, bibliopola prius: deinde ob animi uirtutem patriciatus honore auctus, uir religione pietateq́; præditus, ut qui plus precibus ante Deum proficeret, quàm ui contra inimicos. Igitur is in locũ Beliſarij ducis in Italiam miſſus, decem annos uarijs euentibus pugnauit, qui demum adſcitis auxilio X. milib. Longobardis Victige apud Placentiam uicto: deinde alio rege eorum Teia, qui ſibi Lotarium & Bucellum è Francis adſciuerat, in Apulia ſuperato, bello Gothico finem impoſuit, anno XVII. poſtquam inchoatum fuerat: altero uerò & LXX. poſtquam Theodoricus in Italiam intrauerat, Arimino quoq; & cunctis quæ à Gothis in Piceno tenebantur receptis, ad urbem uictor contendit, ibiq́; animum reficiendis ædificijs adplicuit. Cuius opus pons eſt Anienis uia Salaria: cum huiuſmodi inſcriptionibus. Imperante. D. N. pijſſimo ac triumphali ſemper Augu. Anno XXXVIII. Narſes glorioſiſſimus ex Præfec. ſacri palatij excos. atque patricius poſt uictoriam Gothorum ipſius, eorum regibus celeritate mirabili, conflictu publico ſuperatis atq; proſtratis, libertate urbis Romæ ac totius Italiæ reſtituta, pontem uiæ Salariæ uſque ad aquam à nefandiſſimo Totila tyranno deſtructum, purgato fluminis alueo, in meliorem ſtatum, quàm quondam fuerat, renouauit, poſuitq́;. In alio quoque marmore pontis: Quàm bene turbati directa eſt ſemita pontis, Atque interruptum continuatur iter. Calcamus rapidas ſubiecti gurgitis undas, Et Narſem reſonans plauſus ubique canit. Qui potuit rigidas Gothorum ſubdere mentes, Hic docuit durum flumina ferre iugum. Sed & Aquileiam quoque reſtituit ab Hunnis delatam. Tandem tot rebus geſtis, nec ipſe inuidiam ſuperare potuit. Inſimulatus à Romanis auaritiæ & tyrannicæ adminiſtrationis apud Iuſtinianum & eius uxorem, literas ab eis ignominiæ plenas accepit, uti uidelicet Eunuchus ad colum & penſum rediret. Ille iratus, ducam, inquit, tale penſum, talemq́; ordiar telam, quæ extricari facile non poſſit. Itaq; è Pannonia Longobardos euocat, iamdiu Romam inuadere cupientes. Ipſe uerò paulò pòſt exceſſit Romæ, cuius cadauer loculo plumbeo Conſtantinopolim delatum eſt.

Narciſus præſul

Narciſus præſul Hieroſolymitanus, doctrina ſanctitateq́; clarus, quum inimicorum atque inuidorum inſectatione coactus eſſet fugere, atq; aliquamdiu deliteſcere, alius populo præſul ſurrogatur. Tandem quum inimici iam diuerſa uia ſublati eſſent, iubente Deo, improuiſus, gratiſſimusq́; omnibus redijt, quum extinctus putaretur. Vbi uerò iam longæuus, Alexandrum ſibi coadiutorem adſciuit, qui poſtea ſucceſſit, uixit annos CXVI. Ex Euſebij hiſtoria.

Nauatus

Nauatus, ſeu Nouatus, ut nonnullis placet, hæreſiarcha, presbyter Romanus, animo tumidus, ſectam Nouatianorum conſtituit. Qui ſeſe Catharos, id eſt, mundos ac puros appellabant. Quamobrem cogi concilium in urbe ſexaginta Præſulum neceſſe fuit, in que Nauatum damnauerunt. Cuius rei meminit Fabianus Pont. urbis in epiſtola ad Fabianum Antiochiæ Epiſcopum. In qua ſcripſit Nauatum lapſum fuiſſe cupiditate præſulatus, quã cum diſſimularet, apparuit nihilominus paulò pòſt præſul, maximeq́; plebem deceperat, quòd uiros quoſdam bonos ſibi adiunxerat, à quibus poſtea facile cognitus ac relictus eſt, Adeoq́; ſtultus, ut Euchariſtiam populo præbiturus, prius eos iurare cogeret, ſe nunquam relicto. Cornelium Pontificem ſecuturos. Cyprianus præterea librum ſuper hoc edidit elegantiſſimum, ubi lapſos cum eo ad pœnitentiam exhortandos, & obſtinatos à cæteris arcendos admonet. Ex Euſebij hiſtor.

Neocles Nepos cogno.

Neocles philoſophus Athenienſis, frater Epicuri, ſcripſit de ſecta ſua. Nepos cognomentum Romanum ex luxuria inditum. Sic Metellus Nepos, & Cornelius Nepos.

Nepos hæreſiarcha

Nepos hæreſiarcha è Cæſaria Philippi, de quo Dionyſius præſul Alexandrinus apud Euſeb. libro VII. ſic ſcribit. Epiſcopus quidam erat in parte Aegypti Nepos nomine, qui more Iudæorum de his quæ nobis futura promittebantur, ſentiebat: Mille annos uidelicet ſanctos cum Chriſto regnaturos in terris, in libidine & uoluptate: erroremq́; tam impudentem autoritate ac teſtimonio Ioan. Apoſtoli uaticinij tueri conabatur, librum inſuper eius ſectæ ſcriptitando.

Neſtor gram

Neſtor Alexandrinus Academicus, qui Marcellũ Auguſti ſororis filium erudijt

dijt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

dijt,ac poſt Athenedorum eius ciuitati præfuit, ducibus ac
ciuib,acceptus.Strabo.Neſtor è Lycia regione, pater Pi-
ſandri poëtæ,uerſificator tempore Seueri principis ſcripſit
Iliada λειπογράμματον, ſiue ἀστοιχέωτον,hoc eſt ſine or-
Tryphiodor. dine literarum ab Home.poſitarum. Tryphiodorus uerò
Neſtorius ſimiliter ad eius imitationem ſcripſit Odyſſeam.Suid. Ne-
ſtorius Germanicianus,eſt enim Germanicia Syriæ ciuitas,
quòd caſtitate cæteros antecedere uideretur. Præſul Con-
ſtantinopolitanus electus, poſtero die orationem habuit ad
populum & Imperatorem:adrogantiæ plenam,ſeſe cœlum
eis daturum promittens. Hic igitur Paulum Samoſatenum,
Manetem,Apollinarem,ac Photinum ante ſe imitatus,Chri
ſtum tantum hominem eſſe dictitabat,duas omnino negando
naturas. Aduerſus quem Cyrillus præſul Alexandrinus, in-
dicto bello multas conſcripſit epiſtolas, quæ adhuc extant:
reclamante quandoq; Ioanne Chryſoſtomo, & Cyrillũ ob-
iurgante,quòd ob nimiam eius in Neſtorium inſectationem,
eccleſiam perturbaret.Ex hiſt.tripertita.Contra hunc cele-
C.Neuius brata tertia generalis ſynodus ſub Theodoſio iuniore. C.
Neuius poëta comicus,epigramma ſibi poſuit plenum ſuper-
biæ Campanæ.Immortales mortales ſi foret fas flere, Flerẽt
diuæ Camœnæ Neuium poëtam. Itaq; poſtquàm Orci tradi-
tus eſt theſauro, Obliti ſunt Romæ loqui Latina lingua : au-
tor Gellius. Varro autem in lib.de poëtis, dicit eum ſtipen-
dia feciſſe primo bello Punico.idq; bellũ carmine ſcripſiſſe.
Neemias Neemias propheta F.Helchiæ, inter captiuos Hebræos
pincerna Artaxerxis erat. Miſeratus ſuorum conditionem,
facta à rege poteſtate Hieroſolymam redijt, muros urbis
reſtituit, eaſq; ſimul cum Eſdra & populo fuſis ad Deum
precib.dedicauit.Poſtremo in Perſidem redijt, Suſiſq; extin
ctus ac ſepultus,ut ſcribitur in ſacris uoluminibus. Nican
Nicandrus drus Colophonius grammaticus & poëta, & medicus tem-
pore Attali iuuenis illius qui Gallogræcos uicit. Scripſit de
Theriaca contra uenenum,de agricultura. Curationum col-
lationes,prognoſtica Hippocratis uerſib.edidit, aliaq; com-
plura.Suid. Cicero autem de orat. ſic ait, Nicandrus homo
ab agro remotiſſimus : de agricultura tamen ſcripſit, tanta
uis eſt eloquentiæ. Nicandrus & Martianus ſub Maximia-
Nicanor no martyres apud Atinã ciuitatem. Nicanor Herma Ale-
xandrinus grammaticus ſub Hadriano principe, æqualis
Hermippo Berytio.Scripſit de Stigme apud Hom. & diffe-
rentia ipſius in ſenſu, & de Stigme in uniuerſum libro VI.
Suidas. Alter Neuius Nicanor ante hunc, inter grãmaticos
Nicetes à Tranquillo refertur. Nicetes Smyrnæus ſophiſta in Ha
driani principis dignatione, ab eoq; Muſæo Aegyptio ad-
ſcriptus fuit. Quum cauſas tentaret, foro etiam aptiſſimus
uidebatur. Adeo ingenium ad utramq; dicendi rationem ac-
commodauit,ut iudiciale ſophiſtica quadam facultate exor-
nauerit. Sophiſticum uerò & umbratile forenſibus aculeis
roborauerit. Genus dicendi antiquum ac politum retinuit.
Laſciuus nihilominus ac dithyrambicus uiſus. Cuius ſenten-
tiæ ac paradoxæ quaſi bacchantes thyrſi,mellis,lactiſq; co-
piam præbere uidebantur. Ad rempub.non acceſſit, quum
ſe timere diceret magis laudantem populum quàm uitupe-
Nicias rantem.Ex Philoſtrato. Nicias Athenienſis, genere cla-
rus,oppoſitus Cleonis potentiæ. Tris enim uiros dicit Ari-
ſtoteles eodem tempore Athenis æquè potentes fuiſſe, Niciã
Nicerati, Thucydidem Mileſium, & Theramenem Agno-
nis. Thucydides his natu aliquantulum maior, multa cum
Pericle præclara pro repub.geſſit, Poſt mortem Periclis ad
Niciam primæ partes delatæ ſunt. Miſſus igitur imperator
unà cum Demoſthene altero duce contra Syracuſanos, qui
Gylippum Lacedæmoniorum ducem auxilio adcerſiuerant,
infeliciter pugnantes,ambo in bello capti ſunt à Syracuſa-
nis,in carceremq; coniecti,ſibimet manus attulere. Ex Plu-
tarch. ut autem Trogus ſcribit. Demoſthenes ne ueniret in
manus inimicorum, ſeipſum necauit. Nicias capi paſſus eſt.
Is Marco Craſſo in Parallelis ex noſtris opponitur, quòd
& diuitijs æquè abundauerit, & eundem ferè exitum, hic
apud Siculos, ille apud Parthos habuerit. Nicias alius Nicias pictor
Athenis pictor,diligentiſſime canes & mulieres expreſſit,
lumen & umbras cuſtodijt,atq; ut eminerent è tabulis pictu
ræ,maxime curauit. Opera eius multa Romam tranſlata à
diuerſis fuere. Hic eſt Nicias de quo Praxiteles dicebat, in-
terrogatus,quæ maximè opera ſua probaret in marmori-
bus,reſpōdit,quibus Nicias manum admouiſſet, tantum cir-
cumlitioni eius attribuit. Fuit autem Olymp. CXII. Ex Pli
nio. Aelianus autem de ua.hiſto.dicit hunc tantæ fuiſſe erga
artem attẽtionis,ut ſæpe cibi obliuiſceretur. Nicias Pyr- Nicias med.
rhi medicus,qui olim ad Fabritium ueniens,promiſit ei Pyr
rhum ueneno necaturum. At ille auerſatus facinus, Pyrrho Nicias gram.
reſcripſit ut à Nicia caueret. Curtius. Nicias grammati-
cus nobilis Romæ,familiaris Pompeio,ac Ciceroni, qui eius
in epiſtola ad Atticum meminit. Item in alia epiſt.ad Dolo-
bellam. Tranquillus. Nicophanes pictor elegans & con- Nicophanes
cinnus,ita ut uenuſta opera fingeret, cui pauci comparen- Nicodorus
tur. Cothurnus ei & grauitas artis. Plinius. Nicodorus
Mantinæus pugil nobilis ſimul & philoſophus,quantũ glo-
riæ in certaminibus patriæ adtulit,tantum ætate iam profe-
cta certare deſinens,legibus & inſtitutis conſuluit. Aelianus.
Nicochares Athenienſis comicus, Philonidis comici fi- Nicochares
lius coæuus Ariſtophanis : inter ipſius fabulas ſunt ἀμυμώ- Nicoſtratus
νη, πέλοψ, γαλάτεια : ut teſtatur Suidas. Nicoſtratus Mace orator
do orator inter X. ſecundos M. Antonini tempore, & Dio-
nis Chryſoſtomi, & Ariſtidis oratoris æqualis:ſcripſit non- Nicoſtratus
nulla, ut autor Suidas. Fuit item alter Nicoſtratus poëta poëta
comicus, cuius meminit Athen. in Dipnoſophiſtis. Nico Nicoſtratus
ſtratus & Laodocus citharœdi,quum inter ſe cõcertarent, & Laodocus
dixit Nicoſtratus Laodocum eſſe in magna arte paruum:
ſe autem in parua magnum,ſatiusq; non domum diuitijs,ſed
artem ſtudio & diligentia augere. Aelianus de uaria hiſto.
Alius martyr præfectus ſcrinij Diocletiani,unà cum Zoe Nicoſtratus matyr
uxore : quæ crinibus ſuſpenſa, & fumo ſubter ſuffocante Zoe matyr
perijt : antea ſeptem annis muta ex morbo fuerat, curata
demum à diuo Sebaſtiano martyre, & ad fidem ſimul cum Nicolaus Da-
uiro deducta. Nicolaus Damaſcenus philoſophhus Plato- maſcenus
nicus,familiaris Auguſti Cæſaris,ac Hærodis regis Iudæo-
rum. Scripſit hiſtoriam uniuerſalem libris ſeptuaginta, &
uitam Auguſti ſeparatim,apud quem tanti fuit,ut placen-
tas, aut ſi quid ſuauius, quæ ab alijs ei miſſitarentur, Nico-
laus uocaret, & hodie adhuc nomen perſeueret. Is nullius
bonæ artis ignarus fuit. Solebatq; dicere doctrinam omnem
ſimilem eſſe peregrinationi. Sicut enim contingit longe per-
egrinantibus, alibi parum, alibi diu conſiſtere : ubi uerò
domum attigeris, ibi demum conquieſcere, ſic & diſcipli-
nis alibi breuiter immorari debemus, & pauca tantum ſat
fuerit diſcere : alibi plura. Ad philoſophiam uerò tanquam
ad certam domum ac quietem properare. Suidas. Ni- Nicolaus hæ-
colaus autor ſectæ Nicolaitarum,quæ coitus nulla lege te- reſiarcha
nebatur, breuiq; tempore durauit. Huius in Apocalyp.
Ioannes meminit. Hunc unum ex illis dicebant,qui cum Ste
phano ab Apoſtolis conſtituti ſunt diaconi, Sed Clemens Ale
xandrinus in tertio Stromatum libro, eum his uerbis excu-
ſat. Pulchram hic Nicolaus uxorem habuit, & poſt domini-
cam aſcenſionem quum ab Apoſtolis Zelotypiæ redargue-
retur,eam in medium productam,cupientibus ſponte obtu-
lit. Ex illo igitur putauere homines promiſcuo utentes coi-
tu Nicolaitas uocari oportere. Mihi autem compertum eſt
nullam Nicolaum, præter uxorem, cognouiſſe mulierem.
Cuius filius perſancte uixit. Quod autem in medium coniu-
gem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

gem produxerit, non libidini præbendæ, ſed uitandæ potius, purgandæq; famæ gratia feciſſe, qua publice accuſabatur. Euſebius hiſt. libro quarto. Duo item ſancti, Patararum præſul & Tolentinas.

Nicomachi ſex: duo poëtæ, medici III. unus pictor.

Nicomachos ſex tradit Suidas: primum ex Alexandria Troadis, eſt enim ut ait Timoſthenes, locus in Ida: ubi Paris qui & Alexander dictus, iudicium inter deas tulit, Poëtam & hunc tragicum, qui ſcripſit tragœdias undecim. Secundum Athenienſem item tragicum, qui uicit Euripidem & Theogenem: ex eius Dramis eſt οἰδίπους. Nicomachum item Stageriten medicum Machaonis filium, Aeſculapij nepotem, qui ſcripſit de medicina libros ſex, & philoſophiæ unum. Reliquos duos patrem & filium Ariſtotelis ponit, ambos medicos: quorum filius ſcripſit commentarios in phyſicam patris, & VIII. Ethicorum libros ad Eudemum, qui adhuc extant apud Græcos, teſte etiam Cicerone. Sextum quoque Nicomachum addit Plinius pictorem, Ariſtodemi filium & diſcipulum, qui pinxit raptum Proſerpinæ. Quæ tabula fuit in Capitolio in delubro Mineruæ, ſupra ædiculam Iuuentutis. Scyllamq; quæ erat in templo pacis. Nec fuit alter in ea arte uelocior. Habuit diſcipulos Ariſtidem fratrem, & Ariſtoclem filium, ac Philoxenum Eretrium.

P. Nigidius

Publius Nigidius cognominatus Figulus, eo quòd reſponſurus interroganti: Cur gemini diſpari conditione naſcerentur: commentum rotæ meditatus eſt, quæ reuoluta breui momento, maxima percurrit ſpatia. Cuius meminit Auguſtinus, in primo de Ciu. Fuit enim & aſtrologiæ & medicinæ peritus. Ex quo Lucanus. At Figulus cui cura deos ſecretaq; mundi Noſſe fuit. Refert Gellius duos omnigenum diſciplinarum & artium culmine eodem tempore claruiſſe, Marcum Varronem, & Publium Nigidium: cuius tamen commentationes in uulgus ob obſcuritatem ſubtilitatemq; non exiuerunt. Deceßit in exilio, uti teſtatur Euſebius.

Nymphis

Nymphis Heracleotes ex Heraclea Ponti Zenagoræ diſcipulus, ſcripſit hiſtoriam Alexandri, & eius ſucceſſorum libris uigintiquatuor. De Heraclea XIII. uſque ad euerſionem tyrannorum. Suidas.

Gn. Norbanus

Gneus Norbanus conſularis proſcriptus in urbe, Rhodi cum comprehenderetur, ſeipſe interemit. Liuius octuageſimonono. Hic enim Coß. cum Gneo Carbone, Sullæ cum exercitu in Italiam traijcientis legatos de pace uiolauerat, prælioq; uictus fuerat. Idem octuageſimoquinto.

Nonnus poëta

Nouellius Tricongius

Nonnus Panopolita euangelium Ioannis Græcis hexametris conſcripſit, ut autor Suidas. Nouellius Tricongius Mediolanenſis ad Proconſulatum uſque ex Prætura promotus ob tris uini congios uno impetu epotos, ſpectante miraculi cauſa Tyberio principe, unde illi cognomen inditum. Satisq; conſtat eum non labaſſe ſermone, nec leuatum uomitione matutinas obijſſe uigilias, non reſpiraſſe in bibendo, non expuiſſe. Bibendi enim conſuetudo auget cupiditatem. Scitumq; illud: quanto plus biberint, tanto magis ſitire Parthos. Plinius.

Numius

Numius Orator ſcripſit Thucydidis & Demoſthenis chriarum collationes: Ad Hadrianum principem conſolatoriam de Antinoo. Suidas.

Niger Peſcennius

Niger Peſcennius amiciſſimus Commodi principis ab eoq; conſul factus, modicis parentibus, uita parcus, libidinis effrenatæ, ordines diu duxit. Ad exercitus Syriacos regendos à Commodo miſſus, poſtquam comperit occiſum Commodum, Iulianumq; appellatum: eundem quoque iuſſu Seueri & ſenatus occiſum, Albinum etiam in Gallia nomen Imperatoris ſumpſiſſe, ab exercitibus Syriacis appellatus & ipſe Imperator. Demum à ducibus Seueri principis per Aemylianum ſuperatus eſt, atque apud Cyzicum circa paludem fugiens ſauciatus captusq;, & ad Seuerum adductus, trucidatusq; illico eſt. Caput eius pilo ſuffixum Romam miſſum. Filij inſuper cum tota familia necati, publicatum patrimonium, quod acerbius egit exaſperatus noua rebellione Clodij Albini. Hic igitur ſeuerus in regenda diſciplina militum habebatur, Mariumq; imitans & Annibalem iußit uinum neminem in expeditione bibere, ſed acetum. Piſtores ſequi exercitum prohibuit, bucellata iubens milites contentos eſſe. Tumultuantibus quondam his, qui à Saracenis uicti fuerant, & dicentibus uinum non accepimus, pugnare non ualemus, Erubeſcite, inquit, cum illi qui uincunt, aquam bibant. Ex Spartiano.

Octauii pater & auus Aug.

OCTAVIA gens à Velitris originem accepit, quam adſentationis gratia propter Auguſtum excellere dixerunt. Ipſe autem Auguſtus nihil amplius quàm equeſtri familia ortum ſe ſcribit, uetere ac locuplete, & in qua primus Senator pater ſuus fuerit. M. Antonius libertinum ei proauum exprobat reſtionem è pago Turino, & auum argentarium. Cicero in epiſtola eum nepotem argentarij, & filium adſtipulatoris uocat: utcunque, conſtat Auguſti patrem honeſtißimum uirum fuiſſe, magnaq; laude Macedoniam prouinciam adminiſtraſſe, ex ipſius etiam teſtimonio Ciceronis, quo ad Q. Fratrem ſcribens hortatur, ut in promerendis ſocijs uicinum ſuum Octauium imitetur. Tranquillus.

Qu. Octauius Coſs.

Q. Octauius à L. Cinna eius collega cum ille dominaretur, interfectus. Pedianus.

Qu. Octauius Auitus

Q. Octauius Auitus, & Pœtelius Fauſtinus, furta Virgilij adnotarunt, ponentes unde quæque carmina ſurriperentur, ut ait Seruius. Fecit & hoc idem Macrobius.

Odenatus

Odenatus Syrus Plutarchi diſcipulus.

Oenopides

Oenopides Chius aſtrologus dedicauit in Olympia æreum libellum, in quo magnum annum prædicabat. Aelianus.

Ogyges

Ogyges rex primus Thebarum antiquißimus: ex quo prouerbium, ὠγύγια κακά, Ogygia mala, id eſt uetera. Suidas.

Olympius poëta

Olympius Myſius tibicen & poëta melicus & elegiarum, Marſiæ Satyri diſcipulus, qui citharæ legem dedit, modosq; pulſandi reperit & docuit. Floruit ante bellum Troianum, à quo & mons in Myſia nomen accepit. Fuit item alius iunior è Phrygia tibicen tempore Midæ regis. Suidas.

Olympius Nemeſianus

Olympius Nemeſianus, qui ut ait Vopiſcus in uita Cæſarum, ſcripſit Halieutica, Cynegetica, Nautica.

Olymp. præſ.

Olympius item præſul nationeq; Hiſpanus inter Chriſtianos commemoratur ſcriptores à Gennadio: ædidit librum aduerſus eos qui naturæ, non arbitrio culpam referunt.

Olympius, Exarchus.

Homeri duo.

Olympius etiam Exarchorum Italiæ unus. Homeros duos fuiſſe comperimus. De iuniore prius dicam. Hic poëta Tragicus fuit patria Byzantius, patre Andromacho: ſcripſit Tragœdias LVII. unus apud Ptolemæum è ſeptem qui Pleiades nominantur. Hunc putauerim illum fuiſſe æqualem Heſiodi poëtæ, licet nonnulli primum adfirment. Hæc Zezes, qui in Lycophronem commentarios ædidit. Homerum uerò Troiani belli ſcriptorem Galato pictor mingentem fecit, iuxtaq; alios poëtas urinam eius legentes. Ptolemæus Philopator ei templum etiam dedicauit, iuxtaq; eius ſtatuam ciuitates, quæ ciuem cum ſuum uſurpabant: autor Aelianus de uaria hiſtoria. Hic quemadmodum ex Oceano fluminum uis fontiumq; curſus capit, ſic omnibus eloquentiæ partibus ortum & exordium dedit: quem nemo in magnis ſublimitate, nemo in paruis proprietate ſuperauit. Idem lenis & preſſus. Iucundus & grauis, cum copia, tum tenuitate mirabilis, nec poëtica ſolum, ſed oratoria facultate eminentißimus. Quintilianus. Nunc pauca de eius initijs ex Herodoto qui pluribus eius uitam conſcripſit. Natus eſt poſt bellum Troianum annis CLXVIII. ex adulterio matris Criteidis uirginis Cumeæ quæ nupta fuerat cuidam Cleonacti. Hæc cum ob pudorem Smyrnam coloniam tunc à Cumeis duce Theſeo deductam mitteretur, apud fluuium Melen urbi uicinum, inſtanti tempore Home-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

rum peperit non cæcum, ſed uidentem, uocatuſq; ab initio
ex fluuio Meleſigenes. Puer deinde cum optima appareret
indole, à Phannio grammatico doctiſsimo, qui tunc Smyrnæ
cœlebs agebat, unà cum matre educatus eſt, literiſq; eru-
ditus. Mercator deinde quidam, Mentes nomine, iuuenem
ob literas & uirtutem diligens, cupidum alioquin uiſendi
regiones per loca diuerſa orbis tranſuexit. Cum è Tyrrhe-
nia rediret, eum apud Ithacam oculorum morbo adfectum
hoſpiti & familiari ſuo curandum reliquit. Qui poſtea
conualeſcens Colophonem profectus, ibidem rurſus in eun-
dem incidens morbum, cæcus efficitur. Quapropter redire
Smyrnam ſtatuit, atque ibi ſe totum poëticæ tradere. Sed
& ibi cum uictus difficultate laboraret, Cumas uenit ad-
cerſitus, ubi appellatus fuit Homerus. Nam Cumei cæcos
homeros uocant. Inde poſtremo in Chium ſe recepit, ubi
ludum aperuit: ſimul & quietem nactus Iliada condidit,
omneſq; à quibus beneficium accepiſſet in ſuo poëmate com-
memorauit. Nam multas calamitates in orbitate & pauper-
tate uiuens paſſus eſt. Apud Cumas à paſtore Glauco exce-
ptus. Apud Phocidem à Theſtoride grammatico, apud quem
Iliada minorem dicitur compoſuiſſe. Cuius principium dici-
tur huiuſcemodi fuiſſe. Dardaniam & Troiam cano cuius
Pergama circum, Marticolæ innumeros Graij ſubiere la-
bores. Quum deinde è Chio Cumas, & è Cumis Athenas
adnauigaret, feſſuſq; in littore quieuiſſet, egredientes ex op-
pidis complures uti Deum uiſitatum adcurrebant. Ad quem
etiam cum eadem de cauſa piſcatores quidam diuertiſſent,
tale ei ænigma propoſuerunt. ἅσ' ἕλομεν λιπόμεσθα, ἃ
δ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα. Hoc eſt: quæ cepimus, reliqui-
mus: quæ non cepimus, adtulimus. Quod de pediculis in-
telligebant, quos in littore maris ſeſe purgantes reliquerant.
Homerus igitur non intellecta re paucis poſt diebus in eo-
dem loco extinctus eſt. Non equidem ex animi dolore, uti
quidam putant, ſed ex labore uiæ ualetudine contracta. Se-
pultus ibidem cum hoc epigrammate. Ενθάδε τὴν ἱερὴν
κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει Ανδρῶν ἡρώων κοσμή-
τορα θεῖον Ομήρον. Hoc eſt. Conditur hoc tumulo uates
diuinus Homerus, Heroum cecinit qui bene geſta ducum.
Oneſicritus — Oneſicritus philoſophus & hiſtoricus Aegineta, ut au-
tem Demetrio Magneſio placet, Aſtypalæus fuit è Dio-
genis ſchola. Similitudinem quandam cum Xenophonte ha-
bere uidetur. Vt enim ille cum Cyro, hic cum Alexan-
dro Macedone militauit: ille Cyri pædiam, hic Alexandri
incunabula & originem ſcripſit. Similiter & uterque prin-
cipis ſui perſequitur laudes. Stylus inſuper utriuſque ſimili-
Oneſimus — mus: autor Diogenes. Oneſimus Cyprius ſeu Spartiata
tempore Conſtantini magni ſcripſit in rhetorica de ſtatuum
differentia, præexercitationes, declamationes & alia. Sui-
das, Scripſit etiam Probi principis uitam, ut autor Vopi-
ſcus, cuius ipſe epitomen fecit. Onophrius in deſertis Ae-
gypti annis L X. fuit, inuentus capillis coopertus à ſancto
Onoſandrus — Paulino abbate ac ſepultus. Onoſandrus philoſophus Plato-
nicus ſcripſit de re militari. Commentarios in Platonis li-
Gn.Oppius Trib.pl. — bros de Republica. Suidas. Gn. Oppius Tribunus plebis
bello Punico I I. de diſtringendis cultibus matronarum le-
gem tulit, quæ poſtea confecto bello abrogata eſt magna
contentione, cum Cato ſenex maxime obſtaret Valerio
Conſuli. Oratio utriuſque legitur in Liuio de bello Maced.
C.Oppius — libro I I I. C. Oppius amiciſsimus Iulij Cæſaris qui eius
commentarios continuauit, bellum Hiſpanienſe ſcribendo.
C. Oppius Verus. L. Turpilius Priſcus. F. Triumuir iuri-
dicendo. I. D. Aquam cœleſtem dilabentem montibus col-
lectam interciſo aggere per formam cura ſua factam in pi-
ſcinis repurgatis longo tempore ceſſantibus P R. perdu-
xerunt. Bene L. Merentibus T E. Hæc inſcriptio legitur ho-
die apud caſtrum Coræ in Latio. Oppia & Floronia Ve- — Oppia & Floronia
ſtales ſtupri compertæ: altera ſub terram defoſſa eſt ad por-
tam Collinam, altera ſibimetipſi mortem conſciuit. Liuius
X X I I. L. Opimius Cos. Tranſalpinos Ligures qui Maſ- — L.Opimius Conſul
ſilienſe oppidum Antipolim & Niceam uaſtabant, ſubegit.
Liuius X L V I I. L. Opimio Cos. C. & Ti. Gracchis ſe- — L.Opimio Coctura
ditionem agitantibus ea cœli temperies fulſit quam coctu-
ram uocant ſolis opere natali urbis D C X X X I I I I.
omnium generum bonitas fuit. Durantq; adhuc uina C C.
annis iam in ſpeciem mellis redacta. Plin. De eodem uerò
Pedianus ſic ait: L. Opimius in Prætura Fregellas cepit,
quo pacto uiſus eſt cæteros quoque nominis Latini ſocios
male animatos repreſsiſſe. Idem in conſulatu Fuluium Flac-
cum conſularem, C. Gracchum Tribunitium oppreſsit: ob
quam inuidiam poſtea iudicio circumuentus eſt, & in exi-
lium actus. Pedianus ſuper orationem in Piſonem. Aur. — Aur.Opilius
Opilius Epicuri cuiuſdam libertus philoſophiam primum,
deinde Rhetoricam, nouiſsime grammaticam docuit. dimiſ-
ſa autem ſchola Rutilium Lupum damnatum in exilium ſe-
cutus Smyrnæ ſubſtitit, ubi docuit, uariæq; conditionis uo-
lumina compoſuit: ex Tranquillo. Opiter, cognomen- — Opiter
tum Romanum: dicitur is qui mortuo patre, & uiuo auo
natus eſt. Oppianus poëta ex Anazarbo Ciliciæ ciuitate — Oppianus poëta
fuit. Pater cum domi diuitijs ac nobilitate polleret, philo-
ſophiæ ſtudijs ſe dedit. Filium item liberalibus diſciplinis,
præſertim quæ cyclicæ dicuntur, erudijt, grammatica ui-
delicet, rhetorica, & poëſi: forteq; cum ea tempeſtate Se-
uero principi uenienti Anazarbum, obuiam quemadmodum
reliqui ciues procedere negligeret, ab eodem id ægrè fe-
rente in exilium in Melitam inſulam Adriatici maris actus
eſt: ubi tunc Oppianus patrem ſecutus poëma de piſcibus
haud ignobile compoſuit: quod mox Seuero mortuo Ro-
mam profectus, eius filio Antonino dicauit: pro quo me-
ruit & parentis in patriam reditum impetrare, & ab eo-
dem totidem aureis nummis, quot erant uerſus, donari.
Paulò deinde pòſt cum patre redijt in patriam, ubi ingru-
ente peſtilentia extinctus eſt, anno ætatis X X X. Fre-
quentiaq; ciuium elatus, ſtatua inſuper ſumptuoſa ab eis
honoratus eſt cum huiuſmodi elogio. Oppianus ſum ſua-
uiloquens uates. Quem crudelis atque inhumani inuidia fati
ante diem eripuit. Quod ſi longius in luce moras dediſ-
ſet, nullus mihi par gloria mortalium in terris foret. Hæc
ex autore Græco in libri eius uetuſti principio conuerti-
mus. Optatus Afer præſul Mileuitanus ſub Valentiniano — Optatus
& Valente principibus, ſcripſit aduerſus Donatianos.
Horatiorum antiquiſsimus Cocles, id cognomentum adſe- — Horatius Cocles
cutus, quòd in prælio oculum amiſerit. Ex quo Plautinus
cauillus in ſeruum, qui altero captus erat oculo, eum no-
bilem ac de Coclitum familia appellando. Igitur dum Por-
ſena rex Hetruſcorum, Tarquinios in urbem reſtituere
tentans, Ianiculum cepiſſet, Horatius pro ponte Sublicio
ſtetit, aciem hoſtium ſuſtentauit, donec pons à tergo inter-
rumperetur: cum quo in Tyberim decidit, & armatus ad
ſuos tranauit: pro quo facinore ei tantum agri publice
datum, quantum uno die circumarari poſsit. Statua quoque — Horatius Puluillus
ei in Vulcanali poſita. Cæcilius. Horatius Puluillus ſubro-
gatus in locum Sp. Lucretij defuncti in conſulatu. Huic ſor-
te euenit, ut ædem Iouis Capitolini dedicaret. Liu. lib. I I.
Horatij & Curatij trigemini fratres: ij Albani, illi Rom. — Horatii & Curatii
uigente contra Albanos bello conuenere, utri uincerent, al-
tera pars cederet. Igitur concurrentes ſtatim duo Roma-
norum cecidere, tres Albanorum uulnerati. Vnus Horat.
quamuis integer, quia tribus impar erat, fugam ſimulauit,
& ſingulos per interualla, ut uulnerum erat dolor interfe-
cit. Et cum ſpolijs onuſtus rediret, ſororem obuiam habuit,
quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quæ uiſo ſponſi paludamento, qui unus è Curatijs fuerat, flere cœpit, frater eam occidit. Quare apud Duumuiros condemnatus ad populum prouocauit, ubi patris lacrymis condonatus, ab eo expiandi gratia ſub tigillum miſſus, quòd nunc quoque uiæ ſuppoſitum Sororium appellatur. Cæcilius.

M.Hor.Cos.

Liu. item Horatia pila dicit appellata fuiſſe. M. Horatius primus Cos. poſt abrogatos Decemuiros. Qui cum Sabinis uiſtis triumphus ei negaretur, curante Trib. pleb. primus ſine autoritate ſenatus triumphauit. Liu.libro III. Horatius

Q Horatius poëta

Barbatus ab eodem autore commemoratur. Q. Horatius Flaccus poëta, cuius uitam & mores partim ex eius ſcriptis, partim ex antiquis codicibus & enarratoribus licet deprehendere. Venuſinum fuiſſe ferunt, patre præcone libertini generis, natumq; VI. Idus Decemb. Qui adoleſcens admodum Romam profectus & literis eruditus, in amicitiam Bruti uenit: inde Athenis ſtudium abſoluit. Mox à Bruto adcerſitus, contra partes Auguſti ordines in eius exercitu duxit: quo extincto per Mecœnatis amicitiam Auguſto reconciliatus eſt: ex quo ipſi Mecœnati poſtea ſua poëmata dedicauit, quæ inopiæ cauſa fatetur tentaſſe. Paupertas impulit audax, ut uerſus facerem. Moribus haud ſatis probatum dicunt & Epicureis addictum, ac ſpeculis per cubiculum diſpoſitis uoluptati ſe tradentem. Victu alioquin parciſſimum ac procul ambitione. Nam & ipſe ſe fatetur in foro percontari, quanti cicer & olus. Iracundumq; ſe natura, tum Virgilio Varroq; familiarem eſſe dicit. Exceſſit LXXVII. ætatis anno, hærede Auguſto relicto: ſcripſit carminum libros IIII. Epodon & carmen ſeculare. De arte poëtica librum unum. Sermonum II. epiſtolarum totidem.

Orbilius grãmaticus

Enarratores eius antiqui Porphyrio, Modeſtus, Acron, Helenus. Orbilius Beneuentanus, grammaticus tempore Ciceronis profitebatur: uir acer in diſcipulos, ac plagoſus propterea ab Horatio appellatus: uixit prope ad centeſimum annum, amiſſa iampridem memoria, relicto ex ſeſe

Oribaſius

Orbilio & ipſo grammatico: ex Tranquillo. Oribaſius Sardianus familiaris Iuliani principis fuit, à quo etiam Quæſtor Conſtantinopolitanus factus eſt. Scripſit Medicinæ libr. LXXII. ad Iulianum, eorumq; epitomen in libris IX. ad Euſtathium filium, de regno, & de adfectibus: hæc Suidas. Eunapius uerò Græcus autor in libro Sophiſtarum eius uitam pluribus perſequitur. Oribaſius, inquit, Pergamenus genere: in eloquentia pariter & medicina profecit, Iulianoq; propterea ut medicus fuit adcerſitus. Inuidia deinde ſuccedentium principum bonis priuatus ac in exilium ad barbaros miſſus, animum ſemper philoſophi in omni calamitate retinuit. Tanta apud eas nationes gratia & opinione ob doctrinam ac medicinæ experimenta perſeuerauit, ut pro Deo penè coleretur. Placatis demum principibus re-

Origenes

dijt, bonaq; amiſſa recuperauit. Origenes Adamantius decimo Seueri principis anno, uigente in Chriſtianos inſectatione à Leonida patre eodem & martyre cum ſex fratribus & matre uidua relictus eſt, annos natus XVII. pauper admodum, cum bona ob fidem confiſcata fuiſſent. In eaq; ferè ætate adeo iam liberalibus artibus ſacriſq; literis profecerat, ut Alexandrinæ eccleſiæ cathedræ præficeretur. Mox presbyter factus à magnis uiris ſæpe adcerſitus & optatus. Firmianus præſul Cæſarienſis cum omni Cappadocia diu retinuit: deinde à Mammea Alexandri matre uocatus Romam uenit. Inde paucis poſt diebus Alexandriam reuertit. Dogmata diſciplinaſq; philoſophorum omnium probe tenebat, linguam quoq; Hebræam didicit: editiones omnis præterquam LXX. interpretum unà coegit. Aquilæ uidelicet Pontici proſelyti, Theodotionis Ebionitæ & Symmachi. præterea quintam & ſextam & ſeptimam editionem repperit: quas Hieronymus ex eius bibliotheca habuiſſe fatetur. Ardore in fidem præcipuo, abſtinentia ſingulari, uirilibus ſibi amputatis ne ea moleſtia teneretur: uixit uſq; ad Gallum principem, id eſt uſq; ad LXIX. ætatis annum: deceſſit Tyri ubi & ſepultus. Hæc ex Hieronymo, Euſebioq; lib. VI. Orpheus

Orpheus Crotoniata

inter heroas dicitur. Orpheus alter Crotoniata uerſificator, quem Aſclepiades in libro de epigrammatis dixit uixiſſe apud Pyſiſtratum tyrannum. Scripſit Argonautica quæ adhuc extant: præterea Decaeterias & alia quædam, ut ait Suidas.

Hortenſius & Horteſius.

Hortenſius & Horteſius, ſicut Megalenſia & Megaleſia, utroq; modo huiuſmodi nomina dicuntur. Ex Orthographia Velij Longi, tum etiam exemplo marmorum antiquorum. In templo enim S. Mariæ nouæ ſic hodie legitur. Qu. Hortenſio Q. F. Colle Fauſtino, aduocato Fiſci, Præf. Fab. Patrono Municipi Collegium Fabrum Tyburtium ob merita L. D. S. C. Romæ item prope Capitolium ſic. T. Horteſio

Aelius Verinus

Mucroni Nat. uix. An. XXXV. Aelius Verinus Arm. Cuſt. Eq. Sing. Aug. Fratri. Hanc familiam primam illuſtraſſe com-

Qu. Hor. Dictator

perimus Q. Hortenſium dictatorem, qui plebem ob æs alienum longas ſeditiones agitantem & in Ianiculum ſecedentem deduxit, & ipſe in eo magiſtratu deceſſit: autor Liu. lib. VI.

Qu. Hortenſius orator

Q. Hortenſius orator poſt eum maximum decus addidit familiæ. Hic cum admodum adoleſcens in foro dicere exorſus eſſet, ad maiores cauſas adhiberi cœptus eſt antequam incideret in Cottæ & Sulpitij ætatem. Qui annis X. maior excellente tunc Craſſo & Antonio: deinde Philippo, poſt Iulio, cum his dicendi gloria comparabatur. Ardebat enim cupiditate, ſic ut nullius unquam flagrantius ſtudium uiderim. Nullum enim patiebatur eſſe diem quin in foro diceret, aut meditaretur extra forum. Sæpiſſime autem eodem die utrunq; faciebat. Attulerat minime uulgare genus dicendi: uox canora, & ſuauis motus, & geſtus etiam plus artis habebat, quàm eſſet Oratori ſatis. Hoc igitur florente Craſſus eſt mortuus, Cotta pulſus, iudicia intermiſſa bello. Hortenſius igitur poſt conſulatum alios fortaſſe deſpiciens æquales, ſummum illud ſtudium remiſit quo à puero fuerat incenſus: atq; in omnium rerum abundantia uoluit beatius, ut ipſe putabat, remiſſius certe uiuere. Itaq; ut in cæteris eloquentiæ partibus, tum maxime in celeritate & continuatione uerborum adhæreſcens, ſui diſſimilis fieri uidebatur quotidie. Hæc Cicero interpellatim in oratore. Varro autem in III. de re ruſtica dicit Hortenſium primum Augurali cœna pauonem adpoſuiſſe. Sed & Macrobius de eodem ſic. Hortenſius platanos ſuas uino irrigare ſolebat, adeo ut in quadam actione quam habuit cum Cicerone ſuſceptam, precario à Tullio poſtulaſſet, ut locum dicendi permutaret ſecum. Abire enim in uillam ſe ait, uinum platano quam in Tuſculano poſuerat ſuffundere uelle. Fuit præterea ueſtitu uictuq; mollis. Nam ut bene amictus iret, faciem in ſpeculo quæritabat: ubi ſe intuens togam corpori ſic adplicabat, ut rugas non forte, ſed induſtria locatas artifex nodus adſtringeret, & ſinus ex compoſito defluens modum lateris ambiret. Is quondam cum incederet elaboratus ad ſpeciem, collegæ de iniurijs diem dixit, quod ſibi in anguſtijs obuius offenſu fortuito ſtricturam togæ diſtruxerat: capitale putauit quod in humero ſuo locum toga mutaſſet. Hunc & L. Philippum quòd lautitie præſertim piſcinarum delectarentur, Cicero Piſcinarios uocare ſolebat. Hæc Macrobius. In cauſa Verris defenſor fuit contra Ciceronem. Quo orante cum forte Hortenſius dixiſſet: Hoc ænigma non intelligo. Atqui debes, inquit Cicero, cum Sphingem domi habeas. Acceperat enim à Verre Sphingem auream magni præcij. Hæc Quintilianus. Exceſſit eo tempore quo Cicero Aſiam adminiſtrabat, ut apparet in prooemio Bruti: ubi & eius mortem deflet non tanquam æmuli, ſed glorioſi certaminis ſocij. Fertur autem clamore diruptus in actione cauſæ ut indicat Q. Serenus his uerſibus: Sic eſt Hortenſius olim Ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſumptus : cauſis etenim confectus agendis Obticuit:cum uox domino uiuente periret, Et nondum extincti moreretur lingua palati.

Qu. Horten. filius

Qu. Hortenſius eius filius inter proſcriptos à triumuiris fuit. Qui cum audiret Ciceronem interemptum, in eius ultionem C. Antonium traditum ei à Marco filio peremit. Iugulatus poſtremo & ipſe à Marco Antonio ad ipſius C. Antonij tumulum, ut eſt autor Plutarchus.

Hortenſia filia

Hortenſia eius ſoror & Oratoris filia mira facundia & eloquentia mulier à Quintiliano in primo libro memoratur. Cauſam matronarum ante Triumuiros egit cum eſſent iudicio grauatæ.

Hortalus nepos

Hortalus Oratoris nepos, teſte Tranquillo in Tyberio ius quatuor liberorum ab Auguſto obtinuit. Ad hunc etiam ut uirum planè eruditum Catullus elegiam ſcribit. Seuocat à doctis Hortale uirginibus.

Tullus Hoſtilius

Hoſtiliorum item propago ex rege Romano Tullo Hoſtilio qui in Romulo dicitur. Hinc poſtea Mancinorum cognomina, inter quos maxime memoratus L. Hoſtilius Mancinus:

L. Hoſtil. Mancinus

qui prætor aduerſus Numantinos iactantibus auibus & uoce neſcio qua reuocante profectus, cum Numantiam ueniſſet exercitum Pompeij acceptum prius coniungere decreuit, & ſolitudinem petijt. Eo die Numantini forte ſolenni nuptu filias locabant, & unam ſpecioſam duobus competentibus pater puellæ conditionem tulit, ut illi nuberet, qui hoſtis dextram attuliſſet. Profecti iuuenes ob receſſum Romanorum in modum fugæ prope uitium agnoſcunt: rem ad ſuos illi referunt. Statim IIII. milibus ſuorum XX. Romanorum millia occiderunt. Mancinus igitur autore Ti. Graccho quæſtore in leges hoſtium fœdus percuſsit. Quo per ſenatum improbato, Mancinus Numantinis deditus, nec receptus, augurio in caſtra deductus eſt. Præturam poſtea adſecutus fuit. Cæcilius. Plinius autem de eodem ſic ſcribit. L. Hoſtilius Mancinus qui primus Carthaginem irruperat, ſitum eius expugnationemq́; depictas proponendo in foro, adſiſtendoq́;, & ſpectanti populo ſingula narrando effecit ea comitate, ut proximis comitijs conſul crearetur. Mancinus alius militans ſub cunctatore. Fabio neglectis mandatis, à Carthalone Annibalis duce, unà cum ſocijs interficitur.

Othryades

Othryades Spartiata cum inter Argiuos & Spartiatas conueniſſet, ut trecenti utrinque delecti de agro Tyreate inter ſe decernerent, & utri ſuperiores extitiſſent, eorum regio foret, unus hic tantum uictor è Spartiatis ſuperfuit. Cum duo qui ex Argiuis reliqui erant, fugiſſent, caſtris ſuorum relictis, aiunt Othryadem ſpoliatis prius hoſtium corporibus, & ad ſua caſtra relatis armis: deinde in ſcuto ſanguine ſuo, Vici, conſcripto, cum puderet Spartam reuerti ob ſocios interfectos, ſibi mortem conſciuiſſe: autores Valerius, Plutarchus, Ouidius de Faſtis.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VRBANORVM
LIB. XVIII.

M. Pacuuius

PACVVIVS prænomine M. Ennij ſorore natus, emicuit tempore quo Scipio Numantiam deleuit. Scripſit Tragœdias, deinde Tarentum ſe recepit. Deceſsitq́; nonagenarius, ut autor Eutropius: poſuitq́; huiuſmodi ſibi epigramma, quod Gellius adnotauit. Adoleſcens, tametſi properas, hoc te ſaxum rogat, ut ſe adſpicias, deinde quod ſcriptum eſt legas: Hic ſunt poëtæ Pacuuij Marci ſita oſſa. Hoc uolebam, neſcius ne eſſes. Vale. Plinius quoq; hunc dicit ædem Herculis in foro Boario pinxiſſe.

Pacatus

Pacatus Minutius Alexandrinus grammaticus ſcripſit de lingua Alexandrinorum, uel de Græciſmo libros ſeptem, ex ordine literarum, de proprietate Atticæ ac Doricæ linguæ. Suidas. Palamedes Eleates grammaticus ſcripſit Onomatologiam de Tragicis & Comicis dictionibus, commentarios in Pindarum. Suidas.

Palamedes

Palamedes Naupli & Climenes filius. De quo Philoſtratus in Heroicis hæc ſcribit. Summo uir ingenio fuit: ordinem literarum reperit additis nouis quibuſdam. Quas Vlyſſes eius inimicus ait non ab eo inuentas, ſed à gruibus ex ordine uolatus earum accepiſſe. Præterea calculorum, & menſurarum, & ponderum, tum etiam aleæ in caſtris apud Aulidem repertor fuit. Aſtrologiæ inſuper peritus annum menſesq́; ad curſum ſolis apud Græcos adcommodauit. Primusq́; in caſtris uiſam atq; formidatam ſolis eclipſim dixit naturalem, minimeq́; timendam eſſe, ſacrificandumq́; Soli iuſsit. Vlyſsis primum inſaniæ ſimulatio ab eo fuit deprehenſa: quapropter non deſtitit, quin eum apud exercitum proditionis falſo inſimulatum, damnari atque lapidibus obrui operam dederit. Quem poſtea & fleuere Græci, & magnopere deſiderauere. In hanc ille ſententiam. Suidas uerò dicit Palamedem poëmata ſcripſiſſe ualde probata, & ab Homero ob inuidiam deleta. Quapropter in ſuis ſcriptis nullam habet mentionem.

Palæmon Vicentinus

Palæmon Remnius Vicentinus grammaticus Romæ ſub Tyberio & Claudio principibus profitebatur. Tanta uir arrogantia, ut M. Varronem porcum appellaret, ſecum & natas & morituras literas iactaret. Luxuriæ ita indulſit, ut ſæpius in die lauaretur, nec ſufficeret ſumptibus: quanquam ex ſchola quadragena annua caperet: ac non multo minus ex re familiari, cuius diligentiſsimus erat: cum & officinas inde carnium & ueſtium exerceret: & agros adeo coleret, ut uitem manu eius inſtitutam ſatis conſtet ei XXXV. uaſa ædidiſſe. Sed maxime flagrabat libidinibus in mulieres uſque ad infamiam oris: ex Tranquillo.

Palæphatus

Palæphatus Abydenus hiſtoricus temporibus Alexandri Magni: ſcripſit Cyprica, Attica, Arabica, ſolutiones, interpretationesq́; fabuloſorum, argumenta in libros Simonidis. Troica quæ in Athenæum plerique referunt. Alter fuit huius nominis Parius uel Pirenæus temporibus Artaxerxis, ſcripſit de his quæ uidentur incredibilia. Tertius item Athenis poëta qui ſcripſit de ſitu orbis & contentione Mineruæ ac Neptuni ad uerſus mille. Veneris quoque & amoris ſermones uerſibus quinque millibus, Latone crinem & alia. Suidas.

Pamprepius

Pamprepius Panopolita carminum poëta tempore Zenonis principis ſcripſit de Etymologijs, & Iſaurica proſa oratione. Suidas.

Panætius philoſophus

Panætius Rhodius, Stoicus philoſophus, præceptor Scipionis Africani, deceſsit Athenis, ſcripſit de officijs, unde Cicero ſuos eſt libros mutuatus.

Panætius ſenior

Fuit alter Panætius ſenior, item Rhodius: cuius inter philoſophos multa mentio, ſcriptaq́; feruntur. Suidas.

Panolbus

Panolbus poëta epicus, cuius Suidas nonnulla commemorat ſcripta.

Pantherus

Pantherus philoſophus Stoicus, ad noſtram religionem conuerſus: ſcholæ eccleſiaſticæ Alexandriæ præfuit, quæ inſtitutione Marci euangeliſtæ ad ſacrorum librorum eruditionem introducta fuit, tanta & doctrinæ & eloquentiæ fama, ut à legatis petitus in Indiam à Demetrio præſule tunc Alexandrino mitteretur: unde reuerſus euangelium Petri ſecum attulit Hebræis conſcriptum literis. Quod Bartholemæus apoſtolus in ea regione ſparſerat. Scripſit & nonnulla, quanquam utilior docendo quàm ſcribendo uiſus eſt. Emicuit ſub Seuero & Caracalla principibus. Ex Hieronymo & Euſebio.

Pancrates

Pancrates duos amboſq́; Leonis principis tempore uſq; ad Zenonem perueniſſe ſcribit Suidas: alterumq́; enarrationem in artem Minitiani, alterum uerò quomodo præparentur opſonia ſcripſiſſe.

Pancratius

Pancratius martyr, genere Phryx, puer amiſsis parentibus cum Dionyſio

patruo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

patruo Romam Chriſti cauſa uenit : ubi ſub Diocletiano paſ-
Pantaleon ſus eſt, annum agens X I I I I. uiaq́; Aurelia ſepultus, ubi eius
nunc uenerabile templum cernitur. Pantaleon apud Nico-
medeam patriam ſub Maximiano martyr, Chriſtianus ab
Patricius Hermolao preſbytero Nicomedienſi factus. Patricius præ-
Palladius ſul apud Scotos, regem Scotorum ad fidem reduxit. Palla-
dius Methonæus, ſub Conſtantino magno ſcripſit de Feſtis
apud Romanos, uariasq́; orationes : autor Suidas. Alter qui
de Re ruſtica ſcripſit ad Pauſilypum, homo Rom. poſt Pli-
nium: nonnulli Neapolitanum putant quòd ibi ſe teſtatur fun-
Pamphilus dum habuiſſe ubi loquitur de menſe Martio. Pamphilus
Neoclidis filius, Platonis auditor, cuius meminit Cicero de
natura deorum & Plato circa Phædonis principium dicit eũ
inter illos qui in acie ceciderunt decem dies iacuiſſe, triduoq́;
Pamphilus martyr poſtquam inde ſublatus fuerat impoſitum rogo reuixiſſe, ac
mira quædam tempore mortis uiſa narraſſe. Pamphylus
preſbyter Euſebij Cæſarienſis neceſſarius, tanto Bibliothecæ
diuinæ amore flagrauit, ut maximam partem Origenis uolu-
minum ſua manu deſcripſerit. Sed & in X I I. prophetis
X X X V. ζητήσεων, id eſt, quæſtionum uolumina manu eius
conſcripta repperi, quæ tanto amplector & ſeruo gaudio, ut
Crœſi opes poſſidere uidear. Scripſit autem antequam Eu-
ſebius pro Origene apologeticon æderet. Extinctusq́; item
martyr apud Cæſaream Palæſtinæ ſub Maximo : ex Hiero-
nymo. Euſebius autem in hiſtoria epiſcopum eum Cæſarien-
Pamphilus pictor ſem uocat, priuatimq́; librum de eius uita ſe ſcripſiſſe teſta-
tur. Pamphilus Apellis præceptor, non tantum pinxiſſe en-
Pamphila cauſtica, ſed docuiſſe traditur. Plinius. Pamphila quæ in
grammatica commentarios ſcripſit, à Gellio teſtis citatur. Sui-
das tris Pamphilos commemorat : duos grammaticos, quo-
rum alter Sicyonius genere de grammatica picturaq́; ac pi-
ctoribus claris ſcripſit. Alter Alexandrinus dictionarium.
Et quòd Pratum appellauit, id eſt uariarum rerum collecta-
nea. Tertium Athenienſem Reipublicæ expilatorem. Papy-
L.Papyrius Curſor rij clari magiſtratibus & uiris. L.Papyrius uelocitate Cur
ſor, cum conſulem ſe aduerſis omnibus contra Samnites pro-
greſſum eſſe ſenſiſſet, ad auſpicia repetenda Romam regreſ-
ſus edixit Fabio Rulliano magiſtro equitum, quem exerci-
tui præponebat, ne manus cum hoſte conſereret. Sed cum
ille opportunitate ductus pugnaſſet ac uiciſſet, regreſſus eum
ſecuri ferire uoluit : ille in urbem confugit, nec ſupplicem tri-
buni tuebantur. Deinde parentis lacrymis populus ueniam
precibus impetrauit. Papyrius de Samnitibus triumphauit.
Item Præneſte cum prætorem grauiſſime increpuiſſet: expe-
di, inquit, lictor ſecures: & cum eum metu mortis attonitum
uidiſſet, incommodam ambulantibus radicem excidi iuſſit.
Cæcilius. Is etiam ut Liu. in I X. ſcribit Dictator à Fabio
cos. quanquam inimico ob ſalutem Reipublicæ dictus : aduer-
ſus Hetruſcos profectus apud Longulam & Vadimonis la-
cum eos inſigni clade adflixit, quo die ueteres Hetruſcorum
L.Pap.Curſor filius opes tot bellis reſiſtentes cecidere. Secùnda pugna apud Ro-
ſellas iterum uincens triumphauit. L.Papyrius Curſor eius
filius, nobiliſſimum de Samnitibus præter omnis ſuperiores
excepto patre triumphum reportauit, ob ad Aquiloniam
cæſa hominum I I I. mil. C C C X L. capta uerò C C C C. mil.
L.Pap. Craſſus Aedem Fortunæ de manubijs faciundam locauit. L. Papy-
rius Craſſus cum Priuernates intra mœnia fugaſſet ac pro
rebus bene geſtis triumphus ei negaretur, in monte Albano
Gn. Papyrius Carbo triumphauit, & pro laurea, myrtea eſt uſus corona. Valer.
lib. I I I I. Gn.Papyrius Carbo cum dentibus natus. Plin.
Papyrius prætextatus lib. V I I. Papyrius Prætextatus nobilis adoleſcens, ex eo
cognomen adſecutus, quòd in prætexta & adoleſcentia con-
ſtitutus, magnopere uiſus eſt ſapere. Cum enim in ſenatum
à patre duceretur, in eoq́; forte arcana quædam tractarentur:
domum reuerſus interrogatusq́; à matre quidnam in ſenatu

actum: ut duæ, inquit, uni nubere poſſint. At illa mane conuo-
catis matronis ad curiam properat. Rogantq́; ut eadem duos
habendi licentia ſit etiam fœminis. Re cognita, ingenium &
conſtantia pueri laudata : autor Macrobius. L. Papyrius L.Papyrius Publius
alius qui Publium nobilem adoleſcentem debitorem in uinculis
retinebat: quem quod ſtuprum pati nollet, contumelijs ac pla-
gis adficiebat. Re ad ſenatum delata, Papyrius damnatur. Lex
deinde lata ne quis in corpora libera ob æs alienum ius habe-
ret. Liuius V I I I. Valerius de pudicitia hæc eadem. C.Plo- C.Plotius
tium in T. Veturium adoleſcentem admiſiſſe dicit minimeq́; T.Veturius
conuenit. Papyrius Fabianus naturæ rerum peritiſſimus, ipſa
marmora in lapidicinis creſcere dicebat. Plin. Papias præſul Papias præſul
Hieropolitanus in Aſia Ioannis auditor, quinq; tantum ædidit
libros, quos inſcripſit: Explanationes ſermonũ domini. In præ-
fatione dicit ſe tantum apoſtolos ſequi autores: ubi duos nomi
nat Ioannes, alterum apoſtolo ſeniorem. Cui adſcribuntur duæ
epiſtolæ canonicæ. Hic dicitur mille annorum Iudaicam ædi-
diſſe eram, id eſt, nouitatem. Quem ſecuti Irenæus & Apol-
linaris & cæteri, qui poſt reſurrectionem dicunt Chriſtum
cum ſanctis in carne regnaturum. Tertullianus quoque in lib.
de ſpe fidelium, & Victorinus Pictauenſis, ac Lactantius hac
opinione ducuntur. Hæc Hieronymus : meminit & Euſebius
lib. hiſt. I I I. Papias alter è regione Tranſpadana oriundus Papias grammaticus
tempore Innoc. I I I. Pont. ſcripſit Dictionarium Latinum ex
ordine literarum: quòd aliquandiu autoritatem ſibi apud quoſ-
dam præſertim imperitos uendicauit. Papinianus Iuriſcon- Papinianus
ſultus acceptiſſimus Seuero principi, Scæuolæ diſcipulus, cui in
aduocatione Fiſci ſucceſſit. Is eſt cui filios ſuos Seuerus mo-
riens commendauit : deinde ab Antonio Caracalla ſucceſſore
ſecuri percuſſus. Cauſa necis traditur quòd Caracalla inter-
fecto fratre Geta ei mãdauerit, ut & in ſenatu & apud popu
lum facinus dilueret : illum autem reſpondiſſe, non tam facile
parricidiũ excuſari poſſe, quàm fieri. Spartianus. Papinius Papinius
Statius poëta Neapolitanus. Pappus philoſophus Alexan- Pappus
drinus tempore Theodoſij ſenioris, Theonis æqualis. Scripſit
de ſitu orbis, de fluuijs Africæ, de ſomniorum coniectatione:
autor Suidas. Sed præter omnes eius extant commentarij in
Ptolemæum. Panæus frater Phidiæ prælium Athenienſium Panæus
aduerſus Perſas apud Marathona factum pinxit : adeo colo-
rum uſus increbuerat, adeoq́; ars perfecta, ut in prælio Iconi-
cos primum duces tam Athenienſium quàm barbarorum pin
xiſſe tradatur. Plin. Iconicos enim duces & imagines Iconicas
uocat, quæ ſimilitudinem alicuius exprimant, ἀπὸ τῆς εἰκό-
νος. Parrhaſius Epheſius pictor uenit in certamen cum Parrhaſius
Zeuſi. Et cum ille detuliſſet uuas pictas tanto ſucceſſu, ut in ſce
nam aues aduolarent, ipſe linteum pictum detuliſſe traditur,
ita ueritate repræſentata, ut Zeuſis alitum iudicio tumens fla
gitauerit tandem remoto linteo oſtendi picturam, atq; intelle-
cto errore concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipſe
aues fefelliſſet, Parrhaſius autem artificem. Symmetriam pri-
mus picturæ dedit, primus argutias, primus elegantiam capil-
lorum: conceſſione artificum, in lineis extremis palmam ade-
ptus, ſecundum Antigonum & Xenocratem qui de picturis
ſcripſerunt. Ita enim deſinebat, ut promitteret alia poſt: oſten-
debatq́; etiam quæ occultabat. Plin. Paris Priami filius, quem
pater quòd patriæ fatum futurũ eſſe præſenſerat exponi iuſſit Paris Troianus
paſtoresq́; educauerunt. Tempore procedente in aulã pater-
nam receptus, apud Idam iudiciũ pulchritudinis pro Venere
contra Palladem & Iunonem tulit: ex quo illas perpetuo in-
feſtas ſibi regnoq́; habuit. Venus autem ei nuptias Helenæ per
raptum conciliauit, unde Troiæ bellum exortum ſecundum
Homer. Ex Oenone nympha Idæa ab eo dum eſſet paſtor ada
mata, Ideum & Daphnidem dicitur ſuſcepiſſe. Interfecit autẽ
in bello Troiano Antilochum: cũ Aiace uerò congreſſus mu-
tuis ſimul cum eodẽ uulneribus cecidit. Parmenides Eleates Parmenides

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Anaxagoræ diſcipulus ut Suidas, ut Diogenes Xenophanis. *Cuius meminit* Plato *qui eius nomine dialogum ſcripſit uocauitq́; Parmenidem, ſiue de* Idæis. *Hic carmine Phyſiologiam expreſſit ſicut* Empedocles *&* Heſiodus, *duplicemq́; eam eſſe dixit: unam quæ ueritate conſtaret, alteram quæ opinione. Emicuit Olymp.* L X V I I I. *primusq́; deprehendiſſe dicitur eundem eſſe Luciferum & Heſperum. Alij Pythagoram dicunt.* Suidas. Diogenes.

Parmenio

Parmenio inter Alexandri comites maxime dilectus.

Parthenius poëta

Parthenius poëta Nicæus uel Myrleanus, ut ait Suidas, Elegiacus, diuerſorumq́; metrorum: à Cinna in bello Mithridatico captus, deinde ob ingenium manumiſſus, uixit uſq; ad Tyberium Cæſarem, qui teſte Trãquillo eius ſcriptis admodũ delectabatur. Scripſit elegias in Venerem, epicediũ in Areten uxorẽ ſuam. Deq́; eius laudibus libros tris. Huius Parthenij locos Virg. quandoq; mutuabatur, ut eſt illud: Γλαύκῳ καὶ νήρει καὶ ἐιναλείῳ Μελικέρτῃ. *Virgil. ſic: Glauco & Panopeæ & Inoo Melicertæ: autor Gellius.*

Parthenius Chius

Fuit itẽ alter Chius genere filius Teſtoris qui uocabatur Chaos, Homero poëta prognatus: ſcripſit uerſus in laudem patris Teſtoris. Suidas.

Parthenius martyr
Calocerus

Parthenius & Calocerus, Eunuchi Triphoniæ uxoris Decij Imp. martyres ſub eodem principe. Paulos præter Aemylios quos ſuprà diximus, plures diuerſis temporibus uiros doctos ponit Suidas: inter quos Paulum Aeginetam medicum, qui reliquit de medicina libros quos adhuc habemus.

Paulus Aegineta
Paulus Tyrius orator

Paulum Tyrium Oratorem, qui ſub Hadriano legatione functus eſt, Tyrum Metropolim conſtituit: ſcripſit artem Rhetoricã, Præexercitationes, Declamationes.

Paulus Germenus
Paulus Samoſatenus

Paulum Germenum, qui ſcripſit commentarios in orationes Lyſiæ. Paulus Samoſatenus duas in Chriſto naturas negabat, ſed tantum hominem adfirmabat. Idq́; ab Apoſtolis antiquitus traditum falsò dictitabat: contra quem concilium fuit ultimum apud Antiocheam Claudij I I. *tempore, Huius uita ex epiſtola præſulũ qui Concilio interfuere ad Dionyſium Pon. & Max. Alexãdriæ præſulem animaduerti poteſt, quæ in hiſtoria Euſebij ponitur in hanc ſententiã. Paulus ex ſacrilegijs & falſo dogmate de paupere diues factus eſt, uir intolerabili ſuperbia. Nam incedens per plateas, literas ac doctrinam publice oſtentans notarijs ſolebat dictare. In templo thronum altius conſcendens ad plebem concionem habebat, iactando dextram adroganter, ad latus reducendo, ſcabellumq́; feriendo, theatralem plauſum ſcenica quadam mollitie ſibi excitari cupiendo. Sed & antiquis ſcriptoribus obtrectat ſeſe impudenter laudando, ac rhetorẽ magis quàm doctorem agendo. Pſalmos uerò ſolitos cani prohibuit, ſuosq́; tantum ab eo compoſitos, tum etiam in ſuas laudes iuſſit. Et cum filium Dei negaret deſcendiſſe de cælo, ſed initiũ à Maria habuiſſe, Pſalmi qui canebãtur Paulum de cœlo profectum adfirmabant.*

Paulus Oroſius

Paulus Oroſius hiſtoricus patria Tarraconenſis deceſſit in Africa apud Carthaginem, ſepultus uerò Romæ in templo Euſebij ad Tropæa Marij. Reliquit hiſtoriam notiſſimam ab initio mundi uſq; ad Honorij principis tempora. De Oroſio Auguſtinus in epiſtola ad Hieronymum, ſic ait: Venit ad me religioſus iuuenis compreſbyter noſter Oroſius, uigil ingenio, ornatus eloquio, flagrans ſtudio, utile uas in domo domini: deſiderat ad repellendas falſas pernitioſasq́; doctrinas quæ animas Hiſpanorũ multo infelicius quàm corpora barbarico gladio trucidarunt. Quapropter inde ab Oceani littore nos adijt, excitatus fama, quòd à me poſſet quod cupiebat audire, neq; ullum cepit aduentus ſui fructum, docui autem quod potui. Quod autem non potui, unde diſcere ualeret, admonui. Itaq; ut ad te proficiſceretur hortatus ſum. Hæc ille. Cum è Hieroſolymis reuertiſſet, attulit in has partes reliquias corporis Stephani Protomartyris tunc primum inuentas, ut ſcribit Gennadius.

Paulus diaconus

Paulus diaconus Aquilienſis patria, genere Longobardus, Deſiderio regi ob ingenium ac doctrinam admodum charus: à Carolo Magno captus, unà cum uita libertate etiam donatus, ac in honore apud eum habitus eſt: uerùm cum poſtea Carolus illum comperiſſet Deſiderij libertatem quærere, in Diomedis inſulam relegauit: unde poſt aliquot annos aufugiens & ad Arachim perueniens, rogatu Adilpergæ Deſiderij filiæ & Arachis uxoris, hiſtoriæ Eutropij duos addidit libros, à Iuliano principe uſque ad primi Iuſtiniani tempora perſcribens. Defuncto deinde Arachi, in Caſinenſi Cœnobio reliquum uitæ tempus monachum egit, literasq́; ad Carolum regem plenas humanitatis ſcripſit, gratias agens quòd ab eo à quo prius fuerat conſeruatus, rurſus uitam acceperit.

Paulus Forojulienſis

Paulus Floroiulienſis hiſtoriam ſcripſit Longobardorum, quorum tempore ipſe fuit.

Paulæ

Paulæ uiduæ Hieronymus laudibus librum dicauit. Hæc è Toxotio Senatore ſex peperit liberos, Paulinam, Bleſillam, quæ uidua cœnobio ſe addixit. Rufinam, qua nubili dimiſſa ſimul cum Teuchio admodum puero, Hieronymum Hieroſolymam unà cum Euſtochio uirgine ſecuta eſt, ubi etiam deceſſit. Paula Buſa genere apud Canuſium exercitum populi Romani ex fuga cladis Cannenſis ueſte, uiatico, frumento, iuuit. Liuius X X I I.

Paulinæ

Pompeia Paulina Senecæ uxor laudatiſſima. Lollia Paulina M. Lollij filia Caij principis uxor. Has omnis Paulina uirgo Romana & martyr laudibus ſuperauit, quæ filia Artemij præfecti & Candidæ etiam martyrum cum matre lapidibus obruta ſub Diocletiano, ſepultaq́; uia Aurelia, ubi paſſa eſt.

Candida

Paulinus Nolanus

Paulinus Nolanus præſul, ſanctitate, literisq́; clarus Theodoſij tempore, quando Gothorum rabies per Italiam ſæuiebat, illud memorandum præbuit pietatis exemplum. Captum uidua mater filium flebat. Ipſe miſerando quando pecuniæ nihil amplius ſupererat redimẽdis captiuis, ſeſe pro eius filio captiuum dedit. Huius poſtea corpus translatum Romam, in æde Bartholomæi collocatum eſt. Scripſit ad Theodoſium panegyricum ſuper uictoria tyrannorum, quod precibus & uigilijs ac ieiunijs bellum potius confecerit quàm uiribus aut armis. Pulcherrimum eius opus de martyrum laudibus.

Paulinus Eboracenſis

Paulinus præſul Eboracenſis à Gregorio ordinatus ac miſſus unà cum Auguſtino in Britanniam euangelij cauſa.

Pauſanias dux

Pauſanias Cleombroti filius, Lacedæmoniorum dux, res multas bello feliciter pro Lacedæmonijs geſſit. Contra Athenienſes qui bellum excitauerant miſſus eos pacatos reddidit, eiectis ex urbe decem Tyrannis. Poſt etiam Plateas deuictas tripoda afferens Apollinis templo cum hoc epigrammate Ἑλλήνων ἀρχηγὸς ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε μήδων Παυσανίας, φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε. *Demum rebus Perſicis ſtudens dum eſſet Byzantij paulatim in tyrannidem uenit, ſtipatoribus Phœnicibus & Aegyptijs, & ueſte menſaq́; Perſica utens, Xerxis inſuper filia in matrimonium ducta. Quare adcerſitus ad iudicium aufugit in templum Mineruæ, ubi & interfectus. Cadauer in barathrum eiectum. Epigramma ſuprà narratum quòd ſuperbum uideretur, ſublatum, & ciuitatis inſcriptum. Græci ſubiecti ex eius morte grauiter indignati ad Athenienſes defecerunt, & peſtilentia Lacedæmoniam illico inuaſit. Quapropter ſtatuam eius ſtatuerunt, ex quo peſtis poſtea ſedata. Ex Thucydide.*

Pauſanias Macedo

Pauſanias Macedo adoleſcens qui Philippum Macedonem interfecit. Hic primis pubertatis annis ſtuprum per uim paſſus ab Attalo fuerat, quodq́; peius eſt, conuiuis uti ſcortum ultro oblatus: quam iniuriam apud Philippum ſæpe queſtus, cum eum ridentem facinus & amantem potius uideret, iram in eum conuertit, & ultionem quam ab inimico non poterat, ab iniquo iudice exegit. Trogus.

Pauſanias grãmaticus

Pauſanias Cæſarienſis grammaticus æqualis Ariſtidis ſcripſit de conſtructione lib. I. *problematum item* I. *ut autor Suidas. Hic Hadriani principis tempore Romæ uixit*

ſcripſitq́;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſcripſitq́; uniuerſæ Græciæ περιήγησιν, id eſt geographiam cum eius hiſtorijs, quod opus adhuc extat. Philoſtratus de eo paucis mentionem facit, quæ nos hoc modo conuertimus. Cæſarea Cappadociæ patria Pauſaniæ fuit Herodis diſcipuli.ex his unus qui clepſydri participes ſunt, quos uulgus ſitientes uocat.Præceptoris copiam cum in pleriſq;, tum extemporali oratione referebat: enuntiabat pingui lingua, more Cappadocum collidendo conſonantes, ac longa contrahendo & breuia producendo: ex quo uulgò Cocus uocabatur quòd ex multis ſumptuoſis cibis ſanè obſonium præpararet. Declamationis modus quanquam ſupinus tarduſq́; uim habet, aut ueteribus abſimilis, ut eſt ex eius monumentis deprehendere: quæ plurima Romæ reliquit, ubi etiam ſenex extinctus eſt relatuſq́; Athenas: unde olim diſcedens, inter alia illud Euripidis opportune commemorauit.O Theſeu iterum me uerte uti uideam ciuitatem.

Pauſias

Pauſias Sicyonius pictor Brietis filius & diſcipulus.Lacunaria & cameras pingere inſtituit. Amauit & Glycerium municipem ſuam inuentricem coronarum, unde paupertatem illa ſuſtentauit. Hanc pinxit ſedentem cum corona: quæ tabula nobiliſſima appellata eſt στεφανόπλοκος,id eſt,coronam texens.Huius tabulæ exemplar quod ἀπόγραφον uocant, L. Lucullus duobus talentis emit Athenis.Plinius.

Pauſon

Pauſon pictor quem ego eundem cum ſuperiore putauerim, quanquam aliter appellatus: de quo Aelianus de uaria hiſto.ſic ſcribit. Socratis ſermones erant uti pictura Pauſonis.Nam is in parua tabella equum currentem frenatumq́; expreſſit. Cumq́; ille cuius gratia opus fecerat indignaretur quòd frenum addidiſſet, reſpondit, anguſtiam tabellæ eſſe cauſam quòd in paruo ſpatio frenare opus fuerit neceſſe. Sic Socrates his qui uerba eius non recte aut bono animo accepiſſent, in ænigmate loquebatur.Hæc ille.Cui quidē exēplo illa Dominica ſentētia cōparari poterit,Cæteris datur in parabolis loqui.Perpēna & Perpena utroq; modo in antiquis marmoribus reperitur.

Perpenna

Perpenna Cos.Ariſtonicum regē qui Craſſum cum exercitu deleuerat, ſubiugauit. Perpenna Marianarum partium in Hiſpaniam fugiens coniunctis caſtris cum Q.Sertorio aduerſus duces populi Ro. multos annos feliciter pugnauit.Demum regnandi cupidus Sertorium ipſum inter epulas incautum interfecit, ut ſolus imperio in Hiſpania potiretur. Sublatus & ipſe mox à GN. Pompeio cum toto exercitu.

Peregrinus

Peregrinus preſbyter Ciuis Ro. miſſus in Galliã euangelij gratia, ibidem ſub Adriano paſſus, iacet Pariſij.

Perſeus philoſophus

Perſeus Citieus philoſophus Stoicus, uocatus & Dorotheus tempore Antigoni Gonatæ filij Demetrij,diſcipulus & alumnus Zenonis Stoici,ſcripſit hiſtoriã:autor Suidas.

Perſeus pictor

Perſeus pictor,Apellis diſcipulus,à magiſtro ac etiam Zeuſide condiſcipulo longe differens, ad quem de hac re ſcripſit. Plinius.

Perſeus rex

Perſeus Macedoniæ rex, de quo in Paulo Aemylio mentionem feci, à quo in triumphum ductus fuit.

Perſes

Perſes Aſcræus frater Heſiodi, uerſificator: ut Suidas.

Perſeus Iouis

Perſeus Iouis filius.De quo in Geographia inter res Argeorum mentionem feci.

C.Perſius

C.Perſius doctiſſimus Romanorum. Cuius Lucilius meminit.Cicero item de Oratore. L. Lucilius homo doctus & perurbanus, dicere ſolebat ea quæ ſcriberet neque à doctiſſimis legi uelle, neque ab indoctis, quòd alteri nihil intelligerent,alteri plus fortaſſe quàm ipſe.de quo etiam ſcripſit, C. Perſium non curo legere: hic fuit, ut nouimus, omnium ferè noſtrorum hominum doctiſſimus: Decimum Lælium uolo,quem cognouimus uirum bonum & non illiteratum, ſed nihil ad Perſium. Hæc Cicero. Huius etiam Lucilij ſermonis meminit Plinius in procœmio naturalis hiſtoriæ.

A. Perſius poë[ta]

A. Perſius teſte Euſebio patria Volaterranus meus municeps Romæ ſub Nerone principe uixit, cum familiaribus Cornuto & Baſſo Saleio. Inter Satyros ſecunda palma. Martialis. Plus etiam libro laudatur Perſeus uno Quàm longus tota Marſus Amazonide. Vixit annis XXI. Volaterris adhuc eius familiæ monumentum in marmore apud portam S. Angeli, cernitur huiuſcemodi inſcriptione. A.Perſius.A.F.Seuerus.V.AN.VIII.M.III.D.XIX.

Perdicas

Perdicas Macedo inter comites Alexandri, qui etiam in regni partem ſucceſſit: tanta uir audacia ſimul & fortitudine, ut leæna præſente catulos è cubili per uim auferret. Autor Aelianus de uaria hiſtoria. De hoc etiam inter res Macedoniæ in Geographia diximus.

Pericles

Pericles Athenienſis clarus autoritate & eloquentia. Quem Olympum poëtæ in comœdia uocant, quòd tonare in concionibus ac fulmen ciere uideretur. Habuit aduerſarium in adminiſtranda rep. Thucydidem Mileſium uirum nobilem ac potentem. Suggeſtum aſcenſurus dijs uota faciebat, ne uerbum ſe imprudente aut inuito efflueret, quod ad Rempu. minus pertineret. Cum Sophoclem haberet in prætura collegam, ac ſimul aliquando nauigaſſet, collaudaſſetq́; Sophocles formam pueri prætereuntis inter graues ſermones. Non ſolum, inquit,ô Sophocles prætorem decet manus, ſed etiam oculos habere continentes. Thucydide quondam uociferante quòd nimis multa ex publico in ædificijs erogaſſet, ipſe ad populum dixit:Si ita eis uideretur, de ſuo erogaturum,modo eius nomen inſcribi in operibus paterentur. Reſponderunt ſumptus omnino publice fieri debere. Multos annos princeps rempublicam feliciter rexit, magnaſq́; hoſtium copias fudit. Inter quas Samios.Quorum claſſem ualidiſſimam apud inſulam Tagriam expugnauit.Nam Samij infeſti erant Mileſijs amicis Athenienſium. Quod bellum rogatu Aſpaſiæ uxoris dicitur ſumpſiſſe.Erat enim Aſpaſia una è cõcubinis Cyri regis,eoq́; mortuo captiuam adeo dilexit,ut cum domo exiret, ſemper eam diſſuauiaretur: quæ & Omphale & Deianira & Iuno per adulationem dicebatur à Comicis.Hanc demum in matrimonium accepit.Samo expugnata mœnia diruit. Meliſſum philoſophum ſimul & imperatorē eius loci in fugam egit.Reuerſus Athenas, defunctos in eo bello pulcherrima oratione laudauit, quam funebrem apud Græcos primam nonnulli fuiſſe dicunt. Ea ſiquidem à Thucydide deſcribitur. Deinde autor Corcyreis ferendi auxilij contra Corinthios fuit:poſtremo,nec ipſe caruit inuidia.Cleon ſiquidem & Hermippus poëta Comicus magni tunc in rep.eius laudibus obtrectantes, egerunt cum Lacedæmonijs, ut ab Athenienſibus peterent, uti ciuitatem eorum piaculo expiarent,cui iamdudum genus Periclis eſſet obnoxium:ſed omnia Pericles ſuperauit, de autoritateq́; propterea nihil diminuit. Cuius rei Thucydides multis meminit uerbis.Exceſſit lento morbo,in quo ſanè à Theophraſto in libro de uirtutibus reprehenditur, quòd in ultimo morbo ſuperſtitiones quaſdam aniles adpenſas collo ob liberationem ferret. Cumq́; iam penè exanimis audiuiſſet quoſdam de eius laudibus diſſerentes, & quòd nouies uictor pro patria fuiſſet,ipſe præter ſpem locutus,Nihil dicitis,inquit,O ciues.Nã hæc fortunæ ſunt partiũ, hoc potius dicite quòd nemo propter me ueſtē mutauit. Cicero autem in Bruto de eo ſic.Ante Periclē cuius ſcripta quædam feruntur,& Thucydidem,litera nulla eſt,quæ quidē ornatũ habeat.Et rurſus alio loco.Pericles Xanthippi filius adhibuit doctrinam in oratione:quæ quanquam tunc nulla erat dicendi,tamen ab Anaxagora phyſico auditor exercitationē mentis à reconditis abſtruſiſq́; ad cauſas forenſes populareſq́; facile traduxerat.Huius ſuauitate maxime exhilaratæ ſunt Athenæ, huius ubertatem & copiam admiratæ, eiuſdem uim dicendi terroremq́; timuerunt. Eupolis in huius labijs deam perſuadendi ſeſſitauiſſe dixit. Quintilianus de eodem refert. Cicero in Bruto negat ante Periclem ſcriptum quicquam,quod ornatũ orationis habeat,eius aliqua ferri.Ego

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quidem non inuenio quicquam, quod tantæ eloquentiæ fama ſit dignum. Ideoq; minus miror eſſe qui nihil ab eo ſcriptum putent. Hæc autem quæ feruntur ab alijs eſſe compoſita.

Periander

Periander Corinthiorum rex unus è ſeptem ſapientibus, Cypſelo patri in regno ſucceßit, Olymp. XXXVIII. regnauit annos XL. Rogatus cur in tyrannide perſeueraret, cum eſſet ſapiens, reſpondit, & ſponte, & inuitum cedere, æquè periculoſum. Crudeliter igitur & in magna ſuſpicione agebat, ſtipatus ſemper militibus, otioſos in foro & oſcitantes uſque formidans, Quapropter continuo erat in bellis naualibus præſertim, utrunque poſſederat mare. Dicitur & Iſthmum uoluiſſe perfodere, & uxorem adeo dilexiſſe, ut etiam cum mortua concubuerit. Scripſit ὑποθήκας, id eſt, uitæ humanæ præcepta: uerſus ad duo milia. Huius illud eſt, χόλου κράτει, Iram compeſce. Et: Exercitatio totum ualet. Diogenes. Suidas.

GN. Petreius

GN. Petreius Atinas Cimbrico bello primipilus ſub Q. Catulo, excluſam ab hoc legionem ſuam adhortatus, Tribunum ſuam dubitantem per hoſtium caſtra erumpere, interfecit, legionemq; eduxit: donatus propterea corona graminea ob ſeruatum exercitum.

Petreius dux

Petreius dux Pompeianus à Cæſare in Hiſpania ſuperatus, ut in commentarijs. Petronios Romanos complures claroſq; uiros legimus.

P. Petronius Aeg. Præfec.

P. Petronius Aegypti præfectus ab Auguſto miſſus Cor. Gallo ſucceßit. Aduerſus Aetiopes bellum geßit. Quibus regina Candace imperitabat. Virili quidem animo mulier, ſed altero capta oculo. Nam Aethiopes Syenes præſidio expugnato Cæſaris ſtatuas euerterunt, captiuos duxerunt. Petronius cum paucioribus quàm decem milibus peditum & equitibus DCCC. aduerſus XXX. hominum milia, primum compulit in Pſeleam eos fugere Aethiopicam urbem: deinde cum oppido in poteſtatem recepit. Inde Nepata progreſſus quæ Candaces regia fuerat, ubi eius filius morabatur: ipſa cum loco proxima eſſet, legatos miſit qui de pace tractarent, redditis ſtatuis & captiuis. Ille ingruens, Nepata cepit ac diruit puero fugiente: ratusq; ulteriora inuia eſſe cum ſpolijs regreditur Alexandriam præſidio relicto, è captiuis mille Auguſto miſit à Cantabris reuertenti. Interea Candacem cum multis milibus præſidium aggreſſam, Petronius cum auxilio anteuertit, & caſtellum ingreſſus multo adparatu confirmauit. Et cum illi legatos ad eum mitterent dixit, ſi quid uellent ad Cæſarem proficiſcerentur, quibus negantibus ſcire quis eſſet Cæſar, & qua ad eum iretur, dedit qui eos duceret in Samum. Itaque profecti Cæſarem inuenerunt in Syriam progredi parantem & Tyberium in Armeniam, ab eo quæ uolebant facile impetrauere. Nam & tributa eis remiſſa ſunt. Strabo libro decimoſeptimo.

Petronius Granius

M. Petronius Granius Centurio octauæ legionis, ſub Cæſare bello Gallico militans, Gergouiæ portam à multitudine hoſtium tam diu tenuit, donec ſocijs ſpatium fugiendi daret. Mox ducibus hoſtium cæſis, reliquos à cuſtodia portæ expulit, reuertentibusq; ſubſidio ſocijs, uulneribus deficiens: Ite nunc ait incolumes. Hæc Plin. Plutarchus autem in Cæſare ſcribit de P. Petronio Granio, qui unus è partibus Cæſarianis, cum nauis eius qua Quæſtor deſignatus in Africam uehebatur, in Scipionis poteſtatem ueniſſet, & cæteris interfectis, Quæſtori Scipio incolumitatem polliceretur, reſpondit, Cæſarianos alijs incolumitatem dare, non accipere conſueuiſſe, quo dicto ſe illico gladio tranſuerberauit.

Petronii amicitia

Petronius alius à Val. de amicitia ſcribitur. Qui Aelij beneficio ex humili loco ad equeſtrem peruenerat ordinem. Mox cum Aelius Placentiæ præeſſet, ne in manus hoſtium ueniret, gladio incubuit. Petronius quoque qui morientem iuuerat, ſuper eundem cecidit.

T. Petronius conſularis

T. Petronius conſularis moriturus inuidia Neronis, ut menſam eius exhæredaret, trullam murrinam CCC. LLS. emptam fregit. Plinius.

Petronius Perpenna

T. Petronius pater Veſpaſiani, de quo inter Flauios diximus. Petronius Perpenna Magnus Quadratianus V. C. & inluſtris præfectus urbis, Conſtantinianas Thermas longa incuria & abolendæ ciuilis uel potius feralis cladis uaſtatione uehementer adflictas, ita ut agnitione ſua ex omni parte perdita deſperationem cunctis reparationis adferrent, deputato ab amplißimo ordine paruo ſumptu quantum publicæ patiebantur anguſtiæ, ab extremo uindicauit, & prouiſione longißima in priſtinam faciem ſplendoremq; conſtituit. Hæc inſcriptio Romæ in Thermis Conſtantinianis.

Petronius Diodotus
Petronius poëta
Petronius præſul

Petronius Diodotus ſcripſit ἀντιλεγόμενα, id eſt, contradicta: citatur teſtis à Plinio. Petronius Arbiter poëta, cuius aliqua de medicina uerſibus conſcripta ad nos peruenerunt. Petronius præſul Bononienſis huic nomini præter omnis decus attulit. Qui, ut ait Gennadius, patre Petronio uiro erudito & præfecto prætorij Theodoſij iunioris genitus ab ineunte ætate ſanctitati ſacriſq; litteris addictus eſt. Scripſit de uita monachorum Aegypti, aliumq; de ordinatione præſulis tractatum, qui elegantiore aliquantulum ſtylo perſcribitur.

Petronilla

Petronilla Petri apoſtoli filia uirgo, Romæ deceßit & iacet. Huic febricitanti cur non ſuccurreret ſicuti alijs Petrus interrogatus reſpondit, hoc ei præſtare.

Petrus Chryſologus

Petrus Chryſologus Præſul Rauennas Petri diſcipulus profeſſor iacet Forocornelij. Sunt & huius nominis præclari permulti qui alibi dicentur.

Perillus
Perilla
C. Pœtelius

Perillus inuentor ænei tauri apud Phalarim tyrannum, primus ipſe iuſto iudicio tormentum expertus. Perilla Ouidij poëtæ filia ab eo memorata. Pœtelius non autem Petilius, ut quidam: ſic enim in antiquo marmore C. Pœtelius, C. F. Balbus. Is Conſul cum M. F. Ambuſto de Tiburtibus & Gallis qui auxilium tulerant triumphauit. Fabius ouans urbem ingreſſus eſt. Liu. lib. VII. Pœtelius ſcriba tempore belli Macedonici agrum habebat ſub Ianiculo, in quo dum cultores alius terram moliuntur, duæ lapideæ arcæ octonos fermè pedes longæ, quaternos latæ, inuentæ ſunt, operculis plumbo deuinctis: literis Latinis Græciſq; utraq; arca inſcripta erat, in altera Numam Pompilium regem Romanum ſepultum eſſe: in altera libros Numæ Pompilij ineſſe. Eas arcas cum ex amicorum ſententia Dominus aperuiſſet, quæ titulum ſepulti regis habuerat, inanis inuenta ſine ullo ueſtigio corporis humani aut ullius rei: per tabē tot annorum omnibus abſumptis. In altera duo faſces candelis inuoluti ſeptenos habuere libros, non integros modo ſed recentißima ſpecie. Septem libri Latini de iure pontificio erant. Septem Græci de diſciplina ſapientiæ quæ illius ætatis eſſe potuit. Adijcit Antias Valerius Pythagoricos fuiſſe: uulgatæ opinioni, qua creditur Pythagoræ auditorem fuiſſe Numam, mendacio probabili adcommodans fidem.

Gn. Pœtelius

Primo ab amicis qui in re præſenti fuerũt libri lecti, mox pluribus legentibus cum uulgarẽtur, GN. Pœtelius prætor urbanus ſtudioſus legendi hos libros à L. Pœtelio ſumpſit: qui cum animaduertiſſet in eis pleraq; diſſoluendarum religionum eſſe, ex S. C. libri in Comitio cremati ſunt. Liuius XL.

Qu. Pœtelii trib. duo
Penelope

Q. Pœtelij duo Tribuni ple. Scipioni Africano diẽ dixerunt. Cuius rei exitũ in Scipione dicemus. Penelopen Icari filiam Vlyßis coniugem uulgò laudatam, nonnulli impudicam faciunt: inter quos Duris Samius qui Troianam ſcripſit hiſtoriam.

Pelopidas

Pelopidas Thebanus æqualis Epaminondæ cum quo quandoq; militauit. Lacedæmonios pluribus cladibus apud Plateas & Theſpias adjecit. Cumq; Ptolemæus bellũ Alexãdro Macedoni inferret, Pelopidas ab utriſque adcerſitus rei conciliandæ gratia contentionem ſedauit, exuleſq; reduxit adducto Thebas Philippo fratre regis pro obſide, illo qui poſtea pro Græcorum libertate pugnas obibat. Miſſusq; deinde à Thebanis ad regem Artaxerxẽ de rebus publicis legatus, magnopere honoratus, muneribusq; cumulatus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

mulatus,impetratis inſuper quæ uoluit remigrauit.Poſtremo contra Alexandrum Pheræum in Theſſalos graſſantem Imperator profectus, in prælio occubuit. Ipſe uerò Alexander condignas dedit poſtea pœnas,ab uxore interfectus.

Pigres

Pigres Halicarnaſſeus frater Artemiſiæ uxoris Mauſoli poëta, Iliadis Homeri primis quibuſque uerſibus adiecit elegos eiſdem incipiendo literis uidelicet, Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος, Μοῦσα γὰρ σὺ πάσης πέρατ᾽ ἔχεις σοφίας. Suidas.

Pindarus

Pindarus genere Thebanus,tēporibus fuit Aeſchilli poëtæ & Perſarum expeditionis in Græciam. Duas ſuſcepit filias:à patre tibiam primo,mox ab Hermione lyram edoctus eſt.Eius gratia Lacedæmonij in reliquam Bœotiam ſæuientes Thebis pepercerunt, animaduerſa in foribus nominis eius inſcriptione, quod etiam procedente poſtea tempore memorant Alexandrum feciſſe. In quodam ipſe carmine Athenas magnificas appellauit,quapropter pecunia à Thebanis mulctatus fuit, quam Athenienſes grati deinde exoluerunt: ſcripſit lingua patria, id eſt, dorica,Olympia,Pythia, Nemea, Iſthmia, quorum magna pars amiſſa.

Lyrici

Inter nouem Lyricos princeps putatur: qui ſunt, Pindarus,Alcæus, Sappho, Steſichorus, Ibycus, Bacchylides, Simonides,Alcman,Anacreon. Hæc ex uetuſto codice conuerſa. Altißimus fertur & uerborum & ſententiarum copia, ut ait Quintilianus, grauitate arduus constructioneq; ac ordine immenſus ac prolixus. Quem imitari poſſe Horatius negat. Apud Græcos, ultima eſt lectio eorum qui iam profecerunt inter poëtas, ſicuti & Thucydidis in ſoluta oratione.

Pindarus tyrannus

Pindarus alter Melani filius Halyatti regis Lydorum ex filia nepos: ſucceßit Epheſiorum tyrannidi, qui capta Epheſo poſtea à Crœſo auunculo ſuo iuſſus diſcedere, ſeceßit in Peloponneſum cum parte ſubſtantiæ, dimiſſo domi præſide amico: autor Aelianus de uaria hiſtoria.

Pinytus

Pinytus Lathyneus nobilis grammaticus Romæ unà cum Epaphrodito liberto Neronis.Pauſanias.

Piſandrus Poëta

Piſandrus Camireus (Camirus enim ciuitas Rhodi eſt) Eumolpi tempore, ut placet nonnullis antiquior Heſiodo.Poëma ipſius Heraclea in libris duobus: ubi Herculis facta deſcribuntur. Alia uerò ipſius falſo feruntur, cum potius Ariſteæ ſint poëtæ.Suidas. Piſandrus Larandæus ſiue Lycaonius ſub Alexandro Mammeæ uerſificator, ſcripſit uariam hiſt.uerſibus, libris L X. quam inſcripſit, ἡρωικῶν θεογαμιῶν. Suid.

Piſandrus Neſtoris

Piſandrus Neſtoris filius.

Piſeus

Piſeus Tyrrhenus æneam tubam inuenit, autor Plinius.

Piſones

Piſones Calpurniorum proſapiæ fuere, quæ à Numa rege deſcendit.Calpurnius enim Numæ filius fuit, ut ait Feſtus.Horat.item in poëtica ad Piſones: Vos ô Pompilius ſanguis.Primus ſanè qui domū illuſtrauerit.

L.Cal.Piſo Frugi

L.Calpurnius Piſo Frugi,qui Trib.ple.legem primus de repetundis pecu.Cenſorino & Manlio Coss.tulit,& cauſas egit, & multarum legū aut autor aut diſſuaſor fuit, orationesq; reliquit quæ iam euanuerunt,& annales ſanè exiliter ſcriptos. Hæc Cicero in Orat.Quorum annalium uerba Gellius lib.x I.ponit huiuſce modi.Eundem Romulum dicunt ad cœnam uocatum ibi non multum bibiſſe, quia poſtridie negotium haberet.ei dicunt, Romule ſi iſtuc omnes homines faciant,uinum uilius ſit.Is reſpondet,Imò uerò carum,ſi quantum quiſque uoluerit bibat, Nam ego bibi quantum uolui.Cicero item in orationibus:L. Piſonem C.Gracchus accuſator cū in iudicium uocari mandaſſet,& lictor dixiſſet,quem cū multi eſſent Piſones. Cogis me inquit, inimicum meum Frugi appellare.

L.Cal.Piſo Frugi filius

Is filium habuit L.Piſonem Frugi: qui ut eſt item autor Cicero in ſexta contra Verrem actione, Prætor in Hiſpania interfectus eſt, tantusq; frugalitatis paternæ imitator,ut cum forte in exercitatione fractum annulum reficere uellet, aurificem Cordubæ iuſſerit accerſiri,ac in medio foro poſita ſella appenſoq; auro,uidentibus omnibus,annulum facere.

M.Cal.Piſo orator

M. Calpurnius Piſo orator,de quo etiam Cic.in Bruto: M. Calpurnius Piſo quicquid habuit ex diſciplina,maximeq; ex omnibus qui ante fuerunt,Græcis doctrinis eruditus fuit. Habuit à natura genus quoddam acuminis quod iam arte reliquerat, quod erat in reprehendendis uerbis acutum atq; ſolers,ſed ſæpe ſtomachoſum,interdum etiam facetum. Is laborem quaſi curſum ferentem diutius non tulit.Et corpore erat infirmo, & hominum ineptias atq; ſtultitias quæ deuorandæ nobis ſunt, non ferebat iucundiusq; reſpuebat,ſiue moroſe(uti putabatur) ſiue ingenuo liberoq; faſtidio.Is cum ſatis floruiſſet adoleſcens, minor eſt haberi cœptus poſtea. Nam quantum detraxit de ſtudio,tantum amiſit de gloria. Ad hunc dicit Pedianus Ciceronem à patre fuiſſe deductum.Qui orator fuit, & Procos. de Hiſpania triumphauit,Q.Hortenſio & Q.Metello Coss.

C.Piſo Statarius

C.Piſo Statarius,ſermonis plenus orator, minime ille quidem in excogitando, ueruntamen ualuit ſimulatione, multo etiam acutior quàm erat uidebatur. Cicero in oratore. C. Piſoni Craßipedi genero meo,nullum tempus illi uacabat,aut à forenſi dictione,aut à commentatione domeſtica,aut à ſcribendo aut cogitando. Cicero in Bruto.

GN.Cal. Piſo adoleſcens

GN. Calpurnius Piſo adoleſcens,amicus Catilinæ ac ob id ſuſpectus, miſſusq; à Senatu in Hiſpaniam,ut per honorē legationis animus eius ablegaretur.Ibiq; dum iniurias prouincialibus facit, occiſus eſt, ut quidam putant à Gn.Pompeij clientibus Pompeio nō inuito.Pedianus.

L.Cal.Piſo ſocer Cæſaris

L.Cal.Piſo,in quem eſt oratio Ciceronis,ſocer fuit C.Cæſaris dictatoris,Calpurniæ pater.

Piſones Horatiani

Piſones ad quos ſcribit Horatius poëticā,huius filij ſeu nepotes Mœſiam ſubiugauerunt:alter eorum L.Piſo uocabatur,maxime à Seneca in epiſtola libro x I.uituperatur,ijs uerbis:L. Piſo uigente bello Actiaco urbis cuſtos,ebrius ex quo ſemel factus eſt, maiorem partē noctis in conuiuio exhibebat,uſq; ad horam ſextam ferè dormiebat.Hoc erat eius matutinum officium:ſuum tamen quo tutela urbis continebatur, diligentißime adminiſtrauit. Huic & diuus Auguſtus dedit ſecreta mandata,cū illum præponeret Thraciæ,quam perdomuit.Et Tyberius proficiſcēs in Campaniā cum multa in urbe ſuſpecta relinqueret & inuiſa,puto quod bene ceſſerit illi Piſonis ebrietas.

Piſo Galbæ

Piſo nobilis adoleſcens quē Galba præcipue dilexit,ac adoptauit.

Piſo cōtra Neronem

Itē alius antea qui contra Neronem coniurauit.Vtriuſq; meminit Tacitus in hiſtoria principum.

Piſo Frugi

Piſo Frugi alius, unus è x x x.tyrannis ſub Gallieno.

Calpurnius Sura

Calpurnius Sura ephemeridas uitæ Gallieni ſenioris ſcripſit.Pollio.

Pyrrho philoſophus

Pyrrho Elienſis ignobilis & pauper fuiſſe traditur. Ab initio pictor, deinde philoſophiæ ſe conferens, nouam ingreſſus eſt uiam, nihil omnino adfirmando, nihil turpe aut honeſtum, nil iuſtum aut iniuſtum natura, niſi lege & conſuetudine eſſe, ut id à quibuſque gentibus duceretur. Contra igitur dogmata omnia ſe opponebat, omniaq; refellebat. Vita præterea opinioni ſimilis, unus omnia ſuſtinere, nihil omnino ſenſibus permittens. Quare ij Pyrrhonij, Aporetici, Sceptici, Zetetici,Ephectici appellati ſunt.Pyrrhonij ab autore. Aporetici quòd ſemper addubittēt,Sceptici quòd ſemper quærant & nunquam inueniant.Zetetici quòd ſemper in ueritatis inueſtigatione uerſentur.Ephectici ab euentu, quòd poſt inquiſitionem contineatur adſenſio:ex Suida. Huius igitur & Erilli ac Ariſtippi iam diu exploſa ſententia, ut ait Cicero in officijs.

Pyrrhus Achillis

Pyrrhus,qui & Neoptolemus,Achillis filius, amiſſo Troianis temporibus per abſcentiam paterno regno in Moloſſorū regione conſedit,gentēq; à ſuo nomine Pyrrhidas,deinde Epirotas uocauit.Ibiq; Lanaſſa Herculis nepte ex oraculi Dodonæi reſponſo rapta V I I I.ſuſtulit liberos.Ex his uirginibus matrimonio diuerſis collocatis,adfinitates potentiāq; ſibi conciliauit.Atq; Heleno Priami filio ob induſtriam & uaticinium Andromachen,quam in diuiſione Troianæ prædæ acceperat,cum Chaonū regno ceßit,breuiq; poſt tēpore Delphis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

phis inſidijs Oreſtis inter altaria interijt. Trogus lib. XVII.

Pyrrhus

Pyrrhus rex Epirotarum materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus, eodem teſte autore in eodem libro, cum propter odium patris Aeacidæ, qui ab Epirotis fuerat interfectus, ad necem & ipſe quæreretur, furtim ſubtractus ad Illyricos defertur, traditusq; Heroe Glauci regis uxori nutriendus fuit. Cumq; natus annos XI. eſſet reuocatus à ſuis, tanta uirtute creuit, ut cum, ſicut Cæcilius ſcribit, imperiũ orbis agitaret, & Romanos potentes uideret, Apollinem de bello conſuluerit. Ille ambiguo reſpondit, Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe. Hoc ad ſe dictum trahens, auxilio Tarentinis contra Romanos uenit: Leuinum Cos. apud Heracleam elephantorum nouitate turbauit. Cumq; Romanos aduerſis uulneribus occiſos animaduerteret, Ego inquit, talibus militibus orbem terrarum breui tẽpore ſubijcere potuiſſem. Amicis gratulantibus, quid mihi cum tali uictoria inquit, ubi exercitus robur amiſſum eſt? Ad XX. ab urbe lapidem caſtra poſuit. Captiuos Fabritio gratis reddidit. Viſo Leuini exercitu eandem ſibi ait aduerſus Romanos, quam Herculi aduerſus hydram, fuiſſe fortunam. A Curio & Fabritio ſuperatus Tarentum profugit. Inde in Siciliam traiecit. Mox in Italiam Locros regreſſus pecuniam Proſerpinæ auferre tentauit, ſed ea naufragatione erepta eſt. In Græciam reuerſus dum Argos oppugnaret, ictu tegulæ proſtratus cecidit. Corpus ad Antigonum Macedoniæ regem relatum, magnificeq; ſepultum eſt. His Plutarchus alia quædam addit, inter quæ Pyrrhi pollicem dextri pedis, uim quandam diuinam habuiſſe dicit, ut eo preßi ex ſplene laborantes curarentur. Eum præterea ardere non potuiſſe reliquo corpore cremato. Hanc hodie ſimilem uirtutem in dextra Gallorum regum uidemus, qua angina ſeu ſtruma adfecti liberantur. Pyrrhi res geſtas in Italia conſcripſit Zeno hiſtoricus, ille qui etiam Epitomen Romanarum & Carthaginienſium rerum teſte Diogene compoſuit.

Pyttacus ſapiens

Pyttacus Mitylenæus unus è ſeptem tempore Crœſi regis. Huius illud: prouidere ne caſus ueniant: ſi forte uenerint, æquo animo tolerare.

Pyttacus legiſlator

Fuit alter Pyttacus legislator ut Fauorinus & Demetrius in homonymis meminere, qui minor eſt appellatus. Aelianus autem de ua. hiſtoria Pyttacum quendam commemorat, qui de mola piſtrina Encomium fecit, ut in paruo ſubiecto uim dicendi oſtentaret. Idem de Sapiente dicit, eum in templo fortunæ ſcalam conſtituiſſe, ut eius exprimeret effectum, quum multi in uita mortales aſcendant, deſcendantq;.

Pyſiſtratus tyrannus

Pyſiſtratus Athenienſis tyrannus clarus genere, eloquentia uerò tanta, ut ea deliniti Athenienſes libertate qua nihil charius habebant, ſe ſponte exuerent, illiusq; facundiæ ſanctitatem Solonis qui numen fuerat ciuitatis, poſthaberent. Aſtu quoque incredibili. Timens ſiquidem olim primores in ciuitate, uoluntarijs plagis domi adflictus ac terga cruentatus in publicum proceßit, ubi de crudelitate principum quæſtus, ad ulciſcendum inimicos populum exciuit. Idem teſte Valerio de libertate, cum quidam medio foro filiam diſſuauiatus fuiſſet, iraſcenti uxori reſpondit, ſi eos qui nos amant cædamus, quid faciendum ijs qui odio perſequuntur? Artes liberales maxime fouit. Bibliothecam primus Athenis publicauit, quam Xerxes urbe potitus ad Perſas tranſtulit. Eam deinde multis poſt annis Seleucus Nicanor referendam curauit. Homerus eius iuſſu in eum qui nunc eſt ordinem redactus. Quidã filio Hipparcho referunt, Regnauit annos trigintatres, quo tẽpore Seruius Tullus Ro. ut autor Gellius. Plura de hoc, & quomodo ſit tyrrannidem adeptus, uide apud Trogum libro ſecundo.

Pyſiſtratus hiſtoricus

Pyſiſtratus alter Lariſſeus hiſtoricus commemoratur à Suida.

Pyreicus

Pyreicus minoris penicilli pictor humilia ſecutus, in eo ſummam adeptus eſt gloriam. Sutrinas, tonſtrinas, aſinos, & obſonia pinxit, & his ſimilia. Quare ῥυπαρόγραφος cognominatus eſt, quaſi humilium & ſordidorum pictor, quippe hæ pluris uæniere, quàm maximæ multorum ediuerſo medicinæ, ut inquit M. Varro.

Pyrgoteles

Pyrgoteles ſculptor nobilis gemmarum, à quo tantum Alexãder ſculpi uolebat.

Pythagoras

Pythagoras Samius philoſophus patre Demarato locuplete ac negotiatore, in Aegyptum primo, mox Babyloniam diſcendi ſiderum curſus gratia profectus eſt. Inde regreſſus in Cretam ac Lacedæmoniam peruenit, ut Lycurgi & Minois inclytas ea tempeſtate leges agnoſceret. Ad ultimum in Italiam tranſmittens Crotone conſedit, ubi populos luxuriæ adſuetos autoritate ac doctrina ad frugalem cultum reuocauit. Matronas ad pudicitiam, iuuenes ad modeſtiam cohortari cœpit. Eius paßim ſanctitate ac uitæ abſtinentia inductæ mulieres, auratas ueſtes, ornameutaq; laſciuiora in templo Iunoni conſecrauere. Sed & ex iuuenibus CCC. cum ſodalitij iure ſacramẽto quodam nexi ſeparatim à cæteris ciuibus religionis ac modeſtiæ cauſa agitarent, ſuſpicione clandeſtinæ coniurationis ciuitatem in ſe conuerterunt. Itaque eos in unam domum coactos uulgus cremare contendens tumultu omnia compleuit, ubi LX. periere, cæteri in exilium profecti. Pythagoras itaque cum multos annos Crotone exegiſſet, Metapontum migrauit, ibiq; deceßit. Cuius tanta fuit admiratio ut ex domo eius templum facerent, eumq; pro deo colerent. Hæc ex Trogi libro XX. Quintilianus autem libro IX. Cicero uerò ait. Tanta opinio de Pythagora præiudicata potuit, ut eius etiam ſine ratione ualeret autoritas. Docuit in Italia regnante Seruio Tullo, ut Liuius & Dionyſius autores. Eius Philoſtratus in principio uitæ Apollonij, pluribus uerbis meminit. Quemadmodum ab omnibus abſtineret animalibus, animamq; reducem putaret. Se propterea Euphorbum Troianum dicebat. Deinde pauonem fuiſſe, Ex quo Perſius noſter Pythagoræum appellat pauonem. De ipſius ſecta ſcripſit Iamblycus libros tris qui adhuc extant. In quos commentarios edidit Simplicius, opus utrunq; in bibliotheca Vaticana conſpicitur. Ipſius apophthema, φίλωυ πάντα κοινά, Amicorum omnia communia.

Pytheas

Pytheas ſiue Pytho Athenienſis orator audacißimus. Captus quondam ob æs alienum è cuſtodia Macedoniam aufugit. Vnde paulò pòſt domũ reuertit, ſcripſit orationes Iudiciales, & Conciones & alia, Suidas.

Pythis

Pythis pictor concertans ſuperatus eſt à Timagora Chalcidenſi, quod ipſius Timagoræ carmine uetuſto apparet. Plin.

Pythodoris

Pythodorim Strabo ſuo dicit tempore in ponto regnaſſe.

Plato philoſophus

Platonis pueri labris olim apes inſediſſe, uti memoriæ proditum eſt, melliſluæ prodigium eloquentiæ fuit. Eruditus Athenis primum à Socrate, ſtatim dum licuit in Italiam profectus eſt, uti Pythagoreos audiret, ubi Philolai Crotoniatæ libros, de ſecta Pythagorea, centum Minis etiam in difficultate rei familiaris mercatus eſt, ex quibus plura in ſuum Timæum uſurpauit. In Aegyptũ deinde properans ut audiret Gymnoſophiſtas, oleũ, ait Plutarchus, ſecum mercaturæ gratia uexit, ut uiatico ſuppeditaret: ubi libros Moſeos legiſſe creditur, ex quo uidetur præter omnes philoſophos ad noſtrã fidẽ propius adceßiſſe, ut placet Auguſtino. Nam deum & materiam primã rerum principia ponit, cum alij alia dixerint elementa. Idem Auguſtinus ait in libro de Ciuit. Eligimus Platonicos omnium philoſophorum merito nobilißimos, propterea quòd ſapere potuerunt immortalem atq; rationis participem hominis animũ, niſi participato illius Dei lumine, à quo & ipſa, & mundus factus, beatã eſſe non poſſe. Ita illud quod omnes appetunt, id eſt, uitam beatam, quenquam eorum adſecuturum negat, qui non illi optimo, qui eſt incommutabilis Deus, puritate caſti amoris adhæreſcit. Academiã ſectam à uilla ſua ubi cõmorari ſolebat inſtituit: qui poſt eum ſecuti, non Academici, ſed Platonici dicti ſunt. E quibus Plotinus, Alcinous, Proclus, Apuleius, Maximus, Ammonius, Pletho innumerabilesq; alij.

Omnium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Omnium doctrinarum præſertim Geometriæ ſtudioſiſſimus fuit. In qua Euclidem, & Architam Tarentinum, Theodorumq́; Cyrenæum audiuit: ex qua ſanè ſcientia ſecreta quædam inueſtigauit in libris ſuis à paucis comprehenſa, quæ ad rerum naturam tum diuinitatem pertinerēt. Ter in Siciliam adnauigauit, primo Aetnæ flagrantis uiſendæ gratia ut Apuleius ait, Reuerſus apud Aeginam captus ac minis XXX. uenūdatus. Deinde ab Aniceri Cyreneo redemptus fuit. Iterum rediit ſub iuniore Dionyſio ſpe liberandi Siciliam. Sed paulò pòſt expulſo Dione et ipſe ſuſpectus remigrauit. Tertio cum maxime nollet, rogatus ab Archita ut Dionem tyranno reconciliaret, iter ingreſſus ab eodem Dionyſio obuiam procedente quadrigis exceptus eſt. Demum in ſuſpicionem ueniēs, uix rogante & ſpōdente pro eo Archita dimiſſus. Dialogum primus illuſtrauit, licet prius, ut aiunt, inuentum à Zenone Eleate, ut Ariſtoteles in primo de poëtis tradit: ut autem Fauorinus ab Alexamene Teio. Militaſſe autem pro patria ter dicitur. Deceſſit annos agens LXXXI. morbo uti fertur pediculari. Libros commemorare quod uulgò innoteſcant, periergon fuerit. Quintilianus ſic ſcribit. Platonem quis dubitet eſſe philoſophorum præcipuum, ex quo multum eloquentiæ ſe traxiſſe Cicero fatetur, ſiue acumine diſſerendi, ſiue eloquendi facultate, diuina quadam & homerica: multum enim ſuprà proſam orationem & quam pedeſtrem Græci uocant, ſurgit, ut mihi non hominis ingenio ſed quodam delphico uideatur oraculo inſtructus. Vita cœlebs fuit ac caſtus, ut ait Auguſtinus: ſemel in die ueſcebatur, raro ridebat. Circumferuntur tamen quædam eius epigrammata in pueros amatos ab Apuleio poſita: in Aſtera prius: Aſtra uides, utinam fiam mi ſydus Olympus, Vt multis ſic te luminibus uideam. Lucifer ante meus, rutilans mortalibus Aſter, Heſperus à fato manibus ecce nites. Ponit item & alia epigrammata in Alexim, in Phædrum, in Dionem, quāquam laſciua, uita tamen probus inuētus. Eius Geneſim Iul. Maternus ita deſcripſit. In Horoſcopo Aquarium cum Marte & Mercurio, Soleq́; in piſcibus in domo quinta, Lunam in Geminis, in ſeptima Iouem in Leone. In octaua Saturnum in Libra. Nomen ei ab initio Ariſtocli fuit. Ob humerorum deinde latitudinem Plato appellatus. In eius operibus numeri uis deprehenditur teſte etiam Cicerone, qui ait in quodam loco, difficilior numero Platonis.

Aſter puer

Plato poëta

Platonem Athenienſem poëtam priſcæ comœdiæ tempore Ariſtophanis & Eupolis, Suidas & Athenæus in Dipnoſophiſtis, fabulasq́; eius XXIIII. commemorant. Tris item alios Diogenes, unum Rhodium philoſophum diſcipulum Panætij, Alium Peripateticum de Ariſtotelis ludo, Tertium Praxiphanis diſcipulum. Plautus poëta Comicus Farſinas uti monſtratur in eo loco ex antiqua inſcriptione, cum uulgò Sarſinas ſcribatur. Plotus ab initio teſte Feſto appellatus, à pedum planitie, quos Plotos Vmbri uocant. Siquando à mola aſinaria uacabat, cui addictus ob paupertatem erat, fabulas componebat quas uenditaret, eæ quidem XX. feruntur omnes actæ noſtris temporibus. Ponitur à M. Varrone in libro de poëtis Plauti epigramma huiuſmodi. Poſtquam eſt morte captus Plautus, comœdia luget, ſcena deſerta eſt. Deinde riſus, luſus, iocusq́;, & numeri innumeriq́; ſimul collacrymarunt. Hic cæteris comicis præfertur ſententia multorum præſertim Varronis qui ait: Si muſæ Latinè loquerentur, Plautino ſermone loquerentur. Planci & Plautij diuerſæ Romæ familiæ. Planci enim ex planitie plantæ, ſicuti Panſæ à latitudine teſte Feſto appellati. Ex his fuere L. Munatius Plancus uir conſularis & prætorius ac orator, Ciceronis diſcipulus. Ad quem ſunt eius epiſtolæ. Is dum Galliam comatam regeret, Lugdunum condidit, & Rauricam quæ nunc Baſilea eſt, ut etiam ex ipſius antiqua inſcriptione deprehenditur, quæ adhuc Caietæ in turri quadam quæ dicitur Orlandi legitur hoc modo: L. Munatius. L. F. L. N. L. pron. Plancus Cos. Cenſ. Imperat. iter. VII uir epul. triumph. ex Rhætis, ædem Saturni fecit, de Manubijs: agros diuiſit in Italia Beneuenti: in Galliam colonias deduxit Lugdunum & Rauricam. Magnus alioquin ſcurra fuit, patriæ infidus, in quo maxime ſperabatur. Is cum exercitu Antonio de improuiſo apud Mutinam contra Octauium conuenit. Frater eius C. Plautius Plancus cum à Triumuiris proſcriptus in regione Salernitana lateret, odore unguenti proditus, comprehenſos ſeruos dominum celantes in tormentis eſſe diu minime ſuſtinuit. Quapropter ſeſe ſponte manifeſtauit. Plin. C. Plautius. C. F. C. N. Qui in ho. DXXVI. honore Vænox appellatus eſt. Hæc inſcriptio antiquiſſimi marmoris ante bellum Samnitum in domo Proſperi S. Cruce Romæ unà cum alijs nominibus. Quare enim Vænox ſit appellatus, Frontinus declarat, ob aquarum uidelicet uenam ab eo repertam. L. Plautius Hypſeus Flamen quirinalis apud Liuium XXXVII. M. Plautius cum claſſem LX. nauium in Aſiam duceret, Tarentumq́; applicuiſſet, atque illic uxor eius Oreſtilla quæ eum ſecuta fuerat, morbo deceſſiſſet, in rogum impoſitæ, inter officium ungendi & oſculandi ſtricto gladio incubuit, quem interea amici ſicut erat togatum calceatumq́; corpori uxoris iunxerunt. Valerius de amore Con. Plautius Lateranus Cos. deſignatus in coniuratione deprehenſus à Nerone ac necari iuſſus: autor Tacitus. T. Plautio. M. F. A. N. Syluano Aeliano Pontifici. Sodali Aug. III. uir. AAA. FF. Q. Ti. Cæſaris legato legionis V. in Germania. PR. urb. leg. & comiti Claudij Cæſaris in Britannia, Conſuli Proconſ. Aſiæ legato Propta & Mœſiæ in qua plura quàm centum mill. ex numero Tranſpadanorum ad præſtanda tributa cum coniugibus ac liberis & principibus aut regibus ſuis tranſduxit. Motum orientem Sarmatarum compreſſit, quamuis partem magnam exercitus ad expeditionem in Armeniam miſiſſet. Ignotos ante aut certos pop. Rom. reges ſigna Romana adoraturos in ripam quam turbatis perduxit regibus. Baſtarnarum & Roxolanorum filios, Dacorum fratrum captos aut hoſtibus eiectos remiſit. Ab aliquibus eorum obſides accepit, per quod pacem prouinciæ & confirmauit, & per obſides Scytharum quoque rege à Cheronneſi ex ea prouincia magno tritici modo annonam P. R. adleuauit. Hunc legatum in Hiſpaniam ad Præf. urbis remiſſum Senatus præfectura triumphalibus ornamentis honorauit, autore Imp. Cæſare Aug. Veſpaſiano uerbis ex oratione eius. Q. I. S. S. Mœſiæ ita præfuit, ut non debuerit in me deferri honor triumphalium ornamentorum, niſi quòd latior contigit ei mora titulus Præfecto urbis. Hunc in eadē præfectura urbis Imp. Cæſar Augu. Veſpaſianus iterum Cos. fecit. P. Plautius Pulcher Triūphalis fecit. Huiuſcemodi hodie inſcriptio in uia Tiburtina conſpicitur. Pliniū Secundū iam cōſtans fama Veronenſem facit ſub Veſpaſ. Imp. quorum interdiu negotia adminiſtrabat, noctibus uerò & ſucceſſiuis, ut ipſe inquit, temporibus opus de natura cōſcripſit, unus omniū parciſſimus tēporis. Perijt in mōtis Veſeui incēdio dū eius cauſam indagare cupit. Eius uitā diligentius enarrat nepos eius ex ſorore Cæcilius Plinius, cuius extat libellus epiſtolarū, ac de uiris illuſtribus, præterea Panegyricū in Traianū principē, quo gratias agit Cōſul ab eo factus. Cauſas actitauit, fundos habuit in Nouocomēſi. Quintiliani filiā dote iuuiſſe, & Martialē poëtā ſecedentē uiatico proſecutum fuiſſe teſtatur. Plotius Gallus patria Lugdunēſis dicendi præceptor. Romæ profitebatur, à quo ſe Cic. in lib. de Orat & in epiſt. ad M. Titinium cum Q. fratre olim puer Latinas literas edoctum fuiſſe teſtatur: à Trāquillo autem inter Rhetores ponitur. Plotius Criſpinus, quē Aretalogū fuiſſe cognominatū quòd garrula ſcripſerit carmina, Porphyrio narrat.

Plautus

L. Munatius Plancus Lugduni conditor & Baſileæ

C. Plotius Plācus

L. Plautius Hypſeus

M. Plautius

Plaut. Later.

T. Plautius Syluanus

Plinius

Plinius Nepos

Plotius Gallus

Plotius Criſpinus

Plotinus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Plotinus

Plotinus philoſophus Platonicus Aegyptius natione fuit è ciuitate Lyco, diſcipulus Ammonij, præceptor Porphyrij, Gallieni, Claudij, Taciti & Probi temporibus. Compoſuit libros LIIII. ſectam continentes Platonicam. Quorum obſcuritatem Porphyrius qui eius uitam deſcribit, ſatis aperuit. Fuit corpore gracili tenuiq́; ualetudine, morbo ſacro obnoxius. Hæc ex Suida & Eunapio Græcis autoribus.

Plutarchus

Plutarchus Cheronæus Traiani temporibus, à quo in Illyricum miſſus conſulari poteſtate, iuſſumq́; omnibus in Illyria magiſtratibus, ut abſque eo nihil agerent. Scripſit complura præter uitas parallelas iam uulgò nota.

Plutarchus Athenienſis

Plutarchus Neſtorij F. Athenienſis ſophiſta, præceptor Syriani, qui ſcholæ præſidebat Athenięſi ſub Iuliano principe: autor utriuſq; Suid.

Polycrates tyrannus

Polycrates & Syloſontes fratres Samiorũ tyranni. Quorũ alter Polycrates fortuna opibusq́; clarus, perpetua uſus felicitate præterquã ad extremum: quam uti temperaret, annulum ſibi chariſsimum in mare proiecit: quem deinde à piſcatore recepit, capto piſce qui eum deuorauerat. Ad ultimum à Perſarum Satrape dolo captus ac ſuſpenſus eſt: ex Strabone libro XIIII. Fuere hoc tempore Pythagoras, Anacreon.

Polycrates Præſul

Polycrates Epheſiorum Præſul unà cum cæteris Aſiæ Præſulibus ex uetere quadam conſuetudine cum Iudæis XIIII. luna paſcha celebrabat. Quapropter cum ſe tueri uellet aduerſus Victorem Pont. epiſtolam Synodicam ſcribit, in qua docet ſe apoſtoli Ioannis & ueterum autoritatem ſequi. Fuit temporibus Seueri principis, quando & Narciſus Hieroſolymis: ex Hieronymo.

Polycletus

Polycletus ſtatuarius duas eodem argumento ſtatuas fecit. Alteram arte ſua, alteram uerò uulgi opinione, quam de ſententia cuiuſuis prætereuntis celauerat. Quibus perfectis turbam admittit. Ac primum ſua oſtenſa magnopere laudatur, Altera deinde non æquè. Atqui inquit, Scitote quòd hanc quam tantopere laudatis ego feci, quã uerò uituperatis uos feciſtis. Autor Aelianus de ua. hiſto.

Polycarpus

Polycarpus Ioannis apoſtoli diſcipulus. Ab eoq́; Smyrnæ Præſul creatus, ſanctitate & doctrina totius Aſiæ princeps. Hic ob quandam paſchæ controuerſiam Imp. M. Antonino & Anacleto ſedente, Romam uenit, ubi plurimos Chriſtianos Marcionis & Valentini perſuaſione deceptos ad officium reduxit. Poſtea uerò M. Antonino & L. Aur. Commodo imperantibus quarta poſt Neronẽ perſecutione Smyrnæ ſpectante Proconſule cum uniuerſo populo, in amphitheatro igni traditus eſt, ac inter martyres relatus. Scripſit ad Philippenſes epiſtolam ualde probatam: ex Hieronymo.

Polyſtratus

Polyſtratus & Hippoclides Epicuri diſcipuli eodem die nati, eodemq́; in ultima ſenectute elati. Valerius.

Polybius

Polybius è Megalopoli ciuitate Arcadiæ, præceptor Scipionis Africani, Ptolemæo Euergete apud Aegyptum regnante: ſcripſit Romanam hiſtoriam libris XL. Incipit à fuga Cleomenis Spartiatæ & Perſæi Philippi filij Macedonum regis. Poſt hæc Romana attigit: autor Suidas. Eius hodie ſuperſtites tantum V. libri, à Nicolao Perotto præſulæ Sipontino Nicolai V. tempore in Latinum conuerſi ſermonem.

Polyænus

Polyænus Sardianus tempore Cæſaris Dictatoris & Antonij III. uiri. Scripſit orationes iudiciales, triumphi Parthici M. Antonij libros III. Fuit alter Macedo genere, qui de Thebis ſcripſit, & de re militari libros totidem. Suidas.

Polyeuctus

Polyeuctus Comicus poëta: fabula ipſius ἰωίοχος, ut ſcribit Athenæus.

Polyzelus

Polyzelus item Comicus: fabulæ ipſius nonnullæ à Suida ponuntur.

Polydamas Pancratiaſtes

Polydamas Pancratiaſtes, æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus ſuperauit. Taurum ingentem apprehenſis extremis pedibus retro tenebat. Currum agitatum ſeſe opponendo altera manu apprehenſum ex curſu retrahebat. In equosq́; inſiliebat deiecto auriga. Accerſitus à Dareo Artaxerxis magni filio ter apud eum ex prouocatione uictor fuit. Poſtremo uiribus ſuis confiſus interijt poſt cœnam in cauerna, cum ſaxum ruinam à uertice minaretur, diffugientibus cõuiuis, confiſus ipſe manibus poſſe ſuſtinere oppreſſus eſt. autor Pauſanias.

Polydamas Troianus

Polydamas Panthoi filius, ſocius, & magiſter, & æqualis Hectoris, ut autor Aelianus. Homerus ſcribit Iliados XVIII. hunc eloquentia, Hectorem armis ualuiſſe. Τοῖσι δ' Πουλυδάμας πεπνυμένος ἦρχ' ἀγορεύειν Πανθοΐδης. ὃ γὰρ οἶος ὅρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. Ἕκτορι δ' ἦεν ἑταῖρος, ἰῇ δ' ἐν νυκτὶ γένοντο. Ἀλλ' ὁ μὲν ἂρ μύθοισιν, ὃ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα. Dares hiſtoricus hunc dicit ad caſtra noctu Græcorum profectum Troiam prodidiſſe.

Polyrodus
Polymeſtor

Polydorus Priami filius miſſus à patre initio belli cum magna ui auri ad Polymeſtorem Thraciæ regem generũ tutelæ gratia, ab eodem auaritiæ gratia trucidatur. autor Virgilius.

Polygnoſtus

Polygnoſtus Thaſius, & Dionyſius Colophonius pictores eodem tempore nobiliſsimi uerum alia alij. Polygnoſtus in picturæ tenuitate ualebat, plicas ueſtium mollitiasq́; ſignorum imitabatur. autor Aelianus. Pauſanias autem lib. X. de eodem ſic ſcribit. Polygnoſtus pinxit Ocnum torquentem ſpartum & aſinam prope rodentem. Quod ſanè ænigma eſt eius, qui fruſtra quidem laborat ſi habet uxorem prodigam: ex quo prouerbium, cum fruſtra quis aliquid contendit: ὄκνος θώμιγγας συνάγει. Ocnum enim uocant augures auem quæ maxima eſt, et pulcherrima inter erodios, rariſsima inuentu, quæ minime caſtigata continuata ſolicitudine uolitando, ſingula quamuis minima & obſcura expaueſcit idola.

Pollux grammaticus

Iul. Pollux Naucratita grammaticus ſub Commodo principe præcipiebat Athenis. Deceſsit natus annos LVIII. Scripſit ad Commodum onomaſticon libris decem quem habemus. Scripſit & alia quædam, ut eſt autor Suidas, quæ non extant. Philoſtratus quoque inter ſophiſtas ponit, cuius characterem in dicendo narrat, quem nec laudat, nec uituperat: una tantum ei laude dulcis pronuntiationis attributa.

Polus ſophiſta

Polus Agrigentinus ſophiſta Gorgiæ auditor, primus in oratione inueniſſe dicitur pariſa & antitheta & ſimiliter deſinẽtia: quod minime uerum, ſed iam inuentis ſæpe uſum fuiſſe conſtat: ex quo Plato in eius dicendi genus cauillans, ὦ λῷστε Πῶλε, inquit, id eſt. loſte Pole, hoc eſt, optime Pole, ut te ſecũdum te appellem. hæc Philoſtratus. Suidas autem eum ſcripſiſſe dicit genealogiam, eorum qui ad bellum Troianum profecti ſunt, ſimul & nauium catalogum.

Pollio

Pollionem inter Aſinios diximus ex ordine. Pompeios hos legimus.

Qu. Põpeius

Q. Pompeius cõtra Numantinos miſſus, ab eisq́; ſuperatus, ignobilẽ pacem fecit: autor Florus lib. II.

Cn. Pom. Strabo
Pomp. mag.

Huius filius ſiue nepos. Cn. Pompeius Strabo magni Pompeij pater Nouum comum coloniam deduxit. In bello ſociali imperator delectus, de Picentibus triumphauit: uir admodum duræ diſciplinæ. Eius filius Cn. Pompeius Sullæ partibus adhæſit, ab eoq́; ad ulciſcendos inimicos miſſus in Africam, Domitium prius expugnauit, Iarbam regem cepit, de quo triumphauit, nondum patientibus annis, quare ab exercitu Sullæ magnus conſalutatus eſt. Inde contra Sertorium in Hiſpaniam profectus, Metelli copijs ſeſe coniungens, eum cum tota factione ſuſtulit. Mox delectus imperator ad bellum Piraticum, tribus menſibus id confecit. Dein ſucceſſor L. Luculo miſſus, de Mithridate triumphauit. Trigranem Armeniæ regem ei ad genua procumbentem, in regnum reſtituit. Inde Iberos, Albanos, Iudæos debellauit, capto eorum rege Ariſtobulo, in triumphumq́; unà cum filio Tigranis ducto. Extincta uxore Iulia Cæſaris filia, Corneliam Scipionis filiam uiduam à P. Craſſo M. filio relictam duxit. Neapoli demum grauiſsima febre correptus, parum abfuit à morte, quæ ſi contigiſſet, melius cum eo actum fuiſſet, ob inſequentis belli ciuilis calamitatem. Nam Pharſalica pugna à Cæſare copijs longe inferiore ſuperatus, & in Aegyptũ fugiens, regis perfidia ab Achilla præfecto interfectus eſt. Triumphum cum ex

Oriente

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Oriente olim rediĳſſet biduo egit, prænotatis gentium titulis uictarum, quæ à Plinio in x. itemq́; à Plutarcho ordine adnotantur. Hoc quaſi uitæ & rerum ab eo geſtarum breuiarium fuerit.

Pompeij iuuenes

Pompeij iuuenes eius liberi, alter apud Mundam à Cæſare in Hiſpania, alter apud Siciliam ab Auguſto poſtea uicti: ex quibus Sextus Pomp. piraticam exercuit. Lucanus. Sextus erat Magno proles indigna parente. Qui mox Scylleis exul graſſatus in undis Polluit æquoreos ſiculus pirata triũphos.

Sext. Pompe. prætorius

Sext. Pompeius alius uir prætorius: ſub quo Valerius Maxi. ſe militaſſe dicit, & quem Ouidius de Ponto pluribus in locis laudat. Huius pater. Sext. Pompeius Hiſpaniæ citerioris princeps, cum horreis ſuis uentilandis præſideret, correptus dolore podagræ merſit in triticum ſeſe ſuper genua, leuatusq́; ſiccatis pedibus mirabili modo: quo poſtea remedio uſus. Plinius.

Quin. Pomp. Rufus

Q. Pompeius Rufus Sullæ è filia nepos, tribunuſpleb. cum T. Munatio Planco aduerſiſsimus Miloni, in cuius cauſa dixerat paucis poſt diebus quàm Clodius eſſet occiſus: Milo dedit, quem ex curia deſideretis: ego dabo quem ex capitolio mulctetis. Idem Milonem ad ſe in hortis uenientem aſpiciens, miſit nuncium ne ueniret.

Q. Pompeius Bithynicus

Q. Pompeius qui Bithynicus eſt dictus ſummo ſtudio dicendi, multaq́; doctrina, incredibiliq́; labore atque induſtria. Huius actio non ſatis commendabat orationem: in hac enim ſatis erat copiæ, in illa leporis parum. Cicero. Faſtus quoq; de eodem ſic ait, Pompeius Bithynicus è ſuppelleſtili regia ſignum ephebi mitram tenentis arenamq́; ruentis exercitationis gratia more Græcorum Romam portauit, & in capitolio poſuit.

Pomp. Leneus libertus

C. Pomponius Euſconius

Pompeius Leneus magni libertus grammaticus de herbis & plantis ſcripſit. C. Pompeio Euſconio conditori factionis Ruſſate, & factionũ primus patrono benementi optimo & pientiſsimo, liberti & liberte hæredes fecerunt de ſuo. Repertum Romæ in æde diuæ genitricis de pace: quod ideo poſui, ut plane uideatur antiquos quoq; quandoq; ſine diphthongis ſcribere conſueuiſſe, ſicuti & in alijs pluribus locis reperitnr. Pomponij plures ex eadem domo commemorati.

Pomponius Atticus

Pomponius Atticus à Nepote ſcribitur elegantiſsime: cuius epitomen autoris ſubĳciam. Is nobilis eques Rom. excellenti ingenio & amicus Ciceronis imprimis fuit, unde Atticus Ciceronis eſt appellatus. Qui poſtquam uidit Cinnano tumultu Rempubli. eſſe turbatam, ſeceſsit Athenas, ubi longo tempore moratus, & ciuitatem, & omnium gratiam, moribus elegantiſsimis promeruit: linguam ita probe didicit, ut Attici cognomen adſequeretur. Humanitate, diuitĳsq́; ſimul præditus fuit, quibus amicos libenter impertiebat. Nam & Ciceronem ab urbe pulſum LLS. CCXL. milibus, & Brutum ab urbe fugientem nummis centum eſt proſecutus. Erat alioqui grauiſsimus, ut quæ religioſe polliceretur, præſtare omni diligentia niteretur. Mendacium nec ipſe dicebat, nec pati poterat. Quapropter omnes ei res ſuas amici curandas certatim dabant. Conſiliumq́; ab eo de republ. deq́; rebus magnis petebant. Studĳs ſeſe totum tradiderat, procul à repub. non neceſsitate, ſed iudicio. Antiquitatis maximus admirator & cuſtos, adeo ut Auguſtus quocum erat adfinitate cõiunctus, nulla dies foret, quin eum aliquid de ueterum rebus, aut doctrina rogaret, aut quæſtionm aliquam ei proponeret. Scripſit de imaginibus uolumen, ubi ſingularum familiarum origines enarrauit, ac uerſibus non minus quaternis ornauit, eosq́; qui honore rebusq́; geſtis perierant. Scripſit & de conſulatu Ciceronis unum uolumen. Fuit & erga domeſticos facilitate tanta: ut iurauerit cum matre nonagenaria ſe nunquam in gratiam rediĳſſe. Cum ſorore pariter nullam geſsit ſimultatem, dictitans cum his quos diligas minime iraſci oportere. Abſtinentia præterea ſingulari, ut qui procul egerit ambitione, & præter patrimonium nihil quicquam appeteret, nec ædificator, neque emax fuerit. Vltima ſenectute morbo correptus, ſeipſum cibi abſtinentia necauit: ſepultusq́; in uia Appia in monumento Q. Cæcilij auunculi ſui. Hæc Nepos. Duo quoq; Pomponij etiam Ciceronis tempore.

L. Pomponius Bononienſis

Cn. Pompon. orator

Iul. Pomp. II

Alter L. Pomponius Bononiẽſis Atellanarum ſcriptor, quem Solinus ait, ut mirum, nunquam ructaſſe. Alter Cn. Pomponius orator, patronus acer acerbusq́; in dicendo, & lateribus pugnans, ut ait Cicero in oratore. Iulius item Pomponius Secundus Quintiliani tempore, inter tragicos longe princeps. Quem ſenes Pindarum tragicum putabant, conditione atq; nitore præſtare confitebantur. hæc Quintillia. Tacitus uerò de eodem. Pomponius Secundus in noſtris temporibus Domitio Afro uel dignitate, uel famæ perpetuitate ceſſerit. Plinius uerò eum cœnam Caio principi dediſſe dicit, in qua uinum CLX. annorum fuit. Pomponius quoq; iuriſconſultus.

Polemon philoſophus

Polemon Athenienſis philoſophus prima adoleſcentia laſciuus, & uoluptatibus deditus, cum patentem Xenocratis ſcholam intraſſet, deq́; modeſtia & moribus ſermo uerſaretur, ita demum ad eum flexit animum, ut relicta incontinentia, ſe totum philoſophiæ addixerit: ex quo poſtea eius ſcholæ ſucceſsit, autor Gellius. Diogenes uerò plura eum ſcripſiſſe teſtatur. Suidas contra, nihil ſcriptum reliquiſſe: libenter quoque & Homerum & Sophoclem lectitaſſe: quorum alterum Homerum tragicum, Homerum uerò Epicum Sophoclem appellare conſueuerat.

Polemon hiſtoricus

Polemon cognomẽto Helladicus genere Iliæus, hiſtoricus nobiliſsimus, æqualis Ariſtophanis grammatici, Panætij diſcipulus, ſcripſit de origine ciuitatum Phocidis, Ponti, Lacedæmoniæ Geographiam, & de curſu ſolis libros tris, Suidas.

Polemõ ſophiſta

Polemonem alium ſcripſit Philoſtratus in ſophiſtis, è Laodicea Cariæ, qui Smyrnæ uixit ac præcepit: æqualis Herodis Attici ſub Hadriano principe, ad quem legatus quandoq; Smyrnæorũ miſſus, ab eoq́; honorifice exceptus, & Muſæo Aegyptio adſcriptus eſt. Aliaq́; de eo ab eodẽ autore ponuntur, minima quidẽ quæ ad rem non pertinent. Popilij à Pompilĳs diuerſi leguntur.

M. Popilius Lænas

Quorũ princeps M. Popilius Lænas cum Cos. eſſet, eodemq́; tempore ſacrificium publicum cum Læna faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres ſeditione nunciata, ut erat læna amictus, ita uenit in concionem, ſeditionemq́; quum autoritate, tum oratione ſedauit. Cicero in Bruto. Hic etiam, teſte Liuio, conſul ſecundum cum M. Fabio Ambuſto factus, Tyburtes bello uicit: agris eorum uaſtatis, C. Licinium Stolonem decem milibus æris eius lege damnauit.

M. Popilius

M. Popilius à Numantinis, cum quibus pacem factam ſenatus irritam cenſuerat, cum exercitu fuſus fugatusq́; eſt. Liuius LV. Hic deinde ob rem ſua culpa male geſtam in exilium actus.

Popilius legatus

Popilius legatus ad Antiochum, qui Ptolemæum regem amicum populo Romano obſederat, miſſus nunciatum ut à ſocĳs populi Romani abſtineret: cunctantem, reſponſumq́; differentem, uirga circumſcripſit, ne ultra ſpatium illud differendo exiret: ex quo territus Antiochus, bellum omiſit. Liuius XLV. & Valerius. Plinius tamen C. Octauium pro Popilio ponit manifeſto errore.

Popilius Lanatus

Popilius Lanatus, qui Ciceronem occidit, patronum eius in cauſa capitis. autor Valerius. Romæ in uetuſtiſsimo marmore ſic legitur: M. Popilius. M. F. M. N. Lænas, Et alia Tybure inſcriptio pro templo ſancti Pauli: C. Popilio. C. F. Q. N. Carapedoni Cos. VII. uiro Epuloni, Sodali Hadrianali, legato Imper. Cæſaris Antonini Augu. Pij, Propr. Germaniæ, & exercitus nuper in ea tendentis, curatori oper. publicorum. Præfec. ærarij Satur. curatori Viar. Aureliæ ueteris, & nouæ Corneliæ: & triumphalis, legato leg. X. Fretenſis, à cuius cura ſe excuſauit: prætori, tribuno pleb. Q. diui Hadriani Auguſt. in omnibus honoribus candidato imperator. trib. Laticlauiali, donato donis mili-

A tarib

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

taribus à diuo Hadriano ob Iudaicam expeditionem x v. uiro ſtlitibus uindicandis, patrono municipi, curatori maximi templi S. P. Q. Tyburs optime de republica merito.

Pōpilij à Numa Pom.

Pompilij autem à Numa Pomp. originem habuere, qui in Romulo dicitur.

Poſidonius philoſophus

Poßidonius Rhodius philoſophus Stoicus, docebat Rhodi: diſcipulus & ſucceſſor Panetij: uenit etiam Romam M. Marcelli tempore: ſcripſitq; multa. autor Plutarchus.

Poſidonius hiſtoricus

Poßidonius Olbiopolita hiſtoricus, ſcripſit poſt Polybium hiſtoriam libris L I I. uſq; ad bellum Cyrenaicum, & Ptolemæi præterea declamationes rhetoricas: argumenta in orationes Demoſthenis. Suidas. Hunc Strabo teſtatur ſuo tempore fuiſſe.

Poſidonius præſul

Poßidonius Africæ præſul, Auguſtini contubernalis, cuius etiam uitam ſcripſit: præterea homiliarum libros V I I. epiſtolarum totidem: aliarumq; rerum complures. autor Ptolemæus Lucenſis.

Poſidippus comicus

Poſidippus Caſandreus comicus, docuit anno I I I. poſt mortem Menandri: eius fabulæ uſque x x x. Suidas.

A. Poſthumius.

A. Poſthumius dictator in bello Latinorum, quod Tarquinij fuga excitauit, confugientis ad generum ſuum Manlium ducem Tuſculanorum. Itaque collatis ſignis apud lacum Regillum, quum uictoria utrinq; nutaret, magiſter equitum Romanis equis frenos detrahi iußit, ut irreuocabili impetu ferrentur in hoſtes, ubi tandem aciem Latinorum Romani fudere, In eo prælio uiſi duo iuuenes acriter pugnare, quos poſt pugnam ad præmia quæſitos dictator reperire non ualuit. Ratus itaq; eos Caſtorem & Pollucem, eis communi titulo templum dedicauit. Cæcilius.

A. Poſthum. Tubertus

A. Poſthumius Tubertus, magiſter equitum Aemylij Mamerci dictatoris in prima dictatura contra Volſcos: mox in eodem bello à Q. Cincinnato conſule eius genero, dictator dictus, de eiſdem triumphauit: quam uictoriam funeſtauit mors filij, uiri magna uirtute: quem quòd iniuſſu eius occaſione rei bene gerundæ pugnam iniiſſet, ſecuri percußit. ex Liuio lib. I I I I.

M. Poſthum. Regilenſis

M. Poſthumius Regilenſis tribunus militum, autoritate conſulari ad bellum contra Equos miſſus, prauæ mentis homo, quam uictoria magis quàm bellum oſtendit. Nam exercitu impigre cōſcripto, ductoq; ad Volas, cum leuibus prælijs Equorum animos fregiſſet: poſtremo in oppidum irrupit. Deinde ab hoſtibus in ciues certamen uertit. Et quum inter oppugnationem prædam militis fore edixiſſet, capto oppido fidem mutauit. Hac igitur & alijs de cauſis, quòd iniuſte ſe haberet, à ſuis per tumultum lapidibus eſt obrutus. Liuius lib. I I I I.

Sp. Poſthum. conſul

Sp. Poſthumius & T. Veturius Coss. apud furcas Caudinas deducto in locum iniquum exercitu, quum nulla euadendi ſpes eſſet, fœdere cum Samnitibus facto, & ſexcentis equitibus Romanis obſidibus datis, ita exercitum abduxerunt, ut omnes ſub iugū mitterentur. Iidemq; autore ipſo Poſthumio, qui in ſenatu ſuaſerat, ut eorum deditione, quorum culpa tam deforme fœdus ictum erat, publica fides liberaretur, cum duobus tribunis plebis, & omnibus qui per fœdus ſpoponderant. dediti Samnitibus non ſunt recepti: nec etiam multo poſt fuſis à Papyrio Curſore Samnitibus, & ſub iugum mißis, receptisq; ſexcentis equitibus Romanis obſidibus, pudor prioris flagitij abolitus eſt. Liuius I X.

L. Poſthumi. cos.

L. Poſthumius alter poſt Cannenſem pugnam Cos. in Galliam profectus, à Boijs cum exercitu profligatus, ne caperetur, omni ui in prælio occubuit. Cuius inuenti caput præcidentes Barbari ouantes in templo obtulerunt. Idq; ſacrum uas erat, quo in ſolennibus libarent. Liuius X X I I.

A. Poſthum. Albinus

Aulus Poſthumius Albinus miſſus ad Iugurtham, ab eoq; correptus auro, patriā magno damno adfecit. Idem de Vacceis & Luſitanis triumphauit. Liuius L X I I I I.

Poſthumia Veſtalis

Poſthumia uirgo Veſtalis de inceſto cauſam dixit crimini obnoxia ob ſuſpitionem cultus elegantioris, ingeniumq; liberius quàm uirginem deceret: parum abhorrens à fama ampliata deinde abſoluta, ſententia pontificis maximi, qui eam abſtinere iocis, coliq; ſancte potius quàm ſcite iußit.

Porphyrius

Porphyrius philoſophus Tyrius genere, clara ortus proſapia, à puero uſus eſt præceptore Longino uiro doctiſſimo. prius Malchus uocabatur, deinde ob ueſtem regiam purpuream, qua ob nobilitatem utebatur, Porphyrius appellari cœptus eſt. Romam poſtea profectus, Plotinum audiuit, unà cum Origene & Amelio condiſcipulis. Inde in Siciliam nauigans apud Lilybœum morbo correptus, à Plotino magiſtro, qui conſolandi gratia eò ſe cōtulerat, & præſentia, & philoſophica oratione recreatur, adeo ut ſtatim conualuerit: moxq; Romam ſimul repetens, ibidem diem obijt, relictis operibus, in quibus puguantia uidetur ſentire. Cauſa putanda eſt, quòd quæ prius probauerit præcedente tempore, ea retractauerit. Ea ſiquidem ſunt, De diuinis nominibus liber unus. De principijs duo. De materia ſex. De anima quinq;. De animalium abſtinentia quatuor. De cognoſcendo ſeipſum quatuor. Quod una fuerit Platonis Ariſtotelisq; ſecta, libri ſeptem. In hiſtoriam Iuliani Chaldæi philoſophi libri quatuor. Contra Chriſtianos libri x v. In aſtrologia ac dialectica iſagoge, aliaq; complura. Floruit Aureliani temporibus, uſq; ad Tacitum & Probum principes. Hæc ex Suida & Eunapio Græcis autoribus. Aduerſus autem libros quos contra nos edidit: Methodius decem milibus uerſibus, item Euſebius x x v. Apollinaris x x x. uoluminibus teſte Hieronymo Apologiam fecere.

C. Pontius Herennius

C. Pontius Herennius dux Samnitum, qui ad Furcas caudinas nobilem illam cladem intulit Romanis, ut in Poſthumio diximus.

Pontius Pilatus

Pontium Pilatum ex hiſtoria tantum eccleſiaſtica nuncupata, inuenio Lugdunenſem patria fuiſſe. Is quum anno x I I. Imperij Tyberij miſſus procurator ad regendam Iudæam fuiſſet: Caligulæ deinde principis iuſſu, Iudæos ſtatuam imperatoris poni in templo cogere uellet, tantus illius populi tumultus excitatus eſt, ut res non procul à defectione fuerit. autor Ioſephus. Sunt qui ſcribant eum propterea ſibi manus attuliſſe, meritasq; ſceleris pœnas ob latū in conſeruatorem noſtrum iudicium dediſſe. De eodem Plinius ſic ait. Pontius legatus Caij principis, imagines Atalantæ & Helenæ cominus nudas à Cleophanto Corinthio pictas Lanuuij in templo, earum libidine captus, tollere conatus eſt, ſi natura tectorij permiſiſſet.

Pontius diaconus

Pontius diaconus, ut eſt autor Hieronymus, miſſus unà cum Cypriano in exilium, egregiū uolumen de uita, deq; martyrio Cypriani edidit.

Potamon

Potamon Mityleneus rhetor præcepit Romæ tempore Tyberij Cæſaris. Redeuntem uerò in patriam imperator huiuſcemodi ſyngrapha eius iter proſecutus eſt. Si quis Potamoni Mityleneo iniuriam feceris, cogitato an mihi quoque indicere bellum poßis. Scripſit de Alexandro Macedone, de perfecto oratore. Bruti Cæſaris Encomium. Suidas.

Praxeas

Praxeas hæreſiarcha uir Aſiaticus, plures in Trinitate negabat perſonas, ſed eundem patrem & creaſſe omnia, & paſſum fuiſſe, quod communicata pluribus monarchia, imperij uim impediret. Hæc inani adrogantia dictitabat, eoq; incautos decipiebat, quòd fidei cauſa martyr extiterat. Contra hunc Tertullianus eleganti libro reſpondit, ubi dicit: Quam Praxeas monarchiam uocat, Latini & Græci οἰκονομίαν appellant, qui tres non ſtatu ſed gradu, non ſubſtantia ſed forma, non numero ſed ſpecie conſtare, nihil impedire monarchiam, ſi pater filio eadem penitus uolenti coniungitur.

Praxiteles

Praxiteles marmore nobilitatus, duplici Venere, Gnidia & Coa: ſed Gnidia ueſano amore iuuenis inſignis, qui noctu delituit in templo ſimulacroq; cohæſit. Tum Nicomedis æſtimatione regis, grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conantis. Natus eſt in Græcia Italiæ ora, ciuitate Romana donatus. Scripſit teſte Varrone, quinq; uolumina nobilium

oper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

operum in toto orbe. Eius Romæ opera, Triptolemus, Flora, Ceres: Boni euentus, & Bonæ fortunæ ſimulacra, Mænades & Thyades, Silenus. Iuppiter eburneus in æde Metelli, Apollo impubis. autor Plinius. Hunc Apollinem putamus, qui noſtra ætate in ruinis ſancti Laurentij Panipernæ effoſſus, nunc in hortis ædium apud apoſtolos conſpicitur. Inſcriptio uerò apud equos qui Tiridatis regis exiſtimantur, una cum Phidia falſo appoſita eſt, quum diuerſis fuerint temporibus. Hic enim ætate Cn. Pōpei fuit, Phidias autem Olymp. L X X X I I I. ut idem autor.

Praxyla

Praxyla Sicyonia mulier poëtria Melica, ut ait Polemon. Hæc Adonidem in carminibus inducit, interrogatum ab inferis quid optimum relinquens uenerit, qui reſpondit Solem & Lunam, & ficus, & mala, ex quo in prouerbiū uenit: ἠλιθιώτερος τ̃ πραξύλης ἀδώνιδος. Stultior Adonide Praxylæ. Stultum enim ſoli ficus comparare. ex libro prouerbiorum Græcorum.

Priſcus Eluidius

Priſcus Eluidius è municipio Terracinæ, ſub Nerone quæſtor Achaiam adminiſtrauit. Quæſtoriusq́; adhuc à Pæto Thraſea gener adſcitus, è moribus ſoceri nihil æque ac libertatem hauſit, opum contemptor, recti peruicax, conſtans aduerſus metus. Erant quibus appetentior famæ uideretur. Quinetiā ſapientibus cupido gloriæ nouißima exuitur. Hæc Tacitus. Probus quoque grammaticus de eodem, ſic ait: Priſcus poſt damnationem Thraſeæ ſoceri ſui interdicta ſibi Italia, Apolloniam conceßit. Sed poſt interfectum Neronem reſtitutus à Galba, nō aliter quàm liberæ ciuitatis ſtatu egit. Idem poſtea Veſpaſianum ita ſtudio libertatis offendit, ut putaret id optante Clodio priſtinum libertatis ſtatum poſſe reuocare. Quo nomine reus, ac præter ſpem abſolutus eſt.

Priſcus ſoph.

Priſcus alter Panites genere, ſophiſta, Theodoſij iunioris epiſtolarum magiſter fuit. Qui ſe deſcribit miſſum fuiſſe ab eo oratorem in Scythiam ad Attilam Hunnorum regem, ac eius regiam pulcherrime deſcribit magnifico opere ſumptuoſoq́; factam. Scripſit hiſtoriam Conſtantinopolitanam & ipſius Attilæ, libris V I I I. Præterea declamationes & epiſtolas, ut eſt autor Suidas. Hæc hodie hiſtoria in bibliotheca Vaticana continetur.

Priſcus mar.

Priſcus unà cum Malcho & Alexandro martyr apud Cæſaream Palæſtinæ ſub Valeriano.

Priſca uirgo

Priſca uirgo Romana & martyr ſub Claudio, cuius corpus reconditum cum Euticiano pontifice.

Priſcilla

Priſcilla & Aquila eius uir, diſcipuli Apoſtolorum Chriſti fuere: de quibus ſcribitur in actibus Apoſtolorum.

Priſcianus

Priſcianus Cæſarienſis claruit Athenis, tempore Iuſtiniani principis, ſcripſit de arte grammatica ad Iulianum conſulem. Ad Coſroen uerò Perſarum regem, librum de naturalibus quæſtionibus. Conuertit in Latinum ſermonem Dionyſij de ſitu orbis carmina. Habeo autorem qui ſcribit hunc ab initio Chriſtianum, deinde fidei deſertorem fuiſſe.

Probus

Mar. Valerius Probus Berytius grammaticus Romæ docuit, non tamen ut magiſtri perſonam ſuſtineret, unum & alterum, uel cum plurimos tris aut quatuor poſt meridianas horas admittere ſolebat, cubansq́; inter longos & uulgares ſermones legere quædam, idq́; perraro. Nimis parua & exigua de quibuſdam minutis quæſtiunculis edidit. Reliquit autem non mediocrem ſyluam obſeruationum ſermonis antiqui. Ab initio enim ad ſtudia ſe contulit, poſtquàm in militia diu centuriatum fruſtra petijſſet. Ex Tranquillo.

Proæreſius

Proæreſius è Cæſarea Cappadociæ, adoleſcens Antiochiam uenit, permotus fama Vlpiani dicendi magiſtri, apudq́; eum primas tulit. Cum quo paruo poſt tempore Athenas profectus, ſub Iuliano ſophiſta adeo profecit, ut primus item inter auditores eſſet. Ephestionem condiſcipulum amicum perfectum comitem ſibi adiunxit, tanta charitate, ut unanimes perſeuerarent, una ueſte uterque contentus, breuiq́; ac paupere ſupellectile, Adcerſitusq́; inde in Galliam à Conſtantio principe, apud eum fuit in honore, Romam poſtea petijt expectatus. Vbi aliquot annos magna nominis fama moratus, tandem opibus ac honoribus auctus, Athenas redijt, ubi magno item exceptus adplauſu, in theatro orationem habuit extemporalem. Hæc ex Eunapio, qui pluribus eius uitam perſequitur, minimis quidem, ac cognitione nequaquam dignis.

Proclus phil.

Proclus Lycius diſcipulus Syriani, philoſophus Platonicus, præfuit ſcholæ Athenienſi, cuius diſcipulus & ſucceſſor Marinus Neapolitanus fuit. Scripſit plura in philoſophia & grammatica. Commentarios in totum Homerum, in Heſiodi Erga & Hemeras, in rempublicam Platonis: preterea contra Chriſtianos Epicheremata X V I I I. Hic eſt Proclus qui poſt Porphyrium ſecundus contra nos latrauit. Aduerſus quem Ioannes cognomento grammaticus ſcripſit apologiam, dictitans eum quanquam in rebus Græcanicis magnum, ſtultum tamen eſſe & in hac parte indoctum. autor Suidas. Is eſt cuius hodie commentarios in Platonem habemus. Præceptor etiam M. Antonini, quem ad conſulatum uſque prouexit, ut autor Spartianus.

Proclus Malleotes

Alios item duos Suidas ponit. Vnum è Sicilia Malleotem patria, qui ſcripſit in ſophiſmata Diogenis, & contra Epicurum.

Proclus Proculeius

Alterum cognominatum Proculeium è Laodicea Syriæ. Qui ſcripſit theologicum in Pandore fabulam Heſiodi, in aurea carmina, Iſagogen in arithmeticam Nicomachi, & alia quædam geometrica.

Proclus Naucratita

Quartum his addit Philoſtratus Proclum Naucratitam, qui dicit unum fuiſſe ex ſuis præceptoribus, ac docuiſſe Athenis, filiumq́; habuiſſe luxui deditum, in quem non modo non ſeuerus fuit, ſed uſqueadeo indulgens, ut in alendis canibus auibusq́; adeſſet, dictitans has nugas eum citius cum ſenibus dimiſſurum, quàm cum æqualibus. In docendo hunc omnino ſeruaſſe morem, ut ab initio à diſcipulis centum dragmas pro totius mercede temporis acciperet, bibliotheca domi publicata: ut illi ſolum lectioni intenti, dum cogerentur, minime per otium, uti moris eſt in ludo, inter ſe ſibilent aut iurgentur, pueris cum pædagogis ac adoleſcentibus in medio conſtitutis.

Proclus præſ.

Proclus præſul Veronenſis ſub Maximiano comprehenſus, deinde quaſi ſenex delirus dimiſſus, uſque ad extremum perſanctæ uixit.

Prodicus

Prodicus Cous, cuius quanta fuerit autoritas, ex Xenophonte Grylli filio deprehendere licet, qui in Bœotia captus, uadem pro reditu dedit, ut ad eum legentem accederet. In concilio Athenienſium magnam eſt laudem adeptus, quanquam uoce grauiore atq; abſona. Conatusq́; eſt in ea ciuitate primarios ex quaque nobili familia adoleſcentes ſibi deuincire: quorum hoſpitium uſui ſibi & uoluptati foret. Hæc è Philoſtrato. Suidas autem dicit eum Chium patria fuiſſe, & Democriti ac Gorgiæ temporibus fuiſſe, librumq́; edidiſſe, qui inſcribitur ὧραι. In quo finxit Herculem uirtuti pariter ac uoluptati congreſſum, & utraque adhortante tandem à uirtute perſuaſum, alteram ſpreuiſſe. Cicero quoque in officijs, Herculis Prodicij mentionem facit, ubi à quibuſdam male legitur prodigi.

Procopius ſophiſta

Procopius è Cæſarea Paleſtinæ, orator & ſophiſta, ſcripſit res Iuſtiniani, quæ in Oriente, aut occidente, aut Afrrica per Beliſarium patricium geſſerat. Cuius ſubſcriba & comes in cunctis expeditionibus fuit. Compoſuit item alterum librum, quem inſcripſit ἀνέκδοτα, id eſt, non edenda, ſiue non edita: ubi comœdia quadam Iuſtiniani & eius uxoris Theodoræ uituperationem deſcribit. ex Suida. Hunc hodie autorem non adhuc redditum Latinis cernimus in bibliotheca Vaticana.

Procopius tyrannus

Procopius tyrannus Conſtantinopoli inſurgens contra Valentem principem apud Natoliam Phrygiæ ciuitatem, in eius poteſtatem cum exercitu uenit, proditus à duobus militibus: alligatusq́; deinde duabus per uim reflexis arboribus, diſcerptus eſt. De prodito-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ribus etiam ſumptum ſupplicium. Ex hiſtoria tripartita.

Procilius

Procilius grammaticus, cuius meminit Seneca, uir ſuis temporibus doctiſſimus. Quum de peregrinis regionibus loquitur, commemorat apud Memphim in aurea columna Aegyptijs literis ſcriptum, tunc demum Aegyptum liberam fore, cum in eam ueniſſent Romani faſces. Lampridius.

Protogenes

Protogenes pictor patria Caunius, quæ gens Rhodijs ſubiecta eſt. Olympiad. C X X I I. æqualis Apellis fuit. Eius operum palmam Ialyſus tenet, dicatus poſtea in templo pacis, quem quum pingeret, traditur madidis lupinis uixiſſe, ut mente ob abſtinentiam auctiore eſſet. Cui tabulæ quater colorem induxit contra uetuſtatem. Eſt in ea canis mire factus, ut quē pariter caſus & ars pinxerit: iratus operi, quòd penicillo ſæpius mutato ſpuma pingi non naſci uideretur, ſpongiam impegit inuiſo loco tabulæ, ex illoq́; adpoſuit ablatos colores qualiter cura optauerat. Hanc tabulam quum Rhodum obſideret Demetrius Poliorcetes, ex ea parte capere quum poſſet noluit: ex quo occaſionem amiſit. Sed in ſuburbano ipſo Protogene agente prope Demetrij caſtra, meruit & inimici indulgentiam, & ab eo ſæpius in belli occupationibus adiri. Pinxit & Satyrum tibias tenentem, quem ἀναπαυόμενον uocant, id eſt, recumbentem, ſiue quieſcentem. Fecit & Ciliſcum tragœdiarum ſcriptorem meditantem. Ex Plinio. Aelianus quoque de uaria hiſtoria dicit, Protogenem Ialyſum hunc ſeptem annis abſoluiſſe. Quem quum Apelles intueretur, ingentem quidem in eo laborem, magnamq́; artem ineſſe, uerum deeſſe gratiam, quam ſi adſecutus fuiſſet, labor immortalis eſſet.

Proſper

Proſper Aquitanus, Anno ſalutis C C C C L I I I I. magna ob doctrinam, moresq́; ſanctos apud Leonem primum autoritate fuit, à quo præſul Reginus factus, perſancte uixit, interq́; beatos refertur. Scripſit de uita ſolitaria. De temporibus ab Adamo uſque ad ſeculum ſuum. Quæ adhuc opera extant. Eius meminit Ptolemæus Lucenſis.

Protagoras

Protagoras Abderites domi Democriti auditor fuit, natus Menandro patre Thracum locupletiſſimo, qui & Xerxem aduerſus Græcos proficiſcentem, domo, muneribusq́; excepit: ob quam liberalitatem, magi qui cum eo erant, facta à rege poteſtate, eius filium Protagoram, tunc adoleſcentem ſua diſciplina erudierunt. Nam iniuſſu regis eam communicare non licet. quod de dijs haud bene ſentiant, dubitareq́; ſe dicant, eos eſſe. Illis quoque clam ſacrificant, ne clara religionis profeſſione illius ſeruire, aut per illos aliquid poſſe uideantur. Ex hac igitur conſuetudine & ritu Protagoras ab Athenienſibus condemnatus, ut autem placet nonnullis, tantum accuſatus, ſponte exulauit. Quumq́; ſparſas toto orbe triremes Athenienſium uideret, paruo ſe acacio credens, inſulas continente permutauit: ubi tunc mercede dicitur primus omnium profiteri cœpiſſe. Igitur Plato quum uideret eum arte rhetorica intumeſcentem, uerbaq́; ex poëtica plus iuſto oſtentantem, eius Ideam longo ſermone expreſſit. Hæc ex ſophiſtis Philoſtrati. De eodem Gellius ait: Cum domi pauper admodum eſſet, ac puer quæſtus gratia ligna uenditaret, uiſus forte à Democrito eius ciue, quàm pulchre faſcem unum compoſuiſſet, iuſſus ab eo ſoluere, in priſtinum modum rurſus faſcem reſtituit. Signum id Democritus optimæ indolis ratus, cum doctrinæ adhibuit, ex quo philoſophus euaſit nobiliſſimus. Suidas quoque non minus oratorem dicit fuiſſe, ac Iſocratis præceptorem, Olympiad. L X X X I I I I. primumq́; omnium orationem in quatuor diuiſiſſe: ἐκβολήν, ἐρώτημα, ἀπόκρισιν, ἐντολήν: hoc eſt, eiectionem, interrogationem, reſponſionem, mandatum. Eiusq́; præterea libros ab Athenienſibus crematos, quoniam ſic exorſus fuiſſet. De dijs non habeo quid dicam, ſi ſint an non ſint.

Protagoræ alij

Fuit & alius Protagoras aſtrologus, teſte Diogene, in quem Euphorion epicedium ſcripſit. Alius item Stoicus. Sex. Aur.

Propertius

Propertius poëta elegiarum è Meuania Vmbriæ ciuitate, ut eius indicat carmen, patrem cum patrimonio in bello ciuili amiſit. Vnus fuit è C C C. dedititijs qui L. Antonium ſecuti apud Peruſiam ſunt. Quare urbem Romam petens, in amicitiam Mecœnatis & Cornelij uenit, quorum opibus ſuſtentatus, literis uacauit. Scripſit tantum elegiarum librum, in quibus imitatur Callimachum, Philetam, & Mimnermum Græcos autores, in quo genere iudice Quintiliano, ſecundam inter Latinos obtinet palmam, durior ſanè Tibullo, & ex Græcanicis nimis multa mutuatus.

Proteus

Proteum deum Aegyptiū Homerus in Ody. ponit: futura prædicentem, ac in uarias ſeſe mutantem formas. per quod illius ſapientiam interpretari uoluit. ut autor Philoſtratus in uita Apollonij.

Prœtus

Prœtus inter reges Argiuos in geographia dicitur. Cuius filiæ Prœtides appellatæ, ab inſania à Melampo curatæ ſunt.

Prudentius

Prudentius poëta Chriſtianus, genere Hiſpanus ſub Theodoſio principe. Scripſit hexametris pugnam uitiorum & uirtutum: quod ψυχομαχίαν appellauit, quaſi animæ pugnam. Eodem quoq; carmine hiſtoriam ab Adamo perſequitur, ubi exordium columba. Autor Gennadius.

Ptolemæi reges

Ptolemæos reges in geographia in Aegypto narraui.

Ptolemæus Aſtrologus

Ptolemæus aſtrologus, natione Aegyptius, patriam non ſatis accepimus, niſi ex Hali eius commentatore in parte ſecunda de Iudicijs, qui eum Pheleudenſem facit. Alexandriæ profecit, liberalium artium ac Græcarum literarum ſtudijs clarus, temporibus Antonini, ut ipſemet in magno opere demonſtrat. In Aſtrologiæ ſcientia priorum nulli ceſſit. Primus enim apud Græcos cœli rationem omnem diligentius explicuit: inuentaq́; ab Hipparcho inſtrumenta clarius monſtrauit. Edidit magnam illam compoſitionem quam Almageſtum uocant. Opus item quatuor tractatuum. Scripſit & centiloquium ſuper his quæ ad practicam pertinent aſtrorum prognoſticam. centum uidelicet canones, quos Græci καρπούς uocant, quòd fructum & experimentum prognoſticorum eſſe dicant, à Trapezuntio ſimiliter conuerſum. Sed & de muſica tris compoſuit libros, deq́; geographia, quos aſtrologi more conſcripſit. Enarratores habet præcipuos ex Barbaris, Haly & Albumazar, Ex Græcis Pappum & Theonem, ad noſtram uſq; durantes ætatem, Sepulcri elogium, tetraſtichum ipſe poſuit huiuſcemodi. Οἶδ᾽ ὅτι θνητὸς ἐγὼ καὶ ἐφάμερος, ἀλλ᾽ ὅταν ἄστρων μαστεύω πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἕλικας, Οὐκ ἐπιψαύω ποσὶ γαίης, ἀλλὰ παρὰ τῷ Ζηνὶ διοτρεφὴς πίμπλαμαι ἀμβροσίης. Quod ſic conuerti poteſt. Mortalem quamuis me norim ſorte creatum: Dum tamen aſtrorum ſcrutor in orbe uias: Sum pedibus tellure procul, iuxtaq́; tonantem Adſideo diuus, paſcor & ambroſia.

Ptolemæi ias

Ptolemæos quoque ſex alios commemorat Suidas. Quinque grammaticos, & unum uerſificatorem: quorum opera quoniam ad nos minime peruenerunt, cognoſcere cupientes ad autorem relego.

Ptol. Iudæus

Ioſephus item alium ponit Abobi filium, Simonis ducis Iudæorum generum, quem ſocer Hiericho tempore belli Macchabæorum præfecerat. At ille incenſus regnandi cupiditate, Simonem cum duobus filijs inuitatum ad cœnam incautum interfecit. De quo ſatis in Hieroſolymitana hiſtoria narraui.

Ptol. Lucenſis

Ptolemæus etiam Lucenſis non prætereundus, qui ſcripſit hiſtoriam pontificum, uiros breuiter adnotando, qui temporibus eorum claruerunt, uſque ad Cæleſtinum V. Cuius tempore ſe dicit fuiſſe, Anno M. C C L X X I I I.

Phædrus

Phædrus Elienſis, Socrati Platoniq́; familiaris, ac dilectus: cuius nomini liber inſcribitur, περὶ τοῦ καλοῦ. Seruus fuit, à lenone Domino puer forma præſtanti ad merendum coactus. Ab Alcibiade redemptus, philoſophiæ ſe tradidit. Sed

& Epic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Phædimus

Phaon

& Epicurus ſeruus fuit & Epictetus philoſophus: ut autor Gellius. Phædimus Byſantheus (eſt enim Byſanthe Thraciæ ciuitas) poëta fuit elegiarum. autor Stephanus. Phaonis hiſtoriam refert Aelianus de uaria hiſtoria, cum fuiſſe porthmea, Venerem quò uellet uexiſſe. Cuius rei gratia, ab ea unguentum accepiſſe, quo delibutus pulcher & gratus præſertim omnibus Mitylenæis appareret. Tandem mœchum cum Sappho deprehenſum ac interfectum fuiſſe.

Phalaris

Phalaris tyrannus Siciliæ Olymp. L I I. qui æneo tauro Perilli inuento miſeros cruciabat. Huius epiſtolæ tenues admodum diu ſibi autoritatem uendicauerant: uerum nunc paßim legi deſierunt.

Phemonoe

Phemonoe uirgo, prima Apollinis Delphici uates dicitur fuiſſe, carmenq́; heroicum inueniſſe. autor Pauſanias.

Pherecydes Syrus

Pherecydes Syrus, eſt enim Syrus una ex Cycladibus inſulis, tempore Halyattis Lydorum regis fuit: magiſter Pythagoræ. Ipſe uerò magiſtrum nullum habuit, ſed per ſe omnem doctrinam eſt adſequutus: ut ait Suidas. Diogenes autem Pyttaci dicit auditorem fuiſſe. Primus dicitur ſcripſiſſe ſoluta oratione. Quidam hoc Cadmo Mileſio referunt.

Pherecydes Atheniẽſis

Alter Pherecydes à Diogene ponitur, antiquior etiam ſuperiore, Athenienſis & philoſophus: qui ab Orpheo multa didicit: ſcripſitq́; Theogoniam libris decem, habenteni geneſim deorum. Item libellum de rerum principio: cuius initium hoc erat: Iupiter quidem atq; tempus & tellus ſemper erant, Theopompus uerò & Porphirius eundem eſſe dicunt. De Pherecyde Syrio, quem ſuprà nominaui, Aelianus ait abſumptum eum morbo pediculari: cuius gratia quum ſe ob fœtorem ab omnibus relictum amicis uideret, dixiſſe ſe id iure pati, quod deos minime coluerit, minimeq́; cuiquam ſacrificauerit.

Pherecydes Lerius

Pherecydem item alium Suidas ſcribit Lerium genere atq; hiſtoricum, qui floruit Olymp. L X X X V. ſcripſitq́; complura, de Lero, de Iphigenia, de feſtis Bacchi.

Pherecrates

Pherecrates Athenienſis poëta comicus militauit ſub Alexandro Magno, docuitq́; fabulas X V I I. Suidas.

Philo Iudæus

Philo Iudæus Alexandriæ natus, diſciplinisq́; omnibus eruditus, in noſtra & Græcorum philoſophia facile cæteros antecellit. Eloquentiæ Platonis adeo æmulator: ut prouerbium fuerit, ἢ πλάτωρ φιλωνίζει, ἢ φίλωρ πλατωνίζει, id eſt, aut Plato philonizat, aut Philo platonizat. In diuinis autem legibus & patrijs inſtitutis quantus fuerit, ex his quæ nobis librorum ſuorum tradidit monumentis, palam eſt. Igitur temporibus Caij principis quanta acciderint Iudæis mala, uoluminibus abſoluit, in quibus & ſuam legationem pro Iudæis apud ipſum imperatorem refert: unde ſuggillatus nec ſine periculo domum redijt. Sed & Ioſephus huius legationis meminit libro. X X V I I I. his uerbis. Et quidem quum ſeditio apud Alexandriam fuiſſet exorta inter Iudæos & Græcos, terni àb utriſq; legati partibus mittuntur ad Caium: in quibus pro parte Græcorum erat quidam Apion grammaticus: qui quum in cæteris inſimularet, tum quòd honores diuinos (ut mos eſt apud alios) Cæſari non deferrent: quapropter iratum reddidit Caium. Philo qui legationi præerat Iudæorum, uir in omnibus magnificus, philoſophiæ non ignarus, uehementißime omnia confutauit. Tandem abſterritus ac repulſus, bono nos, inquit, animo eſſe oportet, quibus eſt Caius infeſtus. Neceſſe nanq; diuinum adeſſe, ubi humanum ceſſat auxilium. Hæc quidem ille. Sed Philo in ipſo libro quem de ſua legatione ſcripſit, omnia exequitur. Iterum ergo reuertens legatus ad Claudium in urbe, cum Apoſtolo Petro tunc primum congreſſus eſt: uenitq́; in eius & Marci diſcipuli amicitiam, ob quam cauſam poſtea Alexandrinam eccleſiam, cui Marcus præfuit, & Chriſtianos ea tempeſtate laudibus proſequitur: ut Hieronymus teſtatur. Volumen eius ingens plures continens libros ad nos peruenit. Conuerſum Sixti I I I I. pontificis tempore à Lilio Tiphernate meo præceptore, bibliothecæq́; Vaticanæ dicatum.

Philo Academicus

Philo Academicus diſcipulus Clitarchi, præceptor Ciceronis, Romæ profitebatur, quò profugerat cum optimatibus ex Athenis bello Mithridatico. Cicer. in Bruto.

Philo architectus

Philo architectus nobilis Athenis, cuius Plinius, & Valerius meminere. Cicer. autem de orat. eum eloquentißimum architectorum uocat, qui armamentario mille nauium Athenis fabricato, rationem operis ſui perdiſerte populo reddiderit. Philo Herennius Byblius genere, grammaticus tempore Hadriani, de cuius imperio ſcripſit: præterea de ciuitatibus & uiris claris libros X X X. Suidas.

Philo conſul

P. Philo Palepolim ſubiugauit. Idem cum Papyrio Curſore Cos. receptam apud Furcas Caudinas ignominiam, uictis Samnitibus aboleuit. Inde diſcedens plures Apuliæ populos ſubegit. Liuius V I I I.

Philolaus

Philolaus Corinthius, qui leges Thebanis dedit, ex familia Bacchiadum fuit: amicus Dioclis, qui Olympia uicit, ſed ubi ille ciuitatem deſeruit, commotus ob amorem matris Alcionæ Thebas migrauit, atq; ibi ambo defuncti ſunt, monſtranturq́; adhuc illorum ſepulcra, ſpectantia quidem inter ſeſe: uerum ita conſtituta, ut ex Dioclis quidem ſepulcro non ſit proſpectus in Corinthium agrum ob animi infectionem, Philolai autem ſit proſpectus. Habitauit igitur ob huiuſmodi cauſam apud Thebas, legesq́; illis deſcripſit, & de ſobole procreanda, quos ille proletarios appellauit, quod hoc eſt ab illo præcipuo prouiſum, ut numerus habitantium conſeruetur. Ariſtoteles in politicis.

Philoſtrati tres

Philoſtratos tris Lemnios ſcribit Suidas, uiros eruditos, patrem & filium & fratris filium, ſcripſiſſeq́; omnis præſtantißimum ex his qui tempore Seueri principis fuit, eiusq́; uxoris Iuliæ epiſtolarum magiſter, ut ipſe plane monſtrat in uita Apollonij Tyanei. Scripſit uitas ſophiſtarum ad Seuerum. de uita Apollonij V I I I. libros: præterea heroica: in quo libro holitorem apud hortum à mercatore Ionio conuentum fingit profitentem loqui cum Proteſilao ab inferis ei apparente. Atq; hic mercatori roganti narrat ab eo accepta, de bello Troiano uerò explicat, deq́; effigie, formaq́; heroum: multaq́; Homeri emendat fabuloſe loquentis. Scripſit item imagines ſiue iconas, quarum materia, quum Neapoli in quadam porticu pictas cerneret imagines diuerſorum argumentorum hoſpiti roganti deſcribit tantum quonam pacto erant: ubi magis rhetoricam exercitationem in deſcriptione, quam ἔκφρασιρ uocant, quàm phyſiologiam inſpicere licet.

Philoſtratus pater

Philoſtratus huius pater Athenis docuit Neronis tempore, ſcripſit panegyricos plures, & orationes eleuſiacas tris. Declamationes item ualde oratoribus probatas: compluraq́; alia quæ à Suida commemorantur.

Philoſt. I I I.

Philoſtratus tertius fratris filius ſuperioris, item gener & auditor, docuit Athenis, ſcripſit Panathenaicum, Troiam, paraphraſim Homerici clypei. Iconasq́; huic multi referunt.

Philochorus

Philochorus Athenienſis uir doctißimus & uates, tempore Eratoſthenis extinctus eſt inſidijs Antigoni Macedoniæ regis ob amicitiæ ſuſpicionem cum Ptolemæo rege. Scripſit Atthidis libros X V I I. qui continent res geſtas Athenienſium, & reges, & magiſtratus uſq; ad Antiochum cognominatum Deum. ad Dæmonem de uaticinio I I I I. aliaq́; complura. Suidas.

Phidamus

Phidamus Epicureus poëta laſciuus, qui apud Piſonem uiuebat, illũ in quem oratio Ciceronis. autor Pedianus.

Philetærus

Philetærus Athenienſis comicus, filius Ariſtophanis poëtæ comici: ſcripſit fabulas X X I. quæ à Suida commemorantur.

Philemon poëta

Philemon Syracuſanus poëta nouæ comœdiæ tempore Alexandri magni, ſcripſit fabulas V I. uixit annos X C. perijt nimio riſu. Philemon iunior eius filius, & ipſe comicus, docuit fabulas L I I I I. autor Suidas. De primo Apuleius libro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quarto ſtor.ſic ait. Philemon poëta dum forte recitaret partem fabulæ quam recenter fecerat, ei iam actu tertio iucundos mouenti adfectus, coortus imber interrupit. Quumq́; poſtera die populus ad reliqua audienda conueniret, diutius expectantibus nuncius aduenit mortuum eum eſſe, caleréq; adhuc in cubiculo. De eodem quoq; Valerius, de morte non uulga. ait quod riſu perijt, uidens aſinum ficus edentem menſæ paratas, ſeroq́; reuertenti puero dixerit, Da nunc ei bibere, quòd nomen corrupte apud eum ſcribitur. Quintilianus item. Philemon quamuis prauis ſui temporis iudicijs, Menandro ſæpe prælatus eſt, conſenſu tamen omnium meruit ſecundus credi.

Philetas

Philetas Cous temporibus Philippi & Alexandri Macedonum, grammaticus criticus, & poëta: præceptor Ptolemæi Philadelphi. Scripſit elegias, epigrammata, & alia. autor Suidas. Aelianus autem de uaria hiſtor. tam tenui eum corpore dicit fuiſſe, ut neceſſe fuerit plantis plumbum adhibere, ne à uento raperetur.

Philocles & Morſimus F.

Philocles Athenienſis poëta tragicus, filius ſororis Aeſchyli, ſuſcepit filium Morſimum poëtam & ipſum Tragicum. Et hic item Ariſtadamantem, Ariſtadamas alterum Philoclem. Tragicos omnis. Erat igitur Philocles ore improbo, acuto capite, ut upupa, Quapropter uocitatus eſt ἀλμυρώδης χολή. Tragœdiæ ipſius plures commemorantur à Suida.

Philoxenus Lyricus

Philoxenus Citherius, poëta Lyricus, ſcripſit Dithyrambos XXIIII. obijt Epheſi. Hic expugnatis Citheris à Lacedæmonijs emptus eſt à quodam Ageſila, à quo educatus Myrmex uocitatus eſt. Poſt Ageſilæ uerò mortem emptus à Menalippide poëta Lyrico atque eruditus eſt. Calliſtratus autem eum ex Heraclea Ponti dicit eſſe. Scripſit Lyrico carmine Aeacidarum genealogiam. Hic etiam cum quãdoq; apud Dionyſium Syracuſanum ageret, Tragœdiasq́; eius in quibus ille ambitioſiſſimus erat, minime laudaret, coniectus eſt in latomias. Indeq́; Tarentum aufugit. Dionyſio uerò eum per literas reuocare conanti reſpondit hoc tantum monoſyllabum, Non, ſæpius iteratum. Ex quo prouerbium Græcum emanauit: φιλοξένου γραμμάτιον.

Philoxenus grãmaticus

Philoxenus grammaticus Alexandrinus Romæ ſcripſit de monoſyllabis uerbis, de græciſmo, de genere linguarum & alia autor utriuſq; Suidas.

Philoxenus pictor

Philoxenus Eretrius pictor Nicomachi diſcipulus, Cuius tabula nullis poſt ferenda Caſandro regi picta, continuit Alexandri prælium cum Dareo. Idem pinxit & laſciuiam in qua tres Sileni comeſſantur. Hic præceptoris celeritatem ſecutus breuiores etiam quaſdam picturæ uias & compendiarias inuenit. Plinius.

Phidias

Phidias ab initio pictor dein ſtatuarius Olymp. LXXXIII. Cuius artis inclytæ Iupiter Olympius quotidie teſtimonium perhibet. Eſt & Romæ in Octauiæ porticibus eius Venus, autor Plinius. Hic etiam ſtatuam Memeſis deæ, denûm cubitorum apud Rhamnuntem Atticæ oppidum fecit, quæ in manu mali ramum tenebat, ex qua parua ſurgebat complicatio. ubi teſte Antigono Caryſtio inſcriptum erat: Agoracritus Parius fecit. Hunc enim diſcipulum ſuum Phidias adeo dilexit, ut nomen eius ſuo inſcripſerit operi, ex quo prouerbium: Rhamnuſia Nemeſis. Ex libro prouerbiorum Græcorum.

Philopœmenes

Philopœmenes Megapolitanus defuncto patre Crauſide, puer admodum educatus eſt à Cleandro Mantinæo hoſpite paterno. Vir factus in magnam nominis famam peruenit: multaq́; pro Achæis geſſit poſt Aratum ducem, qui paucis ante annis eos extulerat. primo pro eis contra Lacedæmonios pugnauit, eorumq́; duces uarijs afflixit cladibus, Cleomenem, deinde Machanidam. Meſſenios quoque Nabi tyranno ſuperato imperio Achæorum ſubiecit: poſtremo contra Dinocratem Meſſenium, cuius opera Meſſenij rebellauerant, cum exercitu Achæorum miſſus, cum ſtrenue ſe geſſiſſet equo in prælio lapſo corruens, ab inimicis captus, & ad Dinocratem perductus eſt, ac ab eodem ueneno in cuſtodia ſublatus. Hũc poſtea ſunt ulti Achæi, urbe per uim potita. Dinocrates metu inimicorum ſibi manus attulit. Hæc ex Plutarchi epitome. Meminit Philopœmenis etiam Liuius in bello Macedon. libro V. Qui cum floruiſſe dicit cum Quint. Flaminius res in Græcia contra Philippum gerebat, uirtutesq́; eius multas commemorat. ut ibidem uidere licet.

Philiſtus hiſtoricus

Philiſcus uel Philiſtus dicitur autore Suida, Syracuſanus hiſtoricus propinquus Dionyſij tyranni, diſcipulus Eueni elegiarum poëtæ. ſcripſit res ſiculas libris XII. & alia, ut autor Suidas. Plutarchus uerò in Dione de eodem ſic ſcribit. Philiſtus à ſeniore Dionyſio in exilium actus Adriam apud hoſpitem ſuum ſe recepit, ubi nactus otium, maiorem hiſtoriæ ſuæ partem creditur abſoluiſſe. Redijt ſub iuniore Dionyſio, à quo acceptus etiam in regni adminiſtrationem fuit. Aduerſabatur maxime Platoni, tunc Syracuſis agenti, quòd ille tyrannidi infenſus eſſet, hic faueret. Poſtremo cum obſeſſo Dionyſio à Dione Syracuſano, ſubſidium ex Iapygia allaturus properaret, cum claſſe interceptus ab inimicis crudeliſſime necatus eſt. Fuit maxime tyrannorum amator. Eum magnopere laudibus extollit Ephorus. Quintilianus quoq; ſic ait. Philiſtus in hiſtoria ut Thucydide multo eſt inferior, ita aliquantulum iucundior. Philiſtus Aegineta diſcipulus Diogenis, ut uerò Hermippus Stilponis, docuit literas Alexandrum magnum: ſcripſit dialogos quorum eſt Codrus. Suidas.

Philiſtus Mileſius orator

Philiſtus Mileſius, orator Iſocratis diſcipulus. erat enim prius tibicem optimus. Quapropter eum αὐλοτρύπην Iſocrates uocitabat. Scripſit de arte Rhetorica & orationes nonnullas, ut autor idem.

Philiſt. poëta

Philiſtus Cercyreus poëta tragicus unus è ſeptem qui Pleiades uocantur apud Philadelphum, unde carmen Philiſteum ab eo frequentatum emanauit. Idem.

Philiſtion poëta

Philiſtion Nicæus, poëta Comicus Socratis tempore, mortuus præ nimio riſu: nam fabulam φιλόγελων edidit. ut ex eo epigrammate perſpici poteſt. ὁ τὸν πολυστένακτον ἀνθρώπων βίον γέλωτι κεράσας Νικαεὺς Φιλιστίων. Suid. Phryne meretrix adamata à Græca iuuentute, adeo ut aurea ei ſtatua Delphis dedicaretur. autor Aelianus de uaria hiſto.

Philippus Macedo

Philippos nunc dicam. Nam hoc ſolum nomen omnibus nationibus commune eſt. Græci enim & Latini & Hebræi & Barbari Philippum ſibi uſurpant. Igitur apud Græcos claritas eius nominis à Macedone Philippo exorſa eſt. Hic Amyntæ filius, puer quondam bis obſes datus ab Alexandro fratre, primum Illyrijs, deinde Thebanis conciliandæ pacis gratia. Quo tempore per triennium in domo Epaminondæ ſummi & philoſophi & ducis pueritiæ rudimenta exercuit. Inito imperio ante omnia cum Athenienſibus bellũ ſumpſit. Quibus per inſidias uictis, metu belli grauioris cum omnis necare poſſet, ſine precio dimiſit. Poſt hos in Illiricum penetrans, multa hoſtium milia cæcidit. urbem nobilem Lariſſam capit. Inde Theſſaliam nil tale metuentem improuiſus expugnauit. His rebus feliciter geſtis Olympiadam Neoptolemi Moloſſorum regis filiam in matrimonium duxit: Methonem Magneſiæ urbem expugnauit, ubi dextrum oculum ſagitta ab Aſtere milite miſſa amiſit. Lectus præterea dux à Thebanis contra Phocenſes eos abiectis armis fugam capeſſentes cepit ac diripuit: ſed & ciuitatibus Phocenſium quæ ſub auſpicijs eius militauerunt, non pepercit, eorum bonis ac hominibus ſub corona uenditis. Poſt hæc Olynthios aggreditur, urbemq́; antiquam ac nobilem deleuit. Auri in Theſſalia, argenti in Thracia metalla occupauit. Duobus fratribus Thraciæ regibus Philippum diſceptationum ſuarum iudicem deligentibus, ille more ſuo præter ſpem cum exercitu ſuperuenit, regnoq́; utrunq; per fraudem ac ſcelus ſpoliauit; Ariſbam uxoris ſuæ propinquum Epiri regem regno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

regno deiecit: Alexandro adoleſcente Olympiadis uxoris fratre, quem ſtupri conſuetudine apud ſe habuerat, ad id adſcito. Byzantium deinde obſedit, ubi longa mora cõſumptus ad piraticam ſe conuertit. Itaq; C L. è capitis nauigijs mercium, inopiam leuauit: Atq; relicto ad obſidionem Alexandro filio tunc X I X. annum agente, in Scythiam ueluti prædo ingreditur, dictitans ſe ſtatuam Herculi uotam in Iſtri oſtio dedicare uelle. Cui Matteas Scytharum rex ad eum mandata dedit: Statuam mittat licebit, eum cum exercitu fines tranſire non paſſurum. Philippus igitur ſoluta Byrantij obſidione, Scythas aggreſſus eſt ac ſtratagemate ſuperauit, puerorum ac fœminarum X X. millibus captis, pecoriſq; magna copia. auri uerò argentiq; nihil, quod ſanè argumentum eſt inopiæ Scythicæ. Reuertenti autem Triballi occurrerũt, prædæ partem dicentes ſe uelle: negantibus prælium committitur. In quo Philippus forte uulneratus grauiter penè mortuus iacuit. Vbi autem conualuit, diu diſsimulatum bellum Athenienſibus infert: Thebanis minime auxiliantibus, metu Philippi. Victi tandem ſuccubuere, ueterem libertatis gloriam amittẽtes. Philippus uerò lætitiam diſsimulans, ſolito luxu iociſq; abſtinuit: captiuos reddidit, corpora ad ſepeliendum tradidit. Alexãdrum deniq; filium unà cum Antipatro familiari Athenas ineundi fœderis & amicitiæ gratia miſit, contra Thebanos uerò inſolenter ac crudeliter uictoria eſt uſus. Compoſitis in Græcia rebus, ad firmandum rerum ſtatum omnium ciuitatũ legatos euocat Corinthum, ubi conuenientibus omnibus, Lacedæmonij tantum diſſenſere. Deinde repudiata ob ſtupri conſuetudinem Olympiade: Cleopatram Attali ſororem in matrimonium duxit, filiam nomine item Cleopatram Alexandro eius filio quem regem Epiri fecerat, locat, proficiſcentemq; ad ludos die nuptiarum, medium inter duos Alexandros generum & filium, Pauſanias incautum in tranſitu obtruncat. Erat hic inter Macedonas nobilis adoleſcens forma conſpicuus, uim ab Attalo paſſus, minime curante imò ridente Philippo, quem ſceleris uindicem ſæpe fruſtra implorauerat. Vixit an. X L V I I. regnauit X X V. poſt urbem conditam C C C C. Fuit Philippus natura blandus pariter & inſidioſus, & qui plura promitteret quàm præſtaret. Amicitiam non fide ſed humanitate colebat. Nulla apud eum turpis uincẽdi ratio. Alexandrum ſucceſſorem habuit, uirtute pariter ac uitijs tum etiam fortuna ſuperiorem. Itaq; nincendi ratio utriq; diuerſa. Hic arte, ille aperte bella tractabat. prudentior hic conſilio, ille animo præſentior ac magnificentior. Iram pater diſſimulare ac uincere, illi ut exarſiſſet, nec dilatio ultionis nec modus erat. Vini uterq; auidus, ſed ebrietatis diuerſa uitia: Patri mos erat de conuiuio in hoſtes procurrere, periculis ſe temere offerre: Alexandro non in hoſtes, ſed in ſuos ſæuire. Regnare hic cum amicis uolebat, ille in amicos regna exercebat. Amari pater malle, ille metui. Frugalitati pater, luxuriæ filius magis deditus erat. Quibus artibus orbis terræ fundamenta pater iecit, operis totius gloriam filius confirmauit. Hæc ex libris Trogi V I I. V I I I. & I X quoniam nullus hæc diligẽtius perſequitur, noſtro modo collegimus.

Philippus Demetrij

PHILIPPVS *Demetrij filius rex Macedoniæ à T. Quintio Flaminio uictus. Is ut autor eſt Liuius, cum uideret Annibalem feliciter in Italia res gerentem, legatos ad eum de ſocietate miſit, qui in reditu à Marco Valerio Flacco præfecto claſsis intercepti cum literis, miſsiq; ad ſenatum. ſtatimq; Leuinus Cos. contra eum mittitur, qui regem agentem Apolloniæ incautum ſemiq; ſopitum nocte intempeſta odoritur. Ille in Macedoniam cum exercitu terreſtri itinere fugit, incenſis prius ſuis ne hoſtis potiretur, nauibus. Leuinus adita Græcia ciuitates præſertim Aetolos in amicitiam adſciſcere conatur. Igitur poſt aliquot conflictus deditioneſq; urbium, aduentante Sempronio Cos. pax cum Philippo firmata: quam non diu ſeruauit. Nam poſtquam Annibal (ut Liuius in I. de bello Macedonico ſcribit) in Africam redijt: Socij apud Romanos queſti ſunt, Philippum rupto fœdere fines eorum populari, pecuniamq; Carthaginem contra Romanos miſiſſe. Romani igitur rem uſq; in belli finem diſsimulauere. Quo peracto Macedonicum ſumpſere. an. ab urbe D. X L I. ac Sulpitium Gallum Cos. ad id pop. miſit, mandans ei de exercitu quem Scipio in Africam deportaſſet uoluntarios tantum adſumeret. Sulpitius in Græciam traijciens, obuiam Philippum apud Pyræum habuit, ubi ancipiti pugna certatum utrinq;, ac diſceſſum. Breui poſt tempore iterum commiſſo prælio Philippus ſuperatus magna clade, clam ad anguſtias Ardumeæ, ubi è Græcia in Macedoniam arctæ rupium fauces breuiorem tranſitum reddunt, celeri equitatu contendit, itaq; ſeſe munijt. Poſt hæc Valerius Cos. ſucceſsit in bello, à quo nil memorabile, ut ait Liuius geſtum. Succeſſorem & ipſe T. Q. Flaminium habuit, qui Philippum in prælio penitus profligatum, ad pacis fœdera coẽgit, unde amicus poſtea Romanorum, contra Antiochum auxilium eis tulit. Quare Romani Demetrium filium obſidem ei remiſere. Cuius uirtute & gratia Philippum regnare permiſerunt. Moti inuidia pater filiuſq; alter Perſeus, eum de medio tollere quæritabant. Quare Perſeus Demetrium apud patrem inſimulans inſidiarum contra ſe, patrem compulit iudicem inter utrunq; filium uices ſuas queri, ut eſt pulchra eius oratio diſceptatioq; apud Liuium. Interfecto tandem Demetrio Perſeus ſuccedens regno, contra Romanos quòd Eumeni regi in eorum controuerſijs fauerent, bellum mouens, à Paulo Aemylio uictus & in triumphum ductus eſt. Poſt quem Macedones Pſeudophilippum Andriſcum antea uocatum, conditione ſeruum, quòd ora ſimilitudinemq; Philippi referret regno præferunt, ne ſucceſſor deeſſet qui eos contra Romanos tueretur. Is à Demetrio Syriæ rege ad quem auxilij gratia contra Romanos uenerat, captus ac Romam miſſus, cuſtodiæq; traditus eſt. Vnde clam poſtea aufugiens à Q. Cæcilio Metello prætore teſte Plinio perdomitus eſt.*

Philippus medicus

Philippus medicus Alexandri, teſte Curtio lib. I I. Comes in eius expeditionibus, & eum olim ob Cydni fluminis frigiditatem graui morbo adfectum liberauerat. antequam pharmaci poculum præberet literæ caſtris à Parmenione uenerunt, quæ Alexãdrum ut à Philippo caueret admonebant tanquam à Dareo corrupto. Alexander amici fidem probatam habens hauſto poculo, literas Philippo legendas tradidit, cuius rei meminit etiam Plutar.

Philippus hiſtoricus
Philippus grãmaticus
Philipp. poëta

Philippos item tres memorat Suidas. Amphipolitam unum & hiſtoricum. Alterum grammaticum. Tertium uerò Comicũ poëtam cuius fabula Κωδωνιαςαί, addit Athenæus. Et hos quidem externos.

Philip. Rom.
C. Marcius Philippus

Philippos Romanos nonnullos claros fuiſſe legimus. C. Marcius Philippus Cos. per ſaltus penetrauit in Macedoniam. Complures urbes occupauit. Deinde aduerſus Dalmatas mouens, primo infeliciter, deinde proſpere pugnauit. Cum quibus belli cauſa fuit, quòd Illyricos pop. Ro. ſocios uaſtauerant. Liuius.

L. Philippus orator

L. Philippus orator, Craſſo & Antonio proximus, ſed longo interuallo proximus habebatur. erantq; ea in eo, quæ ſi quis ſine comparatione illorum ſpectaret, ſatis magna diceret: ſumma libertas in oratione, multæ facetiæ: ſatis creber in reperiendis, ſolutus in explicandis ſententijs. Erat enim in primis, ut temporibus illis, Græcis doctrinis inſtitutus, in altercando cum aliquo aculeo & maledicto facetus: Hæc Cicero in oratore. Idem quoq; in libro de oratore I I I. ait. in hunc cum eſſet conſul Craſſum oratorem in ſenatu acerbiſſime inuectũ proclamaſſe, ſibi eum cõſulem minime fore, cui ſenator ipſe non eſſet.

L. Philippus amicus Aug.

L. Philippum alium magna uirum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

autoritate in repub. inter amicos Auguſti Tranquillus commemorat: Aedemq́; Herculis & muſarum Romæ ædificaſſe. Quod ad alias item nationes pertinet, Philippum Tetrarcham Herodis filium, & Philippos Galliæ reges alibi commemorauimus.

Philæas

Philæas præſul urbis Tomitanæ prius in Rom. republ. honoribus functus, eruditione liberalium artium ab incunabulis præditus, nouiſsimam hanc quæ prima eſt omnium ſecundum Deum, philoſophiam ita ſuſcepit, ut omnes qui præceſſerant meritis anteiret: Suppliciumq́; Socratis quod ille pro ueritate tulerat exempli gratia adducendo, poſtremo ad necem Chriſti cauſa deductus martyr exceſsit. Ex Hieronymo & Euſebio.

Philippides

Philippides Comœdiarum poëta haud ignobilis, ætate iam prouecta, cum in certamine poëtarum præter ſpem uiciſſet & latiſsime gauderet, inter illud gaudium repente mortuus eſt. quod & Diagoræ Rhodio accidit.

Phlegon

Phlegon Trallianus libertus Auguſti, nonnulli Hadriani dicunt. hiſtoriam ſcripſit Olympiadum libris XVI. uſque uidelicet ad Olymp. CXXIX. Geſta undecunque. De Faſtis Ro. lib. III. De locis in urbe Roma & quomodo uocantur. Epitomen Olympionicarum libris II. & alia. Suidas.

Phormus

Phormus Syracuſanus, Comicus, Geloni tyranno familiaris & filiorum ipſius altor. docuit fabulas VII. quas commemorat Athenæus.

Phocylides

Phocylides Mileſius philoſophus tempore Theognidis, uterque uerò poſt bellum Troianum an. D. XLVIII. Olymp. LVIII. ſcripſit elegias uerſibus, item exhortationes ſiue ſententias ad uitæ inſtitutionem, quas Cephalea uocant, ut autor Suidas. Ex his hodie nonnulla ſuperſunt carmina, quæ ad bene beateq́; uiuendi inſtitutionem pertinent.

Phormio philoſophus

Phormio philoſophus Peripateticus: quem Annibal expulſus à Carthagine Epheſi apud Antiochum regem audire cupijt. Ille ob aduentum Annibalis de re militari, deq́; Imperatoris officio cœpit diſſerere. Tunc interrogatus Annibal quidnam de illo iudicaret cum omnibus admirabilis uiſus eſſet: Ille ſe multos ait deliros ſenes uidiſſe, ſed qui magis quàm Phormio deliraret, uidiſſe neminem. Quid enim loquacius fieri potuit, quàm ante eum qui cum pop. Rom. de imperio tot annos dimicaſſet, Græcum hominem, qui nunquàm hoſtem, nunquàm caſtra uidiſſet, præcepta de re militari dare? Cic. de Orat.

Phormio crotoniata

Phormio Crotoniata dux bello nauali Lacedæmonios uicit. Cuius meminit in Philippicis Theopompus.

Phormio dux Athenien.

Phormio dux Athenienſium in bello Peloponneſiaco, ut Thucydides in II.

Phorcinodes

Phorcinodes poëta Comicus. fabulæ ipſius φίλαρχος, μισόμηνος, ut Atheneus.

Photinus

Photinus Aegypti adminiſtrator apud puerum Ptolemæum qui Pompeium iuſsit interfici.

Phot. hæret.

Photinus hæreticus è Gallogræcia præſul Smyrnæus, Ebionis ſectam inſtaurare conatus, & poſtea à Valentiniano principe ab eccleſia pulſus. Plura ſcripſit uolumina in quibus uel præcipua ſunt, Contra gentes, & ad Valentinianum libri. Hieronym. Photinus præſul Lugdunenſis & martyr ſub M. Antonino.

Phraotes rex

Phraotes rex Indorum ad quem Apollonius Tyaneus peruenit, quem cum de uictu interrogaret, reſpondit tantum uini bibo quantum ſoli ſacrifico: quæ autem uenando acquiro, paſcuntur alij, mihi ſat fuerit ipſa exercitatio, Cibus mihi olera & palmarum fructus, multa mihi quoq; ex arboribus naſcentia, quæ manus hæ plantauerunt. autor Philoſt. in uita Apollonij.

Phyrne

Phyrne, nonnullis Phryne ſcribitur, meretrix accuſata, & in iudicio Athenienſi ob pulchritudinem abſoluta, quum tunicam à pectore deduxiſſet. Hæc etiam quum à Praxitele amatore opus quod ei uideretur inter ſua pulcherrimum peteret, ille electionem dedit, quod autem pulcherrimum uideretur, dicere noluit. At illa finxit Praxitelis domum flagrare, miſitq́; ſubito nuntium, partem iam operum abſumptam. Ille percontatur, an Satyrus & Cupido ſint ſalui. Tunc Phyrne ſalua omnia dixit, cupidinemq́; ſibi ſumpſit, atque hoc modo aſtutia Praxitelem compulit pulcherrima opera fateri, autor Pauſanias lib. I.

Phyrnis

Phyrnis Mitylenεus citharœdus qui primus dicitur apud Athenienſes citharam pulſaſſe ac uiciſſe Panatheneo. Fuit autem diſcipulus Ariſtoclidis qui à Terpandro genus traxit. emicuit tempore Perſarum in Græcia. Iſtrus autem in libro de ſcriptoribus melicis Phyrnem Leſbium fuiſſe dicit ac cocum Hieronis tyranni: datum poſtea cum multis alijs Ariſtoclidi. Suidas.

Phyrnici plures

Phrynicos fuiſſe plures comperio. Vnum Athenienſem Tragicum: Theſpiadis diſcipulum, qui primus uultum fœmineum protulit in ſcenam & Tetrametrum reperit. Filium habuit Polyphradmonem poëtam & ipſum Tragicum, docuit Tragœdias IX.

Poëta Tragi.

Poë. Comicus

Alterum item Athenienſem Comicum inter ſecundos antiquæ comœdiæ, qui docuit fabulam unam Olymp. LXXXVI.

Sophiſta, dux Athenien.

Tertium Bithynicum ſophiſtam, qui ſcripſit de Atticis dictionibus. Horum autor Sui. Quartum ducem Athenienſem lego apud Thucydidem.

Publius & Laberius poëtæ

Publius & Laberius poëtæ Mimorum, Iulij Cæſaris familiares ambo, ſed Publius acceptior. Nam Laberij maledicentia ſimul & arrogãtia Cæſar magnopere offendebatur. Is Publius genere Syrus fuit, cõditione ſeruus, puer enim & forma & ingenio à Domitio manumitti & erudiri meruit. Romam uenit ad ludos Cæſaris, ubi Mimos ſuos egit, magno ipſius populiq́; adplauſu. autores Gellius, Macrobius. Huius feruntur nonnullæ præclaræ ſententiæ, quas nos alibi commemorauimus.

C. Publius

C. Publius nobilis adoleſcens ad ſtuprum ob æs alienum coactus: uideatur inter Papyrios.

Pudens Pudentiana Praxedis Nouatus

Pudens Senator Rom. ſub Antonino Imp. à Pio Pont. cum tota domo Chriſtianus factus. Liberos habuit Pudentianam, Praxedem & Nouatum, omnes inter ſanctos unà cum patre relatos. Hæ ſorores poſt mortem parentum ex ſuis facultatibus ſanctis miniſtrabant, martyres ſepeliebant. Praxedis ultima fratris Nouati Thermas in uico Patricio templum conſtituit: meruit & ipſa ſibi à poſteris templum dicari, ubi cum ſuis multisq́; martyribus iacet.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VRBANORVM
LIB. XIX.

Quadratus

QVADRATVS apoſtolorũ diſcipulus præſul Athenienſis unà cum Philippi filiabus prophetico ſpiritu clarus perhibetur. Chriſtianos magnis ea tempeſtate terroribus diſperſos ſua prudentia redintegrauit: Hadriano principi Athenas uenienti librum pro noſtra religione compoſitum dicauit, ualde quidem probatum. In quo ſuæ fidei rationem adſignat, uidiſſeq́; plurimos in Iudæa qui uarijs preſsi calamitatibus liberati ſunt. Sed & mortuos quoque reuixiſſe. Ex Hierony. & Euſebio.

Quadraginta martyres

Quadraginta martyres, qui ſub Licinio Imperatore apud Sebaſten Armeniæ urbem VII. Eid. Martij uarijs adflicti ſupplicijs, poſtremo fractis cruribus, crematiq́;, & cineres in mare proiecti.

Quinciorum proſapia

Quinciorum proſapia Romæ multiplex, ex ea quidem Cincinnati, Flaminij, Criſpini, Marcij diuerſis temporibus claruere. De Flaminijs & Marcijs ſuprà narratum.

L. Quin. Cincinnatus

L. Quin. Cincinnatus filium Cæſonem petulantiſsimum abdicauit. Qui & à Cenſoribus ad Volſcos & Sabinos confugit. Hi duce Cælio Graccho aduerſus Rom. bellum gerebant, & Qu. Minutium Cos. in Algido monte obſidebant. Quintius dictator dictus,

ad quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ad quem miſſus uiator nudum & arantem trans Tyberim offendit. Inſignibus ſumptis Conſulem obſidione liberauit. Quare à Minutio & eius exercitu corona aurea obſidionali donatus eſt. Vicit hoſtes: Duces eorum in deditionem accepit, & in triumpho ante currum egit XVI. die quàm acceperat dictaturam depoſuit ad agrum reuerſus. Iterum poſt an. XX. Dictator dictus contra Fidenates, qui legatos Romanorum contra ius gentium interfecerant, pugnauit. Magiſtrum equitum Cor. Coſſum habuit, qui & Lartem Volumnium Ducem ſua manu interfecit. Quintius item Sp. Melium regnum largitione frumenti adfectantem, in exercitu ſuo à Seruilio Hala magiſtro equitum necari iußit. Liuius III. & IIII.

T. Quin. Cincinnatus

T. Quint. L. Cincinnati filius Cincinnatus Cos. una cum Cn. Iunio Mentone Dictatorem dixit ſocerum ſuum A. Poſtumium Tubertum.

T. Quin. capitolinus

T. Quin. Capitolinus qui ter Conſul fuit, quoniam neq; familiæ Quintiæ neq; reipublicæ Cæſo Quintius quem ſuprà nominaui reſtitui poſſet, falſum teſtem qui dicendæ cauſæ innoxio poteſtatem ademiſſet, iuſto ac pio bello perſequebatur. Cum Verginius ex Tribunis de lege ageret, duorum menſium ſpatium conſulibus datum ad inſpiciendam legem, ut cum docuiſſent populum quid fraudis occultæ ferretur, ſinerent deinde ſuffragium inire: hoc interualli datum res tranquillas in urbe fecit. Liuius libro III.

Quin. Capitolinus

Quint. Capitolinus quinquies Conſul quarto Conſulatu poſt Decemuiros exactos Volſcos ſuperauit, plebem ſedauit. Cuius extat apud Liuium pulcherrima concio. Quintum conſulatum cum M. Geganio Macrino geßit, in quo cum ipſius collega de Volſcis triumphaſſet, eius armati gloriam, concordiæ paciſq; domeſtica cura, iura infimis ſummiſq; moderando ita tenuit, ut eum patres ſeuerũ Conſulem, & plebes ſatis comem, crediderint. Et aduerſus Tribunos autoritate plura quàm certamine tenuit. Quinq; Conſulatus eodem tenore geſti, uitaq; omnis conſulariter acta, uerendum penè ipſum magis quàm honorabilem faciebat: eo Tribunorum militarium nulla mentio his Conſulibus fuit. Liuius lib. III.

T. Quin. Crispin. Cos.

T. Quin. Criſpinus & M. Marcellus Coss. cum apud Salapiam contra Annibalem explorabundi cum paucis è Caſtris egreßi, hoſtium inſidijs intercepti. Marcellus quidem interficitur: Criſpinus uulneratus paulò pòſt exceßit. Hic & Badium quendam Campanum hoſpitio quondam ægrotantem excepit, curariq; humaniter iuſſerat. Badius uerò eum poſt defectionem Campanam aduerſus eius patriam uenientem ultro prouocauit ſingulari certamine. Cui Criſpinus hoſpitij iura ſe non uiolaturum reſpondit. Tunc illum ſæpius inſtantem Criſpinus exagitatus aggreditur, haſtaq; humerum eius transfixit, ac ſpolijs potitus eſt. Ille turpißime uulneratus aufugit ad ſuos. Liuius XXVII.

T. Quin. Criſpinus Valerianus

T. Quintius Criſpinus Valerianus. C. Calpetanus. Statius Rufus. C. Pontius Pelignus. C. Patronus Vmbranus. M. Craſſus Frugi curatores Locor. Publicor. Iudicand. ex S. C. Cauſa cognita ex priuato in publicum reſtituerunt. Repertum hoc marmor paucis ante annis in Auentino poſui. uti cerneretur Quintium per C. ſcribendum eſſe. Reperitur & in alijs locis. P. Quintius qui à Neuio quodam oppugnabatur & ui à fundo deiectus fuerat, infamiaq; adfectus, defenditur à Cicerone, aduerſante Hortenſio Neuij patrono. Quintus poëta Romanus admodum adoleſcens Homeri Rhapſodiam imitatus, eodem carmine atque eadem lingua Græcum poëma ſcripſit uſque ad finem belli Troiani, exordiens ubi deſinit Homerus. Quod opus adhuc extat: Græci Κοίντον eum uocant.

Quintilianus

M. F. Quintilianum ortum in Hiſpania conſtat è ciuitate Calaguritana, ut Euſebio placet. Hierony. uerò ex ea ciuitate fuiſſe ſcribit, ex qua etiam tempore Theodoſij Cæſaris Aur. Prudentium Clementem Chriſtianum poëtam floruiſſe teſtatus. Ipſe denique Quintilianus Hiſpanos prouinciales ſuos uocat. Romam dicunt cum Galba ueniſſe, breuiq; tempore poſtea in familiaritatem Domitiani principis ueniens eius nepotes erudijt. Ludum Romæ aperuit, primuſq; è fiſco ſalarium tulit. Scripſit Declamationes, quas quidam Quintiliani alterius declamatoris dicunt eſſe. Quinti. alter

Cuius Seneca in VI. decla. libr. meminit. Inſtitutionum quoque libr. XVI. adeo quidem utiles & poſteritati probatos, ut noſter Hieronymus eos ſe diligenter lectitaſſe, & inde in ſecularibus literis profeciſſe fateatur. Non erit ab re duorum grammaticorum noſtri temporis ſuper hoc ſententias manifeſtare diuerſas. Laurentius Valla eum in præceptis Ciceroni præferebat, ſtyloq; eius & doctrinæ magnopere adhæſerat. Philelphus uerò eius æqualis, ſibi dißimilem dicebat, contraq; eius præcepta facientem: nullaſq; aut delectandi partes aut mouendi habere. Ego uerò Vallæ potius adſentior. Huius item & Martialis in epigrammate & Cæcilius in epiſtolis meminere, qui & præceptorem eum habuit & in locanda filia iuuit. Quintiliorum quoque Romæ genus ſicuti & Sextiliorum.

Quintilii

Quintus quoque & Quintilius & Quintilia martyres apud Surrentum dicuntur fuiſſe.

Quirini

Quirinus item unà cum Mario Martha & alijs ſub Claudio. Quirinus etiam Tribunus ſub Traiano cum Alexandro Pont. & Hermete urbis præfecto. Nomen hoc à Romulo fluxit, ex haſta qua ille utebatur.

Rabirius

RABIRIVS præno. A. eques Romanus, Perduellionis, id eſt, crimine læſæ maieſtatis accuſatus à T. Labieno Trib. pleb. quòd Saturninum uirum ſceleratum & hoſtem patriæ in tumultu occiderit, defenſus à Cicerone in ſemihoræ curriculo, oratio imperfecta reperitur. C. Rabirius Poſthumus à Memio repe. accuſatus, à Cicerone defenſus, ſimul & ex multis inepte factis.

RAGONIO Vincentio Celſo V.C. à primo ætatis introitu in actu publico fideli exercitatione uerſato: Cuius primæuitas officio ſedis urbanæ aduocationis exercita, fidem iunxit ingenio, prudentiæ miſcuit libertatem, ita ut nemo de eius induſtria niſi ille contra quem ſuſceperat, formidaret. Cuius adceſſus ætatis, amplißimi honoris & qui ſolent ſenioribus prouenire ornamenta promeruit. Nam rexit annonariam poteſtatem urbis æternæ ea æquitate, ut inter omnes qui ad eum animo litigantis intraſſent, parentem ſe plerunque magis his quàm iudicem præbuiſſet. Hinc etiam factum eſt ut Meſſores nos portuenſes, quibus uetus fuit cum Caudicarijs diuturnumq; luctamen, uoti compotes abiremus, ut utrunque corpus & beneficio ſe & uictoria gratuletur adfectum. Nam ut hoc eſſet indicio, iam poſito magiſtratu, ſtatuam patrono præſtantißimo teſtimonium gratulationis exſoluimus, cum res non adulatione priuata, ſed iudicio, poſito in otio & quiete reddatur. Hanc inſcriptionem Romæ in inſula repertam ideo poſui, quòd mihi ſatis elegans, ſtylumq; Plinij ſeu Taciti aut illorum temporum eloquentißimi alicuius referre uiſa eſt.

Rabanus

Rabanus Anglicus monachus, ſummuſq; Theologus, carmine proſaq; diſertus, ut ſcribunt Ricobaldus Ferrarienſis, & Ptolemæus Lucenſis: fuit præſul Meldenſis, Bedæ diſcipulus, tempore Ludouici Pij & Gregorij V. ſcripſit in librum Paralipomenon II. & Macchabæos. habuit etiam Conciones ad populum. Scholam Pariſienſem tunc primum inchoatam ſua doctrina celebriorem reddidit.

Rainaldi tres

Rainaldus dux Alemannorum in prima expeditione Hieroſolymitana cum Balduino & Gottifredo Gallicis ducibus, primo congreſſu à Saracenis obſeſſus, deditione fidem Chriſtianam deſeruit. Rainaldus alter præfectus in Italia relictus à Friderico II.

Imper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Imperatore in Hieroſolymitanam expeditionem profecto, Gregorio I X. ſedente plures Pontificis terras inuaſit. Hos uerò & meritis & tempore præceßit Rei. Conſtantij frater qui Peruſiæ ſub Totila martyrium ſubijt.

Regulorũ familia

Regulorum familiam tradit Ioſephus ex Corduba originẽ habuiſſe. Suntq; in Attiliorum nomen adſciti. De his in Attilijs narraui. Sancti huius nominis duo præcipui. Prior Regulus confeſſor, natione Græcus cum Dionyſio Ariopagita in Galliam profectus, ab eoq; præſul Arelatenſis factus ac ibidem ſepultus. Alter præſul in Africa, inſectatione Vandalica expulſus in littus Hetruſcum applicuit unà cum Iuſto & Clemente, ac è ueſtigio Populonienſibus præfuit: poſteri dein Caſtrum eius nomini dicarunt, caputq; ante hos annos in his locis repertum Piſas retulerunt.

Remigius Altißiodor.

Remigij duo, ambo præſules ac clari. Alter Altißiodorenſis, temporibus Formoſi Pont. & Berengarij primi, plura in ſacro eloquio enarrauit. Scripſit & in Matthæi Euangelium, in epiſtolas Pauli.

Remigius Remenſis

Alter uerò Remenſis inter ſanctos relatus, qui Clodoueum Gallorum regem Chriſtianum primum fecit: de quo in hiſtoria Gallorum diximus.

Reparata

Reparata uirgo X I I. annorum nobilis, patria Cæſarienſis, ibidem ſub Decio martyr, translata deinde poſt multa ſecula Florentiam, eiusq; nomine templum dicatum.

Rodo

Rodo diſcipulus Tatiani, in ſacros libros plura edidit opuſcula, præcipuum aduerſus Martionem: præterea in Hexameron nobilem tractatum ſub Commodo & Seuero principibus. ex Hieronymo.

Romuli martyres

Romuli martyres tres, unus præſul Feſulanus à Petro inſtitutus in deſcriptione Volaterrarum mihi narratur. Alius cum Donato & Secundiano in urbe Concordia. Tertius in Mauritania ſub Maximiano.

Romulus

Romulus Aſylum omnibus patefecit, & magno exercitu facto, cum uideret coniugia deeſſe, per legatos à finitimis petijt: quibus negatis ludos Conſualia ſimulauit, ad quos quum utriuſq; ſexus multitudo ueniſſet, dato ſuis ſigno uirgines raptæ ſunt: ex quibus una pulcherrima cum magna omnium admiratione duceretur:

Talaſsius

Talaßio eam duci reſponſum eſt: quæ nuptiæ quòd feliciter ceſſerant, inſtitutum eſt, ut omnibus nuptijs Talaßi nomen uocaretur. Primi igitur Ceninenſes ob uicinorum iniuriam contra eos bellum mouerunt, quos Romulus uicit, & ab eorum duce Acrone ſingulari certamine ſuperato, opima ſpolia detracta, Ioui Feretrio in Capitolio dicauit.

Acron Ceninenſis

Iuppiter feretrius

Tarpeia

Sabini item ob raptas bellum mouentes, cum Romam propinquarent, Tarpeiam uirginem nacti quæ aquæ cauſa ſacrorum gratia hauriendæ deſcenderat: per eam pactione armillarum & annulorum, quos in ſiniſtris manibus gerebant, ubi in arcem introducti fuere, eandem præcipitauerunt. Romulus aduerſus Tatium qui montem Tarpeium tenebat, proceßit, & in eodem loco ubi nunc Romæ forum eſt, pugnam conſeruit, ibiq; Hoſtus Hoſtilius dux Rom. fortißime pugnando cecidit, cuius interitu conſternati Rom. fugere cœperunt.

Hoſtus Hoſtilius

Iupiter Stator

Tunc Romulus Ioui Statori ædem uouit, & exercitum ſtatim ſeu forte ſeu diuinitus reſtituit. Tunc raptæ in medium proceſſerunt, hinc patres, hinc coniuges deprecantes, pacem conciliarunt. Romulus fœdus percußit, & Sabinos in urbem recepit. Populum à Curibus Sabinorum oppido, Quirites uocauit. Centum ſenatores ab ætate patres appellauit. Tres equitũ Centurias inſtituit, quas ſuo nomine Ramnes, à Tatio Tatienſes, à Luci communione Luceres appellauit. Cum ad Capreæ paludem exercitum luſtraret, nuſquam comparuit: unde inter patres & populum ſeditione orta, Iul. Proculus uir nobilis in concione iureiurando confirmauit, Romulum à ſe in colle Quirinali uiſum auguſtiore forma cum ad deos abiret: eum deniq; præcipere, ut ſeditionibus abſtinerent, uirtutem colerent, futurum ut omnium gentium domini exiſterent. Huius autoritati creditum eſt. Aedes in colle Quirinali Romulo cõſtituta. Ipſe pro Deo cultus Quirinus eſt appellatus. Ex Cæci. & Liuij primo.

Numa

Numa Pompilius è Curibus Sabinorum ad regnum adſcitus, ut ferum populum religione molliret, ædem Veſtæ fecit, uirgines Veſtales legit. Flamines tres, Dialem, Martialem, Quirinalem. Salios Martis ſacerdotes X I I. inſtituit. Pontificem max. creauit. Portas Iano gemino ædificauit. An. in X I I. menſes diſtribuit, addito Ianuar. & Februar. pluresq; leges utiles tulit, omnia iuſſu Egeriæ coniugis ſuæ facere ſimulans, ob quam iuſtitiam nemo ei bellum intulit.

Egeria

Collegium Fabr. ærariorum inſtituit ob Mamuram qui ancile de cælo delapſum expreſſerat. Solutus morbo in Ianiculo ſepultus eſt: ubi poſt annos arcula cum libris reperta, qui libri quòd cauſas leues ſacrorum continebant, ex autoritate ſenatus cremati ſunt. Cæcilius.

Tullus Hoſtilius

Tullus Hoſtilius Hoſti Hoſtilij nepos, qui in bello Sabinorum pro patria cecidit, eiusq; meritis rex creatus, bellum Albanis indixit, quod Trigeminorum congreſſus finiuit. Albam ob perfidiam ducis Metij Suffetij diruit: Albanos etiam Romam traducens in monte Cælio urbi ab ſe addito locauit, ubi & curiam Hoſtiliam conſtituit. Et dum Numam ſacrificijs imitaretur, Ioui Elicio litare non potuit. Fulmine ictus cum tota regia flagrauit. Cæcilius.

Ancus Mart.

Ancus Martius Numæ ex filio nepos, æquitate ac religione auo ſimilis: Latinos bello domuit, quibus in ciuitatem adſcitis Auentinum adſignauit, quem montem ſimul cum Ianiculo urbi adiecit. Pontem Sublicium in Tyberi fecit, noua mœnia oppido circumdedit, Syluas ad uſum nauium publicauit, Salinarum uectigal inſtituit, Carcerem primus ædificauit, Oſtiam coloniam maritimis commeatibus opportunam in oſtio Tyberis deduxit, Ius feciale, quo legati ad res repetendas uterentur, ab Equiculis tranſtulit. His rebus intra paucos dies confectis, immatura morte præreptus non potuit præſtare qualem promiſerat regem. Cæcilius.

Tarquinius priſcus

Tarquiniorum genus ab Hetruſcorum oppido Tarquinijs, quo Demaratus profugus Corintho ſe contulit. Hic filios habuit, Lucumonem & Aruntem, qui patre ſuperſtite & uxore grauida relicta, deceßit. Auus neſcius uentris, nepotem in teſtamento præterijt, ex quo ille natus, Egerius ab egendo eſt appellatus.

Egerius

Lucumon Romam uenit, receptusq; in amicitiam Anci regis, tutor etiam filiorum eſt relictus, potentiaq; adeo ualuit, ut eiectis pupillis regno ſuccederet: Tarquinius Priſcus à patria dictus. Is centum additis patrum numerum auxit. Latinos ſubegit.

Circus Max.

Circum deſignauit qui nunc Maximus dicitur, ubi ſpectacula ſibi quiſque faceret foros appellatos, furcis duodenos ab humo pedes altis ſuſtentata. Ludicrum fuit, equi pugilesq; ex Hetruria adciti, ſolennesq; deinde manſere: Ludi Romani magniq; uarie appellati.

Ludi Roma.

Præterea Sabinorum bello petitus equitum Centurias ampliauit. Accij Nauij ſcientiam diuinatione tentauit. Sabinos uicit, urbem muro circumdedit. Cloacas fecit. Cumq; X X X V I I I. annis regnaſſet, Anci proles eiecta, Seruij ſucceßionem ſibi præferri dolens, dat operam, ut duo paſtores ſimulata rixa regem uulnerarent: ſed Seruio ſocero ſuccedente, illi Sueſſam Pometiam exulatum ierunt. Ex Liuij primo.

Seruius Tul.

Seruius Tullius Corniculani & Ocreaticæ captiuæ filius cum in domo Tarquinij Priſci educaretur, flãmæ ſpecies caput eius amplexa eſt: Quo uiſo Tanaquil regis uxor ſummam dignitatẽ portendi intellexit, Coniugi perſuaſit ut eum ſicuti liberos ſuos educaret.

Tanaquil

Qui cum adoleuiſſet gener à Tarquinio adſcitus, & cũ rex occiſus eſſet, Tanaquil ex alto loco ad populum deſpiciens, ait: Priſcum graui quidem, ſed non letali uulnere accepto expectarent, interim dum conualeſceret Seruio Tullo audientes eſſent. Is igitur quaſi precario adminiſtrare cœpit autoritate Senatus inuito populo, recte tamẽ imperiũ adminiſtrauit.

Et Hetr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Et Hetruſcos ſæpe domuit, Quirinalem, Viminalemq; colles & Exquilias urbi adiecit. Aggerem, foſſasq; fecit, populum in tribus quatuor diſtribuit: Dianæ templum cum Latinis in Auentino fecit. Duas habuit filias, mitem alteram, alteram ferocem. Cum Tarquinius totidem filios pari animo haberet, ut omnium mentes morum diuerſitate leniret, ferocem miti, mitem feroci in matrimonium locauit. Sed mites ſeu ſorte, ſeu fraude perierunt, feroces morum ſimilitudo

Tullia

coniunxit. Statim Tarquinius Superbus à Tullia incitatus, aduocato ſenatu regnum patrium repetere cœpit: quo audito Seruius dum ad curiam properat, iuſſu Tarquinij gradibus deijcitur, & domum refugiens interfectus eſt. Tullia ſtatim in forum properauit & prima coniugem regem ſalutauit, à quo iuſſa turba decedere cum domum rediret, uiſo patris corpore, mulionem cunctantem ſuper ipſo corpore carpentum agere præcepit. Ex quo uicus ille ſceleratus eſt dictus. Tullia deinde cum coniuge in exilium acta. Ex Cælio, Liuio, & Ouidio de Faſtis.

L. Tarquinius Superbus

L. Tarquinius Superbus, Tarquinij F. cognomen à moribus meruit, occiſo Seruio Tullo regnum ſceleſte occupauit: bello tamen ſtrenuus Latinos, Sabinosq; domuit, Sueſſam Pometiam Etruſcis eripuit. Gabios per Sextum filium ſimulato transfugio in poteſtatem redegit. Ferias Latinas primus inſtituit: lacus in Circo & cloacam maximam fecit, ubi totius populi uiribus eſt uſus, unde illæ foſſæ Quiritum ſunt dictæ. Cum Capitolium inciperet, caput hominis inuenit, ex quo cognitum eam urbem gentium caput futuram. Omnibus quoq; diſcedentibus, Terminus & Iuuẽtas amoueri ex aris ſe non paſsi ſunt. Ex Volſcorum præda templum Ioui in Capitolio fecit. Armatos circa ſe ad corporis cuſtodiam habuit. Turnum Erdonium ex Aritia fraude interemit. Demum cum in obſidione Ardeæ filius eius Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, cum eo in exilium actus, ad Porſenam Etruriæ regem confugit. Cuius ope regnum retinere tentauit. Pulſus Cumas conceſsit, ubi per ſummam ignominiam reliquum uitæ tempus exegit. ex Cæci. & Liuij primo.

Tarquinius Collatinus

Tarquinius Collatinus, ſorore Tarquinij Superbi genitus, in contubernio iuuenum regiorum Ardeæ erat: ubi forte quum in conuiuio coniugem ſuam unuſquiſq; laudaret, placuit experiri. Itaq; equis Romam

Lucretia

petunt, regias nurus in conuiuio uel luxu deprehendunt. Inde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. Itaq; ea pudiciſsima iudicata. Ad quam corrumpendam Tarquinius Sextus Collatiam redijt, & iure propinquitatis in domum Collatini uenit, cubiculum Lucretiæ irrumpit, pudicitiam expugnat: illa poſtero die aduocatis patre & coniuge è caſtris, rem expoſuit, & cultro quem ueſte texerat, ſe occidit. Illi exitio regũ rem uindicauerunt. Tarquinius cum prole tota eiectus ad Manilium Tuſculanum generũ ſuum confugit: Latinosq; omnes concitat. Contra quos Poſthumius miſſus. Ex Cæ. & Liuij primo.

Lucretia mar.

Quando hic ſumus, Lucretiam Chriſtianam non præteribo, quæ uirgo Hiſpana & martyr apud Emeritam Hiſpaniæ ciuitatem ſub Præſide Daciano Maximiani tempore paſſa eſt.

Romanus

Romanus nomine ac patria, arte miles, à Laurentio deductus ad fidem, quem in cuſtodia iuſſu imp. Decij ſeruabat, martyr & ipſe ſub eodem. Sepultus in agri Verani crypta. Hoc etiam nomen multi Imp. Conſtan. ambitioſe ſibi uſurpauere.

L. Roſcius Otho

L. Roſcius Otho Trib. pleb. legem tulit, ut equitibus Romanis in Theatro XIIII. gradus proximi adſignarentur, qui cenſum CCCC. LLS. haberent. autor Liu.

Roſcius Gal.

Roſcius Gallus Comœdus præceptor Ciceronis, in pronuntiationis & geſtus exercitatione, eò uenit præſtantiæ, ut cum de perfecto in arte aliqua loquimur Roſcium dicamus in arte ſua, aut Roſcium in ſcena. Hic cum obliquos haberet oculos turpiſq; eſſet aſpectu, primus perſona in ſcena uſus eſt, populus tamẽ eum ſine perſona intueri malebat ob pronuntiandi dulcedinem, ut Cicero planè de Orat. demõſtrat. Scripſit & librum in quo & hiſtrioniam eloquentiæ comparauit. In hunc cum puer eſſet Catuli laſciuum epigramma in Catulo diximus. Et hic inter Ciceronis clientes ab eo defenſus. A quodam enim Fannio LLS. CCCLIII. poſcebatur debita in rationibus pro ſocio. Cum tamen debitum illud non in codice, ſed in aduerſaria notatum eſſe dicat. Aduerſaria enim tabula eſt, ex qua ad codicem Ephemeridum rationes reducuntur.

Roſcius Amerinus

Roſcius Amerinus, defenſus à Cicerone in cauſa parricidij. Patrem enim hominem locupletem quidam interfecerunt clam, filius per occaſionem diſcordiæ cuiuſdam quæ inter eos interuenerat, paternæ cædis autor accuſatur. Præda ad quendam Sullæ ſatellitẽ, L. Cor. Chryſogonum eius accuſatorẽ redibat, patrono Erucio quodam, quam cauſam primam egit poſtquàm redijt ex militia annos natus XXIII. ut autor Cor. Nepos apud Plutarchum. Nemine itaq; ob Sullæ metum audente defenſionem ſuſcipere, Cicero prouinciam ſuſcepit.

Ruffus Purpurio

L. Rufus Purpurio legatus Romanorum in concilio Aetolorum orat apud Liu. libro XXXII. Rufus ſub Scipione Africano Centurio ſcripſit eius geſta, & quæ in bello præparantur. autor Appianus in hiſtoria. Virginius Rufus orator egregius, interfectus à Nerone. de quo Tacitus.

Virginius Rufus

Virginium Rufum claritudo nominis extulit. Et paulò inferius. Nam Virginius Rufus ſtudia iuuenum eloquẽtia, Muſonius præceptis ſapientiæ fouebat.

Satrius Rufus

Satrius Rufus, de quo Cæcilius in epiſt. Satrius Rufus, inquit, cui eſt cũ Cicerone æmulatio, & qui non eſt contentus eloquentia ſeculi noſtri.

Rufus poëta

Rufus poëta Bononienſis cuius meminit Martialis: Funde tuo lacrymas orbata Bononia Rufo. Et reſonet tota planctus in Aemylia.

Feſtus Rufus hiſtoricus

Feſtus Rufus ſcripſit epitomen rerum Romanarũ quæ extat, nonnulli Sextum male ſcribunt.

Feſtus Rufus Procos.

Nam & Feſti Rufi alterius qui fuit Græciæ Proconſul legitur adhuc Athenis memoria Græce inſcripta ad Columnam in arce ante Palladis templum, quod in Geographia poſuimus.

Rufus med.

Rufus medicus ſub Traiano principe qui multa conſcripſit, quorum nihil ad nos peruenit. citatur ſæpe teſtis ab alijs.

Rufus Soph.

Rufus Corinthius ſophiſta, quanquam diuitijs & generis nobilitate pollebat, plus tamen ad eius laudem dicendi gloria linguæq; gratia contulit. autor Philoſtratus in ſophiſtis.

Rufus martyr

Rufus & Coſmus martyres apud Philippos Macedoniæ tempore apoſtolorum.

P. Cor. Rufinus

Cor. Rufinus Conſularis à Fabritio cenſore damnatus, quod x. pondo argenti apud eum inuenta eſſent. uide in Fabricio.

Ruffinus præfectus

Rufinus alter unà cum Stilicone & Gildone relictus à Theodoſio ſeniore imperij adminiſtrator, pro tutela Arcadij & Honorij filiorum: Gildo in Africa, Stilicon in occidente, Rufinus uerò in oriente: omnes ſanè cupiditate regni incenſi, in ſuos arma imperatores uerterunt, ex quo diuerſis modis oppreſsi perierunt.

Rufi. presby.

Rufinus preſbyter Aquileienſis, Græce Latineq; eruditiſsimus, multis iuuit Chriſtianos librorum interpretationibus. Euſebij Cæſarienſis hiſtoriam uertit. Cui x. & xi. librum ipſe addidit. Gregorij Nazianzeni plures ſermones, ut in eius uita diximus. Baſilij item. Ioſephum, Pamphilum aduerſus Mathematicos, Sexti & Euangeli ſententias. Enarrauit & ipſe Symbolum, Obtrectatori operum ſuorum duobus uoluminibus reſpondit. Aemulus atque obtrectator fuit Hieronymi noſtri ut Origenis adſertor, quodq; ab eo reprehenſus ſit quòd eius libros, περὶ τῶν ἀρχῶν, qui contra fidem ſunt, conuerterit. Ex epiſtolis autem inter ſe miſsis conſtat quæ ſit utriuſque ingenij uitæq; ac morum differentia.

Rufinus mar

Rufinus & Valerius martyres apud Sueſsiones ſub Maximiano.

Rufina uirgo

Rufina & Secunda Romanæ uirgines, patre Aſterio & matre Aurelia, martyres ſub Valeriano.

Rullus

P. Seruilius Rullus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

primus Romanorum ſolidum aprum appoſuit: autor Plinius: qui ait huius filium fuiſſe P. Rullum illum qui Tribunus ple. legem agrariam promulgauit, ut decemuiri agros per totum orbem Pop. Ro. diuiderent, impugnatus à Cicerone Cos. luculenta oratione.

Rutilius Geminus

Rutilius Geminus libros pontificales fecit. De quo Cicero. Rutilius in quodam triſti & ſeuero dicendi genere uerſatus eſt, magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. Sunt eius orationes ieiunæ, multa præclara de iure, doctus uir & Græcis literis eruditus, Panetij auditor, prope perfectus in Stoicis. Cicero in Bruto.

P. Rutil.

P. Rutilius primus legem pugnandi militibus tradidit: De quo Valerius: Armorum tractandorum meditatio à P. Rutilio Cos. C N. Manlij collega militibus eſt tradita. Is enim nullius ante ſe Imperatoris exemplum ſecutus ex ludo C. Aurelij Scauri doctoribus gladiatorum adcerſitis, uitandi atq; inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingenerauit. Hic actus in exilium à partibus Sullanis, & à Sulla deinde redeundi poteſtate facta, reſpondit illud quod à Seneca in VI. lib. de beneficijs ponitur: Malo ut patria mei exilij erubeſcat, quàm reditu mœreat.

M. Rutilius Cenſorinus

M. Rutilius Cenſorinus teſte Va. de moderatione, iterum Cenſor creatus, in concione populum corripuit quòd eam poteſtatem bis ſibi detuliſſent, cuius maiores quia nimis magna uideretur, tempus coarctandum iudicaſſent.

P. Rutil.

P. Rutilius uir ſummæ innocentiæ, qui legatus C. Marij Procos. à publicanorum iniurijs Aſiam defenderat, inuiſus equeſtri ordini penes quem iudicia erant, repetund. damnatus in exilium miſſus eſt. Liu. LXX.

Rutil. lupus

Rutilius Lupus Rhetor ſcripſit de arte, Georgiam ſecutus non illum Leontinum, ſed alium ſui temporis. Cuius quatuor libr. in unum ſuum tranſtulit. Quint. IX.

Rutil. Gallus

Rutilius Gallus poëta. Cuius elegia quædam iter ſuum continens haud ignobilis nuper inuenta eſt.

Clodius Sabinus

SABINOS claruiſſe plures legimus. Clodius Sabinus declamator tempore Senecæ lepido uir ingenio. Is cum in Cretam cum Appio Procos. profectus eſſet, in theatro Græci poſtulare cœperunt ut Sabinus ſummum magiſtratum gereret. Mos autem erat barbam & capillum Magiſtratui Cretenſium ſubmittere. Surrexit & ſilentio manu facto: Hunc magiſtratum inquit, ego Romæ bis geſsi. Bis enim reus cauſam dixerat: Græci autem non intellexerunt. Idem cum reus rogaretur ut in latomias transferretur: Non inquit, quenquam ueſtrum nomen latomiæ decipiat, illa enim animo meo lauta res eſt, uocabulo carceris ad genus pulpamenti tranſlato. Iocabatur in miſerijs, in quibus iocari debuiſſe quis neſcit, potuiſſe quis credit? Seneca in Decla.

Sabinus Veſpaſiani frat.

Sabinus Veſpaſiani frater interfectus à Vitellio, qui Veſpaſiano res contra Iudæos gerente poſt Othonis mortem Capitolium cum æde Iouis occupauerat.

Sabinus ſoph.

Sabinus ſophiſta ſub Hadriano principe ſcripſit iſagogen ad materias & hypotheſes, declamandi libros IIII. præterea in Thucydidem enarrationem. Suidas.

Sabinus Maſurius

Sabinus Maſurius ſcripſit Faſtorum & rerum memorabilium libros.

Sabin. hæret.

Sabinus Præſul Heracleæ Macedoniarum, ſecta Arrianus. Is omnis Orthodoxos qui ſeſe in concilio Niceno contra Arrium ſubſcripſerant, idiotas & ignauos eſſe palam dictitabat, ac propter ignorationem lapſos, haud memor quòd inter hos erat Euſebius Cæſarienſis, quem ipſe fide dignum teſtem in religione ac principem prædicare ſolebat. Socrates in hiſtoria tripertita.

Sabinus Syrus

Sabinus Syrus memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi primus Hieroſolymæ muros aſcendit: autor Ioſephus. Sabinus Tyro qui ſcripſit περὶ κηπευτικῶν, id eſt, de Hortenſibus, Plin. lib. XX. Cap. IX.

Sabini martyres

Martyrio quoq; conſpicui: Sabinus martyr ac Præſul apud Aßiſium una cum Exuperantio & Marcello diaconis ſub Diocletiano. Item alter apud Damaſcum, cum Iuliano, Macrobio, Craſſo, Paula & nonnullis alijs.

Exuperantius

Sauini

Fuere & Sauini mutatione unius literæ totidem Profeſſores. Vnus Præſul Placentinus: Cuius iuſſu Padus olim graſſando extra alueum per regionem intra ſuos terminos prodigioſe reductus eſt. Alter Præſul Canuſinus tempore Totilæ regis floruit. Amborum meminit Gregorius III. Dialogorum.

Sabinæ

Sabinæ nominatæ. Hadriani principis uxor. Sabina Poppea Neronis, ab eo prægnans calce interfecta, ut refert Tacitus. Martyres item duæ. Vna matrona Romana Valentini ſenatoris uxor, Herodis Metallarij filia, ſub Hadriano principe gladio cæſa. Cuius uenerabile templum Romæ uiſitur in Auentino à Petro Illyrico urbis preſbytero dicatum. Altera in Hiſpania paſſa ſub Præſide Daciano Maximiani tempore unà cum Vincentia & Chriſtiana.

Sabas

Sabas Abbas impe. Theodoſio è Cappadocia uenit Hieroſolymam, ubi uſq; ad extremum uixit paruo ſibi ædificato tugurio, quotidie loca religioſa luſtrando: eius deinde reliquiæ tranſlatæ Venetias.

Sabellus hæreticus

Sabellus Hæreſiarcha circa Galli principis & Stephani Pon. tempora. De quo Dionyſius Præſul Alexandrinus apud Euſebium ſic ait. Quid dicam de ea doctrina quæ apud Ptolemaidem Pentapoleos ciuitatem nuper exorta eſt, plena peſtilentiæ, negans uere eum eſſe filium patris, nec primogenitum omnis creaturæ, ſimul & S. S. auferens intellectum: pro quibus cum utræq; partes ad me ueniſſent, & præſentibus fratribus quæ commota fuerãt diſcußiſſent, etiam literis ſum proſecutus, quarum tibi exempla trãſmiſi. Euſebius lib. VII.

C. Saluſtius

C. Salluſtius Criſpus Romana primus in hiſtoria, ut ait Martialis: Thucydidi ex Græcis opponitur à Quintiliano, elegantia dicendi, attica breuitate, ſententiarum crebritate. Taxatur autem à Pollione ut nimis antiquarius, & ex Catonis originibus uerba mutuatus. Trogo autem, quòd orationibus nimis longis ac directis utatur, ſicuti etiam Thucydides. Hic ille inimicus Ciceronis, diuitijs præditus. Cuius hortorum ueſtigia adhuc cernimus Romæ. Hic etiam ille alienæ luxuriæ grauiſsimus obiurgator & cenſor, qui Metellum Pium in hiſtoria reprehẽdit, quòd præter eius & populi Rom. dignitatem & modeſtiam conuiuijs in Hiſpania omniq; luxu uteretur. Poſtea uerò ipſe deprehenſus in adulterio ab Annio Milone & loris bene cæſus, & poſtquam pœnas dediſſet amiſſus eſt: autores Varro, Macrobius. Gellius.

Sampſon

Sampſon in ſacris uoluminibus legitur Herculeo robore fuiſſe, ac contra Philiſteos multa facinora feciſſe, inter quæ mille quondam hoſtes aſini maxilla interfeciſſe. Ligatus domum concuſſu diruit, quæ multos necauit: à Dalida demum meretrice ob amorem ſuperatus, crinem fatalem in quo robur omne continebat ei manifeſtauit, quo ille abſciſſo in hoſtium manus uenit.

Sampſon

Sampſon alter præſul Dolenſis tempore Iuſtini iunioris ſanctitate clarus.

Sappho Lyrica

Sappho Leſbia Lyrica Olymp. XLII. tempore Alcæi & Steſichori. Fratres habuit Laricum, Charaxum, Eurichum: coniugem uerò Cercylam ditiſsimum uirum ex Andro, ex quo filiam ſuſcepit Clio nomine. Scripſit lyricorum libros IX. Prima plectrum meruit. Præterea epigrammata, elegias, iambos, & monodias.

Sappho pſaltrix

Aliam dicunt item Leſbiam fuiſſe Pſaltriam, ob amorem Phaonis adoleſcentis ſcripſiſſe uerſus & ex Leucade præcipitem ſe dediſſe. Hæc Suidas. Nonnulli eandem putant. Plato ſcribit Sappho Scamandronymi filiam fuiſſe ſapientem. Aelianus autem fuiſſe in Leſbo Sappho dicit non poëtriam, ſed nobile ſcortum. Sapores reges Perſarum, in regione Parthorum. Scauri inter Aemylios adſciti.

M. Aemylius Scaurus

M. Aemylius Scaurus nobilis parum: nam pater eius quamuis patricius, ob paupertatem carbonariam exercuit. Idem primo dubitauit, honores peteret, an argen-

tariam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tariam faceret. Sed eloquentiæ conſultus, ex ea gloriam peperit. Primum in Hiſpania corniculum meruit: ſub Oreſte in Sardinia ſtipendia fecit. Aedilis iuri reddendo magis quàm muneri edendo ſtudit. Prætor aduerſus Iugurtham pugnauit: eius tandem non ui, ſed pecunia uictus eſt. Cos. legem de ſumptibus libertinorum ſuffragijs tulit. P. Decium prætorem ipſi traſeunti ſedentem iuſſit adſurgere, eiq; ueſtem diſcidit, ſellam concidit. Nequis ad eum in ius adiret edixit. Cos. Ligures domuit, deq; his triumphauit. Cenſor uiam Aemyliam ſtruxit, pontem Miluium fecit, tantumq; autoritate potuit, ut Opimium contra Gracchum, Marium contra Glauciam & Saturninum priuato conſilio armaret. Idem filium ſuum quia præſidium deſeruerat, in conſpectum ſuum uetuit accedere. Ille ob hoc dedecus mortem ſibi conſciuit. Scaurus ſenex cum à Vario Tribuno pl. argueretur quaſi ſocios & Latium ad arma coëgiſſet, ad populum ait, Varius Verinenſis Aemylium Scaurum principem Senatus ait ſocios ad arma coëgiſſe. Scaurus negat. Vtri potius credendum putatis? Cæcilius. Hunc dicit Plinius in naturali hiſtoria principem fuiſſe ciuitatis, & Marianarum rapinarum ſocium. Frontinus uerò in I I I I. ſcribit. *Scauri filius* Scaurus filium ſuum quod in ſaltu tridentino hoſti loco ceſſerat, in conſpectum ſuum uenire uetuit, Adoleſcens uerecũdiæ ignominia preſſus, mortem ſibi conſciuit. Plinius rurſus de eo. Scaurus à Vario Tribuno pl. repetundarum accuſatus & abſolutus. Saluſtius in Iugurthino: M. Aemylius Scaurus homo nobilis, impiger, factioſus, audax, ſed uitia ſua callide occultans. Cum eſſet uir conſularis & in ſenatu princeps, ab eo mittitur ad Iugurtham orator ut eum ab oppugnatione Cyrthæ & à ſeditione Adherbalis amoueret. Hic præterea inter uiros doctos ac plane oratores à Cicerone ponitur his uerbis. In Scauri oratione ſapientis hominis & recti grauitas ſumma & naturalis quædam inerat autoritas, non ut cauſam, ſed ut teſtimonium dicere putares. Huius & orationes ſunt & tres ad L. Fuſidium libri ſcripti de uita ipſius quos nemo legit: At Cyri uitam ut diſciplinam legunt, præclaram illam quidem, ſed neque tam noſtris rebus aptam, nec tamen Scauri laudibus anteponendam. *M. Aemylius Scaurus iuni.* Huius filius M. Aemylius Scaurus Sullæ priuignus fecit in ædilitate ſua theatrum temporarium uix X X X. dies duraturum, opus maximum omnium quæ fuerant humana manu, non temporaria mora, uerum etiam æternitatis deſtinatione. Scena ei triplex altitudine C C C L X. columnarum: ima pars eius è marmore fuit, media è uitro, columnæ imæ duodequadragenum pedum. Signa ærea inter columnas fuerant C C C. numero. Cauea ipſa cepit hominum L X X. milia. Plinius. Hic ex prætura prouinciam Sardiniam obtinuit, in qua cum neque ſatis abſtinenter egiſſet, & ualde redargueretur quod genus morum in eo paternum uidebatur, cum cætera induſtria nequaquam eſſet par: erat enim aliquando inter patronos cauſarum, cum Romam reuertiſſet ad petendum conſulatum, accuſatus à Sardis repetundarum, à Cicerone unà cum quinque alijs defenſus eſt. Pedianus. *…rus legatus* Aur. Scaurus legatus à Cimbris fuſo exercitu captus eſt, & cum ad conſilium ab his euocatus eos deterreret, ne Alpes tranſirent Italiam petituri, eo quòd diceret Romanos uinci minime poſſe, à Bolo rege feroci iuuene occiſus eſt. Liuius L X V I I. *Cor. Scipio* Scipionum Patricia gens, nominis ac familiæ Corneliorum, initium cognominis à Cornelio adoleſcente, ut Macrobius teſtatur, habuere. Qui patrem luminibus carentem pro baculo regebat, quem ſcipionem grammatici appellant. Eorum uerò qui magnum cœperint nomen ſibi comparare, P. & CN. fratres fuere, qui ambo Duces in Hiſpania periere. *P. Cor. Scipio* Quorum alter P. pater Africani fuit, cum quo primum Imperatore Annibal ſigna in Italia contulit. Is cum multas eſſet in Hiſpania uictorias conſecutus, reſq; geſſiſſet memoratu dignas, demum in quodam prælio aduerſus hoſtes inito dum ſe offert ubi plurimum periculi erat, ſubito occiditur. *CN. Cor. Scipio* Simili penè caſu CN. Scipio frater paucis poſt diebus fortiter pugnando interijt. Amboq; ij Imperatores præter rerum geſtarum nomen, magnum quoque fidei ac temperantiæ deſiderium non modo militibus ſuis qui ſuperfuere, ſed etiam Hiſpanis reliquere. Publij fuere filij duo, P. & L. Scipiones. *Scipio Africanus* Ex ijs P. Cor. Scipio Africanus maior eſt dictus: Cuius uitam ac res geſtas C. Oppius & L. Reginius literis mandauere. Is puer certis diei horis ſecretum templi petere ſolebat, putabaturq; apud uulgus cum Ioue loqui: X V I I. agens annum à patre in caſtra ductus eſt, principio belli Punici I I. Conſtatq; iam tunc in congreſſu Annibalis primo, circumuentum ab hoſtibus ac ſaucium patrẽ liberaſſe, ut autores Liuius ac Plutarchus. Poſt cladem Cannenſem cum iuuentus de relinquenda Italia cogitaret, ipſe gladio ſupra capita intento, iurare ſingulos non deſerturos patriam coëgit. Deinde patre patruoq; in Hiſpania extinctis, quum nemo ad id bellum ire uellet, ipſe ſe ſpõte obtulit natus annos X X I I I I. ubi Carthaginem nouam uno die expugnauit. In quo bello uirginem captiuã ſibi adlatam, ubi comperit ſummo loco natam ac iam pactam nobili uiro, incorruptam ac inſuper muneratam remiſit. Aſdrubalem Carthaginenſem ducem ſuperauit. Maſiniſſæ nepotem in bello captum, auo remittendum curauit, ex quo poſtea eundem ſibi perpetua deuinxit amicitia. In Numidia à Syphace rege præpoſitus in amicitia Aſdrubali fuit, qui eodem tempore è Carthagine eademq; de cauſa eò aduenerat. Pacata demum Hiſpania Cos. factus, Sicilia atque Africa prouincijs ei decretis, obtrectante Fabio, eueſtigio in Siciliam, deinde Carthaginem delatus, ante omnia Syphacem fœderi minime ſtantem auxilio Maſiniſſæ ui cepit, triumphoq; ſeruauit. in quo bello Maſiniſſam, quòd Sophonisbam Syphacis coniugem per amorem ſeruare uoluiſſet, amice obiurgauit. Poſtremo Annibalem ex Italia adcerſitum prope Zamam ſuperauit, Carthaginemq; tributariam fecit. Reuerſus Romam triumphauit. Conſulq; iterum factus cum Sempronio Longo. Paulò pòſt legatus fratri L. Scipioni Conſuli in Aſiaticam expeditionem profectus, omnia ſuis rexit auſpicijs. Antiochum quamuis de ſe bene meritum ob filium captum ac ei reſtitutum, conditiones tamen oblatas ſpernentem ſub iugum miſit. Deniq; tot rebus geſtis accuſatus à Pœtilio Atteio Tribuno Pl. quòd prædã Aſiaticam non totam in ærarium contuliſſet, die iudicij adueniente: Hæc eſt dies inquit Quirites, qua Annibalem uici, Carthaginem tributariam feci, patriam hanc maximo periculo liberaui. Eamus hinc in capitolium, gratias dijs immortalibus agamus. Excitatus itaq; populus memoria beneficiorum eſt, ex quo omnium gratia abſolutus. Perteſus ex illo ingratitudinem patriæ, Linterni in uillam ſuam ſeceſſit. ubi commorantem piratæ forte audita fama maieſtatis eius eum ſalutatum deſcendentes uenere, cum alijs omnibus officerent. Deceſſit annorum L I I I I. iuſſitq; oſſa Romam minime transferri, ſupremo eius die. Eum Maximus laudans ait, gratias eſſe dijs agendum quòd is eſſet in ea Rep. natus. Neceſſe enim fuiſſe, illic Imperium eſſe orbis terrarum, ubi ille natus eſſet. Hæc ex Liuio, Valerio, Plutarcho. L. Scipio Aſiaticus ob Aſiam deuictam, ex qua uictoria luxuria primum gemmarum Romam illata, ſicuti ex Corintho ærea uaſa ac tabulæ. Is igitur poſtquàm triumphaſſet, accuſatus eadem de cauſa qua & frater, & in carcerem ac uincula ductus, à Ti. Graccho inimico eius liberatus eſt. Quæ res cauſa fuit ut filiam eius poſtea in matrimonium duceret, Ex Liuio. *Scipio Aemylianus* Scipio Aemylianus, qui & Africanus minor, ab Africani maioris filio adopta-

tus,filius enim erat Pauli Aemylij,Numantiam euertit, in qua expeditione militem corruptum in diſciplinam priſtinam eiectis ſcortis reſtituit. Munera regum quæ clàm ab Imperatore recipi mos erat,pro tribunali accepit, in tabulasq́; publicas nomine pop.Ro.referri iuſsit, ea fortibus uiris pro meritis poſtea diſtributurus. Oppidanis pabulatum egreſsis pepercit, quòd citius frugibus conſumptis in deditionem uenturi eſſent. Capto oppido, Numantini ſeſe per uias inuicem trucidauere. Factus etiam Cos.ante ætatem, ac Carthaginem miſſus eam penitus ſuſtulit. Idq́; de ſententia Catonis in ſenatu, qui præmaturas ac recentes ficus oſtentans ait, Eæ patres conſcripti Carthagine nuper adlatæ ſunt, tam prope domum hoſtem habemus.

Scipio Naſica

P.Cor.Scipio Naſica Cn. Scipionis qui unà cum fratre P.in Hiſpania, uti ſuprà diximus, cecidit filius, à ſenatu uir optimus iudicatus, matrem deum tunc primum aduectam, apudq́; uirum optimum ex oraculo diuertendam hoſpitio excepit. Cum aduerſus auſpicia Conſulem ſe à Graccho nominatum comperiſſet, magiſtratu ſe abdicauit. Cenſor ſtatuas quas ſibi Conſul quiſque in foro per ambitionem habebat, ſuſtulit. Conſul Delminium Delmatiæ urbem ſuperauit. Imperatoris nomen à militibus, & à ſenatu triumphum oblatum recuſauit. Eloquentia primus, iuriſconſultiſsimus, ingenio ſapientiſsimus fuit: unde uulgò Corculum dictus: ex Cæcilio. Liuius uerò plura alia. Nam eo autore theatrum, quod locatum à Cenſoribus erat uti extrueretur, ex S.C. deſtructum, tanquam publicis moribus nociturum, populusq́; aliquandiu ſtans ludos ſpectauit. Præterea Ti. Gracchum Trib.pleb.ob agrariam legem Remp.turbantem, ſubſelliorum fragmentis in ſenatu examinauit. Præterea ſortitus Galliam priuſquam cum Boijs bellum gereret, poſtulauit à ſenatu uti pecunia ſibi decerneretur ad ludos quos prætor in Hiſpania uouiſſet. Nouum & iniquum Senatui uiſum. Itaque ſenſuere ut de ſuo faceret quos ſine ſenatus conſenſu uouiſſet.

Scipio Naſica Serapion

P.Scipio Naſica, Naſicæ huius filius cognomento Serapion, de nobili Scipionum proſapia, in uilem Serapionis appellationem uenerat, quòd Serapioni Victimario ſeruo perſimilis omnino foret: autor Valerius.

Scipio Suarius

Scipio item Suarius cognomento, ob ſimilitudinem Suarij cuiuſdam negotiatoris. Tribunus plebis dignus Africanorum familia. Cui non fuit in bonis funeris impenſa. Aſſes contulit populus ac funus elocauit: quaqua ferebatur flores è conſpectu conſperſit. Plin.

Scipio Africani F.

Scipio Africani filius ponitur Valerio inter eos qui à parentibus claris degenerauerunt, inter eruditos tamen à Cicerone in Bruto his uerbis deſcribitur. Scipio Africanus filium habuit illum qui minorem Scipionem à Paulo adoptauit, qui ſi corpore ualuiſſet, in primis habitus eſſet diſertus. Indicant cum oratiunculæ, tum hiſtoria quædam Græca ſcripta de Caſsina. Hæc ille. Plutarchus in Africano, nihil ſanè de eo ſe compertum habere dicit niſi eum præturam geſsiſſe, & in ea conſequenda à Circeio patris ſcriba adiutum fuiſſe.

Scipio Pōpeii ſocer

Scipio Pompeij magni ſocer, poſt bellum Pharſalicum inter Pompeianos bellum refouentes in Africam ſe cum exercitu recepit cum Catone: Iuba etiam rege adſcito. Qui primo feliciter aduerſus Cæſarianos pugnans, uictus tandem cum toto exercitu occubuit.

Scipio Salut.

Scipionem cognomento Salutionem è Corneliorum familia, alioquin uirum deſpectiſsimum inter præliandum in Africa perinde ac exercitus ducem Cæſar præpoſuit, quòd cognoſceret aduerſarios uetuſto quodam confidere uaticinio, ut ſemper in Africa uincere fatale Scipionum generi foret. Plutarchus in Cæſare.

L.Cor.Scipio Cos.

Ante omnis uerò legimus apud Liuium de L.Cornelio Scipione, qui cum CN. Fuluio Cos. Creatus ac Hetruriam ſortitus, occurrentes Hetruſcorum acies ad Volaterras fudit.

Scylax mathematicus

SCYLAX Cariandeus: Carianda enim Cariæ ciuitas eſt: Mathematicus & muſicus: ſcripſit circuitum menſuram'que maris extra columnas Herculis, telluris item, Præterea Antigraphen ad hiſtoriam Polybij. Suidas.

Scillis urinator

Scillis Sicyonius cum Scyane filia, claſsis Perſicæ qua Xerxes Græciæ bellum intulit, ancoras natando urinandoq́; præcidit. Idq́; facinus retulit in tabellam quam dicauit in templo Apollinis Amphictyonei, inde poſtea Romam translatam. Pauſanias.

Scyllæ duæ

Scyllæ duæ fuerunt, altera Niſi regis Megarenſium filia quæ in Minoe narratur. Altera marina nympha Polyphemo dilecta: quæ dicitur in Glauco.

M.Scæua Cẽturio

M. Scæua centurio Cæſaris in Gallia ſolus in acie reſtitit. Cum in hoſtes rueret, & iam telo femur transfixus eſſet, ſaxiq́; ictu ora contuſus, clypeo & galea diſiectis, gladio ad extremum fracto, duplici lorica munitus ſe in mare proiecit, & cum natando perueniſſet ad ſuos dixit: Parce Imperator, Arma perdidi. At ille ſub cuius ala huiuſmodi res erat, centuriatus honore & uite geſtanda munerauit. Val.de fortitudine. Tranquillus uerò ſic. Scæua Centurio effoſſo oculo transfixus femore & humero CXX. foraminibus ſcuto perforato cuſtodiam portæ commiſsi caſtelli retinuit.

Scribonius

Scribonius Aphrodiſeus Orbilij ſeruus atque diſcipulus, mox à Scribonia Libonis filia, quæ prius Auguſti uxor fuerat, redemptus & manumiſſus. Docuit quo Verrius tempore. Cuius etiã libros de Orthographia reſcripſit. non ſine inſectatione ſtudiorum morumq́; eius. Tranquillus.

Scopelianus

Scopelianus Clazomenius inter nobiliſsimos Sophiſtas à Philoſtrato refertur, Herodis Attici præceptor. Docuit Smyrnæ magna celebritate: quo iam ſeneſcente cum Polemon orator de rebus magnis Smyrneorum mitteretur, conuerſus ad eum ait, Δὸς δέ μοι ὤμοιϊν τὰ σὰ τόυχεα θωρηχθῆναι. Hoc eſt: Arma humeris tua nunc concede in prælia noſtris, Quæ tibi me ſimilem faciant: uerba ſunt Patrocli ad Achillem apud Homerum.

Scropha Tremelius

Scropha Tremelius ponitur in Dialogo Varronis de re ruſtica ſic narrãs de auo ſuo. Auus meus primum appellatus eſt Scropha: qui quæſtor cum eſſet Licinio Neruæ Prætori in Macedonia prouincia relictus, ut præeſſet exercitui dum prætor rediret, hoſtes occaſionẽ rati uictoriæ, irruptionem in caſtra fecere. Auus cum adhortaretur milites ut caperent arma, dixit ſe celeriter illos ut Scropha porcos diſiecturum. Idq́; fecit. Nam eo prælio hoſtes ita fudit fugauitq́;, ut Nerua prætor propter ea Imperator ſit appellatus; auus cognomen inuenerit, ut appellaretur Scropha. Ego ſeptimus ſum deinceps prætorius in gente noſtra. Seleuci & Antiochi in Geographia in Syria narrati.

Semiramis

Semiramis quo'nam pacto Nino ſucceſſerit uiro, Dinon hiſtoricus commemorat. Eam petiiſſe dicit à rege uti quinque dies imperitaret, ſtolam ac coronam ſibi aptaſſe, ac in ſella regia concediſſe, deinde imperaſſe ſatellitibus, ut Ninum ſic exutum regijs ornamentis interficerent. Aelianus. Hæc poſt ea muros Babylonis dicitur condidiſſe ex bitumine, ac ea latitudine qua duo inter ſe currus ſine conflictu concurrerent.

C. Septimuleius

C.Septimuleius Anagninus amicusq́; fidiſſimus Gracchi. Cuius meminit Plinius. Cicero etiam in Oratore ſic ait. Septimuleio illi Anagnino, cui pro C.Gracchi capite erat aurum repenſum. Apud Eſerniam quoque oppidum Samnij hodie huiuſcemodi legitur inſcriptio. C. Septimuleio. C.F.Troobolæ IIII. uir ex teſtamento.

Secũdus ſoph.

Secundus Athenienſis, quem aliqui Epithyrum uocant, quòd Architecti filius fuerit, multæ quidem doctrinæ, mediocris eloquentiæ, æqualis æmulusq́; Herodis Attici: ex quo Herodes illud Heſiodi eleganti mutatione in eum cauillatus eſt, Figulus æqualem exagitat, tum rhetora Tecton: qui nihilominus ſenem poſtea morientem & epicedio & lacrymis honorauit. Ex Philoſtrato.

Secundus Tridentinus

Secundus alter Tridentinus uir ſanctus Agilulphi regis Longobardorum tempore:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

pore:ſcripſit breuiter Longobardorum hiſtoriam:autor Paulus Feroiulienſis. Sempronij quoque præclara geſſerunt.

T. Sépronius longus

Sempronius lõgus Iunior

Primus T.Sempronius Longus Cos. cum P. Scipione patre Africani apud amnem Trebiam Annibali occurrit, à quo profligatus eſt. Huius filius Sempronius Longus & Africanus Coss. primi fuere qui in ſpectandis ludis patres à populo ſecreuerunt, quod plebes moleſte tulit aduerſus conſules indignata. Et ipſum Africanum aliquando pœnituiſſe tradunt: autor Plutar. in Scipione. Liu. tamen ſcribit: Aelium Sextum & M.Cethegum Cenſores fuiſſe autores huius legis.

A. Sépronius Atratinus

A.Sempronius Atratinus, L. Attilius, T. Cæcilius primi Tribuni militum pro Conſulibus magiſtratum iniere, quorum concordia domi, parem exitum foris præbuit. Anno urbis CCCX.

CN. Sempronius Tuditanus

CN.Sempronius Tuditanus Prætor à Celtiberis cum exercitu cæſus eſt, Liuius. Huius Sempronij apud Maiorem inſulam Hiſpaniæ reperta in tabula marmorea eius inſcriptio teſtamenti, quod elegantiæ gratia poſui. KL. Sex. Manlio & Q. Torquato Coss. Sempronius Tuditanus teſtamenti Iur.mil. quod ipſe facio II.abeſto ob Pœnum Italia pulſum Fundos baleares Senat.P.Q.R.D.D.Aurelius Tuditanus tacitam pecuniam, ſi uia lat. oſſibus meis monument.ſuo ſumpt. ædificauerit habeto. Hermeti lib. Aug. Vind. ma.aut C X. D D.ſunto. Luciæ Agreſti uxori B. M. Mundum mulieb. quæ ue e.ca.pa.D D.Caius Tuditanus quòd pupillam cuius iuſſu meo Cu.ge. contra decret. ampliſſ. ord. uxo. D. Ex. eſto Dodrant lege. Celſo teſtament.quod Aepheſo ſcripſeram adi. Pamphilo uicario pecu. id inſtrument.ruſt. quod Aepyro paraueram uehi ue.D.data ſunto. Filij ſi nepotes mihi non fecerint Marcellus Tuditanus ex dam.ſump.choi. here. D. Quæ lego O. E.

Seruilia gens

Seruilia gens patricia & illuſtris in faſtis, Trientem æreum paſcebat auro & argento, conſumentem utrunque. Verba ipſa Meſſalæ ſenis referam. Seruiliorum familia habet trientem ſacrum. Cui cum ſumma cura ſacra quotannis faciunt:quē ferunt aliâs creuiſſe,aliâs decreuiſſe uideri, & ex eo aut diminui aut honorem augeri familiæ ſignificari. Plinius libro XXXIIII. Cap.XIII.

P.Seruilius Maluginenſis

P. Seruilius Maluginenſis. Q. Sulpitius Longus Tribu. militum conſulari poteſtate contra Gallos Senones miſſi, non loco caſtris ante capto, non præmunito uallo quo receptus eſſet, non deorum ſaltem ſi non hominum memores, nec auſpicato, nec litato inſtruunt aciem. ex quo turpiter profligati cum toto exercitu nobilem illam cladem Allienſem inter nefaſtos dies relatam acceperunt. Liu.V.Item in eodem.

P.Seruilius Priſcus

Seruilius Cepio Cos.

P.Seruilius Priſcus & Q. Clœlius Siculus Cenſores. Q.Seruilius Cepio Conſul Hiſpaniam duce Viriato rebellantem pacauit. Proconſul capta Toloſa aurum è templo ſuſtulit, quod auferentes miſerabili fato peribant, ut autor Gellius. Nam poſtea Conſul cum CN.Manlio contra Cimbros in Italiam ruentes miſſus, apud Rhodanum uictus profligatusq; eſt, amiſſis de exercitu hominum LXXX.mil. Ex iuſſione igitur popu. Roma. Cepionis cuius temeritate id acciderat bona publicata, eiq; imperium primo poſt Tarquinium abrogatum: ipſe in publicis uinculis extinctus. Inde tractus diſcerptusq; ad ſcalas Gemonias eſt: ex Liu. LXVII.

C.Seruilius Geminus

C.Seruil. Geminus & M. Attilius Fabianus, Coss.artibus Fabianis cunctando etiam Annibalem fregerunt, poſt Fabij dictaturam. Q. Seruil. Procos. apud Aſculum unà cum omnibus Ro. interficitur initio belli ſocialis. Liuius LXXII.

P. Seruil. procos.Iſauri.

Seruil.Rul.

Seruil.Nouianus

P.Seruilius Procos. aduerſus Cilicas proſpere pugnans, Iſaurici cognomentum inuenit. Liu.XCII. Seruilios Rullos, uide in Rullis. Seruilius Nouianus egregie in hiſtoria dixiſſe uidetur, qui à nobis auditus eſt, clarus ingenio & ſententijs clarior, ſed nimis preſſus quàm hiſtoriæ poſtulat autoritas. Quintil.

Q.Sertorius

Q.Sertorius è Nurſia oriundus, partium Marianarum fuit unà cum Cinna, moderatius tamen quàm alij. Sulla redeunte è bello Mithridatico urbeq; potito, ipſe quoque in Hiſpaniam aufugit: ubi breui tempore ob uirtutem ſibi gratiam earum gentium conciliauit, traditurq; per eum Hiſpanos diſciplinam rei militaris Romanam didiciſſe, ac fortiores deinde fuiſſe. Nam præter artem rei militaris abſtinentiſſimus etiam uoluptatum, tum religioſus eſt habitus, quòd ceruam quandam ſecum in expeditionibus haberet ſequentem, quam Dianæ numen dicebat eſſe, ex eaq; reſponſa accipere, resq; gerendas auſpicari. Quare dux Luſitanorum delectus,paruis copijs multas urbes ſubegit.Sed & quatuor Romanorum Duces contra eum miſſos uarijs cladibus adflixit. Primum quidem Cottam apud Mallaciam nauali prælio ſuperauit. Phidiam Hiſpaniæ Prætorem dein unà cũ duobus mil.Ro.ciuium prælio interfecit. Tertio Domitium Procos.cõtriuit.Poſtremo Toranium à Metello miſſum cum toto exercitu deleuit.Ipſum quoque Metellum uirum ampliſſimum in tantam compulit neceſſitatem, ut L.Lollius è prouincia Nabornenſi ei auxilia ferre cogeretur, & Pompeius magnus celeriter contra eum mitteretur: uarijsq; utrinque prælijs incommodisq; illatis, tandem Sertorius per coniurationem Luſitanorum à M.Perpenna eius ſocio belli eiuſdēq; factionis, per proditionem in cœna interfectus eſt. Ipſe uerò Perpenna meritas dans poſtea pœnas, unà cum reliquis coniuratis in Pompeij poteſtatem ueniens interficitur.

Serenus Samonicus

Serenus Samonicus Gordiani Iunioris principis præceptor fuit. Cuius meminit Spartianus in Caracalla his uerbis. Occiſi ſunt & in balneis plures, & in cœnis, inter quos Samonicus Serenus, cuius libri plurimi ad doctrinam extant. Macrobius quoque libro Sa.III. Carmina quædam de urbibus deuouendis earumq; dijs euocandis in lib.V. reconditorum Samonici Sereni reperiſſe ſe ait. Superſunt hodie eius hexametri quidam præcepta medicinæ continentes. Suidas autem ſiue de eodem, ſiue de altero ſcribit, Serenum(qui etiam Aelius Athenæus uocabatur) grammaticum tractatum, de ciuitatibus feciſſe, deſcribendo uiros qui in eis floruere. Præterea epitomen in Philonem.

Serapion philoſophus

Serapion orator

Serapion Hierapolitanus philoſophus Stoicus,cuius meminere Strabo, Stephanus. Serapion Aelius dictus orator Alexandrinus ſcripſit in Adrianum principem Panegyricum, orationes in genere deliberatiuo apud Alexandrinos. Et utrum iure Plato remouerit Homerum à ſua rep. Præterea artem Rhetoricam. Suidas.

Serap.pictor

Serap. præſul.

Serapion pictor, cognominatus Anthropographus, quòd homines optime pingeret. Plin. Serapion præſul Antiochenus ſub Commodo principe. Scripſit de ſecta Montani & quædam alia, ut autor Hieronymus. Serapion alter Chriſtianus, qui ob elegatiam ingenij ſcholaſticus meruit cognominari, charus Antonio monacho: edidit aduerſus Manicheos egregium uolumen, & quædam alia. Laudatus etiam ob fidei conſtantiam ſub Conſtantino principe, ut idem eſt autor.

Serapion

VII.Fratres

Symphoroſa

Getulius mar.

Ioannes Serapion nouiſſimus omnium de plantis uolumen edidit. Septem fratrum Hebræorum unà cum matre porcinam edere negantium ſub Antiocho Illuſtri ſupplicium in lib. Macchab. legitur. Totidem Symphoroſa, uxor Getulij martyris, filios Tybure ſub Adriano martyres læta conſpexit: ſtipitibus per membra uarijs modis transfixos: quorum nomina, Creſcentius, Iulianus, Nemeſius, Primitiuus, Iuſtinus, Stacteus, Eugenius. Sepulti uia Tyburtina, IX.ab urbe milliario.

VII. fratres Felicitas

Parem filiorum numerum. Felicitas, Romana matrona, in hac palma ſub Antonino uidit, Ianuarium, Felicem, Philippum, Siluanum, Alexandrinum, Vitalem, Martialem, uarijs necatos ſupplicijs. Syluanus etiam de alta crepidine præcipitatus. Quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

paulopoſt mater etiam martyrio ſequuta eſt. Sepulti Romæ omnes.

VII.dormientes

Idē quoq; dormientiū numerus legitur fuiſſe, Maximianus, Malchus, Martinianus, Dionyſius, Ioannes, Serapion & Conſtantinus. Hi nanque ſocij apud Epheſum Decij inſectationem in uicinum montem Cælium fugitauerunt: ac ſub cauerna quadam latitantes quanquam diligenter quæſiti nunquam inuenti ſunt. Demum martyrium ferre animati: poſt cibum Dei prouidentia ſopiti uſque ad annum XXX. Theodoſij iunioris, annis CXCVI. dormierunt. Eo tandem tempore uigente de reſurrectione hæreſi excitati, tanquam heſterna die, ad urbem uti ſolebant prius, Malcum unum è ſocijs emptum ad uictum neceſſaria miſerunt. Rem prodidit & nouus hominis habitus & ſermo & nummus aliter ſignatus: quorum feſtum III. eidus Auguſti.

LXXII.diſcipuli Chriſti

Septuagintaduo diſcipulorum Chriſti nomina hæc ſunt: Lucas, & Cleophas, qui in Chriſtum peregrinum inciderunt, ut planè Gregorius in procemio moralium ſentire uidetur. Ambroſius aliū à Luca putat. Barnabas, Matthias, Thaddæus, qui ad Abagarum miſſus eſt: alter ab Apoſtolo. Hi Euſebio libro I. ponuntur. Sequentes uerò Abbati Dorotheo. Septem ante omnis primi diaconi, Stephanus protomartyr. Philippus is qui Eunuchum Chriſtianum fecit, præſul in Thracia. Proculus præſul Nicomediæ. Nicanor qui unà cum Stephano interfectus. Parmenas, Nicolaus Samariæ præſul: deinde pro hæretico Ioanni taxatur. Simon præſul Tyri ac Sidonis. Qui diaconi in Actibus apoſtol. narrantur. Inſuper Ananias Pauli, qui poſtea Damaſci præſul fuit. Titus Pauli, qui in Creta præſul & ſepultus fuit.

Syluanus Theſſalonicæ præſul & ſepultus: cuius ut comitis Paulus ad Theſſalonicenſes prima meminit. Creſcens Chalcedoniæ præſul. Andronicus præſul in Pannonia: Ampliatus præſul Edeſſæ: Vrbanus preſul in Macedonia. Stacteus quem Andreas in Thracia præſulem conſtituit. Apelles Heracleæ præſul, qui omnes ad Romanos cap. XVI. memorantur. Philetus, uel Philebus, Epheſi præſul: ſenſit ea quæ Simon magus: reſtitit & apoſtolo, ut ad Timotheum II. Hermogenes Megaræ præſul. Demas, qui tres à fide deſciuerunt: ut ad Timotheum II. & Ioan. Ex nobis prodierunt, inquit, ſed ex nobis non erant. Ampliatus Smyrnæ præſul ante Polycarpum, ut ad Romanos. Ariſtobulus Bethaniæ præſul. Narciſſus Athenarum præſul. Heraclitus præſul & ipſe. de his omnibus ad Roman. XII. Cicis in Gallia nuntiauit euangelium. Agabus qui prophetico criſmate dignus fuit. de quo in Actibus. Rufus Thebarum. Aſyncritus Hyrcaniæ præſul. Phlegon, Patrobas, Hermes Philippopoleos.

Linus qui poſtea pontifex: de quo II. ad Timot. III.

Caius Epheſi præſul. Philologus ab Andrea præſul Sinopenſis factus. Liphaſus, qui Romæ ſimul cum Paulo uinctus, & poſt eum capite cæſus. Lucius Laodiceæ Syriæ. Iaſon Tarſi. Soſipater Iconij. Eraſtus Meuidi. Quartus Beriti. De his omnibus ad Roma. XVI. Apollo, ad Corinth. primo. Soſthenes Colophonis apud eundem. Epaphroditus, de quo ad Philip. IIII. Titicus Colophonis item præſul, ad Coloſſenſes IIII. Cæſar Dirrhachij præſul ad Philip. IIII. Marcus Barnabæ conſobrinus Apolloniadis. Ieſus cognominatus Iuſtus Centipoleos præſul. De quo IIII. eccleſ. hiſto. Antomas.

Clemens præſul Sardicenſis: poſtea pontifex primus ex gentibus Chriſtianus. Oneſimus Coroneæ præſul. Carpus præſul Cheroneæ: Euodius Antiochiæ poſt Petrum præſul. Ariſtarchus Apameæ præſul: ad Coloſ. IIII.

Marcus, qui & Io. Bibli præſul. ut in Actibus XIII. & II. ad Timoth. IIII. Zimas uel Zenas Dioſpoleos, ad Timoth. III. Philemon Gazæ præſul: ad quem Apoſtolus ſcribit epiſtolā. Pudens II. ad Timoth. IIII. Thophinus, de quo ibidem. Hi très apoſtolo ſemper præſto fuere: ac poſt eum Romæ & ipſi cæſi. Marcus euangeliſta.

Candaces eunuchus Aethiops natione in Arabia & Taprobana euangelium nuntiauit. de quo in Actibus VIII. Hi Dorotheo, qui Romæ ſcripſit, commemorantur: Polycarpo & Vincentio, qui ſequuntur. Sauinus, Potentianus, Alcimus, Maximus & Ioannes ſenior: in martyrum quoque libro ponuntur, Ariſtion, Rufus, Zoſimus, Priſcus: Ioſephus, cognominatus Iuſtus, qui cum Matthia in ſortem poſitus.

Naſon: Silas, Corinthi præſul. Euphrates, de quo ad Coloſ. IIII. Martialis, Lemouicenſis præſul. Sidonius, uel Cedonius, cæcus natus, ſepultusq; cum Maximino. Lazarus, Maſſiliæ præſul. Vrſinus ad Bituriges miſſus: is Nathanaël, ille qui Chriſto probatus fuiſſe dicitur. Iulianus apud Cenomannos euangelium nuntiauit, qui Simon leproſus eſſe fertur. Sed & his plures longe reperientur, ſi obſeruabimus ea quæ Paulus ſcribit I. ad Corint. XV. Dominum pluſquàm quingentis fratribus ſimul apparuiſſe.

LXXII.interpretes

Septuagintaduo interpretes Hebraicæ, Græcæq; linguæ peritos ad Ptolemæum Philadelphum, eos petentem ex omni tribu ſenos electos, ut ſacros libros in Græcum uerterent ſermonem, miſit Eleazarus ſummus ſacerdos. Ibi uerò, ut Auguſtinus de ciuitate & Euſebius libro V. teſtantur, totidem cellis ſeparati, eoſdem libros eodem modo uertentes non interpretum, ſed prophetarum adflati ſpiritu uiſi ſunt. Quam ſanè opinionem Hieronymus refellere uidetur in epiſtola ad Deſiderium his uerbis: Neſcio quis autor primus, Septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo finxerit: quibus diuiſi LXX. interpretes ſacros interpretati ſunt libros. Quum Ariſteas eiuſdem Philadelphi familiaris, & non multò pòſt Ioſephus, nil tale retulerint: ſed in una baſilica congregatos conuertiſſe ſcribant: non prophetaſſe uidentur, quòd longe aliud ſit eſſe interpretem, aliud eſſe uatem. Sed & idem Hieronymus alibi teſtatur, minime fideles in conuertendo fuiſſe, cælaſſeq; de induſtria ubi de filio Deo, aut trinitate aliquid uidiſſent, ut regem ad unius Dei cultum tantum reuocarent. Præterea eoſdem Septuaginta ex conſuetudine uocari, quum Septuagintaduo fuerint.

Senecæ duo

M. Anneus Seneca Senecæ philoſophi pater, patria Cordubenſis, & equeſtris ordinis ac eruditiſſimus fuit, ut cui declamationes, quæ filij dicuntur eſſe, nonnulli referant. Martialis duos Senecas, unicumq; Lucanum commemorat. Meminit etiam utriuſque Sidonius poëta. Non quod Corduba præpotens alumnis Facundum ciet hic putes legendum, Quorum unus colit hiſpidum Platona, Incaſſumq; ſuum monet Neronem. Orcheſtram quatit alter Euripidis, Pictum fecibus Aeſchylum ſequutus. Quod utrum hunc & filium philoſophum intelligi uelint: an philoſophum & nepotem ex fratre Mela, qui & ipſe Seneca appellatus, non ſatis liquet. uidetur autem ex his Sidonij uerſibus tragœdias alter à philoſopho ſcripſiſſe. Igitur hic ex Eluia Albina tris liberos ſuſcepit. L. Anneum Senecam philoſophum, Iunium Anneum Gallionem, & L. Anneum Melam Lucani Patrem. Seneca & Gallio Romam ducti, præceptores habuere, Pomponium Marullum, Iulium Higinum Polyhiſtorem, Ceſtium Smyrnæum, & Aſinium Gallum: in philoſophia uerò Socionem Alexandrinum & Photinum Stoicum, teſte Hieronymo. Hinc clarus factus in Claudij dignationem uenit, datusq; priuigno eius Neroni præceptor, qui ad necem eum compulit, quamuis commeatum petenti & bonis cedenti perſanctè iuraſſet, ſuſpectū ſe fruſtra. Venas medico præbuit: deinde hauſto ueneno in balneo perijt: ut eſt autor Tacitus: qui etiam iuuiſſe mortis cauſam dicit Ferinij Rufi & Tigillini coniurationes. Quod inſuper opes ſupra modum augeret, et quædam alia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

alia.Iuuenalis aperte diuitijs adſcribit.Temporibus diris igitur,iuſſuq; Neronis Lõginum & magnos Senecæ prædiuitis hortos.Quintilianus habuit eum præceptorem, ualdeq; laudat:multa, inquit, in eo rerum cognitio: in qua tamen aliquando ab his quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus eſt.Tractauit omnem ferè ſtudiorum materiam: ſed in philoſophia parum diligens.Datur uitio quòd rerum pondera minutiſsimis ſententijs fregerit: uerum idem robuſtis & firmatis legendus.Multa enim probanda in eo, eligere modo in animo ſit: quod utinam feciſſet.Digna enim fuit illa natura, quæ meliora uellet.Caius princeps cum arenam ſine calce appellabat.Gellius ut maledicum eum taxat, utpote ſuperioribus doctis & poëtis omnibus,præſertim Ciceroni obtrectantem.Feruntur eius tragœdiæ aut alterius, ut ſupradixi: uerum Quintilianus poëmata attigiſſe ait. Præterea epiſtolæ ad Paulum apoſtolum, & Pauli ad eum: quarum meminere Auguſtinus in epiſtola ad Macedonicum, & Hieronymus de uiris illuſtribus, qui eum in catalogo ſanctorum ponit.Cuius me maxime autoritas mouet,ut eius ſcripta ac memoriam ueneratione proſequar: quum alioquin arduum mihi uideatur inter tot opes, deliciaſq; hortorum, & rei ſtudium, non cupidi potius ac luxurioſi hominis, quàm philoſophi, aut ſancti uiri, ueſtigia poſſe ſeruare. Fertur & eius epigramma: Cura, labor, metus: ac ſumpti pro munere honores: Ite alias poſthac ſollicitate animas. Fuit natura conſtantiſsimus: ſolebat illud ex oratione Demoſthenis uſurpare: ἐστὶ γὰρ ἁπάσης ἀρετῆς ἀρχὴ μὲν σύνεσις, πέρας δὲ ἀνδρεία. Vniuerſæ enim uirtutis conſultatio principium eſt: finis uerò conſtantia.

Lucanus Mela Gallio — M.Anneus Lucanus, à patre Mela, unà cum Seneca & Gallione Romam ætate ſex menſium deportatus, traditus eſt in diſciplinam Rhemnio Palæmoni & Cornuto. Saleium Baſſum,& A.Perſium condiſcipulos,& ſodales habuit.In Neronis dignationem ueniens quæſtor factus,ludum gladiatorium edidit.uxorem duxit Pollam Argentariam, Pollij Argentarij filiam doctam,ut planè ex Papinij hendecaſyllabo dignoſci poteſt. Quum in theatro Nero Orpheum pronuntiaſſet, Lucanus item, iudices coronam Lucano dedere.quod Nero grauiter ferens interdixit poëtæ foro & theatro.Papinius,Ingratus Nero dulcibus theatris,Et noſter tibi præferatur Orpheus.Igitur Lucanus odio principis Piſonianæ coniurationi adhæſit: accuſatus deinde renuit quicquam fateri aut magnifeſtare: ſed promiſſa impugnitate matrem nominauit. Acceptoq; mortis arbitrio, uenas & ipſe ſoluit uti patruus. Scripſit Saturnalia, Medeam,Orpheum,incendium urbis,& Troianum:Pharſaliam non finiuit:cuius primos tris libros cum uxore correxit.

Seuerus Attilius — Seuerus Attilius in Hiſpania,de genere illius Seueri,ad quem Lactantij duo epiſtolarum ſcribuntur uolumina:compoſuit librum Odeporicum,totius uitæ ſuæ ſtatum continentem, tam proſa,quàm uerſibus,quem uocauit καταστροφήν, id eſt, conuerſionem.Deceſsit ſub Valeriano principe. Ex Hieronymo.

Seuerus hæreticus — Seuerus item hæreſiarcha, Tatiani dogma ſequutus,à quo Seueriani.Duo item clari ſanctitate: alter præſul Rauennas tempore Iouiniani principis: qui prænoſcens exitum ſuũ, aperto ſepulcro inter filiam & uxorem ſe medium collocari iuſsit.Alter præſul Viennenſis.

Seuerini plures — Seuerini plures: unus abbas cœnobij Agaunenſis, regnante Clodoueo in Gallia. Alter ex Pannonia, profectus in Picenum, Septempedenſi ciuitati tunc claræ præfuit:qua diruta à Gothis,ſancti Seuerini oppidum iuxta eius nomini dicatum. Alius præſul Neapolitanus, frater ſancti Victorini præſulis Pictauienſis:cuius nomini oppidum in Salernitano dicatũ.Alius præſul Colonienſis.

Sextus philoſophus — Sextus Cheroneus, Plutarchi ſororis filius,philoſophus, ac diſcipulus Herodoti philoſophi ſub Marco Antonino, apud quem in honore fuit: ſcripſit Epiſcopia, & Pyrrhonia libris x.autor Suidas.Meminit etiam Philoſtratus in ſophiſtis, opus eius ad nos peruenit.Hic ille fortè quem ſcribit Hieronymus ad Seuerum principem librum de reſurrectione ſcripſiſſe: quanquam eum Chriſtianum alibi fuiſſe non inuenio.

L.Sextius — L.Sextius,qui Sallyes in Gallia ſubegit, aquaſq; Sextias condidit,nunc oppidum Aquenſe:ut apud Liuium.

M.Sextilius — M.Sextilius patria Fregellanus, quem Liuius dicit reſpõdiſſe pro duodeuiginti colonijs, quæ milites prius denegatos ſimul & tributa dare poſtea promiſerunt.

Sextilia — Sextilia,uirgo ueſtalis ſtupri damnata.

Silius Italicus — Silius Italicus,ex Italica Hiſpaniæ ciuitate, & originem & nomen traxit.Ipſe Romæ natus,in literiſq; educatus.Prima ei fori contentio fuit magna inter patronos autoritate:Ciceronem imitatus,cuius etiam uillam Formianã poſſedit. Extremam ætatem Muſis & Phœbo tradidit:ut ſatis indicat Martialis epigramma.Conſul fuit,quo tempore Nero exceſsit: proconſul Aſiam adminiſtrauit.Deceſsit annos natus L X X V.uolũtaria morte,tædio morbi,quem euadere nequaquam poſſe uidebat: uti Plinius Iunior in epiſtola demonſtrat: in qua & eũ taxat maiore cura quàm ingenio carmina feciſſe,auditorioq; ſæpe ea commiſiſſe,dicens: Imitatus eſt maxime in his Maronem,cuius etiam natalem celebrare quotannis conſueuit.

Sidonius Gallus — Sidonius Gallus præſul Aruernorum tempore Caſsiodori & Theodorici regis uir erudiſsimus ac Chriſtianus,cuius extant epiſtolæ.

Stilpon philoſophus — Stilpon, philoſophus Megarenſis,tempore primi Ptolemæi, diſcipulus Paſiclis Thebani: præfuit ſcholæ Megarenſi: ſcripſit dialogos non minus X X. Suidas.

M.Silanus cõſul — M.Silanus cõſul,aduerſus Cimbros male rem geſsit: quapropter à Domitio tribuno plebis accuſatus: dicebat enim eum iniuſſu populi cũ Cimbris bellum geſsiſſe.Idq; fuiſſe principium calamitatum,quæ poſtea eueniſſent.Deq; eo libellum quoq; edidit:ſed pleniſsime Silanus abſolutus. Duæ tamen tribus damnarũt,Sergia & Quirina, Pedianus.

M.Silanus — M.Silanus alius,ante hunc ordines ſub Africano in Hiſpania duxit:Hannonem,Magonemq; duces Carthaginenſium, in deditionem accepit.

D.Silanus — D.Silanus conſul deſign.Cicerone conſule.Saluſtius in Catilinario.

L.Silanus — L.Silanus,Claudij principis gener, maritus Octauiæ,qua ſibi erepta, dataq; poſtea Neroni, præ dolore gladio incubuit.

Syluanus — Syluanus,Troiadis præſul, Maximiani tyranni tempore, rhetor, ab initio Troili ſophiſtæ diſcipulus, Chriſtianus factus,uitam monachi dilexit. Quumq; ab Attico præſule Conſtantinopolitano prius Thraciæ ciuitatis præſul conſtitutus eſſet, poſt aliquot annos rogauit, ut inde ob immenſa frigora, quum eſſet tenui ualetudine graciliq; corpore, transferretur in mitius cœlum. Itaque ſe officio abdicans, Conſtantinopolim uenit: ubi monachum aliquandiu egit, donec Troiano populo præficeretur.Ipſe ægre ſumpto negotio quum nullam haberet excuſationem itineri ſe adcingens, portentum ex eo ſubito uiſum. Nauis enim qua in Troadem profecturus erat, diu immobilis in littore antea permanſerat,nec ulla ui mortalium dimoueri ſedibus poterat. Tunc uerò eius primum precibus ſoluta procedere cœpit. His igitur alijſq; ſignis, uir ſanctus, tum etiam doctus eſt habitus: & qui populo exemplis optimis doctrinaq; præfuerit. Extat eius uolumen diuiſum in libros V I I I.de prouidentia Dei, deq; mundi gubernatione ad Salonium præſulem. Ex hiſtoria tripert. Syluanus Tyri præſul ſenex iam ſub Diocletiano beſtijs obiectus.Alius abbas in deſerto Scythiæ.Alius præſul Nazarenus Hieronymi auditor,ſucceſſor, ac defenſor.

Simones — Simones plures. hoc etiam nomen poſt Philippum Græcis, Latinis,Hebræiſq; pariter commune.

Simon philoſophus, rhetor,ſculptor — Ex his antiquiſsimum ſanè legimus Athenienſem ac philoſophum Socratis diſcipulum fuiſſe, qui ſcripſit dialogos X X X I I I I.Alius fuit qui ſcripſit de arte rhetor.Alius medicus. Alius ſculptor.Quorum omnium autor Diogenes. Simon Magneſius muſicus egregius, qui & ipſe ſuperiorum

muſicorum more corrupto, Simodiam introduxit, ſicut & Lyſis Lyſiodiam. Strabo.

Simon grammaticus

Simon Conſtantinopolitanus ludi magiſter, circiter annos abhinc C C. compoſuit Græce metaphraſtas, id eſt, ſanctorum uitas quæ ſingulis mēſibus proprie leguntur, habenturq́; in bibliotheca Vaticana.

Simō Magus

Ex Hebræis uerò Simonem magum legimus, caput & autorem totius hæreſeos. De quo Euſebius libro I I. latiſſime. Iuſtinus philoſophus in apologia ad Antoninum principem in hanc ſententiam ſcribit: Simon quidam Samaritanus de uico Gypitho ſub Claudio principe artibus magicis & ope dæmonum ſubleuatus in urbe noſtra, complurimis per phantaſiam deceptis, Deus eſt creditus, & honore ſimulacri donatus, à uobis inter duos Tyberis pontes colitur, cum titulo Latinis literis deſcripto, Simoni Deo ſancto. Quem omnes penè Samaritæ, & nunnulli alij, tanquam Deum adorant, ac fatētur. Sed & Selenem quandam erroris comitem, quæ prius in lupanari fuit apud Tyrum, cum ipſo conſecrauerunt. Similia quoque Irenæus in primo aduerſus hæreſes libro. Quod autem, ut uulgò fertur, Petri apud Deū precibus ſublatus ceciderit, nulla ſanè apud idoneos mentio. Miror & Plinium huius non meminiſſe, quum de Neronis magica mentionem fecerit, quam multis experimentis ab eo principe curioſiſſimo uanam ac nullam eſſe deprehenſam dicit.

Simon auarus

Simon item ille qui à Petro ſpiritus ſancti gratiam mercari uolebat, unde uitio nomen inditum, alijq́; complures præter Apoſtolum: quorum

Simon Machabæus

princeps Machabæorum pater.

Simon puer Tridentinus

E noſtris quoque quem potius commemorem non habeo, quàm nouum ætate noſtra exemplum Simonis pueri Tridentini. Hic ſedente Sixto I I I I. pont. die Veneris ſancti à Iudæis clam comprehenſus, ac omnibus cruciatibus prius adfectus, demum cruci adfixus eſt. Ex quo templum ei ueluti martyri dicatum.

Simonides

Simonides etiam plures, ſed potiſſimi poëtæ duo, alter Cæus & Melicus: alter Teius & Iambicus. Melicum Suidas dicit emicuiſſe Olymp. L V. uixiſſe annis L X X I X. ſcripſiſſe Dorica lingua Cambiſis & Darei res geſtas, ac Xerxis bellū maritimum: præterea threnos, encomia, epigrāmata, pæanas, tragœdias, nænias, & alia. Cicero autem de oratore, artem memorandi inueniſſe dicit his uerbis: Simonides Cæus primus artem memorandi inueniſſe fertur. Quum cœnaret in Theſſalia apud Scopam fortunatum hominem, conciniſſetq́; id carmen quod in eum ſcripſiſſet, in quo multa ornandi cauſa poëtarum more in Caſtorem & Pollucem ſcripta fuiſſent, nimis illum ſordide Simonidi dixiſſe ſe dimidium eius ei quod pactus eſſet pro illo carmine daturum, reliquum peteret à Tyndaridis, quos æque laudaſſet. Haud multò pòſt nuntiatur Simonidi, ut prodiret, iuuenes ſtare ad ianuam duos, qui eum magnopere uocarent: ſurrexiſſe illum ac uidiſſe neminem: hoc interim ſpatio conclaue illud, ubi epularetur Scopas, cōcidiſſe, ea, ruina ipſum oppreſſum cum ſuis interiſſe: quos quum humare uellent ſui, nec poſſent obtritos internoſcere ullo modo, Simonides dicitur ex eo quod meminiſſet, quo loco quiſque cubuiſſet, demonſtrator uniuſcuiuſq; ſepeliendi fuiſſe. Hac re tūc admonitus, inueniſſe fertur ordinem eſſe maxime qui memoriæ lumen adferret. Plinius octauam chordam in lyra inueniſſe dicit. Euſtathius uerò tris duplices literas, ξ, ψ, θ. De Iambico autem Quintil. ſic refert.

Simonides Teius

Simonides Teius alioquin ſermone proprio & iucunditate quadam cōmendādus: præcipua tamen eius in commouenda miſeratione uirtus, ut quidam in hac eum omnibus eiuſdem operis autoribus præferant, in quibus ſanè diſſidere uidentur autores. Iambicum poëtam Teium Strabo fuiſſe dicit. Suid. uerò Caryſtium ſiue Erythreum, qui ſcripſit Græcorum apud Aulidem conuentum, trimetorum libros duos, & alia. Præter hos,

Simonides Melicerta

alios duos ponit: unum filium ſororis Simonidis Cæi, cognominatum Melicertam, qui ante bellum Peloponneſiacum fuit, ſcripſitq́; genealogiam libris tribus:

Simonides Magnes

alterum Simonidem Magnetem poëtam, Antiochi magni tempore, cuius res geſtas ſcripſit, ac bellum aduerſus Galatas.

Syrianus

Syrianus Alexandreus philoſophus Platonicus, docuit Athenis: ſcripſitq́; in totum Homerum commentarios V I I. In rempublicam Platonis, & alia. Huius diſcipulus & ſucceſſor fuit Proclus. Suidas.

Syneſius

Sineſius è Pentapoli Africæ philoſophus Chriſtianus, præſul Ptolemaidis factus, ſcripſit libros in grammatica, philoſophia, panegyricos, epiſtolas, & alia. Suidas Huius operum bona pars extat.

Symmachus interpres

Symmachus, unus ex interpretibus ſacrorum librorum, ſecta Ebionius, quæ Chriſtum è Ioſepho & Maria natum putat, uti ſuprà commemoraui: commentarios quoſdam conſcripſit, in quibus conatur ex euangelio Matthæi inſaniam hanc probare. Hos Origenes cum interpretatione ipſius Symmachi ſcribit ſe apud Iulanum quendam comperiſſe, qui ſe diceret hos libros ab ipſo Symmacho ſuſcepiſſe. Ex quo uidere licet Origenis ferè temporibus eum fuiſſe. Ex Euſeb. Symmachus alter ſenator, uir doctus, Boetij ſocer.

Symmachus orator

Symmachus Romanus orator, miſſus à ſenatu Cōſtantinopolim ad Theodoſij liberos, rogatum ut Veſtales à Chriſtianis deſtrui minime pateretur. Cuius rei gratia putabant aduerſa multa ſe à dijs fuiſſe paſſos. Eius igitur orationem & Prudentius & Ambroſius qui huius meminerunt, acerrime confutarunt.

Syloſon

Syloſon Polycratis Samiorum tyranni frater, quum priuatus Dareo Hiſtaſpis filio manopere optanti ueſtem quam ferebat aliquando largitus eſſet, ille poſtquàm eſt rex factus, dono tyrannidem Samiorum ei dedit, qui acerbe imperauit. Quare urbs ab hominibus deſerta: unde prouerbium manauit: ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρία: Syloſontis opera locus amplus. Strabo X I I I I.

Simmias

Simmias philoſophus Thebanus ſcripſit dialogos X X I I I. qui ordine à Diogene commemorantur.

L. Siſenna

L. Siſenna Romanus orator & hiſtoricus, paulò ſupra tempora Ciceronis. de quo ipſe Cice. in oratore. L. Siſenna doctus uir & ſtudijs optimis deditus tum Latine loquens, grauis reipublice non ſine facetijs, neque laboris multi, nec ſatis uerſatus in cauſis, interiectusq́; inter duas ætates Hortenſij & Sulpitij, nec maiorem conſequi poterat, & minori uecesſe erat cedere. Huius omnis facultas ex hiſtoria ipſius percipi poteſt, qua cum facile uincat omnis ſuperiores, indicat tamen quantum abſit ab ſummo, quanquam hoc genus ſcriptionis nondum ſit ſatis Latinis literis illuſtratum. Et paulò inferius. Siſenna emendator ſermonis

C. Rufius

uſitati quum eſſe uellet, ne à C. Ruſſio quidem accuſatore deterreri potuit, quo minus inuſitatis uerbis uteretur. Nam quum in defenſione Chrytili Supputatillica dixerit, tunc Ruſſius accuſator, circumuenior iudices, inquit, niſi ſubueniatis. Sicenna quid dicas, neſcio, metuo inſidias, quid eſt hoc Supputa, quid ſit ſcio, tillica neſcio.

Solon

Solon Salaminius genere, unus è ſeptem ſapientibus, Athenienſibus leges dedit, ac eas

Draconis ſeueritas

quas Draco tulit, præterquam quæ de cæde erant, omnes propter aſperitatem magnitudinemq́; pœnarum abrogandas curauit. Nam unà omnibus pœna conſtituta fuerat, ut etiam qui otij damnati eſſent, aut qui holera ſubripuiſſent, capite plecterentur. Ob quam cauſam Demades dicere ſolebat, Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. Legem Siſachtheam tulit, qua bona tantum non corpora uti prius debitorum eſſent obnoxia creditoribus. Florebat in republica tunc Pyſiſtratus, qui plura pro patria geſſerat, æmulus laudibus Solonis cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquentia plus potuit apud populum, quàm huius ſapiētia. Ceſſit ſponte Solon tyrannum fugiēs prius in Aegyptum, deinde in Cyprum, poſtremo ad Crœſum regem: cuius quum opes uideret, oſtentanti Crœſo atque interroganti, num quis eo felicior eſſet: reſpondit, Tellum quendam pauperem admodum

Tellus

alioquin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

alioquin iuſtum Athenis agentem: ſimul adfirmans nihil eſſe felix quod temporum mutationi ſubiaceat, felicitatem finem tantum indicare. Cuius ſententiæ Crœſus poſtea à Cyro captus meminiſſe dicitur. Solon inde in Ciliciam profectus ciuitatem à ſuo nomine Solos ædificauit, in qua Athenienſes colonos ſtatuit, qui interuallo temporis ab Attica lingua deſciſcentes, ſolœcizare dicti ſunt. Vnde uerbum ſolœciſmus tractum. Deceſſit in Cypro annorum L X X X. mandauit oſſa Salaminem transferri, ibiq́; per regionem proijci ac diſſipari, ne Athenas inferrentur, quoniam diſcedens iureiurando ciues adegit, non antiquaturos leges ſuas, donec rediret. Reliquit etiam conciones & epiſtolas quaſdam. Emicuit olymp. X L V I. Hic poſtremo traditur, quanquam grauiſſimus fuerit, ſera iam ætate cum Theſpidis tragœdiam ſpectaret, paulatim otio ſe dediſſe, ac uitæ molliori, quod ſanè declarant illa carmina ipſius. Dum propero ad ſenium diſcere multa libet, Grataq́; ſunt Veneris nobis & dulcia Bacchi, Quæq́; uiris Muſæ munera grata ferunt. Epigramma ſepulcro Cicero huiuſcemodi commemorat: Mors mea non careat fletu, linquamus amicis Mœrorem, ut celebrent funera cum lacrymis. Ex Plutarch. Soſicrate, Diogene.

Sophocles tragicus

Sophocles Athenienſis tragicus poëta, æqualis Periclis eius collega quandoque in prætura. Docuit, teſte Suida, tragœdias C X X I I I. tulit uictorias X X I I I. Deceſſit poſt Euripidem annos V I. Cui ſtyli magnitudine præfertur, licet eius ſententijs inferior. Primus uſus eſt tribus hiſtrionibus, hoc eſt, tritagoniſta. Chorum induxit X V. iuuenum, quum prius X I I. tantum intrarent: appellabatur Apis, ob linguæ dulcedinem. Filios ſuſcepit, Leophontem, Leoſthenem, Ariſtonem, Stephanum, Meneclidem. Hæc ex Suida. Gel. autem ſcribit, quòd filij patrem tanquam ſenio delirantem, adminiſtratione rei familiaris interdixerunt. At ille tragœdiam protulit nuper ab eo ſcriptam iudicibus, uti uiderent an id eſſet opus deliri ſenis: quare reſtitutus, ſapereq́; magnopere uiſus eſt. Valer. quoque ait hunc ex inſperato gaudio ob uictoriam ex tragœdia quadam repentino obijſſe.

Sophocles iunior

Memoratur & à Suida Sophocles alter nepos ſuperioris, poëta item tragicus, qui docuit tragœdias X L. uicit V I I I. ſcripſit & elegos.

Sophocles grammat.

Sophocles etiam grammaticus, minor appellatus, qui enarrauit Lycophronem, Apollonium, pluresq́; poëtas: cuius opera habemus. Sophocles alius, dux Athenienſium, Soſtratide filius, apud Thucydidem.

Sopater

Sopater ſophiſta, Iamblyci diſcipulus, in magna fuit apud Conſtantinum magnum dignatione, eiq́; adſidebat conſiliarius. Calumniam ab inimicis paſſus quòd cauſa caritatis annonæ Conſtantinopoli fuiſſet, inſons eiuſdem iuſſu imper. ſecuri percuſſus eſt. autor Eunapius in libro ſophiſtarum. Apameus Sicyonius uel Thebanus comicus hiſtoricus, ſcripſit epitomen in plures autores. Suid.

Sophilus

Sophilus Sicyonius, uel Thebanus comicus mediæ comœdiæ, ipſius fabulas nonnullas commemorat Athenæus.

Sophron

Sophron Syracuſanus Xerxis & Euripidis tempore, ſcripſit mimos uiriles, & mimos fœmineos lingua Dorica, & ſoluta oratione. Dicitur & Plato quum in eos incideret, obdormire ſolitus. Fuit alius ſiue idem comicus, cuius fabula πορθέρα, ut ait Athenæus.

Soranus

Soranus Epheſius medicus Alexandriæ profecit. Deinde Romam uenit, ubi artem exercuit, Traiani & Hadriani temporibus. Libros plures optimosq́; compoſuit. Suid. Eſt & Valerius Soranus, qui inter Valerios dicetur.

Soſibius

Soſitheus

Soſibius grammaticus Laconicus. Soſitheus Syracuſanus unus de numero eorum, qui Pleiades appellantur apud Ptolemæum, æmulus Homeri tragici. Suid.

Soſipatra

Soſipatra fœmina uates ac doctiſſima è Libya, uxor Aedeſij ſophiſtæ, educata dicitur à quibuſdam numinibus. autor Eunapius lib. ſophiſtarum.

Soſtratus architectus

Soſtratos plures fuiſſe conſtat: primus Plinio & Strab. teſtibus, architectus, qui turrim excitauit in inſula Pharo, iuſſu Ptolemæi Philadelphi ad oſtendendos nocturnos ignes nautarum curſibus eiq́; nomen ſuum inſcripſit, quod regem fuiſſe paſſum admiratur Plinius. Idem quoque penſile Cnidi ambulacrum feciſſe traditur.

Soſtratus ſculptor

Alius qui ex ære & alio modo ſigna faciebat, teſte eodem Plin. Tertius ſacerdos Cereris apud Tacitum.

Soſtratus uates

Quartus uates, qui per furorem multa Græcis prædixit. Nam Bacchis Nauſeus, & Soſtratus Athenienſis Xerxis aduentum prædixerunt, ut autor Herod.

Soſtratus Acrocherſites

Quintus Soſtratus Sicyonius cognomento Acrocherſites, ut ait Suid.

Sotades

Sotades Maronites poëta turpiſſimus Iamborum ſcripſit libros, quos appellauit Cinædos lingua Ionica, ubi libidinum laſciua ſpecies & deſcriptio inerat. Fuere & alij duo Athenienſes, alter comicus mediæ comœdiæ, alter philoſophus, qui ſcripſit de myſterijs librum primum. Suid. De primo Martial. dicit: Nec retro lego Sotadem cinædum. Retro enim eius carmina legebantur, ut ſenſus tegeretur: ut illud, Laus tua non tua fraus, uirtus non copia rerum Scandere te fecit hoc decus eximium. De Sybariticis item libellis laſciuis alibi diximus.

Soteridas

Soteridas Epidaurius ſcripſit muſicæ libros tris, ut ait Dionyſ.

Sotericus

Sotericus Aſites poëta, ſub Diocletiano ſcripſit Encomium Diocletiani, Baſſarica ſiue Dionyſiaca, uitam Apollonij Tyanei, & alia. Suid.

Sophronius

Sophronius uir apprime eruditus, Græcis præſertim literis, pſalterium & prophetas, quos Hieronymus ex Hebræo in Latinum uerterat, in Græcum rurſus ſermonem ipſe uertit, ſimul cum alijs quibuſdam opuſculis, ut ipſe Hierony. teſtatur.

Sophronia caſta

Sophronia matrona Romana, altera Lucretia Chriſtiana, cum uim Decij principis uideret ſeſe paſſuram, conſentiente uiro, adrepto gladio ſeipſam transfixit, ac inter ſanctas mulieres relata. autor Euſeb. in hiſtoria.

Sophia cum I I I. filiabus

Sophia mater feliciſſima, tris filias Fidem, Spem, & Charitatem ſub Hadriano pro Chriſti nomine iugulatas, alacriter uidit, ſepeliuitq́; X V I I I. ab urbe miliario.

Socrates

Socrates patria Athenienſis, patre Sophroniſco, matre Phanariſta obſtetrice, Archelai phyſici diſcipulus, primus omnium de moribus diſſerere cœpit, philoſophiam è cœlo ad res humanas conuertendo. Cum ipſe præter cæteros ſuo tempore mortales & uita caſtiſſimus, & moribus patientiſſimus fuerit, exempla urtiuſque rei conſtant. Nam & patientiam Gellius pulchro ſcommate refert. Cum uxorem Xantippen contumacius ac clamoſius in ſe agentem diu tolcraſſet, poſtremo aqua eſſet ab ea perfuſus, cœpit ridens dicere, Sciebam Xantippem tonantem quandoque pluituram. Caſtitatis illud ab Aeliano memoratur, quod Zopyrus phyſignomus dixiſſe fertur Socratem ex phyſiognomia omnium libidinoſiſſimum eſſe: ciuibus autem tanquam falſa locutum eum ridentibus, Socrates minime mentitum dixit, ſed naturæ uim ſe animi uirtute attuliſſe. Cicer. tamen de diuinat. non laſciuum, ſed bardum, ac mente ſtupidum & obtuſum dicit: Nihil unquam ſcripſiſſe conſtat, ſed eius diſſertationes à Platone commemorantur. Victu alioquin facili, quòd proximum dijs maxime putaret, qui minimis egeret. Dæmonem ſe habere fatebatur, qui ei futura prædiceret. Acccuſatus poſtremo ab Athenienſibus, quòd de dijs male ſentiret, ac in carcere cauſam dicere iuſſus neglexit, & Lyſiæ orationem elegantiſſimam in eius defenſionem ei traditam reſpuit, dicens optimam quidem eſſe, ſed Socrati minime conuenire, hauſtoq́; cicutæ poculo exceſſit: Cicero de orator. ſi ait: Lyſiæ orationem Socrates ſpreuit, tanquam calceis Sicyonijs non uteretur, quamuis eſſent habiles, quia nimis expoliti: ſic illam orationem diſertam ſibi uideri, ſed fortem ac uirilem non uideri. Solebat item dicere, teſte Aeliano, otium fratrem eſſe libertatis, indicioq́; eſſe Perſas & Indos, qui perpetuo liberi in otio degunt. At contra negotijs intentos Lydos & Phryges, qui ſeruiunt. Fuere item alij huius nominis à Diogene commemorati no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Socrates pictor bis obſcuri, qui autem claritatem habeant, duo, alter pictor,
inter cuius opera, piger qui appellatur ὄκνος ſpartum tor-
Ocnus quens quod aſellus arrodit. autor Plin. Pauſanias autem di-
cit hunc à Polygnoſto pictum, uti ſuprà dixi. Propert. ad
hanc tabellam adludens ait, Dignior obliquo funem qui tor-
queat ocno, Adſiduusq; tuam paſcat aſelle famem. Alter
Socrates hiſtoricus. Conſtantinopolitanus, qui hiſtoriam eccleſiaſticam à tem-
pore apoſtolorum uſque ad Chriſoſtomum ſcripſit, quo tem-
pore fuiſſe par eſt: unus ex his qui in tripertita connectitur
hiſtoria: reliqui Theodoretus & Sozomenus Græci autores.
Sozomenus Eſt alter Sozomenus preſbyter Piſtorienſis, qui hiſtoriæ uni-
Socion uerſalis immenſum edidit uolumen. Socion philoſophus pe
ripateticus, genere Hiſpanus, ſcripſit κέρας ἀμαλθέας, id eſt,
cornucopiæ, librum multæ uariæq; doctrinæ refertum. autor
Spartacus Gell. Spartacus dux gladiatorum, qui pop. Rom. bellum mo
uit. Superatus à P. Craſſo. Cicero M. Antonium alterum Spar
Speuſippus tacum uocat. Speuſippus philoſophus, Platonis ſororis filius
Spintharus compoſuit dialogos à Diogene commemoratos. Spintharus
Corinthus nobilis architectus, Delphicum templum ædifica-
uit. autor Pauſanias. Alter Athenienſis Oebali pater. Spu-
Spurinæ rina dux regis Parthorum qui Craſſum interemit. Item ma-
thematicus ac uates, qui Cæſari prædixit, ut Martias caue-
ret eidus, cuius Tranquil. in Cæſare, & Valer. meminere.
Tertius huius nominis adoleſcens egregia forma, qui cum
fœminas uiroſq; ad libidinem aſpectu decoro inuitaret, oris
pulchritudinem uulneribus ſponte dehoneſtauit. autores Va-
ler. de uerecundia, & Ambroſ. libro III. de uirginitate.
Staſeas Staſeas Neapolitanus, philoſophus Platonicus. Cic. de fini-
Steſichorus bus. Steſichorus poëta lyricus, ex Himera Siciliæ ciuitate
olymp. XXXVIII. deceßit Cataniæ, quò profugus uene-
rat, ſepultusq; ante portam, quæ à nomine ipſius Steſicho-
ria dicitur. Fratrem habuit Mamertinum optimum geome-
tram. Dicitur & ſcripſiſſe Helenæ uituperationem, ex quo
exoculatum fuiſſe, rurſusq; ob palinodiam uiſum recuperaſſe.
Vocatusq; eſt Steſichorus, quoniam primus cum citharæ can-
tu chorum conſtituit. Nam prius Tiſias uocabatur. autor
Suidas. Quintilianus uerò ſic eum taxat. Steſichorus quàm ſit
ingenio ualidus, materiæ quoque oſtendunt, maxima bella
& clarißimos canens duces, Lyrici carminis dignitatem cur-
ua ſuſtinens lyra. Reddit enim proteruis in agendo ſimul
loquendoq; debitam dignitatem, ac ſi tenuiſſet medium, ui-
deretur æmulari proximus Homerum potuiſſe, ſed redun-
dat & offenditur: quod ut reprehenditur, ita copiæ uitium
Steſimbrotus eſt. Steſimbrotus Tarſius hiſtoricus ſcripſit res geſtas Ci-
Stilpo monis ducis Athenienſium: ut ait Plutar. Stilpo Megaren-
ſis philoſophus tempore primi Ptolemæi, diſcipulus Paſiclis
Thebani, præfuit ſcholæ Megarenſi: ſcripſit dialogos non
minus XX. Suid. Hunc Cicero de diuina. dicit ebrioſum ac
libidinoſum fuiſſe natura, quam & uoluntate & ſtudio lite-
rarum pertinaci adeo uicerat, ut nihil in eo laſciuum inueni-
Stratones ret. Stratones octo, primus Iſocratis auditor, ſecundus Lam
pſacenus Theophraſti diſcipulus. III. medicus, qui Eraſi-
ſtratum audiuit. IIII. hiſtoricus. V. poëta epigrammatum.
VI. antiquus medicus, ut ait Ariſtoteles. VII. peripateti-
Strato Bruti cus, qui uixit Alexandriæ. hæc Diogenes. VIII. Strato-
nem Plutarchus in uitis ponit, præceptorem rhetorices ac
familiarem Bruti qui unà cum eo in bello Philippenſi fuit, ſo-
lusq; adhibitus, dum ſibi ille mortem conſciuit. Conciliatus
poſtea Auguſto per M. Meſſalam, qui comes ad bellum
Actiacum fuit. Lacrymans enim Meſſala, hic eſt, in-
quit Auguſto, qui meo Bruto gratias extremas ſubmini-
Strato Sidonius ſtrauit. Aelianus quoque de uaria hiſtoria, Stratonem Sido-
nium quendam ſcribit in conuiuijs ualde delicatum, ac lauti-
tia uictus, amicißimumq; Neoclis Cyprij regis pari luxuria
Suidas certantis. Suidas, cuius lexicon multi auxere autores. Eu-
demus orator, qui ſcripſit dictionarium ex ordine literarum.
Helladius, Theodoſio iuniore imperante, Eugenius ex Au-
guſtopoli Phrygiæ urbe, Zoſimus Gazeus, Cæcilius Siculus,
Longinus Caſius, Lupercus Berytius, qui ſcripſit de At-
ticis dictionibus, Iuſtinus, Iulius ſophiſta, qui ſcripſit epi-
tomen linguarum Pamphili, de conſuetudine Attica, Pam-
philus, qui edidit pratum dictionum, Zopyrio, Pollio Ale-
xandrinus, qui item de Atticis dictionibus per ordinem li-
terarum: igitur hi omnes Suidæ operi agglutinati ſunt. Sui-
dam alterum inter ſculptores clarißimos ponit Pauſanias.
L. Cornelius Sulla, nominis etymum à Sibylla trahit teſte L. Cor. Sulla
Macrobio. Bello Punico II. ludi primum inſtituti ex li-
bris Sibyllinis, ſuadente Cornelio Rufo, qui propterea Si-
bylla cognominatus eſt, poſtea corrupto nomine cœpit Sul-
la uocari. Felix ob ſucceſſus appellatus. Nam mulier quon-
dam obuiam ei puero, ſalue dixit puer, & tibi & Reipu-
blicæ felix, quæ poſtea uideri amplius non potuit. Primum
quæſtor Marij, Iugurtham à Boccho in deditionem accepit:
bello Cimbrico & Teutonico legatus bonam operam naua-
uit. Prætor inter ciues ius dixit. Idem Siciliam prouinciam
habuit: bello ſociali Samnites Marſoſq; ſuperauit. Ne mo-
numenta Bocchi tollerentur Mario reſtitit: conſul Aſiam
ſortitus, Mithridatem apud Orchomenum & Cheroniam
prælio fudit. Archelaum præfectum eius Athenis uicit, por-
tum Piræum recepit. Medos & Dardanos in itinere ſupe-
rauit. Mox cum rogatione Sulpitia imperium eius tranſ-
ferretur ad Manlium, in Italiam regreſſus, corruptis ad-
uerſariorum exercitibus, Carbonem ex Italia expulit, Ma-
rium apud Sacriportum, Theleſinum apud portam Colli-
nam uicit. Mario apud Præneſte interfecto, felicem ſe edi-
cto appellauit. Proſcriptionis tabulas primus propoſuit, no-
uem millia dedititiorū in uia publica occidit. Numerum ſacer
dotum auxit. Tribunitiam poteſtatem minuit. Republica
ordinata dictaturam depoſuit. Vnde ſpe deceptus, Puteo-
los conceßit, & morbo phthiriaſi interijt. Hæc Cæcilius.
Sulla rerum potitus, corpus Marij iam defuncti reuulſit at-
que diſiecit. Quapropter ut ait Plinius, ueritus talionem,
cremari corpora inſtituit. Tota Italia proſcriptiones fecit,
proſcriptorum liberos & bonis & petendorum honorum
iure priuauit, quam legem antiquare deinde conatus eſt Ci-
cero in oratione de liberis proſcriptorum. Per u, ſcriben-
dum hoc nomen nummi antiqui docent, tum Romæ inſcri-
ptio marmoris celebris apud ædem diuæ genitricis de por-
ticu huiuſcemodi: L. Cornelio, P. F. Sullæ procos. VII. ui-
ro Epul. clientes cos. P. Suilla à Torquato accuſatus inter P. Suilla
Catilinæ coniuratos fuiſſe, defenditur à Cicerone cos. qui
& obtinuit. Sulpicius, per c, ſcribitur in marmoribus ue-
terum. Q. Sulpicius Priſcus oppidum Labicos corona cir- Q. Sul. Priſcus
cundatum, ſcalis captum diripuit, cenſuitq; ſenatus frequen-
tem coloniam deducendam. Coloni ab urbe MD. mißi. Li-
uius libro IIII. C. Sulpitius Potitus dictator creatus, C. Sul. Potitus
reliquias Brenni apud Præneſte ſtratagemate uicit, mulis
cum agaſonibus in inſidijs collocatis, unde triumphum egit.
Deinde conſul Soram expugnauit, Samniteſq; apud Male-
uentum ſuperauit, cæſis ex eis ad XXX. millia. Fronti-
nus libro II. & Liuius libro VII. Seruius Sulpitius gener
Fabij Ambuſti, uide in Fabio. C. Sulpitius Gallus, maxi- C. Sul. Gallus
me omnium nobilium Græcis literis ſtuduit, & fuit reliquis
rebus atq; ornatus elegans. Is prætor ludos Apollini fecit, in
quibus cum Thyeſtem fabulam docuiſſet, Ennius mortem
obijt. Cicero in Bruto. Valer. quoque hunc aſtrologiæ peritiſ-
ſimum fuiſſe tradit, primumq; qui in exercitu Pauli Aemylij
contra Perſeum eclipſim lunæ noctu factam, militibus admi-
rantibus enarrauit. P. Sulpitius conſul primus, qui ad bel- P. Sul. cos.
lum Macedonicum miſſus equeſtribus prælijs cum Philippo
proſpere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Seru. S. Galba

proſpere pugnauit, auxiliantibus rege Attalo, ac Rhodijs. Liuius de bello Macedonico. Ser. Sulpitius Galba prætor, ad initium III. belli Punici, male aduerſus Luſitanos pugnauit. Liuius libro XLVII.

P. Sul. orator

P. Sulpitius, & C. Cotta, uiri eloquentiſsimi, oratoresq; maximi, qui Craſſo & Antonio oratoribus ſucceſſere, à Cicerone in dialogo de oratore introducuntur. Tribuni plebis ſimul etiam fuere. Cotta qui Sullanas partes ſequebatur, à Marianis deinde & tribunatu & ciuitate deiectus. Sulpitius autem Mario fauebat, quo autore, quum pernicioſas leges promulgaſſet, ut exules reuocarentur, & ut Mithridatico bello dux crearetur, quod iam Sullæ decretum fuerat, præterea Q. Pompeio, & L. Sullæ uim intuliſſet: Sulla deinde cum exercitu in urbem ueniente, ac rerum potito, latitans ob metum, à ſeruo ipſius proditus necatur. Seruum Sulla prius libertate pacta conceſſa, de ſaxo præcipitauit ob ſcelus. De hoc autem Sulpitio Cicero in oratore ſic ſcribit: Fuit enim Sulpitius, uel maxime eorum quos ego audiuerim grandis, & ut dicam, tragicus orator; uox quum magna, tum ſuauis & ſplendida. Geſtus & motus corporis ita uenuſtus, ut tamen ad forũ non ad ſcenam inſtitutus uideretur. Incitata & uolubilis, nec ea tamen redundans, nec circũfluens oratio. Craſſum imitari uolebat. Cotta uerò malebat Antonium: ſed ab hoc uis aberat Antonij, Craſsi ab illo lepos.

Ser. Sul. Iuriſconſultus

Seruius Sulpitius iuriſconſultus, non facile dixerim, quantum & ad dicendum, & ad omnes bonarum artium diſciplinas adhibuit curæ. Nam & in eiſdem exercitationibus, & ab ineunte ætate fuimus, & poſtea unà Rhodum ille etiam profectus eſt, quo melior eſſet & doctior. Et inde ut redijt, uidetur mihi in ſecunda arte primus eſſe maluiſſe quàm in prima ſecundus. Atque haud ſcio an par principibus eſſe potuiſſet: ſed fortaſſe maluit id quod adeptus longe omnium non eiuſdem modo ætatis, ſed eorum etiam qui fuiſſent, in iure ciuili eſſe princeps. Cicero in Bruto. Pomponius autem libro primo digeſtorum ait: Quum primum locum poſt Ciceronem in orando obtinuiſſet, Scæuolamq; ſuper quadam clientis cauſa conſuleret, ac reſpondentem parum intellexiſſet, Scæuolam dixiſſe, Turpe eſſe uiro patricio & nobili, ſcientiam in qua quotidie uerſaretur ignorare: ob quem cauillum Sulpitium poſtea pertinaciter iuris ſcientiæ incubuiſſe. Exceſsit in legatione miſſus à ſenatu ad M. Antonium, quem Cicero in Philippicis magnopere laudat, decernitq; ſtatuam pedeſtrem à ſenatu ſtatuendam. Quintilianus ait, eum tribus orationibus inſignem gloriam meruiſſe.

Sulpitia paterculi filia

Sulpitia Paterculi filia, uxor Fuluij Flacci, è centum lecta matronis, quæ ob pudicitiam ſimulacrum Veneris è libris Sibyllinis dedicaret, autor Liuius.

C. Suetonius Tranquillus

C. Suetonius Tranquillus, Suetonij Lenis XIII. leg. in bello Othoniano Tribuni filius, Hadriani principis epiſtolarum magiſter fuit: quo poſtremo excidit, quod Sabinam uxorem amare ob nimiam familiaritatem uenerit in ſuſpicionem. Plinij Iunioris amiciſsimus fuit, à quo etiam per epiſtolam admonetur, ſuadeturq; ad opus edendum, quum iam lima non expolire, ſed exterere uideretur. Scripſit plura, è quibus de grammaticis libellus, quem imitari ſe noſter Hieronymus in tractatu de uiris illuſtribus fatetur. Præterea uitæ Cæſarũ, in quo opere cũctis in eo genere facile præſtitit, opinio grammaticorum nonnullorum eſt primam Cæſaris haud integram reperiri, quum uériſimile non ſit ipſius incunabula generis tacuiſſe, adeoq; ex abrupto exorſum eſſe, quum cæterorum omnium etiam ignobilium altius originem repetierit. Itaque Iulius Cæſar in principio addita eſſe uerba.

Suetonius Optatianus

Fuit item alter Suetonius Optatianus Taciti principis tempore, qui eius uitã perſcripſit: ut ait Vopiſcus.

Saturninus Vetulio

Saturninus Vetulio uir nimia calliditate, ubi ſe proſcriptum à triumuiris comperit, cõfeſtim inſignia præturæ recepit quum priuatus eſſet, præmiſſoq; longo ſeruorum ordine, qui lictorum ſpeciem præ ſe ferrent, per omnis terras occupatis hoſpitijs tam conſtanter anteibat, ut magiſtratum pop. Rom. crederent. Quumq; Puteolos ueniſſet, naues in ſtatione repertas ceu publicæ neceſsitatis gratia, nullo aduerſante cepit: quibus in Siciliam transfretans, periculum euaſit. Valerius.

Saturninus Apuleius

Saturninus Apuleius, de quo uide in Apuleio.

Saturninus martyr

Saturninus martyr ſub Maximiano, damnatus ad extruendas Thermas Diocletianas, fodiendamq; arenam.

Saturninus hæreticus

Saturninus Antiochenus, & Baſilides Alexandrinus poſt Menandrum illum maleficum apparuere, paulo poſt apoſtolos: quorum Saturninum eadem ferè commentatum quæ Menandrum, ſcripſit Irenæus. Baſilidem uerò prætextu myſticæ doctrinæ ualde deliraſſe. Aduerſus quem uirum Agrippa caſtor celebris ſcriptor librum edidit, ubi eum acerrime confutat, dicitq; ſcripſiſſe in euangelium XXIIII. cõmentarios, prophetasq; ſibimet nuncupaſſe, quoſdam Barabbam & Barcob, aliosq; qui nunquam extiterunt, barbaris nominibus appellatos, quo terribiliores uiderentur. Dicere præterea immolata, & euchariſtiam, uel inexpiatis ſumere, fidemq; in metu abſq; uitio deſerere licere. Sectatoresq; ſuo more Pythagoreorum quinquennio ſilere iubebat. Sed & Carpocratem quendam eodem fuiſſe tempore, alterius ſuperſtitionis principem. Hæc ferè Euſebius lib. III. & IIII.

Sarpedones

Sarpedones duo: alter qui Lycios Troadis populos duxit ad Troiam, Bellerophontis & Laodomiæ filius. Alter Cretenſis, Minois & Rhadamanthi frater, qui in Lyciam, quæ apud Cariam eſt, regnatum uenit. autor Euſtathius grammaticus.

Sardanapalus

Sardanapalus rex Mediæ, ut ait Ariſtobulus, ſepultus cum imagine ſua, his uerbis ac literis Aſſyrijs: Sardanapalus, Anacyndaraxis filius, Anchialem & Tarſum uno die condidit. Ede, bibe, & lude: & quando te mortalem noris, præſentibus exple Delicijs animum: poſt mortem nulla uoluptas. Namque ego ſum puluis, qui nuper tanta tenebam. Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido Hauſit, at illa iacent multa & præclara relicta. Strabo.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VRBANORVM
LIB. XX.

L. Taberius

LVCIVS Taberius Eros emptus de cataſta, propter literarum ſtudium manumiſſus, docuit inter cæteros Brutum & Caſsium. Sunt qui tradãt tanta eum honeſtate præditum, ut temporibus Sullanis, proſcriptorum liberos gratis & ſine mercede in diſciplinam receperit. Tranquillus.

Thales Mileſ.

Thales Mileſius, unus è ſeptem, primus omniũ aſtrologiæ ſecreta penetrauit. De urſa minore diſſeruit, ut ait Callimachus: ut Eudemus ſolis eclipſim primus prædixit: ut Hippias & Ariſtoteles, inanimis etiam animas putauit, idq; ex magnete lapide deprehendiſſe. Huic tripus aurea à piſcatoribus Mileſijs reperta, dum res in lite uerteretur, ex oraculo Apollinis iudicantis, eam ſapientiſsimo dari oportere, delata eſt. Deinde per manus omnibus ſeptem ſapientibus tradita, ad Solonem peruenit, qui illam Delphos remiſit ad Phœbum, ut qui Deum hominumq; ſapientiſsimus eſſet. A Thalete Ionica fluit diſciplina, ſicut à Pythagora Italica. Exceſsit olymp. LVIII. dum certamen gymnicum ſpectaret, æſtu ac ſiti lapſus, iam ſenex, ex Diogene.

Thales poëta

Thales Cretenſis poëta Lyricus, quem è Creta Solon Spartam miſit, cuius odis ac poëſi Spartani deliniti, animorum feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imbutam caſtigabant: autor Plutarchus in Solone.

Talus

Talus, hunc æreis pedibus finxit Iupiter, cuſto-

demq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

demq́; poſuit Europæ, ac celeritate ter quotidie Cretam obibat. Apollonius in Argonauticis: τρὶς περὶ χαλκέοις κρήτην ποσὶ δινεύοντα. Hunc igitur Catullianum carmen innuere uidetur, Non ſi cuſtos foret ille Cretum, hoc eſt, uelocitate uinceret. Quod quidã de Dædalo male intelligunt.

Thamyras poëta

Thamyras Thrax, poëta & muſicus. Feruntur ipſius in theologia uerſus ad tria millia: ſcribitur ab Homero certaſſe de cantu cum muſis, ideoq́; oculis captus. De eodem in libro prouerbiorum Græcorum ſic ſcribitur: Thamyras quam pulchritudine omnes præcelleret, ab initio mares dilexit, deinde præter eius conſuetudinem Muſis amauit, ac cum eis de cantu certauit, hac conditione, ut uictor complexu potiretur. Victus, quod eis luberet, pateretur. Itaq; ſuperatus, & oculis & lyra priuatus eſt: ex quo prouerbium manauit, in eos qui præter ingenium proprium aliquid agunt, θάμυρις μαίνεται, Thamyras inſanit.

Taurus

Taurus Berytius philoſophus Platonicus ſub Antonino principe: ſcripſit de differentia ſectarum Platonis & Ariſtotelis, de corporeis & incorporeis, & alia: ut autor Suidas. Huius etiam ſæpe meminit Gellius: dicitq́; eius ſe maxime familiarem Romæ fuiſſe.

Taurea

Taurea Iubellius Campanus, memoranda uir fortitudine, quum in caſtris Annibalis Claudium Aſellum Romanum ingenti hominem robore in exercitu apud Nolam prouocaſſet, poſt inania uerba & garrulitatem eius congreſſum minime ſuſtinens refugiebat, Claudius inſequebatur: quum ille urbis portam ingreſſus, tutus ſtupentibus hoſtibus per alteram curſu contendens euaſit. Hic poſtea capta à Fuluio Capua, manu propria coniuge, liberisq́; interfectis, ſe poſtremo ante pedes imperatoris gladio transfixit. Liuius II. bello.

Tages

Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi, quum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus, extitiſſe repente, & eum affatus eſſe qui arabat. Is ut in libris eſt Hetruſcorum, puerili aſpectu, ſed ſenili prudentia, ubi à bubulco uiſus eſt, extemplo rei miraculo totam eò Hetruriam excitauit: ſcriptis tradita dein quæ ille dixerit, quæ aruſpicinæ rationem omnẽ continerent. Cic. de diuin.

Cor. Tacitus

Cor. Tacitus, ſub Hadriano principe orator clariſsimus, æqualis ac familiaris Plinij Iunioris. Belgicæ Galliæ rationes procurauit, ad Veſpaſianos uſq; peruenit, ab ijsq́; honoribus euectus, hiſtoriam principum conſcripſit ab Auguſto uſq; ad Hadrianum quæ ad nos haud integra peruenit. Hanc igitur non uitas imperatorum auſus inſcribere, ſed tantum diurnales actiones, quæ medium inter hiſtoricam & uitas tenerent. Scripſit & de claris oratoribus, Ciceronis Brutum & materia & dicendi copia imitatus. Præterea uitam Agricolæ ſoceri ſui: & de moribus ac ſitu Germaniæ, ſtylo compreſſo & eleganti, tum arguto & ſententioſo: in cætera uerò hiſtoria aliquantulum ſublimior. Scribit Flauius Vopiſcus hunc autorem tanquam è ſuis progenitoribus, Tacitum imperatorem quotannis decies deſcribi, ne liber periret, ac in omnibus bibliothecis apponi iuſsiſſe. Tertullianus autem noſter eum mendaciorum loquentiſsimum appellat.

Thais meretrix

Thais, & Lais frequentes repertæ, ut iam ad omnia ſcorta referantur. Thaidis nomen nobilitatum in primis à Thaide Alexandrina. Hæc à ſancto Paſnutio admonita, relicto meretricio, ſancta mulier euaſit. Nam ignotus ad eam ingreſſus ſecretum petebat magis ac magis, illa uerò dicente, neminem niſi Deum poſſe conſpicere: ille ſumpta hac occaſione, ad Dei metum ac religionem eam eſt exhortatus, qui poſſet etiam occulta conſpicari & plectere.

Lais

Lais Corinthia, quam quum Demoſthenes orator adcedens, mille drachmas petenteus uideret, ait, Non emo tanti pœnitere. autor Gellius.

Theagenes tres

Theagenes tris, Athenis, diuerſis temporibus Suidas fuiſſe refert, Vnum, qui de Homero ſcripſit. Alium, qui Caprus eſt appellatus, quòd multa promittens nihil præſtaret: pauper enim erat, ac diues uideri uolebat. Tertius, uir potens ac diues Athenis, qui liberalitate ac beneficentia publice ac priuatim multa laude digna geſsit.

Theagenes Athleta

Quartum addit Pauſanias, Athletam, patria Thaſium, qui CXL. coronas è certaminibus retulit.

Theano Pythagorea

Theano Metapontina, ſeu Creſſa genere, mulier Pythagorea, uxor Brotini Crotoniatæ, ſcripſit commentarios in philoſophia, de uirtute, poëmata quoque & apophthegmata Pythagorica. autor Plotinus. Theano, apud Homerum δῖα Θεανὼ, pro ſacerdote Mineruæ memoratur.

Thecla

Thecla, uirgo & martyr apud Iconium ſub Nerone, Pauli apoſtoli diſcipula.

Thearco rex

Thearco, Aethiopiæ rex maximus, qui externas ſubegit gentes, Europæq́; populos quoque ad Herculis perueniens columnas. autor Strabo ex Megaſthenis hiſtoria.

Telephus heros

Telephus, Herculis filius, ex Auge filia Alcæi Arcadiæ regis, qui aui iuſſu expoſitus in ſyluis, à cerua nutritus: dein dono datus Teutranti regi Myſiæ, proq́; filio educatus, Telephusq́; appellatus quaſi à cerua nutritus, Græca etymologia. Diodorus libro V. A poëtis heros propterea Teutrantius appellatus.

Telephus grammaticus

Telephus Pergamenſis grammaticus, ſcripſit ferè omnia quæ ad grammaticam pertinent. Inter cætera collationes epithetorum eidem rei congruentium, ad copiam paratam eloquutionis. Suidas.

Tellen

Tellen, tibicen & poëta Melicus, cuius meminit Diarrhus Meſſenius. ex quo prouerbium, ἄειδε τὰ Τέλλενος: Cane ea quæ ſunt Tellenis, quod optima fuiſſent. Ex libro prouerbiorum.

Tellus

Tellus Athenienſis feliciſsimus fuit, ui Herodotus in I. ſcribit: qui quum potentia maxima eſſe in patria & filij præſtantiſsimi atque optimi, tandem urgente bello Athenienſium contra finitimos apud Eleuſinam, poſtquàm hoſtes ſuperaſſet, ipſe in bello occubuit: cui honores à ciuibus innumerabiles impenſi.

Telephanes

Telephanes ad regnum Lydorum è Cumis ex oraculo adcerſitus, qui antea currus factitabat. autor Aelianus.

Theognetus

Theognetus poëta comicus, ex ipſius fabulis ſunt, ἐπίφασμα ἢ φιλάργυρος. & aliæ, ut Athenæus.

Theogenes poëta

Theogenes poëta Megarenſis, illius quæ eſt in Sicilia. floruit Olymp. LIX. Scripſit elegiam in ſeruatos in expugnatione Syracuſarum, ſententias per elegias enarratas: ac uitæ præcepta, quas ὑποθήκας uocant: ad Cyrum regem, quem obſeruabat, gnomologiam: omnia carminibus.

Theogenes Tragicus

Theogenes, alter poëta tragicus unus è XXX. qui & Chion uocabatur. autor utriuſq; Suidas.

Theodectes orator

Theodectes, Cilix genere, orator, diſcipulus Platonis, Iſocratis, & Ariſtotelis: conuerſus deinde ad tragœdias, ſcripſit fabulas L. Deceſsit Athenis natus annos XLI. ſcripſit & uerſibus artem rhetoricam: laudauit & uirum Artemiſiæ Mauſolum, unà cum claris eo tempore oratoribus.

Theodectes orator iunior

Theodectes orator, ſuperioris filius, ſcripſit encomium Alexandri regis Epirotarum: commentarios hiſtoriæ, artem rhetoricam libris VII. aliaq́; complura autor utriuſq; Suidas. Stephanus item Phaſelitem primum dicit eſſe, quæ ciuitas eſt Ciliciæ, tetraſtichumq́; ſepulcri: ἥδε χθὼν κόλποισι φασηλίτην κρύπτει, ὃν ηὔξησαν μοῦσαι δίον ὀλυμπιάδες, ἐν δὲ χθονὶ ἱεροῖς θεοδέκτην τρεῖς καὶ δέκ' ἀμίλλας, οὔκω ἀκηράτους ἀμφιθέμην στεφάνους.

Theodoſius
Theodolus monachus

Theodoſius Tripolitanus genere, ſcripſit uerſibus in æſtatem, & alia. Suid. Theodolus monachus ſcripſit de Attica elegantia, quam Atticiſmum uocat, quod opus extat.

Theodolus martyr

Fuit autem alter Chriſtianus martyr, qui imperante Iuliano ſub Præfecto Phrygiæ minoris Amachio paſſus eſt. Quem dicunt illud dum ureretur pronunciaſſe: Volue igitur ſi uis deguſtare iam coctum. Suidas.

Theocritus poëta

Theocritus Syracuſanus patre Praxagora, cognomento Sunechides, matre Philina, ſub Ptolemæo Lagi emicuit. Appellatus fuit Moſchus, ſcripſit Dorica lingua bucolicum poëma, quod in idyllia, id eſt, paruos cantus diuiſit. autor Suidas. Cum hoc Virgilius ex æquo certauit, qui ſuperans alioquin Heſiodum, ceſsit Homero.

Theocritus Chius hiſtoricus

Theocritus alter Chius patria, unde & Theopompus fuit hiſtoricus, cius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cus, eius æqualis, & in adminiſtratione Reipublicæ æmulus ſcripſit hiſtoriam Libycam, & epiſtolas quaſdam. Suid. Strabo.

Theophilus poëta

Theophilus comicus antiquæ comœdiæ. eius fabulas nonnullas commemorat Suidas. Theophilus Cæſareæ paleſtinæ præſul Seuero imperante, aduerſus eos qui XIIII. luna cum Iudæis paſcha faciebant, cum cæteris præſulibus ſynodicam & utilem compoſuit epiſtolam. Hieronymus.

Theophili preſules IIII.

Theophilus ſextus Antiochenus præſul imperante M. Antonino, librum in Marcionem edidit, tum alia quæ ab Hiero. commemorantur. Alius item Antiochenus præſul VII. ad quem Lucas ſcribit actus apoſtolorum. Alius quoq; præſul Alexandrinus qui ſcripſit aduerſus Origenem grande uolumen. Compoſuit inſuper paſchalem curſum ad Theodoſium principem.

Theones plures.

THEONES apud Suidam plures. Sed notior cunctis philoſophus Alexandrinus, eiſdem tempore patria & diſciplinis, quibus Pappus ſub Theodoſio ſeniore. Scripſit de Aſtrologia. Commentarioſq; in Ptolemæum, & aſtrolabium paruum, & alia. Theon Alexandrinus ſtoicus tempore ſuperior ſiquidem ſub Auguſto poſt Arrium philoſophum emicuit: ſcripſit in phyſicam & in artem Rhetoricam, & alia. Alius item Stoicus Antiochenus cunctis antiquior ſcripſit apologiam Socratis. Quartus Smyrneus. Quintus etiam Alexandrinus ſophiſta, cognominatus Aelius, ſcripſit in arte Rhetorica. Theon Sidonius Sophiſta præcepit in patria, Conſtantini II. tempore. Plinius his Theonem ſculptorem addit, inter quinq; qui Mauſoleum celauere.

Theotimus

Theotimus Cithienorum præſul, modo dialogorum & ueteris eloquentiæ breues commentarios edidit teſte Hieronymo, cuius tempore fuit.

Theodotion & Aquila

Theodotion Epheſius, & Aquila Ponticus, ſacros libros ex Hebræo in Græcum uerterunt ſermonem, corruptè tamen, ut ait Euſebius in V. adducens Irenæum teſtem, qui dicit eos Iudæos ambos proſelytos eſſe, quos ſecuti ſunt Ebionitæ, qui dicunt Chriſtum è Ioſepho natum: præſertq; interpretationem LXX. interpretum, quod prophetico ſpiritu ſeparati eadem ſcripſerunt.

Theopompus Gnidius

Theopompus Gnidius & orator & hiſtoricus poſt Thucididem & Herodotum, quibus ut in hiſtoria minor, ita oratori magis ſimilis, ut qui antequam eſſet ad hoc opus ſollicitatus diu fuerit orator. Quintilianus.

Theopompus Chius

Suidas autem de eodem, ſic ait: Theopompus Chius & Ephorus hiſtorici diſcipuli Iſocratis, alter freno, alter calcaribus indigebat. Scripſit hiſtoriam Græcam quæ poſt bellum Peloponneſiacum à Thucydide ſcriptum continet, præterea Epitomen hiſtoriæ Herodoti, & alia plura. Fuit item alius antiquæ Comœdiæ poëta, ut idem autor. Theopompus Gnidius Cæſaris familiaris, hiſtoricus, Artemidorum habuit filium, qui apud eum maxime poterat. Strabo.

Theopompus rex Spartanorum

Theopompus rex Spartanorum, cum inſtituiſſet, ut Ephori Lacedæmone crearentur, qui regiæ poteſtati opponerentur, quemadmodum Romæ tribuni obiecti ſenatui fuerunt: obiurganti uxori quòd filijs minorem relinqueret potentiam: minorem inquit, relinquam, ſed diuturniorem: quia ea demum firma potentia eſt, quæ ſuis uiribus modum imponit. Hæc Valerius de modeſtia. Quintilianus tamen II. inſtitutionum hanc modeſtiam parum ualuiſſe demonſtrat: captum demum fuiſſe oſtendens. Theopompus, inquit, Lacedæmonius permutato cum uxore habitu è cuſtodia euaſit ut mulier.

Theophraſtus

Theophraſtus ex Ereſſo Leſbi ciuitate fuit, Ariſtotelis & diſcipulus & ſcholæ ſucceſſor. Euphraſtus, deinde Theophraſtus uocatus ob oris & eloquentiæ ſuauitatem, quum antea Tytamus appellaretur. Habuit diſcipulos ad duo millia: fuitq; in honore apud Caſſandrum Antipatri. Opera eius quanta nullius alterius à Diogene commemorantur: inter quæ ſunt libri ſex epitomes in Ariſtotelem de animalibus. Extant hodie tantum de plantis conuerſi à Gaza: de lapidibus & metallis: de ſudore: metaphyſica parui tractatus. Exceßit admodum ſenex. ex Suida, Diogene, Strabone. Cicero dulcem eum appellat: & quanquam diu uerſatum Athenis ab anicula deprehenſum: quum ille percontaretur, hoſpes eſt ab ea uocatus. Theophraſtus alter Epheſius orator dicturus in conſilio Ariopagi excidit: ſeq; excuſans poſtea quòd eius autoritate ſenatus territus fuerit. Aelianus de uaria hiſtoria.

Theodotus Chius

Theodotus Chius præceptor ultimi Ptolemæi in rhetorica, decertantibus in conſilio regis, an Pompeius profugus eſſet recipiendus, ſolus conſuluit interfici debere, quod ſanè factum eſt. Hunc poſtea Brutus iam Auguſto inimicus in Aſia compertum & ad ſe adductum interfici iußit. Plutarchus.

Theodotus ſophiſta

Theodotum alium memorat Philoſtratus in Sophiſtis, qui tempore Herodis Attici præfuit Athenienſium ſcholæ.

Theodotus Gothus

Theodotus genere Gothus, propinquus Amalaſunthæ uxoris Theodorici regis, ab ea poſt uiri mortem in regnum receptus, ſecta Arrianus, Græcis Latiniſq; literis ualde eruditus, ut ſcribit Caßiodorus: ſuorum temporum hiſtoriam eleganter ſcripſit, & Platonicam diſciplinam probe retinuit. Segnis alioquin ad res agendas, uerum hortante Amalaſuntha Burgundiones & Alanos prælio fudit. Eam tandem ad inſulam Vulſinienſis lacus relegauit, interficiq; permiſit à propinquis Gothorum procerum quos ipſa iuſſerat necari, Atalarico corruptore impellente. Huius nomen Græci Teudotum ſcribunt ſicut & Teudericum.

Theodorus Atheos

Theodori innumeri penè fuere. Notißimus omnium cognomento Atheos ex Ariſtippi & Pyrrhonis ſchola, nouam condidit ſectam Theodoreorum, qua adiaphoriam ſicut Pyrrho tenebat: nullam uidelicet differentiam inter bonum & malum, iuſtum uel iniuſtum ponendo, legeq; tantum non natura illa fuiſſe diuiſa. Nullos præterea probat eſſe deos edito ſuper hoc libro, unde plura Epicurum mutuatum eſſe conſtat: quapropter Athei cognomen eſt adeptus. Suidas. Diogenes.

Theodorus ſophiſta

Theodorus Byzantius Sophiſta qui à Platone uocatus eſt Logodædalus λογοδαίδαλος, ſcripſit contra Thraſibulum, & Andocidem, & alia plura. Suidas.

Theodorus & Teladeus ſculptores

Theodorus & Teladeus fratres, Samij Ræci filij, ſculptores celeberrimi, quorum alter in Samo Pythij Apollinis ſignum incepit. Alter Theodorus Epheſi eodem tempore, & alio ſaxo abſoluit: quibus ſimul compoſitis ita conuenit, ut unum corpus ab uno artifice & ex uno lapide ſculptum uideretur. Genus artis eſt Græcis ignotum, ſed apud Aegyptios frequentatum. Nam ſoli hominum non oculis tantum totius ſtatuæ compoſitionem metiebantur, ſed dimenſione, ut ex uarijs multiſq; lapidibus in unum corpus in certam menſuram ſtatua perficeretur. Hæc Diodorus. De hoc Theodoro Diogenes teſtatur, quòd non ſolum ſculptor, ſed Architectus fuerit, unuſq; conſuluit ſubijciendos eſſe carbones fundamentis Epheſij templi. Nam cum humidus eſſet locus, omuſſa ligni natura ſoliditatem accepit humor immobilem. De eodem Pauſanias ſcribit, quòd primus ferrum fundere docuit, ſtatuamq; ferream fecit.

Theodorus Gadareus

Theodorus Gadareus nobilis orator. Gadara enim Syriæ ciuitas eſt non longe ab Aſcalone: uerum ipſe maluit dici Rhodius, teſte Strabone cuius tempore fuit. Eius diſcipuli Theodorei ſunt dicti, inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica ſcripſit. Tyberius quoque princeps cum ſeceßiſſet Rhodum, eum ſtudioſe audiuit, ut Quintil. libro IIII. tradit. Præter hos Diogenes plures commemorat, nobis tamen ignotos.

Theodorus Anagnoſtes Conſtãtinop.

Veniam ad Chriſtianos, Inter quos Theodorus Anagnoſtes, id eſt, lector Conſtantinopolitanus ſcripſit hiſtoriam eccleſiaſticam à tempore Conſtantini uſque ad Iuſtinianum.

Theodorus hæreticus

Theodorus Coriarius hæreticus è Sicilia, auſus primum dicere Chriſtum hominem tantum eſſe, uerbum Dei ob excellẽtem eius uirtutem in eo habitaſſe, Deiq; gratia & uirtute

Deum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Deum uocari: Mariamq́; non Dei, ſed hominis tantum matrem eſſe. Contra quem celebrata quinta Synodus Conſtantinopoli Iuſtiniani principis & Vigilij Pon. tempore: Anno D. X L. ubi conſtitutum, ut Maria Theotocos, id eſt, Dei mater uocaretur. Huic ſectæ poſtea Paulus Samoſatenus ſe addixit, ut ex Euſebij hiſt. lib. V.

Theodorus præſul

Theodorus qui poſtea Gregorius appellatus eſt, Neocæſareæ Ponti Præſul, admodum adoleſcens ob ſtudia Græcarum & Latinarum literarum de Cappadocia Berytum & Cæſaream Palæſtinæ migrauit, iuncto ſibi fratre Theodoro: quorum cum egregiam indolem uidiſſet Origenes, hortatus eſt eos ad ſtudia philoſophiæ, per quam paulatim ad religionem deduxit Chriſtianam, eruditosq́; quinquennio ab eo ad patrem remiſit. Ex his Theodorus proficiens ante omnia Panegyricum ſcripſit Euchariſtiæ, quem conuocato frequenti auditorio ipſoq́; Origene præſente recitauit. Scripſit & Metaphraſim in Eccleſiaſticum breuem admodum, ſed ualde utilem. Præterea ex eo iam Præſule prodigia quædam ac ſigna ſanctitatis perſpecta. Ex Hieronymo.

Theod. mart.

Theodorus martyr ſub Iuliano Imp. apud Antiocheam. Euſebius.

Theodora

Theodora uirgo Antiochena & martyr in patria ſub Diocletiano. Hæc ad lupanar ducta, cum milite quodam pio qui primus ad ſtuprum putabatur ingreſſus, amictum mutauit, illo pro uirgine remanſit, illa pro milite diſceſſit. Quumq́; alter item ad ſtuprum ingreſſus uirum pro uirgine inueniſſet, putata magicis hoc carminibus facere, capite damnatur: illa accurrens ſeſe oſtendit, ut illum ſeruaret, uterque igitur cæſus. Hæc Ambroſius lib. II. de uirginibus.

Themiſtius philoſophus

Themiſtius philoſophus ſub Iuliano Imper. cuius præfectus prætorij fuit Conſtantinopoli: Scripſit Paraphraſim in Ariſtotelis Phyſicam libris VIII. in Analytica item: præterea edidit ſua uidelicet περὶ τῆς σκοποῦ καὶ ἐπιγραφῆς, id eſt, de intentione & inſcriptione prædicamentorum. Diſputationes etiam quaſdam. Hic Valentem imperatorem Arrianæ fautorem ſectæ quotidie ſæuientem in orthodoxos autoritate ſua & epiſtolis reddidit mitiorem. Suidas.

Themiſtogenes

Themiſtogenes Syracuſanus hiſtoricus Cyri expeditionem, & bella quæ in hiſtoria Xenophontis continentur compoſuit.

Themiſtocles

Themiſtocles Athenienſis Nicoclis filius prodigus ac laſciuus prima iuuentute, poſtea Dux delectus res inclytas geſſit. Pireum ædificauit: Bello maritimo Perſas apud Salaminem uicit, tandem ciuium inuidia exul ad Artaxerxem confugit, à quo cum pugnare compelleretur inuitus aduerſus patriam, recente tauri ſanguine hauſto ſeipſum necauit. Vir alioqui eloquio præſtans. Epiſtolas reliquit plenas acuminis ac prudentiæ: hæc ex Suida. Cicero uerò eum memoria tanta commendat, ut ſcribat eum ſolitum dicere artem potius obliuiſcendi malle diſcere.

Themiſon

Themiſon Medicus apud Herodotum & Cor. Celſum.

Themis

Themis uirgo iuſtiſſima Heſiodo in Theogonia cœli ac terræ filia ſcribitur, ex quo pro ipſa iuſtitia poëtis ponitur.

Theophanes

Theophanes Leſbius hiſtoricus, uir ſanè ciuilis ac Pompeio Magno admodum familiaris, cuius res geſtas conſcripſit: filium reliquit M. Pompeium quem Cæſar Auguſtus Aſiæ curatorem conſtituit. Tyberius autem eius ſucceſſor inter primos habuit familiares. Strabo.

Terpandrus

Terpandrus Arineus ſiue Leſbius poëta Lyricus primus in lyra Heptachordum & lyrici carminis canonem ſcripſit, quod Philemoni quidam adſcribunt: autor Suidas. Strabo autem Methymneum eum facit, quod oppidum eſt Leſbi, dicitq́; de Tetrachordo Heptachordum reperiſſe, ut eius indicant carmina quæ ei adſcribuntur ac alibi commemorauimus. Huius famæ ac nominis maximi indicium, quod Lacedæmonij in ſeditione quadam admoniti ab oraculo pro Terpandro mitterent, qui lyræ & poëſeos dulcedine animos uulgi ac tumultus ſedaret, ex quo poſtea his prouerbium manſit, ſi quando dulcem audiant muſices concentum: κατὰ λέσβιον ὠδὴν: Secundum Leſbium cantum. Ex libro prouerbiorum Græcorum.

Teucer Cyzicenus

Teucer Cyzicenus ſcripſit de terra quæ fert aurum. De Cyzicenorum rebus, aliaq́; complura à Suida commemorata.

Teucer Telamonius

Teucer Aiacis frater inter Aeacidas ſcribitur.

Teucer rex Troadis

Teucer ante hos omnis Scamandri Cretenſis filius in Troade una cum Dardano genero regnauit, unde Ilienſium regum fluxit origo.

Tertullianus

Tertullianus Afer genere patria Carthaginenſis: preſbyter, patre Centurione proconſulari, ſub Seuero & Caracalla maxime floruit, uehementi uir ingenio. Hic cum diu Orthodoxus perſeueraſſet, in media ferè ætate inuidia & contumelijs clericorum Romanorum ad Montani dogma elapſus eſt. Scripſit opera complura, fertur uixiſſe uſque ad ætatem decrepitam. Hunc autorem Cyprianus martyr ſemper in manibus eſt ſolitus habere. Hæc ex Hieronymo, qui alibi eundem aberraſſe teſtatur his uerbis. Laudamus in Tertulliano ingenium, ſed damnamus hæreſim. Item ad Tranquillinum. Ego tam Origenem propter eruditionem ſumi interdum arbitror quàm Tertullianum, Nouatum, Arnobium, Apollinarem & alios nonnullos Græcos pariter & Latinos, ut bona eorum eligamus uitemusq́; contraria, ex apoſtoli ſententia: Omnia probate, quod bonum eſt tenete. Et Eſaiæ dicentis, Væh uobis qui dicitis malum bonum & bonum malum.

Theramenes

Theramenes Athenienſis philoſophus iuſſu XXX. Tyrannorum ſicuti Socrates in carcerem miſſus ueneno extinctus eſt: quod cum bibiſſet, propino, inquit, hoc Critiæ, qui cauſa potiſſimum eius mortis fuerat. Iocabatur uir fortiſſimus in morte. Cicero in Tuſcul.

P. Terentius poëta

P. Terentius Afer Carthagine natus, libertus Romæ Terentij Lucani fuit: captum fuiſſe negant. Cum eſſet egregia indole, à patrono eruditus, uenit in amicitiam nobilium, maxime Lælij & Scipionis: quorum opera adiutus in ſcribendo fertur ob elegantiam ſermonis, teſte Cicerone, cui adſtipulatur etiam Varro. Non obſcura fama eſt, inquit, adiutum Terentium in ſcriptis à Lælio & Scipione. Eandem ipſe famam auxit: non enim niſi leuiter ſe tutari conatur, ut in prologo Adelphorum. Nam quod iſti dicunt maleuoli, homines nobiles hunc adiutare, aſſidueq́; una ſcribere: quod illi maledictum uehemens exiſtimant, hoc laudem hic ducit ſuam, quod illis placeat, qui uniuerſis & populo placent: quorum opera in bello, in otio, in negotio quiſque pro tempore uſus eſt ſine ſuperbia. Poſt editas comœdias anno XXV. egreſſus eſt, neque amplius redijt. Q. Conſenus redeuntem è Græcia periſſe in mari dicit, una cum CVIII. fabulis conuerſis ex Menandro. Cæteri mortuum eſſe in Arcadiæ Stymphali ſiue Leucadia tradunt, dolore amiſſarum fabularum quas in naui præmiſerat. Reliquit filiam, quæ equiti Rom. nupſit, item hortulos XX. iugerum uia Appia ad Martis uillam. Quo magis mirandum, Porcium ſcribere: Scipio nihil ei profuit, nihil Lælius, nihil Furius. Eorum ille opera ne domum habuit conductitiam, ſaltem ut eſſet quò referret obitum domi ſeruulus. Hunc Afranius omnibus Rom. præfert, Volcatius non ſolum Neuio & Plauto, & Cæcilio, ſed & Liu. præponit. Phormio & Ecyra ab Apollodoro Comico translatæ ſunt, reliquæ à Menandro, Eunuchus magno ſucceſſu & precio ſtetit. Ecyra ſæpe excluſa, uix acta eſt.

Terentius fregellanus.

Terentios duos fuiſſe Metius eſt autor. Quorum alter Fregellanus fuit, & ſeruus, Alter libertinus.

Terentius Scaurus gram.

Terentius item Scaurus grammaticus, quem Gellius dicit floruiſſe Hadriani temporibus, ac librum de Caſellij Vindicis grammatici erroribus ſcripſiſſe.

Terentius Culeo ſenator

Q. Terentius Culeo Senator Rom. captus à Carthaginienſibus, redemptus ab Africano maiore ac currum eius cum pileo capiti impoſito ſecutus, cuius meminit Liuius libro X. de II. bello Pun. Hinc natus error apud ineruditos, Terentium Comicum putantes.

Terentius Varro cos.

Terentius Varro Collega Pauli Aemylij poſt cladem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

dem Cannenſem cum reliquijs exercitus Canuſiam ſe recepit. Cui Romam redeunti gratulatus eſt populus quòd de repub. non deſperaſſet.

Terentia

Terentia Ciceronis in Tullio dicetur.

Theſpis poëta

Theſpis ex Icaria ciuitate Atticæ primus poëta Tragicus, & qui perſonas inuenit. Inter ipſius fabulas Pentheus & aliæ quæ memorantur à Suida. Horatius autem in poëtica: Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ Dicitur, & plauſtris uexiſſe poëmata Theſpis, Quæ canerent agerentq́; peruncti fæcibus ora. Poſt hunc perſonæ pallæq́; repertor honeſtæ Aeſchylus, & modicis inſtrauit pulpita tignis, Et docuit magnumq́; loqui nitiq́; cothurno. Succeſſitq́; uetus comœdia non ſine multa Laude, ſed in uitium libertas excidit & uim Dignam lege regi, lex eſt accepta, chorusq́; Turpiter obticuit ſublato iure nocendi. Nil intentatum noſtri liquere poëtæ. Nec minimum meruere decus ueſtigia Græca Auſi deſerere & celebrare domeſtica facta: Et qui prætextas, & qui docuere togatas.

Theſpis Theſpiadarũ pater

Theſpis alter Athenienſis Erichthei regis filius, è pluribus fœminis filias genuit L. Cum quibus uocatis ad epulas Hercules ſigillatim concubuit. Suſcepit totidem liberos mares qui Theſpiadæ dicti ſunt. Hi cum Iolao Herculis & Iphicleo fratre nepote in Sardiniam profecti, ciuitates ibi plurimas extruxere: autor Diodo. lib. v.

Tetrici pater & filius

Tetrici pater & filius, è nobili ſtirpe inter x x x. tyrannos tempore Galeni ponuntur, Cæſares appellati in Gallia poſt interfectos Victorinos fauente Victoria Auguſta quæ adfinis eorum erat, ac in ea prouincia rerum potiebatur. Verum poſtea bello ab Aureliano ſenex ſuperatus, clementia principis non ſolum uita donatus, ſed corrector Lucaniæ factus eſt, multarumq́; aliarum prouinciarum, appellatusq́; ab eo Collega & quandoq́; Imperator eſt. Eorum domus Romæ in Cælio monte inter duos lucos erat pulcherrima. In qua Aurelianus pictus erat, utriq́; prætextam tribuens & ſenatoriam dignitatem, accipiens ab his ſceptrum coronam Ciuicam pictam de Muſeo. Ex Pollione.

Alb. Tibullus

Albius Tibullus eques Rom. poëta elegiarum: Meſſalæ familiaris fuit, ut & ipſe in elegia teſtatur: Aegeumq́; cum eo adnauigans, in itinere captus aduerſa ualetudine apud Phæaciam proximam terram remanſit. Corporis forma admodum præſtanti traditur fuiſſe, natus Hircio & Panſa Coss. extinctus media ferè iuuentute. Quam temporis breuitatem Ouidius queritur. Nec auara Tibullo Tempus amicitiæ fata dedere meæ. Hic primum in Latina elegia locum cum Quintiliani tum plurimorum eruditorum ſententia tenet.

Tyberius

Tyberius prænomen Rom. per Ty. in antiquis monumentis ſcribitur. Eius nominis grammaticum memorat Suidas, qui de Ideis orationis tris libros conſcripſit, aliaq́; complura.

Timagenes grammat.

Timagenes Alexandrinus ſub Pompeio magno captiuus Romam ductus à Gabinio, emptus à Fauſto Sullæ filio, docuit Romæ uſq́; ad Auguſti tempora, quando & Cælius grammaticus excidit è ſchola quod eſſet nimis in loquẽdo liber: uixit in agro Sullano appellato. Scripſit libros cõplures, perijt ex uomitu poſt cœnam.

Timagenes hiſtoricus

Timagenes alter Mileſius hiſtoricus autoritate ac tempore prior ſupradicto, poſt Thucydidem & Philiſtum ſcripſit de Heraclea Ponti, deq́; uiris in ea claris libros tris Epiſtolasq́;: autor utriuſq́; Suidas. De hoc ultimo Quintilianus ait. Timagenes intermiſſam longo interuallo temporis ſcribendi hiſtorias induſtriam, noua laude reparauit.

Timoſthenes

Timoſthenes Ptolemæi Philadelphi claßis Præfectus, hiſtoricus & Geographus nobilis, ſcripſit de portubus libros x. Strabo ix.

Timæus hiſtoricus

Timæus Siculus hiſtoricus qui res Græcas conſcripſit, & uſqueadeo adrogans, ut ait Plutarchus in Nicia, ut Thucydidem & Philiſtum in hiſtoria ſe facile ſuperaturum iactet. Ipſe uerò ſicula quadam pinguedine delibutus, ad ridenda quædam minimeq́; ad hiſtoriæ grauitatẽ pertinentia digreditur. Cicero uerò in libris de oratore ſic ait. Poſt Caliſthenem Timæus longe eruditißimus & rerum copia & ſententiarum uarietate abundantißimus, & ipſa compoſitione uerborum non impolitus magnam eloquentiam ad ſcribendum attulit, ſed nullum uſum forenſem. Idem in epiſtola ad Lucceium teſtatur Timæum bellum Thebanum ſcripſiſſe. Diodorus Siculus dicit hunc nimium operæ in alijs redarguendis impendiſſe, contra Ephorum præſertim, nimis res etiam minimas perſecutum, librosq́; fuiſſe penè in res ſingulas partitum. Ita neminem reprehenſione carere.

Timæus philoſophus

Timæus alter, cuius nomine Plato librum inſcripſit de natura, patria fuit Locrenſis, philoſophus Pythagoreus, ſcripſit & ipſe naturæ documenta & uitam Pythagoræ. Suidas.

Timanthes

Timanthes pictor olymp. x c v. Zeuſis tempore. Huius eſt Iphigenia oratorum laudibus celebrata, qua ſtante ad aras peritura cum mœſtos pinxiſſet omnes, & triſtitiæ omnem imaginem conſumpſiſſet, patris uultum uelauit, quem digne non poterat oſtendere. Pinxit & Cyclopem parua in tabula, cuius magnitudinem exprimere cupiens, pinxit iuxta Satyros tyrſo pollicem eius metientes: itaque ex omnibus eius operibus intelligitur plus quàm pingitur. Et cum ars ſumma ſit, ingenium eſt ultra artem. Plinius.

Timon Athenienſis

Timon Athenienſis temporibus fuit Peloponneſiaci belli, ut ex Ariſtophanis & Platonis poëmatis perſpici licet: deſcribitur enim ab illis, ut inhumanus ac uitans hominum congreſſus præter unius Alcibiadis adoleſcentis. Interrogatus quæ cum illo cauſa eſſet amicitiæ: Quod ſciam inquit, illum quandoq́; multorum malorum Athenienſibus cauſam futurum. Cum ſemel in concionem aſcendiſſet, facto ſilentio mirantibus omnibus inquit. Eſt mihi ô uiri Athenienſes ponè domum paruus ortus, ubi ficus coaluit quædam, in qua permulti noſtri ciues ſe ſuſpenderunt, In eodem nunc ego loco ædificare uolo. Quamobrem uiſum eſt mihi uos publice admonere: ſi quis forte ſit qui ſe prius uelit ſuſpendere antequam arbor excidatur. His igitur de cauſis ab Athenienſibus μισάνθρωπος eſt appellatus, quaſi genus hominum infenſum habuerit. Sed & mortuo mirum contigit, ut ſepulcrum eius quod erat in littore, mare quaſi peroſum, exundatione ab ſe abſterruerit, longeq́; expulerit. In quo hoc erat epigramma Ἐνθάδ' ἀπορρήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι. Οὔνομα δ' οὐ πεύσεσθαι. κακοὶ δὲ κακῶς ἀπολεῖσθαι. Hic ſum poſt uitam miſeramq́; inopemq́; ſepultus. Nomen non quæras: Dij lector te male perdant.

Timon Apolloniates

Timon Apolloniates, ſeu Nicenus, uir & philoſophiæ & eloquentiæ ſtudijs præditus, Ptolemæo Philadelpho in primis acceptus, ſcripſit Tragœdias, Comœdias, Satyras, & alia, quorum Antigonus Caryſtius meminit qui uitam eius conſcripſit. Suidas.

Timoleon

Timoleon Corinthius dux inclytus, uiribus fortiſſimus, uitaq́; abſtinentißimus, miſſus cum triremibus ad liberandas à Dionyſij tyrannide Syracuſas, quem Dion Syracuſanus implorato Corinthiorum auxilio expellere conabatur, intra dies L. quàm Syracuſas attigit urbe potitur, ac Dionyſius clam ſeſe atq́; arcem Timoleonti dedidit, ab eoq́; cum paucis in exilium Corinthum miſſus eſt: ille uerò arcem ſolo æquauit, Syracuſanis libertatem reſtituit. Deinde contra Leontinos pergens eorum Tyrannum Icetem in bello captum interfecit. Poſthæc Mamercum Cataniæ tyrannum in fugam uertit duobus hominum millibus occiſis. Leptinum qui Apolloniam per uim ceperat captum ac uinctum Corinthum miſit. Carthaginienſes Siciliam bello inuadentes ſuperauit, caſtraq́; eorum diripuit. Poſtremo rebus magnis geſtis ex oculorum morbo cæcus effectus eſt, ac priuatus Syracuſis quas liberauit, uixit in magno apud ciues honore. Ibiq́; tandem mortuus ac funere publico elatus. Aequalis autem fuit Timotheo, Ageſilao, Pelopidæ, Epami-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

nondæ. Hæc ex Plutarcho. Qui cum ex noſtris Paulo
Timolaus Aemylio comparat. TIMOLAVS Lariſſeus è Lariſſa
Macedoniæ, diſcipulus Anaximenis Lampſaceni. Scripſit
poëma de bello Troiano Homeri uerſui uerſum addens atq;
ſubdens, uidelicet. Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχι-
λῆος, Ἣν ἔθετο χρύσης κεχωλομένος εἵνεκα κούρης, Οὐ-
λομένην, ἢ μυρί᾽ ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔθηκε Μαρναμένοις, ὅτε
τρωσὶν ἄτερ πολέμιζον ἄνακτος. Πολλὰς δ᾽ ἰφθίμους
ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν, Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι δαϊζο-
Timocles μένων ὑπὸ δουρί. Scripſit & alia. Suidas. Timocles Co-
micus Athenienſis fabulas ſcripſit, ipſius nonnullas comme-
Timotheus dux morat Athenæus. Timotheos quatuor præcipuos fuiſſe
comperio: Primum Athenienſem ducem potentiſsimum ac
diuitem, qui muros Athenis ædificauit. Cuius meminit Ari-
ſtophanes. Ο τιμοθέου ὁ πύργος: ἐμπέσοι γέσοι. Huius
Icona pictores adulandi gratia fecerunt, iuxtaq; fortunam
retibus ciuitates ei incluſas deferentem, illum autem ipſas
expugnantem: quamobrem indignatum eum ferunt pictori
fuiſſe, quòd felicitati potius eius res geſtas quàm uirtuti ui-
deretur adſcribere. Haud multo poſt hoc factum fortuna
quaſi ægre ferente rebus excidit: autor Suidas. Huius ut uiri
etiam docti meminit Cicero in primo de officijs his uerbis.
Timotheus Cononis filius Athenienſis cum eſſet inferior
belli laude patre ſuo, ad eam laudem adiecit gloriam ingenij
Timotheus muſicus & doctrinæ. Timotheus item Athenienſis comicus me-
diæ comœdiæ, cuius fabulas nonnullas commemorat Athe-
næus. Timotheus Mileſius Muſicus, qui decimam & unde-
cimam chordam lyræ addidit & antiquam muſicam in mol-
liorem modum mutauit. Emicuit tempore Philippi Mace-
donis, cuius filius Alexander ſono excitabatur, & ad res
bellicas alacrius inſtruebatur. Deceſsit anno ætatis LIII.
Scripſit uerſibus de Muſica libros XVII. Hymnos, Enco-
mia, Dithyrambos: hæc Suidas. Quintilianus tradit hunc à
diſcipulis, qui apud alios muſicam prius didicerant, dupli-
cem ſolitum eſſe ferre mercedem, quòd oporteret eos male
imbutos prius dediſcere accepta, deinde paulatim ab ſe tra-
dita percipere. Euſtathius autem eius defuncti epigramma
ponit, Πάτρα Μίλητος τίκτει τὸν μούσαις ποθεινὸν Τιμό-
θεον κιθάρας δέξιον ἡνίοχον. Timotheus ſculptor nobiliſ-
ſimus. Cuius in templo Apollinis Romæ plura ſunt monu-
menta. Vnus qui cum Leochare Briace & Scopa Mauſo-
leum Artemiſiæ cælauit, quadrato ab latere quiſq; ſuo: au-
Timotheus Gazeus tor Plinius. Timotheus Gazeus patria, grammaticus tem
pore Anaſtaſij principis, qui ſcripſit uerſibus: cuius opera
nonnulla commemorat Suidas. Timotheus his omnibus
Timotheus Pauli præſtantior inter LXXII. diſcipulos: Pauli epiſtolis tum
martyrio clarus, Præſul Epheſinus, patria Lycaonius, filius
uiduæ mulieris. Alius item martyr Romæ tempore Mel-
Timagoras ciadis Pontificis ex Antiochia. Alij quoq; complures. Ti-
magoras Athenięſis capitali ſupplicio mulctatus, quòd Da-
rium ad quem legatus miſſus fuerat, more Perſarum adu-
Timomachus lando adorauerat. Suidas: & Valerius. Timomachus By-
zantius pictor nobilis, Cæſaris dictatoris ætate, fecit Me-
deam & Aiacem quos ipſe Cæſar LXXX. talentis emit, in
temploq; Veneris genitricis dicauit. Plinius. P. Ticinius, ut
eſt autor Varro, primus è Sicilia Romam tonſores addu-
xit, anno urbis CCCCLIIII. cum antea intonſi eſſent.
Sex. Titius Plinius. Sex. Titius orator, homo loquax & ſatis acutus,
ſed tamen ſolutus, & mollis in geſtu, ut ſaltatio quædam na-
ſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet: ita cauendum eſt
ne quid in agendo dicendóue facias, cuius imitatio rideatur.
Titianus orator Cicero. Titianus Titiani filius Græcus orator, præceptor
Maximini principis, ſcripſit libros prouinciarum pul-
cherrimos. Appellabatur ſimia ſui temporis quòd omnia
probe imitaretur: autor Capitolinus in Maximino. Ti-

Titianus hæreticus tianus, ſiue ut quibuſdam placet Tatianus, uir eruditus pri-
ma ætate oratoriam Romæ docuit, ex quo honores ac opes
ſibi parauit. Dein factus Chriſtianus libros aduerſus gentes
memorabiles reliquit. Iuſtini martyris ſectator fuit. Poſtea
uerò eloquentiæ tumore inflatus, nouam condidit ſectam,
quæ Encratitarum dicitur, quam poſtea Seuerus auxit, à
qua Seueriani appellati, Valentinum Marcionem Saturni-
numq; ſecutus, qua maritos & mœchos pari iudicat lege.
Ex quatuor Euangelijs unum compoſuit quod Diateſſaron
nominauit. Titianus uerò infinita edidit uolumina, inter
quæ quod contra gentes eſt, omnibus præſtat. Emicuit M.
& L. Antoninorum temporibus: ex Hieronymo & Euſe-
bio. Titus quando prænomen T. tantum litera notaba-
tur, quando nomen, totum ſcribitur, ut Titus princeps.
Titus præſul Titus Boſtrenus Præſul ſub Iuliano & Iouiniano prin-
cipibus, uehementes aduerſus Manichæos ſcripſit libros: de-
Titus Pauli ceſſit ſub Valente: ex Hieronymo. Titus ad quem ſunt
Tirteus poëta Pauli Epiſtolæ. Tirteus poëta Athenienſis. De hoc in
Tyrannion grammaticus Geographia in Lacedæmonia conſcripſi. TYRAN-
NION Amiſenus, diſcipulus Eſtiæi Amiſeni nobilis
grammatici, ætate Magni Pompeij docebat Romæ: ductus
eſt à Lucullo captiuus in bello Mithridatico, prius diceba-
tur Theophraſtus, mutauit autem nomen quòd inter æqua-
les ſuperbis uerſaretur moribus. Clarus igitur & diues ob
doctrinam factus adeo eſt, ut ſupra tria librorum milia poſ-
Tyrannion Iunior ſideret. Deceſsit iam ſenex morbo podagræ. Tyrannion
Iunior è Phœnicia diſcipulus prioris, à quo ſibi nomen
uſurpauit, cum prius Diocles uocaretur. Captiuus & ipſe
Romam ductus à quodam Diamante Cæſaris liberto em-
ptus, deinde dono datus Terentiæ Ciceronis, ab eaq; liber
factus, ludum Romæ aperuit: ſcripſit libros LXVIII.
Tyrannus autem Sophiſta fuit, qui ſcripſit de diuiſione ora-
Titormus tionis libros X. Hos tris ponit Suidas. Titormus bubulcus
fortitudinis monſtroſæ fuit, cum Milone certauit de robore
uicitq;, cum pedem tauri una manu, altera uerò alterius
tauri pedem per uim conantibus ipſis reſilire traheret: au-
Tlipolemus tor Aelianus. Tlipolemus patria Tirynthius, Herculis
& Aſtidames filius, autor Rhodiorum, Lycnium fratrem
Alcumenæ nothum ac filium Electrionis, uenientem ex ſua
patria in urbem Tiryntha, per ſeditionem oleæ ramo inter-
fecit: ad Apollinem Delphos expiandi ſceleris gratia ue-
nit, reſponſum tulit ut ſedem Rhodi commutaret, quæ res
à Pindaro narratur. Hic poſtea Rhodijs imperauit, gen-
temq; auxit, ac eos ad Troiam duxit, ut habetur apud Ho-
merum in Catalogo. Extinctusq; in bello oſsibus Rhodum
Thraſimachus relatis, ubi ei feſta celebrantur corona populea. Thraſi-
machus Carthaginenſis ſophiſta periodum & colon, id eſt,
membrum prius monſtrauit, ac modum qui nunc eſt Rhe-
toricæ induxit. Fuit diſcipulus Iſocratis, ſcripſit de arte
Thraſibulus Rhetorica. Suidas. Thraſibulus Athenienſis exul, compa-
rato exercitu XXX. tyrannorum dominationem Athenis
ſuſtulit, iuuante Lyſandro Lacedæmoniorum duce, exulesq;
reduxit. Inſuper plebiſcitum tulit quod ἀμνηστίαν uocant,
qua iniuriarum memoria deleretur, exulibus iureiurando
Thraſibulus dux adactis: cuius Cicero in Philippicis & Val. de Mo. memi-
nere. Thraſibulus Mileſiorum Dux ut portum Sicyonio-
rum occuparet, ex aduerſa parte oppidanos tētauit. Dumq;
Trachalus ſic detinerentur, cum inſperata claſſe portum cepit. Fronti-
nus lib. II. Trachalus orator Domitiani temporibus ſo-
brius & ſatis apertus ſuis, & quem uelle optima crederes,
auditus tamen maior. Nam uocis quantam in nullo cognoui
felicitas, & pronuntiatio uel ſcenis ſuffectura, & decora
Traianus omnino. Deniq; ei quæ ſunt extra ſuperfuere: autor Quin-
til. qui ſonum Trachali appellat. Traianus Patritius flo-
ruit ſub Iuſtiniano principe. Scripſit temporum epitomen
nobilem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

C.Trebatius

nobilem, fuit & ipſe uir Chriſtianus: autor Suidas. C.Trebatius iuriſconſultus, Ciceronis familiaris, cuius commendatitia ad Cæſarem in Galliam proficiſcens ſub eo militauit. Extatq́; Cæſaris reſponſum per epiſtolam. Trebatium quem mihi commendas, aut regem Galliæ faciam, aut hunc Leptæ legatum. Tu ſi alterum habes quem ornem, ad me mitte. Hunc idem Cæſar dictator quod eum uti ſenatui adſurgeret admoneret, non clara facie reſpexit.

Trebellius

C.Trebonius

Trebellius hiſtoricus. C.Trebonius cum Bruto & Caßio tertius coniurauit contra Cæſarem. In Aſia deinde fraude Dolabellæ interfectus crudelißime fuit, ut narrat Cicero in Phil. Idem ſiue neceſſarius eius ſub eodem Cæſare in Gallia militauit, eiusq́; claßis apud Maßiliam præfectus bello nauali.

Tritanus

Tritanus è Samnio in gladiatorio ludo celebris, qui & filium habuit militem Pompeij magni, monſtroſo uir robore, & rectos & tranſuerſos cancellatim toto corpore neruos in brachijs manibusq́; habuit: hoſtem ab eo prouocatum ac uictum uno tantum dexteræ digito correptum in caſtra per uim traduxit: autores Varro: Plinius.

Tryphon grãmaticus

TRYPHON Alexandrinus grammaticus Auguſti tempore ſcripſit de copia orationis, de Orthographia, & alia: quæ à Suida commemorantur.

Tryphon Origenis

Tryphon Origenis auditor ad quem nonnullæ eius extant epiſtolæ, in ſacris libris crudititißimus fuit, ut eius multa oſtendunt monumenta, præſertim liber quem edidit de uacca rufa in Deuteronomio, & alia quædam ab Hieronymo commemorata.

Tryphõ Diodorus

Tryphon cognomento Diodorus natus Coſianis caſtello Apamienſium Syriæ, educatus Apamiæ, & regi commendatus, regno Apamienſium ſucceßit, Syrisq́; bellum mouit. Strabo libro XVI.

Tryphõ mart. Nympha

Tryphon, Reſpicius, & Nympha uirgo in Saxonia ſub Decio martyres. Prior enim anſeres paſcebat, cuius exemplo Reſpicius Trib. mil. & deinde Nympha ueſtalis permoti ſunt.

Tryphonia martyr

Tryphiodorus

Tryphonia uxor ipſius Decij ponitur & in hac palma. Tryphiodorus Aegyptius poeta, ſcripſit Maratonia: excidium Ilij. Odyſſeam, id eſt, poëma de laboribus Vlyßis. Paraphraſes comparationum ab Homero poſitarum. Suidas.

Thucydides hiſtoricus

Thucydides Athenienſis hiſtoricus Olymp. LXXXVIII. fuit patre Oloro, matre Egeſipyla, genus à ducibus Milciade & Cimone, qui & ipſi ab Aeaco Iouis filio originem habuere, duxit: ut Didymus in hiſtoria teſtatur. Vxorem duxit è Thracia oriundam alioqui diuitem, cuius opes adſecutus, non in uoluptates, ſed partim in otium literatum erogauit. Nam bellum Peloponneſiacum ſcribere aggreſſus tempore quo illud gerebatur, Athenienſibus pariter ac hoſtibus Lacedæmonijs militibus, qui bello intereſſent, mercedem præbebat, uti res quotidie ueras ei renuntiarent, quas fidelius accipere ſperabat ſi non ſolum ab amicis, ſed etiam ab inimicis edoceretur, ne partes quiſque ſuas falſo tueretur. Præceptores habuit in philoſophia Anaxagoram, & in rhetorica Antiphontem, cuius & ipſe in VIII. hiſtoriæ meminit, dicens eum cauſam fuiſſe perdundæ reipubl. ac firmandæ CCC. tyrannidis. Quod autem Athenienſes eius poſt mortem cadauer extra ciuitatem eiecerunt, magiſtro pacens tacuit. Ad rempublicam non adceſſit, neq; in concionem aſcendit, militauit tamen quandoq;, malis tamen auſpicijs. Nam miſſus Amphipolim, eo tempore quo rex eam Philippus occupauit, in ſuſpicionem uenit proditionis. Quare in exilium actus in Aegina ſubſtitit. Inde in Scaptam ſyluam. In eo caſu fortunam æquo animo tulit, nunquam neq; queri, neq; flere uiſus: neq; Braſidam exilij ſui autorem in ſua hiſtoria unquam accuſare uiſus eſt, quod pleriq; faciunt ſcriptores ſuis potius adfectibus, quàm ueritati inſeruientes.

Hiſtorici iniqui

Herodotus enim quòd ſpretus à Corinthijs fuerat, eos fugere ſcribit Naumachiam apud Salamina. Timæus Tauromenites Timoleontem plus æquo laudauit, quoniam patrem eius Andromachum Monarchia non deiecerit. Philiſtus cum iuuene Dionyſio orationibus contendit. Xenophon Memnoni conuitium dicit quòd familiaris eſſet Platonis, cuius ipſe æmulus fuerat. Adplicatio ad ſcribendum hiſtoriam cupidoq́; gloriæ iam inde puero ſtatim apparuit. Nam recitante quondam Herodoto ſua ſcripta magno auditorum aſſenſu, permotus & ipſe laudis æmulatione flere uiſus eſt, quod Herodotus animaduertens ad patrem uerſus, ait: Deduc puerum ad diſciplinas. VIII. hiſtoriæ compoſuit libros, in uerbis luculentus, in ſententijs obſcurus, multa breui complectens. In hyperbatis frequens, minime figuratus. Nam neq; ironijs, neq; ſcomnatis, neq; obliquis utitur orationibus, uti Demoſthenes, quòd hiſtoriam aut perſonas quas introducit, cum ſint principes uiri & generoſi, minime deceat hoc cauilloſum ac ueteratorium dicendi genus. Exceßit in Thracia ſepultus Athenis, ut dicunt nonnulli, oßibus clam exportatis quando cauebatur nequis ob proditionem exul Athenis contumularetur. Eius monumentum cernitur prope Pylas in loco Atticæ, quem Cœlam uocant. Hæc ex Marcellino Græco autore conuerſa. de eodem Quintilianus ita refert. Thucydides & Herodotus longe cæteris in hiſtoria præferendi, quorum diuerſa uirtus laudem penè eſt parem conſecuta. Denſus & breuis & ſemper inſtans ſibi Thucydides: Dulcis & candidus, & effuſus Herodotus: ille concitatis, hic remißis affectibus melior: ille concionibus, hic ſermonibus: ille ui, hic uoluntate. Dionyſius Halicarnaſſeus ſcribit, Demoſthenem adeo Thucydidis ſtylum probaſſe, ut eius librum octies exſcripſerit, totumq́; ferè edidicerit. Cicero in Bruto. Thucydides rerum geſtarum ſyncerus pronuntiator & grandis etiam fuit, hoc forenſe concertatorium non tractauit genus. Orationes quas interpoſuit, multæ ſunt: eas ego laudare ſoleo, imitari neq; poßim ſi uelim, neq; uelim ſi poßim: ut ſi quis falerno uino delectaretur, ſed eo nec ita nouo, ut proximis Conſulibus natum uelit, nec rurſus ita uetere, ut Opimium aut Anicium Cos. quærat. Atqui eæ notæ ſunt optimæ. Credo, ſed nimia uetuſtas non habet eam quam quærimus ſuauitatem. hæc ille. Obſcurus omnino autor, & ultima ferè lectio cenſetur apud Græcos, ijs qui iam profecerunt, quod & idem Cicero non dißimulauit, dum uix illius ſententias crebras percipere fatetur.

Thucydides dux

Thucydides alios idem Marcellinus ponit, unum Mileſium Athenis inter principes uiros ac duces, æmulum Periclis. Alium Pharſalium, Memnonis filium, cuius meminit Polemon in his quæ de Acropoli ſcripſit. Quartum poëtam natione Achedryſium, cuius meminit Androcion in Attide, dicens eum filium eſſe Ariſtonis, qui fuit tempore Platonis Comici & Agathonis Tragici ac Nicerati uerſificatoris.

Actius Tullius rex

ACTIVS TVLLIVS Volſcorum rex, qui Coriolanum profugum excepit. deq́; communi conſilio Romam ſuos Volſcos ad ludos ire ſuaſit. clam deinde Conſules adlocutus perterrefecit ac monuit, ut Volſcos urbe eijcerent: dubitare ſe, ne ſicuti olim Sabini in ſimilibus ludis aliquem excitent tumultum. Hæc Tullius ſimulabat, ut planè iuſtam belli cauſam haberet: quod ſanè accidit, ſuis poſtea in concione ad ultionem excitatis, ut autor Liuius libro II. Ab hoc igitur proſapiam Ciceronis Plutarchus originem habuiſſe dicit, quanquam tempore uiluerit. Silius à Tullo rege Romano, progenitorem eius Tullium alium, qui tempore Annibalis ordines duxit, his uerſibus memorat: Tullius æratas raptabat in agmina turmas. Regia progenies & Tullo ſanguis ab alto: Indole proh quanta iuuenis quantumq́; daturus, Auſoniæ populis uentura in ſecula ciuem. Ille ſuper Gangem, ſuper exauditus & Indos, Implebit terras uoce, & furialia bella Fulmine compeſcet linguæ, nec deinde relinquet Par decus eloquij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

M.T.Cic. cuiquam ſperare nepotum. Marcum Tullium Ciceronem plures utriuſque linguæ autores literis mandauere, inter quos Tyro Tullius eius libertus I I I. uoluminibus eius uitam teſte Pediano deſcripſit. Nos pauca cum ex Plutarcho, tum reliquis autoribus, quæ potiſſima uidebantur, collegimus. Igitur Cicero natus I I I. Non. Ianuar. præceptores ſe fatetur habuiſſe, in philoſophia quidem Philonem Academicum tunc Romæ commorantem. In iure ciuili Scæuolam. In dialectica Diodorum Stoicum. In dicendo Apollonium Molonem. Sex. Roſcium Amerinum parricidij reum natus annos X X I I I. ut tradit Nepos, alij X X V I I. defendit. Metuens deinde Sullam, quem in ea cauſa offenderat, in Græciam abijt, Aſiamq́; ſimulata cauſa ualetudinis adijt, ubi ſe, ut ipſe ait, recoquendum præceptoribus dicendi dedit. Xenoclemq́; Adramytinum, Dionyſium Magneſium, & Menippum Carem, Rhodium Apollonium Molonem magiſtrum dicendi habuit. Feruntq́; Poſidonium tunc Athenis cum Græce declamantem audiuiſſe, ac protinus exclamaſſe, quod ſolam Græcis dicendi relictam gloriam uideret ad Latinos per eum transferri. Cum quæſtor è Sicilia reuerteretur, Puteolosq́; adplicuiſſet: ubi multi ciues Romani ad Baias conuenerant, interrogatus eſt quid nam Romæ rerum gereretur. Miratus igitur Cicero illos ignorare tanti temporis abſentiam eius in Sicilia, decreuit ex illo ſemper in urbe uiuere. Conſul factus coniurationem Catilinæ repreſſit, legem Agrariam repulit, Murenam defendit. Hinc ob Clodij inimicitiam in exilium actus, æquo animo, ut philoſophum decebat, minime fuit. Eius Cauſa X X. hominum millia ueſtem mutauere. Redijt Pompeio & conſule Lentulo ſollicitantibus, tanta urbis lætitia, ut quaſi auulſa ſedibus ſuis Roma, omnis ætas ordoq́; obuiam procederet, quæ omnia ex eius orationibus, & pridie quàm iret in exilium & poſtquam redijt, licet deprehendere. In augurum collegium cooptatus, deinde Procos. in Ciliciam profectus, ibi Ariobarzanem regem populi Romani amicum ſeruauit à Parthis, qui in Syriam tranſiuerant in extremam Cappadociam non longe à Tauro apud Cebiſtra oppidum. inde reuertens Athenas Rhodumq́; reuiſit. Vrbemq́; petens, incidit in ipſam flammam ciuilis belli. Demandataq́; ei Campaniæ cura, Pompeio decedente, literæ à Cæſare superuenerunt quæ hortabantur eum ut uirum bonum & quietum neutri parti adhærere. Cæſare rerum potito, cum eius nullæ eſſent partes, ſeſe ad ſtudia & otium contulit: eo deinde interfecto, & Antonio flagitioſe agente, in Græciam abijt ea mente, ut rediret. Initio conſulatus Hircij & Panſæ cauſa fuit, ut Antonius hoſtis à Senatu iudicaretur, à quo tandem I I I. uiro iuſſus interfici, à Popilio quem capitis reum defenderat, apud uillam ſuam Formianam iugulatur, anno ætatis

Terẽtia uxor L X I I I I. Terentiam uxorem ſæpe aduerſam tandem abdicauit, de qua Hieronymus contra Iouinianum. Cicero rogatus ab Hircio, ut poſt repudium Terentiæ ſororem ſuam duceret, negauit ſe id facturum, dicens non poſſe uxori & philoſophiæ pariter operam dare. Et item de eadem. At illa quæ de fontibus Tullianis hauſerat ſapientiam, Meſſalæ Coruino ac deinde Salluſtio acerrimis Ciceronis inimicis nupſit. Hæc poſtea ad centum uixit annos: duxit tamen aliam Cicero, mirantibusq́; amicis, quòd ea ætate uirginem duxiſſet, reſpondit, Cras mulier erit. Recenſere eius libros adeo uulgatos ſuperuacaneum, eos commemorabo qui deſunt. De conſolatione ad filiam librum I. De gloria I I. Laudationem Catonis I. Commentarios ſui Conſulatus Græcè ſcriptos, quos ad Poſidonium philoſophum miſit. Tris libros de temporibus ſuis uerſibus ſcriptos. Nam & ad poëticam pronus, quingentos nocte uerſus facere ſolebat. Conuertit quoque in Latinum Oeconomicum Xenophontis. Arati Phænomena trimetro carmine. Orationem Demoſthenis pro Cteſiphonte, & alteram Aeſchynis contrariam. Marcus Cicero filius eius inter eos, qui à M.C.filius claris parentibus degenerauerunt, ponitur Valerio. Binos eum congios haurire ſolitum ſcribit Plinius, ob temulentiamq́; M. Agrippæ ſcyphum impegiſſe. Idem libro X X I I. cap. V I. ait Auguſtum Conſulem cum Cicerone filio fuiſſe, quod ſanè miror ab alijs ſcriptoribus præteritum, ab ipſo præſertim Cicerone patre, qui tanta de ſe ac ſuis iactare Qu.C.frater ſolebat. Qu. Cicero frater legatus Cæſaris in Gallia X I I I I. legionis præfectus. Deinde ad regendam Aſiam Proconſul miſſus admonetur à fratre per epiſtolam totius officij. Quandoque etiam cum eo in diſſidium uenit. Duxit uxorem Pomponij Attici ſororem. Miſerandus demum eius exitus. Proſcriptus enim unà cum filio quando & Cicero frater, percuſſorem rogauit ſe ante filium abſumi, filius contra ſe antequam patrem. Vterque igitur ſimul interfe- Tulliola ctus. autor Appianus. Tulliola filia Ciceronis, prius locata Dolobellæ. Deinde Piſoni Craſſipedi, ſub quo in partu diem obijt, patri adeo dilecta, ut à Salluſtio ut probrum, matris pellex appellaretur, quod ut ab inimico, non iudice dictum exiſtimandum. Huius igitur & reliquorum Tulliorum monumenta in uia Appia, ſexto ab hinc lapide, marmora quoque in ſcripta plurima ante hos annos rete- Tyro T[...] cta ſunt. Tyro Tullius Ciceronis libertus adiutorq́; in ſtudijs fuit. Is libros complures de uſu atque ratione Latinæ linguæ, itemq́; uarijs ac promiſcuis quæſtionibus compoſuit. In his præcipui uidentur, quos Græco titulo Pandectas inſcripſit, tanquam omne genus continentes doctrinarum. Hæc Gellius. Hic ſupra centum dicitur annos uixiſſe, uolumina eo quo nunc uidemus ordine diſpoſuiſſe, Laurea T[...] ut autor Quintilianus. Laurea Tullius, alter Ciceronis libertus etiam doctus, cuius de balneis epigramma legitur Tullius Criſpinus apud Plinium. Tullius Cimber, qui primus in coniuratione Turianus Bruti manus in Cæſarem intulit. Tullius Criſpinus, dux Romanus, debellatus à Seuero principe. Turianus Plaſtes adcerſitus à Fregellis à Tarquinio ad Iouis effigiem in Capitolio dicandam. Nam in Hetruria ea maxime ars uigebat. Fictilia quoque in urbis exordio erant in honore, abſtinentiæ & paupertatis exemplo. ob hoc rex Numa ſe- Turpilius ptimum collegium figulorum inſtituit. Plinius. Propertius item. Fictilibus creuere deis hæc aurea templa. Turpilius eques Romæ, è Venetia. Cuius pulchra extant opera Veronæ. Læua is manu pinxit. autor Plinius qui ſuo tempore dicit fuiſſe. Turpilius poëta Comicus ſenex Sinueſſæ moritur Pompeij tempore. autor Euſebius. Turia uirgo Turcii ueſtalis inceſti damnata. Liuius. TVRCIORVM quoque familiam Romæ fuiſſe ex inſcriptione lapidis co- Turcius Apronianus gnoſcimus, qui nunc in hortis apud ædis apoſtolorum conſpicitur his uerbis. Ex autoritate Turcij Aproniani præfecti urbis. Ratio docuit utilitate ſuadente, conſuetudine mercandi ſummota: ſub exagio potius pecora uendere quàm digitis colludentibus tradere, ut appenſo pecore, capite pedibus & ſeuo, lacte & ſubgulari lanio cedentibus, reliqua caro cum intraneis proficiat uenditori ſub conſpectu publica fide ponderis comprobata, ut quantum caro occiſi pecoris adpendat, & emptor norit & uenditor commodis omnibus ac præda damnata, quam Tribunus officium, Cancellarius & ſcriba de pecuarijs capere conſue- A.Tuccius uerant. Quæ forma interdicti & diſpoſitionis ſub gladij periculo perpetuo cuſtodienda mandatur. A. Tuccius. Huius nominis inſcriptio, Romæ apud arcum Conſtantini nuper in effoſo lapide, quod fundamentum putatur fuiſſe alicuius ædificij à Tibicinibus facti, Numini domus Augu-

ſtorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſtorum uictoriæ ſacrum Genio collegij Tibicinum Romanorum. Q. S. P. P. Q. Q. II. S. P. D. D.

L.Valerius Publicola

VALERII prius Valeſij teſte Quintiliano appellati, ſicut Fuſij deinde Furij, Primus qui in magnum uenerit nomen, fuit L. Valerius Valeſij filius, qui primo de Veientibus, iterum de Sabinis, tertio de utriſque triumphauit. Hic quia in locum Tricipitini collegæ Conſulem non ſubrogauerat, & domum in Velia tutiſſimo loco habebat, in ſuſpicionem regni adfectati uenit: quo cognito apud populum queſtus eſt, quòd tale aliquid timuiſſent: quapropter miſit qui domum ſuam diruerent, ſecures etiam faſcibus dempſit, caſq; in populi concione ſummiſit: legem de prouocatione à magiſtratibus ad populum tulit. Hinc Publicola dictus. Cum diem obijſſet, publice ſepultus & annuo matronarum luctu honoratus. Cæcilius. Hic quadriga primus in triumpho uectus eſt ſine ulla inuidia: præterea collegæ Bruto honores funusq; curauit, funebremq; orationem de ipſius laudibus habuit, quæ adeo iucunda fuit Romanis, ut ex eo conſuetudo manſerit, ut qui ſtrenue pugnando occubuiſſent, ab optimatibus laudarētur. autor Plutarch.

M.Val. Publicolæ frater

M.Val. Publicolæ frater Cos. unà cum Poſthumio Tuberto factus, ac contra Sabinos profectus, rem feliciter fratris auſpicijs & adminiſtratione geſſit. Ex quo publice ei domus ædificata, cuius fores extra honoris gratia aperirentur, quum cæteræ intus procederent.

Val.Coruin.

Valerius Coruinus Tribunus militum ſub duce Camillo reliquias Senonum perſequente, aduerſus Gallum prouocatorem ſolus proceſſit. Coruus ab ortu ſolis galeæ eius inſedit, & inter pugnandum ora oculosq; Galli reuerberauit, & hoſte uicto, Valerius Coruinus dictus. Hic cum ingens multitudo ære alieno oppreſſa, Capuam occupare tentaſſet, & ducem ſibi Quincium neceſſitate compulſum feciſſet, ſublato ære alieno ſeditionem compreſſit. Hæc Cæcilius. Liuius uerò addit de Samnitibus eum triumphaſſe, Sexies conſulem fuiſſe. hoſtes T.Manlij morte ſuperbos compreſſit. Vixit præterea teſte Valèrio, corporis & animi uiribus integris annos centum.

L.Val. Potitus

L. Val. Potitus poſt decemuiralem inuidiam, plebem in patres incitatam legibus & conditionibus ſuis mitigauit. Vnde Potiti cognomen adeptus. Primus quoq; Conſul poſt decemuiros cum Volſcos Equosq; ad Algidum magna laude debellaſſet, triumphus ei à patribus negatus fuit, Sed ſuadente Icilio Tribuno plebis primus ſine autoritate Senatus triumphauit, cum Collega ſuo M.Horatio.

M.Val. Max.

Quamobrem Maximi cognomen adeptus eſt, quod nemini à ſenatu præter quàm Fabio Maximo datum eſt, ut ait Plutarchus.

M.Val. Falco

M. Val. Falco ad Attalum regem pro ſimulacro matris Deum ex oraculo miſſus à Romanis.

Val. Leuinus

Valerius Leuinus Cos. cum Pyrrho prælio congrediens in Lucania infeliciter pugnauit. Iterum poſtea Conſul contra Agrigentum miſſus, ac ſuperato Hannone duce Carthaginienſium, oppidum in poteſtatem recepit. Senatum ſecuri percuſſit. Cæteros ſub corona uendidit. Alter Leuinus Cos. contra Philippum Macedoniæ regem proſpera bella geſſit, teſte Liuio libro VI. de II. bello.

L.Val. Flacc.

Valerius Flaccus M. Catonis ſenis familiariſſimus, eundem ex agro Tuſculano ad rempublicam adduxit pariter & inſtruxit, ut ait Plutarchus. Conſul cum eodem Catone circa Mediolanum, ut Liuius teſtatur, cum Gallis & Inſubribus & Boijs collatis ſignis pugnauit, ubi decem milia hoſtium ſunt cæſa. Cauſam mulierum de abroganda lege Oppia contra collegam ſuum Catonem obtinuit, de quo uide Liuium, elegantes utriuſque orationes libro IIII. de bello Maced. Cenſor quoque cum eodem creatus ab eo princeps Senatus eſt dictus.

Val.Antias

Valerius Antias ſcriptor hiſtoriarum ſæpe ab autoribus teſtis citatus, militauit ſub Valerio Leuino aduerſus Hannibalem.

Valerii Meſſalæ duo

Val. Meſſalæ, duo oratores, de quibus uide in Meſſala.

Q.Val.Sor.

Q.Val. Soranus poëta quem Cicero de oratore in primis doctiſſimum togatorum appellat: Plutarchus uerò uirum philoſophum & eruditum dicit, ac interfectum per proditionem à Gn.Pompeio fuiſſe, dum ultro citroq; cum eo ambulantem ac loquentem pauloq; poſt abeuntem iuſſerit necari: autoremq; Oppium adducit. Huius Sorani eſt illud principium poëmatis. Iuppiter omnipotens regum rerumq; repertor Progenitor genitrixq; Deum Deus unus & omnis.

C.Val.Procillus

C. Valerius Procillus, militauit ſub Cæſare, in Galliam miſſus legatus ad Ariouiſtum, ut in commentarijs.

Val.Maxi.

Valerius Max. hiſtoricus ſcripſit dicta ac facta memorabilia ad Tiberium Cæſarem. Militauit ſub Sexto Pompeio, ut ipſe de ſe teſtatur, ubi de inſtitutis antiquis loquitur.

Val.Flaccus

Val.Flaccus poëta ſcripſit Argonautica. Quintilianus eum ſua ætate fuiſſe teſtatur, his uerbis. Multum in Val.Flacco nuper amiſimus.

Valerii præſules

Inter Valerios ſunt ſancti uiri duo præſules non prætereundi. Alter Cæſarauguſtanus & ciuis & epiſcopus, Maximiani tempore ſub Daciano præſule, unà cum Vincentio martyre captus. Alter præſul Hipponenſis fuit, cui ſucceſſit Auguſtinus.

Valeriæ martyres Cornelia

Eſt & Valeria uirgo & martyr in Africa, cum Cornelia item uirgine. Pridie Calend. April. Altera Valeria martyr uxor S. Vitalis poſtea dicetur.

Valerianus

Valerianus præſul in Africa martyr ſub Genſerico rege.

Valdenſes

Valdenſes ſeu pauperes de Lugduno, ſub Hadriano IIII. autore Valdone excitati ſunt. Is enim idiota, ſacrorum uoluminum deguſtationem ex alijs deprehenderat, patrimonium omne pauperibus diſtribuens, dictitabat Chriſtianis omnia communia eſſe oportere, ad eumq; errorem plures adſciuerat.

M.Varro

Marcus Varro natus tempore, quo Marius Cimbros deleuit in prouincia Narbonenſi, ut placet quibuſdam. De quo Cicero in primo Academicorum. Libri tui Varro, nos tanquàm in urbe noſtra peregrinantes erranteſq; ſicuti hoſpites reduxerunt domum, ut poſſemus aliquando ubi eſſemus agnoſcere. Tu ætatem, tu deſcriptiónem temporum, tu ſacrorum iura, tu domeſticam, tu bellicam diſciplinam, tu ſedem regionum & locorum, tu omnium diuinarum atque humanarum rerum nomina, genera, officia, & cauſas aperuiſti: Plurimū quidem poëtis noſtris & literis lumen attuliſti, atque ipſe uarium & elegans omni ferè numero poëma feciſti, philoſophiam & in multis locis inchoaſti. Auguſtinus de ciuit. dicit hunc apud Latinos, & Origenem ac Didymum apud Græcos plus cæteris ſcripſiſſe, edidiſſeq; libros XLI. Satyras quas Menippeas appellant, De imaginibus. Denique tam multa legit, ut aliquid ei ſcribere uacaſſe miremur, tam multa ſcripſit quàm uix quenquam legere potuiſſe credamus. hæc ille. Terentianus item ait, uir doctiſſimus undecunque Varro. Militauit bello Piratico ſub Pompeio. Coronaq; ob uirtutem donatus nauali, qua longe clariorem meruit imaginem, ut ait Plinius, in bibliotheca Aſinij Pollionis.

Terent.Varro

Terentius Varro ante hunc ſordido loco natus, in foro clamitando cauſasq; agendo pro ſordidis hominibus aduerſus bonos, honores procurauit, quæſtura & duabus ædilitatibus, ſella Curuli & Prætura functus. Poſtremo conſul factus culpa ſua apud Cannas exercitum Paulumq; collegam ſuum perdidit. Redeunti gratias Senatus egit quòd non deſperaſſet. Dictaturam nolenti obtulit. autor Cecilius.

Q. Rubius Varro

Q. Rubius Varro, qui à Senatu hoſtis cum C. Mario eſt iudicatus, acer & uehemens accuſator fuit. Cicero in Bruto. C. Viſellium Varronem, Cicero item inter uiros ſui temporis doctos commemorat.

Varro Atacinus

P. Terent. Varro Atacinus in his quæ nomen eſt adſecutus inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

pres operis alieni non ſpernendus quidem, uerum ad augendam facultatem dicendi parum locuples. Quintil. Euſebius autem dicit eum ex Atace fuiſſe uico Narbonenſis prouinciæ, ac poſt ann. x x x v. literas Græcas didiciſſe.

Qu. Varius orator — Qu. Varius orator acutus in rebus inueniendis, nec minus uerbis expeditus, fortis uerò autor & uehemens, & in uerbis nec inops nec abiectus, & quem planè oratorem dicere auderes: Cicero in Bruto.

P. Actius Varus PR. riso- — P. Actius Varus quum Auximum cum præſidio teneret, adueniente Cæſare aufugit. Lucanus. Varus ut ad martem pulſarunt Auximon alæ, Per diuerſa ruens neglecto mœnia tergo, Qua ſyluæ, qua ſaxa fugit. Prætor idem Africam obtinuit tempore ciuilis belli dum ibi Ligarius eſſet, qui tyrannide accepta contra Cæſarem prouinciam tenuit. Pedianus.

Quint. Varus — Quintilius Varus Alphenus patria Cremonenſis, ut ait Euſebius, fuit: quem Virgilius in Bucolicis magnopere extollit: Vare tuum nomen ſuperet mihi. Et rurſus: Namque ſuper tibi erunt qui dicere laudes Vare tuas cupiant, & triſtia condere bella. Inter Auguſti præfictos fuit, & Germanos magna gloria uicerat, ut eſt autor Seruius grammaticus: uerum hic poſtremo profligatus ab eiſdem Germanis, tris legiones amiſerat: quapropter Auguſtus ob dolorem ſæpe parieti caput adlidens aiebat. Redde legiones Vare. autor Tranquillus in Auguſto.

L. Varus, & Plocius Tucca — L. Varus & Plocius Tucca, uiri doctiſsimi, amici Vargilij, hæredesq; ex parte teſtamenti relicti, iuſſu Auguſti carmina Aeneidos emendauerunt, hac lege ut nihil adderent, ut Seruius tradit. Horatius. Dilecti tibi Virgilius Varus'que poëtæ.

Varus Geminus — Varus Geminus inter Declamatores ponitur Auguſti temporibus. Hic dixit: Cæſar qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant: qui non audent, humanitatem. Seneca. Fertur & eius dictum ab Hieronymo: qui non litigat, cœlebs eſt. Cui quidem adſtipulatur illud quod in ſacris ſcribitur libris: Melius habitare in loco deſerto, quàm cum uxore litigioſa.

Varus ſoph. — Varus ſophiſta Perſa genere deſcribitur paucis à Philoſtrato.

Varinus — L. Varinus Liuio nominatur & Verinus, diminutiua à Varo & Vero.

Vargunteius — L. Vargunteius defenſus ambitus ab Hortenſio ut apparet in oratione pro Sulla. fuit & in coniuratione Catilinæ.

Vatinius — Vatinius teſte Valerio, cum eſſet dignitati Ciceronis ſemper aduerſus, ita poſtea præualuere amicitia, ut duobus iudicijs publicis ab eo defenſus ſit. Hic cum eſſet impudentiſsimus, eleganter à Seneca deſcribitur. Vatinius, inquit, aſsiduo conuitio depudere didicerat. Vaciæ cognomentum nonnulli ſibi Romæ inuenerunt à ſuris retortis.

Seruilius Vacia — Legitur de Seruilio Vacia uiro prætorio tempore Senecæ. De quo ipſe in epiſtola L v. dicit: Nulla re alia notum fuiſſe illum prætorium & diuitem quàm uillæ otio, quam prope Cumas poſsidebat, in qua conſenuerat, ut occupati aliquando clamarent: O Vacia ſolus ſcis uiuere. Cum tamen ille non uiuere, ſed latere potius ſciuiſſet. Itaque Seneca ſe dicit illac tranſeuntem ſolitum dicere tanquàm de mortuo per iocum: Hic ſitus eſt Vacia.

Fl. Vegetius Renatus — Fl. Vegetius Renatus Comes Conſtantinopolitanus ſcripſit ad Valentinianum principem libros v. Epitomen uidelicet inſtitutorum rei militaris, de commentarijs Catonis, Auguſti, Traiani, & Hadriani principum, ac Frontini. In primo electionem docet iuniorum, ex quibus locis uel quales milites probandi ſunt, aut quibus armorum generibus exercitus imbuendi. Secundus ueteris militiæ continet morem ad quem pedeſtris inſtitui poſsit exercitus. Tertius omnium artium genera quæ terreſtri prælio ſunt neceſſaria, exponit. Quartus uniuerſas machinas quibus uel oppugnantur ciuitates uel defenduntur enarrat, naualis'que belli præcepta ſubnectit.

Venerij duo — Venerij monachi ſancti duo, alter Gregorij primi tempore è regione Lunenſi ſeceſsit in inſulam proximam Palmariam, ubi herbis diu uixit, & extinctus eſt: inde poſtea poſt Apollinarem præſulem Lunenſem Regium translatus. Alter Othonis I I I. tempore ex cœnobio S. Benedicti apud Tybur ubi degebat, iniuſſu abbatis in ſolitudinem proximam perrexit. Caſtigatus deinde à S. Romualdo abbate miſsionem impetrauit, inuentus in horrido & alto ſaxo mortuus in genu cernuus.

C. Verres — C. Verres perfunctus quæſtura & prætura Vrbana patre C. Verre & prætextato filio & filia nupta, ſucceſsit in Sicilia prætor C. Sacerdoti: atque in ea libidinoſe auare'que uerſatus, decedens tandem ſuccedente Metello repetundarum reus à Siculis poſtulatus eſt. Qui M. Tullium ad accuſandum deſcendere compulerunt, iampridem ipſis neceſsitudine copulatum, quum Quæſtor in Sicilia fuiſſet. autor Pedianus.

C. Verres Eros — C. Verres Eros Deſignator Cæſaris Auguſti. inſcriptio marmoris Romæ.

C. Veturius Cos. — C. Veturius, & Sp. Poſthumius Coss. aduerſus Samnites bellum gerentes, à Pontio Herennio duce hoſtium in inſidias ducti. uide in Poſthumio.

T. Veturius — T. Veturius Veturij ſupradicti filius adoleſcens, cum ob æs alienum ſe nexum Cælio Plocio daret, uerberibus'que adfectus eſſet, quod ſtuprum pati nollet, querelam ad Cos. detulit. Senatus Plocium ad carceres duci iuſsitauit. Val. de pud.

Veturia — Veturia mater & Volumnia uxor Coriolani, quem nulla uis à mœnibus patrijs amouere potuit, caſtra adeuntes lacrymis ſuis amouerunt. autor Liuius.

Verrius Flacc. — Verrius Flaccus Iuris pontificij peritiſsimus apud Macrobium & Diomedem grammaticos.

Verrius Flacc. grammaticus — Verrius item Flaccus huius libertus, dicendi genere claruit. præceptor Auguſti nepotum. docuit in Atrio Catilianæ domus, accepit'que in annum L L S. centena, deceſsit elatus exacte, ſub Tyberio. Statuam habuit Præneſte. ex Tranquillo.

Verrius Cloacius — Verrius Cloacius grammaticus de uerbis à Græcis tractis librum compoſuit. autor Gellius qui paulò pòſt eum fuit.

Velius Long. — Velius Longus grammaticus ſcripſit in arte grammatica, cuius quædam reperta ſunt nuper in cœnobio Bobienſi.

Vectius prætextatus — Vectius Prætextatus apud Macrobium.

Vectius ualés — Vectius Valens Antiochenus libros ſcripſit Anthologias, in quibus de annis, Climactéribus Septenarijs & Nonarijs eorum'que ratione ſcripſit, tradita prius à Petoſiri & Necepſe regibus, περὶ κλιμακτήρων ἑβδομαδικῆς καὶ ἐννεαδικῆς ἀγωγῆς.

Vibius Virrius — Vibius Virrius Campanus qui inter autores fuerat Campanæ defectionis ad Annibalem, præmente Fuluio Cos. idem etiam fuit autor ante deditionem uti ciues ſibi mortem conſciſcerent. Itaque x x I I I. ſenatores eum ſecuti domum, poſt cœnam uino mentem alienati atque inuicem complexi cum lacrymis ueneno ſumpto digreſsi ſunt. Liuius.

Victor præſul — Victor præſul Carteiæ ciuitatis Hiſpaniæ, ſcripſit aduerſus Arrianos.

Victor Aphe — Victor Mauritanus genere, ſub Maximiano martyr, cuius erat miles & aulicus maximo in honore, apud Mediolanum poſt uarias pœnas è uinculis fugiens latitauit, mox deprehenſus prope eandem urbem in hortis eiuſdem principis capite plectitur V I I I. Eid. Maij: cuius corpus diu inhumatum ac canibus relictum, S. Maternus loci præſul condidit. Eius hodie caput à Calliſto I I. dono acceptum Volaterrani oſtendunt. Fuere item & in hac palma complures huius nominis.

Victorini tyr. — Victorinus inter x x x. tyrannos tempore Gallieni. de quo Iul. Aterianus ſic ſcribit. Victorino qui Gallias poſt Iunium Poſthumium rexit, neminem exiſtimant præferendum, non uirtute Traianum, non Antoninum clementia, non grauitate Neruam, non in gubernando ærario Veſpaſianum, non in cenſura aut ſeueritate totius uitæ Pertinacem uel Seuerum. Sed omnia hæc libido & cupiditas mulieraria uoluptatis ſic perdidit, ut nemo audeat uirtutes eius

literis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

literis mandare.hæc ille.Eo igitur matronarum libidinũ cauſa interfecto apud Agrippinam, mater Victorina Victorinum filium paruum Cæſarem fecit, qui paulò pòſt & ipſe interfectus fuit apud Agrippinam coloniam : unum utriq; ſepulcrum hac inſcriptione.Hic duo Victorini Tyranni ſiti ſunt, autor Pollio.

Victoria Augusta

Victoria Auguſta mater Victorini, quæ & mater Caſtrorum dicta eſt,inter x x x. tyrannos ponitur,ac in Gallia rexit imperium Tetricumq; Imperatorem adfinem ſuum etiam conſtituit, de qua etiam inter Imperatores dixi.

Victoria mar.
Victorinus pictauenſis

Altera uirgo Trebulana & martyr in patria ſub Decio. Victorinus præſul Pictauenſis ac martyr,ſcripſit quædam ab Hieronymo commemorata.

Victorinus Afer

Victorinus Afer, Romæ ſub Conſtantio principe rhetoricæ præceptor, in extrema ſenectute factus Chriſtianus, ſcripſit nonnulla quæ Hieronymo recenſentur.

Victorinus Aquitanus

Victorinus natione Aquitanicus calculator, adcerſitus ab Hilario urbis Romæ epiſcopo,compoſuit paſchalem curſum poſt quatuor illos, Hippolytum, Euſebium, Theophilum & Proſperum. Continet autem annorum ſeriem D X X X I I. Ita ut quingenteſimo trigeſimotertio anno rurſus incipiat paſchalis ſolennitas eodem menſe & die & Luna, quæ primo reſurrectionis dominicæ anno facta eſt. autor Gennadius. Victorianus præſul in Mauritania,ſcripſit nonnulla ab eodem autore commemorata.

Vigilantius

Vigilantius natione Gallus,eodem etiam teſte autore,præſul in Hiſpania, quem Hieronymus Dormitantium lepido cauillo appellat, acriq; defenſione refellit,quòd inter alia diuitias paupertati præferebat.

Vigilij

Vigilius diaconus compoſuit Monachorũ inſtituta. Alter qui præſul fuit:ſcripſitq; ad Simplicianũ quendam in laudem martyrũ. autor idem.

Vicentij clari

Vincentius natione Gallus,preſbyter ſub Theodoſio & Valentiniano, uir eruditus in ſacris literis,ſcripſit librum quem tacito proprio nomine inſcripſit, Peregrinus contra hæreticos. autor idem. Vincentius ordinis Prædicatorum:qui ſcripſit hiſtoriã uniuerſalem ab exordio mundi uſq; ad Hieroſolymitanam expeditionem Ludouici regis Gallorũ,annum uidelicet M. C C X L V I I I. Vincentius uerò martyr tempore omnibus, ac celebritate prior, patria Cæſaraugustanus, ordine Leuita. Valerij præſulis ſui munera Euangelij ſæpe obibat,ſub Diocletiano paſſus,ſepultus apud Valentiam. Vincentius poſtremo ordinis etiam Prædicatorum natione item Hiſpanus,patria Valentinus,claruit ſanctitate noſtra ætate inter ſanctos à Caliſto I I I. relatus,qui eius fuerat ciuis,cumq; Pōtificem futurum prædixerat, ab eoq; ſe magnis honoribus extolli.

Vinucius

Vinucius ciuis Rom. Auguſti tempore,quo nemo in agendis cauſis præſtantius habuit ingenium:quicquid longa cogitatio illi præſtatura erat,prima intētio animi dabat: ex tempore cauſas agebat,ſed non deſiderabat hanc conditionem, ut ex tempore agere uideretur. De hoc eleganter Auguſtus dixit,Vinucium in numerato ingeniũ habere.Seneca in Declama.

Vindicius ſeruus

Vindicius ſeruus qui coniurationem Tarquiniorũ & filiorum Bruti retexit,donatusq; propterea libertate ex ſententia Valerij Publicolæ fuit.ex quo poſtea manumiſsioni uindictæ nomen manſit. Plutarchus.

L. Virginius
Virginia

L. Virginius occiſa Virginia filia Icilio pacta, quam Appius Claudius Decemuir per uim corrumpere uolebat, urbem libertati reſtituit, finemq; tyrannidi Decemuirali conſtituit,ut mors Lucretiæ regibus.uide Liuium libro I I I. ab urbe.

T. Virginius
Virginius Opiter

T.Virginius Trib. pleb. Cæſonem Quincij Cincinnati filium cum reipublicæ periculo condemnauit.Liuius in eodem libro. Virginius Opiter Cos.cum Aruncis bellum gerens, Pometiam magna clade adfecit.Ibidem.

Cælimōtanus

T. Virginius Cælimontanus cum Sp.Aemylio Cos. creatus,pacem foris domiq; habuere. Idem in eodem.

Virgilius

Virgilius Maro recte ſcribitur non Vergilius, ut quidam è noſtris grammaticis hodie putant. Nam de poëta teſtatur antiqua Græca inſcriptio in Claudianum reperta quæ βιργίλιον ponit,ut in Claudiano ſcripſimus.

T. Virgilius

Quod uerò in quodam marmore aiunt T. Virgilius Donatus inueniri, non mirum mutatione unius literæ diuerſa eſſe nomina.Sic enim Minucius & Minicius,& multa alia reperiuntur. Huius uitam recenſere ſuperuacaneum cum ubiq; legatur,ac eam Seruius diligentiſsimè perſcribat. Hunc ſicut & pleroſq; calamitas & exilium clarum fecit: amiſsis enim poſſeſsionibus Mantuæ,ob uicinitatem Cremonæ Antonianæ,ad Auguſti opes Romam ſe contulit,adiutus Mecœnatis amicitia. Illud inter cætera mirum recenſebo, quod Tacitus de eius laudibus cōmemorat. Dum eius quædam carmina recitarentur in Theatro, ei omnes adſurrexere ueluti Auguſto,apud poſteros uerò tantum eius præiudicata potuit opinio,ut teſte Macrobio,quamuis eius carmina multis in locis damnētur,laudem amittere non poſsit. Noſtri autem ſic eum taxant, ut Heſiodo ſuperior, Theocrito æqualis,Homero inferior exiſtat,quos ſibi autores ad imitandum adſumpſit.Ego uerò huic ueterum opinioni non auſim detrahere,uerum quantum ex utrinſq; conijcio lectione, quæ ab Homero hic accepit multo mihi uidetur feciſſe meliora.

Vgones clari
Vitalis

Vgones clari nonnulli memorantur, qui ſuis in locis dicuntur. Vitalis eques Rom.Rauennam cum Paulino præfecto eius urbis profectus ac Chriſtianus factus Domino obtemperare recuſabat, ex quo in eadem ciuitate in foſſam altam demiſſus martyrio adficitur,ubi poſtea templũ ei dicatum.

Valeria
Geruaſius & Protaſius
Vigilij

Ex Valeria Geruaſium & Protaſium genuit, & ipſos deinde martyres. Vigilij quoq; duo clari ſanctitate, alter præſul Tridentinus, ſub Gratiano & Valentiniano martyr : alter præſul Antiſiodorenſis ſub Conſtantino.

Viriatus dux

Viriatus Luſitanus primum in Hiſpania è paſtore uenator, è uenatore latro,mox iuſti exercitus dux factus uniuerſam Luſitaniam occupauit. M. Ventidium Prætorem fuſo eius exercitu cepit.Poſt G N. Plaucius prætor nihilo felicius rem cum eo geſsit, tantumq; terrorem hoſti is intulit, ut aduerſus eum conſulari opus eſſet duce & exercitu. C L. Mimerium & C. Nigidium oppreſsit. Deniq; à proditoribus conſilio Cepionis interemptus eſt, & ab exercitu eius multum imploratus tumulatusq; nobiliſsime. Liuius, Cæcilius.

Vlpianus

Vlpianus Iuriſconſultus, Alexandri imperatoris ſcriniorum magiſter, è Tyro fuit,ut legitur in libro Digeſtorum de Cenſibus para. V.C. Tyrus. Cum Galliam regeret, populari tumultu interfectus eſt.Hic utitur autoritate Pomponij,Pomponius uerò Scæuolæ.

Nomina Iuriſconſultorũ x x x.

Fuere autem reliqui Caius, Paulus, Celſus, Papinianus, Modeſtinus, Florentinus, Martianus, Alphenus, Caliſtratus, Iabulenus, Proculus, Aemylius, Africanus, Marcellus, Hermogenianus, Iulianus, Pompilius, Triphonius, Carnanus, Caſsius, Terentius, Clemens, Neratius, Alcinous, Rufinus, Labeo, Archianus, Venuleius, Claudius,numero x x x. quorum magna pars ſub Alexandro.Sulpitius autem & Trebatius, Scæuola, Pomponius, ijs ſuperiores.

Volcatius Sedigitus

Volcatius Sedigitus in libro de poëtis quid ſentiat de his qui comœdias ſcripſerint, his uerſibus monſtrat, Multos incertos certare hanc rem uidimus,Palmam poëtæ Comico cui deferãt.Eum meo iudicio errorem diſſoluã tibi. Vt contra ſi quis ſentiat,nihil ſentiat.Cæcilio palmã ſtatuo de Comico.Plautus ſecundus facile exuperat cæteros.Deinde Neuius qui ſeruet precio in tertio eſt. Si erit quod quarto detur,dabitur Licinio.Poſt inſequi Licinium facio Attilium.Sexto conſequitur hos Terentius,Turpilius ſeptimum, Trabea octauum obtinet.Nono loco eſſe facile facio Lucretium,Decimũ addo antiquitatis gratia Ennium.

L. Volcatius Cos.

L. Volcatius Cos.impedijt ne Catilina ob accuſationem repetundarũ peteret conſulatum, autor Pedianus. Volcatius Gallicanus quintũ Cos.ſcripſit uitas Imperatorũ ad Diocletianũ. Eius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Volcatius Terentianus

tantum extat nunc Auidij Caßij uita. Volcatius Terẽtianus hiſtoriam ſu: temporis,hoc eſt,Gordianorum ſcripſit,ac dicit Gordianũ ſeniorem uultum Cæſaris Auguſti retuliſſe. autor Capitolinus.

Volcatius grãmaticus

Volcatius Epidius grammaticus, ſcripſit res geſtas Pompeij magni & eius patris,primus Libertinorum qui hiſtoriam ſcripſerit, cum ab optimo quoq; ſcribi ſolita ſit,ut ſcribit Cor. Nepos. Ludum aperuit,docuitq́; inter cæteros M. Antonium & Auguſtum. Ex Tranquillo.

Q. Volumni' Saxa

Q. Volumnius Saxa Tribunus ple.legẽ tulit nequis mulierem hæredem inſtitueret. Suaſit legem M. Cato, extat eius oratio apud Liuiũ.

Volumnius eques Rom.

Volumnius eques Ro. M. Lucullũ adeo dilexit, quod cũ Antonius eum tanquam Bruti partes ſecutũ interemiſſet, flens ad Auguſtum tractus, iube me, inquit,ad Luculli corpus adduci, eoq́; ductus amiciq́; cadauer amplexãs ipſe quoq; trucidatur. Valerius de amicitia.

Voltacilius

Voltacilius Plotus rhetor Latinus Põpeij magni libertus ludum Romæ aperuit,ut autor Euſebius.

Vrſicinus

Vrſicinus apud Rauennam martyr ſub Nerone. Alius qui de pontificatu cũ Damaſo contendit. De Vrſis & Vrſinis,in Nicolao Pont.dicam.

Xanthus hiſtoricus

XANTHVS antiquus rerum Lydorũ ſcriptor. Lydúsne,an Sardianus fuerit,Strabo ſe dicit incertum habere. Suidas Lydum eum dicit è Sardibus ciuitate fuiſſe,ſcripſiſſeq́; hiſtoriam Lydorũ libris IIII.

Xanthus poẽta

Xanthus alter poeta Melicus ponitur ab Aeliano.

Xantippus

Xantippus Lacedæmoniorum dux accerſitus à Carthaginienſibus contra Luctatium Cos. pugnauit.

Xenophon philoſopſus

Xenophon Grylli filius Athenienſis,Socratis diſcipulus,ob eloquentiam Muſa Attica uocatur. Equorum,uenationis,& rei familiaris in primis ſtudioſißimus,ut ex eius literis deprehendi poteſt. Venit in amicitiam Cyri Minoris cum quo militauit,ac eius pædiam ſcripſit,non tam hiſtoriæ ſeruiens ueritati quàm ut perfectum inſtitueret ducem,ut Cicero in II. de Oratore teſtatur,quam ſe frequenter lectitaſſe & manibus triuiſſe alibi in epiſtola quadam dicit. Præterea ſcripſit Sympoſium & Oeconomicum paruum admodũ libellum, à Cicerone conuerſum ſi credimus Columellæ ac diuo Hieronymo: qui ſi extaret, labori meo iterum uertendi conſuluiſſet. Edidit & hiſtoriã Peloponneſiaci belli,ac eorũ quæ Athenienſes poſt Thucydidẽ geſſerunt,quã Paralipomena appellauit,aliosq; tractatus qui adhuc extant. Quintilianus Xenophontis iucunditatem inaffectatam dixit,quã nulla affectatio conſequi poßit. Primus hic Philoſophorũ hiſtoriam ſcribere cœpit. Cum Platone ſimultates geßit,ut autor eſt Gellius, qui ait libros inter ſe carpſiſſe. Nam & Plato in libris ſuis teſtatur Cyrum uirum fuiſſe quidem gnauum & ſtrenuum, παιδείας δὲ οὐκ ὀρθῆς ὅφθαι τὸ παράπαν,id eſt,nõ rectã tamen omnino diſciplinam agnouiſſe. Contra uerò Xenophon in libris quos dictorum & factorũ Socratis compoſuit, negat Socratem de cœli atq; naturæ cauſis unquam diſputaſſe. Idcirco mentiri eos qui diſſertationes huiuſmodi Socrati tribuant.

Xenophontes tres

Xenophontes alios tris Suidas deſcribit,unum Antiochenum qui ſcripſit Babylonica,opus uidelicet de amore. Alium Epheſium hiſtoricũ. Tertium Cypriũ, qui ſcripſit Epheſiaca,amores uidelicet Cyrenes,Myrrhæ & Adonidis.

Xenophanes philoſophus

Xenophanes Colophonius Phyſicus poëma de Pſyllis fecit, ut autor Strabo. Hunc Diogenes ſcribit Archelai auditorem fuiſſe,ſcripſiſſeq́; elegias & Iambos cõtra Heſiodũ,& Homerum, quæ de dijs dixere improbando.

Xenophanes poëta

Fuit item alter poëta Iambicus,patria Lesbius.

Xenocrates

Xenocrates Carthaginẽſis Platonis auditor, præceptor Polemonis. Cum princeps quondam legationis Athenienſium ad Antipatrum, à quo omniũ expectatio intenta erat,nihil non illo uiro orante impetrare poſſe ſperare,ac reliqui ſocij humaniter acciperentur,ipſe ad conſpectũ uix quidẽ admiſſus eſt,quòd ſuſpectus haberetur. Tunc uerſus ad ſocios Xenocrates beneficiũ agi dixit,quòd ſeſe unũ Antipater ſuæ in Athenienſes ingratitudinis & perfidiæ teſtẽ uereretur. Et dicere incipientem,nũc obſtrepẽdo,nunc obſecrãdo tacere Antipater coëgit. Cui in orando Photion eius ſocius ſucceßit. Ad huuc,ut ait Suidas, miſit Alexãder dono XXX. auri talẽta: ille ſtatim ea remittens,ait regibus,non philoſophis opus eſſe pecunia. Scripſit præterea Cõmentarios in remp. Platonis. Hunc Xenocratẽ Hieronymus ait ſcripſiſſe in tẽplo Cereris Eleuſinæ ex Triptolomi legibus,tria fuiſſe præcepta,uenerãdos deos,honorandos parẽtes,carnibus non ueſcendũ.

Xenocrates

Oecoſcopium

Xenocratem aliũ ab hoc Platonico ſcribit Suidas non minoris modeſtiæ philoſophum fuiſſe,qui ſcripſit Oecoſcopiũ,id eſt, domeſticũ auſpicium. Quando uidelicet,aut muſtella,aut ſerpens,aut his ſimulia in domo apparent,quid portendere ſoleant.

Xenophilus

Xenophilus muſicus,patria Chalcidenſis,Pythagoricus, biẽnio minor quàm Gorgias,qui CVII. uixit annis, ſed felicitate non inferior: ſi quidem,ut Ariſtoxenus ait, omnis incõmodi humani expers in ſummo perfectißimæ doctrinæ ſplendore extinctus eſt. autor Valerius. Meminit etiã Plinius,qui dicit eũ annos XCV. uixiſſe.

Xenarchus poëta

Xenarchus Comicus poëta: fabulas ipſius nõnullas cõmemorat Athenæus.

Xenarchus philoſophus

Xenarchus è Seleucia Ciliciæ Peripateticus docuit Alexãdriæ, poſtremo Romæ. Arij primũ philoſophi,deinde Cæſaris Auguſti uſus amicitia,uſq; in ſenectutem in honore habitus. Deniq; paulo ante mortẽ uiſu orbatus diẽ obijt,autor Strabo lib. XIIII.

Xerxes pictor

Xerxes pictor Heracleota,qui uenerem adeo pulchram effinxit,ut ex ea quæſtũ magnum faceret,precio accepto ab his qui eam uiſere cupiebant. Itaq; Græci lepido cauillo Venerem eam amicam Xerxis uocitabant,quòd ex eius lenocinio quæſtum faceret. autor Aelianus de uaria hiſtoria.

Zamolxis

Zathalias

ZAMOLSIM numen Thracum, in Thracia dixi in libro de Geographia. Zathalias Babylonius ſcripſit ad regẽ Mithridatem de Gemmis, & natura earum, eiſq́; humana fata adtribuit,litibuſq́; & iudicijs interpoſuit,& in prælijs ſalutares pronũciauit. Plin.

Zaleucus

Zaleucus legiſlator Locrenſis uinum ægris prohibuit iniuſſu medici,pœna capitis indita,ut autor Aelianus. Apud Valerium Seleucus male ſcribitur,de quo ab eodem narratur, quòd cum eius filius adulterij crimine damnatus,ſecundũ ius ab eo conſtitutũ utroq; oculo carere deberet, ac tota ciuitas uirtuti & meritis patris crimen condonaret,ipſe ſibi nõ pepercit,ſed ſuo prius,deinde filij oculo eruto, uſum utriq; uidendi reliquit.

Zeno Eleates

Zenones plures. Primus Eleates Parmenidis auditor,ſimul cum Perdicca & in philoſophia & in adminiſtranda repub. clarißimus,teſte Suida. Hunc inuẽtorem dialectices fuiſſe,ſicut Empedoclem Rhetorices, Ariſtoteles eſt autor.

Zeno ſtoicus

Zeno Cittieus Stoicæ ſectæ princeps,Cratis auditor. Alius Rhodius qui Rhodiorũ ſcripſit hiſtoriam. Alius hiſtoricus,qui Pyrrhi in Italia geſta,epitomenq́; Romanarũ & Carthaginienſium rerũ conſcripſit. Alius Chryſippi diſcipulus, qui libros edidit perpaucos, ſed plures diſcipulos reliquit. Tres item alij, unus Hermophileus medicus. Alius grammaticus. Octauus Sidonius philoſophus Epicureus. ex Diogene. Zeno item præſul Veronenſis,uir ſanctus.

Zenodotus poëta

Zenodotus Epheſius grammaticus & poëta, diſcipulus Philetæ. Vixit uſq; ad primum Ptolemæũ cuius filios erudijt,ac præfuit Alexandrinæ bibliothecæ. Primus quoq; qui Homeri libros correxit,ac in ordinẽ redegit. Suidas.

Zenodotus ſophiſta

Zenodotus ſophiſta ſub Hadriano docuit Romæ,ſcripſitq́; epitomẽ prouerbiorũ Didymi & Tarrei in libris III. Cõuertit in Græcum ſermonem hiſtoriã Salluſtij. Præterea Genethliacũ in

Hadr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Zenodotus Architectus

Hadrianum & alia. Suidas. Zenodotus Architectus, qui primus Pergami ſtrauit, quod uocãt Aſaroton, quoniam in pauimento quoq; purgamenta cœnæ cerni ſoleant, ueluti relicta fuerint, paruis è teſtulis tinctisq́; in uarios colores.

Zenodotus orator

Zeuſis pictor

Zenodorus Adramyttinus orator clarus Aſiatici ſtyli, qui in ſenatu pro Aſia dixit, quo tempore Mithridaticæ factionis eſt accuſatus. Strabo. Zeuſis Heracleotes pictor Olymp. XCV. Diſcipulus incertum Demophili Himerei, an Nauſeæ Thaſij. In hunc Apollodorus Athenienſis pictor uerſus fecit, artem ipſis ablatam Zeuſim ferre ſecum. Opes inde maximas parauit. Poſtea donari opera ſua conſtituit, quod diceret nullo ſatis digno precio permutari poſſe. Diligentia alioquin tanta, ut picturus Venerem Agrigentinis, quam in templo Iunonis Laciniæ locarent, uirgines eorum uoluerit nudas inſpicere, ut quod in quaq; laudatiſſimũ eſſet redderet. Pinxit & Monochromata ex albo. Fertur & pinxiſſe puerum uuas ferentem, ad quas cum aduolarent aues, iratus operi dixit: Vuas melius pinxi quàm puerum, Nam ſi hoc conſummaſſem, aues timere debuerant. Aequales eius & æmuli fuere, Timanthes, Androcides, Eupompus, Parraſius. ex Plinio.

Zopyrus phiſiognomus

Zopyrus Phyſiognomon qui ſe profitebatur hominum mores naturasq́; oculis, uultu, frõte pernoſcere, ſtupidum eſſe Socratem & bardũ dixit, quòd iugula concaua non haberet, obſtructas eas partes & obrutas dicebat eſſe. Cicero de fato.

Zopyrus Perſa

Zopyrus Perſa, ut regi gratificaretur, naſo auribusq́; ſibi ablatis cruentus ad Babylonios ſe fugere regis iram ſimulauit, eosq́; paulatim ut ſibi crederent, induxit, atq; eo modo ciuitatem regi prodidit. Ex quo in Græcia prouerbium: ζωπύρȣ τάλαντα, Zopyri talenta, in eos qui ſibi ualde nocent ut alijs proſint. Ex libro prouerbiorum Græcorum.

Zoroaſtes

Zoroaſtes rex Bactrianorũ, qui primus in Oriente magicam cœpit. Emicuit Nini regis temporibus cum quo bella geſſit. Fuit ante bellum Troianum annis CCCC. abſumptus eſt igne cœleſti, prædixitq́; Aſſyrijs, ſi eius cineres ſeruarent, regnum eorum non defuturũ. Feruntur eius de natura libri IIII. De lapidibus item precioſis unus, præterea Aſtronomica & alia. autor Suidas. Plinius quoq; eum teſtatur unum omnino riſiſſe, eodem die quo natus eſt. Eidemq́; cerebrum ita palpitaſſe, ut impoſitam repelleret manum, futuræ præſagio ſcientiæ fuiſſe.

Zonaras

Zonaras hiſtoricus Chriſtianus & monachus, hiſtoriam Græce ab exordio mundi uniuerſalem ſub Epitomes nomine collegit uſq; ad tempora Michaëlis Imperatoris Conſtantinopolitani, quo tempore fuit.

Zozimus philoſophus

Zozimus Alexandrinus philoſophus ſcripſit ad Theoſebiam ſororem ſuam libros XXVIII. ex ordine literarum, quos ut ferunt, χειρόκμητα, id eſt, manu facta inſcripſit. Compoſuit & uitam Platonis.

Zozimus grãmaticus

Zoximus Gazeus, ſiue Aſcalonita temporibus Anaſtaſij principis, ſcripſit dictiones Rhetoricas ex ordine literarum, enarrationem quoq; in Demoſthenem. Vtriuſq; autor Suidas.

Zenobia regina

Zenobia regina Palmyreorum poſt Odenati uiri mortem, in Syria Romanum rexit imperium, poniturq́; inter XXX. tyrannos, qui tempore Galeni orbem uſurpauerint. Superata tandem ab Aureliano ac in triumphum ducta fuit, eiq́; principis clementia Tybure poſſeſſio conceſſa ubi honeſte agitaret. Hæc ea caſtitate dicitur fuiſſe, ut ne cum uiro ſuo, niſi prolis gratia, congrederetur. Regali alioquin pompa, Perſarum ferè modo adorabatur. Ad conciones galeata procedebat cum limbo purpureo gemmis dependentibus, uoce clara, moribus ſeueris, Græci Aegyptijq́; ſermonis peritiſſima, Latini non ignara, Orientalem Alexandrinamq́; hiſtoriam epitomauit. Herennianum & Timolaum filios literis erudijt, de quorum exitu neſcitur, an interierint morbo, an ab Aureliano fuerint interfecti. Ex Pollione.

Zenobij

Zenobij duo, unus martyr ſub Diocletiano apud Sidonem IIII. Calend. Nou. ut ſcribit Adonius: alter profeſſor, ac præſul Florentinus, ex æde olim Laurentij ad ædem Reparatæ translatus. cuius feſtum VIII. Calend. Iunij. Zoilus martyr apud Cordubam ubi & ſepultus. Alter confeſſor preſbyter Aquileienſis.

Zoilus Homeromaſtix

Zoilus item Homeromaſtix. Zorobabel filius Salatiel, de quo in libris Eſdræ & Neemiæ ſcribitur. Quum Iudæi captiui ad quinquaginta millia, facta à Cyro poteſtate primo regni anno è Babylone reuertiſſent, uaſaq́; erepta retuliſſent templũ reſtituere cœperunt. Intermiſſum opus impedientibus Samaritis uſq; ad annum ſecundum Darei Hyſtaſpis, quo tempore Zorobabel amiciſſimi ſibi regis nactus occaſionem templi opus proſequitur.

Zorobabel

Res iterum à regis procuratore prohibetur. Profectus igitur huius gratia Zorobabel ad regem, honorificeq́; exceptus, uſq; cubiculo præficitur: orta deinde inter epulas quæſtione, quid eſſet in rebus fortiſſimum, alijs uinum, alijs regem, aut fœminam dicentibus, ipſe ueritatem dixit: quod adeo regi placuit, ut in redeundo Zorobabel templi cœptum opus proſequi ſimul, & reliquos omnes captiuos reduci imperauerit, finitumq́; annis VII. à primo autem Cyri exordio XLVI. dedicauerunt X. Calend. Aprilis de more paſcha celebrato. Arcam fœderis alteram inſtar prioris ædificauerunt, nam priorem Hieremias, ut ait Epiphanius, abſcondit uſq; ad diem iudicij non apparituram. Ignem prætcrea nouũ excitauerunt. Hæc ex Ioſephi ac Hieronymi libris.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VRBANORVM
LIB. XXI.

ENARRATIS ueterum nominibus cum eorũ æquiuocis, reſtant partim noua, partim uetera illorum, qui primum de Chriſtiana religione benemeriti, ſanctorum ordinum aut excellentioris cuiuſdã abſtinentiæ autores extitere. Deinde ſucceſſores eorum doctrina ſeu uitæ ſanctitate pollentes. Poſt hos reliquis in artibus clari. Mox Rom. Pontificum. Poſtremo Imperatorũ ordo nomenclaturæ ſuperiori breuiter ſubijciendus.

De Anachoritis

Ante omnis uerò de Anachoritis pauca, non tam ad hiſtoriæ narrationẽ quàm ad uitæ frugem imitandã adducam. Anachoritas Græci, nos nouo uocabulo Eremitas uocamus. Hi ſunt qui ab initio quaſi pullulantis fidei germina primum in Indiæ Aegypti, Syriæq́; deſertis (ubi mitius ad laborũ tolerantiam cœlũ) prodiere, ſiquãdo gregatim agerent, monachi etiam appellati, nullo adhuc certo ritu, tantũ duriter uictitãdo ac manibus ſeſe exercendo, tum uni obtemperando aſcetæ fuerãt.

Paulus
Antonius
Hilarion

Horũ igitur principes, Paulus, Antonius, Hilarion, quorũ uitam Hieronymus in epiſtolis diligentiſſime perſequitur ſub Conſtantino in ſaltibus Thebaidis apparuerunt. Pauli corpus in Pannoniam translatum extra Budam in templo ei dicato, ac à religioſis eius ordinis Oliuetenſiũ modo amictis cuſtodito requieſcit. Hilarion poſt ſolis occaſum XV. tantũ caricis ueſcebatur: deinde procedente ætate, pane modico cũ olere cocto ſine oleo, cui mox inſurgẽte impetigine quadã, oleũ addidit. Poſtremo reiectis ijs, panis quadra uſq; ad mortem durauit, magna quidẽ admiratione quòd ſerã ætatẽ qua cæteri mollius ac remiſſius uiuunt, ipſe durius exegerit. De Antonio ſuprà narraui: ſcribitur item de eo, cum forte ſuos monachos animi cauſa deambulatũ per deſertum otioſius duceret, obuium ſagittarium habuiſſe admirantem ſecũ, Chriſti ſeruos uacare: Antoniũ iuſſiſſe arcũ

magis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

magis,magiſq; contendere,illumq́; incolumi arcu ulterius
nõ poſſe reſpondiſſe : qua ſimilitudine ſanè perceptũ,modũ
eſſe in rebus ſeruandum.Ex eius officina Pion annis x x x.
Pion ſub eo fuit,cuius conſenſu cum nunquã antea ſuos reuiſiſſet,
rogatus à ſorore ægrotante, eã tandẽ adiuit oculis clauſis,
pariterq́; redimit.Idem ad uitandã cibi ſuauitatem ambulãs
Heliæ duo comedere ſolebat. Præfuit demum & ipſe alijs. Heliæ duo,
alter ſub Antonio nobilis aſceta uixit an. c x x. alter pater
& rector c c c. uirginũ.metuq́; incontinentiæ curã quan
doq; detractauit: quapropter Dei prouidentia in ſomnis ſibi
præcidi genitalia ſunt uiſa:dum euigilaſſet ad curã priſtinam
redijt ab omni liber laſciuiæ cogitatione, manifeſto exemplo
Macarij duo charitatem alij noſtro periculo nõ eſſe præſtandam. Maca
rij duo,Valentis principis tempore monachi ambo,alter ex
Aegypto ſuperiore,alter Alexandrinus, ambo clari ſancti-
tate.ſimulq́; in eadẽ eremo uixere,mortuiq́; ſunt,quorũ di-
ſcipulus Euagrius fuit clarus & ipſe.Ex hiſtoria tripertita:
Alter ex eis,ut ait Gennadius,unam ſcripſit epiſtolã, in qua
docet neminem Deo ſeruire poſſe niſi qui ſit omnino anima-
tus ab omnibus abſtinere uoluptatibus,& omnis pariter cũ
Moſes duo opus ſuſtinere labores. Moſes duo abbates in hoc etiã ge-
nere uitæ illuſtres, Alter dicere ſolebat unam eſſe omnino li
bidinem cum qua uſq; ad extremum Chriſti ſeruis pugnare
oportet, nec præteritæ caſtitati confidere, exẽplo Monachi
cuiuſdã ſui ſancti uiri qui in ſenectute in ſtuprũ inciderat,ex
quo natum infantem,ille in cœnobio plorans circumtulit, ad
culpam ignominia diluendã, rogans fratres atq; obteſtans,
ut ſibi Deum propitiũ redderent.Idem Moſes mitis in delin
quentes,iudiciaq́; inuitus ſuſcipiebat,dictitans ſatis ſe ponde
ris habere ad propria cognoſcẽda. Alter Aethiops natione,
corpore ater, præſul antea Saracenorũ, captus deinde ab
Aegyptijs & ob uitia à Domino repulſus in latrocinijs ali-
quandiu uixit.Conuerſus deinde ad frugem, annis L x x v.
in eremo perſeuerauit : è quibus ſeptem,cellula nunquã eſt
egreſſus:aquã ſuis monachis neceſſariam noctibus clam ba-
Daniel iulabat.Exceßit v i i. Eidus Feb.Ex hiſtoria trip. Daniel
abbas manibus frequenter ſe exercere ſolebat, operaq́; cir-
cumferre pauperibus opitulando.Quum iam ſenex charita-
tis ſtudio proximum Aegypti uirginũ cœnobium inuiſeret,
ex eis unam uilius humi iacentem offendit,quam cæteræ mi-
niſterio maiore premebant.Rogans quid hoc rei ? dixerunt
ſtultam eſſe ac ebriæ ſimilem. At ipſe illius cauſa ſe ueniſſe
in primis ait, ut eis manifeſtaret ſanctam eſſe uirginem, hu-
Paſtor militatiſq; gratia illa finxiſſe. Paſtor preſbyter in eadem
regione,matrem ad ſe uiſendi gratia uenientem, clauſa in
conſpectu cella repulit.Dicebat pœnitentiam non tempore,
ſed animi ardore metiendam.Interrogatus ſuper eo loco: Si
quis ſine cauſa fratri iraſcitur : Nullam, inquit, uerborum
contumeliam dignam iraſcendi cauſam ferre, ſed tantum ſi
Dorotheus manus inijcerentur. Dorotheus Aegyptius inter patres
etiam clarus,cui cibus,panis unciæ ſex,cum paucis oleribus,
nunquam ad ſatietatem neque edit,neque dormijt in lectulo
toto protenſo corpore. Ex lapidibus ab eo collectis, quo-
tannis habitaculum conſtruebat ad hoſpites excipiendos.
Ioſaphat Ioſaphat Indorum regis filius, molliter educatus, & in
loco amœno concluſus fuit, metu ne fieret Chriſtianus , ut
acceperat à mathematicis. Tandem die quodam obequitans
forte ſenem fractum ac debilem uidens, rogauit ab impru-
dente cuſtode quid hoc rei eſſet: ut autem de miſeria ac ſor-
te humana accepit,alia meditari cœpit : nec mora diuinitus
Barlaam ad eum miſſus Barlaam è proxima eremo,à quo ueris præ-
ceptis imbutus ſimulq́; baptiſmate ablutus eſt. Ambo dein-
de eremitæ ſanctißimi unà fuere,quorum hiſtoriam Ioan-
Amos nes Damaſcenus præſcripſit. Amos pater M. D. mona-
chorum, quos ad horam cibi ſimul coactos ore operto ac-

cumbere iubebat.ne parce comedentium uirtus appareret,
nam pleriq; parum aut nihil ex obſonijs ſumebant : quum
adpoſitis abſtinere longe ſit difficilius, quàm non adpoſita
concupiſcere. Amonius alius in deſertis abbas, cuicunque Amonius
cœnobium petenti profitendi gratia, ſua cellula cum ſupel-
lectile cedebat, ipſe continuo aliam extruebat, ne alicui in
cauſa eſſet anguſtia loci. Elpidius Cappadox in ſpecu quo- Elpidius
dam annis x x v. durauit, ubi , tantum die dominico &
iouis uiſebatur. Nunquam ſolem occidentem ſe uertendo
uidit, tantum precibus ad Deum,hymniſq́; pſallendis inten-
tus. Siſinnius eius monachus ſimul & imitator ſe uiuum Siſinnius
ſepulcro clauſit, modico pane, & aqua contentus, pſalmos
pronunciando,nunquam uerò ſedendo,aut ambulando. Hæc
ex Heraclidis hiſtoria. Fuit alter Elpidius præſul Lugdu- Elpidius
nenſis ac profeſſor S. Iuſto in præſulatu ſucceßit. Hor Hor
abbas,de quo tria commemorat autor idem, quod nunquam
ſit mentitus, nunquam alicui maledixerit, nunquam citra
neceßitatem ſit locutus. Deceßit nonagenarius apud The-
baidem, ut ait Hieronymus. Iſidorus pater mille mona- Iſidorus
chorum, quos clauſos intra mœnia cœnobij retinebat, di-
uinis laudibus ſingulis horis ſibi inuicem ſuccedendo uacan-
tes,ac duobus tantum extra rem procurantibus. Huius me-
minere Hieronymus & Caſsiodorus,qui hiſtoriam ſcripſit
tripertitam. Fuit alter Iſidorus abbas in Amilia. Sera- Serapion
pion in regione Arſenoite pater x. milium monachorum
manibus uictum quærentium,tempore meßis omnes precio
conducebantur,eoq́; pauperes iuuabant.Ipſe autem ſola tu-
nica contentus,pane inſuper & aqua.Exceßit x i i. Calen-
das Aprilis. Alexandriæ tumulatus. Ex hiſtoria triparti-
ta libro v i i i. Punificus maximi & ipſe cœnobij pa- Punificus
ter, iam ſenex inde clam aufugit ad aliud interioris The-
baidis cœnobium , honoris uitandi gratia , & commodi,
ignotuſq́; in eo cum aliquamdiu in humili miniſterio uer-
ſaretur, cognitus eſt tandem, & ad priſtinum officium re-
miſſus. Ex Heraclide. Beniamin annis L x x x. in ere- Beniamin
mo durauit, quumq́; ex hydropiſi laboraret, ægrotos ta-
men quoſcunque diuinitus ſanabat, omniſq́; pariter roga-
bat, ut eius animæ miſereretur Deum precarentur, corpus
minime curando. Gadanus apud Iordanem ſub dio, ſi- Gadanus
neq́; tecto degens,longa abſtinentia conſenuit, ut ait Hera-
clides. Ioannes eremita quum quendam item Anachori- Ioannes
tam nomine Epiſium,qui eum ſalutatum uenerat, interro-
gaſſet, quid potißimum egiſſet, ut annis,inquit, x L. nun-
quam me ſol comedentem uiderit. at Ioannes, nec me, ait,
iraſcentem . Decedens diſcipulis dixit, nunquam propriæ
ſatisfeciſſe uoluntati, nunquam quod ipſe non prius feciſ-
ſet præcepiſſe. Mutius monachus cum filio v i i i. an- Mutius
norum in cœnobium præter conſuetudinem receptus tan-
ta patientia claruit , ut abbatis iuſſu ad eum exercendum,
nunquam filium niſi conuerberatum ſeruitioq́; preſſum, &
amictu lacero uiderit. Zozimas in Palæſtinæ partibus Zozimas
poſt annos L i i i. in eremo peractos, aliud in eadem re-
gione uiſendi gratia petijt. Hic monachi tantum die domi-
nico ad ſacra,& euchariſtiam ſimul ſumendam conuenie-
bant, reliquis diebus paucis ſecum cibarijs exportatis per
eremum peregrinabantur,ac ſi quid bonorum exemplorum
uidiſſent inter ſe referebant. Zozimas igitur & ipſe pere- Maria Ae-
grinando Mariam Aegyptiacam in deſertis prope Iorda- gyptiaca
nem repperit.Hæc enim Alexandriæ diu proſtiterat,deinde
ad frugem conuerſa in Syriam abijt : ubi annis x L v i i. in
ſolitudine cibo tenuißimo uixit: tunc uerò obuiam Zozimæ
facta rogauit,ut anno proximo reuerteret cum euchariſtia:
quam cũ ille rediens ei præbuiſſet,altero item anno locum
repetens defunctam in genua repperit ac tumulauit i i i i.
Non.Apr. Syluanus in deſertis oberrans,unum è diſcipulis Syluanus
uidit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uidit aquam bibentem, quem cum caſtigaſſet, ut ieiunium ſoluentem, minime inquit ille, ieiuno, nam hodie cum reliquis fratribus accubui: quin ait Syluanus, non id ſolutio ieiunij, ſed charitatis conuiuium fuit. Quidam cæteros monachos reprehendens, quòd manibus ſe exercerent: Maria inquit, optimam partem elegit. Syluanus igitur hora prandij eum iuſsit minime uocari, dicens quòd homo ſanctus eſſet, contemplationiq; deditus, neq; cibi indigeret, rectè in ipſius intempeſtiuum otium, & ineptam cenſuram cauillando.

Agatho

Agatho abbas per triennium lapidem in ore continuit, ut tacere diſceret. Interrogatus quid maximum ad Dei cultum: ſilentiũ reſpondit, deinde oratio, deinde mãſuetudo. Nam iracundũ & ſi mortuos excitat, uix putandum eſſe Deo acceptum.

BASILII ORDO.

SED res hæc monachorum, ex illo incerto inæqualiq; modo quanquam duriſsimo, ad certam, æqualem, ac mitiorem uiuendi formulam primum per Baſilium redacta, ac tribus confirmata uotis, quæ prius non fuerant: quin & teſtamenta eius condere licitum erat.

Macrina uirgo

In quo genere ipſe primum, unà cum Macrina ſorore ſanctiſsima claruit: Nam quatuor tantum probati ordines. Huius, deinde Auguſtini, mox, Benedicti, poſtremo Franciſci. Cæteri ſunt horum appendices. De Baſilio ſatis in ordine literarum narratum. De Auguſtino nunc & eius ordinis uiris uidendum.

Auguſtinus

AVguſtinus Afer genere, patria Tagaſtanus, patre Patricio, matre Monica, à puero ſtatim diuinum ingenium præ ſe tulit: quippe qui omnis diſciplinas paulatim per ſe didicit, ut ipſe teſtatur. Verum in Manicheorum ſecta diu Carthagine moratus, tandem Romam uenit admodum adoleſcens Theodoſio Imper. ubi annos ſex rhetoricæ præceptor fuit. Inde Mediolanum clam matre profectus Annos natus XXX. cum filio Adeodato notho ſuo, lacrymis matris quæ eum Romam ſecuta fuerat, & Ambroſij ſermonibus, ad uerũ ritum redactus, ſtatim ad Simplicianum properauit,

Simplicianus

qui in quodam receſſu tunc extra mœnia Mediolani magna ſanctitatis fama agitabat. Ibiq; annum unà cum quibuſdam ſocijs perſeuerauit. Poſt aliquot deinde annos, Oſtiã uenit, ubi matrem amiſit. Inde Centumcellas, ubi opus de trinitate cũ incepiſſet, fertur uidiſſe pueri oſtentum, qui aquã in uas paruum tranſundere conabatur, ad eius opus alludẽs. Inde in patriam nauigatione peruenit.

Valerius

Valerius Præſul Hipponenſis eius audita fama, ad ſe adcerſitum in loco abſtinentiæ commodo extra urbem conſtituit: ubi annos tris cum ſocijs agitans coactus eſt ciuium cotidie adcedentium importunitate locum mutare, ac quendam montem aditu difficiliorem petere, ubi tugurium inter ſaxa uiliſsimum, ſeparatumq; à cæteris fecerat. Hic librum ſcripſit de uita monachorum, & quædam alia. Reliqui uerò ſocij eum iactu fundæ remoti, circumſiſtebant. Tempore poſt hæc uiſum Valerio illum ad ſe adcerſere, præsbyterumq; creare, ſimulq; unà Præſulem, & coadiutorem officij cõſtituere, quòd eſſet eloquio præſtans, & uitæ meritis clarus. Auguſtinus igitur ægre huiuſmodi ſumpta prouincia, ante omnia uitam in eadem Canonicorum inſtituit regularium, qui uita degerent communi, ab apoſtolis prius ordinata. Vandalis deinde irruentibus, ac Carthagine capta, Hipponem obſidentibus, ægrotare cœpit, duranteq; morbo VII. Pſalmos in tabula deſcriptos in pariete defigi iuſsit, quos contemplans adſidue meditabatur. Ante mortem ferè X. dies nullum ad ſe admiſit, poſtulauitq; demum ſacramenta, quæ dictitabat etiam ſanctis uiris in extremo non negligenda. Migrauit è uita anno ætatis LXXV. ſalutis CCCCXXVII. præſulatus XL. obſidionis Vandalorum menſe VII. Corpus eius ob barbarorum uaſtationem in Sardiniam translatum, uſq; ad Limprandũ Lõgobardorum regẽ, qui an. DCCXXII. per legatos à Saracenis id redemit, Papiæq; cõſtituit. Mẽſa eſt uſus citra delicias copioſa, & argenteo cocleari, ac cõuictoribus adhibitis domeſticis, inter quos Poſsidonius in Africa Præſul rerum huiuſmodi teſtis fuit. Eremitani ordinem ſuũ ab eo fluxiſſe dicunt. in monte Piſano, dum in Africam rediret, à Simpliciano prius inſtitutus. Ediditq; Coriolanus eorum paulò antè generalis ſuper hoc Apologiam, totum tamen apocryphum, nulluſq; autor idoneus.

De ordine canonico

Ordo autem Canonicus non tam ab eo inſtitutus, quàm renouatus. Ab apoſtolis enim in monte Sion exordium ſumpſit, qui poſt Aſcenſionem ut ait Thomas IIII. q. LXXXVIII. de uitæ genere deliberantes, communia inter ſe omnia, ac tria uota coram Deo ſtatuere: qui ritus à ſucceſſoribus, clericiſq; omnibus diu diligentiſsime ſeruatus fideq; poſtea deferueſcente deſitus, nunc quoq; in eccleſijs amplius XL. perſeuerat. Amictus eſt linea tunica tantum ueſti cuiuſcunq; ſuperaddita, quam Iacobus Apoſtolus Præſul Hieroſolymitanus, primus ex more Leuitico, ueterumq; ſacerdotum ſibi adſumpſit: poſt eum Marcus Alexãdriæ: Poſteri uerò diuerſis inter ſe factis conciliabulis, alij alia ſimul cum lineis indumenta corripuere, ſtatutaq; condidere. Nouiſsime uerò anno M.CCCCI. autore Leone de Carate ciue Mediolanenſi eiuſdem ordinis uiro cœnobium S. Mariæ de Frigionaria Lucanæ diœceſeos renormantes, Frigionariã cognominauere cõgregationẽ. Poſtremo Lateranẽſem Eugenius IIII. poſtquã eam probaſſet appellari mãdauit: Nam eã baſilicam annos propè DCCC. antea tenuere, ex eaq; plures Pontifices, & uiri maximi prodierunt. Sed & S. Crucis, & Mariæ nouæ templa diu poſſederunt, mosq; fuerat ut qui titulis his cardinales præeſſent, ex eorũ cœnobijs profitentes exiſterent. Deniq; nulla magis religio propagauit, cuius cœnobia olim in Europa ad IIII. milia DLV. in Italia DCC. Hodie autem uix LX. Nunc uiros percurrã ex hoc ordine præclaros. in primis autẽ Põtifices XXXVI. inter quos Gelaſius primus, Leo VIII. Alexander II. Paſchalis II. Lucius II. Alexander III. Inno. III. Honorius III. Cardinales amplius CCC. Sãctos uiros ad VII. milia & quingẽtos.

Phridianus

Præterea Phridianus, cuius Gregorius III. Dialog. meminit. Is enim Vltoniæ regis in Hibernia filius, adoleſcens admodum Romã uenit. poſtremo Lucam: ubi præſul factus cœnobium excitauit, quòd poſt obitũ eius nomini dicatum fuit.

Patricius
Proſper

Patricius Hiberniæ præſul, ſub Cæleſtino primo. Proſper Præſul Reginus. Fuere ex his Dominicus & Antonius Vlyxiponenſis, quorũ alter poſtea nouum Præd. ordinem conſtituit, alter uerò ad minores migrauit.

Vgo de S. Victore

Vgo de S. Victore Pariſienſis ſummus theologus ſub Honorio II. ſcripſit de ſacramentis & alia.

Vgo de Follieto

Vgo de Follieto canonicus S. Petri Cordubẽſis, moribus itemq; literis clarus.

Ricardus
Guarinus

Ricardus de S. Victore Paduanus patria, ſub Anaſtaſio IIII. M.CL. Inter Cardinales uerò S. Guarinus patria Bononiẽſis, Præſul Præneſtinus à Lucio II. creatus, ætate annorũ CX. moriens apud Præneſte ſepultus eſt.

Petrus Damianus

Petrus Damianus Præſul Oſtienſis ſub Gregorio VII. quum aduerſum ſuæ quieti ſtatũ proſpiceret, bonis ac cardinalatu ſe abdicans in cœnobiũ S. Mariæ Rauennatis unde exierat redijt, ubi & perſanctè deceſsit, anno M.CXIX. operibus in Theologia plurimis relictis.

Iacob. de Vitriaco

Iacobus de Vitriaco ſub Innoc. III. Præſul Tuſculanus, multa etiam ſcripſit, profectus & legatus contra Albigenſes hæreticos.

Vgo

Vgo alius de S. Victore, Pariſienſis, Tuſculanus Præſul, celebris theologus. Anno M.CCCCXXXI.

Iuo

Iuo etiam ex eodem cœnobio Cardinalis, magna uir fama doctr

doctr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

doctrinæ. Eſt & in hoc ordine alia quoq; congregatio, quæ repente magnopere coaluit S.Seruatoris. Autor Stephanus homo Bononienſis fuit, ord. eremitarũ. Ann. M.CCCCX. Is enim quum rem inclinatam uideret, cũ paucis eum ſequentibus canonicũ ſumpſit geſtamen, ſupraq; album cucullũ, Gregorio XII. probante ac ad ædẽ S.Donati de Scopeto prope Florentiã migrauit, ex quo An.Præſul Flo. Scopetinos eos uocat. Plura deinde cœnobia recepta, Sancti Secundi Eugubini, dono religioſi uiri Guidonis Feretrani primi Vrbini ducis S.Seruatoris de Syluالacu prope Senã S.Seruatoris Iconici Bononiæ, ubi miraculũ uulnerati ab Hebræis crucifixi, ac ſanguinem fundentis S. Seruatoris Venetijs, in urbe uerò S.Petri in uinculis. Alia item congregatio S. Petri de monte Corbulo Florẽtinæ diœceſeos nuper cœpta, tibiq; papa beatiſſime hoc anno confirmata. Hi hoſpitia colunt, quanquam pauperes adhuc. Pullum humilemq; cucullum linteis craſſisq; tuniculis ſuperinduunt.

BENEDICTVS, EIVSQVE ORDO MVLTIPLEX.

BEnedictus patria Nurſinus, primo Sublacum ſeceſſit, ubi ordinem monachorum cœptauit, in Italia primum, quem ante Baſilius in Oriente conſtituerat. Deinde quum à frequentibus adiretur, uitandæ gloriæ gratia Caſinum uenit ubi templum Apollinis, Ioanni Baptiſtæ dedicauit, ad quem Totilas rex Gothorum experiundi uaticinij gratia dicitur incognitus ueniſſe, ſeruo præmiſſo, cultu regio, ab eoq; patefactus fuiſſe. Quondam etiam diſpenſatori iuſſit, ut amphoram olei pauperi daret: quod quum ille ob olei charitatem neglexiſſet, amphoram poſtea plenam è feneſtra præcipitari mandauit, ne quid ſub tecto contra eius iuſſa ſeruaretur, amphora deinde illæſa reperta fertur, ac pauperi tradita. Scholaſtica Sororem habuit Scholaſticam, cœnobio uirginum eiuſdem ordinis præſidentem, quam ſemel quotannis uiſere ſolebat, relata & ipſa in Catalogum. Habuit item inter monachos ab Maurus Placidus initio Maurum & Placidum: hic Tertulli, ille Eutychij ſenatorum filij. Placidus miſſus in Siciliam in eodem loco martyrium ſubijt. Maurus uerò à Præſule Cenomanenſi in Galliam ad ordinandum cœnobium adcerſitus, poſt multam in ea peregrinationem, prodigiaq; facta, apud urbem Andegauenſem in cœnobio S. Martini exceſſit, annos natus XCII.

Fuit & alius huius nominis monachus cœnobij Boliacenſis, cuius feſtum, VI. Cal. Feb. celebratur, ut Ado teſtatur. Martyres item Mauri plures. Benedictus uerò deceſſit Caſini, ubi & tumulatus, unà cum Scholaſtica ſorore, anno DXVIII. Imperat. Iuſtino ſeniore. Cœnobium eius nomini poſtea dicatum, diuerſorum principum liberalitate magnopere auctum fuit. Tertulus Eutychius Tertulli & Eutychij primum ſenatorum, quos ſuprà memoraui. Deinde Gordiani Gregorij patris. Poſtremo Caroli II. Imperat. Hic enim dum à uicto- S.Germanus ria Saracenorum ex Apulia in Galliam rediret, ſecum Germani præſulis Capuani corpus exportauit, ex eoq; tantum digitum cœnobio Caſinenſi dono dedit. Huius nanque Germani Gregorius II. Dialogo meminit, dicitq; Benedictum Caſini morantem, eum Capuæ defunctum eadem hora nunciaſſe, uidiſſeq; in cœlum euntem, fuiſſe teſtatum. In eius Bictarius abbas deinde honorem, oppidum ſub Caſino ædificatum à Bictario abbate, ubi prius ædes ſancti Seruatoris fuerat, quod ab irruentibus deinde Longobardis direptum, ac diruptum, ſimulq; Bictarius interfectus fuit, in beatorum numero putatus. Oſſa uerò Benedicti ex ea calamitate in Galliam ad Floriacenſe cœnobium translata. Poſt annos uerò CX. Ca- Peno ſinenſe cœnobium à Penone quodam ciue Brixienſi potentiſſimo, ut ait Sigiſbertus, reſtitutum, & eadem oſſa rurſus cò ex Gallia relata ſunt, ubi ante hos annos à Cardinale Aragonenſi retecta multis uidentibus fuere. Tres erant arcæ, in duabus B. & ſoror, in tertia, ad pedes eorum Caro- Carolomanus lomanus Caroli Martelli filius, Caroli magni patruus, qui monachus fuit, Abbatiſq; iuſſu rurſus in Galliam regni in pace conſtituendi gratia profectus, ſtatim reuertit, tantaq; fuit obſeruantia, ut greges eius loci iuſſus paſceret, quapropter iure inter beatos connumeratur. Alterum Benedi- Benedictus alter ctum eodem ferè tempore memorat item Gregorius III. Dialogo, qui monachus XL. ab urbe lapide in Latio uiuebat. Totilas una cum cellula cremare, & deinde in clibanum ardentem includere tentauit, omnia fruſtra. Ad primum redeo. Hic monachos atros ab initio inſtituit, qui tanta felicitate coaluerunt, ut plurimæ ex eis poſtea familiæ cum uarijs inſtitutis amictibus emanauerint, Põtifices etiam XXIIII. fuerint, Cardinales CLXXXIII. Abbates inſignes M. DLXX. Hoc Caſinenſe cœnobium religionis caput, cuius aureorum XL. milia reditus fuere, urbibus opibusq; plurimis, ſi per tyrannorum rapinam licuiſſet, dominabatur. Regna potius, quàm cœnobia, uir ſanctus poſteris reliquit, nimirum fortaſſe ignorans, non ſe tam pauperibus hoſpitiũ, aut Chriſti ſeruis ad diuina myſteria ſubſidium (uti ſperabat) quàm clericis & ſacerdotibus otium, atq; luxuriam pariturum. Sed extrema dies hanc profecto ſagenam diſcutiet. Horum igitur auaritiæ Caſinenſes nuper occurrentes, congregationi S.Iuſtinæ ſe conſociauere, quæ olim Paduæ ſub Eugenio IIII. cœpit. Poſt Benedictum in Italia apud Spo- Eleutherius letum in cœnobio S. Marci Eleutherius præfuit, amiciſſimus Gregorij, cuius ipſe in III. Dialogo meminit, dicitq; eius precibus, quum ex ſyncope, ac ſtomacho labora- Agnellus Gaudioſus ret, ſabbato ſancto ieiunium potuiſſe tolerare. Agnellus cœnobium rexit Neapolitanum, quod Gaudioſus præſul ex Africa pulſus in ſectatione Vandalica Neapoli cõſtituit, ubi Columbanus uterq; iacet, & colitur. Meminit Auguſtinus. Columbanus ex Hibernia effulxit Gregorij tempore: ac Theodorici II. Francorum regis, quem quum liberius corriperet, in exilium actus, ſæpeq; reuocatus, poſtremo poſt longam in deſertis Galliarum abſtinentiam, in Italiam ueniens, Bobienſe cœnobiũ conſtituit. Gallus Euſtaſius Huius diſcipuli plures: Gallus quem Agilus in ordine literarum dixi. Euſtaſius. Agilus: qui uixit annis Philibertus XCVIII. ac Columbano ſucceſſit. huic uerò Philibertus aulicus Dagoberti regis, qui cœnobio apud Rotomagum Vandegiſillus præfuit. His ſucceſſor Vandegiſillus, Auſbertus, Vlfranius, uno ferè tempore. Teutonici omnes, ac nobiles, aulici regum Francorum Dagoberti, & Pipini anno DCCXL. Vandegiſillus comes erat palatinus, uirgini ſponſæ quam pactam habuerat perſuaſit, ut ambo ſe cœnobijs addicerent. Ipſe ei præfuit, quod ſumptu ſuo excitauit, de Fontanella uocatum Rotomagenſis diœceſeos, ubi ætate annorum XCII. per- Ausbertus ſancte deceſſit. AVSBERTVS item aulicorum unus, Andragaſina uirgine ſponſa ob lepram ſuperuenientem relicta, id maxime expetente: ea ſi quidem uirginum, hic uirorum cœnobijs ſe addicentes præfuere. Itaq; Vandegiſillo primum in cœnobio de Fontanella, poſtea uerò in præſulatu Rotomagenſi Andoeno ſucceſſit. Poſtremo regi Pipino ſuſpe- Vlfranius ctus, in exilium actus, ibi deceſſit, relatus inde Bellouacum.

Vlfranius quoq; ex eadẽ aula Præſul Senonẽſis factus, adſumptis S. Ausberto & quibuſdã ex eodem cœnobio comitibus ad Phriſios Euangeliũ nunciatum profectus eſt: inde in Galliã reuerſus ſucceſſore ſibi Gerico facto officio ſeſe abdicans in cœnobio ſupradicto monachũ egit, ac ſepulcro Vandeſigilli illatus eſt. Et quando amici omnes inter ſe fuere, de Andoenus Lãperto, & Andoeno dicã. Hic in aula ſub molli cultu, cilicium nunc uocatũ, ferebat. Deinde poſt annos aliquot regis Dagoberti opera Præſul fit Rotomagenſis. Profectus in

Hiſpa

Hiſpaniam plurimos ad fidem deduxit. Inde Rotomagum re-
uerſus ibi cum annis X L I I I I. præfuiſſet, nonagenarius de-
Ado Rado ceßit. Huic Ado, & Rado fratres item ſancti fuere: alter au-
la abſcedens monachum egit, alter Rhado regis theſaurarius
Lampertus perſeuerauit. Lampertus Præſul, & ciuis Traiectenſis,
ſub Pipino item rege, pulſus ab impijs ciuibus. V I I. annis
in cœnobio latuit, deinde regis iuſſu reductus atque ibidem
Aegidius ab eiſdem inimicis, quorum errores reprehenderat, inter-
fectus, pro martyre colitur. Aegidius poſtea inſecutus, ho-
mo Athenienſis, ac nobilis, qui ſub Carolo magno in Gal-
liam nauigauit, fuitq; biennio apud Arelatem cum S. Cæſa-
reo. Inde ad Rhodani fluenta in loco deſerto durißime uicti-
tauit, cerua quadam ei diuinitus pabulum ſuggerente. Præfe-
ctus eſt demum cœnobio, quod rex ipſe conſtruxit. Romam
deinde uenit, unde & à Pontifice priuilegia ſui loci, & por-
tas cupreßinas cum imaginibus Apoſtolorum in Galliam re-
Berno tulit. Berno Gallicus uir poſt hos apparuit. Anno D C C-
C C X I I. ſub Conrado primo imperat. & Anaſtaſio I I I.
Cluniacenſes ſedente. Hic autor fuit Cluniacenſium. Eſt enim Cluniacum
Odo locus in parte Galliæ quo ſuos monachos traduxit, qui ſucceſ-
Maiolus ſit Odo ab eodem inſtitutus: tempore uerò poſt Maiolus,
patria Aruernenſis, Archidiaconus Maricenſis, ex morbo
luminibus orbatus, uiſum tamen pluribus prodigioſe reſti-
Odilo tuit. Huius item ſucceſſor Odilo, patria ex eadem, ſub Be-
nedicto X. & Othone I I I. Hic dicitur diem pro defunctis
Vgo poſt celebritatem omnium ſanctorum inſtituiſſe. Huius &
Vgo ſucceſſor, patria Auguſtodunenſis ſub Henrico I I. im-
perat. cuius filium Henricum I I I. de ſacro fonte leuauit. De-
ceßit die quo & Anſelmus Cantuarienſis I I I. Non. Iulij. Et
Ricardus ij quidem omnes abbates inter ſanctos relati. Fuit & Ri-
cardus, monachus Cluniacenſis, patria Pariſienſis, qui ſui
temporis hiſtoriam edidit, magis illiterate quàm inepte ſcri-
ptam: Hadriani I I I I. & Frederici Aenobarbi temporibus.
Gradimontenſes Gradimontenſes teſte Vincentio libro X X V I I. emerſe-
Stephanus re anno M. L X X V I. per Stephanum Stephani hominem Gal
Milo præſul licum ac nobilem ex Aruerniæ partibus. Is à patre Beneuen-
tum ad Molonem, eius urbis Præſulem, uirum ſanctißimum
miſſus, ut erudiretur: Benedicti ordinis inſtituta annis X I I.
probe didicit, inde diſcedens in Aquitaniã prope Lemouicos,
ad montem, qui Muretum dicitur, anno ætatis X X X.
paruuum tugurium ſibi fecit: ubi pane, & aqua tantum
contentus, loricam ſupra nudum corpus geſtabat, uili ſuper-
ne amictu opertam, manſitq; tantum ſubdiaconus. Ex quo
fama nominis multos ad uiſendum acciebat. Deceßit anno-
rum L X X X. Eius ſucceſſores poſtea diuinitus admoniti, lo-
cum Gradimontem uocatum, Mureto uicinum, occupaue-
runt: ubi templum conſtitutum, corpusq; eò diui huius Ste-
Cartuſienſes phani translatum. Cartuſienſes, ut Vincentius item ait,
Bruno ex autoritate Sigiſberti, anno M. L X X X V I. ex Brunone
patria Colonienſi canonico Carnotenſi initium habuere. Hic
cum cathedræ Pariſienſis ſcholæ præſideret, ac uidiſſet fami-
liarem ſuum doctorem quendam ex mortuis clamantem: Iu-
ſto Dei iudicio damnatus ſum, eueſtigio relictis omnibus cum
V I I. ſocijs in locum deſertum deceßit, qui Cartuſia uoca-
batur, ubi primum cœnobium fundauit, cum his quibus nunc
Vgo utuntur, uitæ inſtitutis. Inter ſocios Vgo fuit, idem & ab-
bas primus Cartuſienſis, deinde præſul Gratianopolitanus
factus. Deceßit ſub Inno. I I. quem ex multis ærumnis con-
tra tyrannidem tunc Petri Leonis defenſitauit. Hic dicitur
annis L. mulieris faciem nunquam uidere uoluiſſe, eſt &
Ciſtertienſes Ardingus in catalogum relatus. Ciſtertienſes anno M. X C V I I I. ut
ait Vincentius, ex quodam Ardingo Anglico prouenere,
qui monachus in cœnobio Moliſmenſi Lingonienſis agri, cum
Robertus abbas animaduerteret in eo minime maiorum inſtituta ſeruari, Ro-
bertum abbatem impulit, ut Ciſtertium, locum in Burgun-

dia deſertum, Cabilonenſis diœceſeos commigraret, Odone
Burgundiæ duce, & Vgone Præſule Lugdunenſi, ac legato
fauentibus, ubi uetere ordinis diſciplina renormata perſan-
cte uixerunt, ſucceſſoresq; uiros complures clarißimos ha-
buere. Rem Vrbanus I I. probauit. Robertus inter ea inter
beatos putatus in eodem cœnobio I I I. Calend. Maij deceſ-
ſit. Huic inde anno M. C X I I I. Bernardus abbas ſucceßit, Bernardus
Claraudallenſi cœnobio conſtituto, totius religionis decus,
quem ſuprà in ordine literarum adduxi. Præmonſtraten- Præmonſtratenſes
ſes anno M. C X X. in Lugdunenſi diœceſi in loco quem
Præmonſtratum uocant, apparuerunt, autore Norbeto quo- Nobertus
dam presbytero, natione Lotaringo, qui hoc arctißimum
uitæ genus ex Auguſtini ordine quæritans à Caliſto I I. im-
petrauit. Ipſe autem poſtea Parthenopolitanus Præſul fa-
ctus ibi deceßit, ſucceſſoremq; cœnobij abbatem habuit Vgo- Vgo
nem. Camaldulenſes initium à diuo Romualdo habuere, Camaldulẽſes Romualdus
anno M. X X X I I I. ſub Benedictio I X. Hic enim Rauennæ
honeſtis ortus parentibus, & ſtudijs liberalibus legitime
imbutus, nihil potius habuit, quàm uitam in ſeceſſu ſolita-
riam ducere, & quando Benedicti ritus laxos nimium ui-
derat, in Apennino locum inſtituit, in quo arctiore mona-
chi diſciplina exercerentur, montis frigore ac aſperitate
coerciti, uocauitq; Camaldulenſium eremum. Hinc plura per
Italiam cœnobia excitata, apud Parentium, apud Vrbem ue-
terem, apud Spoletum. Item in Gallia. Deceßit in eodem lo-
co annorum C X X. ubi etiam ſitus. Habuit ſucceſſores uiros
claros, ſed recentiore memoria: Ambroſium è porticu op- Ambroſius
pido Flaminiæ, qui ob literas ſanctosq; mores, dilectus in
primis Coſmæ Medici, cui opera ſua dedicauit. Prodijt è
ſchola Chryſoloræ, ac demum Latinis, Græcisq; literis phi-
loſophiam, theologiamq; adiecerat, quamobrem generalis
lectus concilio Florentino interfuit. Vertit Laertium: Ioan-
nem Climachum, uitas S. patrum, Ephrem Syrum, Librum
Chryſoſtomi contra eos qui uitam monachorum uituperant.
Scripſit quoque ipſe de ſacramentis. De S. S. Epiſtolasq;
plures, quæ multos habent amatores. Eius iconica imago
Florentiæ in eorum cœnobio in tabella conſpicitur. Valli- Vallisumbroſa
ſumbroſæ autor Ioannes Gualbertus Florẽtinus, an. M. L X X. Io. Gualbertus
quem Gregorius V I I. ſimul cum ordine probauit, & in
catalogum retulit. Is enim patre Gualberto Florentino, quum
inimicitias ob interfectum fratrem cum ciue quodam gere-
ret, eiq; apud ædem S. Miniatis ad montem cum armatorum
manu occurrens, formidinem incuteret, illico ſupplicem eun-
dem, ac ad genua ueniam orantem, impune Chriſti cauſa,
ac illæſum abire permiſit: ſtatimq; idem ingreſſus templum,
ac cruxifixum, ante cuius ſimulacrum orabat, adnuentem,
& quaſi facti gratias agentem, ipſe cum cætera multitudine
manifeſto conſpexit. Quo prodigio attonitus relictis omni-
bus, eiuſdem loci cœnobio ſe addixit: quod cum ſimoniaca
corruptione, ſicuti reliquam urbem & penè omnem Italiam,
labefactatum conſpiceret, inſtigante Deo, in eum locum,
ubi Vallisumbroſa dicitur, iuxta Apenninum ſeceßit, uitæq;
diſciplinam ſub norma S. Benedicti, & amictum Veneto co-
lore, quibus nunc utuntur, inſtituit Alexandro I I. proban-
te. Deceßit anno M. L X X I I I. relatusq; inter ſanctos à Gre-
gorio V I I. ac demum à Cæleſtino I I I. Signa ſanctitatis ua-
ria prodigia monſtrauit. Inter quæ olim dicitur, dum apud
Septimenſe cœnobium contra ſimoniacam labem concionare
tur, ut oſtenderet eam maxime Deo inuiſam, ignem in medio
ſuccenſum, ſpectante populo, iußit monachum nudis pedibus
prodigioſe incolumen tranſire. Brachium quoque ipſius ho-
die apud uallem umbroſam lymphatos curat. Sunt & alia in-
numera, quæ in uolumen redacta homo religioſißimus Bla-
ſius Melaneſius Florentinus eius ordinis generalis, ac in pri-
ſtinam obſeruantiam hoc tempore reſtitutor, mihi tradidit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſimulq́; ſanctos uiros, & loca plurima commemorauit, iam inde uiuente adhuc autore per orbem ſparſa. Inter quæ S. Saluij in Moſceta. S. Petri in Razolo. S. Pauli, S. Caßiani in Scalario monte: Paßiniani, ubi corpus ipſius Ioannis in ualle Peſæ, S. Reparatæ in Flaminia.

Bernardus

Inter uiros autem catalogo adſcriptos ante omnis effulxit Bernardus Florentinus, ex Vbertorum familia, ordinis item generalis, quem ob morum, ac doctrinæ famam Vrbanus I I. quanquam ſæpe adcerſitum, ac renuentem, tandem ad ſe uenire coactum S. R. E. cardinalem S. Chryſogoni fecit, qui humilitatis antiquæ memor, ſe dominum appellari ueluti cæteri, minime paſſus, fratrem Bernardum uocitari uoluit. Miſſus deinde à Paſchale Pont. Parmam ad hæreſim quandam tunc inualeſcentem tollendam, Præſul eius urbis illico eſt à populo lectus, ubi poſtremo anno M. C X X X I I I. in domino decedens, in hunc diem quieſcit à cunctis adoratus. Sed & alter quoque eiuſdem ordinis, & dignitatis, beatus conſcribitur. Petrus is qui à Ioanne per medios ignes tranſire iuſſus fuerat, cuſtos ab initio pecoris inter monachos factus, ex uilißimo officio ob uirtutem abbas Fucetienſis factus deinde ad cardinalatum uſque prouectus eſt. Fuere item alij Ruſticus, Benignus, Acto, Præſul Piſtorienſis, Theſaurus Papienſis, è gente Becaria, abbas Vall. qui Florentiæ partibus Gib. & Guel. uigentibus martyrio adfectus fuerat. Albertus Torellus. Benedictus abbas Tripolenſis. Benedictus item eremita apud cultum bonum. Inter uirgines uerò, Humilitas, quæ cœnobium extruxit S. Ioan. Euangeliſtæ Florentiæ extra portam Fauentinam, ſimul cum eius comite Margarita. Item Verdiana è caſtro Florentino, cui uenerabile cœnobium Florentiæ dicatum eſt. Berta quoque, & aliæ nonnullæ.

Humiliati

Humiliati: Anno M. X V I I. Mediolanenſes extitere, quidam ab Henrico I I I. imp. exilio mulctati, quos calamitas Deo propinquos, iuſtitia, & uitæ abſtinentia, ſimul cum eorum uxoribus fecit, labore manuum uictitando, ac lanariam factitando, ex eaq́; pauperes iuuando, tum reliquo tēpore diuinis laudibus inuigilando. Reuerſi demum ab exilio priſtinam tenuerunt uitæ formulam, ſeparato coniugio, & amictu alio ſumpto, quo nunc utuntur, ſemimonachos quodammodo agentes: Innocentio I I I. probante.

DOMINICVS, EIVSQVE ORDINIS VIRI.

Dominicus natione Hiſpanus, patria Calaguritanus Mendicantium ordinem primū inſtituit. Quatuor enim ſunt: hic qui Prædicatorum dicitur, Minorum, Eremitarū, & Carmelitarum, ſub ord. omnes Auguſt. præter minores. Suo autem tempore in primis parem ſe præſtitit uitæ abſtinentia, ſimul & doctrina, Nam adoleſcens philoſophiæ, theologiæq́; Valentiæ dedit operam, quo tempore dicitur humi cubitaſſe, ac decennio uino abſtinuiſſe, ſtomachi deinde gratia medico ſuadente meri paululum lymphæ adiecit. Receptus deinde ob indolem præclaram à Didaco Præſule Oxonienſi inter canonicos regulares, quos ille regebat, cæteris præfuit: cum eoq́; ad reſiſtendum Albigenſibus hæreticis in Galliam pedibus profectus eſt.

Albigenſes

Erant enim Albigenſes populi, prope Toloſam, X C V. erroribus ab orthodoxis deficientes, contra quos Innocentius I I I. Gualonem diaconum cardinalem, ac legatum, tum iuris ſcientia præſtantem miſit, X I I q́; cum eo abbates, Præſulesq́; nonnullos. Armis tandem expugnati fuere. Dominicus iam fama ac meritis clarus Romam uenit: ab Honorio I I I. ſacri palatij magiſter primus creatus apud S. Sixtum prius cum ſocijs habitauit, deinde apud S. Sabinam, ubi adhuc ſacellum monſtratur, in quo ordinem confirmari obtinuit. Deceßit Bononiæ anno M. C C X X I. Ibidemq́; ſepultus.

Iordanes

Poſt eū Iordanes inter Saxones natus theologus Pariſienſis, generalis factus, ſilentium menſæ inſtituit. Adſiduas ad Deum preces cæteris omnibus anteferebat. Perijt in mari dū ſepulcrum Dominicum petit, corpus deinde ad littus eiectum, ac tumulatum, ipſe inter beatos connumeratus.

Ramundus

Ramundus Barcinonenſis, theologiæ iuriſq́; pontificij peritißimus, Boloniæ profecit, & docuit, unde Gregorio I X. adcerſitus decretales quæ ſparſæ fuerant in uolumen coëgit, quo utuntur hodie. Scripſit quoq́; ſummam uocatam de pœnitentia & ſponſalibus ualde probatam: pro quibus meritis oblatum ei præſulatum Tarraconnenſem conſtantißime recuſauit, ſæpe dictitans, ſe ſalubrius ac ſecurius ſubeſſe, quàm præeſſe: mißione demum flagitata ſe in patriam recepit, ubi omnium conſenſu generalis creatus eſt, quo magiſtratu quum eum biennio geſſiſſet, ueniam ac requiem petens, ſe ſponte abdicauit, ac priuatus, & uitæ ſanctitate, & conſilio cunctos iuuit. Ioannes Germanus natione, officium ægre ac Gregorio V I I I. impulſore uix ſubijt, cum pauloante præſul Boſinenſis fuiſſet, ac ut ſanctius ageret, & quietus, præſulatu ſe abdicauerit, relatus & ipſe inter beatos.

Vmbertus

Vmbertus Viennenſis theologus Pariſienſis rem ſuſcepit, poſt annos deinde I X. officio & ipſe quietis gratia ſe abdicauit. Horarum modum, quo nunc ordo utitur, inſtituit, ac libros plurimos de uita religioſorum edidit.

Albertus Magnus

Albertus Magnus, natione Germanus, ut philoſophiæ tutius uacaret, præſulatus ſe quoq́; Ratiſponenſis officio abſoluit: eius opera uulgo notißima.

Thomas Aquinas

Thomas Aquinas natus è comitum Aquinatum proſapia, patre Landulpho, matre Theodora, à quibus ob uaſtatam bellis tunc imminentibus patriā puer annorum V. Caſinenſis cœnobij monachis curæ traditus eſt, ubi & prima literarum rudimenta ſuſcepit. In ſcholis condiſcipulis ridiculus erat, bosq́; appellatus quod ſemper taceret, audiretq́; tantum: ex quo audita uox cœlitus, hunc bouem mugitus quandoque per uniuerſum orbem editurum. Ordinem Prædicatorum ætate annorum X I I I. eſt ingreſſus, quòd à Ioan. quodam eius ord. magiſtro educatus eſſet, à quo & Pariſium theologiæ gratia ductus eſt, inde Coloniam profectus ad Alberti Magni famam, quem multos audiuit annos, profecitq́; adeo ut Pariſium reuerſus ſtatim baccalarius quanquam inuitus ſit factus, cœpitq́; tunc primum profiteri, ac libros Sententiarum enarrare. Deinde magiſter creatus poſt multos & ſcriptitando & lectitando exantlatos labores dum Romam petit, Gregorij X. iuſſu, in itinere apud cœnobium foſſæ nouæ in morbum incidens exceßit ann. ætatis X L I X. ſalutis M. C C L X X V I I. Sumpturus ad extremum euchariſtiā, dominum Ieſum flendo rogitabat, ut ea quæ de ipſius myſterijs, deq́; uniuerſa eccleſia ſancto ſpiritu inſtigante ſcripſiſſet, ſi minus recte fuiſſēt, ueniam tribueret, eaq́; omnia eccleſiæ iudicio ſacroſancto permiſit. Inter ſanctos à Io. X X I I. unà cū altero Thoma Herfordenſi Præſule, in Anglia ſummo theologo relatus eſt.

Thomæ alii

Fuit item alius Thomas Branduandinus Anglicus egregius theologus, ſcripſit de Caſa Dei contra Pelagianos, & alia quædā. Emicuit anno ſalutis M. C C C L V I I.

Guiliermus Durandi ſpeculum iuris & rationale diuinorum condidit: Præſul item in prouincia ac theſaurarius Piceni ſub Io. X X I I. ubi Durantis caſtrum etiam extruxit.

Durandus

Durandus ſcripſit in Sententias commentarios, Thomæ Aquinatis, cuius ferè tempore fuit, prius adſertor: deinde quadam palinodia impugnator, uerum à quodam poſtea huius etiam ordinis, qui Durandellus uocatur, palàm impugnatur. Sic exorſus, Exiſtimaſti quod ero inique tui ſimilis, arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.

Petrus de Palude.

Petrus de Palude Gallicus in lib. Sententiarum, an. M. C C C. Barptolemæus Piſanus Piſanellam opus notißimum, an. M. C C C X X X V I I I. Rainerus item Piſanus circa eandem ferè materiam laborauit, operibusq́; ſuis titulum non inſcripſit.

Vincentius Beluacenſis

Vincentius Gallicus patria Beluacenſis quatuor ingentes libros quos ſpecula uocat. Primum de na-

turis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

turis rerum.Secundum de moribus. Tertium de diuerſis rerum doctrinis.Quartum hiſtorias omnis complectentē,quem rurſus in tris magnos codices diuiſit, ubi ab initio uſq; ad ſua tempora narrat,an. M. C C L X.*Landulphus Columna Romanus haud diu poſt Vincentium hiſtoriam ab initio mundi uſq; ad ſua tempora. Martinus pœnitentiarius urbis, patria Carſulanus, quam Caſcinam uocant, chronicam ſcripſit, quam Martinianam uocant,* Io. X X I I.*tempore.Iacobus è uoragine Præſul Genuenſis ſanctorum hiſtoriam* M. C C X C.*Petrus ex oppido Clodienſi:item aliorum ſanctorum ab Iacobo prætoritorum hiſtoriam. Gratiadeus totius logicæ ſummam. Erueus item in logicam & philoſophiam.Vbertinus Florentinus præſul Piſtorienſis in Metaphyſicam. Ioannes Genuenſis ingens dictionarium uulgo notiſſimum, quod Catholicon uocāt. Guiliermus Peralt Gallicus commentarios maximos de uitijs & uirtutibus, qui uberem materiam concionantibus ſuppeditant,ab Ia.poſtea de uoragine,quem ſuprà nominaui in epitomen redacti.Inter hos in eodem ordine uiri ſacerdotio magni fuere. Pontifices primum duo, Petrus Tarantaſienſis theologiæ profeſſor, qui Inno.* V. *fuit: ſcripſit in epiſt. Pauli, in lib. Sentent.præterea Thomæ Aquinatis opera epitomauit. Nicolaus Tauriſanus ſanctitate clarus,qui Benedictus* X I. *ſepultus Peruſiæ. Cardinales item* X X I I I. *Vgo de ſancto Caro prouinciæ Galliæ theologiæ profeſſor.* T T. *S. Sabinæ:ſepultus urbe uetere. ſacros libros omnis utriuſq; legis enarrauit ſeparatimq́; pſalmos. Annibal de proconſulibus. Romanis magiſter S.Palatij,ſepultus item urbe uetere. Robertus epiſcopus Portuenſis theologiæ profeſſor Anglicus: ſepultus Viterbij.*

Latinus

Latinus Rom. è familia Fraiapanum epiſcop.Oſtienſis. profectus in Hetruriam legatus, pacem inter Guelfos & Gibelinos compoſuit:ſepultus Rom.in æde Mineruæ.Vgo è Belliciono prouinciæ Galliæ, theologus epiſcopusq́; Oſtienſis:ſepultus in æde Sabinæ,anno M. C C C X C.

Nicolaus Pratenſis

Nicolaus Pratenſis theologus & epiſcopus Oſtienſis, ſagacitate animi, rerūq́; experientia inſignis, miſſus de pace legatus à Bonifacio VIII. *Florentiam rebus infectis redijt:ſepultus Auenione. Vuilelmus Anglicus* T T. *S.Sabinæ: ſepultus Londini. Gualterius Anglicus* T T. *S. Sabinæ. Eduardi regis Angliæ confeſſor: ſepultus Genuæ Theobaldus ex Angliæ prouincia theologus* T T. *S. Sabinæ. Nicolaus è prouincia Galliæ, confeſſor Philippi regis Gallorum: ſepultus Lugduni. Matthæus Vrſinus theologus in æde Mineruæ. Gerardus Toloſanus generalis ord.* T T. *S. Sabinæ: ſepultus Toloſæ. Io. Morlandinus prouinciæ Toloſæ generalis* T T. *S.Sabinæ: ſepultus item Toloſæ. Nicolaus è prouincia Aragoniæ theologus: ſepultus maiore. Philippus Rom. pœnitentiarius* T T. *S. Sabinæ. Nicolaus Caracciolus Neapolitanus.*

Io.Caſanoua

Io. Caſanoua prouinciæ Aragoniæ theologus T T. *S.Sixti:ſepultus Florentiæ in æde S.Mariæ Nouellæ.*

Io.Dominici

Ioan.Dominici,patria Florentinus,Cardinalis Raguſinus, annorum X V I I I. *ordinem ingreſſus literarum penitus ignarus adeo profecit adſiduo ſtudio,ut more Auguſtini per ſe omnis ferè diſciplinas comprehenderit, ut ipſe in quodam libro ad Colutium teſtatur.Scripſit in ſacros libros. Concionator egregius. Miſſus deinde Romam à Florentinis poſt mortem Innocentij* V I I. *ad concordiam Cardinalibus ſuadendam, in patrum quoq; numerum ipſe à Gregorio* X I I. *tunc electo Pont. cooptatus, ſimul & Præſul Raguſinus creatus eſt. Interfuit & concilio Conſtantienſi. Inde à Martino Pont. ſtatim in Bœmiam ad hæreſim extinguendam miſſus, cum res minime ſucceſſiſſet, in Pannoniam ad Sigiſmundi Imper. opem confugit, ubi paulopoſt deceſſit: ſepultusq́; in æde S.Pauli primi eremitæ.*

Io. de Turrecremata

Ioan.de Turrecremata Hiſpanus magiſter S. Palatij T T. *S. Xiſti, tempore & ipſe Conſtantien. concilij, ſcripſit in Pſalm. uitæ alioquin abſtinentia præcipua. Et hi quidem Cardinales.*

Petrus mart.

Inter ſanctos quoque relatus Petrus martyr patria Veronenſis, concionator egregius. Dum iter faceret in Tranſpadana, ab æmulis quibuſdam hæreticis interficitur. Anno M. C C L I I. *ſub Innocentio* I I I I. *à quo in catalogum relatus eſt.*

Vincētius Valentinus

Vincentius Valentinus item à Caliſto I I I. *Is enim anno* M. C C C C X V I I I. *ſedente Martino deceſſit ſeptuagenarius: in ſingulari abſtinentia dum uixit, ſemel in die ueſcebatur: fuit & in ſermonibus toti Hiſpaniæ clarus.*

Antoninus

Antoninus præſul ciuis Florentinus, cuius & opera, & uita uulgo iam nota, ſub Coſmo Medice,per quem promotus fuerat, deceſſit in beatorum numero: omnibus prius diſtributis funeri ſumptus defuit. Neptem, quod ſe humili loco natum diceret, mulioni cum exigua dote locauit.

Catherina Senenſis

Catherina Senenſis eiuſdem ord. commemoranda, quæ admodum puella domo egreſſa paterna Romam Chriſti gratia profecta:cauſa fuit epiſtolis ad Gregorium X I. *ſcriptis & peregrinatione ſumpta, ut ille Romam rediret. Scripta eius ſimul & dicendi prudentia cum magna theologorum doctrina conferri poſſunt. Deceſſit in urbe ann. ætatis* X X X. *ac in æde Mineruæ loco celebri ſepulta, poſtremo à Pio* I I. *in catalogum relata.*

FRANCISCVS EIVSQVE ORDINIS VIRI CLARI.

FRanciſcus Aſiſinas humili ortus loco, patre Petro Bernardino mercatore, qui quòd ad Francos penetrauerat ob merces, id filio nomen indiderat, eodem quo Dominicus tempore, eiq́; iunctus amicitia fuit. Tanquam nouum ſydus in terris apparuit teſte Bonauentura, qui eius uitam exequitur. Conſeruatoris noſtri ferè per omnia typum geſſit. Geneſis eius, futuraq́; ſanctitas præuiſa parentibus. Anno X V I I I. *paſtoralem ſumpſit habitum,nudis pedibus ambulans, Romā uenit,ubi ad fores baſilicæ Petri inter medicantes rogator ſedebat, ulceroſos exoſculabatur, ut qui prius patrimonium omne diuiſerat.Quadriennio in eremo, ſaltibusq́; ferarum uictitauit. Inde diuina inſtructus ſapientia* X I I. *ſibi comitibus electis,prolapſos ad uitia iamdudum populos concionibus,adhortationibus, prodigijs ad nouum ordinem, uitæq́; abſtinentiam prouocauit. Ad extremum dominicis ſtigmatum ueſtigijs in corpore perlatis, deceſſit quadragenarius, Aſiſij. anno* M. C C X X V I I.*Non.Octob.ubi & ſepultus, ac ei templum nobile ſine materia ulla dicatum,ex ære collato Heliæ comitis eius præcipui ſolertia,diligentiaq́;.*

Helias

Hic enim Helias biennio antequā F.decederet,Vicarius inſtitutus publice fuerat, quaſi generalis Franciſci,qui omnino magiſtratum recuſauerat,nec alius creandus, dum uiueret, ob eius reuerentiam uidebatur. Igitur defuncto Franciſco,Helias cū eſſet doctrina, ingenioq́;, ac rerum experientia præſtans:ſuperbo tamen animo,atq; intolerabili,eoq́; propterea poſthaberetur,

Io.Florent.

Io. Florentinus uir ſanctus ſucceſſor creatur:qui paulò pòſt uidens Heliæ turbas, Gregoriumq́; I X.*Pon.ei fauentem,ſe ſponte abdicauit.Helias interim in concilium fratrū centuriatus uenit,clauſas ſibi portas effringit,ac ui comitum ſuorum in locum priſtinum reſtitutus,Gregorio probante fuit. Illi rurſus conuenientes paulopoſt eum deiecerunt, &*

Albertus Piſ.

Albertum Piſanum uirum tunc clarum, Gregorio etiam probante, ſurrogauerunt. Ille ad Fridericum I I. *Imper. confugiens,eius autoritate multas ordini turbas excitauit. Quamobrem ab Innocentio* I I I I. *ſacris interdictus, paulò pòſt Cortonæ grauiter ægrotauit, prætoritorumq́; pœnitens ueniam ab eodem Pontifice meruit, ex uaticinio Franciſci, qui ſæpe illum caſtigauerat, ac prædixerat, ex præſcito prædeſtinatum precibus ad Deum reddidiſſe. Foræq; propterea ut illi quandoque ab errore deſiſteret. Auctus exinde paulatim ordo, ut cunctis poſtea multi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tudine uirorum præſtiterit, & ſacerdotio, & doctrina, & ſanctitate præcellentium, ut nec ei cardinalis Armacani Auenione in conſiſtorio uehemens nocuerit inſectatio, anno M. CCCLVII. dictitantis turpe eſſe Chriſtianis ſponte mendicis eſſe.

Pontifices III

Pontifices tres primum fuere. Nicolaus IIII. qui & Hieronymus Aſculanus, Alexander V. qui & Petrus Cretenſis natione, Xiſtus IIII. qui & Franciſcus de Ruuere Sauonenſis. Quorum duo ultimi ſummi etiam theologi extitere.

Cardinales, Bonauentura

Cardinalium uerò turba ingens. Inter quos Bonauentura præpollet. Hic ex oppido Balneoregio ob eius uirtutem & nobiles commentarios ab eo editos in patrum numerum ex generali à Gregorio X. relatus eſt. Habitum quo nunc utuntur inſtituit, cum prius paſtorali modo incederent. Dum priuatus eſſet, ne gratis uictitaret, ſacros aliquos libros ſcriptitare ſolebat, ac cuſtodi tradere mercedis loco uenundandos. Poſtremo à Xiſto IIII. in catalogum relatus fuit. Eius poſtea libros epitomauit Guilelmus Fulginas eiuſdem ordinis. Matthæus de Aquaſparta item cardinalis à Nicolao IIII. factus, ſcripſit indices ſiue pinaca ex ordine literarum, in libros Sentent. ab eodem & Bentiuenga Tudertinus. Vitalis de Furno, Cardinalis à Benedicto XI. factus, anno M. CCCIIII. Quo etiam tempore rex Armeniæ Ioannes dimiſſo regno nepoti ſuo Leoni profeſſus ordinem minorum eſt. Quo habitu etiam in Turcas tunc aduerſus uenientes pugnans occubuit. Ex quo in Aquitaniam tranſlatus clarere prodigijs dicitur. Bertrandus item de Turre nobili Mediolanenſium familia, qui ſermones quadrageſimæ compoſuit, & Petrus Aureolus Præſul Aquenſis ab eodem Pont. in patrum etiam numerum relati. Treſq; uno tempore fuere Cardinales, Vuilielmus Furnerius ab Innocentio V. Marcus Viterbienſis ab Vrbano promoti ad eundem ordinem. Quo tempore Iacobus Florentinus & Guilelmus Campanus apud Saracenos martyrium ſubierunt.

Martyres quatuor

Sed paulo ſuprà hos Benedicto XI. ſedente quatuor alij eundem felicem exitum ſunt adſecuti, Thomas Tolientinas, Ia. Paduanus, Petrus Senenſis, & Demetrius conuerſus ſiue laicus eorum interpres.

Alex. de Ales.

Alexander autem de Ales, qui tot monumenta reliquit ingenij: ſtatim poſt Franciſcum apparuit. Et longe poſt eum ſedente Nicolao IIII. Alexander de Alexandria Italiæ Generalis, qui in libros quoque Sententiarum ſcripſit: ſepultus Romæ in ara cœli.

Alexander de uilla Dei

Alexander de uilla Dei, qui doctrinale edidit, appellatus. Ramundus ex prouincia Prouinciæ generalis ordinem ſororum de pœnitentia uocatarum, quem Franciſcus olim inſtituerat, ut à Nicolao IIII. tunc Pontifice probaretur, impetrauit. Deinde cum à Bonifacio VIII. ad ſedem Paduanam promoueretur, pertinacius renuit, ſe imparem oneri dictitando. Ille uerò in malam accipiens partem. At inquit, multo magis impar uideris officio iſti tuo: quare eo deiectus eſt, cum utilis maxime uideretur. Hoc tempore capta Ptolemais Saracenis, uirgineſq; S. Claræ quæ ibi aderant in cœnobio, ſe mutuis uulneribus uultibus fœdauerunt, ut ab hoſte ſpernerentur. Quare ad unam omnes interfectæ. Gualterius Burgenſis miniſter Turoniæ, quem ob ſanctitatem prodigijs clarere dicunt, magnumq; æs alienum benigne pauperibus faciendo contraxiſſe. Cum ſummus eſſet theologus, multaq; ſcripſiſſet, ac inuitus Præſul Pictauenſis crearetur, uenit in litem pro iure eccleſiæ ſuæ, cum Præſule Burdegalenſi, qui paulopoſt Pontifex creatus nomine Clementis V. hunc aduerſarium ſuum præſulatu deiecit. Quare Gualterius cum hanc iniuriam æquo animo tuliſſet, moriens corpore huiuſcemodi chibographum imponi iuſſit, Ad iuſtum Dei iudicium appello: quod Clemens cum legiſſet, dicitur expauiſſe.

Ioan. Scotus

Præter hos uiri doctrina clari, Ioan. Scotus, Anno M. CCC. qui ſcholam eo tempore Pariſienſem magnopere illuſtrauit. Stylis diſcipulorum dicitur confoſſus, nec ſatis de ipſius fine ueritas comperta. Cuius famam propè conſequitur diſcipulus eius Franciſcus Maronis.

Guilelmus Okam

Guilelmus quoque Okam temporibus fere illis effulſit, cuius logica magno eſt in precio. Ricardus de media uilla. Michaël Ceſenas.

Nicolaus de Lyra.

Nicolaus de Lyra à Iudæorum ſecta ad fidem conuerſus ſacros omnis libros enarrauit, Ioan. XXII. ſedente: quo tempore Gerardus Odonis generalis multis editis commentarijs claruit in prouincia Aquitaniæ, ſub quo alter Gerardus uir quidem idiota, uerum ſanctitate notiſſimus. Is è Valentia oppido Padi oriundus, & familia Cagniolorum non infima, adoleſcens annos X. poſt obitum patris matri ex podagra laboranti adſtitit, qua defuncta omnibus omiſſis ac diſtributis, in peregrinatione uaria, uitæq; abſtinentia maxima, aliquot annos conſumpſit. Demum iam quadragenarius ordinem profeſſus habitu conuerſi ſiue laici anno XXXV. perſancte perſeuerauit. Deceſſit Palermi, anno M. CCCL. ubi & ſepultus. Viuens ſigna plurima ſanctitatis oſtendit, lymphatos morbiſq; alijs oppreſſos curando, ac futura prædicendo. Sed quando ad hoc genus peruenimus, commemorandus Antonius Vlyſſiponenſis è comitibus Franciſci, qui Paduæ deceſſit, ubi templum ei nobile dicatum. Bonauentura ſuprà dictus. Ludouicus præſul Toloſanus Caroli II. regis Siciliæ filius. Bernardinus Senenſis à Nicolao V. in Catalogum relatus. Is collapſum ordinem, in frugalitatem obſeruantiamq; priſtinam reduxit. Adeo, ut poſtea cum Antonius de Ruſconibus, natione Tranſpadanus Generalis crearetur, Obſeruantium partes alterum ſibi delegerint. Res ad Eugenium reiecta, uicarius Generalis ſeparatim obſeruantibus datur cum poteſtate generalis. Sed noſtra memoria huius & ordinis & ſeculi felicitate huiuſmodi uirorum bonum numerum uidimus, qui & exemplis optimis, & concionibus aures, & corda fidelium tenuerunt, ſedeſq; nunc beatorum poſſidere exiſtimantur. Iacobus Picens, Ioannes Capiſtranus, qui à Pannonijs ualde colitur, quos erudijt per interpretem concionando. Michaël Mediolan. uehemens in ſermonibus. Cherubinus lege Spoletinus ex Eubœa oriundus. Antonius Vercellenſis. Bernardinus Fertinus.

Angelus de Clauaſio

Angelus de Clauaſio qui Summam angelicam uulgo notiſſimam edidit. Amodeus Hiſpanus, quem ego magnopere obſeruabam. Is tantum Generali obtemperabat, cætero reliquis obſeruantibus ſimilis, tertiam quandam familiam inſtituit. Cœnobiaq; plura trans Padum, tum in urbe Roma eo more excitauit. Ipſe autem ſola amictus tunica nudis pedibus ambulabat: pane & aqua ſemel die ueſcebatur poſt horam nonam ſtatim poſt ſacrificium; quod Xiſti conceſſione Pontificis differebat. Duas poſt hæc horas adeuntibus audiendis, reliquum tempus precibus diuinis ſub cauerna montis immorando tradebat. His autem omnibus Robertus ex Alecio Apuliæ oppido præferendus erat, ſi per eius uitæ cœptiq; propoſiti inconſtantiam licuiſſet. Nam adoleſcens admodum concionari cœperat, tanta eius eloquentiæ, morumq; admiratione, ut omnes in eadem arte & pronunciationem, & geſtus eius imitari conarentur procœmiandi, exclamandi, commiſerandi, digrediendi, epilogandi. Nouus quaſi orator diuini uerbi modum ſeculo monſtrauit. Trecentos perſuadendo ad hunc ordinem deduxit ut ipſe teſtabatur. Matronarum deinde certatim eum adeuntium concurſu atque libidine paulatim illectus ueſanus cœpit eſſe. Præſul poſtremo factus in patria, ſenex inter concubinas deceſſit.

Clara uirgo

Clara uirgo Aſiſinas Franciſci quem maxime obſeruabat & diſciplinam & uitæ genus æmulata, ſimilem inter mulieres ordinem inſtituit, quem Alexander poſtea quartus probauit, ac ordini minorum ſubiecit, in quo plurimæ poſtea profecere,

Heliſabeta

inter quas Heliſabeta Panoniæ regis filia poſt uirum defunctum. Sancta item Roberti

Siciliæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Siciliæ regis relicta, quæ plurima etiam eius ordinis Cœnobia conſtruxit, uiri exemplum ſecuta, qui moriens Minorum amictum induit: ſed ipſa felicius, quæ uiuens profeſſa eſt. Clara item altera uirgo, ordinis Eremitarum Auguſtini, ſanctitate claruit apud Montemfalcum Vmbriæ oppidum. anno M. CCC. Sororum quoque de pœnitentia uocatarum diſciplinam & inſtituta à Franciſco quondam ordinata Nicolaus IIII. probauit.

Clara altera

EREMITARVM ORDINIS VIRI.

DEinceps Eremitarum uiri, qui tertium inter mendicantes obtinent locum. Hi ab initio, ut ait Ioan. Andreæ ex pluribus ordinibus, ac Eremitis, ſimul in unum coacti, ſub Auguſtini ordine, cum baculo, & zona pellicea Alexandro IIII. ac S. Bonauenturæ eius legato probati fuere. Inter eos autem qui huic uitæ generi initia dederit Guillermus, quem alij alium tradunt: apud plures uerò Aquitaniæ dux fuit, anno ferè M. CLVIII. ſub Eugenio III. diui Bernardi præceptis eruditus, relictis omnibus Romam uenit. Idemq; tollerantiæ gratia loricam cum triplici indutus cathena Hieroſolymam petijt: deinde S. Ia. oraculum in Hiſpania, rurſusq; inde Hieroſolymam, ubi à Saracenis captus, pauloq; poſt dimiſſus, ac reuertens in inſulam Hetruriæ proximam adplicuit, apud quam in loco deſerto aliquandiu ſubſtitit, eremitarum modo in ſaltibus proximis duriſſime uictitando. Poſt hæc Romam repetijt, inde Centumcellas uenit, inde Ariminum, poſtremo in patriam reuertens multis ordinatis ſimul & conſtructis Eremitarum cœnobijs, extinctus eſt in magna populorum ueneratione, adeo ut ſucceſſores Guillermitæ cœperint uocari. Fuit & alter Guillermus Præſul Bituricenſis Imper. Philippo M. CLXXXI. prius monachus Gradimontenſis: deinde Abbas cœnobij Carolacenſis. Poſtremo præſul, in Catalogum ab Honorio III. relatus: ut autor Vincentius. Ioannes Bonus Mantuanus, anno M. CCXXII. uixit in Aemylia, magna ſanctitatis fama, ubi cœnobia plura eiuſdem ordinis inſtituit. Deinde in patriam reuerſus in cœnobio prope mœnia à ciuibus conſtructo, uſque ad extremum uixit: relatus inde poſt mortem in urbem. Nicolaus Tollentinas, ann. M. CCXCIII. abſtinentiſſimus omnium ſui temporis, pane & aqua ſemel in die tantum ueſcebatur, ab omni procul otio uerborumq; uanitate: ab Eugenio III. demum in Catalogum relatus. Aegidius Rom. & ut quidam eſt autor, è Columnenſium familia, generalis: deinde præſul Bituricenſis fulſit è ſchola Pariſienſi ſub Martino IIII. cuius opera uulgo notiſſima. Vgolinus Vrbeueteranus Patriarcha Conſtanti. docuit etiam Pariſijs: ſcripſitq; ſub Nicolao IIII. Auguſtinus natione Siculus generalis, iuris ſcientia præditus. Antea ſiquidem Manfredo Siciliæ regi familiariſſimus, eiuſq; conſilijs adhibitus fuit, quo extincto ord. profeſſus, generaliſq; factus, paucis poſt annis officio ſe abdicauit, locumq; in receſſu quodam prope Senam petijt, ubi ſcriptitando, & lectitando, uſq; ad extremum perſancte uixit, interq; beatos colitur Senæ.

S. Guillermus

Nicolaus Tollentinas

Aegidius Rom.

Auguſtinus alter Anconitanus plures & utiles commentarios reliquit, inter quos de eccleſiaſtica poteſtate ad Io. XXII. uitæ præterea integritate, & abſtinentia clarus: quapropter in beatorum & ipſe numero recenſetur. Ia. Viterbienſis præſul Neapolitanus aliquantulum tempore ſuperior, ſcripſit etiam plura, tum de Chriſtiani regimine ad Clementem V. Bonauentura Paduanus, è generali, Cardinalis S. Cæciliæ factus, ſub Ioan. XXII. doctrinæ ſanctitatem adiecit, ut qui pro martyre ferè colatur, à Carrarienſi principe ſagitta peremptus, dum eccleſiæ libertatem contra tyrannos tuetur. Henricus de Vrimaria. Inter beatos & illi putantur uitæ meritis uulgo cognitis, Vitus Pannonius, & Philippus Placentinus. Simon Carſulanus patria, quam Caſcinam nunc uocant, emicuit ſub Gregorio XI. doctrina, ſcriptis, & uitæ integritate in magna quondam Florentiæ opinione, ubi & cœnobium uirginum ſui ordinis excitauit. Gre. Ariminenſis generalis ſub Benedicto XI. Pariſij profecit, edidit utilia complura. Thomas Argentinen. patria, natione Germanus Generalis poſt eum creatus, ſcripſit plura & optima quibus maxime Germani utuntur. Henricus quoq; de Vrimaria doctor Pariſien. & Hermannus poſt eum multa ſcriptitarunt. Gerardi duo, alter Senenſis, alter Bergomenſis patria, præſul Sauonenſis ſub Clemente VI. uterque doctiſſimus, ſcriptioniq; utilis. Poſterior etiam Bergomi ubi deceſſit, beatorum honoribus colitur. Guilielmus generalis ob doctrinam, & animi uirtutem ab eodem Clemente præſul Nouarienſis creatus, exemplo Auguſtini XII. ſibi ſocios eiuſdem ord. elegit, quibus cum horas obiret. Multa quoque templa, & ædis collapſas, caſtraq; ſui præſulatus reſtituit, perſancteq; uſque ad extremum uixit. Barptolomæus Vrbinas, ciuis, & præſul collegit Milleloquium. Dicta uidelicet Auguſtini in ordinem literarum redacta. Paulus Venet. ſub Innocentio VII. complures & egregios in omni philoſophia commentarios edidit: deceſſit admodum iuuenis. Iordanis quoque Germanus, & Iacobus Toletanus hoc ferè tempore fuere, plurimaq; ſunt ex utroque ſcripta. Auguſtinus Rom. generalis ſub Io. XXIII. in theologiam etiam ſcripſit. Dionyſius è Burgo S. Sepulcri multam poëticæ operam dedit, quapropter commentarios in eam edidit. Fabularum quoque tropologicum ſenſum. Gabriel Spoletinus item nonnulla. Inter Cardinales uiri doctiſſimi duo, Nicolaus Fabrianenſis, & Alexander è Saxoferrato generalis à Pio II. in patrum collegium cooptatus, cuius ſepulcrum Romæ in æde Auguſtini cernitur. His omnibus adijciendus Marianus è Chinatiano Columnenſium oppido, Generalis pauloante ob eloquentiam factus, quem unum in templis ſermones habentem ingenti adplauſu, ſummaq; dulcedine, populi gentium omnium audiebant. Verùm cùm ipſe cæteras animi cupiditates ſuperaſſet, gloriam quæ ultima perfectis exuitur, ſuperare non ualuit. Siquidem miſſus ab Alex. VI. Pont. ad Fre. Regem Neapolitanum adfinitatis ineundæ gratia, cum rebus infectus reuertens neutri ſe parti ſatisfeciſſe animaduerteret, ac ſpem propterea magni honoris amiſiſſet, ex animi dolore Tybure deceſſit. Reliquit Aegidium Viterbien. theologum, nominis & eloquentiæ ſucceſſorem, propoſito etiam ac doctrina ſuperiorem. Carmelitæ in monte Carmelo mora Heliæ & Heliſei nobilitato ab Alberto patriarcha Hieroſo. anno M. CCLXXXVIII. primum inſtituti fuere, diuerſo quo nunc utuntur amictu. Honorius IIII. qui illos à Sultano eiectos excepit, eum ſiquidem interpolauit ordine comprobato, ac diuæ uirginis nomini dedicato. In quo iam famam conſecuti ſunt Andreas Hieroſolymitanus, Andreas florentinus præſul Feſulanus, Cyrillus uir Græcus, Franciſcus Martini, Gerardus Bononienſis doctor Pariſienſis, Guido Perpinianenſis generalis qui poſtea præſul fuit Maioricenſis, Io. de Bachone, Ioan. Baliſtari. Petrus de Caſa Generalis patriarcha Hieroſoly. Petrus Thomas patriarcha Conſtantien. apud Cyprum. Thomas Valdenſis qui ad Martinum quintum contra ſectam Vicleuiſtarum ſcripſit. Qui omnes doctiſſimi uiri ſcripta etiam plura reliquere. Duo quoque ultimi inter beatos commemorati. Sed omnis & tempore & fama Albertus antecellit è Drepano Siciliæ nobili genere natus poſt parentum ſterilitatem annos XXVII. quapropter ex uoto huic ordini oblatus à puero perſancte perſeuerauit, cuius feſtum colitur. Seruos B. Mariæ An. M. CCLXXXV.

Paulus Venet.

Iordanes Germanus

Carmelitæ.

Seruorũ ordo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Martini I I I I. tempore V I I. Florentini mercatores ediderunt, beati omnes putati, quorum princeps Philippus Tuderti iacet. Is cæteris hanc diuinitus accepiſſe uiuendi formulam cum habitu retulit, qui è ueſtigio ædem Nunciatæ religionis caput excitauere; quos ſub Auguſtini ordine poſtea Benedictus X I. & Vrbanus V I. probauere.

Brigida Ger.

Ordo item à Brigida uidua inſtitutus. Hæc enim in Suetia nata principis uiri filia ditiſſima Romam uenit ſub Vrbano V. Anno M. C C C L X. ubi quotidie loca religioſa pedibus obibat. Ritum ab ſe inſtitutum probari obtinuit, ut cœnobium commune utrique ſexui foret: murorum tamen ac adſpectus ſeparatione, ut uirgines ſuperiora habitarent, monachi uerò inferiora, templum uerò commune. Omnibus autem Abbatiſſa præeſſet. Sunt plura huiuſcemodi in Germania, ſed extra muros Lubecenſes pulcherrimum atque ampliſſimum.

Brigida uirgo Scota.

Fuit & altera Brigida uirgo Scota genere ſub Ioan. primo. D X X I. feſtum Cal. Fe.

Ieſuati.

Ieſuati ſub Vrbano V. cœperunt apud Senam in Hetruria. Ab initio namque inter ſe ſocietate coniuncti diuinis præceptis priuatim & in proprijs domibus inuigilabant certa uitæ formula, mox eidem Pontifici probati addito amictu quem nunc geſtant. Autor primus Ioannes Columbinus ciuis Senenſis. Is uir fuit idiota, mercaturæ tantum & auaritiæ ſtudijs deditus, filios & uxorem habuit admodum religioſam, cuius uerbis ac caſtigatione paulatim & ipſe religioſior factus, caſtitatem cum ea perpetuam Deo uouit, uiliore ſumpto amictu, ſimul rem negligere, ac facultates egentibus diſtribuere cœpit. Mirabatur uniuerſa ciuitas ex lupo factum agnum, mutationemq́; ſubitam. Ille deinde Franciſcum Mini, item Senenſem ſocium primum ad hoc adſciuit, paulatimq́; alios. Creſcente mox numero ſub eodem Vrbano ſuſpecti atque planè inſimulati tanquam Fraticellorum ſectam imitantes. Res itaque adeo dubia fuit, ut plures iam profeſſi auerterentur. Dei tandem prouidentia patefacta ueritas, inſtitutumq́; probatum. Ipſe interea Ioannes Senis perſancte obijt. ubi prodigijs claret. Anno M. C C C L X V I I. Poſt eum Romulus Florentinus, deinde Ioannes è Toſignaco caſtro Imolenſis agri preſul Ferrarienſis in hoc ordine ſanctitate clari. Romæ Nicolai V. conceſſione, opera Latini Cardinalis Vrſini ædem S. Ioan. & Pauli in Cælio monte habitant.

Cœleſtini.

Cœleſtinos, anno M. X C V I. Pe. olim Cœleſtinus V. cептauit: poſtquam ſe pontificatu abdicauit ſub ordine S. A. Hi nunc in urbe apud S. Euſebium habitant.

Canonici reg. S. Georgii

Canonicorum regularium S. Georgij in Alga Venetijs ritum aliquot uiri probi ſub Gregorio X I I. ſunt agreſſi, quorum princeps Laurentius Iuſtinianus uir patricius fuit inter beatos adnumeratus, qui ſe ſuumq́; omne patrimonium ei loco dicauit, moxq́; patriarcha primus Venetiarum factus. Cuius exemplum ſecuti Antonius Corarius ipſius Gregorij nepos, poſtea Cardinalis Oſtienſis, & eius ſocius Gabriël Condelmera, qui deinde Eugenius quartus extitit, ordinem ipſum, & locum cum diuitijs, tum optimis inſtitutis ornauerunt. Marinus etiam Quirinus, Maſeus Contarenus Patriarcha Venetiarum, Veneti omnes patricij inter hos ob uitæ ſanctitatem proceres nominantur. Hi tamen autorati non ſunt neq; profitentur.

Mõtis Olіueti

Montoliuetenſes in illa peſtilenti trium Pontificum diſcordia initia ſumpſere. Anno M. C C C C V I I. Hi Senenſes primum fuere, quorum princeps Bernardus è Ptolemæorum familia, qui temporum perturbationes peroſi in proximum Senæ collem ſeſe recipere, eum de nomine illius Hieroſolymitani dominicis ueſtigijs frequentati appellantes: ſub ordine Benedicti, Gregorio X I I. probante.

Eremitæ Hieronymi

Eremitæ Hieronymi ſub Auguſtini ritu non quidem autorem Hieronymum, ſed Redonem quendam Montiſgranelli Comitem optimum uirum apud Feſulas habuere, Gregorio X I I. probante. Verum à Lupo Hiſpalenſi eiuſdem ordinis generali poſtea Eugenij I I I I. autoritate interpollati: denuoq́; inſtituti amictu quem hodie geſtant. Huius Lupi ſepulcrum uiſitur in Auentino in æde ſancti Alexij ubi cœnobium eorum.

Eremitæ Honophri

Eremitæ S. Honophri in urbe minime profitentur, exordium apud Vrbinum ab hinc annis ferè centum habuere ex quodam Petro Piſano, cuius corpus Venetijs contegitur.

ORDINES MILITARES, AC PRIMVM SANCTI IOANNIS.

Milites S. Ioannis

HIs ordines adijciam militares, ac primum qui Hieroſolymis cœperunt. Fuere autem tres, ſancti Ioannis Baptiſtæ, Templariorum, & ſanctæ Mariæ Teutonicorum. Ioannes Hircanus Maccabæorum unus, primus Xenodocheum pauperum dicitur Hieroſolymis conſtituiſſe, quo recepta à barbaris ciuitate ſubuerſo, Sultanus Aegypti, qui eam tenebat, quartam urbis partem Syris Chriſtianis ſub annuo tributo incolendam conceſſit. Latini quoq; ab eo impetrauere, ut & ipſi, qui ritus Syriacos, aut Græcos non ſequerentur, iuxta ſepulcrum habitare ea ratione poſſent, ubi & cœnobium diuæ genitrici conſtruxere, quod de Latina uulgò appellabant, cui Abbas præerat. Huius erat in primis officium hoſpites excipere Latinos. Eodem exemplo breui poſt tempore alterum uirginum cœnobium diuæ Magdalenæ iuxta dedicarunt, quod item fœminas exciperet. Confluentem igitur peregrinorum cateruam, cum loci non caperet anguſtia, Xenodocheũ prope etiam conſtituerunt, quod diuo Ioanni Baptiſtæ dedicauere: admoniti Zachariæ patris memoria, qui in eum locũ ſæpe ad meditandum conuenerat. Habeo tamen autorem, qui dicat non Baptiſtæ, ſed Io. Eleemoſynario dicatum fuiſſe. Is Patriarcha fuit Alexandrinus, genere Cyprius, ſub Phoca Imp. qui ob eleemoſynas frequentes, & in pauperes miſericordiam tali nomine dignatus fuit. Nam & pauperes dominos ſuos appellare ſolebat. Et quando locus ab initio reditu carebat, partim è fructibus utriuſq; cœnobij, partim ex ære collato uictitabant. Quidam poſtea Gerardus, qui diu Xenodocheum id adminiſtrauerat, cum aliquot ſocijs amictum, ac ritũ, quibus nunc degunt, ſibi prius adſumpſit: pariq; exemplo Agnes, quæ cœnobio uirginum præerat, profeſſa eſt. Res deinde per patriarcham & Pontificem probata, breui tempore adeo coaluit, ut opes deinde maximas principum liberalitate adſequerentur. Creatus mox Raimundus primus magiſter, qui cæteris præeſſet, & Rhodus inſula à Gotfredo rege primo, qui ciuitatem eo tempore unà cum cæteris ex barbaris receperat, eis conceſſa, quam in hodiernũ uſq; diẽ magna uirtute defenſitauere. Ordinis cenſentur Auguſtini, orationem dominicam certo numero repetitam pro canonicis pronuntiãt horis. At his mores quoq; poſtea labefactati, contra quos diuus Bernardus inuehitur, ut nimio in apparatibus ac expeditionibus luxu utentes: profecto ignorans quid ad hoc æui eorũ pleriq; facturi eſſent, quum non in armis, ſed in otio, interq́; ſcorta, & epulas huiuſcemodi luxuria ſit.

Templarii

Templariorum autores I X. uiri extitere: quorum princeps Hugo de Paganis, & Gaufredus de S. Alexandro. Hi primum ſeſe probante, ac præſente Patriarcha uouerunt peregrinos ſepulcrum adeuntes contra graſſatores armis tueri, tum pro religione pugnare. A rege quoq; & templi Abbate impetrauere, ut in parte ædium ipſius templi eis habitare liceret, unde nomen ſunt auſpicati. Amictus ab initio nullum diſcrimen, Chriſtianorum præſertim Patriarchæ tantum miſericordia uictitantes. In qua quidem abſtinentia I X. annis perſeuerantes fuere, donec anno M. C X X I I. Honorij Pont. ac Stephani Patriarchæ autoritate formula ordinis conſtituta, albus amictus tantum adſignatus. Inde Eugenij temporibus rubra crux addita. Reſq́; adeo creuit, ut & Chri-

ſtianorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſtianorum collationibus facultates maximas,et oppida quamplurima poßiderent, creato magiſtratu cui obtemperarent, certamq; pecuniæ ſummã Hieroſolymas quotannis pro tuendis peregrinis mitterent. Sed ex bonis initijs peßima exempla ſubſecuta: quippe qui eò paulatim impudicitiæ perueniſſent,ut noua excitata ſecta libidinem in mares publice conſectarentur,ſimulacro etiam cui ſacrificarent conſtituto. Cineres hominis fortis in bello extincti potarent, audaciores eo ſe pacto fieri exiſtimãtes,aliaq; nefanda inter eos patrata. Quapropter anno M.CCCXII. à Clemente V. hic ordo ſublatus, corumq; bona ex magna parte S. Ioannis militibus tradita.

Teutonici S. Mariæ

Teutonicorum paulopoſt ſubſecuta religio,ex utraq; priorum mixta:quippe qui hoſpitio excipiunt,& quum opus,pro fide armis decertant: initium fecit, uir Teutonicus, qui poſt Hieroſolymas receptas unà cum plurimis gentis ſuæ de exercitu Chriſtianorum in eo loco remanſerat, uxoremq; ac facultates habebat:motus ſuorum popularium ſepulcrum adeuntium miſericordia, qui neque linguam noſſent, neque diuerſorium haberent,domum ſuam Xenodocheum conſtituit, addito mox Patriarchæ autoritate, diuæ genitricis ſacello, cui paulatim turba ingens ſeſe curandis ægrotis dicauit. Nec ſolum è plebe, ſed plerique nobiles, magniq; uiri, qui ſumpto demum candido amictu cum atra cruce, in hanc quam hodie cernimus potentiam atque frequentiam uenere. Nec niſi è ſuo genere admittunt, barbamq; nutriunt. Hi demum deperditis Hieroſolymis unà omnes patriam antiquam repetiere, eumq; locum quem nunc Prutentiam uocant pulſis infidelibus occupauerunt, ut in Germania narraui. In Hiſpania quoque ordines huiuſcemodi plures.

Milites ſancti Iacobi

Milites primum S.Iacobi de Spata ord.S.Auguſtini. In quo magiſter primus Petrus Ferdinandi ſub Alexandro III. Pont. qui rem probauit:cuius uectigal annuum CL. aureorum millia, regum Hiſpaniæ munere conceſſa.

Calatraue

Milites item de Calatraue ordinis Ciſterſienſis anno M.CXX. à Sanctio rege inſtituti in regione Toletana,à loco & prouincia Calatraue nuncupatis,ubi cœnobium templariorum fuerat: qui cum Saracenis minime reſiſtere ualerent, nouis his militibus cedere ſunt iußi, nigrum amictum cum rubra cruce geſtantibus:quorum magiſter non minus aureorum XL. millium reditus habet.

Milites Ieſu Chriſti

Milites Ieſu Chriſti in Luſitania anno M.CCCXXVI. apud Tomarium oppidum nullius diœceſeos ſub Dionyſio rege per Io.XXII. quibus & bona item templariorum in Luſitania cuncta conceſſa fuere,tantum ut eſſent qui proximorum Saracenorum irruptionibus reſiſterent.Crucem geſtant rubram in atro amictu, ord.Ciſter. ſub magiſtro cuius uectigal centum aureorum millia.

Milites Alcantare

In eodem regno eiuſdemq; ord. Milites cum cruce tamen uiridi apud Auiſium oppidum: quorum caput in regno Caſtellæ apud Alcantaram oppidum iuxta Tagum cœnobium amplißimum uiſitur.

De redẽptione captiuorũ

In Aragoniæ regno duo militum ordines:primus,Sanctæ Mariæ de redemptione captiuorum ſeu de mercede:cuius autor fuit Iacobus ille qui Baleares inſulas ſubegit,an.milleſimo CCXII. Gregorio nono probante. Amictum gerunt album cum atra cruce,quorum officiũ captiuos redimere.Inter hos ſanctitate clari Raimũdus Nonat Hiſpanus Cardinalis. Petrus Armengol Cathelanus. Alphonſus Hiſpalenſis. Religionis caput Barcinone.

Monteſiæ milites

Alter ordo Monteſiæ dicitur, qui locus eſt in regno Valentiæ,cum rubra cruce:ab eodem rege ac eodem ferè tempore excitatus,ordinis Ciſtercienſis, ſub magiſtro & militia de Calatraue.

S.Sepulcri

Ordo ſancti Sepulcri diu etiam ſtetit cum rubra ac gemina cruce,cuius caput Peruſij: nuper uerò ab Innocentio octauo militiæ ſancti Ioannis agglutinatus iam penè interijt.

Ordo minimorum

SVNT item hodie qui arduum ſunt aggreßi propoſitum,ut Franciſcus natione Siculus annis ab hinc ferè triginta ordinem inſtituit minimorum Ieſu Mariæ, Franciſci humilitatem & decreta ſimul cum amictu æmulatus,ſed aliquantulum durius à carnibus & coctis cibarijs abſtinent. Is enim nunc uiuit in Gallia in hominum magna dignatione, multis iam cœnobijs conſtitutis. Sunt & qui aſperius uitam cœptauere eodem ferè tempore, craſſo & ignobili lino tantum corpora contecti, capite ac pedibus nudis, ut rectè Linonchleni appellari queant, ſicuti de quibuſdam Indiæ populis traditur: nullo tamen autoramento, aut certa uitæ formula uagantes. Autor eorum Iacobus homo Cremonenſis, nunc agere fertur in Pannonia.

DE HIS QVI RELIQVIS IN ARTIBVS CLARVERVNT.

THEOLOGORVM, philoſophorũq; turba,cum ipſis ordinibus repetita:nunc recentiores qui nomen aliquod adſecuti ſunt: primũ in artibus quas Græci κυκλικὰς, id eſt circulares uocant:uidelicet Grammatica, Poëtica,Rhetorica,cum Mathematicarũ & philoſophiæ ſtudijs. Qui nec admodum pauci,nec omnino deſpiciẽdi ſunt. Nã ex illo quo literæ tot barbarorum procellis ab Italia migrauerunt,nulla gens prior quàm Florentina hũc Auſoniæ honorem reſtituit:ſi à Claudiano poëta initiũ faciamus, poſt quem rem literariam rurſus ob philoſophorum Theologorumq; noſtrorum negligentiam qui hæc minime curauerunt, interpolatam, Dantes primum,pauloq; poſt Petrarcha in lucem reuocauerunt. Ab his igitur decet exordiri.

Dantes

Dantes poëta Florentinus è gente Alegheria,Durantes ab initio uocatus,interciſo deinde,ut fit in pueris,uocabulo. Natus an. M.CCLXV. liberalibus artibus in patria legitime eruditus, poëticæ deditus ab ipſa pueritia fuit. Amauit in adoleſcẽtia Beatricem, cui carmina multa dicauit: maiora deinde ſecutus ſtudia, opus egregium quod nunc extat Latinis planè carminibus inchoauit. Cuius initium. Vltima regna canam: quod minime uena ſuccedente ad uernaculum deflexit ſermonem, in quo facile princeps emicuit. Pulſus exinde Florentia cum reliquis Albis ad Maruellum Maleſpinam Marchionem primo confugit: deinde ad Canemgrandem Veronæ principem: quem etiam in auxilium partium ſuarum contra Florentinos dimicare compulit, quumq; apud eum ab initio in honore eſſet, paulopoſt ob linguæ licentiam contraxit offenſam. Poſt itaque annos quatuor cum fruſtra reditum in patriam tentaſſet, etiam Henricum ſextum ad Florentiæ obſidionem ducendo,ſpe omni amiſſa Rauennam profectus eſt ad Guidonem Polentanum eius urbis principem: apud quem in magna item dignatione fuit, otiumq; quale optauerat nactus, opus ſuum abſoluit. Accidit ea tempeſtate ut bellum Veneti Guidoni mouerent. Dantes igitur orator miſſus de pace, minime ab eis acceptus aut auditus eſt. Reuertens itaque Rauennam rebus infectis paulopoſt morbo contracto uti exiſtimatur ex animi dolore extinctus eſt: anno ætatis LVI. Scripſit præter hæc opuſculum de Monarchia, ubi eius fuit opinio quòd imperium ab eccleſia minime dependeret. Cuius rei gratia tanquam hæreticus poſt eius exitum damnatus eſt,cum aliorum, tum Bartoli iuriſperiti ſententia ſuper lege j.c.præſules.lib.digeſtorum de inquirendis reis.

Franciſcus Petrarcha

Franciſcus patre Petrarcha quem ipſe poſtea Petrarcham appellauit, natus eſt anno M.CCCIIII. apud Anciſam uicum agri Florentini. Inde puer infans à patre partium factione pulſo, Aretiam ductus eſt. ubi unà cum ætate literis & uirtute adoleuit, ſtudio maxime poëticæ à natura deditus. Deſperato in patriam reditu Auenionem ſe contulit:ubi forte per ſacram VI. feriam uiſam puellam Auretam in templo adamauit, Lauræ nomine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

adoptato: comparatoq́; paruo domicilio in ualle amœna, ſuos amores rhythmis ſolabatur. Compoſuit item Africani geſta uerſu heroico, & eclogas X I I. Libros quoque V I I. Inuectiuarum in medicum quendam. De uita ſolitaria. De remedio utriuſque fortunæ. Hinc profectus Neapolim ad Robertum regem apud eum magno in honore fuit: inde Romam uenit, ac in Capitolio ingenti populi adplauſu laureatus eſt. Mortuo poſt rege trans Padum contendens, Mediolani apud Ioannem præſulem Vicecomitem aliquot annos uixit. Demum Paduam petens à Franciſco Carrarienſi eius ciuitatis principe, comiter exceptus eſt. cuius ope ſubleuatus factusq́; canonicus Paduanus, otio literato ſe penitus tradidit, uillam ſibi comparans apud Arquatam in agro Paduano, ubi poſtremo exceßit anno ætatis L X X V I. Eodem ferè tempore Barlaam Calaber quidam S. Baſilij monachus utraque lingua eruditus, multa quæ ad has pertinent diſciplinas uno uolumine coëgit. Quem imitatus Paulus Peruſinus iuriſperitus eius diſcipulus præfectus Bibliothecæ Roberti Siciliæ regis, cum planè literatus eſſet, multa & ipſe collectanea reliquit, quæ præſertim ad phyſiologiam aut tropologiam fabularum poëticarum pertinerent. Poſt hos Colutius Pierius è Stignano uico agri Florentini è familia Salutatorum Bononiæ diu agitauit, quò pater olim Florentinorũ diſcordia pulſus, apud hoſpitem ſe receperat. Profecit in artibus liberalibus adeo, ut poëta, & orator ea tempeſtate nobilis haberetur. Adcerſitus deinde à Florentinis ſcriba Reip. in eo munere deceßit. Quædam & ipſe ædidit ut illius temporis non uſquequaque inepta. Ioannes Galeatius dicere ſolebat, plus ei Colutij epiſtolas officere, quàm Florentinorum (quibus tunc erat hoſtis) equites mille.

Ioã. Bocatius

Ioannes Bocatius è Certaldo genealogiam deorum ſcripſit, de fluminibus & montibus: præterea fabulas, pluraq́; alia uernaculo ſermone. Deceßit anno ætatis L X I I. Salutis M. C C C L X X V.

Io. Rauennas

His ſucceßit Ioannes Rauennas qui Venetijs præcepit, primus omnium qui ea tempeſtate poſt longua tempora ludum in Italia aperiret: unde tanquam ex equo Troiano uiri præſtantes plurimi prodierunt qui poſtea ſcholis ac literis omnia referſerunt.

Emanuël Chryſoloras

Hos ita iam Latinis legitime literis imbutos Emanuël Chryſoloras ſchola rurſus excepit, qui præceptor Græcæ diſciplinæ Byzantius genere ſub Bonifacio I X. in Italiam uenerat, primumq́; Venetijs, deinde Florentiæ docuit: poſtremo in concilium Conſtantienſe & ipſe profectus, in eodem loco extinctus eſt, ac à Poggio eius diſcipulo in funere laudatus.

Leonardus Aretinus

Ex eius item ludo Leonardus Aretinus, quem Andronicus noſter uerum & fidelißimum Græcorum librorum interpretem ſolebat appellare. Cæteros autem magis Paraphraſtas. Admodum iuuenis ab Innocentio V I I. adcerſitus eius breuium magiſter fuit, deinde Florentinorum ſcriba. Præter libros conuerſos, hiſtoriam ædidit Florentinam, & Gothorum bellum ex procopio ſumptum: præterea Græce libellum de repub. Florentinorum, ut uiri Latini non admodum inelegantem. Deceßit Florentiæ ætatis anno L X X I I I I. Salutis M. C C C C X L I I I. peculio locuplete relicto, & abſque liberis cum uxorem nunquam duxiſſet, unico auaritiæ uitio tantum obnoxius.

Varinus Veronenſis

Varinus Veronenſis Ferrariæ præcepit, literis ac ſtylo dicendi Leonardo inferior, diligentia tamen & labore infinito. A diſcipulis quos domi alebat, & contubernij, & diſciplinæ mercedem exigebat.

Io Bap. Volaterranus

Inter quos fuit frater meus Ioannes Baptiſta præcocis adoleſcens ingenij, cui ſi Deus dediſſet maiores in luce moras, poterat & ipſe forte lumen aliquod literis adferre. Fuit & Vngaretus cognominatus uir Pannonius: poſtea præſul Quinqueccleſienſis, qui Græce Latine'que ſiue carmina ſiue proſam ſcriptitabat, ut non barbarus, ſed Romanus legitime imbutus uideretur. Filius item diſcipulusq́; eius Baptiſta grammaticus, & ipſe qui ſcholæ ſucceßit. Ioannes Manectus, & Andreas Fiocus, ambo Florentini: inter illius temporis eloquentes, & ex eadem Chryſoloræ ſchola commemorati. Guaſpanirus Bergomas à Philippo Vicecomite adcerſitus Mediolani ludum aperuit. Is libros Ciceronis de oratore primus reperit ac perlegit, cum flagitioſa ac penè incognita litera ſcripti eſſent. Quintiliano quoque tunc inuento ſemilacero emendando, multam cum adhibuiſſet operam, Quintilianus integer & ex omni parte incolumis repertus eſt. Victorinus Fertinus Mantuæ Gonzagas iuuenes erudijt. Carolus & Ioãnes Aretini nobilia temporis illius ingenia, quorum alter ſcriba Florentinorum Leonardo ſucceßit. Alter Ioannes cognomento Tortellius Romanæ eccleſiæ ſubdiaconus apud Eugenium quartum fuit. Orthographiam, uitamq́; Athanaſij, ac nonnulla alia conſcripſit.

Petrus Paulus Vergerius

Petrus Paulus Vergerius Iuſtinopolitanus, iuriſconſultorum ſuo tempore eloquentißimus, ſiue mauis dicere eloquentium iuriſconſultißimus, ſimul & philoſophus fuit. Apud principes Carrarienſes Paduæ in magna fuit dignatione: de quo in eius patria ſuprà mentionem feci.

Maſeus Vegius

Maſeus Vegius patria Laudenſis, Martini quinti Datarius fuit. Aeneidi Virgilianæ librum decimumtertium addidit, ſcripſitq́; Encomium in Monicam Auguſtini matrem, quam magnopere colebat: ſuaq́; impenſa ex Oſtienſi oppido in urbem transferendam curauit, in ſacellum quod nunc cernitur ab eo conſtructum. Leonardus Iuſtinianus, cuius familiæ felicitas eadem quæ olim & Curionibus contigit, ut tres in ea celebrati nominis eſſent oratores: duo Leonardi auus & nepos, & Bernardus filius ultimi. Laurentium item Iuſtinianum ex eadem domo Patriarcham Venetiarum in ordine Cæleſtinorum dixi.

Frãciſcus Barbarus

Franciſcus Barbarus Venetus è ſchola Chryſoloræ utraque lingua eruditus: ſcripſit de re uxoria libellum: orationes quoque & epiſtolas nonnullas. Dum Brixiæ prætor eſſet, eam urbem à maxima Philippi ducis obſidione, magna cum laude liberauit. Hic poſtremo ſeneſcens uti ab Hermolao eius neceſſario accepi, literarum Græcarum quas probè tenebat erat omnino oblitus.

Omnebonus Vicentinus

Omnebonus Vicentinus ex eadem prodijt & ipſe ſchola. Commentarios non ineruditos Ciceronis de oratore compoſuit.

Gregorius Tifernas

Grægorius Tifernas Græcis ualde elaborauit utilis'que fuit, diſcipulum'que in ea facultate non admodum nomine inferiorem reliquit Lilium Tifernatem, qui Philonem Iudæum conuertit, quanquàm is Conſtantinopoli moratus eſt: nec ei defuit rerum omnium in ingenij lentitudine cognitio. Antonius Panormita Alphonſi Aragonis Siciliæ regis magiſter epiſtolarum fuit, eiusq́; dicta facta'ue memorabilia conſcripſit. Ioannes Auriſpa ſecretarius apoſtolicus ſub Eugenio inter eruditos non admodum ignobilis ea tempeſtate. Patricij quoque Senenſis, qui in factione ciuitatis ſecuri percuſſus fuit, magnopere commendatur oratio ſimul & eruditio. Petrus Candidus Nicolai V. Magiſter Breuium fuit, poſteritati magis cognitus ob conuerſum Appianum Alexandrinum, quàm ſuo ſeculo.

Blondus Florentinus

Blondus Floren. Romæ uixit ſub Nicolao V. qui quanquam non admodum cultus, non paruum recentiori hiſtoriæ, quæ collapſa uixq́; nota ſcriptorum negligentia obſcuritate'que fuerat, attulit adiumentum. Magnam'que propterea laudem diligentia adſecutus, eo'que maiorem quòd Pius Pont. eius opus epitomare fuerit dignatus.

Poggius Florentinus

Poggius Florentinus è Terranoua oriundus oppido agri Aretini, mira & naturali facundia, præſertim in accuſationibus & inuectiuis, quas plures tum in Philelphum potißime ſcripſit. Aedidit & epiſtolas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſtolas.De uarietate ſortunæ.Hiſtoriam Florentinam.Conuertit Diodorum Siculum,ac Xenophontis pædiam.Fuit in concilio Conſtantienſi,quo tempore & Quintilianum & Aſconium Pedianum dicitur reperiſſe:poſtremo ſcriba Reip. Florentiæ ducta nobili uxore ſuperſtitibusq; liberis deceßit.

Franciſcus Philelphus

Franciſcus Philelphus eius æmulus,genere Piſcens, patria Tollentinas, ad omne genus ſcripti ſeſe adcommodauit, ac ut de Vinicio dicit Auguſtus, ingenium in numerato habebat: Græca,Latina,lyrica,heroica, proſam orationem ex tempore dictabat.Idcirco Franciſco Sfortiæ gratißimus. Mediolani profitebatur.Stylum eius Sfortias opus heroici carminis manifeſtat:quod non tam laudant qui legunt, quàm admirantur qui ſciunt quãta id celeritate ac facilitate abſoluerit.

Marius Philelphus

Filium reliquit Marium Philelphum,& ipſum grammaticum uehementis ingenij.Deceßit Mantuæ ubi à Friderico Gonzaga ſalario fuerat ad docendum inuitatus.

Ioannes Simoneta

Ioannes Simoneta natione Calaber,geſtis Franciſci Sfortiæ uolumẽ dicauit.

Laurẽtius Vallenſis

Laurentius Valla primus ferè noſtro ſeculo qui orationem Latinam nulla obſeruatione fluentem in compedes quaſi redegerit,ac in neruos obſeruationis antiquæ conſtrinxerit, ædito ſuper hoc elegantiarum libro, qui quamuis in quibuſdam refelli poteſt,modum tamen poſteris oſtendit, uiamq; ſtudioſis muniit,ut aliquid ipſi diligentius in copia præſertim librorum poſtea reperta inueniant.Quintiliani in primis admirator ſimul & imitator: maledicus alioquin in omnes. Contra ipſam demum religionem latrauit, ſcriptis quoque probare conatus nullum ius ſiue munus Imperij Pontifici conceſſum. Ex quo defuncto nõ defuit qui diſtichũ huiuſcemodi iactaret.

Ohe ut Valla ſilet,ſolitus qui parcere nulli eſt.
Si quæris quid agat,nunc quoq; mordet humum.

Beſſario Cardinalis

His Græcorum manus adijcienda, qui ſeculum noſtrum clarius reddidere. Quorum princeps Beſſario Græcus homo ac monachus Sãcti Baſilij, ob doctrinã ab Eugenio IIII. Nicenus Cardinalis unà cum Iſidoro Cardinale Ruteno creatus,apud Apoſtolos habitauit:cuius domus officina liberalium artium fuit donec uixit: doctißimos ſemper uiros aluit atque fouit,Theodorum, Andronicum,Domitium Cattum, Sipontinum: ipſe uerò ſemper in literis uerſabatur. Ad philoſophiæ Theologiæq; ſcientiam, eloquentiæ ſtudia, maximum quidem ornamentum adiecerat.Platonem in primis obſeruabat.In cuius defenſionem commentarios ædidit contra Trapezuntium Peripateticum. Senatus ac patriæ linguæ columen fuit:poſtremo initio Xiſti pontificatus dum ſponte legatus in Galliam ad componendam Ludouici regis & Caroli Burgundi pacem, tanquam extremum Deo munus oblaturus, proficiſcitur, alteri ſuſpectus parti rebus infectis reuertitur. In itinere Rauennæ labore feſſus animiq; dolore peſſundatus, contracto morbo deceßit: in urbem deinde relatus ac magnifice præſente Pontifice, quod antea nulli contigerat, funeratus in æde apoſtolorum hoc diſticho ſepultus eſt.

Τοῦτο γε Βησαρίων ζῶν ἄνυσε σώματι σῆμα.
Πνεῦμα ἢ φεύγεται πρὸς θεὸν ἀθάνατον.

Georgius Gemisto

Georgius Gemiſto uir etiam Græcus ac maxime Platonicus, ut qui defenſionem eius ediderit: profitebatur in Græcia, ac eius nationis homines tantum docuit, inter quos fuit Beſſario ſupradictus, cuius ad illum extant epiſtolæ plurimæ. In die ſemel tantum ueſcebatur, ſtudioſißimus omnium.

Georgius Trapezuntius

Georgius Trapezun. patria, uenit è Ponto Romam Eugenio ſedente: peripateticus & ipſe uir, labore adſiduo circa diſciplinas omnis, utriuſque linguæ interpres eruditiß. Scripſit de Rhetorica, uertit magnum Ptolemæi opus quod Almageſtum uocant: quare à Nicolao V. apoſtolicus ſcriba factus fuerat ob literas, publicoq; ſalario profitebatur, quem ego ſenem puer docentem audiui. In extrema ſenectute oblitus erat omnino literarum,ſolusq; urbem baculo nixus incedere malebat. Deceßit prole ſuperſtite.

Theodorus Gaza

Theodorus Gaza patria Theſſalonicenſis, utroque eloquio & ipſe clarißimus.Nam & in eloquẽtiæ philoſophiæq; ac medicinæ ſtudijs huius facile ſeculi princeps habebatur, æmulus omnino Trapezuntij. Conuertit in Latinum ſermonem Theophraſtũ de plantis,& Ariſtotelis libros de animalibus & problematum: præterea libros Cic. de ſenectute & amicitia in Græcam elegantißime linguã.Huius igitur uirtuti nequaquam par fortuna fuit.Nam urbs Roma quantum antiquitus hominum extulit ingenia & uirtutes, tanto poſtea ob poſterorum qui in ea dominantur luxuriam atque deſidiam contemnit.Viros quoque multos ego ſæpe memini,& literis & moribus claros magna huc expectatione ueniſſe, paulò pòſt fame coactos diſcedere. Igitur Theodorus compulſus & ipſe ob inopiam urbem deſerere,in Apuliam ſe contulit, ubi paucis poſt annis iam ſenex exceßit ſine liberis cum eſſet ſacerdos.Ex diſcipulis reliquit Demetrium, qui hodie præcipit Mediolani magna nominis ac famæ celebritate.

Ioan. Venetus

Ioannes item Venetus ex ipſius prodijt ſchola, qui humilis admodum receptus in contubernium Cardinalis S.Marci,mox in Innocentij dignitatem ueniens opibus eſt auctus ſimul & bibliothecæ Vaticanæ adhibitus. Laborabat ex podagra: exceßit ferè ſexagenarius: eius bona cum libris quos tantopere ſeruabat uulgò poſt mortem direpta,quod iuſto factum iudicio putant,cum ex tot diuitijs nulli mortalium, nec fratribus benigne quicquã fecerit.Ea præterea linguæ fuit licẽtia,ut unus omnino omnibus laudibus obtrectaret. Doctrina alioquin & ingenio ſummis hoc tẽpore uiris conferri poterat.

Andronicus Theſſalonicenſis

Andronicus item Theſſalonicenſis præceptor in Græca diſciplina ſecundum Theodorum habebatur, forte & lingua patria ſuperior. Nam unus omnes eius ſermonis autores euoluerat: ac ſcientiam quam cyclicam uocant, præterea Ariſtotelicam omnem diſciplinam probè tenebat. Romæ apud Nicenum uiuebat,profitebaturq; non pari quidem uirtuti emolumento. Quapropter ſicuti pleriq; alij eius generis coactus eſt egeſtate urbem deſerere,Florentiamq; ſe conferre,ubi magno diſcipulorum concurſu inter quos Politianus fuit, aliquot annos profeſſus, demum in Galliam comatam penetrauit, dum ibi maiora ſperat emolumenta:ubi paruo poſt tempore cum eſſet iam magnopere ſenex, morbo extinctus eſt. Fuit alioquin pronunciatione ineptus,& qui præter ſtudium literarũ nihil omnino rerum gereret.

Argyropolus

Argyropolus patria Conſtantinopolitanus Florentiæ diu profeſſus plurimos docuit.: inter quos Donatum Acciaiolum. Deinde Romæ publico ſalario, ubi paulò pòſt obijt relicto filio Iſacio nobili muſico. Aliquot Ariſtotelis libros conuertit magis eleganter quàm fideliter, cum in hoc philoſopho haud aliter quàm in ſacris libris uerbum uerbo reddere oporteat. Conſtantinus item patria Conſtantinopolitanus Meſſanæ docuit: ubi iam ſenex proximis annis extinctus eſt. Paruum grammaticæ Græcæ opuſculum ædidit quam in primis profitebatur, magnæq; ſcholæ par admodum fuit, ac Siculis magnopere ſatisfecit.

Sophianus

Sophianum uerò qui Romæ præcipiebat, ſimul & Georgium Alexandrum præſulem Cretenſem, qui nuper etiam in urbe docuit: inter præceptores ponam Græcæ diſciplinæ, quanquam Latinam parum attigerint, nec cum ſupradictis uel in patria lingua conferendi, moribus alioquin humanißimis, uitæq; probitate, quæ una maxima eſt laus, forte ſuperiores.

Latini
Nicolaus Perottus

Ad Latinos nunc ueniam, ac prius Nicolaum Perottum è Saxoferrato Sipontinum præſulem. Hic Niceno contubernalis,ab eoq; ob ingenium & honoribus & diuitijs auctus:uertit Polybij hiſtoriam iuſſu Nicolai quinti: ædidit & præcepta grammaticæ quibus utuntur pueri, ac Cornucopiæ, diligentißimus uocabulorum perſcrutator:

ſi quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſi quod undecunq; incognitum audiiſſet, neq; dormitare, neq; rerum aliquid gerere ſolebat, priuſquā id inueſtigaſſet. Eodem quoq; tempore in urbe Pomponius Lætus, Porcellius, & Chalcidius profitebantur.

Pomponius Lætus

Pomponius natione Calaber Græcorum ignarus, tantum antiquarium ſeſe factitauerat, ac ſiqua nomina exoleta ac portentoſa inuenerat, ſcholis oſtentabat. Iuuentutem Romanam erudijt, labore alioquin adſiduo, noctibus totis uigilabat, libros ipſemet ſcriptitando, ſimul & diſcebat, & proficiebat. Ex ſalario & diſcipulorum mercedibus paruum agellum & domunculam in Quirinali ſibi parauerat, ubi ſodalitatem literatorum, ut ipſe appellabat, inſtituit: in qua urbis natalem ac Romulum coluit, initium quidem abolendæ fidei.

Porcellius poëta

Porcellius poëta Neapolitanus, uerum ipſe Romanus dici malebat ubi uixit & extinctus eſt admodum ſenex: uir abſque labore ac doctrina, in ſcholis eadem quotannis ferè & lectitabat, & uernacula lingua enarrabat: tantum carmina quibus omnia referſit natura faciebat, non tam bona quàm facilia & penè extemporalia. Viro tamen huiuſcemodi admirator non defuit Fredericus Vrbini dux, qui res ſuas ab eo conſcribi uoluit.

Chalcidius

Chalcidius Græcorum non erat ignarus, nec imperitus grammaticus, attamen infans & abſque genio. Dictionibus in primis inuigilabat, Lexiconq; condiderat, quod obitu ipſius ſuperueniente Iouinianus eius diſcipulus ſibi uindicauit.

Ioannes Campanus

Ioannes Antonius Campanus, agro paſcendiſq; ouibus ab initio à patre relegatus fuit: natura deinde iuuante, literarum iam prouectus tantum percepit, ut ſcholæ Peruſinæ diu præfuerit: deinde à Pio II. præſul apud Præcutinos ex paupere factus, in contubernio Senenſis cardinalis fuit. Deceſſit ferè quadragenarius, corpore fuit breui, moribus humanis, Græcorum omnino expers: uerum in orationibus facilitate ac extemporalitate parem non habebat. Scripſit Brachij geſta.

Ioan. Andreas Alerienſis

Ioannes Andreas præſul Alerienſis in librorum locis emendandis iure laudatur.

Domitius Chalderinus

Domitius Chalderinus patria Veronenſis his omnibus ſtatim ſucceſſit. Acri uir ingenio, primus qui hoc tempore poëtas duriuſculos diligentius cœperit enarrare, & in eos commentarios ædere admodum iuuenis. Quare in principum uirorum dignationem uenerat, diuesq; propterea ac apoſtolicus Secretarius factus. Deceſſit ex peſtilentia natus annos XXX. Huius ego quanquam eram familiaris, uitium unicū liuoris atque obtrectationis in omnis penè doctos non præteribo, dignus propterea ut de Cœlio Quintil. ait, uita longiore, ac ingenio meliore.

Hermolaus Barbarus

Hermolaus Barbarus Franciſci Barbari quem ſuprà memorauimus ex fratre nepos, ætate & ipſe florida Romæ deceſſit ex animi dolore exarcebante, quòd orator à Venetis miſſus, præter eius autoritatem ſenatus, Patriarcha Aquileienſis ab Innocentio fuerat creatus, ac propterea contumax & exul. Scripſit Plinianas caſtigationes, ut ipſe inſcripſit, opus impar eius dignitati & uitæ inſtituto, moribus alioqui caſtiſſimis. Dictionum in utraque lingua curioſiſſimus fuit, eaſq; à quouis diſcere non dedignabatur, ſæpeq; proximos & familiares de aliquo dubio percontabatur.

Angelus Politianus

ANGELVS Politianus Andronici diſcipulus Florentiæ præcipiebat. Medices iuuenes erudijt: mihi ſolebat epiſtolas cum Græcas tum Latinas ſcribere, ſed ſermone uernaculo plures, quod frequenter faciebat occupatus, ne naſus aliquis ſtylo offenſus impræmeditato, præiudicatæ iam de eo opinioni officeret. Rem aſſumpſerat perutilem ſi per mortem licuiſſet, autores uetuſtate aut negligentia collapſos locis emendare ac reſtituere. Deceſſit quadragenarius.

Georgius Merula

Georgius Merula patria Alexandrinus apud Vicecomites Mediolani agitabat, quorum hiſtoriam ſumpſerat ſcribendam, quam minime abſoluit morte præuentus: rerum tamen congnitioni lectioniq; quam procul dubio magnam adſecutus fuerat, magis quàm ſtylo uacauerat.

Marſilius Ficinus

Marſilius Ficinus non modicam in Platone conuerſo laudem eſt adſecutus.

Chriſtophorus Land.

Chriſtophorus Landinus quanquam ingenio ſupradictis inferior, iuuentuti tamen Florentinæ Latina docendo admodum profuit, nec Græca penitus ignorauit.

Platina

Bartholomeus Platina Romam cum F. Gonzaga Cardinale Mantuano uenit, deinde dignatus à Xiſto Pon. contubernalis ſimul & opibus auctus, ædes in Quirinali ſibi parauit, ubi & deceſſit ſexagenarius, ædita Pontificum hiſtoria, uulgò iam nota. Vir fuit alioqui grauis & procul mendacio, eoq; præſertim admiratione dignior, quod iam prouecta ætate, ac tirocinio poſito, quod totum militiæ prius tradiderat, literas didicit.

Ioan. Picus

Ioannes Picus ex Mirandulæ oppidi Flaminiæ principium genere mira ingenij doctrinæq; fama, iuuenis proximis annis Florentiæ deceſſit, nonnullis relictis monumentis, felicior tamen ſi uita conſtantior. Hunc ego Ferrariæ cum illac iter cum legato Cardinale Aragonenſi haberem, cum Leonardo Nugarolo iam tunc cum eſſet in rudimentis magna ſpectantium admiratione puerum diſſerentem, ac Protonotarij ornatu amictum uidi. Paucis dein poſt annis ſpreto ſacerdotio torquarum, ſericatumq; rurſus Romæ aſpexi: ubi oſtentata doctrina ſimul & quibuſdam propoſitis haud ſanè ſcholæ Pariſienſi probatis, iuſſu Inno. Pon. reiectus eſt: poſtremo factus alius, ut aiunt, uitæ fruges ſi per mortem immaturam licuiſſet uberes oſtentabat.

Matthæus Palmerius
Donatus Acciaiolus

Reſtant duo ciues Florentini non admodum contemnendi: Matthæus Palmerius, & Donatus Acciaiolus. Palmerius ad ultimam peruenit ſenectutem: epitomen temporum reliquit, rerum maxima cognitione florebat, quam ætate ac prudentia continuæ lectioni adiunctis fuerat adſecutus. Donati ſtylo nil dulcius optatur: cuius & lenitas & ornatus mores eius ſuauiſſimos refert. Prodijt è ſcola Argyropoli. Conuertit ex Plutarcho annibalem & Demetrium, commentarios quoque in Ethica Ariſtotelis ædidit: in quo præter literas & uitæ caſtitas, & iuſtitia laudatur. Deceſſit in legatione, patrimonio filijs non amplo ob abſtinentiam relicto. Filiæ uerò ob eius in remp. merita haud aliter quàm Pauli Aemylij aut Ariſtidis ære publico nupſerunt.

Mathematici
Guido Bonactus

QVI AVTEM IN Matheſi præſtiterunt, longe pauciores. Quorum primum poſuerim Guidonem Bonactum Foroliuienſem, cuius etiam extant opera. Sub Martino IIII. Pon. Is dicitur ciuibus ſuis qui tunc aduerſus Pontificem certabant, horam pugnæ adſignaſſe, unde ſecuta uictoria, quod diuinæ prouidentiæ nobis incognitæ tribuendum. Horoſcopis nanque huiuſcemodi nulla certa ſubeſt ueritas.

Petrus Cardinalis

Memoratur & Petrus de Haliaco Alemanus Cardinalis Cameracen. ab hinc annis centum, cuius in aſtrologia ſunt nonnulli tractatus, inter quos de Parallelis XII. ad quos omnes Ptolemæi Parallelos reducit, multaq; ipſius interpolat ac declarat.

Io. Monteregius

Ioannes item Monterigius homo Germanus, Matthiæ Pannoniæ regi apud quem agebat gratiſſimus, à quo opibus & honoribus auctus fuit. Aedidit Ephemerides inductis nouis à ſuo nomine calculis, confutataq; Gerardi Cremonenſis Theorica. Compoſuit epitomen in Ptolemæi magnum opus quod Almageſtum uocant. Adcerſitus à Sixto IIII. Pon. ad emendandum paſchale Dionyſij Computum Romam uenit, ubi paulò pòſt exceſſit.

Georgius Briobatus
Ioan. d. Sacrobuſto

Præceptorem habuit Georgium Briobatum Germanum, egregium Mathematicum, cuius Theoricæ impreſſæ characteribus æneis circumferuntur. Ioannes de Sacrobuſto item Germanus paulò antè in Sphæram commentarios ædidit. Andalus Genuenſis, cuius meminit Bocatius ut præceptoris ſui in hac diſciplina. Laurentius Miniatenſis, qui paucis ante annis in urbe deceſſit, non tam perfectus aſtrologus, quā primus fermè qui Aſtrologiæ bonas artes & eloquentiæ ſtudia adiecerat. Primus igitur qui hoc tēpore anni progno-

ſtica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſtica condere cœpiſſet,quē poſtea plurimi ſunt imitati.

Geometræ

IN Geometria & Arithmetica poſt ueteres illos Campanus primus effulſit circa Sal.annum M.I. Qui gloſſemata in Euclidem fecit,nonnullaq́; in Aſtrologia etiam compoſuit. Paulus Florentinus ſub Benedicto XI. inſtrumenta etiam ſuper

Muſici

his factitabat. In Muſica Guido Aretinus, compoſitione manus,ubi notæ inſpicerentur.

Pictores

In pictura Zotus Florentinus anno M.CCCXL. Cuius opera per Italiam extant plurima, præſertim Florentiæ : Romæ uerò nauicula Petri fluctuantis in atrio ipſius baſilicæ. Petrus è Burgo S.Sepulcri, qui etiã de proſpectiua picturæ librum compoſuit.Et paulò ſupra noſtram memoriam Piſanellus pictor ſimul & fictor.Eius opus pictus paries in æde Lateranenſi. Fuit in umbris & coloribus diligens.Noſtra uerò ætate Hercules Ferrarien.cuius Bononiæ nobilis in ſacello pictura. In Pannonia item nonnulla, quò fuit adcerſitus.Andreas Mantenga Mãtuanus ædes quas Beluedere cognominant in Vaticano ab Inno.VIII. adhibitus ornauit,miro tenuitatis opere. Floret itē nũc Romæ Iacobus Bononienſis qui Traiani columnæ picturas omnis ordine deliniauit,magna omnium admiratione, magnoq́; periculo circum machinis ſcandendo. Leonardus Vincius XII. Apoſtolos Mediolani in æde diuæ genitricis de gratijs,opus prædicatiſſimum. Petrus Peruſinus complura & egregia, inter quæ Romæ ſacellum in palatio Vaticani à Xiſto conditum, & ab eo depictum,uno tantum uitio quod uultus aliquantulum indiſerti in plæriſque adſpiciuntur. Melotius Foroliuienſis iconicas imagines præter cæteros pingebat:eius opus in bibliotheca Vaticana Xiſtus in ſella ſedens,familiaribus nõnullis domeſticis adſtantibus. Ioãnes Bellinus Venetus,qui aulam curiæ Venetiarum ornauit. Turcis etiam ad-

Sculptores

cerſitus,deinde remiſſus, hoc tempore deceſſit. Inter ſculptores Donatellus Florentinus omnibus facile præſtat, antiquis conferendus, circa annum M.CCCCL. Coſmi Medicis ualde familiaris : eius opera in ære conſpiciuntur diuerſis in locis. Huius etiam equeſtris ſtatua Captæ Melatæ ducis exercitus Venetorum Paduæ. Antonius Pallaiolus ſepulcrum Xiſti IIII.in ære ſpectabile fecit, decennio elaboratum. Andreas Cremonen. Pium II. Iconicum numiſmate expreſſit.In quem eſt Campani epigramma. Chriſtophorus autem Mantuanus Paulum II. Lyſippus uerò eius nepos adoleſcens Xiſtum IIII.Mirumq́; in ea domo uel fœminas nullo præceptore picturas omnis ab ipſa natura deliniare edoctas cera etiam fingere ſolitas fuiſſe. Sunt etiam hodie qui circa marmorea præſertim poſteris celebrabuntur,quorum præcipuus Archangelus Florentinus cum prioribus certat eius opus nuper in ſacello Petronillæ beata genitrix Ieſum extinctum in ſinu tenens.Item quanquam profanum, attamen operoſum, Bacchi ſignum in atrio domus Iacobi Galli ciuis Ro.Florentiæ uerò ante curiam,Dauid ſtatua coloſſea.Gobus quoque Mediolanenſis in baſilica Mediolanenſi pulcherrimam oſtentat artem.

Medici Arabes

MEDICINAE inſuper peritiſſimi ſecundum Græcorum famam Arabes uiſi. In primis Albatenius qui in Ariſtotelem commentarios ædidit,ac Galeni libros in Arabum uertit ſermonem,teſte Io.Serapione,qui eodem ferè tempore fuit anno M.LXX.ſcripſitq́; de ſimplicibus.Raſis quem & Almãſorem uocant, Arabs & ipſe,qui cunctorum ante ſcriptorum commentarios ingenti uolumine coëgit,quod medici continentem uocant, quòd cuncta contineant. Poſt annos deinde LXX. Auicenna emicuit Araps item genere,patria Corduben.è ſtirpe regia,qui præter medicinam, metaphyſicam ualde quidem poſteris probatam ſcripſit.Huius coæui Auerrois Ariſtotelis commentator & medicus,Zour quoq; qui ſapiens cognominatur. Ioannes Meſuæ an.M.CLX.de pharmacis ſoluentibus opus ædidit,& alia quædam quæ per mortem abſoluere non licuit. Ex noſtris uerò Petrus Aponius(Aponum enim uicus eſt in Paduano)ſub Io.XXII.Medicinæ ſuo tempore princeps,in qua & nobile compoſuit opus quod conſiliatorē uocant:ubi ueterum præcepta medicorum ſimul connectit atq; conciliat. In problemata Ariſtotelis commentarios ædidit. Scripſit rogatus ab Innoc.VI.

Petrus Aponius

Tadeus Florentinus tempora etiam ſua illuſtrauit.Bononiæ docuit ac deceſſit ferè octogenarius : cuius tanta fuit nominis celebritas,ut ad curam extra urbem uocatus, nõ uilius quàm aureorum L.mercede in ſingulos dies peregrinaretur,uocatusq́; ab Honorio IIII. centum ſtatui ſibi uoluit.Itaq; reuerſus ab eo iam curato X.milia reportauit. Huius diſcipuli Tuſianus & Dinus de Garbo, ambo Florentini præcellentes.Tuſianus cum ſe non uideret ſatis fortunatum in curando,relictis omnibus ordinem Cartuſienſem eſt profeſſus.Dinus autem ſub Io.XXII.Gruni chirurgi filius fuit, Bononiæ profecit ac docuit.Inuidia nominis clari multis infenſus Senas ſe contulit,ubi nuper ſtudium literarum inſtitutum fuerat.Iuuenis admodum cœpit ſcribere in tertiam & quartam Phen quarti Canonis Auicennæ.Deinde iam ſenior hortante Roberto Siciliæ rege in IIII.Phen primi & ſecundi Canonis.Scripſit præterea in libros Galeni de malitia completionis,& in librum Hippocratis de natura fœtus. Quæſtiones uerò nonnullas in medicina, philoſophia, Theologia Enarrauit uulgarem cantionem Guidonis de Caualcantibus, quæ de natura et motu amoris uenerij tractat, rationibus philoſophicis demonſtrando.Deceſſit Florentiæ,ſepultus in templo ordinis Mi.relicto Thoma filio, qui & ipſe in medicina commentarios ædidit,unde hoc ſumpſi. Nicolaus item Florentinus ſub Benedicto XIII. Marſilius Paduanus. Iacobus Foroliuienſis. Gentilis Fulginas eodem ferè ſeculo claruerunt. Vgo Senenſis ſub Eugenio IIII. Ferrariæ in concilio fuit,ubi inuitatos ad cœnã Græcos atq; Latinos philoſophos Theologosq́; monuit uti proponerent, eorum ſe doctrinis omnibus reſponſurũ,ac partes ſiue Platonis ſiue Ariſtotelis defenſurum. Gerardus Subloneta (oppidũ eſt enim in Cremonẽſi)præter medicinam lingua Arabica clarus, qua Auicennæ libros conuertit. Apollinaris item Cremonenſis,

Antonius Guarnerius Papienſis ſub Eugenio IIII. Sanctus Piſaurienſis, Benedictus Nurſinus eodem ferè tempore, Franciſci Sfortiæ familiaris. Ioannes Horologius Paduanus commentarios ferè omnes reliquerunt. Noſtra uerò ætate Valerius Flaccus Viterbienſis ſub Xiſto IIII.cuius erat medicus.Iuuenis admodũ deceſſit in magna hominũ opinione.Nã humilis & ignotus à Niceno cardinale Romã ductus fuerat.

Petrus Leo Spoletinus celebri fama à Laurentio Medice ex urbe ad Piſanã ſcholam adcerſitus illuſtrior cœpit haberi, quanquã doctrinarum omniũ magis curioſus ac ſobrius iudex quàm doctus medicus aut fortunatus:quod ille animaduertens relictis curis,Romæ quieſcere cœperat:uerum per inconſtantiam diu non licuit,ſed cũ in morbũ exitumq́; ſimul Laurentij rogatus incideret,omni ſucceſſu deſperato dicitur (quod ſanè pleriſq; non credibile) in puteum ſe præcipitaſſe, maneq́; mortuus inuentus. Viuit & Gabriël Veronenſis huius artis decurio,qui magno Paduæ profitetur.

Iuriſconſulti

IN IVRE Ciuili & Põtificio ſola quoq; nomenclatura cõtenti erimus. Nã ante Inno.III.qui Decretales compoſuit,annis ferè centũ, in iure Ciuili Irnerius ſiue Guarnerius quidã apparuit, primus ferè qui leges aperuit,ut autor eſt Odofredus in eius commentarijs.Deinde quem Placentinum appellant.Boſianus item & Martinus ambo Cremonenſes in ea facultate ſcripſerunt.Poſt hos Azo Bononienſis,qui teſtimonio Baldi Peruſini maximũ legibus attulit lumen. Eius diſcipuli Odofredus Beneuentanus & Accurſius Florentinus. Hic iam quadragenarius imperante Frederico II.cœpit Bononiæ huic ſciẽtiæ operam dare:adeoq́; profecit,ut Odofredum præcellentem tunc doctorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ctorem longe ſuperaret: poſtremo ſeſe in ſolitudinem recipiens, iuris libros gloſſematis adnotauit, quibus nunc utuntur poſt Cyprianum antiquum ſanè enarratorem. Erant Bononiæ duæ tunc eius artis factiones, qui Bulgarium & qui Martinum Geſiam ſequerentur. Quos omnis ipſe ſcientiæ fama ad ſuam ſcholam conuertit. Deceſſit anno uitæ LXXVIII. Salutis M.CCLXXIX. Sepultus Bononiæ apud ædem Minorum loco celebri, relicto Franciſco Accurſio, qui & ipſe doctor inſignis, quædam patris addidit ſcriptis. Bartholomæus Brixienſis ædidit præter iuris commentarios etiam temporum hiſtoriam. Hos ſecutus Bernardus Compoſtellanus iuſſu Inno. IIII. in Decretales quem uocant apparatum conſcripſit. Henricus cardinalis Oſtienſis adortante Alexandro IIII. in totas decretales. Succeſſere Odofredus alter à ſuperiore qui in iure Ciuili ſcripſit, & Guido Archidiaconus Bononien. & Garſias Hiſpanus in Decretales. Dinus deinde Mugellanus poſt Accurſium emicuit. Qui cum plures annos Bononiæ docuiſſet, uocatus à Bonifacio VIII. componendo ſexto Decretalium lib. præcipuã impendit operam. Deinde muneribus tantum quibuſdã donatus Bononiam redibat, mœſtus animo quòd ſpe honoris maximu ac Cardinalatus qua uenerat fruſtratum ſe uidiſſet, in itinere ſubitum incidit in morbum, quo perijt. Poſt hũc uerò Iacobus Neapolitanus, Albertus Odofredi auditor, Ricardus Malũbra Cremonenſis, Iacobus de Arena diſcipulus, qui Cino teſte Iura maxime aperuit, Lambertus de Ramponibus, Ioan. Andreæ patre Andrea preſbytero & matre cõcubina natus, apud Mugellum agri Florentini oppidum, iuris ſcientia, uirtutibusq; alijs natalium pudorem contexit. Nam domi apud patrem prima edoctus literarum rudimenta, Bononiam admodum adoleſcẽs uenit, ubi ob paupertatem pædagogum geſſit, Scarpectam filium Mainardi Vbaldini erudiendo. Cuius ſanè fretus ope atq; amicitia iuri Pontificio otioſe uacauit, breuiq; effecit, ut in ea facultate facile princeps haberetur, atq; in eodem loco annos prope XLV. profiteretur. Tanta alioqui uitæ abſtinẽtia, ut an. XX. pelle tectus urſina citra lecti delicias noctibus cubitaret, frequentibus ieiunijs ſupplicijsq; inuigilans: iuuenis admodum gloſſemata in Sextum Decretalium librum compoſuit, quapropter illa poſtea retractauit interpolauitq;. Deinde in Clementinas: poſtremo in Decretales, quod opus Nouella inſcribitur: in quo ueterum ſcripta collegit, ordineq; digeſsit. Addidit quoq; Gulielmi ſpeculo, quæ ſibi ad eius operis perfectionem deeſſe uidebantur. Exceſsit Bononiæ an. Sal. M.CCCXLVII. Sepultus in æde Dominici, Ludo. Bauaro imperante. Cinus Pictorienſis è familia Sinibaldorum, Dini auditor, Io. Andreæ familiaris. Oldradus è Laudepompeia aduocatus conſiſtorialis, Dini etiam diſcipulus, conſilia ſcripſit. Ioannes Calderinus Bononien. Ioan. Andreæ diſcipulus in iure Canonico, ſcripſit & conſilia. Rainerius Foroliuienſis Bartoli magiſter deceſsit anno M.CCCLVIII.

Fredericus Petrucius Senẽſis. Recupertus Miniatenſis.

Lapus Caſtilionenſis. BARTOLVS è Saxoferrato Cini auditor deceſsit anno M.CCCLV. ætatis uerò L. Hic præter omnes, Iuris ciuilis ſcientiam maxime illuſtrauit.

Franciſcus Tigrini Piſanus, cuius uita ac mores doctrinam eius maxime ornauerunt. Franciſcus de Albergottis Aretinus Bartoli familiaris. BALDVS Peruſinus Bartoli diſcipulus præceptor Græogorij XI. ante Pontificatum. Qui & cauſa fuit ut ille longo poſtliminio ex Gallia in urbem Romam rediret. Deceſsit Ticini ubi profitebatur, an. M.CCCCXII. Cuius famã Angelus Peruſinus frater eius, & doctrina, & ſcriptis in eadem facultate penè adæquauit. Bartholomæus Salicetus M.CCCCXVI. ab Alberto Ferrariæ principe adcerſitus, uti nouam in ea ciuitate ſchoam auſpicaretur. Petrus Ancoranus Bononienſis Baldi auditor, ſcripſit in utroque iure, cuius maxime conſilia laudantur. Petrus de monte, præſul Brixienſis Iuris repertorium appellatum ædidit. Antonius Butrienſis doctor Bononienſis uir admodum bonus, in iure item Pontificio conſilia conſcripſit. Franciſcus Zabarella patria Paduanus, cardinalis ac præſul Florentinus, in Iure item Pontificio, in cuius funere Poggius orauit. Raphaël Fulgoſius patria Placentius, & alter Cumanus in Iure ciuili clariſsimi. Ioannes Imolẽſis qui Bononiæ deceſsit, ubi profitebatur, an. M.CCCCXXXVI. Lud. Pontanus quem Romanum nonnulli appellant, cuius in magna ſunt dignatione conſilia, uir ſummi laboris & ſtudij, tum memoriæ ſingularis, Cæterum ineptus dicitur fuiſſe. Nicolaus Catanienſis abbas Siculus appellatus, in Iure Pontificio complura: Paulus Caſtrenſis, in Iure Ciuili. Deceſsit Paduæ ubi profitebatur an. M.CCCCLXXVII.

Antonius Roſellus Hetruſcus ſcripſit in iure ciuili, docuit Paduæ. Benedictus Capra Peruſinus uir admodum facetus docebat in patria. Scripſit & Decretales & conſilia. Barbatia Siculus paucis ante annis Bononiæ ubi diu profeſſus fuerat deceſsit, reliquit & conſilia. Laurentius Calcaneus Brixienſis nonnulla nuper etiam ſcriptitauit. Alexander Imolenſis & Franciſcus Aretinus ambo ſcriptis excellentibus nuper relictis in memoria poſteritatis uiuent. Franciſcus præter iura cæteras etiã liberales artes eſt adeptus, princeps ſeculi huius habebatur. Xiſti tempore magna expectatione in hanc urbem uenit, pauloq; pòſt ſpe fruſtratus remigrauit impari doctrinæ ſapientia uitæq; inſtituto, cum in cœlibatu uixerit, ac opibus inhiauerit, quas cumulatiſsimas cognatis demum reliquit. Viuit hodie Bartholomæus Sozinus Senenſis, ingentiq; ſalario Paduæ profitetur, Mariani Iuris etiam peritiſsimi filius, qui æquam fortaſſe ſuperioribus famam apud poſteros conſequetur.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VRBANORVM
LIB. XXII.

PONTIFICVM Romanorum, ſeu temporum eorum hiſtoriam ſcripſere imprimis Damaſus Pontifex, Anaſtaſius Bibliothecarius, Paulus dioconus Aquileienſis, Guido Rauennas preſbyter ab hinc annos ſexcentos, Sigiſbertus monachus uſq; annũ M.CXXXI. Vgo Florianus, Sicardus Præſul Cremonenſis, Gotfredus Viterbienſis item Præſul, Vincentius & Martinus Carſulanus ordinis ambo Prædicatorum Io. XXII. tempore. Cui Landulphus de Columna Canonicus Carnotenſis opus etiã de his dedicauit. Poſt hos Sozomenus preſbyter Piſtorienſis longum uolumen ab initio mundi. Geruaſius Riccobaldus Ferrarienſis uſq; ad ſua tempora annum M.CCC. Ptolemæus Lucenſis. Antonius Præſul Florentinus, poſtremo Platina. Ex Græcis autem Euſebius Cæſarienſis, Sozomenus Salaminius, Socrates Conſtantinopolitanus monachus, qui Iuſtiniani temporibus rerum Romanarum epitomen fecit. Nouiſsimus Zonaras item monachus res orbis ingenti uolumine epitomauit. Atq; horum omniũ libri ad nos peruenerunt: quos omnis congeſsi ut planè omnia uenena ſcriptorum animaduertere liceat. Qui quanquã uita probi ac uenerabiles fuerũt, ita tamen eorũ nonnulli inepte atq; illiterate, inter ſeq; pugnãtia ſcripſere, ut ab alijs fortaſſe inter operarios magis quàm ſcriptores collocentur. Ego uerò cunctos laude dignos exiſtimauerim: qui quod inuenerunt attulerunt, poſteritatẽq; iuuerint. Riccobaldus

Ordo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Ordo uerò & cultus ac planè quæ expetitur dictio, tempo-
ri potius uidentur defuiſſe quàm illis. Igitur quoniam An-
thropologiæ noſtræ Pontificũ principumq́; Rom. ſucceſſio-
Petr. XLIIII. nes merito uidebantur adijciendæ, eas compendio ex ſupe-
riorum qui magis recepti fuerunt autoritate coëgi. PE-
TRVS ſedit annos XXV. Menſes VI. E quibus VII. An-
tiochiæ, reliquos Romæ præfuit: ubi cum Philone philoſo-
pho Iudæo quandoq; congreſſum alibi diximus. Iuſſu tan-
dem Neronis cruci adfigitur, in loco quem Mõtem aureum
nunc uocant trans Tyberim, ubi templum ante hos annos di
catum uidemus à Ferdinando Hiſpaniæ rege, impulſore A-
medeo ordinis minorum uiro ſanctiſſimo. Sepultus in Vati-
Linus LXX cano. Et eodem die Paulus uia Oſtienſi, quia ciuis Romanus,
ſecuri percutitur. LINVS patria Volaterranus è fami-
lia Maurorum: ſic enim in quodam ueteri ſcripto in ea urbe
legimus. Linum Volaterranum à patre Herculaneo anno-
rum XXII. ſtudiorum gratia Romam miſſum, in cõtuber-
nio tunc Q. Fabij amici paterni, deinde uenientem eo tempo
re Romam Petrum omiſſis omnibus ſecutum fuiſſe, ac ob
eius egregiam fidem ſimul & eloquentiam euangelij coad-
iutorem illi permanſiſſe. Sedit annos X. M. III. D. XII.
martyr ſub Saturnino Cos. Cuius filiam lymphatam libera-
uerat. Sepultus in Vaticano. Ab ultimo Neronis anno ad Ve
ſpaſiani tempora peruenit. Inſtituit, ne qua mulier niſi capi
te linteis operto, templum ingrederetur. Creauit epiſcopos
Cletus LXXX. XI. presbyteteros XIIII. Scripſit res geſtas Petri, præ-
ſertim eius cum Simone Mago concertationem. CLE-
TVS Romanus è regione Vicopatricij ſedit annos XII. M.
Clemens XC-III. I. D. XI. à Veſpaſiano uſq; ad Domicianum, ut Damaſus ſcri
bit, Sub quo martyrio adfectus iacet in Vaticano. CLE-
MENS Rom. è regione Cælij montis. Sedit annos IIII. M.
II. D. X. Regiones urbis VIII. Notarijs diuiſit qui res ma-
tyrum diligenter perſcriberent. A Domitiano ad Traiani
tertium annum peruenit, à quo exilio mulctatus in inſula ubi
duo millia Chriſtianorum offendit ad ſecãda marmora da-
mnatorum, & aquæ penuria laborantium, humum dextro
pulſauit pede, ex quo ſtatim ſcaturijt fons. Proiectus deinde
in altum, paulò pòſt apparuit diuinitus in littore extinctus,
Anaclet. CII. ubi & templum ei dicatum. ANACLETVS Athenien-
ſis ſub Traiano martyr, ſedit annos nouem, menſes II. Inſti-
tuit ut epiſcopus à tribus ordinaretur epiſcopis, ſacerdos
Euariſtus CX. tantum ab uno cui ſubeſſet: autor Gratianus LXVI. cano-
ne Porro. EVARISTVS Græcus à Traiano ad ini-
tium Hadriani peruenit, ſub quo martyrio adfectus iacet in
Alexander Vaticano teſte Damaſo. Titulos urbis preſbyteris diuiſit:
ſedit annos VIII. menſes X. ALEXANDER Roma-
nus è regione Capitetauri ſub Hadriano martyr: iacet in
uia Nomẽtana ſeptimo ab urbe miliario: ſedit annos decem,
menſes ſeptem. D. II. Impedientes legatum ſacris interdicit.
Item ne clericus ullus ad ſecularis iudicij tribunal euocetur,
utq́; ſemel tantum die ſacrificetur. Iuſsit & aquam in ſacri-
ficio uino admiſceri, ad notandum Chriſti cum fideli coniun
Xyſtus CXVII. ctionem. Aquam poſtremo luſtrabilem in templis inſtituit.
Atq; hæc omnia teſte Gratia. XYSTVS Romanus ſub
Hadriano martyr, iacet in Vaticano. Sedit annos X. Menſes
III. dies XXI. Inſtituit in ſacrificio cani Sanctus, Nam Pe-
tri tempore oratione tantum Dominica ſacrificabant. Alia
alij addidere. Cæleſtiuus introitum, Gregorius Kyrie eley-
ſon, Theleſphorus Gloria in excelſis, Gelaſius collationes,
Hieronymus epiſtolam & Euangelium, Alleluia Hie-
Teleſphorus CXIX. roſolymis. Symbolum in concilio Niceno. Mortuorum
commemorationem Pelagius Tus. Leo III. oſculum pacis.
Innocentius Agnus Dei. TELESPHORVS Græcus
ſub Hadriano martyr, ſepultus iuxta Petrum: ſedit annos
X. Men. III. dies XXI. Quadrageſimam inſtituit, utq́; na-
tali dominico ter ſacrificaretur: media nocte quando na-
tus: In aurora quando à paſtoribus cognitus: Hora tertia
qua cæteris illuxit. In ſacrificio quoq; ut Gloria caneretur.

HYGINVS Græcus ſedit annos IIII. Men. III. dies Hygi.⁹ CLXI.
IIII. Inſtituit ut baptiſmo ſeu comfirmationi unus ſaltem,
quem compatrem uocant, intereſſet. Et ne materia tem-
plorum in profanos uſus uerteretur, alia quoq; ædidit uti-
lia. Martyr poſtremo ſub Antonino Pio, conditur in Vatica
no. PIVS Aquilegenſis ſedit annos XI. Men. IIII. dies Pius CXLIIII.
III. martyr ſub Antonino Pio tumulatur in Vaticano. No-
tauit ſacrilegi crimine qui fundos aut homines attingerent
religioni dicatos. Virgines quoq; ſacrari ante annum XXV.
ac extra diem Epiphaniæ prohibuit. Die autem Dominico
paſcha celebrari, monitus à quodam Hermete diuino inſtiga
to ſpiritu, iuſſit. Thermas Nouati, templum diuæ Pudentia-
næ dicauit, ſua rogante ſorore Praxede. ANICETVS Anicetus CLV.
Syrus martyr ſub Antonino Pio ſedit annos XI. Men. IIII.
dies III. Inſtituit ne clerici barbam aut comam nutriant,
aliaq́; complura ut etiam apud Gratianũ uidere eſt. SO- Soter [illegible]
TER Cãpanus è Fundis martyr ſub M. Antonino: ſedit an-
nos IX. Men. III. di. XXI. Sepultus in cœmiterio Calliſti.
Inſtituit, ut nuptiæ palàm & in celebritate fierent, benedice-
renturq́;. Preterea ne ſacerdos niſi coram ſaltem duobus ſa- Eleutherius
crificaret. ELEVTHERIVS Nicopolitanus ſub M. CLXXVIII.
Antonino martyr: ſedit an. XV. Men. III. Sepultus iuxta
Petrum. Iuſſit contra Seuerianos ne quis Chriſtianus aliquẽ
cibũ quo ueſcerentur homines, abominaretur. VICTOR Victor CXC-
Afer ſub Commodo martyr: ſedit annos X. Men. III. dies III.
X. ſepultus in Vaticano. Hic eos qui ob acceptam iniuriam,
aut uetus odium reconciliari recuſaſſent, ſacris interdixit.
Item ex Eleutherij ſententia inſtituit paſcha die dominico
celebrari: uidelicet à quarta luna menſis Martij uſque ad
XXI. eiuſdem menſis, cùm celebraretur in eadem luna mo
re Hebraico: quæ res multos uel magnos uiros in diſſenſio-
nem prouocauit uſq; ad concilium Nicenum. ZEPHE- Zepherinus
RINVS Romanus, ſub Seuero martyr: ſedit annos XVII. CCIIII.
Men. VII. dies X. ſepultus in uia Appia haud procul à cœ-
miterio Calliſti. Statuit ut ſacrificium ſanguinis in uitreo ca
lice nõ ligneo ut antea fieret. Succeſſores deinde ex auro &
argento aut ſtanno tantum uoluerunt. Vtq́; omnes poſt pu-
bertatem ſemel in anno Euchariſtiam ſumerent. Innocentius
tertius deinde & confeſſionem addi peccatorum uoluit. Calliſtus ccix.

CALLISTVS Romanus è regione Rauennatum mar
tyr ſub Caracalla: ſedit annos VII. MEN. II. dies X. ſepultus
in cœmiterio Calopodij. Inſtituit quatuor temporum ieiu-
nia. Diuæ genitrici trans Tyberim templum ædificauit, Cœ-
miterium item, quod adhuc Calliſti dicitur. VRBANVS Vrba. ccxxv.
Romanus ſub Alexandro martyr: ſedit annos VIII. Men
ſes II. dies XII. Sepultus uia Tyburtina in cœmiterio
Prætextati. Statuit ut prædia eſſent inter clericos commu-
nia, fructus quoq; uiritim diſtribuerentur. PONTIA- Pontianus
NVS Romanus martyr ſub Alexandro: ſedit annos V. Men CCXXV.
ſes II. dies II. Sepultus in cœmiterio calliſti: deceſsit in exi
lio in Sardinia. ANTHERVS Græcus martyr ſub Ma- Antherus CC-
ximino: ſedit annos III. menſem I. dies II. Statuit utilitatis XXXIX.
aut neceſſitatis gratia, epiſcopos conſentiente Pontifice ad
alios Præſulatus poſſe transferri, primusq́; inſtituit uti res
martyrum à Notarijs conſcriberentur. FABIANVS Fabianus CC-
Romanus martyr ſub Decio ſedit annos XIII. menſes XI. XLI.
dies XI. ſepultus in cœmiterio Calliſti. Vetuit ne quis conſan
guineam uſq; ad quintam ſobolem in matrimonium duceret.
Vtq́; Chriſtianus omnis ter in anno Euchariſtiam ſumeret.
Inſuper ut quotannis Chriſma inſtauraretur uetere combu-
ſto. CORNELIVS Romanus martyr ſub Decio ſedit Cornel. CCI.
annos II. menſes II. dies IIII. Inter uiros doctrina claros

E memor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

memoratur. Quippe qui ad Cyprianum familiarem ſuum
multosq; alios, plures de rebus fidei conſcripſit epiſtolas.
Actus in exilium Centumcellas à Decio eſt, Precibus Luci-
Lucina virgo næ uirginis ſanctiſſimæ, è Catathumbis Apoſtolorum corpo
ra: alterius quidem uia Oſtienſi ubi necatus fuit, in prædium
ipſius Lucinæ: Alterius uerò Petri ubi & ſupplicium tulit,
in Vaticanum tranſtulit. Tandem plumbatis (genus hoc ſup-
plicij) cæſus, dum ad mortem traheretur, bona eccleſiæ Ste-
phano commiſit Archidiacono. Eius corpus Lucina prædi-
cta noctu ſepelijt in prædio ſuo, haud procul à cœmiterio
Lucius CC-LIIII. Calliſti. LVCIVS Romanus martyr ſedit menſes duos,
dies decē. Sepultus in uia Appia: primum in exilium à Vo-
luſiano Imperatore miſſus. Inſtituit, ut Diaconi duo, presby-
teri tres, ſemper Epiſcopū comitarentur, ueluti uitæ teſtes.
Stephanus CCLVII. STEPHANVS Romanus martyr ſub Valeriano ſedit
annos tres, menſes duos. Sepultus in cœmiterio Calliſti. Hic
ſententiam Cornelij Pontificis probauit: ut uidelicet deſerto-
res fidei, poſtea pœnitentes, baptiſmo non iterarentur, quæ
Xyſtus II. CCLX. ſane quæſtio plures agitabat. XYSTVS ſecundus Athe-
nienſis martyr ſub Galieno. Sedit annos duos, mēſes nouem.
di. III. Sepultus in cœmiterio Prætextati uia Tiburtina:
Dum ad ſupplicium traheretur, Laurentio Leuitæ theſau-
Dionyſ. CC-LXIII. rum diſpenſandum tradidit. DIONYSIVS, cuius ori-
go à Damaſo ignoratur. martyr ſub Claudio ſecundo. ſepul-
tus in cœmiterio Calliſti. Inſtituit ne inſanus uel hæreticus
accuſare poſſet. Templa, Cœmiteria, ac parœcos preſbyte-
Felix CCLXIX. ris diuiſit. FELIX martyr ſub Claudio ſecūdo: ſedit an-
nos quatuor, menſes tres dies XV. ſepultus in cœmiterio
Calliſti. Inſtituit templorū conſecrationes, quodq; niſi in lo-
Eutichianus CCLXXIII. co ſacro à preſbyteris nō ſacrificaretur. EVTICHIA-
NVS Lunenſis martyr ſub Aureliano. Inſtituit ut accuſatio
coram iudice ſcripto fieret: ſedit annos VIII. mēſes decem,
Caius CC-LXXXIII. ut nonnullis annum tantum. CAIVS Delmata ſub Diocle
tiano martyr: ſedit annos decem, menſes quatuor, ſepultus
in cœmiterio Calliſti. Euſebius hunc quindecim annos ſedis-
ſe ſcribit. Inſtituit ordinationes, Lectorem, Exorciſtam, Aco
lytum, Diaconum, preſbyterum, Epiſcopum: præterea ut
Marcellinus CCXCII. clericus ad iudicem profanū accerſiri non poſſit. MAR-
CELLINVS Romanus martyr ſub Diocletiano ſedit an-
nos nouem, menſes quatuor, dies VI. Sepultus in uia Salaria
in cœmiterio Priſcillæ. Hic metu perterritus. Deos primum
adorauit. Deinde in concilio Præſulum Sinueſſæ publice ſe-
ſe mulctandum tradidit, ac ob admiſſum facinus ſe inſepul-
tum dimitti mandauit: deinde è ueſtigio ad ſupplicium reuer
ſus eſt. Hoc tēpore Damaſus, & item Euſebius teſtantur ad
ſeptemdecim Chriſtianorum millia diebus tantum triginta
per diuerſas prouincias adflicta ſupplicijs, præter eos qui ad
metalla & arenam, effoſſo altero oculo & crure ſuffracto
Marcellus CCC. damnati fuerant. MARCELLVS Romanus martyr
ſub Diocletiano ſedit annos quinq;, menſes ſex, dies XXI. Se-
pultus in cœmiterio Priſcillæ, quæ ut illud conſtrueret, ab
eo fuerat impulſa uia Salaria. Titulos in urbe uigintiquinq;,
ſicuti diœceſis, id eſt gubernationes ad baptiſmi commodi-
tatem. Cæterum relegatus quāquam in pedore & ærumnis
ageret, nunquam tamen aut ieiunia, aut preces, curamúe fi-
delium intermiſit. Hoc tempore Lucina uirgo moriens ec-
cleſiam hæredem reliquit. Fuere item martyres ſub Diocle-
tiano, Eraſmus Campanus præſul qui Formijs iacet. Blaſius
Sebaſtæ urbis Armeniæ præſul. Vitus puer Siculus cum Mo
deſto & Creſcentia nutritoribus. Sebaſtianus Narbonenſis
primæ cohortis princeps. Georgius Cappadox miles, qui
draconem in Africa exercitum uaſtantem ſolus interfecit.
Eius meminit cum laude Ambroſius: caput autem repertum
Euſebius CCCV. Venetias trāslatum. EVSEBIVS Græcus martyr ſub
Maxentio, ſedit annos duos, menſes VI. dies XXV. ſepultus
in cœmiterio Calliſti. Huius tempore Crucem inuentam ab
Helena memorant magna hiſtoriæ diſcrepantia. MIL- Milciades CCCVII.
CIADES Afer martyr ſub Maximiano ſedit annos qua-
tuor, menſes VII. dies IX. Sepultus in cœmiterio Calliſti.
Inſtituit, ne in die dominico, aut V. feria ieiunaretur, quòd
hos dies pagani quaſi ſacros colerent. Hoc tempore fuere
martyres Dorothea & Sophronia. Silueſter Romanus Silueſter CCCXIII.
ſedit annos XXI. ſepultus in cœmiterio Priſcillæ, Inſtituit ut
Chriſma tantum epiſcopi conſecrarent ac baptizatum con-
firmarent, occaſione mortis etiam preſbyteri: habitauit
apud Soracte uicinum urbi montem. Conſtantinum falſo ba-
ptizaſſe dicitur, cum Hieronymus adſeueret eum ab epi-
ſcopo Nicomedienſi Arrianæ ſectæ prope Nicomediam in
extremo uitæ baptizatum, ut in Conſtantino latius dicam.
Marcus Romanus Conſtantino Imperatore, ſedit annos Marcus CCCXXXIIII.
II. menſes VIII. Iulius Romanus Conſtantino Imp. ſedit Iulius CCCXXXVI.
annos XVI. menſes IIII. ſepultus in cœmiterio Callopo-
dij, uia Aurelia. Extruxit tria cœmeteria in totidem uijs,
Flaminia. Aurelia. Portuenſi baſilicas duas, alteram iuxta fo-
rum Rom. Trans Tyberim alteram, Inſtituit & Notarios
à quibus res Chriſtianorum deſcriberentur. Primam Ni-
cææ ſynodum celebrauit epiſcoporū CCCVIII. cōtra Ar- Liberius CCCLII.
rium, iubente Imperatore. Liberius Romanus Conſtantio
Imper. ſedit annos XVI. menſes VII. dies II. Hic primum
à Conſtantio tanquam orthodoxus in exilium actus: uerum
minime in officio durauit, in Arrianam & ipſe ſectam col-
lapſus. Quapropter eo uiuo & abſente Felix ſurrogatur. Felix II.
Felix II. Romanus Conſtantio Imper. interficitur Libe-
rij ſeditione tanquam orthodoxus: ſepultus in baſilica quam
ædificauit uia Aurelia ſecundo ab urbe lapide, ſedit annum Damaſus CCCLXVII.
M. IIII. Damaſus Hiſpanus ſedit an. XVIII. menſes II.
dies X. Hoc tempore Vrſicinū quendam factioſi elegerunt,
ortoq; tumultu in baſilica quæ Sicinij appellatur, multi mor
tales ex utraq; parte interfecti fuere. Quæ res uitio data
Chriſtianis ab Amiano Marcellino eſt. Damaſus baſilicam
diuo Laurentio prope Theatrum Pompeij ædificauit, mu-
neribusq; ornauit. Inſtituit in fine Pſalmorum, Gloria patri.
Floruere ſub eo præclara religionis lumina: Hieronymus,
Ambroſius, Auguſtinus. Sub hoc item ſecundum concilium
Conſtantinopoli celebratū contra Macedoniū, epiſcoporum
CL. Siricius Rom. ſedit an. XV. men. X. dies XXV. Inſti- Siricius CCCLXXXIIII.
tuit ut bigamus ad officium ſacerdotis non admitteretur.
Sepultus in cœmiterio Priſcillæ. Anaſtaſius Romanus Ho Anaſtaſius CCCCIX.
norio & Arcadio Imp. ſedit an. III. dies X. ſepultus ad Vr-
ſum pileatū. Inſtituit ne debiles membris ac manci ſacris ad-
ſcriberentur, Et ut Euangelium in templis ſtando audiretur. Innocentius CCCCXI.
Innocentius Albanus ſedit an. XV. ſepultus ad Vrſum pi-
leatum. Inſtituit ut in ſolennibus ſacrificijs pax populo dare-
tur, ut ſabbatis ieiuniū celebraretur. Arcadiū principem ſa-
cris interdixit, quòd Ioannem Chryſoſtomū expelli è Con-
ſtantinopoli permiſiſſet. Cataphrygarū ſectā damnauit. Ba Sozimus
ſilicam S. Geruaſij & Protaſij dedicauit. Sozimus Græ-
cus Honorio & Arcadio Imp. ſedit annum & menſem, dies
VIII. ſepultus iuxta corpus diui Laurentij uia Tyburtina. Bonifacius
Inſtituit ut cereus ſabbato ſancto benediceretur. Bonifa-
cius Romanus, ſedit an. III. men. IIII. dies VII. Honorio
Imp. Inſtituit ne minor annis XXX. preſbyter ordinaretur.
Huius tempore orta ſeditio, alter Eulalius nomine electus eſt
Pontifex: ambo in exilium ab Honorio pelluntur. Sed Boni- Cœleſtinus CCCCXXIIII.
facius breui tempore reuertitur. Cœleſtinus Campanus
Theodoſio iuniore Imp. ſedit an. VIII. men. X. dies XVII.
Baſilicam Iuliam dedicauit. Mandauit ut omnes ſacerdotes Concilium III.
noſſent ſacros Canones. Hoc tempore tertia Synodus CC.
epiſcoporū apud Epheſum celebrata, ubi Neſtorius damna-
tus, Templumq; diuæ Sabinæ dedicatū ab Petro quodā Illy-
rico,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Xyſtus III. cccxxIIII. rico,uti carmina in eo adhuc in pariete demonſtrant. Xy-
ſtus III. Ro.ſedit an. VIII. dies XI. Valentiniano II. Imp.
baſilicã diuæ genitricis ad Marcellũ Liuiæ, quæ ad præſepe
dicta eſt: deinde S. Maria maior miraculo niuis, impenſa Ioã-
nis patricij extructũ dedicauit, ut prima templi facies pictu-
ra oſtendit. Hic à Baſſo presbytero accuſatus, calumniam in
Leo ccccxli. concilio epiſcoporũ diſcuſſit, ex quo Baſſus à Valentiniano
in exiliũ pulſus eſt. Leo Tuſcus Martiano & Leone pri-
mo Imp.ſedit an. XXI. men. I. dies XIII. Inter uiros doctri
na, eloquio & ſanctitate præcipuos cõnumeratur. Epiſtolas,
ſermones plurimos reliquit. Attilæ Hunnorum regi occur-
rens ad amnem Ticinũ furorem eius ſola oratione compreſ-
Conciliũ iiij. ſit. Conciliũ quartum Chalcidonenſe celebrauit, in quo Ne-
Hilarius cccclxiij. ſtorius damnatus. Hilarius Sardus Leone primo imperan
te, ſedit an. VII. men. III. dies X. Sepultus in cœmiterio S.
Laurentij. Inſtituit ne Pontifices ſibi deinceps ſucceſſorem
deligerent. Scripſit epiſtolas tris ſynodos confirmantes, Ni-
cenam, Epheſinã, & Chalcidonenſem. In baptiſmo Conſtan-
tinianæ baſilicæ tria addidit ſacella, Ioannis Baptiſtæ, Euan-
Simplicius cccclxx. geliſtæ, & S. Crucis. Simplicius Tyburs Leone II. & Ze-
none Imp.ſedit an. XV. men. I. di. VII. Stephani baſilicã in
Cœlio monte dedicauit. Item Andreæ apoſtoli haud procul
à S. Maria ad præſepe, ubi adhuc ueſtigia uidentur & car-
mina inſcripta leguntur. Sanctæ quoq; Vibianæ ad palatium
Lucinianũ. Inſtituit prætereà ne quis inuitus epiſcopus deli-
Felix III. cccclxxxiiij. geretur. Et ne quis clericus poſſeſſionem ſacerdotij ab homi-
ne extrà ſacra acciperet. Felix III. Romanus è regione
Faſciolæ regnante in Italia Theodorico: ſepultus in baſilica
Pauli, ſedit an. VIII. men. XI. dies XVII. Inſtituit ut tem
Gelaſius pla à ſolis Præſulibus cõſecrarentur. Gelaſius Afer Theo
dorico regnante, ſedit an. III. men. VIII. Conſtituit ut cle-
ricorum ordinationes quater in anno tantum fierent, dieq;
ſabbati. Vir ſanè doctus eſt habitus, multaq; contra Mani-
chæos conſcripſit, eorumq; libros cremauit, hymnos pluri-
mos qui in tẽplis canerentur ad imitationem S. Ambroſij edi
Anaſtaſius II. dit. Anaſtaſius II. Romanus Theodorico regnante, ſedit
annos II. uir parum ſecunda fama, ut qui Acacium hæreti-
cum quem primo expulit, ab exilio reuocare tentauit. Qua-
re ultore Deo dum in ſeceſſu uentrem ſoluit, ſubito occubuit
Symmachus cccxcij. teſte Gratiano. Symmachus Sardus Theodorico regnan-
te, ſedit an. XV. men. VI. dies XXV. Multa paſſus traditur,
dum Laurentiũ quendã primo alij deligunt: dein Petrũ epi-
ſcopum Altinũ fauente Theodorico, omnia tandem ſupera-
uit in Synodo ſeſe excuſans eiectis inimicis. Conſtituit ne
quis clericus cum muliere niſi ſanguine coniuncta habitaret.
Plura inſuper templa ædificauit, primũ Andreæ prope Pe-
tri baſilicã: deinde Agathæ in fundo Lardario, diui Pancra-
tij, Syluestri quoq; & Martini iuxta Traiani Thermas. Apſi
dem in baſilica Pauli renouauit, habitacula caſulasq; paupe-
ribus prope Petri & Pauli baſilicas extruxit, eosq; cõtinuo
Ormiſda D.xij. ſuſtentauit. Sed & epiſcopos aliosq; in exilijs agẽtes opibus
iuuit. Ormiſda Fruſinonius Theodorico regnante & Iu-
ſtino ſeniore Imp. ſedit ann. IX. dies XVIII. ſepultus in
baſilica Petri. Synodũ prouincialem hortante Theodorico
Ioannes apud urbem habuit ubi multa utilia cõſtituit. Ioannes Tu-
ſcus ſedit an. II. men. VIII. Theodorico regnante, à quo
in carcerem Rauennæ coniectus pedore occubuit, relatus
Romam in baſilica Petri ſepultus, catalogoq; martyrũ ad-
ſcriptus. Cauſa fuit quòd miſſus à Theodorico ad Iuſtinum
Felix IIII. D.xxxiij. ut Arrianos reſtitueret, minime placita retulit. Cõſtituit in-
ter alia ut ſpoliatus ante omnia reſtitueretur. Felix IIII.
Samius Iuſtiniano Imp.ſedit ann. IIII. men. II. dies XIII.
Templũ Coſmæ & Damiani apud Romanũ forũ, quod car-
men adhuc in eo ſcriptũ indicat, ædificauit. Saturnini baſili-
cam uia Salaria reſtituit. Quodq; morientes ungerentur in-
ſtituit. Bonifacius II. Ro. Iuſtiniano Imp.ſedit an. II. men. Boniface. II.
IIII. ſepult. in baſilica Petri. Ioãnes II. Ro.ſedit ann. II. Ioannes II.
men. IIII. ſepult. in baſil. Petri. Agapitus Roma. Iuſtinia Agapitus D.xxxiij.
no Imp.ſedit annũ. Miſſus à Theodato rege Gothorũ ad Iu-
ſtinianũ orator de excuſanda morte Amalaſuntæ cuius au-
tor fuerat, cõciliato Imperatore ab eodẽ de Eutychiana ſe-
cta tentatus conſtantiſſime renuẽdo effecit, ut Imper. ipſe ad
ſanitatẽ rediret, Anthemiumq; eius autorem mali Præſulem
Conſtantinopolitanũ in exiliũ pelleret. Agapitus Conſtanti-
nopoli paulò pòſt mortuus, & in urbem relatus, ac in baſi-
lica Petri ſepultus eſt. Syluerius Campanus Iuſtin. Imp.ſe- Siluerius
dit annũ. men. V. dies XII. uir ſanctus ac ferè martyr, calu-
mniam paſſus apud Belliſarium, accuſante Vigilio Diacono
& Theodora Iuſtiniani ac Antonina Balliſarij uxoribus in-
ſtigantibus, coactus Pontificatu ſe abdicare & in inſula Pon
tia in exilio mori, quòd Anthemium epiſcopum reducere ab
exilio noluerit. Vigilius Roma. Iuſtiniano Imp.ſedit ann. Vigilius D.lv.
XVII. men. VI. dies XXVII. Hic ſuffectus in locũ Syluerij,
fauẽtibus Theodato rege & Theodora, ex eadem cauſa qua
& ille plectitur, dum contra conuentũ inter eos Anthemiũ
epiſcopũ hæreticũ ab exilio reducere recuſat. Itaq; Conſtan
tinopolim uocatus uarijs contumelijs uerberibusq; adfectus
fuit, in quibus & extinctus ueterem culpã optimo fine pen-
ſauit, relatus in urbem & apud ſanctum Marcellũ uia Sala-
ria ſepultus. Ab hoc item quinta Synodus Cõſtantinopoli ce- Concilium v.
lebrata, ubi contra Theodorũ Coriarium conſtitutũ, ut Ma-
ria θεοτόκος, id eſt, Dei mater appellaretur. Anno D.LX. θεοτόκος

Pelagius Ro. Iuſtiniano Imp.ſedit an. XI. dies XIX. Con- Pelagius D.liij.
ſtituit ut Clerici VII. horas Canonicas quotidie obirent.
Quodq; quadrageſimæ tẽpore hora IX. poſſet presbyter ſa
crificare: ſepultus in baſilica Petri. Ioannes III. Ro. Iu- Ioannes iij.
ſtino iuniore Imp.ſedit an. XII. men. VII. dies XXVI. Nar D.lxiij.
ſeti eunucho amiciſſimus fuit, eiq; conſulatũ impetrauit. Ae-
dem apoſtolorũ Philippi & Iacobi à Vigilio inchoatã abſol-
uit. Benedictus Roma. Mauricio Imp.ſedit an. IIII. men. Benedictus
dies XXVIII. Pelagius II. Roma. Mauricio Imp.ſedit Pelagi II.
an. X. menſes II. dies X. Statim renunciatus Pontifex miſit D.lxxxij.
Gregoriũ qui ei poſtea ſucceſſit, tunc diaconũ, ad Mauriciũ
Conſtantinopolim ſeſe excuſatũ, quamobrem eius cõſenſum
ob rerũ turbationem non expectaſſet. Baſilicam Laurentij
martyris extruxit. Gregorius Rom. Mauricio Imp.ſedit Gregorius
an. XIII. men. VI. dies X. ſepultus in baſilica Petri ſub ara D.xcij.
diui Andreæ. Huius paulò altius uita recenſenda. Hic Gor-
diano ſenatore natus, quòd doctrinæ religioniq; aptus uide-
retur puer, ac diſciplinis liberalibus imbutus eſſet, diaconus
ordinatur. Sex in Sicilia cœnobia ſua impenſa ædificauit. do-
mumq; paternã Romæ prope Septizoniũ, templũ diuo An-
dreæ dicauit. Miſſus dein Cõſtantinopolim à Pelagio excu-
ſatũ quòd decreto Cæſaris non expectato propter tumultũ
neceſſario ſumpſit officiũ, ſimul & rogatũ auxilia contra
Lõgabardos, quæ ſanè omnia facũdia, modeſtiaq; fretus ob-
tinuit. Multis uerò poſt annis quib. habitu monachi Deo ſer-
uiebat, Põtifex renũciatus è ueſtigio ad Imperatorem mittit
rogatũ, ut electionẽ minime ratã haberet. At ille contrà mã-
dauit, gratias agẽs clero populoq; Ro. quòd talẽ uirũ dele-
giſſent. Itaq; Gregorius ſumpta prouincia, dies noctesq; nũc
ſcribẽdo aut orãdo agebat. Cerimonias quib. nũc utuntur in
tẽplis, modũq; chori & pſalmodiæ primus inſtituit. Agilul-
phum Lõgobardorũ regẽ ex Arriano orthodoxũ fecit per-
ſuaſione Teudelindæ uxoris, cui Gregorius Dialogorũ libros
dicauit Mauricio principi clericos ad militiã cogẽti, & rur
ſus Patriarchæ Conſtantinopolitano Oecumenicũ ſe dicenti
acriter reſtitit, dictitãs quòd Petro Ro. Põtifici traditæ fuiſ-
ſent claues, meminiſſeq; debere humilitatis generis ſui, quòd
Dei benignitate ex Notario Comes excubitorũ, & ex comi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

te Cæſar,ex Cæſare Imper.eſſet factus.Peſtē maximā Ro-
mæ ſupplicationibus precibuſq;,quas rogationes uocant,fa-
ctis,omni ætate,ordine,ſexu,interuenientibus ſedauit:placatū
Deū Angelus illi arci Romanæ præſidens gladiū cruētum
in uaginā cōdens indicauit.Fertur & præcipuas Romæ ſta-
tuas,& quicquid erat mirādi operis in Tyberim præcipita-
ri iuſsiſſe,ne mortales à religione nuper inſtituta ſua ſpecie
diſtraherent.Quod mihi ſanè ueriſimile uidetur.Scripſit li-
bros Moraliū,in Iob,Homiliaſq;,quas nonnulli cæteris do-
ctorū ſcriptis in eo genere præferūt: libros etiā tris Dialo-
gorū,alias item in prophetas ac ſacros libros enarrationes,
imitatus ante omnes Auguſtinū,ut ipſius ſcripta planè faten
tur,ſermone dulci pariq; præceptis quæ tradidit characte-
re,numeriſq; ſemper idē & antithetis frequēs. Sabinianus
Sabinianus cuius patria ignoratur Phoca Imp.ſedit annū,men.v.di.I X.
Horas diei ſono tintinnabulorū diſtinxit. Gregorij iam de-
functi laudibus obtrectauit,quòd eccleſiæ patrimoniū popu
Boniſac.III. laris gratiæ cauſa diſsipauerat. Bonifacius I I I. Ro. ſedit
Boniſac.IIII. men.V I I I.di.X X V I I I. ſepult.in baſil. Petri. Bonifacius
I I I I.è Valeria Marſorum urbe,Phoca Imp.à quo & Pan-
theon impetrauit,ut diuæ Genitrici omnibuſq; ſanctis dedi-
caretur,ſedit an.V I.men.V I I I.di.X I I.Domū ſuā cœnobiū
Deuſdedit D.xcv. fecit,poſſeſsionibus etiam paternis ei conceſsis. Deuſdedit
Ro.Heraclio Imp.ſedit an.I I I.ſepult.in baſilica Petri, uir
optimus,deoq; acceptus ex eo ſigno putatur,quòd quendam
obuiū pauperē elephātiæ morbo correptū,ſolo oſculo ſana-
uit.Fuit enim ea tēpeſtate quædā elephantia ſeu ſcabies,nouū
genus impetiginis,quæ toto corpore diffuſa homines uix di-
gnoſcēdos reddebat.Quæ rurſus noſtra ætate,an.M. CCCC-
Bonifacius v. X C V I.cœpit in omni ferè Europa nullo remedio. Boni-
facius V. Cāpanus Heraclio Imp.ſedit an. V. dies X. uir lau-
datiſsimus, inſtituit ut ad templa confugientes ſalui eſſent.
Honorius Dcxxij. Honorius Cāpanus Heraclio Imp.ſedit an. X I I. men. X.
di.X V I I.ſepult.in baſil.Petri,quā tegulis æneis è tēplo Ro-
muli ablatis operuit.Agnetis uia Nomentana,ut carmē indi
cat,Pācratij quoq; uia Aurelia tēpla reſtituit aliaq; à funda-
mentis extruxit, ut Anaſtaſij ad aquas Salinas S. Quatuor
Coronatorū.Cyriaci uia Oſtienſi miliario ſeptimo. Seueri-
Seuerinus ni Tybure.Hoc tempore Mahumetes caput extulit. Seue-
rinus Romanus Heraclio Imp.ſedit annum:ſepultus in baſil.
Ioannes iiij. Petri. Ioannes I I I I.Delmata Heraclio Imp.ſedit annum.
Theodorus men. V I I I. di.I X.ſepul.in baſil.Petri. Thodorus Græcus
Heraclio Imp.ſedit an.V I. men. V. di. X V I I I.ſepul.in ba-
Martinus Dcxlv. ſil.Petri. Martinus Tudertinus Cōſtantino I I I.Imp.ſedit
an. V I. men. I. di.X X V. Hic multa paſſus Imperato. iuſſu,
quòd Pyrrhū,Sergiū, Paulū patriarchas Cōſtantinopolita-
nos hæreticos iudicauerat. Miſsi itaq; prius Olympius fru-
ſtra,deinde Theodorus Exarchi ad eum capiendū fuere : in-
iecta collo catena ſpecie ſalutationis à Theodoro mittitur
Cōſtantinopolim : inde à Conſtantino in exiliū Cherſonam
Eugenius pulſus,ibiq; extinctus inter ſanctos colitur. Eugenius Ro.
Conſtantino I I I.Imp.ſedit an. I I. men.IX.Statuit Gratiano
etiā teſte,ut epiſcopi carcerē haberent ad plectenda clerico-
Vitellianus Dcliiij. rum delicta. Vitellianus Signinus Cōſtantino I I I.Imp.ſe-
dit an.X I I I.men.V I, Cantū & Naula quæ organa appel-
Adeodatus lant in tēplis inſtituit. Adeodatus Ro.ſedit an.I I I I. men.
I I,di.V.prius monachus in cœnobio S. Eraſmi in Cælio mon
Donus te,quòd poſtea ſumptuoſius auxit. Donus Rom. ſedit an.
I I I I. Strauit marmore atrium baſil.Petri, quod Paradiſum
appellant. Apoſtolorū uia Oſtienſi,& Euphemiæ tēpla reſti
tuit.Bœotianū cœnobiū Romanis incolendū tradidit. Fama
quoq; ſanctitatis eius permota Rauennas eccleſia quæ Allo-
cephalis appellata eſt, conſentiente Theodoro eius Præſule,
Agatho. Concilium ſexum Romano ſe Pontifici ſubdidit. Agatho Siculus Cōſtantino
I I I I. Imp.Sedit an.I I. men.V I.di.X X V.Sextā Synodū cō-
tra Monothelitas Cōſtantinopoli celebrauit. Tanta alioquin
ſanctitate ut obuiū quendā leproſum oſculo liberauerit. Leo
I I.Siculus ſedit men. X. Inſtituit quotidie baptiſmū fieri ne- Leo ii.
ceſsitate urgēte,præterea pacis oſculū in tēplis. Benedictus Benedictus ii.
II.Romanus ſedit an. X. dies X I I.Ea fuit autoritate ſimul Dclxxxj.
& ſanctitate,ut Cōſtantinus I I I I. eius cauſa decreuerit, ut
deinceps Ro.Pont.abſq; cōſenſu Imperat.aut Exarchi,popu
lo præeſſet.Quod poſtea nō diu fuit obſeruatū.Præterea S.
Laurētij in Lucina,& Valentini martyris templa reſtituit.
Ioānes V.Antiochenus Iuſtiniano I I.Imp.ſedit annū,di.X. Ioannes v.
Apud Lateranū à tribus epiſcopis,Oſtienſi,Portuēſi,& Ve
literno ſe cōſecrari iuſsit.Quē ritū poſtea ſucceſſores ſerua- Conon
uere. Conon Thrax ſedit men X.dies I I I. Sergius An- Sergius
tiochenus ſedit ann. X I I I I.men.I X. di.X I I I I. Iuſtiniano Dclxxxiii.
I I. Imp.ſub quo multa paſſus eſt quòd conciliū cōtra Mono
thelitas cōprobaret.Miſſus Zacharias Protoſpatharius qui
eū caperet,fauēte pop.Ro.Pōt.parū abfuit quin interfice-
retur. Eius nominis ſanctitate permoti Saxones Chriſtiani Ioannes vj.
tūc primū facti ſunt. Ioannes V I. Græcus,Iuſtiniano I I.
Imp.ſedit an.I I I.men.I I I.Martyr ut putatur : ſub quo autē
paſſus aut quāobrem,non ſatis cōſtat: ſepultus in cœmiterio Ioannes vij.
Calliſti,ut etiā exiſtimatur. Ioānes V I I. Græcus,ſedit an. Siſinius
X I. men. V I I I. di. X V I I I. Siſinius ſiue Soſinus natione
Syrus,ſedit di.X X.ſepul.in baſil.Petri. Cōſtantinus Syrus, Conſtantinus
ſedit an.V I I.di.X V.ſepult.in baſil.Petri. Et honore præci- Dccvj.
puo apud Iuſtinianū I I. fuit,à quo adcerſitus Cōſtantinopo-
lim,Nicomediæ obuiāeū habuit,qui ueniā præteritorū ab eo Gregorius ii.
ſupplex petijt. Gregorius I I. Ro.Leone I I I.Imp.ſedit an. Dccxv.
X V.men.I X.di.X.paſſus multa ſub eodē quòd imagines tol
lere noluerit.Paternā domū cœnobiū S.Agathæ cōſecrauit, Gregorius iii.
mœnia urbis ex parte reſtituit. Gregorius I I I. Syrus,ſe- Dccxxxii.
dit an.X. men.V I I I. di.X X I.Leone I I I I. Imp.Quem ob
ſublatas imagines,de Synodi celebratæ ſentētia ſacris inter-
dixit.Ex quo obſidēte Limprādo Longobardorū rege Ro-
mam,ad auxiliū Caroli Martelli cōfugit:ille ſola legatione
cōpatrem (uti uulgò nūc uocāt) ſuū ab incepto amouit. Mul
ta tēpla reſtituit.Tectū inter alia S. Chryſogoni,ubi & mo- Zacharias
nachos collocauit fundiſq; ditauit. Zacharias Græcus Pi- Dccxli.
pino regnāte,ſedit an.X. men.I I I.ſepult.in baſil.Petri.Dia
logū Gregorij in Græcū uertit ſermonē.Porticū Lateranēſi
baſilicæ extruxit.Limprandū ducē Spoletinū urbē uexantē
cū fruſtra legatione rogaſſet,ipſe demū caſtra petens aſpe-
ctus reuerentia remouit.Pipinū Caroli Magni patrē & ma
iorem domus,Franciæ regem conſtituit. Stephanus I I. Stephanus ii.
Rom.Pipino regnante,ſedit ann. V. men. I. Hic Roma ob-
ſeſſa ab Aiſtulpho,prius ad Deū templaq; confugit,luſtrata
cum apoſtolorū caluarijs ac ſupplicationibus urbe. Deinde
à Conſtantino V I. Imper.cum fruſtra auxilia expectaſſet,
ad Pipinū mittit rogatū uti ſubueniret.Ille ad ſe iuſſum ue-
nire magno excepit honore, Carolo filio centum millibus
paſſuum obuiam miſſo.Reuertēs breui poſt tempore ſubla-
tis inimicis,moritur in urbe,ac in Petri Baſilica tumulatur. Paulus
Paulus Romanus,Pipino regnante, ſedit ann. X. menſes
X.Moritur in baſilica Pauli.Delatus in Vaticanū. Vir mira
in pauperes pietate : ipſe ſolitus obire Xenodochia & carce Stephanus iii.
res,miſeros,& præſentia,& re iuuabat. Stephanus I I I.
Siculus Pipino regnāte,ſedit an. I I I.men.V.dies X X V I I I.
Conciliū Lateranenſe celebrauit,ubi Conſtantinum Pſeudo-
pontificem damnauit.Inſtituitq; uti imagines reſtituerentur
contra cōcilium Conſtantinopolitanū, aliaq; cōplura utilia.
Quibus peractis ſupplicationes egit à Laterano ad Petri Hadrianus
baſilicam nudis pedibus. Hadrianus Ro.Carolo regnāte. Dcclxxiii.
Quem uocatū ad liberandū ab obſidione Deſyderij Romā,
in gradib. baſilicæ Petri honorifice excepit. Cui obuiam
proceſſerant tria milia Iudicū. Sic enim bibliothecarius &
recent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

recentiores hiſtorici, uiros Senatores ac claros appellant
Aquæductus plurimos urbis reſtituit: ſtrauit marmoribus
atriũ baſilicæ Pauli. Inſtituit ut in atrio Lateranẽſi quotidie
centum pauperes alerentur, ſedit ann. XXIII. men. X. dies
Leo iij. XVIII. Leo III. Ro. Carolo Magno regnãte, ſedit an.
XX. men. X. di. IX. uir doctrina, bonitateq; præſtans. Dum
ſupplicationes agit à Greg. inſtitutas, apud ædem Sylueſtri
captus, Paſchalis Primicerij & Campuli preſbyteri fraudibus,
ac ferè ad mortẽ cæſus in cænobiũ S. Eraſmi relegatur.
inde cubicularij ſui arte, clàm in Vaticanũ, inde ad ducẽ Spo
letinum, poſtremo in Galliã ad Carolũ confugit, qui honorifice
exceptus pauloq; poſt remiſſus eſt. Mox Carolo Romã
adueniente, in baſil. Petri iureiurando adfirmauit ſe innoxiũ
eſſe. Quare abſolutus coram populo, & de accuſatorib. pœ-
na ſumpta eſt. Carolus ob eius egregia merita Imperator fa-
Stephan' iiij. ctus. Stephanus IIII. Romanus Ludouico Pio Imp. ſe-
dit an. III. men. VII. Statim ad Ludouicum in Galliã pro-
ficiſcitur ignota de cauſa, cõcurrente magna mortalium fre-
Paſchalis quentia ſpectatũ. Reuertens ſecum crucem aureã Petri Ba-
Dccccxx. ſilicæ à rege dono datã uexit: ſepultus in eadẽ baſilica. Pa-
ſchalis Romanus Ludouico Pio Imp. ſedit an. VII. men. III.
dies XVIII. Excuſauit ſeſe apud Imperatorẽ, quòd in Pon
tificatu ineundo eius cõſenſum non expectaſſet, quem ille nõ
ſolum ratũ habuit, ſed & liberam epiſcoporũ deligendorum
poteſtatẽ ſummis Pontificib. tradidit: cũ antea ea de re conſu
lerentur Imperatores ex priuilegio ab Hadriano Carolo
cõceſſo, uti refert bibliothecarius. Paſchalis ædem Praxedis
extruxit iuxta ueterem. Templaq; Cæciliæ ac S. Mariæ ad
Eugenius ij. præſepe reſtituit: ſepultus in baſilica Petri. Eugenius II.
Valentinus Ro. Ludouico Pio Imp. ſedit an. IIII. uir optimus exiſti-
Gregor. iiij. Dccccxxv. matus. Valentinus Romanus, nondũ preſbyter ob merita
Pontifex renunciatus. Die XL. deceſſit. Gregorius IIII.
Ro. Ludouico Pio Imp. non prius Pontificatum inijt, quàm
Imperatoris cõſenſum per legatos expectaſſet. Cuius etiam
Sergius ij. hortatu celebritatem omnium ſanctorũ inſtituit. Corpus diui
Dcccxlvj. Gregorij ubi nũc iacet tranſtulit, ſedit an. VI. Sergius II.
Ro. Lotario Imp. ſedit an. II. men. III. Hic os porci prius
appellatus, nomine ob turpitudinem mutato initium dedit
mutandorũ nominum ſucceſſoribus. Vir fuit frugi, Ludouici
filios ad concordiã reduxit, Imperio Lotario adiudicato.
Cuius filius Ludouicus Romam ueniẽs, magna prius ſtrage
facta, tandem honoribus excipitur, à Põtifice perductus ma-
Leo iiij. nu ad Petri Baſilicæ ualuas, interrogatuſq; ante templi in-
Dcccxlviij. greſſum adfirmauit ſe cum pace ueniſſe. Leo IIII. Lu-
douico II. Imp. ſedit an. VIII. men. III. dies VI. ſepultus
in baſilica Petri. Hoc tempore Saraceni in Vaticanum uſq;
uenere, incenſiſq; Petri Baſilicæ foribus à pop. Ro. repreſſi
Oſtiam ſeſe recepere. Quò Leo cum exercitu ſe conferens,
orationeq; facta, Deus cuius dextra pauci magnã hoſtiũ mul
titudinem fugauerunt: reuerſuſq;, Vaticanum V. annorũ ſpa-
tio mœnibus cinxit, Ciuitatemq; Leoninam appellauit, ac
Corſis à Saracenis expulſis inhabitandã dedit. In cuius por-
tis ſupplicia ad Deum uerba iuſſit inſcribi. Fores incenſas
baſilicæ ex argento reſtituit, turrimq; quam nunc in Vati-
cano cernimus excitauit. Templũ S. Mariæ nouæ extruxit.
Crucem quam Carolus olim Lateranenſi baſilicæ dono de-
derat, furto gemmis ſpoliatam rurſus exornauit. Baſiliſcum
pernicioſum ſerpẽtis genus, qui halitu multos mortales ne-
cauerat, è fornice S. Luciæ in Orphea fuſis ante Deum pre-
cibus expulit. Irruptionis huius Saracenorũ memoriam te-
Io. Scotus ſtatur inſcriptio marmoris, quæ adhuc extat apud ædem Mi
chaëlis in Vaticano. Ioannes Scotus alter à religioſo, hoc
Ioãnes vij. tempore utraq; lingua doctus dicitur fuiſſe, qui iuſſu Caroli
Dccclviij. regis Dionyſij hierarchiam cõuertit. Ioannes VII. Angli
cus, quem diſſimulato uiri habitu dicunt fœminam alioquin
doctiſſimam fuiſſe, deprehenſamq; in uia apud S. Clementem
quando peperit. Benedictus III. Romanus, ſedit ann. II. Benedict' iij.
menſes VI. dies IX. ſepultus pro foribus Baſilicæ Petri, uir
imprimis bonus ac planè religioſus ut qui flens ac penè inui-
tus Pontifex declaratus, triduo ſtatim ieiunijs ſupplicijſq;
uacaret. Nicolaus Romanus Ludouico II. Imp. Qui Ro- Nicolaus Dccclxiij.
mæ tunc erat magnaq; inter eos amicitia interceſſit. Regem
Bulgarorũ cum tota prouincia ad religionem deduxit, epi-
ſcopis ad eos miſſis. Multaq; utilia conſtituit, inter quæ ne
quis concubinam habenti preſbytero ac ſacrificanti intereſ-
ſet, ut teſtatur Gratianus. Ad hunc Michaël Theophili lega
tos ſalutatũ cum muneribus miſit. Sedit annos IX. men. II.
dies XX. Hadrianus II. Romanus Ludouico II. Imp. ſedit Hadrianus ij.
an. V. men. IX. uir optimus pro quo Ludouicus abſens per
legatos gratias egit pop. Ro. Ioannes VIII. tris è ſucceſ- Ioannes viij.
ſione Imperatores diademate redimiuit, ut in hiſtoria Gal- Dccclxxx.
lorum ſatis oſtendi, Carolũ II. Ludo. II. & Carolum III.
ex quibus Ludouicum etiam Romanis inuitis, ob quam rem
in uincula cõiectus, deinde elapſus in Galliam aufugit, redijt
poſt annũ. Præterea uitam S. Gregorij quatuor libris expli-
cuit, ſedit ann. X. dies II. Hoc tempore Saraceni Caſinenſe
cœnobium uaſtauerunt. Martinus II. Gallus, ſedit annũ, Martinus ij.
men. V. Pontificatum malis artibus adeptus. Hadrianus Hadrianus iij.
III. Romanus, Carolo III. Imper. ſedit annum, menſes III.
Hic capta occaſione per abſentiam Caroli qui contra Nor-
mandos res gerebat, prius retulit ne in creando Pontifice
Imper. conſenſus expectaretur, teſte Gratiano. Stephanus Stephanus v.
V. Rom. ex uia lata, ſedit annos V. dies XI. Formoſus epi Formoſus
ſcopus Portuenſis largitione Pontificatũ adeptus. Boni- Dccexciiij.
facius VI. Tuſcus ſedit diebus XXV. Stephanus VI. Ro Bonifacius vj.
manus, Carolo III. Imp. ſedit annum, men. III. Formoſi ca Stephanus vj.
dauer erutum è ſepulcro contumelijs adfici iuſſit, antiquum Romanus
ob odiũ. Romanus patria Romanus Carolo III. Imp. ſedit
men. III. Stephani acta infirmauit. Theodorus II. ſedit Theodo. ij.
dies XXX. Formoſi acta in integrum reſtituit. Ioannes Ioannes ix.
IX. Romanus, ſedit annos II. dies XV. Benedictus IIII. Benedictus iiij.
Romanus ſedit annos III. men. IIII. Leo V. cuius patria Leo V.
ignoratur, ſedit dies XL. Chriſtophorus cuius etiam pa- Chriſtophorus
tria ignoratur, ſedit men. VII. Largitione pontificatũ ade-
ptus eijcitur, cœnobioq; addicitur. Nã et cœnobia ſolatia tũc
miſerorum erant, decoctorũ refugium. Sergius III. Ro- Sergius iij.
manus, Berengario primo Imper. ſedit annos VII. men. qua- Dccccvij.
tuor, dies XVI. ob ueteres iras Formoſi cadauer iterũ eru-
tum in Tyberim proiecit. Anaſtaſius Romanus, ſedit an- Anaſta. iij.
nos II. Lando Roma. ſedit annum, men. V. Ioannes X. Lando
Roma. Berengario Imper. ſedit annos XIII. men. XI. dies Ioãnes x. Dccccxvij.
tres. Hic unà cum Alberico Hetruriæ Marchione de Sarace
nis, qui diuerſa Italiæ loca maxime in Campania occupaue-
rant, triumphum Romam retulit. Veniens poſt hac in diſſi-
dium cum Pontifice, Albericus Pannonios in Italiam uoca-
uit, qui & Hetruriam & Galliam Ciſalpinam uaſtauerant.
Ipſe demum Pontifex à Romanis captus ceruicali in os con-
iecto necatur. Hoc tempore Anthropomorphitæ fuerunt
Deum humano corpore ponentes, quorum errorem Fanti-
nus Præſul Veronenſis diſertiſſime redarguit. Leo VI. Leo vj.
Rom. ſedit men. VII. dies XV. Stephanus VII. Ro. ſedit Stephan. vij.
annos II. Berengario III. Imp. Ioannes XI. Romanus, Ioannes xj.
ſedit annos quatuor, men. X. dies. XV. Leo VII. Roma. Leo vij.
ſedit annos tres, men. VI. dies X. nil memoria dignũ geſſit.

Stephanus VIII. Germanus, ſedit annos tres, men. IIII. Stephan. viij.
dies XII. Martinus III. Rom. ſedit an. III. mẽ. VI. dies X. Martin. iij.

Agapitus II. Roma. Berengario III. Imper. cõtra quem Agapit. ij.
Othonem è Germania uocauit, ſedit an. IX. men. VI. dies X.

Ioannes XII. Romæ è regione uiæ latæ, uir ſanè ſcelera- Ioannes xij.
tus. Quamobrem contra eum Otho uocatus à Romanis. Ille Dccccclx.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

in ultionem è duobus Cardinalibus qui cauſa huius facti fue-
re alteri manũ, alteri naſum abſcidit. Coactus eſt tãdem cum
diademate redimire. Poſt hæc ab eodem admonitus, ut à ui-
tijs & inſaniareſipiſceret, minime paruit. Quare fugiens ob
metum in latebris extinctus eſt. Sedit an. IIII. men. x. dies
Benedict. v. x v. Benedictus v. Rom. ſedit men. II. dies v. Othone Im-
per. Hic delectus à Clero & pop. Ro. eo tempore quo Ioan-
nes deiectus fuit, & Leo VIII. ab Othone ſurrogatus. Quã-
obrem Otha hoſtiliter omnia inuadẽs, Romanos perterre-
fecit, & uoti compos eos iureiurando adegit, nihil immuta-
turos. Relicto dein Leone Benedictum ſecum in Germaniã
duxit, ubi ille ex animi dolore deceßit. Leo VIII. ſedit
Leo viij. annum, men. IIII. Cuius hiſtoriam in Benedicto ſuprà enar-
Ioannes xiij. Dccclxij. rato commemoraui. Ioannes XIII. Ro. Othone Imper.
ſedit ann. VI. men. x. dies x. pulſus à Romanis, ab Othone
deinde reſtitutus. Qui & Decarchones Romanorum pro-
pterea laqueo ſuſpendit, & urbis Præfectum multis adfectũ
Benedict. vj. contumelijs in exiliũ miſit. Benedictus VI. Roma. Otho-
ne Imper. ſedit annum, men. VI. A Cincio potente ciue Ro-
mano in molem Hadriani coniectus ac fame mori coactus
Donus ij. eſt. Donus II, Romanus ſedit annum, men. VI. Bonifa-
Bonifac. vij. Dccclxxij. cius VII. ſedit men. VI. dies XII. uir ſacrilegus, qui bono-
rum conſpiratione relinquere urbem coactus, omnia ſacra
precioſa ſecum Conſtantinopolim fugiens abſtulit, quibus di
uenditis paulò pòſt audacior factus redijt, Ioannem Diaco-
num Cardinalem exoculauit, ipſe mox turpißime extinctus
Benedict. vij. eſt. Benedictus VII. Romanus Othone II. Imp. ſedit ann.
Ioannes xiiij. VIII. men. VI. Ioannes XIIII. Romanus, ut quidam di-
cunt Papienſis, tertio quàm electus fuit menſe à Romanis in
Ioannes xv. molem Hadriani coniectus, moriq; compulſus eſt. Ioannes
XV. Ro. à Clero odium ob impietatem ſuſtinuit, quartoq; de-
Ioannes xvj. ceßit menſe. Ioannes XVI. Romanus Othone III. imp.
Dccclxxxj. cuius auxilium implorauit, pulſus à Creſcentio Cos. Roma-
no in Hetruriam. Quo timore perterritus Creſcentius &
Pontificem reduxit, & ad genua ei procũbens ueniam præ-
teritorum petijt. Hic enim Hadriani molem occupauerat, ex
quo arx Creſcentij dicebatur. Sedit Ioan. an. x. menſes VI.
Gregorius v. dies x. Gregorius v. Saxo genere, Othonis III. propin-
quus, pulſus à Creſcentio Cos. ſuffecto Pſeudopontifice quo-
dam Ioanne, ab ipſo Othone reſtituitur, qui primo in arce
Creſcentium Cos. & Ioannem obſedit. Illi ſpe ueniæ ſuppli-
Electores Imperatoris ces ad Imperatorem adeuntes, alter in uia trucidatur, alter
Ioannes exoculatur. Hic inſtituit ut deinceps Imperatores
Romani à ſex Germanis uiris addito rege Boemiæ legeren
tur. Ii ſunt Colonienſis & Maguntinus, & Treueren. Præ-
ſules, Dux Saxoniæ, Comes Palatinus, March. Brandebur-
genſis: anno M. II, Sedit an. II, men. VIII. Huius elogium
ſepulcri conditi apud aram diui Gregorij in Baſilica Petri
uitam eius teſtans, legitur hodie his uerſibus barbaris:

Hic quem claudit humus, oculis uultuq; decorum
Papa fuit Quintus nomine Gregorius.
Ante tamen Bruno Francorum regia proles,
Filius Othonis de genitrice Iudith.
Lingua Teuthonicus, Vuangia doctus in urbe,
Sed iuuenis Cathedram ſedit apoſtolicam.
Ad binos annos & menſes circiter octo,
Ter ſeno Septembruo commemorante dies,
Pauperibus diues per ſingula ſabbata ueſtes
Diuiſit numero cautus apoſtolico.
Vſus Franciſca uulgari, & uoce Latina,
Inſtituit populos eloquio triplici.
Tertius Otho ſibi Petri commiſit ouile,
Cognatis manibus unctus in imperium.
Exuit at poſtquam terrenæ uincula carnis,
Aequiuoci dextro ſubſtituit lateri.

Deceßit XII. calendas Martij. Ioannes XVII. Græcus, Ioan. xvij.
præſul Placentinus, quem ſuprà dixi, à Creſcentio per ſedi-
tionem creatũ, & ab Othone eiectum, ſedit menſes x. Syl- Silueſter ij. M. iij.
ueſter II. Gallicus, Othone III. imperante ſedit annos qua-
tuor, menſem I. dies x. Hic olim monachus Hiſpali artibus
liberalibus eruditus, mox per largitionẽ ſacerdotia, poſtre
mo pontificatum adeptus, dæmonem malum de uitæ longitu
dine conſuluit: ille reſpondit, ut caueret Hieruſalem. Impru-
dens Sylueſter in æde ſanctæ crucis in Hieruſalem dicta ſa-
crificans, diem extremũ adeſſe ſenſit. Faſſus igitur delictum,
publice iußit moriens, ut eius cadauer equis daretur trahen
dum, ubi demum illi conquieuiſſent ibi tumulari. Diuina igi-
tur prouidentia ad baſilicam Lateranen. ſemper peruenere, Ioan. x viij.
ubi & ſepultus. Ioannes XVIII. ignobilis, ſedit menſes
quatuor, dies XX. Ioãnes XIX. Romanus è regione Pon Ioannes xix.
tis, ſedit annos quatuor, menſes IIII. Sergius IIII. Ro- Sergius iiij.
manus, ſedit annos II. men. VI. uir ſanè probus. Benedi- Benedict. viij.
ctus VIII. Tuſculanus, Henrico imperante, quem Romæ
diademate redimiuit, ſedit annos XI. menſem I. dies XII.

Ioannes XX. Romanus, Conradum imperatorem diade- Io. xx. M. xx.
mate redimiuit. ſedit annos IX. dies IX. Declaratus nullis
antea initiatus ſacris. Vexatus inſuper à Romanis, ab eodem
Conrado defenditur. Deniq; eius uita magnopere laudatur.

Benedictus IX. Tuſculanus Benedicti VIII. nepos, ſedit Benedict. ix.
annos x. menſes quatuor, dies XIIII. uir probroſus & in-
famis. Quare à populo Romano pulſus Sylueſtro III. ſuffe Sylueſter iij.
cto, deinde reſtitutus. Sylueſter III. Romanus expulſo Be
nedicto per factionem ſurrogatus, tantum dies XXXIX.

Gregorius VI. Henrico II. imperante, ſedit annos II. Gregorius vj. M. xl.
menſes tres, in eo tumultu ac ſchiſmate creatus, quo Benedi-
ctus VIII. fugatus eſt. Sed Henricus celebrata ſynodo, &
Benedictum & Sylueſtrũ, & Grogorium coëgit ſe pontifi-
catibus abdicare, Clementemq; II. fecit. Clemẽs II. præ- Clemens ij.
ſul Bambergenſis in ſynodo, uti ſuprà diximus, factus Henri
co II. cogente, quem poſtea diademate redimiuit, ſedit men- Damaſus ij.
ſes IX. dies VII. Damaſus II. Bauarus natione, per uim
nulloq; populi conſenſu pontificatum occupat, in quo uixit
dies XXIII. Leo IX. Alemanus ab Henrico II. Imper. Leo IX. M. L.
Romam miſſus, petentibus Romanis, quibus ob uitia cleri
quotidie peiores eligentis, neceſſe fuit ad imperatorem con-
fugere. Huic igitur Romam uenienti Ildebrandus Soanenſis
qui poſtea Gregorius VII. fuit, fit obuiã, hominemq; horta-
tur, ut priuato habitu ueniret, electus ab eo qui poteſtatem
eligendi non haberet. Cui cum uir iuſtißimus paruiſſet, ite-
rum à clero eligitur. Ildebrandus ab eo cardinalis ſtatim fa-
ctus eſt. Huius igitur pontificis iuſtitia portento quodam ex
leproſo dicitur emicuiſſe, quem in lecto ſuo collocari man-
dauerat, nec mane poſtea uiſum Chriſtũ putatum. Hic etiam
ut ſcribit Pandulfus oſtiarius Lateranenſis, Normannos in
Apuliam adcerſiuit contra Græcos & Saracenos omnia
contumaciter occupantes: ipſe quoq; eò ſimul adceßit. Hos
tamen poſtea ſæpe nocentes diuerſi ſenſere pontifices. Leo-
nis hoc factum quãquam ex animo pio ſanctoq; uiro, nequa-
quam laudat archiepiſcopus Florentiæ ex autoritate Ioan-
nis de Columna, dictitantis minime eum facere oportuiſſe
quod Petro prohibitum, Mitte gladium tuum in uaginam.
Petrus etiam Damianus in quodam opuſculo damnat cleri-
cos, qui pro tuendo iure rerum externarũ certant, aut bel-
lo intereſſe ſtudent. Nam & Gregorius rapinas iniuriasq;
plures à Longobardis eſt paſſus: Ambroſius item ab Ar-
rianis: uterque ſola patientia dimicauit. Simile leonis fa-
cto, illud quoque Vrbani III. fuit, qui Carolum è Gallia
contra Manfredum excitauit. Ambo, ut idem præſul ait,
rem ſuſcepere ſuperuacaneam, cum externa Chriſtus mini-
me curare mandauerit; ſedit annos v. menſes II. dies VI.

Victor

Victor ij.

Victor ſecundus, Bauarus natione, Henrico II. imper. & conſentiente ſynodum Florentiæ habuit, ubi multos præſules & largitionis & luxuriæ nomine notatos deiecit: ſedit annos II. menſes III. dies XIIII.

Stephanus ix. M.lvij.

Stephanus IX. natione Lotaringus, Caſinenſis abbas, Henrico tertio imperãte: moritur menſe VII. ibiq; ſepultus. Huius opera Mediolanenſis eccleſia Romano pontifici obtemperauit, quæ annis CC. ſe ſubtraxerat.

Benedictus x.

Benedictus X. Veliternus, ſedit menſes nouẽ, dies XX. per factionem quorundam nobilium factus, diſſentiente clero, ejicitur: Velitrisq; unde erat, exulauit.

Nicolaus ij. M.lviij.

Nicolaus II. Sabaudienſis præſul Florentinus, Gerardus antea uocatus, abrogato Benedicto Senis creatur: uir moribus ac literatura probatiſſimus. Henricum III. diademate redimiuit. Robertum Guiſcardi pontificis tributarium regemq; Apuliæ conſtituit. Demum concilio celebrato pontificum electionem ad cardinales tantum reduxit. Sedit annos tres.

Alexander ij. M.lxij.

Alexander II. Mediolanenſis, Henrico III. imperante: cuius auxilio Cadolus Parmenſis electus, ad urbem hoſtiliter contendit. Captus demum, & in concilio Mantuis celebrato ſeſe abdicans, ueniam publice petijt. Huic enim omnis ferè Tranſpadana & Ciſalpina Gallia parebat, præter Matildem comitiſſam. Alexander his geſtis Romam reuertens, in magna exiſtimatione uixit. Sedit annos undecim, menſes quinq;, ſepultus in Baſilica Lateranenſi.

Gregori⁹ vij. M.lxxij.

Gregorius VII. Soanenſis, Ildebrandus nomine, Henrico III. imperante, ſedit annos undecim, menſem unum, dies tres. Hic præter omnes quod uir pius & Chriſtianæ religionis acerrimus defenſor fuerit, labores pertulit magnos.

Cincius præfecti F.

Primum Cincius Stephani urbis præfecti filius, nocte dominici natalis in baſilica ſanctæ Mariæ ad præſepe ſacrificãtem adortus, ui corripit, atq; in turrim quandam Parionis coniecit: unde & à populo Romano liberatus. Mox grauiſſimas cum Henrico inimicitias geſſit, quòd eum tanquam ſimoniæ crimine notatum & rebellem, ſacris interdixerat. Ex quo ille furibundus ad urbem diripiendã properauit: ipſumq; in Hadriani mole obſedit: ad quem liberandum Robertus Guiſcardus, Apuliæ dux, reſiſtentibus Romanis occurrit: ingreſſusq; per Flaminiam portam populabundus, fugato Henrico, pontificem obſidione ſoluit: ſecumq; duxit Salernum, ubi & deceſſit. Nepos eius ex fratre in Septizonium confugiens, turpiter ſe dedidit.

Victor iij.

Victor III. abbas Caſinẽſis, ſedit annum, menſes quatuor, Moritur ſuſpicione ueneni iuſſu Henrici dati.

Vrbanus ij. M.lxxxvij.

Vrbanus II. Henrico III. imperante. Sedit annos tredecim, menſes quatuor. Acta Gregorij VI. contra ipſum Henricum probauit in concilio Placentino, fauente Matilde comitiſſa. Inde profectus apud Clarummontem alio celebrato concilio, populos Chriſtianos ad recuperandam Hieroſolymam incendit. Reuerſus Romam, Ioannis Pagani, cuius ſeditioſiſſimi motu omnia miſcentis, in ædes Petrileonis potentiſſimi ciuis, apud ſanctum Nicolaum in carcere Tulliano ſeſe biennio recepit, ubi & deceſſit. Cadauer trans Tyberim clam, metu inimicorum, delatum. Hic primus pallium Mediolanenſi archiepiſcopo tradidit: poſt eum Toletano, quem & primatem regni Hiſpaniæ fecit. Hoc item tempore ordo Cartuſienſium initium cepit. De quo alias.

Paſcalis ij. M.c.

Paſcalis II. ex Flamina oriundus, Henrico IIII. imperante. Quem Romam uenientem, ad gradus Petri baſilicæ excepit: ingreſſusq; unà templum, per proditionem unà cum cardinalibus ab eo capitur, quòd non probaſſet præſules ab eo in Germania factos. Itaq; ductus ad montem Soractem, ibi fuit, donec compulſus eſt ei adſentiri ſimul: & eum, cuius cauſa uenerat, diademate redimire. Fuere hoc tempore Petrus Columna, qui Cauios pontificis oppidum occupauit. Ptolemæus princeps ſublaquenſis, Albam. Stephanus Corſus baſilicam Pauli, ubi caſtellũ ad excurſiones fecerat. Hæ nanq; familiæ illuſtres Romæ abſente pontifice, qui in Apuliam ſeceſſerat, omnia diripuere: quæ Paſcalis cum exercitu reuertens facile recuperauit: ac poſt diſceſſum imperatoris in concilio Lateranenſi, omnia ui facta retractauit. Sedit annos octodecim, menſes ſex.

Gelaſius ij.

Gelaſius II. Caietanus, Henrico IIII. imperante, ſedit annum, menſes decem, ſtatim renuntiatus pontifex, irruptis conclauis foribus, à Cincio & Leone Fraiapanibus captus, calcibusq; petitus eſt: quòd ægreferrent non fuiſſe creatum unum è ſuis.

Cincius & Leo Fraiapanes

Deinde in eorum domos perductus, paulò pòſt à populo Romano liberatur. Poſtea aduentante ad urbem Henrico ſibi timens Oſtiam, deinde Ardeam, poſtremo in Apuliam confugit. Diſcedente autem Henrico, Romam reuerſus à Gregorio pſeudopontifice ab eodem imperatore facto, multa paſſus eſt, latebras ob metum quæritando. Tandem in ſancta Praxede dum ſacrificaret, irrumpentibus inimicis uix incolumis euaſit. Hinc in baſilicam Pauli conuocatis cardinalibus, ſeq;, eccleſiamq; commendans, ex Oſtia Piſas mari aduehitur: inde in Galliam, ubi apud cœnobium Cluniacenſe moritur. Cœpere hoc tempore Templarij apud Hieroſolymam.

Calliſtus ij. M.cxx.

Calliſtus II. Burgundus, Henrico IIII. imperante, abſens, ob doctrinam & generis nobilitatem creatur. Veniens ad urbem Piſis, deinde Volaterris iter fecit, ut in eorum hiſtoria continetur: ædemq; Petri Volaterris dedicauit: ac parte reliquiarum Petri & Pauli donauit: quæ ſub ara latentes, & diu ignoratæ eruta tandem æde annis abhinc ferè XXX. impietate Florentinorum arcis ædificandæ gratia, cum arcula inſcripta prodierunt, prodigiumq; ex his publice uiſum: paulò pòſt dum ſacrificatur, ciuem morbo diuturno incuruatum, ægreq; ambulantem, ſtatim liberatũ, qui adhuc uiuit. Calliſtus igitur in primis pſeudopontificem Gregorium Sutrij quorundam potentum fauore ſeſe tutantem, exercitu miſſo cepit, uitaq; donatum in cœnobium relegauit. Deinde Beneuentum proficiſcitur ad tutãdum Rogerium, fratrem Guilelmi comitis Apuliæ. Qui contendens Conſtantinopolim ſpe nuptiarũ filiæ Alexij imperat. regnum ei cum fratre commendauerat. Reuerſus inde Romam morbo adfectus, ubi primum conualuit, apud Lateranum concilium celebrauit: ubi actum de ſupplemento Chriſtianis mittendo, qui tunc res in Aſia pro religione gerebant. Sedit annos V. menſes X. dies VI.

Honorius ij.

Honorius II. ex agro Forocornelienſi oriundus, uir laudandus, ſedit annos V. menſes II. ſepultus in baſilica Lateranenſi.

Innocẽtius ij. M.cxxviij.

Innocentius II. Romanus, è regione Tranſtyberina, Lotario imperante, ſedit annos XIIII. menſ. VII. dies VIII. Contra Rogerium Apuliæ comitem mouens, ab eo capitur, pauloq; poſt dimittitur, reuerẽtiæ gratia. Pontifex ei omnia præter regis titulum, quem ante omnia ille optabat, cõceſſit. Reuertens pſeudopontificem Romæ, filium Petrileonis offendit: cuius metu perterritus per mare Piſas, inde in Galliam ad Philippum regẽ aufugit: apudq; Claromontẽ, conuento diuo Bernardo magnopere recreatus, conciliũ celebrat, ubi pſeudopontificem hoſtem eccleſiæ iudicauit. Inde reuerſus cum Lotario imperatore, Piſis ſubſtitit: eamq; ciuitatem diu cum Genuenſibus diſcordem conciliauit: Romam poſtremo ueniens cum eodem Lotario nuſquam pſeudopõtifice reperto, aliam ſeditionem exortam uidit, Romanorũ qui ſenatores, conſulesq; creabãt, more uetuſto, erepta ſacerdotibus facultate. Quare põtifex apud Lateranũ concilio celebrato, multa ipſis ſacerdotibus utilia ſtatuit. Inter alia, ne quis in prædijs ſacerdotalibus ſucceſſorẽ ſibi conſtituere poſſet.

Cæleſtinus ij.

Cæleſtinus II. Tifernas, ſeu è caſtro Felicitatis, ſedit menſes V.

Lucius ij.

Lucius II. Bononienſis, Conrado II. imperãte, ſedit menſes XI. dies IIII.

Baliardus philoſophus

Hoc tẽpore Baliardus philoſophus quidã Gallicus, ac peripateticus, Pariſijs prodijt, uir doctiſſimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ab orthodoxis tamen in quibuſdam aberrans, à quibus nec per ſynodum iuſſu regis Ludouici huius gratia coactam auelli potuit, quin in loco deſerto cum ſocijs nonnullis omne æuum abſtinendo exegit.

Eugenius iij. M.cxxxvij.

Eugenius I I I. Piſanus, Conrado I I. imper. ſedit an. V I I I. dies X X. Hic cum Romanos in ſeditione cœpta ſub Innocentio I I. perſeuerantes uideret, quòd imperium adripuiſſent, ob metũ ad Farfenſe cœnobiũ aufugit, ubi cum non ſatis tutus uideretur: Tyberi Oſtiam delatus, mox Piſas inde in Galliam ſe recepit: ubi etiam conuento diuo Bernardo, à quo monachus olim factus fuerat, maxime lætatus: Ludouico regi ex uoto contra Saracenos ire paranti, bene ac feliciter dixit. Inde illius auxilio tutus Romam reuertens, à ciuibus ſedato tumultu humaniter exceptus eſt. Hinc & porticum ſanctæ Mariæ ad præſepe extruxit, ut eius etiam indicat inſcriptio.

Anaſtaſius iiij.

Anaſtaſius I I I I. Romanus ſedit annos I I. men. I I I I. De quo nil aliud fertur, niſi quod pulcherrimas ædes apud Pantheon ædificauit.

Hadrianus iiij.

Hadrianus I I I I. Anglicus natione, Frederico Aenobarbo imperante, ſedit annos I I I I. menſes X. Imperatorem ipſum apud Lateranũ diademate redimiuit, aduerſantibus Romanis, portamq́; claudentibus. Guilelmũ Siciliæ comitẽ utriuſq; Siciliæ regẽ creauit. Circa Vulſinios nonnulla oppida recõcinnauit: Radacophanũ in agro ac ditione nunc Senenſium, arce & mœnibus munijt, ubi quandoq; habitauit. Pertæſus tandem ſtatum Romanorum quotidie tumultuantium & ei aduerſantium, ſeceßit Arignanum ubi & moritur. Relatus inde in urbẽ, & in baſilica Petri ſepultus.

Alexander iij. M.cxl.

Alexander I I I. Senenſis Frederico Aenobarbo imperante, ſub quo multa paſſus eſt. Initium malorum Victor pſeudopontifex ad eum confugiens. Alexãder uerò ad Gualuagnum Mediolani tunc principẽ ſe recepit. Quare imperator furibundus in Italiam ueniens, Mediolanum, aliasq́; terras quæ cum eo conſpirauerant, deſolauit. Ex quo omnis ferè trans Padũ regio defecit ad Alexandrum: eiuſq́; nomine Alexandriam condiderunt. Mortuo Victore alium ſucceſſorem Paſchalem imperator, poſt hunc Calliſtum: poſtremo Innocentium conſtituit, qui omnes ſuperſtite Alexandro periere. Igitur à Mediolano diſcedens in Galliam contendit: hortante Philippo rege, concilioq́; apud Claromontem habito: Victorem tunc uiuentem damnauit. Mox à Romanis reuocatus eſt. Imperator quando & rebellantes trans Padum ciuitates & pontificem reuerſum uidit, extemplo in Italiam properat: ille timore perculſus habitu coci ignotus, Venetias aufugiens ad diuæ uirginis de Charitate cœnobium diuertit: ubi tãdem cognitus, & à Sebaſtiano tunc duce ſummo honore in palatium perductus eſt. Cuius inimicos ulti Veneti, Othonẽ Frederici filium aduerſus uenientem bello nauali ceperunt, qui cauſa pacis deinde fuit. Fredericus capto filio, ſequenti anno Venetias ex fœdere uenit. Ad pedes Alexandro procumbens ueniam præteritorum petijt, dicens: Non tibi, ſed Petro. At ille reſpondit: Et mihi, & Petro. Romam poſtremo reuertens, cõcilium apud Lateranum celebrauit, moriturq́; cum ſediſſet annos X X I. dies X.

Lucius iij. M.clxxxij.

Lucius tertius Lucenſis Frederico imperante, à quo obtinuit ſuis Lucenſibus, ut Hetruſci non alia quàm Lucenſi moneta uti poſſent, ſicut & in Tranſpadana regione Papienſi. Cum contenderet ut conſulum nomẽ Romæ extingueretur, aduerſantibus illis, ob metum ſeceßit Veronam ubi & extinctus eſt, cum ſediſſet annos quatuor, menſes duos.

Petrus Comeſtor
Petrus Lombardus
Ioachimus abbas

Fuere ſub hoc tempore Petrus Comeſtor qui utriuſq; legis hiſtoriam ſcripſit, quam eccleſiaſticam uocant. Item Petrus Lombardus, patria Nouarienſis, præſul Pariſienſis, qui ſententiarũ libros edidit quatuor, ex ſanctorum dictis. Abbas quoq; Ioachimus in Calabria apud Cœnobium Floris ab eo conditum, qui uaticinia quædã ænigmatica reliquit.

Gratianus

Gratianus monachus S. Proculi, natione Tuſcus, doctor Bononienſis autor Decreti, qui ſpurius fuiſſe traditur. Omnes hi ſanè parum inter ſe tẽporibus differũt.

Vrbanus iij.

Vrbanus tertius Mediolanẽſis, Frederico Aenobarbo Imp. Audito nuntio de Hieroſolyma à Soldano capta, dum Venetias proficiſcitur parandæ claßis gratia, Ferrariæ in itinere præ animi dolore moritur, cum ſediſſet annũ, menſes X. dies X X V.

Gregor. viij. M.xc.iij.

Gregorius V I I I. Beneuentanus dum Piſas properat pacem conſtituturus inter eos & Genuenſes, utroſq; uerò animaturus ad Hieroſolymam recuperandam, ibidem moritur: põtificatus die L V I I.

Clemens iij.

Clemens tertius Romanus Frederico Aenobarbo imper. ſedit annos duos, dies X V I. Hoc maxime hortante imperator unà cum cæteris tunc principibus Chriſtianis in Saracenos expeditionem ſumpſit: de qua alibi plura diximus. Hic & atrium ſancti Laurẽtij extra mœnia fecit, Lateranenſem Baſilicam exornauit.

Cæleſtinus iij. M.cx.j.

Cæleſtinus tertius Romanus Henrico V. imper. Cui regnum Siciliæ conceßit, Guilelmo ſine hærede extincto, tradita ei in matrimonium Conſtantia Rogerij filia è Cœnobio Panormitano euocata. Primus ædis pontificales apud Petrum & Lateranenſem Baſilicam ædificauit, ut inſcriptio in æreis adhuc ualuis Laterani oſtendit. Sedit annos V I. men. V I. dies X X I.

Innocẽtius iij. M.cxcviij.

Innocentius I I I. Anagninus è comitum familia Othonem I I I I. imperatorem diademate cinxit. Cõcilium Lateranenſe celebrauit.

Almericus

Almericum hæreticum qui dicebat ideas in mẽte diuina creare ac creari, cremari apud Pariſium mandauit. Decretales aliosq́; libros cõplures compoſuit. Xenodocheum ſancti ſpiritus in ſaxia fecit. Altare ſancti Petri, ut fornix indicat, exornauit. Xyſti templum reſtituit: Turrim quam nunc Comitum uocant excitauit, non ſine nota ambitionis ac expẽſæ ſuperuacuæ, inter tot hominis uirtutes hæc tantum ei adſcripta. Moritur Peruſij pontificatus anno X V I I I.

Honorius iij. M.c.xvj.

Honorius I I I. Romanus Frederico I I. imper. quem ditionem pontificis uſurpare conantem ſacris interdixit. Petrum Altiſiodorenſem imperatorem Conſtantinopolitanum cum Iole uxore in Baſilica Laurentij extra mœnia diademate redimiuit. Ioannem cardinalem Columnenſem legatum in Aſiam cum ijs copijs miſit, quas Innocentius coẽgerat. Fecit Aedis Caſemarij, ordines Frãciſci & Dominici probauit. Sedit annos X I I I. mẽſes V I I I. dies X I I I.

Gregorius ix. M.ccxxvij.

Gregorius I X. Anani gnus è Comitum familia, Innocentij I I I. nepos, in Septizonio electus, ſententiam Honorij in Fredericum probauit, quem poſtea in gratiam redeuntem exſoluto cenſu, deinde iterum rebellantem, celebrato apud Lateranum cõcilio ſacris iterum interdixit, imperiumq́; ei abrogauit. Cumq́; audiſſet quòd is fretus auxilio Piſanorũ quoſdam cardinales è Gallia adcerſitos partim cepiſſet, partim mari depreßiſſet, ex animi dolore extinctus eſt. Dominicum & Antonium Vlyßiponẽſem ac Heliſabetam Pannoniæ regis filiam inter ſanctos retulit. Seceßit Peruſiam ob uarios in urbe tumultus. Seditionemq́;

Annibalum familia

cuiuſdam Annibalis ex Annibalum familia uix euaſit. Hic munus ſenatorium unà cum Pandulfo Sabello obiuit, ac abſente pontifice nouam tunc primum hæreſeos ſectam excitauit, adſcitis ad hoc quibuſdam ſacerdotibus, quo autore Pop. Rom. in eccleſiam Dei coniurauerat. Iam ſenator more ueterum rogabat, populusq́; ſciſcebat, ac omnia prope oppida in poteſtatem redegerat. Quod malum ulterius ſerpere, & Tyberis inundatio, & peſtilentia ſubſecutæ, præterea Gregorij reditus ad urbem prohibuerunt. Re deprehẽſa ac extincta, Gregorius nihil ulterius in Annibalẽ animaduertit, quàm eum ſenatorio munere deiecit.

Americus Comes

Hoc item tempore Americus dux quidam Gallicus qui plura contra Saracenos geßit, in pretio fuit. Cuius ſepulcrum in baſilica Petri cernitur hodie, cũ hoc elogio. Hic iacet Americus comes Montisfortis, Franciæ coneſtabilis, qui contra Albigenſes pro

fide

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

fide catholica ſæpius dimicauit:poſtea contra Saracenos ad
partes Syriæ transfretauit : à quibus in bello captus fuit, &
diu in captiuitate detentus. Tandem per treugam liberatus
dum rediret ad propria apud Hydruntum expirauit anno
Fragepanes Iacob.& Pet.Capotii domini M.CCXLI. Erant tunc Romæ potentes, Petrus,
& Io.Cincius ſenator Fragepanes,partium Frederici:quos
pontifex quanquam formidabat,rediÿt tamen Iacobi Capotij
ciuis Rom.potentia fretus. Is enim Cincio reſtiterat, eiusq;
adhuc nomen legitur in tabernaculo opere muſeo, eius im-
penſa extructo in baſilica S. Mariæ ad præſepe : in qua &
Petrus item Capotius cardinalis ſepultus eſt, qui aduerſiſsi-
mus Frederici fuit:ac Xenodocheum S. Antonij non procul
ab eadem, & Atheneum Peruſinum, quod uocant Sapien-
tiam,de ſuo nomine excitauit. Gregorius item moritur pon-
Cæleſtinus iiij. tificatus anno XIII. Cæleſtinus IIII. Mediolanẽſis ſe-
dit dies XVIII. Vacauit ſedes menſes XX. donec cardina-
les à Frederico capti opera Balduini imp. Conſtantinopoli-
Innocentius iiij. M.ccxliiij. tani reſtituerentur. Innocentius IIII. è Fliſco ac ex La-
uaniæ comitibus,Frederico II. imperante,quem antea ma-
gnopere amicum,in pontificatu inimicum habuit.Quapro-
pter eius iram fugiens, Centumcellas proficiſcitur. Inde in
Galliam transfretauit, ubi libere contra eum ſententias ſu-
periorum pontificum comprobauit. Ludouico deinde rege
expeditioni Hieroſolymitanæ ſe accingente collaudato, re-
uerſus eſt in Italiam:ac Petrum martyrem ordinis prædica-
torum,& Stanislaum præſulem Cracouienſem inter ſanctos
retulit. Vir in primis iuris peritiſsimus. Apparatum Decre-
talium:præterea Autenticas edidit, & de iuriſdictione im-
perij,autoritateq; pontificis librum ſcripſit,cõtra quendam
Petrum Vineam,omnia imperatori tribuentẽ, quem apolo-
geticum appellauit. Moritur Neapol.unde Romam relatus,
& in baſilica Laurentij conditus eſt,anno pontificatus XI.
De Cardinalium institutione menſe VII. Hic etiam cardinales ut pileo uterentur roſeo,
& equo ueherentur,inſtituit. Ipſum cardinalium nomen,ab
initio epitheti honoratioris appellatio fuit. Nam alibi cleri-
cum cardinalem, & canonicum cardinalem legimus,id eſt,
præcipuum,aut principalem,quo honore urbani dignaban-
tur. Sicut enim urbis Romæ epiſcopus cæteris præſtabat,ſic
etiam clerus Romanus,cui titulos Euariſtus primus omniũ
diſtribuit. Iidemq; pontifici de communibus fidelium rebus
adſiſtebant. Cardinales deinde poſteris appellati. Gregorij
primi extat epiſtola ad Populonienſes,aliquem preſbyterum
ſacramentorum gratia requirentes: Mittimus,inquit,uobis
dilectum filium A.preſbyterũ cardinalem. Pompa his ſplen-
dorq; comitum & ornatus defuere:quos Innocentius addi-
dit,uti diximus. Noſtra quoq; ætate Paulus etiam capitis te-
gmenta ruſſata. Inuenio item in antiquis tabulis apud eccle-
ſiam Aretinam donationis cuiuſdã Zenobij ſenatoris Rom.
eidem eccleſiæ tempore Damaſi pontificis factæ, ubi eſt hu-
iuſmodi ſubſcriptio: Et ego Io.S.R.E.diaconus cardinalis ex
parte Damaſi pont.laudo & confirmo. Item in alijs tabulis
donationis Caroli Magni cœnobio S. Anaſtaſij Romæ, ſub-
ſcriptio huiuſmodi: Et ego Leo epiſcopus Rom.eccleſiæ ſub-
ſcribo. Et ego Carolus Imp.ſubſcribo. Et ego Guilelmus S.
Sabinæ cardinalis ſubſcribo. Vbi obiter notandum pontifi-
cem Rom.ſolitum ſe ſubſcribere,epiſcopum Romanæ eccle-
ſiæ : multo rectius quàm hodie,epiſcopum catholicæ eccle-
ſiæ. Nam ſi Romana, catholica eſt, honorem igitur hunc al-
Alexãder iiij M.cclv. mæ urbi eripere uidentur. Alexander IIII. Anagninus
Frederico II. imperante,ſedit annos VI. Ecelinum de Ro-
mano & Manfredum Siciliæ regem pontificum hoſtes per-
ſequutus eſt,miſſo legato Octauiano Vbaldino,qui ſubditos
contra eos in officio confirmaret. Templum cõtinuum diuæ
Agnetis ædi,quod Bacchi fuerat,Cõſtantiæ dicauit. Claram
uirginem Aſiſinatẽ inter ſanctos retulit. Moritur Viterbij.

Vrbanus IIII. Gallicus ſedit annos III. menſem I. dies Vrbanus iiij. M.cclxij.
IIII. Oppugnatus à Manfredo rege, Carolum Andega-
uenſem,Ludouici ſancti uiri fratrem, ad regnum adcerſiuit.
Peruſij deceſsit: ſepultus in æde Laurentij. Romani per ab-
ſentiam eius iterum libertati ſtudentes, Bandereſios creant Bandereſii creati
nouos magiſtratus, qui uitæ neciſq; haberent poteſtatem.
Senatorem priuatum hominem,quendam Brancaleonem Bo
nonienſem legerunt,quem paulò pòſt fugatum iterum reuo-
carunt. Clemens IIII. Narbonenſis, Frederico II. im- Clemens iiij.
perante,ſedit annos III. dies XXI. Is ad ſcientiam iuris
mores ſanctiſsimos addidit. Duas filias ex matrimonio ei na-
tas habuit,quarum alteri CCC. libras Turonenſes pro do-
te tantum adſignauit. Alteri ſacræ uirgini XXX. Nepotem
ex fratre treis obtinentem præbendas, duas relinquere coë-
git. Moritur Viterbij:poſt quem ſedes biẽnio uacauit,quum
non ſatis dignus inueniretur ſucceſſor. Gregorius X. Pla- Gregorius x.
centinus Rodulpho imper. Hic ante omnia pacem inter Ge- M.cclxx.
nuenſes & Venetos diu concertantes conſtituit. Deinde
Florentinos pontificis oppida inuadentes ſacris interdixit,
proficiſcensq; in Galliam Lugduni concilium celebrauit. In
quo Michaël Palæologus imper. Conſtantinopolitanus cum
Romano dogmate rurſus conuenit, cum eius maiores duo-
decies antea conueniſſent,ſemperq; deſciuiſſent. Interfuit &
Philippus rex. Reuertens inde Romam,ac iter prope mœ-
nia Florentinorum faciens eos interdicto,iam ferè triennali
ſoluere negauit. Moritur Aretij in itinere, ibiq; ſepultus,
atq; ut uir ſanctus adoratus,cum ſediſſet annos IIII. menſ.
II. dies II. Innocentius V. Burgundus ord.prædica.crea- Innocẽtius v.
tus Aretij,ſtatim Romam profectus,in baſilica Petri Mitræ
conſecrationisq; ſolennia peregit, ſedit menſ. VI. dies II.
Hadrianus V. è Fliſco Innocentij IIII. fratris filius. Mo- Hadrianus v.
ritur Viterbij, die XL. Ioannes XXI. Vlyſsiponenſis uir Ioannes xxj.
admodum literatus, ut qui multa ſcripſerit, uerum rebus
agendis parum prudens. ſedit men. VIII. Moritur Viterbij
ex ruina conclauis. Nicolaus III. Vrſinus compoſitus Micolaus iij.
uulgò appellatus ob morũ modeſtiam, Iordanum fratrem, M.cclxxvij.
Latinumq; fratris filium in patrum collegium cooptauit.
Carolo II. Siciliæ regi maxime inimicus,eoq; de officio ſe-
natorio deiecto,inſtituit,ne quis princeps eum locum deinde
obtineret. Petrum Aragonem ratione Cõſtantiæ uxoris ſol-
licitauit,uti eius regnum inuaderet. Aedem Lateranẽſem re-
ſtituit: Sacellũ S. ſanctorum de nouo conſtruxit:depoſitis illic
apoſtolorum caluarijs donec templũ reconcinnaret. In Pe-
tri baſilica antiquo numero canonicos regulares adiecit, ut
ſimul cohabitarẽt. Eius imago rem hãc teſtans,prope Lym-
phatorũ columnã paulò antè uiſebatur : ad cuius pedes pro-
ſtrati religioſi, eius dicta excipientes erãt. Notarios & ta-
belliones,ut pauperũ ſanguine uictitantes,ab ſe reiecit: Gre-
gorium X. & Ioannem XII. imitatus:uno tantum uitio inter
eius laudes accuſatus, immoderati erga ſuos amoris,tradens
eis quæ ab alijs iuſtis de cauſis erepta fuerãt. Inter quæ Su-
rianum,ubi etiam moritur, quum ſediſſet annos IIII. dies
XXI. Vrſinorum genus hic commemorare fas fuerit, ex Vrſinorum familia
Petrarchæ primum autoritate, qui hoc in antiquo codice ſe
reperiſſe teſtatur. Anno ſiquidem D.LXXXVIII. Mau-
ricio imp. & Pelagio II. ſedente : Longobardi ſub Artari
Flauio rege Saturniam in Hetruria poſt longã obſidionem
diripuere, fruſtra auxiliantibus Gabinio Sorano Roſcio &
Anguillario nobilibus tunc ducibus. Quumq; Romã deinde
obſidione cinxiſſent: Vrſinus & Primienus fratres C. Vrſi-
no geniti,qui Spoletum tuebantur,cum exercitu auxilio ue-
nerunt:potitiq; à S.P.Q.R. ſigna quæ nunc geſtant: præ-
terea ciuitate ſunt donati, locumq; in regione Arenulæ iu-
xta Tyberim ad habitandum conſequuti. His alij quinque
fratres fuere : Tarquinius,Quintiolus,Sextinus,Carentius,
& Se

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

& Secundinus. Ex his deinde deſcendere Conſtantinus & Ramundus Vrſini, qui ſub Carolo Magno aduerſus Longobardos militarunt: præterea Pitilius, qui Pitilianum in Hetruria condidit. Hæc ex Petrarcha. Reperta eſt deinde poſteris Romæ inſcriptio huiuſcemodi. Vrſus Alius, cuius ſatrapes ex Vmbria in armis floruit adoleſcens, uir poſtquàm factus eſt capitolium reſtituit: tabellas condidit: uixit annos XLVIII. Nonnulli ab eo repetunt Vrſo milite qui Maximum tyrannum poſt Valentiniani mortem interfecit. Alium igitur poſt hos Vrſum annis ab hinc D. ueniſſe item ex Vmbria cum prole numeroſa in eorum monumẽtis comperiunt. Huius filij quum eſſent in bello præſtantes, loca urbis munita occupauere. Theatrum Pompeij, molem Hadriani quæ poſtea pontifici ceßit, ac montem qui Iordanus ab uno ex eis qui eum ceperat eſt appellatus. Item extra urbem uicina caſtra, quæ nunc poßident trans Tyberim. In latio quoq; Marinum & Neptunum olim Antium, uſq; ad Alfonſum regem poſſedere, quo tempore Columnenſibus ab eo regno pulſis hæc cum Sarno commutauerunt. In quo & ipſi regno partim ui, partim principum liberalitate, plurima tenuerunt. Inter quæ Nolam annis CCCC. Qui uerò ex recentioribus claritatem habebant: Bertholdus ipſius Nicolai nepos, Romandiolæ comes ab eo factus. Rainaldus qui auxilio Florentinis proficiſcens apud Aquilam obijt. Alter Rainaldus Plumbini princeps. Roſcius Anguillariæ comes, qui Carolo primo regi Neapolit. militauit, ac in obſidione Vrbini ſub Guidone duce Feretrano extinctus eſt. Vrſus item Anguillariæ comes Cos. Romanus, qui omnia ferè adminiſtrabat: Petrarchamq́; laurea poëtica redimiuit. Paulus, qui pontificis partes contra Ladiſlaum regem tutatus eſt. Petrus Ioan. Paulus ex comitibus Monapelli, qui N. Picininum apud Anglare profligauit. Ramundus Iacobi, ducis Nicolai filius, pulſus à patre cum execrationibus: ac in Hieroſolymitanam expeditionem profectus: uirtutem pro fide orthodoxa oſtentauit: hoſte audacißimo prouocante interfecto, ac calce in cadauer ſanguinolentum impreſſo, rubram poſtea inferioris calcei partem pro inſigni ornatus geßit. Reuertens ex Gallis dominantibus. Tarentinum principatum eſt mercatus. Mariamq́; matrimonio ſibi iunxit è Baltiorum familia, ſuorum hæredem.

Baltiorum familia

Hæc enim Baltiana progenies ab initio Gallica, Carolum primum ad Siciliæ regnum comparandum eſt comitata, cui pro meritis Venuſium, Altamura, nonnullaq́; alia circa oppida in Apulia ſunt data. Hanc igitur Ramundus cum patria ditione & adoptione nominis Baltiani ducens: poſt annos aliquot deceßit, liberis ſuperſtitibus. Illa uerò rurſus Ladislao regi cum toto imperio hac lege nupſit, ut filios in re paterna conſeruaret. Inter hos Ioannes Antonius, qui Tarento, Nolæ, Aſculo, cæteræq́; paternæ hæreditati ſucceßit. Is unà cum duobus alijs Vrſinis ad Alfonſum in regnum Siciliæ ſollicitandum profectus eſt. Fuere autem hi, Vrſus Iacobi pater Rainaldi nunc præſulis Florẽtini auus. Alter Franciſcus urbis præfectus, Grauinæ dux primus qui Venetis militauit, cuius poſtea nepos captus eſt à Cæſare Borgia, ac unà cum alijs ſtrangulatus. Alfonſus in regno confirmatus, eiectis Columnenſibus, Vrſinos extulit, Raimundumq́; Vrſinum qui ei militauerat, Salerni principem, Nolæ Aſculiq; ducem conſtituit, cui tantum filia Iſabella ſuperſtes, Ioannis Iordani principis Brachiani mater fuit. Hoc extincto, Ferdinandus rex Robertum è Seuerinatum familia, qui optimam ei nauarat operam, Salerni principem fecit, cuius filius Antonellus contra eum poſtea coniurauit. Ioannem Antonium Tarenti principem quem aduerſarium habuit, necari demum iußit, filio eius Frederico principatu tradito, Vrſum uerò conſeruauit. Hic enim è ſtirpe Vrſinorum Soanorum, qui Pitiliano dominantur, auxilio Ioannis Antonij ſupradicti, Nolæ Aſculiq; dux factus erat, ab initioq́; ſimul cum alijs contra regem, deinde transfuga unà cum Roberto equite, cardinalis Latini fratre, pro rege in acie ſtetit: motus, ut aiunt, precibus uxoris. Morienſq́; duos filios nothos regi commendatos, ditionis hæredes reliquit. Verùm paucis poſt annis ab eodem rege cauſante non eſſe illius filios: matre etiam ſeu ui, ſeu pretio teſtante, eiecti fuere. quæ ſanè cauſa fuit, uti poſtea cæteri proceres ſibi timentes, ſub Innocentio VIII. exitu infelici rebellauerint, ut alibi narraui. Nunc Nolæ, Pitiliani comes Nicolaus uir ſtrenuus, qui Venetis militat, ſucceßit. Alia uerò ſtirps ex Ioanne fluxit, illo, cuius in ſacello Petronillæ uiſitur ſepulcrum. Is quatuor reliquit, Franciſcum præfectum quem ſuprà nominaui, Iordanem card. Vrſinum, regni Siciliæ magnum cancellarium, & Carolum quaterna prole illuſtrem, quæ patris auiq́; luminibus obſtruxit. Hi fuere Latinus cardin. magna inter patres autoritate, tantum extollendæ familiæ deditus, in reliquos inofficioſus. Neapuleo, domi magis clarus quàm foris ſtrenuus, nam ædium, uictusq́; magnificentia, præterea liberalitate ſuos omnis antecelluit: Robertus quem equitem uocabant, in bello audacißimus, magnum rebus Ferdinandinis momentum adceßit. Ioannes Abbas Farfenſis noſtri ſeculi Apicius lautitia menſarum.

Martinus iiij. M.cclxxxij.

Martinus IIII. Turonenſis, ſedit ann. IIII. menſ. I. Quum Petrum Aragonem claſſem contra Siciliæ regnum clam parantem interrogaret, quid ſibi apparatus uellet, reſpondit ſe interulam laceraturum fore, ſi illam putaret cogitationum ſuarum conſciam eſſe, quod dictum Metelli Macedonici prius fuit. Quare indignam fore expeditionem ratus, eum ſacris interdixit, bonorum eius præda impune diripientibus conceſſa. Moritur Peruſiæ, ubi ob uitæ merita adoratur.

Ricardus ex Annibalium ſtirpe

Non prætereundus hoc tempore Ricardus ex Annibalum Romanorum procerum ſtirpe. Is poſt Nicolai III. ſupradicti mortem, comitijs pontificijs præfuit, & Vrſum Nicolai nepotem præfectura Viterbienſi deiecit: quapropter comitia turbata, quòd cardinales Vrſini duo indignati, Vrſum reſtitui ante omnia peterent. Itaq; Ricardus tumultum cõtra ſe Viterbienſium exortum animaduertens, cõclaue ingreſſus, cardinales eos capit, & in uincula cõijcit, quod ubi Romæ reſcitum eſt, Annibalum factio Vrſinos ab urbe pellit, qui Præneſte ſe receperunt, ac paulò pòſt reuerſi, Annibales ipſi expulere. Ricardus compoſitis tandem rebus, dimiſſisq́; cardinalibus, ueniam à Martini poſtea legato ſuppliciter popoſcit. Hæc domus diu iam Romæ deſijt.

Honorius iiij.

Honorius IIII. è Sabellorum progenie, ſedit an. II. menſ. I. Habitauit in Auentino, ubi ædes quæ nunc extant extruxit. Martini IIII. acta contra Petrum Aragonem quum ille minime deſiſteret, habuit rata. Ordinem eremitarum Pariſijs non receptũ probauit. Carmelitanis album adſignauit amictum. Poſt eius mortem, ſedes menſes X. uacauit, cum pleriq; cardinales ualetudinem ex cæli Auentini grauitate contraxiſſent.

Sabellorum genus

Sabellorum genus ex oppido Sabello dicunt deueniſſe, Columnenſium factionis. Virum habuit clarum Pandulfum, huius Honorij fratrem, urbis ſenatorem: alterum in diſciplinæ ſeueritate Catonem. Poſtea uerò Paulum ducem Venetorum, cui etiam illi ob uirtutem ſtatuam ſtatuere.

Nicolaus iiij. M. cclxxxiij.

Nicolaus IIII. Aſculanus ordinis minorum, habitauit apud Baſilicam ſanctæ Mariæ ad præſepe, cuius apſidem exornauit, uti nunc pictura oſtenditur. Petrum Columnam in patrum collegium cooptauit, cuius adhuc epigramma ſepulcri in eadem Baſilica ſubito ingredientibus humi cernitur. Deceßit in eodẽ loco, cum ſediſſet annos quatuor. Dies octo.

Cœleſtinus v.

Cœleſtinus V. Eſernienſis prope Sulmonem, Petrus Moroneus antea uocatus, ex eremita pontifex Caroli ſecundi regis

& Lati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

& Latini Cardinalis fauore creatus: Aquilæ mitræ ſolennia obiuit, ubi miraculo rei nouæ, ducenta ferè hominum milia ſpectatum conuenere. Sed uir optimus magis ſolitudini natus quàm rebus agendis, perſuaſus à Benedicto Caietano, qui poſtea Bonifac. VIII. & eius ſucceſſor fuit: ſeſe pontificatu menſe VI. abdicauit, à quo poſtea creato pontifice captus in cuſtodia interijt, qui ob patientiam uitæq; merita, inter ſanctos deinde à Clemente quinto relatus fuit.

Bonifac. viij. M.ccc.

Bonifacius VIII. Anagninus ſedit annos VIII. menſes IX. dies XIIII. Annum Iobileum primus inſtituit ac celebrauit, anno M.CCC. quem ritum poſteris mandauit centeſimo quoq; anno ſeruari, antiquæ legis imitatione, licet illa quinquageſimo coleret, uti teſtatur Ioſephus ſimul & Leuiticus cap. XXV. longe religioſius. Nam & ſeruos manumittebat, & debita relaxabat. Bonifacius inſuper Baſilicam Petri tintinnabulis æreis quibus nil dulcius auditur, exornauit. Eius uectigalia longe adauxit. Sextum decretalium librum, iuuante Dino Mugellano, compoſuit. Cum Francorum rege Philippo ac domo Columnenſi graues exercuit inimicitias: ex ea duos cardinales ordine, Philippum quoq; regni iure deiecit.

Sciarra Columnenſis

Ille Sciarram Columnenſem profugum ad littus Maßilienſe adpulſum, ac à piratis captum redemit, eumq; cum nauibus & auxilijs in Italiam dimiſit, qui Anagniæ Bonifacium ex improuiſo adortus, cepit, eumq; in cuſtodia fame necauit.

Benedictus xj.

Benedictus XI. Tauriſinus ordinis prædicatorum, cardinales Columnenſes, & Philippum regem reſtituit. De interfectoribus Bonifacij quæſtionem egit. Moritur Peruſiæ mēſe octauo. Signa ſanctitatis dicitur poſt obitum oſtendiſſe.

Clemens v. M.cccv.

Clemens V. Vaſco, præſul Burdegalenſis, poſt longam patrum contentionem abſens Peruſiæ creatur, qui ſtatim cardinales in Galliam uocat, anno M.CCCV. ubi ſucceſſores manſere annos LXXIIII. librum Clementinarum ab ſe compoſitum edidit in Viennenſi concilio. Baſilicam Lateranenſem Romæ incendium paſſam reſtitui mandauit. Cœleſtinum V. nomine Petri confeſſoris inter ſanctos retulit. Sedit annos octo, menſes X. dies XV. Dicitur ad eius mitræ ſolennia Lugduni tot mortales ex omni Gallia conueniſſe, ut Ioannes Britanniæ dux cum multis alijs ruina muri occubuerit, Philippus rex parte corporis læſus, pontifex quoq; ipſe turba ingenti oppreſſus, uix mortis periculum euaſerit. Templariorum ordinem iuſtis de cauſis deſtruxit, eorum bonis Rhodijs militibus conceſſis. Venetos ob Ferrariam occupatam, itemq; Florentinos, & Lucenſes ſacris interdixit. Tris legatos ex ordine patrum ad regendam Italiam miſit.

Ioannes xxij. M.cccxx.

Ioannes XXII. epiſcopus Portuenſis, Lugduni pontifex renuntiatus poſt biennij ſpatium, quo ſedes ob patrum diſcordiam uacauit, Ludouicum Toloſanum præſulem ordinis minorum Caroli II. filium, duos item Thomas, Aquinatem, & præſulem Erfordenſem inter ſanctos retulit. Nouam militum religionem in Luſitania inſtituit, quorum caput eſt oppidum Syluenſis Diœceſeos. Ludouicum Bauarum hoſtem eccleſiæ ſacris interdixit. Guidonem Petrammalam præſulem Aretinum ob Tifernum occupatum præſulatu deiecit. Sedit annos XIX. Menſes III. Dies XIIII.

Fraticellorum ſecta

Huius etiam tempore ſecta Fraticellorum de opinione nuncupatorum excitata eſt, qui Petro de Corbario Reatinæ diœceſeos ordinis minorum pſeudopontifici tantum obtemperabant. Is enim à Ludouico Bauaro creatus, & à Bonifacio comite Piſano Romæ captus, Auenionemq; ductus ad Ioannem pontificem, in carceris pedore extinctus eſt. Hi itaq; pontificem ipſum Ioannem ſimul cum ſucceſſoribus reijciebant, dictitantes non uerum eſſe paſtorem, ſed Corbarium. Idq; malum latè per Italiam & extra ſerpebat: eos tantum commercia libidinum, marium & fœminarum unà in antris incluſos conciliabant extinctis luminibus, infantemq; eo modo genitum in cœtum eum deferebant, tradebatq; quiſque per manus alteri & complexus, donec exanimaretur. In cuius ſinu id contingeret, eum ſummo ſacerdotio præficiebant. Huic ſceleri perquirendo data prouincia noſtra ætate Ioanni Capiſtrano uiro ſanctiſſimo à Nicolao V. pont. Fabriani XII. ex eis comprehenſi, pertinaciter ignem pertulerunt. Hic etiam ſcribarum apoſtolorum collegium numero diſtinxit, qui proprio ingenio literas dictatas conſcriberent: ijdemq; plura obibant officia, quorum poſtea facta diuortia. Taxas item conſtituit.

Benedict. xij.

Benedictus XII. Toloſanus, ſedit annos VIII. Menſes IIII. Dies XVII. Sententiam Ioannis in Bauarum probauit. Quare quum ius imperij ad pontificem deueniſſet, imperialibus oppidis uicarios ipſe conſtituit. Rem omnem pœnitentiariæ ſimul & taxas literarum ordine cōſtituit. Sub hoc tempus Iuo preſbyter emicuit inter Britones natus, pauperum aduocatus, quibus omnem tradebat ſubſtantiam. Demum in catalogum poſtea à Clemente ſexto relatus.

Clemens vj. M.cccxlv.

Clemens VI. Lemouicenſis Iobileum abſens Romæ celebrari iuſſit, idq; ad annum L. reduxit. Carolum Boemiæ regis filium, in Bauari contumeliam, imperatorem declarauit. Rainaldum Vrſinum, & Nicolaum Capocum in ordinem patrum promouit. Seditq; annos X. Hoc tempore Romæ Nicolaus Rentij tyrannidem urbis occupauit. Hic publicus ſcriba erat, nec ſanè bono genere, ſed magni & erecti animi populum ad libertatem excitauit, arma corripuit, Capitolium occupauit, hoc titulo in ſubſcribendo uſus. Nicolaus Seuerus & Clemens, libertatis, pacis, iuſtitiæ, Tribunus, ac ſacræ Romanæ reipublicæ liberator illuſtris. Quo factum eſt, ut omnis Italia ad eum legationes de amicitia ineunda, & pace mitterent, ſed dum tyrannus paulatim efficitur, pulſus ex urbe poſt ſeptem menſes poſtquam regnare cœperat: nocte in Boemiam ad Carolum Ioannis filium confugit. Ille captum eum ad Clementem miſit, à quo in uincula coniectus, uſq; ad ſucceſſorem eius Innocentium VI. in carcere perſeuerauit, à quo poſtea dimiſſus Romam, ut Franciſco Baroncello ciui Romano qui etiam ſimilem tyrannidis ſtultitiam mouerat, reſiſteret.

Franciſcus Baroncellus

Is Franciſcus Romæ admodum potens, pulſis è ſenatorio munere Ioanne Vrſino, & Petro Columnenſi, Tribunitiam ſibi poteſtatem uſurpauit cum huiuſcemodi titulis. Franciſcus Baroncellus ſcriba ſenatus, Dei gratia almæ urbis tribunus ſecundus, ac Romanus Cos. Igitur ad hunc tumultum comprimendum Nicolaus ab Innocentio, ut diximus, miſſus: urbem ingreſſus, cum eius factione Baroncellum pellit, tribunatu ſolus potitur. Sed breui poſt tempore quum eſſet nobilitati, & præſertim Columnenſibus aduerſus, à ciuibus obtruncatur.

Innocētius vj. M.ccclij. Aegidius Carilla

Innocentius VI. Lemouicenſis Aegidium Carillam legatum ad res Italiæ componendas miſit. Hic enim genere Hiſpanus è gente Carilla, in rebus agendis longe prudentiſſimus, ſtatum eccleſiæ eo tempore uarijs tumultibus exagitatum, abſente pontifice pacauit, uicarios terrarum quos idoneos uidiſſet, confirmauit: è ciuitate Foroliuienſi ubi continuo ferè morabatur, Ordelaphos male de rebus eccleſiæ meritos ſuſtulit. Iterum ab Vrbano VI. in Italiam miſſus, Barnabam uicecomitem ſtatum pontificis turbantem compreßit: rurſus uicecomitum copias duce Io. Haucuto Florentinos infeſtante, inter Aretium & Cortonam adflixit, qua uictoria omnes eccleſiæ rebelles ultro ſeſe dedidere. obijt Viterbij, ſepultus Aßiſij, ſepulcro ab eo condito. Ad Innocentium redeo, qui Carolum imperatorem iußit à duobus Romæ cardinalibus diademate redimiri. Cum Romanis tumultuantibus ſæpe de creandis ſenatoribus egit, ut ipſe deinceps priuatim hominem mitteret: itaq; Raimundum Senenſem de gēte Ptolemæa primum ſenatorem miſit

ſemeſtr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſemeſtrem. Res aliquot annos perſeuerauit. Deinde Roma-
Reformatores ni res nouas appetentes, reformatores crearunt, qui ſenatus
Vrbanus v. gererent poteſtatem. Sedit annos decem. Vrbanus v. Le-
mouicenſis Aegidium legatum iterum in Italiam mittit. Ipſe
quarto pontificatus anno Romam uenit, apoſtolorum cal-
uarias diu quæſitas, ac tandem repertas in ſancta ſanctorum
ſacello neglectas, loculis argenteis operuit, atq; in loco ubi
nunc uiſuntur condidit. Apud urbem ueterem & montem
Flaſconem ædis Pontificales extruxit: in Galliam rediturus
Ioannem Haucut copijs quæ ſub Aegidio militauerant præ-
fecit. In itinere apud Maßiliam exceßit, anno pontificatus
Brigida IX. Quo tempore Brigida è Suetia Romam uenit. Hæc
enim liberos, mares quatuor ac totidem fœminas ſanctos
Catherina omnis habuit. Inter quas Catherinam uirginem, quæ ma-
trem uiduam Romam comitata, ubi accepit uirũ quem nun-
quam attigit ex conſenſu, defunctum eſſe, perpetuo cœnobio
ſancti Seruatoris, quem ritum mater inſtituerat, ſe dicauit.
Quam Iulius iamiam in catalogum referre unà cum Fran-
Franciſca Ro. ciſca Romana matrona ſtatuit, quæ & ipſa ſub Eugenio cla
ruit prodigijs ac ſanctitate: uoluptatem inuiti coitus ardente
ſupra uuluam larido reprimebat. Ad Brigidam redeo, quæ
ſepulcrum unà cum filia adiuit. annis XXVIII. deinde in
urbe morata ac defuncta, opera eiuſdem Catharinæ in pa-
Gregorius xj. M.ccclxxv. triam relata eſt, ubi utraq; iacet. Gregorius XI. Lemoui-
cenſis, ſedit annos VII, menſes V. Sub hoc omnia in Italia
pontificis oppida defecere: Tifernatibus, Peruſinisq; initium
facientibus, ac Florentinis ſollicitantibus: quapropter Card.
Gebennenſem legatum cum Bernardono duce, ac V. millibus
Pratenſes Britonum ſubſidio miſit. Pratenſes legati aduentu, ſpe au-
xilij à Florentinis deſciuere, qui ſtatim repreßi, autoresq;
capite mulctati. Foroliuienſes Sinibaldum Pinum, Io. Theo-
baldum Ordelaphos in urbem ſubito recipiunt: quorum ar-
mis ſeſe à Britonum furore tueantur. Legatus quum iam
mœnia Bononiæ rebellis obſeſſurus petijſſet, cognito Flo-
rentinorum exercitus cum Rudolpho Varano duce aduen-
tu, hoſtibus auxilio uenientium, ſeceßit Ceſenam, quam mi-
ſere Barbari diripuerunt. Igitur Gregorius ut his occurre-
ret malis, Romam ire ſtatuit, reuocatus literis diuæ Cathe-
rinæ uirginis Senenſis, hortante etiam Baldo Peruſino eius
olim præceptore, ac palam dictitante, quod ſalua conſcien-
tia, urbem negligere non poſſet. Quamobrem anno M.
CCCLXXXVI. clam paratis triremibus XXI. in Rho-
dano res alias ſimulans, primo Genuam, inde Cornetum
adplicuit, unde Romam profectus, ingenti omnium lætitia,
Florentinos qui omnem ferè pontificis ditionem ac oppida
circa ſe occupauerant, ſacris interdixit. Deinde bellum con-
Vrbanus vj. M.ccclxxxv. tra eos mouit. Vrbanus VI. Neapolitanus, archiepiſco-
pus Barenſis, extra ſenatus ordinem creatus eſt. Gallici
autem Cardinales ſeceßione facta, alium Gallum Clemen-
tem eligunt. Vrbanus Carolo regi Neapolitano, quòd nepo-
tem eius principem creare noluiſſet, maxime infenſus fuit.
Quare Nuceriæ ab eo armis petitus, inde auxilio Raimun-
di Baltiani principis Tarentini, nauigio Genuam aufugit,
ubi dum ueheretur, quinq; cardinales qui cum pſeudopon-
tifice conſpirauerant, depreßit. Romam reuertens primo
numero patres XXIX. una die addidit, exceptis tribus,
Neapolitanus omnis. Florentinos præterea interdicto per
Gregorium iuſſo abſoluit; ſedit annos XI. Menſes VIII.
Bonifacius ix. M.ccc. Bonifacius IX. Neapolitanus è Tomacellorum familia,
iuuenis admodum creatus; ſedit annos XIII. Menſes IX.
Vectigal prædiorum ſacerdotalium, quod annatam uocant,
inſtituit: nonnulli Io. XXII. id tribuunt, parandi auxilij
gratia aduerſus infideles. quanquam Anglici præterquam
ad præſulatus id minime admiſerunt. Ladislaum puerum
Caroli regis filium Caietæ coronari iußit. Peruſiam com-

ponendæ diſcordiæ cauſa inter Raſpantes & Gentilomines
profectus, non prius redijt quàm Bandereſijs, quibus omnia
licebant, ſublatis: ſenatorem externum, ut ſtatutum prius
fuerat, adcerſerent. Tres enim cameræ conſeruatores in-
conſulto pontifice iam elegerant. Hoc tempore Tamerlanes
mortuus, & Albi per totam Italiam uiſi, quos Bonifacius
compreßit, eorum duce ſupplicio adfecto. Quidam enim
preſbyter fuerat, qui ex alpibus deſcendens cum uexillo
crucis & alba ueſte, ingentem omnis ordinis, ſexus, ætatis
cateruam ſecum ſpecie religionis traducebat, tantumq; loca
obibat, & Viterbium uſq; uenerat. Hemanuel item Chryſo-
loras in Italiam uenit, præceptor Græcæ diſciplinæ, qui
primus iuuentutem Italicam literis erudijt. Poſt huius mor-
tem Romani ad libertatem excitati, Columnenſibus ducibus.
At Vrſini pro eccleſia, qui concurrentes armis inferiores
diſceſſere. Res tandem intra menſem conciliata. Innocen- Innocent. vij. M.ccccvij.
tius ſeptimus Sulmonenſis, Romanos petentes Capitolium,
arcemq; ſancti Angeli, & pontem Miluium, remiſit ad Lu-
douicum fratris filium ex Melioratorum familia, qui in Pi-
ceno quædam oppida tenebat. Tunc uerò Romæ apud Xe-
nodocheum ſancti ſpiritus in Saxia morabatur: qui ab eo
ſunt trucidati, è feneſtrisq; XI. præcipitati. Inde ob me- Io. Columna
tum pontifex Viterbium ſeceßit. Interea Ioannes Columna
& Troiæ, ac Gentilis Varanus, Camerani comites Ladislai
regis Neapolitani duces, omnia ea loca munita occupauere:
arcem minime potuerunt: repulſi omnes mox à Paulo Vr-
ſino, Moſtarda, & Cæcolino cohortium præfectis ab Inno-
centio mißis, qui rebus tandem pacatis redijt. Sedit annos
duos. Gregorius XII. Venetus, creatus Romæ hac le- Gregorius xij.
ge, ut ſi ex re foret eccleſiæ, ſe pontificatu abdicaret, ob Be- Benedict. xiij. pſeudopont.
nedictum XIII. Petrum Lunam uocatum, qui Auenione
Clementi pſeudopontifici ſucceſſerat. Cardinales ex utraq;
parte Piſas adnauigant, ibiq; utroque pontificatu deiecto: Alexander v.
Alexandrum v. in concilio creant. Interea Romæ magnos
excitat tumultus Ladislaus Siciliæ rex. Frumenti rubium
XVIII. florenis uænijt. At rex ipſe è Sicilia eius copiam
aduectam Romanis diſtribuit, intra quod pretium annona
poſtea ſemper ſtetit, præterquam hoc anno M. D. V. dum
hæc proderem: Iulio ſedente, ad aureos XIII. peruenit,
ſupra uidelicet flo. XXX. Alexander v. Cretenſis natio-
ne, ordinis minorum creatus in concilio Piſano: quanquam
illi duo deiecti officium diuerſis in partibus exercere non
deſiſterent, ut Gregorius Lucæ Gabriëlem Condelmerium
cardinalem fecit, qui poſtea Eugenius IIII. fuit. Alexan-
der liberalitate in pauperes ingenti erat; ſolebatq; dictitare
ſe diuitem epiſcopum, pauperem cardinalem, & mendicum
pontificem fuiſſe. Summus præterea theologus: in Senten-
tiarum libros commentarios edidit. Adhibitus conſilio Io-
annis Galeatij uicecomitis, & eius opera archiepiſcopus
Mediolanenſis factus fuit. Poſtremo Ladislaum regni iure
deiecit, idq; Ludouico Andegauenſi adiudicauit. Deceßit
Bononiæ, menſe octauo pontificatus. Sepultusq; in æde Mi-
norum. Ricardus Sanguineus Romæ ob ſeditionem capi- Ricardus Sanguineus
te plectitur, qui à Paulo Vrſino unà cum pluribus alijs Co-
lumnenſibus & Sabellis portam ſancti Laurentij capienti-
bus, captus fuerat: anno M.CCCCXII. Ioannes uigeſi- Ioannes xxiij. M.ccccxij.
muſtertius Neapolitanus, Baltaſſar Coſſa uocatus, uir potius
militari, quàm ſacræ idoneus diſciplinæ. Legatus diu Bono-
niæ fuit, qui mox in concilium Conſtantienſe uocatus, Coſ-
mo Medice eius amiciſsimo diſuadente profectus eſt, ubi cri-
minibus conuictus inde aufugit, captusq; apud Aldeburgen
caſtellum, triennio cuſtoditus, nullis niſi Germanis mi-
niſtrantibus, quorum linguam minime nouerat. Mox eo
deiecto unà cũ Gregorio & Benedicto, Martinus omnium
conſenſu Pontifex creatur. Ladislaus hoc tempore dum
Florent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Florētiam pergit, in itinere in coitu mulieris, quæ medicatam opera Florentinorum uuluam habuit, extinctus eſt. Idem in uita olim etiam potionatus exenteratis mulis ſe includens uenenum euaſerat. Dumq; conciliū Conſtantiæ celebratur, Romani libertatem conclamant.

Petrus Matutius

Petrus Matutius ciuis inuitus rempublicam ſuſcipere coactus: ſeſe mox magiſtratu abdicauit, quum legatum cum ſenatore à Ioanne Pontifice miſſum uidiſſet, quorū aduentu Ioānes Cincius, & Paulus Palonus ſecuri percußi ſunt.

Ioan. Cincius

Mandauit item Ioannes ſupplicationes cum capite Ioan. Bap. fieri. Romani fraudem timentes, quòd id Florentinis uendere ſtatuiſſet, omnino prohibuerunt.

Martinus v. M.CCCXVIII.

Martinus v. è Columnenſium familia Sigiſmundo imperatore maxime procurante creatus in concilio Conſtantienſi, ſtatim in Italiam ipſo imperatore inuito reuertit, prius Baſileæ indicto concilio. Mediolani primum honorifice à Philippo duce eius amiciſſimo excipitur. Deiude Florentiæ ſubſtitit, quòd Brachius Peruſinus omnem pontificis ditionem occupauerat. Ibiq; Coſmi Medicis precibus, Ioannes è cuſtodia liberatus, cardinalis etiam remanere permittitur. Qui paulopoſt in ea ciuitate deceßit. Martinus neceſſario quodammodo in ipſum Brachium ſumpto bello, tandem precibus Florentinorum pacem cum ipſo fecit, qui pedibus pontificis proſtratus, ueniam petijt præteritorum, eidemq; poſtea militans unà cum Gabriële Condelmerio legato, Bononiam rebellantem in officio continuit. Martino autem Romam uenienti, omnis ætas ſexus obuiā proficiſcitur, anno M.CCCCXXI.

Cardinalis de Ademaris

Alemanum de Ademaris cardinalem, patria Florentinum, uirum doctißimum ad Petrum Lunam in Hiſpaniam miſit, oratum ut ſe pontificatu abdicare uellet. Huius nunc tumulus in ſancta Maria noua conſpicitur. Ludouicum Ludouici regis fratrem, qui hæres à Ioanna ſorore Ladislai regis inſtitutus fuerat, in regno confirmauit, querente maxime Alfonſo Aragoniæ, qui ſuo id iure uindicabat. Quare bellum Aquilæ urbi, duce Brachio mouit. Pontifex Franciſcum Sfortiam auxilio mittit. in ea pugna interficitur Brachius, qui quòd ſacris eſſet interdictus, Romæ extra portam ſancti Laurentij in loco profano ſepultus eſt. Martinus ex operibus publicis atrium Baſilicæ Petri reſtituit, pauimentum Baſilicæ Lateranenſis extruxit, ubi & ſe condi poſt obitum mandauit. Eius nunc ſepulcrum in medio templo cum ænea ſtatua iacente conſpicitur. Sedit annos XIIII. M. III.

De Colūnenſium familia

De columnenſium autem origine, ut par eſt in hoc loco recenſere, nihil ſanè exploratum, autorem tamen habeo, qui dicat eos ex oppido Columna deſcendiſſe. Ipſi in ſtemmatis nihil antiquius præferunt quàm ab hinc annis ferè D. Odonem quendam magnum militem appellatum, qui omnia ſimul eorum caſtra unus poßidebat. Deinde familiæ triplex facta deductio. Prima quæ de Ginazano dicitur. Secunda de Gallicano. Tertia proprie de Columna, quibus uiri principes prope CC. uſque in hodiernum emicuere. Religioſius inter eos nihil Ioanne Eduardi filio nominatur. Is cardinalis ſanctæ Praxedis, ac legatus in expeditione Hieroſolimitana fuit, anno M.CCXX. martyrium ferè paſſus. Nam inter duos poſtes à Barbaris hoſtibus incluſus, iamiam ſecandus erat, niſi illos diuina prouidentia eius conſtantia fideq; permotos pœnituiſſet. Reuertens uerò, Columnam cui Chriſtus adligatus ad plagas fuerat, ſecum attulit, quæ nunc apud ædem S. Praxedis uiſitur. Ab his etiam uiris Xenodocheum prope Baſilicam Seruatoris excitatum. Nihil uerò audacius Sciarra, qui Bonifacio VIII. reſtitit, ſiue Petro Columna, qui ſub Paſchali II. Cauios oppidum occupauit, ſiue Ioanne Columna milite Ladislai regis, qui ſub Innocentio VII. Nihil inſuper contumacius Stephano Columna, qui Romæ inuito pontifice L. Bauarum coronauit, unde columnæ gentilitiæ corona eſt addita. Nihil denique melius aut benignius hoc ipſo Martino, cuius fama bonitatis, modum tot eccleſiæ turbinibus impoſuit. Huius fratres ex Agapito patre tres fuere. Iordanus maximus natu, dux Venuſiæ: deinde princeps Salernitanus: Sciarra, qui ſine liberis deceßit: & Laurentius comes Albæ: ac magnus regni camerarius. Huic item ultimo tres liberi fuere. Antonius princeps Salernitanus & Marchio Crotonis ac urbis præfectus: Proſper ſancti Georgij ad Velabrum diaconus cardinalis: & Eduardus dux Amalfitanus: ex quo Ioan. & Fabritius geniti. Ex Antonio uerò Ioan. cardinalis, ac Proſper, qui gratia nunc & autoritate apud Iulium florent: quantum ſub Alexandro prius exagitati fuere. Ipſi autem Proſper & Fabritius impigri duces, in rebus Neapolitanis egregiam nuper Hiſpanis operam nauarunt.

Eugenius IIII. M.CCCCXXXI.

Eugenius IIII. Venetus, ordinis Cæleſtinorum apud Mineruæ templum, anno M.CCCCXXXI. V. Non. Mar. creatus, Sigiſmundo imperante, quem Romam profectum diademate redimiuit. Quū Nicolaus Fortebrachius agrum Romanum uaſtaret, ciues fruſtra apud pontificem queſti, ad libertatem animum excitant. Molem Adriani, ac Capitolium capiunt. Semptem creāt gubernatores. Franciſcum adoleſcentem cardinalem, ac uice cancellarium fratris filium pontificis capiunt, ac in cuſtodiam mittunt. Eugenium ipſum apud Baſilicam Mariæ uirginis trans Tyberim relegant: qui deceptis cuſtodibus aufugiens, clam cimba piſcatoria comparata Oſtiam: quanquam ſagittis inſectantibus Romanis, inde Florentiam defertur, ubi aliquot annos commoratus, Bononiam poſtea ſe contulit, ibiq; ædes quibus nunc inhabitant legati, extruxit. Quum negaſſet ad Baſilienſe uenire concilium, Ferrariæ indixit. Quare Baſilienſes pſeudopōtificem Felicem Amodeum nomine, Sabaudiæ ducem, eremitam agentem, creant. Cœptum igitur Ferrariæ, ob peſtilentiam neceſſe fuit Florentiam transferre, ubi & Armeniorum legati, & Ioannes Palæologus imperator Conſtantinopolitanus cum Romano Pontifice de fide orthodoxa conuenere: quum Ioannis maiores terdecies conueniſſent, quod argumentum in ualuis æreis Baſilicæ Petri ab eo factis continetur. Inde Romam metu liberatam à patriarcha Vitellico, qui cuncta pacauerat, uenit.

Patriarcha Vitellicus

Sed quoniam de hoc incidit mentio, paucis dicendum. Hic patria Cornetanus Ioannes nomine, patriarcha Alexandrinus, ex humili loco in ſenatum adſcitus, duci proprior quàm ſacerdoti fuit: quippe qui abſente pontifice legatus, tumultum Romæ compreßit, ſtatumq; reliquum ac terras rebelles pacauit: de ſontibus ſupplicium ſumēdo, inter quos fuit Antonius Pontadera, quem ueluti prædonem omnia infeſtātem, captum arbori oliuæ ſuſpendit. Franciſcum Vicum Viterbienſem, & Fulginatem tyrannos in arce Soriani ſecuri percußit: demum, quòd contra Florentinos cum Philippo duce inuito pontifice conſpiraſſet, per inſidias captus in tranſitu pontis, ac in Adriani mole cuſtoditus, ueneno ſublatus eſt ab Antonio Rido Patauino arcis præfecto. Eugenius autem ubi Romam uenit, picturam Baſilicæ Lateranenſis à Martino inchoatam, ad hoc æui durantem, in pariete abſoluit, porticumq; qua ad S. ſanctorum ſacellum itur, extruxit.

L. Patriarcha Aquileienſis

Ludouicum patriarcham Aquileienſem ſolertiſſimum uirum, cum exercitu Florentinis auxilio miſit, qui tunc ad Anglare oppidum à Picinino duce copiarum Philippi uicecomitis oppugnabantur: ex quo uictoria potiti ſunt. Hic Ludouicus patria Paduanus: arte medicus, ob ſua merita pugnæ, in ſenatum adſcitus, tantos ſibi ſpiritus adſumpſerat, immemor generis, ut primus ſit auſus cardinalium, canes equosq; alere: conuiuiorum, lautitiæq;, ac ſupellectilis plus quàm illi ordini par erat, ſplendorem introducere: Ciues Romanos ad omnem ignauiam uitæ collapſos ad cultum ciuiliorem reducere, Campum Floræ ubi greges paſcebantur, munire. Denique unus omnia tunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Felix pſeudo-pontifex

adminiſtrare. Schiſma quoque Felicis pſeudopontificis facile ſublatum. Hic enim Amodeus dux fuerat in concilio Baſiliẽſi creatus à Germanis, quod in concilio Conſtantienſi fuerat indictum, ſed de hoc ſatis in rebus Gallicis. Eugenius igitur poſt hoc Iulianum Cæſarinum legatum cum Vladiſlao Pannoniæ rege aduerſus Turcas miſit, in quo ambo pariter occubuere. Fuit ſtudiorum amantiſsimus, quotidie ſe in ſecretum aliquot horas recipiendo: uultu alioqui decoro, ac uenerabili, oculos in publico nunquam attollebat, ut à parente meo qui eum ſequebatur, accepi: cardinales X V I. Florentiæ fecit, inter quos Græcos duos, Beſſarionem Nicenum, atque Iſidorum Rutenum, Gulielmum de Euſtouteuilla Rothomagenſem. Deceſsit Romæ pontificatus an. X V I. ætatis L X I I I. ſalutis M.C C C C X L V I I. V I I. Calend. Martij, & in Baſilica Petri conditur.

Nicolaus v. M.CCCCXLVII.

Nicolaus v. natione Lunenſis, ex oppido Saraceno, imperatore Friderico I I I. Sedit annis V I I I. Thomas uocatus, arte medicus, deinde ſubdiaconus factus, ex humili loco. Bononiæ ſtudijs profecit, adiutus benignitate Nicolai Albergotti cardinalis ſanctæ crucis. Miſſus deinde cum Ioanne Caruaialla Hiſpano ab Eugenio in Germaniam, Baſilienſis concilij, ac neutralitatis, ut ipſi appellabant, tollendæ gratia: fautorem tunc Romani pontificis Aeneam Piccolomineum, qui poſtea Pius I I. fuit, apud Fridericum imperatorẽ nactus, omnia ex uoto reportauit. Redeuntibus honor adhibitus, roſeis Galeris obuiam miſsis, ac in ſenatus ordinem receptis. Eiuſq; tempore opera Simoneti ordinis Eremitarum, pax inter Venetos & Franciſcum Sfortiam facta: utq; Alfonſi regis autoritas huic accederet, oratores principum ſimul & Dominicus Capranicenſis legatus ad eum profecti. Erat hic & ingenio uehemens, & libertate loquendi, qua olim Fauonius apud Ro.

Stephanus Porcarius

Dum eſſet in conclaui, Stephanus Porcarius in Aracœli coniurationem de libertate fecit, quem ille poſtea Bononiam relegauit. Inde clam redeũtem, ac in incœpto perſeuerantem, unà cum cæteris coniuratis deprehenſum in arce ſuſpendit. Inter coniuratos fuit Baptiſta Sciarra, qui per medios armatos ſolus incolumis euaſit. Fridericum imperatorem unà cum coniuge Leonora diademate cinxit. Iobileum annum M.C C C C L. celebrauit, quo tempore pons Adrianus tabernis tunc opprimentibus anguſtior, quodam die multa milia concurrentia non cepit, ſed partim in Tyberim deiecti, partim calcibus equorum oppreſsi fuere. Bibliothecam Vaticanam inſtituit, miſsis quaquauerſus doctis uiris comparandorum librorum gratia. Primus noſtri ſeculi literas penè extinctas excitauit, præmijs omnibus uirtute præditis hominibus inuitatis. Officium nullum ſeu magiſtratum uendidit. Baſilicam Petri ab apſidis fronte pulchro cœpit opere augere: Itemq; murum Vaticano ſuperſtantem magni ſumptus. Opus utrumq; imperfectum. Conſtantinopolis eius tempore à Turcis direpta, quò paulò antè Iſidorum cardinalem Rutenum, natione Græcum, ad confirmandos animos miſerat. Inter tot uiri huius egregias laudes, uitium hoc tantum notatum, quod nimio bibendi ſtudio teneretur: perquiſitis undique uinorum generibus. Deceſsit anno pontifi. V I I I. Salutis M. C C C C L V. I X. Cal. Aprilis.

Caliſtus III. M.CCCCLV.

Caliſtus tertius præſul ac genere Valentinus, Alfonſus Borgia uocatus, uir iuris pontificij ſcientia doctiſsimus, Alfonſi regis familiariſsimus, anno M.C C C C L V. V I. eid. Aprilis pontifex creatur ex uaticinio Vincentij ordinis prædicatorum, quem uiuentem Valentiæ coluit, ac poſt mortem inter ſanctos retulit. Expeditionem in Turcas quam antea uouerat ſi ad hunc ſtatum perueniret, continuo ſumpſit. X I I. igitur triremes collationibus Chriſtianorum comparatas cum Ludouico patriarcha Aquileienſi, quem ſuprà memoraui, claſsis præfecto, mittit. Qui expugnata Lesbo inſula cum aliquot caſtelis, breui tempore reuerſus eſt. Vſuncaſan Armeniæ Perſiæq; regem, per oratores magnopere hortatus cõtra eoſdem hoſtes. Quamobrem ille uictoria potitus, gratulatum ad pontificem legatos miſit, quòd eo impulſore hæc felicitas ſibi contigerit. Huius etiam tempore, nobilis illa ad Belgradum uictoria contigit, ubi tres Ioannes interfuere. Caruaialla legatus, Vaiuoda dux, & Capiſtranus concionator. Vir fuit admodum mitis, ac in pauperes manopere liberalis. Cædes per urbem ab Hiſpanis plurimæ, eo tamen neſcio, fiebant, quod Borgiæ fratris filio feroci ingenio nimium permitteret, cuius fratrem Rodericum uice cancellarium fecerat. Senio longo confectus moritur in urbe, quum ſediſſet annos tres, menſes totidem. Anno M.C C C C L V I I I. octauo eid. Auguſti. Sepultus in Baſilica Petri.

Pius II. M.CCCCLVIII.

Pius ſecundus Senenſis Aeneas nomine, gente Piccolomineus, apud Corſinianum caſtrum Senenſium ob paupertatem parentum natus, in ipſa adoleſcentia peregrinatus, quum magnam præferret indolem atque ingenium in Friderici imperatoris dignationem uenit, eiuſq; magiſter epiſtolarum: poſtremo rebus magnis, legationibus etiam adhibitus, unus omnia apud eum obibat. Quumq; ſub Eugenio in abrogando Baſilienſi concilio magnopere Romanæ fauiſſet eccleſiæ, à Nicolao præſul Tergeſtinus, deinde Senenſis, mox à Caliſto cardinalis, denique eius ſucceſſor factus: nihil antiquius habuit quàm contra Turcas ipſe proficiſci, quod proculdubio propoſitum religioſum abſoluiſſet, ſi per ignauiam cæterorum principum Chriſtianorum qui eum decepere, præſertim ducis Burgundiæ, licuiſſet: cuius rei gratia Mantuæ conuenerat, ex eoq; dolore deceſsit. Eius res geſtas elogium hodie ſepulcri continet. Ferdinandum regem in regnum Neapolitanum autoritate ac exercitu adiutum inſtituit. Sigiſmundum Malateſtam uirum facinoroſum, bello ac edita uulgò accuſatione inſectatus eſt. Catharinam Senenſem in ſanctarum catalogum redegit. Vir moribus caſtiſsimus, religionis amantiſsimus, literis ac ſtudijs pertinaciſsime deditus. Nam inter tot occupationes, etiam in extremo hiſtoriam orbis geographiæ cœptauerat, magis uere ac diligenter quàm eleganter. Nam eloquio quodam naturali, ac laterum firmitate magis quàm literis clarus habebatur, ſcriptaq; eius quanquam ſermone carent Latino, uim tamen & uirtutes oſtẽdunt oratorias. Tot igitur uiri laudes unum tantum ambitionis uitium commaculabat. Quum ſemper promotionum appetentiſsimus fuerit atq; gloriæ, eaq; de cauſa & labores plurimos ſuſceperit, amicitiaſq; principum coluerit, ac demum pontifex ſedit annos V I. uixit L X X. Deceſsit X V I I I. calend. Septẽb. M.C C C C L X I I I I. ſepultus in Baſilica Petri ingredientibus ſiniſtrorſum.

Paulus II. M.CCCCLXIIII.

Paulus I I. Petrus Barbus patria Venetus, ſucceſsit an. M.C C C C L X I I I I. Eugenij ſororis filius fuit, ab eodem cardinalis ægre factus, quòd natura bardus, ac craſſa ceruice fuiſſet. Quapropter res pontificalis magnam in eo primum fecit inclinationem, ut deinde traditæ per manus ſucceſsiones uſq; ad hunc diem innumerabilibus malis tempora referſerint, dum ianuis uitiorum omnium recluſis, palam cunctis antiquam paſtorum diſciplinam peſſundare liceret. Is enim nec literatura, neque moribus probatus, ea de cauſa eſt cæteris grauibus uiris prælatus, ut Ludouico patriarchæ reſiſteret, cum quo ſimultates gerebat, tanta illius erat ob potentiam & diuitias inter omnis inuidia. Igitur præter neceſſarias auditiones dies totos aut uoluptati, aut nummis penſitandis, aut ueterum numiſmatis, ſiue gemmis, ſiue imaginibus ſpectandis tradebat. Amicitias nullas priſtinas aut beneuolentiam ſeruauit. Inter hæc tamen uitia hanc animi integritatem cuſtodijt, ut rem nullam eccleſiaſticam liceretur, iuſtitiam quoque publice ſectaretur, ſeuerus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uerus, nec tamen crudelis in delinquentes: nam carcere magis quàm morte plectebat. Primo anno Comitem Aduerſum ac Deiphobum Anguillarem qui iter obſidebant ſuſtulit. Contra Robertum Malateſtam de urbe Arimino per Neapuleonem Vrſinum infeliciter dimicauit, quum hoſtis numero militum longe inferior eſſet. Veneti, Florentini, rex quoque Ferdinandus cum Frederico Vrbini duce erant auxilio. Fredericum Imperatorem apoſtolorum limina ſalutatum uenientem, ſumptu pro dignitate excepit. Cardinales admodum paucos fecit, inter quos duos tantum ob uirtutem, Marcum Barbum ſuum propinquum, præſulem Vincentinum, & Oliuerium Carafam præſulem Neapolitanum, Danielis Matalonæ comitis ex fratre nepotem, qui ob fortitudinem ſimul & animi modeſtiam præcipuum apud Alfonſum regem, ac eius ſucceſſorem locum obtinuerat. Paulus itaque dum poſt cœnam cum architecto Ariſtotele de traducendo Vaticani obeliſco in plateam Baſilicæ Petri ſermonem haberet, obruente crapula repentino ex apoplexia interijt VII. calend. Auguſti, anno ſalutis M.CCCCLXXI.
Xiſtus IIII. MCCCC-LXXI. pontificatus VI. menſe decimo. Xyſtus quartus, Franciſcus Sauonenſis ordinis minorum generalis, ac theologiæ profeſſor, anno M.CCCCLXXI. VI. eidus Auguſti, omnium conſenſu cardinalium, qui XVIII. fuere, pontifex creatur. Latino Vrſino, Franciſco Gonzaga, & Roderico uicecancellario magnopere ſuffragantibus. In mitræ ſolennibus apud Baſilicam Lateranenſem dum in magna populi frequentia lectica portaretur, orto ſubito tumultu, ſeu caſu, ſeu ex compoſito maximum uitæ ſubijt periculum, ut etiam ſaxis appeteretur, & à lecticarijs penè deſtitueretur. Res tandem Latini Cardinalis autoritate, prouidentiaq; ſedata. Ante omnia antiquos canonicos in eandem Baſilicam reduxit, eiectis inde à Romanis ſtatim poſt Pauli mortem canonicis regularibus, quos olim Eugenius, ut in antiquam eorum poſſeßionem introduxerat. Liberaliſſimus omnium pontifex, negabat nunquam, quin eadem pluribus importune rogantibus ſæpe concedebat. Ea de cauſa libellis ſignandis Ioannem Montemirabilem uirum Gallicum exercitatum ac ſeuerum præfecit, qui non rite conceſſa interpolare ac retractare poſſet. Suorum in primis amantiſſimus ac indulgentiſſimus fuit, quorum cauſa pleraque præter fas iusq; & agebat, & concedebat. Petrum ante omnis eiuſdem ordinis ac patriæ, quem à puero unà cum Hieronymo fratre ſibi educauerat, ad cardinalatum uſque prouexit: uirum alioquin natum perdundæ pecuniæ. Nam biennio quo tantum poſt ea uixit CC. aureorum millia, in luxu uictitando ſolum abſumpſit. LX. millia æris alieni, argenteorum item CCC. pondo dimiſit. Deceßit tabidus uoluptate annorũ XXVIII. opificibus maxime deſideratus, quorum officinas nouis ſemper lucris & operibus replebat. Hieronymus uerò frater Foroliuij Forocornelijq; princeps factus, poſt eum rem omnem eccleſiæ adminiſtrauit, uir ingenio ſæuiore, ac uoluptatibus præter unicam uenationem minimum deditus. Xiſtus itaque poſt hos fratrum ſororumq; filios extulit, neque enim alter propinquis fœcundior fuit, inter quos Iulianum S.P. ad uincula cardinalem, eiusq; fratrem Io. urbis præfectum, Soræq; ac Senogalliæ principem fecit. Deinde Chriſtophorum & Dominicum de Ruuere fratres, patria Taurinenſes, ex ſucceßione in patrum etiam collegium cooptauit. Ab his enim & nomen olim familiæ ſumpſerat, & plura uitæ commoda. Præter autem ſupradictos & alios diuerſis temporibus creauit. Io. Columnenſem, & Ioã. Bap. Sabellum, quos poſtea quum ſuſpectos haberet, poſt conſiſtorium die quadam in molem Adriani coniecit, unde poſt annum incolumes dimiſit. Præterea Georgium Vlyßiponenſem, Stephanum Nardinum Mediolanenſem præſules, Raphaëlem Sauonenſem Hieronymi comitis ſupradicti ex ſorore nepotem, ætate annorum XVII. Aſcanium Mariam ducis F. filium, qui ambo nunc & gratia & autoritate pars maxima ſenatus ſunt. Poſtremo Ioan. Iacobum patria Mediola. Parmen. præſulem cubicularium ſuum, quem ſeruitio tantum acceptum, ex humili loco promouit. Ad arma conuerſus, quibus magis quàm religioni natus fuerat, primo contra Nicolaum Vitellium Tifernatem, quem antea amicum habuerat, Laurentij Tifernatis hoſtis perſuaſione permotus, miſit expeditionem, cui card. ſancti Petri ad uincula legatum præfecit: ille expugnatus in exilium quidem abijt, ſed paucis poſt diebus fauentibus ciuibus reuerſus, arcem etiam quam pontifex in ea excitabat, diſiecit. Bellum deinde aduerſus Florentinos exorſus occaſione Laurentij medicis, quem detecta coniuratione, domo expellere conabatur, de quo quod in Florentinorum rebus ſatis dixi, ſcribere rurſus ſuperſedebo: tantum narrabo Florentinos in hoc bello, Galliæ regem, Venetos, Ferrarienſes, Mediolanenſesq; habuiſſe fautores, & ab horum omnium legationibus huius occaſione controuerſiæ, quæ iniuſta uidebatur, Xiſtum ad concilium citatum fuiſſe: illum autem ſumma conſtantia reſpondiſſe, ſe concilium libenter quidem admiſſurum, ubi ſperaret omnium illorum principum crimina patefacturum, resq; plurimas ablatas eccleſiæ repetiturum. Quapropter quem illi metu expugnare ſperabant, ab eodem perterrefacti diſceſſerunt. Tertium bellum contra Ferdinandum Siciliæ regem per Robertum Malateſtam Sigiſmundi filium geßit, in quo ducis uirtute pauciores numero ad campum mortuum pugna commiſſa magnum regis exercitum unà cum Calabriæ duce profligarunt. Capti proceres omnes, Romamq; ducti, paucisq; poſt diebus gratis facta pace dimißi. Dux ipſe ſolus Antium uſque prope mare fugitans inde Neapolim ſe recepit. Columnenſes quoque qui unà cum illo conſpirauerant, eumq; ſuis oppidis prope urbem receperant: primum quidem uenia donauit, deinde quum Laurentius protonotarius ex ea familia rurſus contumax appareret, in domo ſua Romæ armis, cohorteq; pontificia, tum Vrſinorum auxilio expugnatus, captusq; ac breui poſt tempore ſecuri percuſſus eſt. Eorum inſuper iam omnia ferè oppida capta erant, ſi per mortem pontificis licuiſſet. Poſtremum bellum aduerſus Venetos ſumpſit pro Hercule Eſtenſi duce Ferrariæ, ut in rebus Ferrarienſium narraui. Quum igitur tot tumultibus abſumpta pecunia indigeret, noua collegia primus excogitauit quæ liceretur. Dato itaque negotio Sinolpho protonotario è caſtro octerio uiro ſolerti breuiatores minoris præſidentiæ inſtituit, quondam à Pio creatos, deinde à Paulo ſucceſſore ſublatos, quorum loca quingentis, poſtea ſollicitatores quorum trecentis ueniere. Deinde adſtipulatores certos, ſine quibus nullæ poſſent confici tabulæ, ſed hi per ſucceſſorem antiquati. Poſtremo apoſtolici fiſci nouem notarios, quibus emolumenta unius adſignauit, quia antea cunctis præerat. Is fuit ætate noſtra Gerardus Maſeus Volaterranus, qui ob egregium bonitatis ac prudentiæ nomen ei muneri gratuito à Ludouico patriarcha ac camerario delegatus fuerat, ac Caſparem Blondum ſucceſſorem habuerat. Atque hoc modo curiæ Roma. libertas in compedes quaſi coniecta, ut nulla induſtriæ uia ſperari poſſet. Verum hæc ſeu neceßitati, ſeu uerius proximis ac miniſtris tribuenda. Nam eo pontificum nullus nec animo munificentior, nec in dando hilarior, nec in promouendis hominibus promptior repertus fuit. Miſeros enim atque à Turcis eiectos principes, Boſnæ Cypriq; reginas, præterea Andream Palæologum Peloponneſi, & Leonardum Toccum Epiri deſpotos aluit. Saxoniæ ducem, Chriſtiernum Daciæ, deinde Mœſiæ, nouißimæ Ferdinandum Siciliæ reges apoſtolorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

limina ſalutatum uenientes, magnificentiſsimis ſumptibus excepit. In operibus publicis æque maximus, urbem à ſitu ac cœno uindicauit: uijs primum munitis, porticibus quoque eiectis quæ uias occupabant, uicorumq́; magiſtris ac curatoribus inſtitutis. Templa inſuper uetuſtate obſita, omnia reſtituit. Xenodocheum ſancti ſpiritus pulcherrimis ædificijs ampliauit. Templum pacis de nouo conſtituit, ubi canonicos regulares à baſilica Lateranenſi eiectos repoſuit. Pontem Aurelium penitus collapſum ſuo nomine refecit. Aedes in Vaticano pontificias refecit. Prætorianis, excubitoribus, magiſtratibus, muneraq́; obeuntibus loca commoda obſignauit: quum prius præter dignitatem in cellis ferè penuarijs ſitu ſqualentibus agitarent. Romam denique ex lutea lateritiam: ſicut olim Auguſtus ex lateritia marmoriam reliquit. Annum iubileum ad XXV. reduxit: prmusq́; celebrauit. Rem Romanam ſedisq́; apoſtolicæ dignitatem ita tuebatur, ut non facile cuiquam quamuis maximo peſſundari pateretur, quod quum in cæteris ſupradictis, tum in ultimo oſtendit bello pro Hercule Eſtenſi. Quum pacem à ſocijs præter eius uoluntatem & conſenſum fieri conſpiceret: ex animi uti putatur dolore, podagra inſuper aggrauante, qua in ultimis annis maxime laborabat, in quintum diem expirauit, qui fuit pridie eid. Aug. an. ſalutis M.CCCCLXXXIIII. pontificatus XIII.

Innocẽ. VIII. M.CCCCLXXXIIII.

Innocentius VIII. Ioan. Baptiſta Cibo Genuenſis, poſt Xyſti mortem diebus XX. cathedræ ſucceſsit, qui pauper olim puer, forma tamen præſtanti inter Alfonſi regis Siciliæ miniſtros, inde Romam ueniens in contubernio Philippi cardinalis Bononienſis fuit. Præſul deinde Sauonenſis: poſtea Melfitenſis à Xyſto Datarius, poſtremo cardinalis factus eſt: quum ei plurimum dilectus eſſet ob dulces mores & humanitatem, qua omnis uſque ad uitium ſuperauit. Nam & infimæ conditionis homines ſæpe exoſculabatur, amplectebaturq́;. Verum quum omnibus blandus eſſet, nemini tamen benignus, innatamq́; auaritiam iocis atque dicterijs tranſigebat. Initio ferè pontificatus contra Ferdinandum Siciliæ regem cum eius regni proceribus conſpirauit, expeditionis duce Roberto Seuerinate accerſito. Is quum in urbe moram ac diem de die traheret: nunc rem aliam, deinde aliam cauſando tribus menſibus quàm uenerat: Nomentanum tantum pontem, qui ab urſinis regi militantibus tenebatur expugnauit, ubi etiam eius filij Fracaſſæ, pila igne contorta ora dehoneſtauit, tandemq́; multa pecunia commeatuq́; fruſtra conſumptis, exauctoratus eſt. Innocentius uerò à ſuis deceptum ſe uidens, neceſſario pacem fecit his conditionibus, ut pontifici cenſus debitus penderetur, & rebelles ſeruarentur incolumes: rege Hiſpaniæ, Ludouico Sfortia, ac Laurentio Medice uadibus acceptis: quorum neutrum Ferdinandus, quum poſtea minime præſtaret, miſſus Petrus Vincentinus cameræ auditor audaciſsimus, unà ſimul cum Iacobo Volaterrano ſecretario apoſtolico, ac cubiculario, uiro prudente ad res repetendas, re infecta reuertit. Poſt hæc Innocentius ad pacis ſtudia conuerſus, nihil potius habuit quàm urbis quieti copiæq́; ſtudere, quapropter eius toto tẽpore & uilis annona fuit, et urbs à graſſatoribus latrocinijsq́; tuta, quum eſſet in uindicandis criminibus inexorabilis. Nam duos fratres F. Buſali filios ſeditioſorũ receptacula, ob eorum potentiam diu impunitos, unà die ſimul capi ac ſecuri percuti mandauit. Xyſti deinde ſequutus exemplum quæſtus gratia ſecretariorum collegium inſtituit, priſtinum numerum augendo: pontificum etiam primus qui nouum & ipſe exemplum introduceret palam liberos nothos iactandi, ac ſoluta omni antiqua diſciplina diuitijs eos omnibus cumulandi. Nam & alteri Franciſco oppida nonnulla urbi uicina dedit: Laurentijq́; Medicis filiam matrimonio locauit. Alterã Theoderinam, Gerardo Vſumari Genuenſi nuptam, opibus per quàm magnis ornauit. Cardinales fecit Laurentium fratris filium nothum, & Antoniottum eiuſdem patriæ antiquũ eius contubernalem, uirum honeſtiſsimum, rerumq́; multa experientia clarum: alios item nonnullos. Eius tempore inuentus crucis titulus in Baſilica crucis in medio templi, pariete occluſus, cum triplici lingua: Ieſus Nazarenus re. Cætera deficiunt. Præterea calix aureus magni ponderis, quem Ludouicus XI. Galliæ rex paulò antè baſilicæ Lateranenſi donauerat, ſurreptus: nec qui fuerit unquam deprehenſus. Fuit Innocentius corpore excelſo, ac candido, decoroq́;: ingenio tardo, ac literis procul. Inter officia publica quandoq; dormitare uidebatur. Valetudine proſpera: uerum biennio antequàm decederet, in narcem quandam ſaporiferam ex morbo incidens horis fermè XX. ſine arteriarum motu immobilis apparuit: famaq́; iam mortis quoquouerſus perlata fuit: iamq́; cardinales de ordinandis circa ſucceſſorem omnibus conuenerant, quum ſubito uiuus apparuit. Exceſsit biennio poſt, ex eodem ferè morbo anno ætatis LX. pontificatus VIII. ſalutis M.CCCCXCII. VIII. calend. Auguſti. Sepultus in Baſilica Petri æreo monumento iuxta arcam ab eo deſignatam, in qua ferrum haſtæ conditur quod latus dominicum perfodit. Hoc ſiquidem olim apud ædem ſancti Andreæ Anthiochiæ repertum, capta iam ciuitate, Boemundus in prælio corripiens, arcem quæ expugnari non poterat illico cepit, ſimul & hoſtium L. milia prodigioſe trucidauit. Inde Conſtantinopolim dono imperatori aductum. Poſtremo Turca illi ſuccedens, Innocentio ut eum fratris captiui cauſa leniret pro munere miſerat.

Alexãder VI. M.CCCCXCII.

Alexander VI. Rodericus Boria, patria Valentinus S.R.E. uicecancellarius, Caliſti quondam pontificis ex ſorore nepos, poſt dies XXII. Innocentio ſuccedit, nonnullorum opera cardinalium qui primi ingratum eum ſenſere, ac omnes ſub eo poſtea uaria calamitate ſunt preſsi: partim exilio, partim carcere mulctati. Iulianus Oſtienſis & Raphaël Camerarius, quòd ſuſpecti eſſent, alter ob ueterem ſimultatem alter ob propinquos Aemilia expulſos, ſponte ob metum ſeceſſerunt uſque ad ſucceſſorem. Proceresq́; Romani, quorum cardinales eum extulerant, alij alia de cauſa ſublati. Vrſini ante omnis bellũ ſuſtinuerunt æſtate una, in quo duces fuere Guido urbinas ac Pont. filius unà cum Bernardino Lunate legato. Capta nonnulla caſtra, res ad Brachiani obſidionem redacta, quòd mulieris uiduæ uirtute ea tenus defenſum eſt, donec Carolus Virginij filius nothus cum parua ac collectitia manu ſuperueniens, totum pene exercitum ſimul cum ductore ipſo, tanquam in cauea pullos gallinaceos caperet. Legatus filiusq́; uix fuga euaderent. Poſt hæc eis pax data. Vrbinas XXX. millibus aureorum ſe redemit. Alexander deinde nihil prius habuit quàm Innocentij exemplo ſuos nothos honoribus, uerum longe maioribus extollere, quando iam res hæc honori & gloriæ cœpit eſſe. Itaque Lucretiam filiam prius Ioanni Sfortiæ Piſaurienſi principi locauit, deinde abdicatam Aloiſio Aragoni, Alfonſi regis filio notho: quo demum interfecto Alfonſo Eſtenſi Ferrariæ duci, cum quo adhuc perſeuerat. Ex filijs uerò alterum minorem natu principem in regno Siciliæ fecit: alium Cæſarem cardinalem. Minorem quoque in Hiſpania ducem. Qui breui tempore nocte quadam trucidatus & in Tyberim proiectus eſt. cædis autorem quanquam plerique non ignorant, non tamen nominare fas putant. poſt eius mortem Cæſar cardinalis ſpreto ſacerdotio eiuſq; ordine, cupidus dominandi, ſe ad Ludouicum Galliæ regem cum magna ui auri ac ſupellectilis contulit, eiuſq; propinquam de Lebreto in matrimonium unà cum oppido Valentia accepit. Regis deinde auxilio, perpetuoq́; fœdere multum in Italia ſibi ditionis parauit. Aemyliam in primis omnem præter Bononiam eiectis par

ctis par

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ctis partimq; necatis antiquis familiarum poſſeſſoribus, In Hetruria Populinum, in Piceno Camerinum, Senogalliam, Vrbinum, quod ex omnibus per proditionem cepit. Nam cum ut hoſpes & amicus à Guidone duce cum exercitu apud Callium exciperetur, extemplo dato ſigno urbem eam corripuit. Inde propere Vrbinum inuadi mandat. Guido uerò cum non ſatis uirium improuiſus ad reſiſtendum haberet, ne in manus hoſtis perueniret, ſtatim relictis omnibus nocte ſequenti paucis comitibus ad ſororium ſuum Mantuam aufugit. Pontifex interim Roma ſupplementa res agenti mittebat, una tantum cogitatione occupatus, quonam modo eum maximum principum conſtitueret: ea propter in animum induxit proceres urbis finitimos alia atque alia de cauſa prorſus omnis extinguere. Cœpitq; à Caietanis uetuſta familia, qui nonnulla apud Volſcos oppida poſſidebant. Iacobum protonotarium ex ea gente Honorati filium carcere incluſum, necauit. Adoleſcentemq; unicum Colæ filium familiæ ſuperſtitem abſentē trucidari iuſſit. Colūnenſium deinde Gallorum auxilio expulſorum, imperium omne inuaſit. Quod reliquum erat cum ad Vrſinos anhelaret nec ſatis cauſæ haberet, occaſionem eſt nactus, quam optanti, hominum promittere nemo potuiſſet, ipſa dies iam obtulit ultro. Contigit enim ut ipſimet Vrſini tantos Cæſaris ſucceſſus, tantamq; imperandi cupiditatem aſpicientes, ſibi quanquam amicis timerent, ne cunctis iam ſublatis ipſi quoque delerentur. Itaque cum ijs qui pari formidine adficiebantur, unà conſpirant. Erant autem hi, Ioannes Bentiuolus, Ioannes Paulus Balio Peruſinus, Vitellocius Tifernas, Liberoctus Firmanus, Pandulfus Petrucius Senenſis, Baptiſta cardinalis & Paulus Vrſini. Qui omnes prope Peruſiam conſilio facto contra Cæſarem coniurant. Eueſtigioq; irruptione facta, Vrbinum recipiunt & Camerinum, cohorteſq; Cæſarianas, quæ ad ſuccurrendum mittebantur, in itinere adorti adfligunt, aliaq; Aemyliæ oppida tentare continuo feſtinant. Pontifex hoc accepto nuntio magnopere commotus, omni ſtudio placare ſibi Vrſinos in primis conabatur, quòd facile cunctos ipſorum ſperabat autoritatem ſequuturos. Itaque omni pollicitatione, humanitate, conditioneq; delinitos in ſuam ſententiam adduxit: illi conciliati iam capta reſtituunt, de nouoq; Senogalliam Cæſari acquirunt, quò Paulus & Grauinæ dux Vrſini Vitellocius & Liberoctus unà conuenerant. Cæſar igitur, qui Forocornelij ſe continebat, opportunum tempus ſe uindicandi ratus, eò cum exercitu Vaſconum de improuiſo proficiſcitur: illi obuiam inermes procedentes, ueniam petunt præteritorum. Humaniter excepti ſunt, cuſtodiæq; interim clam adhibiti ne fugere poſſent. Itaque iam deducendi officio functi quum diſcedere uellent, ſimulatione ſimul colloquendi reſtare iuſſi ſunt. Quum in conclaue ueniſſent extemplo clauſa ianua, & à militibus ad hoc ordinatis capti Vitellocius & Liberoctus, eodem die ſtrangulati, paucis poſt diebus reliqui. Nec mora, Peruſia, Tifernumq; eiectis Vitellijs ac Balionibus pontifici ſeſe dediderunt. Pontifex interea Romæ ubi per nuntium celerem noctu captos hos eſſe accepit, cardinalem Vrſinum quem multa prius blanditia, ſpeq; ſecurum reddiderat, mane hortatur ad palatium uenire, fingit Columnenſes prope urbem adeſſe, ponteſq; cepiſſe. Ille credulus ubi obtemperauit, capitur, & in molem Adriani conijcitur cum abbate Aluiano Vrſinarum partium. Præſul uerò Florentinus & Iacobus Sanctacrucius eadem hora capti, in palatio ſunt cuſtoditi. Sanctacrucius poſtera die dimiſſus, uadibus datis, conſentiente cardinale, ad oppida Vrſinorum pontifici adſignanda: ipſe uerò cardinalis paucis poſt diebus eſt elatus, cauſa mortis omnibus facile iudicata. At Cæſar quum perſequi reliquias coniuratorum ſtatuiſſet, è Senogallia cum exercitu quindecim millium armatorum contra Pandulphum Petrucium profectus, in agrum Senenſem irrupit, oppidaq; nonnulla capit. Senenſes qui ab initio reſiſtere, Pandulphoq; omnia permittere ſtatuiſſent, quum tamen non equis uiribus reſponderent, cedere illum ad tempus maluerunt, quàm unius hominis cauſa rem publicam periclitari: quapropter illo Lucam cum omni familia diſcendente, bellum diſſolutum. Inde Cæſar ad Vrſinorum oppida reliqua ſe conuertit: ac Cære uetuſtum gentis oppidum expugnare cœpit, natura munitiſſimum: inſtantia tamen ac potentia iamiam potiturus cum Iulo Vrſino cardinalis fratre, qui locum defendebat, tranſegit, ut ille incolumi ſubſtantia diſcederet. Victor igitur cætera inſectari ſuperſedit, quòd uideret maxime Ioannem Iordanum Virginij filium Gallis addictum, quorum ipſe autoritate nitebatur. Alexander interim omnis excogitabat uias ad pecuniam quæ ſuis cupiditatibus ſuppeteret: quapropter nouum ſcriptorum breuium collegium inſtituit numero octoginta, quorum loca ſingula ſeptingentis quinquaginta aureis uenire: reliquorum collegiorum emolumenta quod omnia uenditarentur, nihilq; pecuniæ negaretur, ab initio fœcunda quidem, uerum poſtea nunquam exiliora, diuiſa cum Rothomagenſi Galliæ legato rerum omnium facultate. Quos uulgus Marranos uocat diuerſis temporibus anquiſiuit, cardinales trigintaſex interpellatim creauit, in quibus fuere Hiſpani octodecim, quorum optimi ac præſtantiſſimi Bernardinus Caruaiala præſul Carthaginenſis, regis Hiſpaniæ legatus tituli ſanctæ crucis, qui ad ſtemmata nobilis familiæ magnum ipſe decus adiecit, uitæ modeſtia, theologiæq; ſcientia præditus. Ioannes Salernitanus, & Franciſcus Borgia Cuſentinus, præſules ambo, religionis ac bonitatis fama conſpicui. Italicorum uerò totidem, Ioannes Antonius Mediolanenſis præſul Alexandrinus, è duodecim iudicibus, iuris ſcientia nulli ſecundus: Franciſcus Soderinus præſul Volaterranus, ac Referendarius, in eadem & ipſe ſcientia clarus: nec minus rerum prudentia, animiq; ſolertia, quam & à parentibus quaſi hæreditariam habuit, & ipſe multis pro patria, multis etiam in Romana curia exantlatis laboribus eſt adſequutus. Adrianus Cornetanus, præſul Batonienſis, eius breuium magiſter, potius uerò rerum omnium uicarius. Is enim diu Quæſtor in Britannia fuerat, ubi ex regis amicitia magnas opes adſequutus, deinde ab Alexandro adcerſitus, unus omnino fuit, qui ob ſingulare ingenium difficillima tempora non ſolum incolumis euaſerit, ſed cum laude ſuperauerit. Cæterum in Alexandro, ut de Annibale Liuius ſcribit, æquabant uitia uirtutes. Inerant nanque ingenium, ratio, cognitio, memoria, diligentia, eloquentia uerò quædam naturalis, & ad perſuadendū apta, ut nemo rem cautius proponeret, aut acrius defenſitaret, ſeu quo'uis cuperet impelleret, ſeſe unum omnium animis adcommodando, cum iucundis de remiſſione, cum ſeueris de diſciplina, cum patribus de republica loquebatur. Suos aduerſarios placabilitate ac patientia deuinciebat. Nam eorum qui de numero patrum exulabant, quos'ue ſuſpectos habuerat, nihil de priſtina dignitate detraxit. Gallorum animos contumaciſſimos ita ſedauit, ut amiciſſimi diſcederent. In tanta procerum Rom. uaſtatione, quod ſanè incredibile, nullum in urbe tumultum, nulla ſenſimus arma, omnia ipſe obire, parum in rebus arduis cuiquam fidere. Idem in otio ſolutiſſimus, in metu conſtantiſſimus: nunquam negotia ſeu legationes audiendas uoluptate præuertit, res in multam noctem protrahebat, breuiſſimi ſomni cibiq;. Artes liberales ſi non colebat admirabatur, Iuris præſertim ſcientiam ubi eſſe contigerit. Salaria doctoribus, ſtipendia militibus, mercedem operarijs, nunquam eſt differre nedum auferre uiſus: cuius rei gratia exer-

citum quem magnum ſæpe nutriebat, ductore filio, fideliſsimum habuit, breuiq; tempore ac negotio totam ferè Aemyliam quæ tributa non exoluerat ei ſubegit. In annonæ difficultate quæ bis contigit, aducta è Sicilia magna ui frumenti ita diligenter urbi prouiderat, ut plebes nullum ferè ſentirent incommodum. Has igitur animi dotes magnis obruerat uitijs, quæ narrare non attinet, tantum referam quæ uulgus adſpexit. Siquando rerum faſce non premeretur, omni ſe remiſsionis generi ſine diſcrimine dedidit: quapropter comœdias Plautinas, cæteraq; ludicra libenter ſpectauit, frequenterq́; in Adriani molem uentitabat, ut palàm perſonatos per eorum ferias ac omnes dies feſtos ſiquid elegantius in hominum genere per uiam præteriret, propius adſpiceret. In nuptijs filiæ quæ ad uirum Ferrariam profectura erat, equeſtres ludos & uenationem in Vaticano extra ordinem dedit. In urbe gladiatorum nunquam licentia maior, nunquam populo Romano libertas minor. Delatorum magna frequentia, breuiſsimo maledicto pœna mortis erat. Graſſatorum inſuper omnia plena, nec noctu tutum per urbem iter, nec interdiu extra urbem. Roma gentium refugium, & arx populorum omnibus ſeculis, nobilis iam carnificina facta erat, quæ quidem omnia ſuorum cauſa, quibus omnia indulſerat, permittebat. Ipſe quoq; Cæſar dum hæc ei licuere, ea fuit indole, ut ſi ab initio in bonos incidiſſet uitæ monſtratores, perpetuam ſibi, reiq; Romanæ gloriam peperiſſet: nam & in ea adoleſcentia, quantum perſpicere potuimus, nec deliberanti concilium, nec ductanti exercitum maiorum diſciplina, neque ſermonem habenti facundia defuere: eaq́; demum à natura liberalitate, ut patris auaritiam ſæpe palàm deteſtaretur. A iuſtitia quoque uti uidebatur minime abhorrens, quin in Aemylia iam adepta ſumma æquitate populos regebat, ac iudicem grauiſsimum Antonium Montanum iuri dicundo præpoſuit, tanta ſubditorum probatione, ut illi uel defuncto Alexandro, quod minime putabatur, in officio perſiſterent. Verum ut ſterile ſolũ & intemperies cœli, bona frugum ſemina præcipitant: ſic & hunc praua inſtructio, ac proximorum libido à recta uirtutis ſemita detorſerunt, ex quo ſeq; ac omnem Italiam uarijs calamitatibus inuoluit. Hæc autem quota portio fuit, quæ probris contaminata ex Hiſpania aducta reliquã gentem infamabat, quum ut uera loquar, urbs Roma neque unquam maior, neque ſanctior quàm ſub Hiſpanis principibus ac pontificibus fuerit, ſi Traianum & Damaſum recenſere uelimus: hodieq; & in ordine ampliſsimo tum in cæteris collegijs uiri præſtantiſsimi hanc ex parte magna Rempub. ornent. Ad Alexandrum redeo, qui inter hæc anno M.D. Iobileum celebrauit, his qui uenire neglexerant ſeu minime poterant per diplomata licitatus. Adriani molem opere quo nunc cernitur reſtituit, Angeloq́; ſupremo repoſito, cuius ſimilis paulò antè fulmine deiectus fuerat. Quumq́; animo adhuc maiora de filio conciperet, diuturnioremq́; uitam ſibi polliceretur, ſubito in morbum incidit, ex quo paucis diebus abſumptus eſt XV. calend. Septemb. Anno põtificatus XI. ſalutis M.D.III. cauſam in cœnam uenenatam incerto autore uulgò conſtans opinio iactat, quum præſertim & Cæſar ipſe & Adrianus cardinalis qui unà accubuerant, eadem penè ualetudine adficerentur, quam ætatis robore euaſiſſent. Poſt eius mortem Cæſar ante omnia theſaurum omnem corripuit, Vaticanum quod armatorum XII. millibus tenebat, ſimul & Adriani molem operibus munijt, eo animo, ut patres in eodem loco de more cogendos ad nouum ſucceſſorem, in ſua uota compelleret. At illi ad euitandum periculum in ædem Mineruæ congregati, ſubito à Cæſarianis quos Micheletus Cæſaris ægrotantis emiſſarius ducebat, circundantur. Fama peruagante captos eſſe cardinales, direptiones ac cædes tota urbe fieri, omnis illico pauor inuaſit, tabernæ clauduntur, arma corripiuntur, tranſtris, trabibus, cathenisq; ferreis uiarum exitus obſtruuntur, haud aliter quàm ſi rurſus Annibal mœnia tenuiſſet. Ille autem quòd duram forte prouinciam adſumpſiſſe ſibi uideretur, paulò poſt quàm uenerat diſcedẽs, Vrſinorum tantum ædium partem apud Montem iordanum incẽdit. Patres poſt hæc ad urbis cuſtodiam peditum quatuor millia ſcribunt. Proceres Rom. adcerſunt. Cardinales tranſalpinos, & undecunque uocatos præter conſuetudinem expectant. Fabius Vrſinus qui cum DCCC. uenerat armatis, Pauli patris ulturus necem, quando in autorem non ualebat in proximas ædibus ſuis pauperum Hiſpanorum tabernas, puerili nimiũ ardore impetum facit: aliquot ex eis necat, bona ſubuertit: uerum nocte ſequente Cæſarianorum irruptionem formidans, ſimulq́; à ſenatu iuſſus in proxima ſua caſtra diſceſsit. Interim Proſper Colũnenſis, qui quòd Hiſpanis militaret amiciſsimus eſſet, ad Cæſarem à patribus mittitur rogatum, ut à pertinacia deſiſtat. Eo tandẽ ſimulq́; rurſus Galliæ Hiſpaniæq; oratoribus inſtantibus, Nepet cum omnibus copijs ſe deferri lectica iuſsit. Arx uerò adhuc à ſuis tenebatur, quanquam cuſtos B. Caruaialis card. opera ſeſe patribus obtemperaturum polliceretur. Vaticanũ igitur recipitur, ubi de more pont. peractis exequijs tantiſper ſuperſederunt, donec Gallorum exercitus qui tunc illac contra Hiſpanos in Campaniam iter habebat, iubente cardinale Rothomagenſi qui ſummam apud eum autoritatem habuerat, mœnibus egrederetur, nequa uis aut tumultus oriretur. Die igitur XXX. uacantis ſedis XXXVII. cardinales, quorum Decurio Neapolitanus erat, conclaue ingreſsi VIII. poſt die Frãciſcum Piccolomineum dia. card.
Senęſem Pij II. ex ſorore nepotem pontificem creant, Pium Pius III. M.D.III.
III. appellatum, cuius fama bonitatis, animi omnium ad bene iam de religione, deq́; rebus humanis ſperandum excitati fuere, ad cuius nuntium Cęſar ſtatim cum parte ſuorum reuertit, patribus gratias agit quòd quem maxime cupiebat elegiſſent. Vrſini non amplius differre ultionem rati, cum armatis eum in Vaticano inuadunt, fit cædes nonnullorum, cum ille ſe defenſitat, & ut tandem ſe periculo eximat diſcedere paratus iuſſu pontificis in molem ducitur Adriani. Pius interim ex ulcere cruris ex quo diu laborauerat XXX. poſt creationem die deceſsit, nihilo rerum ab ſe geſto quas maximas animo conceperat. Nam & eccleſiam Rom. renormare, concilium celebrare, ac in Turcas proficiſci auunculi imitatione ſtatuerat.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VRBANORVM
LIB. XXIII.

PRINCIPES Romanos iidẽ ferè qui & pontifices quocunq; modo deſcripſere. Ex antiquis Latinis Cor. Tacitus, Marius Maximus, Iulius Cordus, Suetonius Tranquillus, Suetonius Optatianus, Gargilius Martialis, Fabius Marcellus, Iul. Capitolinus, Aeli. Lãpridius, Fla. Vopiſcus, Eutropius & Oroſius. Ex Græcis uerò Dexippus, Herodianus, Dion. cuius etiã nõnulla extant, Appianus Alexandrinus ut ex eius libris deprehendimus, cuius opere caremus. Ex his alios alij diligentius ſunt perſecuti, ut à ſuperioribus ſcriptoribus præteritos uiderant, aut iam de dictis racemationibus eſſe locum, ſicuti & mihi neceſſarium facere. Nam cum duodecim primos adeo probe uulgo cognoſcendos Tranquillus ediderit, Periergon fuerit eorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Diſcordiæ ciuiles Gracchorum

eorum geſta repetere. Ex quo tantum initia quædam percurram, unde principatus habuit originem, quæ breuiter Appiano commemorantur. Diſcordiæ uidelicet ciuiles iam inde à Ti. Graccho exortæ ratione Agrariæ legis. Is tribunus cum uideret Romanos potentiores omnem penè agrum Italicorum occupaſſe, Coloniasq; ſuo nomine ubique ordinaſſe, miſeratus inopem turbam, legem edidit, ut nulli plus quàm iugera quingenta poßidere liceret, cuius rei gratia ille interfectus fuit.

Apuleij, Glauciæ, Metelli.

Inde ſecuta Glauciæ prætoris & L. Apuleij tribuni pleb. cum Metello diſſenſio, à quo uti cenſore deijci de ſenatu ac magiſtratu, ut obſcœni homines, non facile paßi, tandem & ipſi ſimiliter periere.

Syllæ & Marij

Poſt Gracchos L. annos Sulla nouo dominatu, dictatura Rempublicam inuaſit. Cuius cum Mario inimicitiæ Cæſarem poſtremo inuitauerunt diſcipulum, eius ueſtigia ſequi. Huius initia Tranquillo non repetuntur, quod eius principium operis ſit amiſſum ex eruditorum ſentētia. Patrem tamen eius L. Cæſarem ſcimus eſſe ex Plinio, qui Piſis dum ſe mane calciaret, repentino extinctus eſt.

Cæſaris & Pompeij Iul. Cæſar

Tempore deinde procedente Cæſarē magnis in Gallia per decennium rebus geſtis, cum à ſenatu exercitum dimittere iuberetur, id Pompeij reputans inuidiæ, cum ex conditione impetrare non poſſet, uti ille exercitum quem per Italiam dominationis cauſa tenebat, etiam dimitteret, contra Pompeium & patriam unà uenit: captoq; Piceno in urbem, unde ille aufugerat contendit, ſeſe excuſans ſenatui ac populo, tum quietis ciuibus nulliusq; partis impune eſſe licere pollicitus, Brunduſium aduolauit: deinde prælio Dyrrachino inferior, Pharſalico uerò ſuperior in Aegyptum adnauigauit, eoq; regno conſtituto, ſimul & in reditu Pharnace ſuperato, unius diei de eo uictoriam tribus prætulit uerbis, ueni, uidi, uici. In Hiſpaniam ſe uertit contra Pompeij liberos, poſtremo contra Scipionem in Africam. Repetens urbem dictator perpetuus à Sulla ſecundus factus eſt. Triennio poſt, Bruti coniuratione in curia Pompeij interfectus. De coniuratis habita queſtio.

Octauius

Octauius interim natus ex Accia nepte Cæſaris, ex Apollonia ubi dabat operam literis, adcerſitus hæreditatem inijt, ueteranos ſibi adſciuit, in tutelam Ciceronis ſe tradidit, cuius fauore autoritateq;, & Cæſar patris nomine appellatus, & ſenator annorum XVIII. & Cos. XX. per uim eſt factus, admotis ad urbem legionibus. Vbi cunctante ſenatu, Cornelius Centurio legatus enſis capulum in curia oſtendens ait, hic faciet, ſi uos non feceritis. Legem ante omnia tulit, ut de coniuratis quæſtio haberetur: pacem cum M. Antonio & M. Lepido fecit, ita ut tres uiri Reipublicæ conſtituendæ per quinquennium præeſſent, hinc ſuos quiſque inimicos proſcripſit. Bella ciuilia V. geſſit, Mutinenſe, Philippenſe, Peruſinum, Siculum, Actiacum, ex quibus primum & nouißimum aduerſus M. Antonium. Secundum aduerſus Brutum & Caßium. Tertium aduerſus L. Antonium. Quartum aduerſus Sext. Pompeium: poſt cuius fugam collegarum alterum M. Lepidum quem ex Africa in auxilium euocarat, ſuperbientem XX. legionum fiducia, ſpoliauit exercitu: ſupplicemq; conceſſa uita Circeios in perpetuum relegauit. Domuit item partim ductu, partim auſpicijs ſuis Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiam cum Illyrico omni, item Vindelicos, & Salaſſos gentem Ciſalpinam coërcuit, in ipſis uictorijs alioquin crudeliſſimus & patri Cæſari abſimilis, uerum reliquæ uitæ cum modeſtia, tum caſtitate magnopere collaudatus. Nam & domini appellationem abhorruit, & in curiam ueniens ſenatores quos adſurgere non patiebatur, nominatim conſalutabat. Forum anguſtius fecit, non auſus priuatis domos extorquere. Vnus omnium in ſumma felicitate infelix, in orbitate prolis, in adoptionis pœnitentia, in generi contumacia, in filiarum impudicitia, in periculis aditis per tot bella genu brachiaq; in Delmatia ſauciatus, in Cantabria fulmine lectica perſtrictus, ex quo Ioui tonanti ædem ſtatim fecit. Vixit annos LXXII. ex quibus LVI. imperauit, relicta Tyberio Republica quem ex Tyberio Nerone & Liuia genitum, ſibi adoptauerat.

Tyberius

Qui inuitus ſuſcepit imperium, deq; mitißimo principe ſæuißima bellua euaſit, cuius adoptionis ſe quandoque Auguſtus pœnituiſſe ſigna oſtendit, & apud ſenatum eum excuſauit, naturæ uitia eſſe, non animi dicens. Hic poſt annos XXIII. ſucceſſorem habuit Caium, Caligulam in caſtris uocatum, annos tris imperantem: cui ob mores obſcœnos à ſuis interfecto Claudius ſucceßit, quem mater Antonia Monſtrum hominis appellare ſolebat, tanta fuit hebetudine ſimul, & animi ſegnitie.

Caius

Claudius

Vir Attamen doctiß. Græce Latineq;, ut qui libros XL. hiſtoriæ adhortante Tito Liuio conſcripſerit. Homerum memoriter tenebat, ut in uſu rerum ſæpe uerſus eius recitaret. Eius opera Portus & Aqua Claudia. Nero deinde annos ferè XIIII. totidem quot Claudius orbem lacerauit.

Nero

In hoc Cæſarum familia defecit, quæ ſic ſe habet: Auguſtus Liuiam Prægnantem ex Claudio Nerone duxit, quæ peperit Tyb. Cæſarem. Druſum uerò prius genuerat, qui rebus geſtis in Germania deceßit admodum iuuenis ex lapſu equi, cuius funus Tyb. pedibus uſq; Romam proſecutus eſt. Hoc Druſo & Antonia minore nati Germanicus & Claudius Cæſar. Germanicus in locum patris in Germaniam miſſus, utroque eloquio, reliquisq; uirtutibus clarus, etiam iuuenis ibidem excedens ex Agrippina M. Agrippa & Iulia Auguſti filia genita, Caium Cæſarem & Agrippinam reliquit. Claudius ex Valeria Meſſalina Barbati Meſſalæ filia, uxore impudicißima, Britannicum ſuſcepit, & Octauiam quam Neroni priuigno locauit. Nam matrem eius Agrippinam Germanici fratris ſui filiam Cn. Domitio nuptam poſtremo duxit: quæ Agrippina deinde Claudium ipſum boleto necauit. Nero relicta Octauia Sabinam Poppeam duxit, cuius extat Senecæ tragœd. Poſtea Galba Otho & Vitellius annos tris imperarunt.

Galba

Otho

Vitellius

Veſpaſianus

Titus

Domitianus

Veſpaſianus tandem res collapſas adflicto imperio reſtituit annis X. quibus uixit. Titus item Veſpaſianus eius filius orbis delitiæ appellatus annorum XL. poſt biennij imperium immerens uita priuatur. Domitianus Flauiorum ultimus, ac dedecus, iure à ſuis interficitur, cum crudeliter imperaſſet annos XV. uixiſſet XLV. cuius ob odium raſa ex marmoribus ac titulis eſt omnis memoria. Deinceps à me reliqui diligentius.

Nerua

NEruam Cocceium annorum ferè LXVI. uirum bonum ac nobilem Domitiano interfecto populus Romanus imperio dignum iudicauit. Hic initio reos maieſtatis qui diffugerant abſoluit. Mares caſtrari, tum ſororis aut fratris filiam in matrimonium ducere prohibuit, quum hæc ſub Domitiano paßim licuiſſent. Paſſus & ipſe quanquam bonus coniurationem Craßi Calpurnij, Aelianiq; Caſperij præfecti prætorij defectionem, quæ omnia ciuili animo tulit. A. Vlpium Neruam Traianum qui Germaniæ tunc præerat, cauſa Reipu. ſe dixit in ſenatu adoptare, Cæſaremq; appellauit, cum propinqui non deeſſent. Denique ex morbo extinctus eſt, quum imperaſſet annū, men. III. di. IX.

Traianus C.

A. Vlpius Nerua Traianus annorum XLII. genere Hiſpanus ob uirtutem & diſciplinam rei militaris adoptatus, accepto de patris morte nuncio è Germania ſtatim redijt. Aelianum, & prætorianos qui in Neruam coniurauerant, in primis ad ſe, alia dißimulata cauſa uocatos de medio ſuſtulit. Is poſt Cæſarem Auguſtum Romanæ Reipub. mouit lacertos. Ante omnia in Dacos expeditionē ſumpſit, indignatus quod his pecuniā à Domitiano quondam uicto pactum pendere oporteret. Itaq; Decebalum eorum regem in prælio uicit. Suas ueſtes militibus ſaucijs diuiſit, ut uulnera ligarent. Decebalus acceptis conditionibus ante pedes Traiano procubuit, inde ſolutus abijt. Imperator

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Romam uenit, Dacicuſq́; appellatus ludos gladiatorios dedit. Interea Decebalus rebellat, uicinos populos ad bellum incitat,
Longinus
Longinum Traiani legatum in colloquio circumuentum capit. Redijt ad Dacos Traianus. Lapideo ponte pilarum X X. Danubium iunxit. quarum altitudo præter fundamenta C X L. Latitudo L X. Interuallum L X X X. pedum erat. Cuius poſtea magnam partem Hadrianus diruit, ne Barbaris quandoq; nos inuadendi occaſio foret. Poſt longos conflictus occupato Dacorum regno, ne uiuus in poteſtatem Romanorum perueniret Decebalus, ſua manu uſus interijt. Caput Romam perlatum eſt, Dacia prouincia facta. Traianum poſt hæc ad urbem redeuntem, uariarum gentium legati atque etiam Iudæorum adiere. Spectacula magnifica per C X X. dies edidit, modo mille, modo X. millia ferarum cæſa ſimul & manſuetarum beſtiarum. Tunc & paludes Pontinas ſiccauit, uiamq́; Appiam ex ea parte ſtrauit. Columnam in foro ſuo poſuit pulchritudinis gratia, ſiue ut ſepulcrum eius eſſet. Quæ ut circumſpici poſſet, partem Quirinalis montis ſolo æquauit. Inſcriptionem eius ponam quæ adhuc intra baſim ipſius legitur huiuſcemodi. Imper. Cæſ. Diui Neruæ F. Neruæ Traiano Augu. Germanico Dacico pont. Max. Tribu. poteſt. X V I I. imper. P P. Ad declarandum quantæ altitudinis mons & locus tantis uiribus ſit egeſtus. Armeniam deinde recepit à Parthis. Sublato diademate regi Armeniæ maioris regnum ademit, Albanis regem dedit: Hiberos, Boſphoranos, Colchos, in fidem Romanæ ditionis accepit. Oſdrenorum loca & Arabum occupauit, Marcomedos obtinuit, Perſidis regionem, Seleuciamq́; ac Cteſiphontem accepit tenuitq́;. Vſque ad Indiæ fines poſt Alexandrum adceſſit, in mari rubro claſſem inſtituit. Prouincias fecit, Armeniam, Meſopotamiam & Aſſyriam, ac inter Romanos & Perſas limitem Tigrim eſſe uoluit. Porrò Aſſyria inter Tigrim & Euphratem ſita magnis amnibus inſtar Aegypti fœcundatur. Hæc ex Dione & Ruſo. Addit uerò Dion Traia-
Agareni
num contra Agarenos, qui unà cum cæteris defecerant, profectum in Arabiam: quos cum diu obſediſſet, eorumq́; oppidum Agaram mœnibus nudaſſet, nunquam tamen ſuperare potuiſſe tempeſtate cœli quaſi diuinitus diremptos. Itaque re infecta rediſſe. Inter amicos Sicinium Suram, quem quandoque apud eum calumniatum, præfectum inſuper prætorij ſui conſtituit. Dicit eum præterea uirum laudatiſſimum, ac natura clementem & probum, duobus exceptis uitijs, quòd uino, quodq́; puerorum libidini indulſerit. Igitur his uitijs hunc, nequeo ſatis mirari, diui Gregorij, ut dicitur, precibus ex infernis ad cœlum euolaſſe, uerum Dei conſilium minime à nobis deprehendi fas eſt. Ipſe apud Seleuciam quæ poſtea Traianopolis dicta eſt, dum rediret ex Syria, ex profluuio uentris deceſſit, anno imperij X X. Statimq́; Parthi, Armenij, cæteriq́;, remotæ gentes rebellauerunt, ex quo militum Romanorum tot labores periere. Paucos ante annos Iudæo-
Mar. Turbo
rum magnam cædem fecerat per Martium Turbonem lega-
Actius Lupus
tum, quòd Actium Lupum præfectum fugauerant, eiq́; prouinciæ L. Quietum præfecit.
L. Quietus
Hadrianum eius conſanguineum à patre ſibi commendatum adoptauit, cum ipſe nullos ex Plotina coniuge, aut aliunde liberos ſuſcepiſſet. Aerarium Romanum quod ſub Capitolio erat, in ædem Saturni traduxit. Vias reſtituit. Nam ante hos annos repertum apud Circum Maximum marmor cum inſcriptione huiuſcemodi. Imperat. Cæſ. Diui Neruæ. F. Traiano Germanico Dacico Pontif. Maxim. Tribu. poteſt. V I I I. Imperat. I I I I. Cos. V. P P. Tribus X X X V. Quod liberalitate optimi principis, commoda eorum etiam locorum adiectione ampliata ſint. Chriſtiani etiam nonnulli ſub eo cruciati. De his Plinius cum eſſet procurator in Bithynia Traianum per literas conſuluit quid agendum, quum nihil mali eos agere comperiſſet, tantumq́; quibuſdam hymnis antelucanis uacare. Reſpondit ille, Minime quidem inquirendos eſſe, uerum oblatos punire oportere. Extant & alia, quæ ex alijs item autoribus aut panegyricis aut epiſtolis de hoc imperatore colliguntur, quæq́; magnopere laudes eius concelebrant. Et pueros quidem (uti ſuprà commemorauimus) amaſſe dicunt, uerum ingenioſos, ac probos, citraq́; libidinem. De lætitia etiam potationis omnes conueniunt, uerum citra ebrietatem. Ante meridiem nunquam ueſcebatur. Cæterum præditum humanitate, ut ab omnibus facile adiretur. Mortuo Nerua magnis rebus geſtis in Germania cui præerat, ſubiugatiſq́; Marcomannis ac Iazygum & Pannoniæ populis, quum ad ſucceſſionem imperij Romam rediret, minime triumphans aut quadrigis cum ei per ſenatum liceret, ſed tantum equo inſidens, in Capitolium inuectus, Ioui Opt. Max. tum ſenatui gratias egit. Per urbem ſemper more Catonis pedibus ibat, paucis comitibus, nullis ſpiculatoribus aut ſatellitibus. Senatum patrem, ſe miniſtrum laboris uocabat. Stans Coſſ. ſedentes uenerabatur, quod ſe illis inferiorem ex legibus eſſe reperiret. Bibliothecam nobiliſſimam publicauit quæ Vlpia dicta eſt, in qua libris lintheis geſta principum, ac elephantinis ſenatuſconſulta conſcribi iuſſit. Aedificia plurima eius titulis & inſcriptione fiebant, præter eius etiam uoluntatem. Ex quo herba parietaria, quæ in muris naſcitur, à pleriſque dictus. Deceſſit annorum L X I I I. apud Seleuceam Syriæ. Relatus inde in urbem ac ſub eius columna con- Hadrianus
ditus. Aelius Traianus Hadrianus. Sic enim in ueterum mo- C X X.
numentis inſcribitur, genus antiquum ab Adria Picentium trahit, unde maiores eius tempore Scipionum in Hiſpaniam migrauere. Patrem habuit Aelium Hadrianum cognomento Aphrum conſobrinum Traiani principis. ipſe natus Romæ, ubi Marullinus Atauus eius primus ſenator populi Romani fuit. Puer relictus à patre in tutelam Traiani, à quo etiam adoptatus, liberalibus artibus imbutus, literis præſertim Græcis eruditiſſimus, ut etiam Græculus appellaretur, Matheſim etiam probe tenebat. Quod Marius Maximus uſqueadeo demonſtrat, ut eum dicat cuncta de ſe ſciſſe, ſic ut omnium dierum uſque ad horam mortis futuros actus antè præſcripſerit. Satis conſtat de Vero quem adoptauerat ſæpe dixiſſe, Oſtendent terris hunc tantum fata, nec ultra Eſſe ſinent. Igitur quum omnes profiteretur artes, omnes exagitabat doctores, ſæpe aliqua propoſita quæſtione certando, Et Alexandriæ quondam in muſeo multa & propoſuit & ſoluit. Alebat ingenia eiſq́; fauebat, imprimis Fauorino philoſopho. Extant adhuc eius quædam epigrammata Græca ualde lepida. Barbam quoque more Græcanico ſubmittere primus ea tempeſtate cœpit, quem poſtea morem nonnulli principes Rom. ſeruauere. Peregrinationes maximas ingenti celeritate confecit. Expeditionem in Pannonios uiuente Traiano ſuſcepit. Deinde princeps Iudæos debellauit, quod uetiti circumcidi, rebellauerant, magnaſq́; cædes Romanorum per diuerſas orbis partes fecerunt. Inde in Galliam Britanniamq́; contendit, in qua multa correxit. Murum L X X X. paſſuum millibus duxit, qui Britannos à Romanorum imperio diuideret. Mox in Hiſpaniam, deinde Romam repetens, Athenas profectus eſt, poſtea in Aegyptum. In qua peregrinatione Antinoum ſuum ob formam ſibi chariſſimum amiſit, cui Hieroſolymis templum dicauit. Traiani gloriæ uidetur inuidiſſe, quando & Armeniam & Meſopotamiam & Aſſyriam ab illo adquiſitas Parthis conceſſit. Pontem quoque ab eodem ſupra Danubium factum deleuit. Limitemq́; inter Romanum & Perſas Euphratem ſtatuit. Marius Maximus cum etiam natura crudelem dicit fuiſſe, ſed Domitiani finem ueritum, abſtinuiſſe. In cibis amabat tripharmacum, quod phaſiano, ſumine,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

mine, perna & cruſtulo conſtabat. Quæ reſtituit aut reconcinnauit, titulis priorum conditorum adnotauit, ea fuit in parte modeſtia. Opera eius, uilla Tiburtina, cuius ueſtigia maxima hodie uiſuntur, in qua prouinciarum & celebratorum locorum nomina inſcripſit, ueluti Lyceum, Academia, Prytaneum, Tempe, & his ſimilia. Lauacrum quoq; Agrippinæ, cuius ueſtigia ſunt prope ſanctum Laurentium in Paniſperna. Pons eius nomine reſtitutus, quo continuo nunc itur in Vaticanum, propeq́; ſepulcrum quod Moles Hadriani nominatur. In quo Antonini ferè omnes ſepulti ſunt, quemadmodum inſcriptiones indicant, quas cum de ipſis agetur ponemus. Pantheon etiam reſtituit Senatores equitesq́; Romanos togatos in publicum procedere iuſsit, præter quàm redeuntes à cœna. Adoptauit L. Ceionum Commodum, quem L. Aelium Verum appellauit. Hic patrem habuit L. Ceionum Commodum Verum. Cuius paternum genus ex Hetruria, maternum ex Fauentia fuit. Filius autem L. Verus qui cum M. Antonino imperauit, de quo poſtea dicam, ob uoluptatem tantum ac formam ab Hadriano dilectus eſt. Amatorios laſciuosq́; poëtas ſemper lectitabat. Martialem epigrammatographum, Virgilium ſuum appellabat. Coniugi querenti dicebat, uxoris nomen non uoluptatis, ſed honoris eſſe, quapropter ſe cum alijs oblectare uelle. Adoptionis factæ de Aelio poſtea pœnituit, cum uideret & alijs inuiſum & natura ualetudinarium eſſe: ex quo breui tempore defunctus eſt, ſepultusq; in mole Hadriani, cum hac inſcriptione quæ adhuc legitur in pariete, L. Aelio Diui Hadriani Augu. F. Cos. II. Hadrianus igitur in eius locum Annium Antoninum qui poſtea Pius uocatus eſt, adoptauit hac conditione, ut ipſe M. Antoninum filium fratris uxoris ſuæ Fauſtinæ & L. Verum Ceioni filium adoptaret. Hoc pacto liberorum, nepotumq; ſucceſsioni conſuluit, cum Sabinam uxorem ſterilem habuiſſet. Deceſsit Baijs anno ætatis LXXII. imperij autem XXII. Sepultus in uilla Ciceronis Puteolis, ubi poſtea Pius templum ei pro ſepulcro conſtituit. Reliquias eius in urbem aſportari, ac in hortis Domitiæ collocari iuſſit. Impatientia morbi ſæpe à ſeruo gladium petijt, & à medico uenenum, utrumque prohibente Antonino. Ex eius morte ſenatus magnopere gauiſus eſt, deq́; abrogandis eius geſtis cogitauit. Sed reſpectu Antonini deſtitit. Qui refragantibus cunctis eum inter diuos retulit. Hæc ex Spartiano & Ruſo & Capitolino.

L. Aelius Hadriani filius

Antoninus Pius CXL.

T. Aelius Aurelius Fuluius Boionius Hardrianus Antoninus Pius, genus paternum è Gallia tranſalpina Nemauſenſi uidelicet duxit. Auum habuit T. Aurelium Fuluium, patremq́; item eodem nomine, qui conſulares fuere. Auiam maternam Boioniam Procillam, Auum maternum Arrium Antoninum hominem ſanctum, qui Neruam olim miſeratus eſt, quòd ea ætate imperare cœpiſſet. Socerum Annium Verum, uxorem uerò Anniam Fauſtinam. Vultu decorus fuit, moribus clemens, ingenio clarus. Pius à ſenatu appellatus eſt, uel quòd ſocerum ætate confectum manu ſubleuaret, uel quòd multos cædi deſtinatos ab Hadriano ſurriperet, ſeu potius quòd multos poſt mortem honores Hadriano decreuerit. Vxorem Fauſtinã quam anno III. imperij amiſit, diuinis honoribus coli à ſenatu, delatis Circenſibus, & templo & flaminibus & ſtatuis aureis paſsus eſt. Cuius honoris veſtigium hodie uidemus prope S. Coſmum & Damianum in ſemiporticu adhuc extante hac inſcriptione: Diuo Antonino, & Diuæ Fauſtinæ. Duas ex ea filias, alteram Lamiæ Silano, alteram Fauſtinam M. Antonino filio locauit. Vtebatur in ſenectute pane ſiccio ad ſuſtentandas uires. Aurum Coronarium, id enim eſt quod in corona noui principis populi dono mittebant, Italiæ reddidit, prouincialibus dimidium. Cum ſibi finem adeſſe ſentiret in morbo conſtitutus: Fortunam auream ad M. cubiculum transferri iuſsit. Nam ſignum Fortunæ aureum ſemper erat in cubiculo imperatoris, uerum in exitu uitæ Trib. militum illud ad ſucceſſoris locum transferebat. Deceſsit Lorij, ubi natus & educatus eſt, ac uillam extruxerat. Lorium enim oppidum Hetruriæ prope Romam XIIII. lapide uia Aurelia: anno ætatis LXX. imperij XXIII. ſummo ordinis omnis deſiderio. Nam placabilitate, clementia, ſanctitate alter Numa putabatur. Ex honoribus à Senatu pater patriæ ac Pij cognomentum accepit. Ex Capitolino. Sepultus in mole Hadriani cum hac inſcriptione, quam pauloante quàm ea reconcinnaretur aperte legebamus. Imp. Cæſ. T. Aelio Hadriano Antonino Auguſt. Pio Pont. Max. Tribu. poteſt. XXIIII. Imper. II. Cos. IIII. P. P. Ex quo patet & Aelij ratione patris adeptum, & Aurelij ratione matris nomen habuiſſe. In eodem quoque loco eiuſdem altera inſcriptio huiuſcemodi eſt. Imper. Cæſ. diui Traiani Parthici filio, diui Neruæ nepoti Traiano Hadriano Auguſto Pont. Max. Tribu. poteſt. XXII. imper. II. Cos. IIII. P. P. Et diuæ Sabinæ. Imper. Cæſ. T. Aelius Hadrianus Antoninus Auguſt. Pius pont. Max. tribu. poteſt. II. deſign. IIII. P. parentibus ſuis.

M. Aur. Anto. CLXXIII.

M. Aelius Aurelius Antoninus philoſophus, natus & educatus Romæ in Cælio monte, iuxta ædis Laterani in domo Veri aui ſui, originem à Numa rege traxit: ut autor Marius Maximus. Liberalibus artibus ab initio magnopere uacauit: in quibus Herodem Atticum & Proclum habuit præceptores: ſed in primis Frontonem cui & ſtatuam à ſenatu impetrauit. Proclum uerò ad proconſulatum uſque prouexit. Annos XII. habitu philoſophi, in pallioq́; uixit, ac humi cubitauit: in qua diſciplina doctores item habuit Apollonium Chalcedonium Stoicum: Sextum Chæroneum Plutarchi nepotem, ad cuius etiam domum adibat: ut autor eſt Philoſtratus in ſophiſtis. Claudium Maximum: Claudium Seuerum. Ante omnes Iunium Ruſticum, quem cos. iterum deſignauit, cuiq́; ſtatuam poſt obitum poſtulauit. Operam & picturæ dedit ſub Diogneto magiſtro. Cum L. Antonino fratre ſimul & genero pari poteſtate imperauit. Primiq́; Romanorum fuere, qui ſimul imperarent. Cui & Lucillam locauit filiam ex Fauſtina coniuge ſimul & conſobrina, quam parum pudicam nequicquam accuſantibus amicis diſsimulauit, excuſauitq́; ſæpe. Sed & uiuentem in caſtris matrem caſtrorum, defunctam uerò in peregrinatione orientis, diuam appellari à ſenatu libenter audiuit. Cum L. Vero ex uictoria Parthica reuertente ſimul & ipſe in eodem curru triumphauit. Poſt hæc tumultuantibus Marcomannis, cũ eodem paludatus ad Aquileiam quo iam irruperant, occurrit: quod bellum in Germania gerens, coactus eſt deſerere ob Auidium Caſsium, qui exercitui præerat orientis, rebellantem. Iterum aduerſus eum proficiſcens, uicti caput ad ſe adlatum etiã uidere doluit. In reditu Athenis iter fecit, ubi Cereris templum ſolus eſt ingreſſus, uti ſe innocentem probaret. Id enim nullus alicuius ſibi conſcius criminis ingredi ſolebat. Romam reuerſus triumphauit unà cum filio Commodo, quem Cæſarem fecerat. Ludis adeo offendebatur, ut in ſpectaculis Circenſium & legere & audire & ſubſcribere ſit ſolitus. Dicitur & ex eo portentum, quod in Germania longa ſiccitate exercitu ſiti laborante, eius precibus imber erupiſſet. hæc Capitolinus. Huius portenti meminit etiam Euſebius: idq́; Chriſtianorum noſtrorum, qui in ea expeditione tunc erant, uotis ac precibus adtribuit. Ad bellum contra Britannos miſit Calpurnium Agricolam, nepotem illius, cuius uitam ſcribit Corn. Tacitus. Contra Cattos, Aufidium Victorinum. Contra Parthos, L. Verum. Nihil tamen æque fugit, quàm auaritiæ famam. Deceſsit ex peſtilentia, ſexta quàm ægrotaſſet die, in ſumma omnium beneuolentia. Statuam eius pacificatoris equeſtrem hodie uidemus apud baſilicam

Auidius Caſſius

Ant. triũphus de Marco mãnis

Calpurnius Agricola

cam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cam Lateranenſem : in quo loco natum eum & educatum in principio diximus, ex autoritate Capitolini. Præterea nummus eius antiquus adſpicitur duplex: unus cum imagine barbata, ac inſcriptione ſupra adnotata eius nominis. Altera cum imberbi dum erat adoleſcens cum inſcriptione Aurelius. Ex altera parte cum T. Antonini Pij patris imagine.

L. Verus Antoninus

L. Ceionus Aelius Commodus Verus Antoninus. Hæc enim omnia retinuit nomina. L. Ceionus Commodus pater fuit naturalis. Verus Antoninus, ex Antonino Pio, qui eum adoptauerat. Aelius, ex Aelij Hadriani coniunctione, unà cum M. Antonio ratione patris adoptionis à Pio pari poteſtate rexit imperium: neque inter bonos, neque inter malos connumeratur principes. Præceptores habuit, Scaurum Grammaticum Scauri filium, qui Grammaticus Hadriani fuit. Græcos uerò Telephum, atq; Harpocrationem. Rhetores Apollonium Celerem, Caninium Rufum, Herodem Atticum. Philoſophos uerò Apollonium, & Sextum Chæroneum. Moribus fuit ab initio probatus. Deinde ad aleam paulatim, ſcortáq;, ac popinas ſe conuertit: adeo ut à Marco in Syria ad bellum Parthi cum ne uitia eius palam eſſent, miſſus fuerit: ubi maiori longe eſt debacchatus luxuria. Victoriam tamen uirtute Auidij Caßij legati adſequutus eſt. Redijt comitatus ſordidorum hominum turba, in qua & Agrippus hiſtrio fuit: quem ἀπόλαυςορ, quaſi uoluptuarium cognominabant. Saturnalibus & diebus feſtis, uernas admiſit in triclinium. Triumphauit cum M. fratre. Poſt hæc ductus ab ipſo in bellũ contra Marcomannos, apud Alpes ſpectans urbicas uoluptates ſtatuit Romam repetere, ſed in itinere apoplexia correptus, Altinum diuertens triduo mutus fuit, moxq́; perijt: non ſine ueneni ſuſpitione propinati à Lucilla uxore, ob Fabiæ conſuetudinem. Alij dicunt à Marco, parte cultri ueneno illita, qua uuluam inciderit, partemq́; infectam fratri, ſibi innoxiam ſeruante. Satis conſtat Marcum eius mores peroſum dißimulaſſe, publiceq́; & uiuum ſemper laudaſſe & mortuum, diuum inſuper appellaſſe. Vixit annos XLII. imperauit cum fratre XII. Illatus in ſepulcrum Hadriani, ubi primum pater eius Cæſar naturalis conditus fuerat, cum huiuſmodi inſcriptione: Imper. Cæſ. L. Aurelio Vero Augu. Armenio, Medic. Parthic. pont. max. trib. pot. VII. imper. V. cos. III. P. P. Capitolinus enim, unde nos ſuperiora ſumpſimus, dixit, quòd patrum ei nomen Parthici Medici. Quod etiam Marco quanquam Romæ agenti delatum eſt.

Commodus Antoninus CLXXXII.

Antoninus Commodus, M. filius, qui L. Aelius Aurelius Antoninus Commodus appellatus eſt, eundem diem natalem habuit, quem & Caligula: eiſdemq́; penè moribus, libidine, auaritia, cædibus, omnia compleuit. Aelianis operibus ſuos ponebat titulos, coloſſo Neronis dempto capite ſuum impoſuit. Quod hodie caput pro ædibus conſeruatorum in Capitolio cernitur. Ludum gladiatorum ſæpe ingreſſus certamen ſubijt. Quadrigis quoque emittendis Dalmaticatus in publicum procedens ſignum dedit: easq́; quandoq; agitauit: ſimul & eò ueſaniæ uenit, ut omnia quæ turpiter, quæ impure, quæ crudeliter fecerit, publicis iuſſerit poni monumentis: ut Marius Maximus teſtatur. Tot peroſi ſcelera Q. Aelius Lætus præfectus urbis, & Marcia eius concubina, cum athleta, cum quo ille exerceri conſueuit, egerunt, ut eum ſtrangularet: anno imperij XIIII. Corpus eius, ut unco traheretur in Tyberim populus adclamauit. Sed iuſſu Pertinacis ſucceſſoris, in ſepulcrum Hadriani translatum eſt. Eius memoria ſicut olim Domitiani, ex omnibus monumentis abraſa. Habuit præceptores Oneſicratem Græcum grammaticum: Latinum uerò Capellam Antiſtium oratorem quoque Acteum Sanctum. hæc ex Lampridio. Eius monumenti apud ſepulcrum Hadriani huiuſcemodi legitur inſcriptio: Imper. Cæſ. diui M. Antonini Pij Germanici Sarmatici filio, diui Pij nepoti, diui Hadriani pronepoti, diui Traiani Parthici abnepoti, diui Neruæ adnepoti. L. Aelio Aurelio commodo Aug. Sarmatico: Germanico Maximo Britannico, pon. max. trib. pot. VIII. imper. VIII. cos. VI. P.P.P.

Aelius Pertinax

Aelius Pertinax patre Libertino Aelio Succeſſore natus: ab eodem nomen Pertinacis inditum, quòd lignariæ negotiationi pertinaciter intenderet: à M. Antonino ſenator factus, prouincias conſulares quatuor rexit. Mox à Commodo cum Perenne legato ad exercitum in Britanniam miſſus, ſeditiones multas compreßit. Quamobrem quum infenſas legiones ob corruptam ab eo diſciplinam haberet, cedens ſponte officio legationis alio ſucceſſori, curam alimentorum ſuſcepit: poſtremo proconſul Africæ factus, extincto Commodo ab exercitu conſentiente ſenatu lectus eſt imperator, quum eſſet ſeptuagenario maior. Cui gratias agenti ſenatui, & in primis Q. Aelio Læto cuius miniſterio ad imperium peruenerat, conſul Falco ait: Qualis futurus ſis hinc intelligimus quòd Lætum & Marciam apud te habeas, ſtultitiæ Commodi miniſtros. At Pertinax: Paruerunt, inquit, neceßitati: ſed ubi facultatem habuerunt, quid ſibi ſemper uoluerint, oſtenderunt. In breui principatu mitis eſt habitus: quamuis multi eum, Chreſtologum appellauerint: quòd bene loquendo haud bene faceret. Præterea ſordidus in uictu, ut qui dimidiatas lactucas & Carduos in conuiuijs apponeret.

Aelius Lætus

Interfectus eſt Didij Iuliani ſucceſſoris machinamento, anno ætatis LXXI. imperij menſe VI. Ex Capitolino.

Didius Iulianus

Didius Iulianus, pronepos fuit Saluij Iuliani iuriſconſulti, bis cos. & præfecti urbis. Mater ei Clara Aemylia, pater Petronius Didius Seuerus. Ipſe autem præfuit in Germania legioni XXII. primogeniæ. Cattos debellauit. Inde Dalmatiam: poſtea Germaniam rexit. Fuit conſul cum Pertinace, & in proconſulatu Africæ eidem ſucceſſor. Eo interfecto conſpirationem in eum, triſtitia dißimulauit: etiam à cibo donec ſepultus eſſet, abſtinendo. Magna præterea parſimonia fuiſſe traditur, ut qui porcellum aut leporem triduanum habuerit. Sæpe uerò oleribus & leguminibus contentus, ſine carne cœnitabat. Maximum ei uitiũ alea, ſeni præſertim. Comis alioquin in conuiuijs, benignusq́; ad ſubſcribendum. Eodem tempore poſt mortem Pertinacis, Iulianus à ſenatu Romæ, Seuerus ab exercitu in Syria, Peſcennius Niger in Illyrico, & Claudius Albinus in Gallia, imperatores appellati. Sed quum Iulianus Seuero præſertim reſiſtere non poſſet, fruſtra ad magicas artes adhibito puero qui in ſpeculo futurum intueretur: poſtremo ad ſenatum confugit, iudicantem eum minime imperio dignum, qui reſiſtere inimicis non poſſet. Interfectus tandem in palatio à prætorianis nutu ac literis ipſius Seueri, quum uixiſſet annos quadragintaunum, imperaſſet menſes duos. Ex Spartiano, & Capitolino.

L. Sep. Seuerus CXCV.

L. Septimius Seuerus Pertinax, gener Afer, ex Lepti ciuitate, patre Geta: maiores equeſtris ordinis habuit. Sub M. Antonino uarias prouincias conſulares rexit. Poſtremo iuuante Aelio Læto, exercitui Germanico præfuit. Vbi de morte Commodi compertum eſt, imperator ab exercitu declaratus: contra Iulianum quaſi ulturus mortem Pertinacis uenit: acceptoq́; nuntio de Iuliano interfecto, armatus Romam properauit. Imperator à ſenatu comprobatur, Pertinacis nomine adſumpto, ob boni principis memoriam: inito imperio ſtatim ad confirmandum orientis ſtatum properans, Peſcennium Nigrum rebellantem apud Cyzicum interemit: pleroſq́; populos partim ſubegit, partim in officio continuit.

Clodius Albinus

Mox translatus in Galliam apud Titurium, Clodium Albinum etiam tumultuantem conſerto prælio interfecit: capiteq́; abſciſſo Romam miſſo, reliquum eius cadauer equo refugienti conculcandum dedit: Romam his geſtis reuerſus, triumphum ut de ciuibus recuſauit: magnam tamen nobilium cædem, qui cum inimicis eius conſpirauerant, edidit. Compoſitis rebus urbanis repetijt orientem, ubi feliciter pugnans, Parthos, Arabas,

Adiab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Adiabenos ſubegit : deq; his reuertens triumphauit, titulis illorum ſumptis : cuius rei memoriam teſtantem, arcum nobilem uidemus hodie ſub radicibus Capitolij, patris filijq; Caracallæ nomine, qui M. Aur. Antoninus Pius & ipſe appellari uoluit hac inſcriptione : Imper. Cæſ. Septimio M. filio Seuero Pertinaci Aug. P. P. Parthico Arabico & Parthico Adiabenico pont. max. trib. pot. XI. imper. XI. cos. III. procos. Et imper. Cæſ. M. Aurelio L. filio Antonino Auguſt. Pio felici trib. pot. VI. cos. procos. P. P. optimis fortiſſimisq; principibus ob Rempublicam reſtitutam, imperiumq; populi Romani propagatum inſignibus uirtutibus eorum domi, foriſq; S. P. Q. R. Peritiſſimus præterea matheſeos fuit. Defuncta ſiquidem uxore Marcia, quum de conditionibus ageretur apud eum, genituris omnium inſpectis, Iuliam inter Syros haud bono genere natam, quod imperatoriam haberet geneſim, ſibi coniunxit : poſtremo Britanniam adijt : ubi ſubactis his gentibus quæ uidebantur infeſtæ, perijt Eboraci morbo, iam ſenex, anno imperij XXIII. relictis Baſſiano & Geta filijs. Quibus Antoninorum nomina indidit, quòd M. Antoninum ex omnibus magnopere coluerat : auctusq; honoribus ab eo fuerat, ut eius etiam ſepulcro uoluerit inferri. Tum quòd uirum huius nominis in ſomnis uiderat ſucceſſurum. Opera eius Romæ Septizonium, quod Septiſolium nonnulli uocant, ac in Appia uia hodie cernimus, pro templo diui Gregorij: ſepulcrumq; id in media uia uenientibus ex Africa conſpiciendum ſtatuit. Et Thermæ Seuerianæ. Cineres eius ex Eboraco in loculo aureo aduecti, ac in ſepulcro Antoninorum conditi. Ex Spartiano.

Antoninus Caracalla CCXIII.

Baſſianus Antoninus Caracalla cognomento, à genere ueſtis talaris qua populum donauit. Ipſe tamen ex omnibus, nomina M. Aurelij Antonini Pij ſumpſit : ſicut in arcu ſuprà oſtendi. Præterea nummus eius æreus reperitur, mihiq; lectus cum eadem inſcriptione, ex altera parte cum imagine Circi Flaminij : quoniam uti Spartianus tradit, ſtadium reſtituit. defuncto patri ſucceſſit : Getam fratrem uterinum ex Iulia natum interfici in palatio iuſſit: queſtus in ſenatu ſe ab eo immerito inſidijs petitum, quum multa in eum beneficia contuliſſet. Cum eoq; amicos ipſius nonnullos, inter quos Samonium Serenum præceptorem, & Papinianum iuriſconſultum, quod ſcelus apud milites & ſenatum excuſauerit. Iuliam nouercam, eius captus illecebris in matrimonium accepit. Profectus in Parthicam expeditionem poſtquàm multum hoſtium cecidiſſet, inter Carras & Edeſſam, dum ex equo mingendi cauſa deſcendiſſet, in ſeceſſu à Macrino præfecto prætorij per coniurationem trucidatur, Anno ætatis XLIII. imperij VI. Relicto filio Antonino Heliogabalo. Inter illaudatos principes connumeratur, ut qui crudelis in omnes, omnibusq; inuiſus fuerit. Opera eius Romæ, Thermæ Antonianæ hodie quoque appellatæ, quæ uiſuntur è regione ſancti Sixti, euntibus dextroſum ad portam Capenam. Viam nouam præterea munijt, quæ eſt ſub eius Thermis. Ex Spartiano.

Macrinus

Opilius Macrinus Caracallæ ſucceſſit : uir, ut ſcribit Aurelius Victor, itemq; Capitolinus, libertini generis, uenali fide, uita ſordida, iuris attamen peritus, & ſub Vero Antonino Fiſci aduocatus fuit, ex quo officio breui tempore prætorij præfectus conſtituitur : Caracallam imperatorem ſuum, uti ſuprà commemoraui: apud Carras interfecit. Imperauitq; aliquantulum ſupra

Diadumenus

annum cum Diadumeno filio formoſiſſimo : qui purpura adſumpta, equoq; inſidens, exercitui ſeſe ſpectandum magno fauore dederat. Huic Antonino nomen indidit pater, quod id & militibus & ſenatui uideret acceptum. Profecti inde ad Parthicum bellum continuandum, ab exercitu Antonini Heliogabali ambo in Bithyniæ ſuburbano ſunt interfecti. Ex Capitolino. Herodianus autem dicit, tantum Diadumenum creatum ab exercitu imperatorem.

Antoninus Heliogabalus

Antoninus Heliogabalus cognomento, quòd interfecto patre Caracalla apud Carras, ipſe ad templum Heliogabali confugiſſet : quod Syri Iouis, uel Solis dicunt : eiusq; poſtea ſacerdos factus & ritus Romam apportauit, templumq; in palatio illi dicauit. Huius mores impuriſſimos, gulam, libidinem omnem apud Lampridium uidere licet. hæc tamen potiora. Nouarum dapum ut Xerxes & Tyberius olim libidinum inuentoribus, præmia conſtituit. Monſtroſis conuiuijs Vitellium & Apitium ſuperauit : ſæpe è linguis Phœnicopterorum cerebellisq; anſerum & pauonum præparatis : ac per ſingulos miſſus balneis lauari, req; Venerea uti conuiuas iuſſit : quos ſæpe ludebat, aut immiſſis ſub menſa ſerpentibus, aut triclinijs è follibus ſtatim reflantibus conciderent: aut appoſitis totidem ex marmore uel alia materia epulis quot cibis. Piſcinis præterea de roſato natabat. Balſamum pro oleo uulneribus apponebat. Euripis uino plenis naudes Circenſes exhibebat. Nunquam lothis lintheaminibus eſt uſus. Nunquam ueſtem aut fœminam præter uxorem iterauit. Nunquam minus centum L L S. cœnauit. Plateas palatij ſaxo Lacedæmonico & Porphyretico ſtrauit. Tandem ob uitia, cunctorum odio contracto, in palatio atq; in latrina quò confugerat necatur: in cloacamq; demerſus, ac inde per Circi ſpatia unco tractus, in Tyberim quoq; proiectus eſt. Quod nulli antea contigit. Nomen eius è publicis monumentis iuſſu ſenatus eraſum, anno imperij quarto. Ex Spartiano. Herodianus autem dicit etiam hunc, porcina abſtinuiſſe, ut Heliogabali ſacerdotem : ſicuti etiam omnes Syri ſolent.

Alexander CCXXIII.

Aur. Alexander ex Arcena Syriæ ciuitate, ob adfinitatem Seueri principis, ratione Iuliæ uxoris, puer à ſenatu Cæſar factus: qui quanquam conſobrinus Heliogabali, erat ab eo inſidijs ſæpe petitus, à ſe uerò ſemper liberatus. Nec mirum animis non conueniſſe, cum moribus eſſent diſſimiles. Antonini deinde Magni nomina, inſtante ſenatu conſtantiſſime ſæpe recuſauit, quod & Antoninorum famam in tot malis reſtituere non poſſet : nec tunc ab ſe aliquid egregie geſtum quod Magni nomen mereretur. Itaq; repudiatis alijs, Seueri tantum nomen adſumpſit. Alexander ab initio uocatus, quòd Arcenæ in templo magni Alexandri natus fuerat: quò mater grauida celebritatis cauſa diuerterat. Vna die omnes ei tituli congeſti, quod antea obtigit nulli. Hi erant, ius proconſulare, tribunitia poteſtas, ius quintæ relationis, pater patriæ, pontifex maximus. illam à Chriſtianis accepiſſe ſententiam dicitur, ac in palatio & in publicis operibus ſcripſiſſe: Quod tibi non uis, alteri ne feceris. Nihil apud eum uænale, quum dictitaret, neceſſe eum uendere qui emit. Chriſtianos non ſolum tolerauit, ſed Chriſti ſimulacrum in Larario, hoc eſt, in ſecreta domus parte, habebat : eiq; templum, uti quondam Hadrianus, dicare erat in animo: teſte Lampridio, qui Conſtantini Magni temporibus fuit. Verum prohibitus eſt ab alijs, qui dicebant omnes futuros eſſe Chriſtianos: templaq; propterea reliqua deſerenda. Habuit item in eodem Larario uiros alios depictos, inter quos Abraamum, Apollonium Tyaneum, Alexandrum Magnum. Lenonum uectigal & meretricū & exoletorum in ſacrum ærarium inferri uetuit, ſed tantum inſtaurationi operum publicorum adſignauit.

Exoletorum uectigal

Habuit in animo, ut exoletos uetaret, quod poſtea Philippus fecit : ſed ueritus eſt, ne prohibens publicum dedecus, in priuatas cupiditates conuerteretur. Ex hoc igitur patet, mares Romæ fuiſſe, qui publice proſtabant. Honores ambitioſis aut quærentibus minime dabat: ſed modeſtis, quos potius rogare oporteret. Si quis in ſalutando caput flexiſſet, aut blandius aliquid dixiſſet, eum ut adulatorem inanem reijciebat, aut deridebat. Ad ſalutationem infames non admittebat : ſed tantum bonos. Nulla dies quin egentibus aliquid humanitatis aut benignitatis oſtenderet. Neminem unquam occidit, niſi in iuris ordinatione : ſolebatq; dicere, neminem queri de paupertate, niſi qui rapiūt, aut

furantur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

furantur, ut crimen obtegant: adlegabatq́; ille Græcum: ὅς μὲν πολλὰ ἁρπάσῃ ὀλίγα δὲ δώσῃ ψηφίσασι σωθήσεται. Qui multa rapuerit, pauca autem ſuffragantibus dederit, ſaluus erit. Lectitare ſolebat ex omnibus Virgilium & Ciceronem de officijs ac Republica, ſed Græcè frequentius. Poſt lectionem, palæſtræ aut muſicæ operam dabat. Poſt horas autem meridianas ſubſcriptioni ac epiſtolis legendis. Adſiſtentesq́; habebat ab epiſtolis, à libellis, à memoria. Præceptores

Val Cordus

habuit Valerium Cordum, Bebium Macrinum, Aurelium

Iul Frontinus

Philippum, Iulium Frontinum, Iulianum Grauianum, &

T. Viturius

T. Viturium, non qui de architectura ſcripſit: ſic enim hoc nomen ſcribitur: non autem Veturius, ut à me ſuprà ponitur: nam in antiquis monumentis per i, ſcriptum poſtea reperi. Apud eum flos iuriſconſultorum agebat, nec leges ab eo editæ, quæ ab illis numero uiginti non diſcuterentur. Quorum princeps Domitius Vlpianus primas tenebat, Fabius deinde Sabinus Sabini filius, Aelius Gordianus pater Gordiani principis, Iulianus, Paulus, Claudianus Venatus, Pomponius, Alphenus, Aphricanus, Florentinus, Marcianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venuleius, Triphonius, Metianus, Celſus, Proculus, Modeſtinus. Hi omnes iuris profeſſores diſcipuli fuere Papiniani, & Alexandri familiares, ut Accolius & Marius Maximus ſcribunt. Nec quicquam ei antiquius fuit quàm matris Iuliæ Mammeæ ſapientißimæ fœminæ auſpicijs regi. Expeditiones omnino duas: primam contra Perſas, quando Ataxerxem qui apud Herodianum Artaxaces dicitur, uicit. Ac redeunti & de rebus à ſe geſtis pulcherrima oratione diſſerenti triumphus à ſenatu decretus. Alteram in Germaniam, quo tempore in Galliæ uico à militibus interfectus eſt ætatis anno trigeſimo, imperij decimoquarto. Cauſam dicunt, durum eius nimis in milites imperium: ut Lampridius ait. Herodianus autem cum eo matrem item interfectam dicit: quæ cauſa huius ob eius auaritiam mali fuerat. Ad cuius nuntium ſenatus ſigna publici doloris oſtendit. Scripſere eius uitam libertus eius Aurelius, & Encolpus, & Lampridius. Herodianus uerò contrà Lampridium ſcripſit de uictoria Perſica, eum exercitum amiſiſſe fame morboq́; confectum, uictumq́; potius quàm uictorem fuiſſe. Præterea matrem habuiſſe Iuliam Mammeam Syram, ſororem Scenidis matris Heliogabali. Ambas uerò ex Meſa genitas ſorore Iuliæ, Seueri principis uxoris. Has igitur poſt mortem Caracallæ pulſas à Macrino in Syriam, earum bonis conceßis: eo poſtmodum interfecto ſtatim cum filijs reuerſas ad imperium fuiſſe. Mammeam nonnulli Chriſtianam fuiſſe adſeuerant. Nam Origenem Romam accerſiuiſſe, religionis

Maximini CCXXXVIII.

fideiq́; gratia, non dubium. Maximini duo, pater & filius è Thracia oriundi, humili ſanè genere fuere. Senior etiam, autore Herodiano, opilio fuit à pueritia, & à Seuero principe ob magnitudinem, roburq́; corporis uaſti, meruit in exercitu promoueri. Reuerſus deinde poſt eius mortem in patriam, tempore Alexandri urbem repetijt: à quo ob fortitudinem tribunus leg. IIII. factus eſt, addito Laticlauo. Interfecto in Gallia Alexandro à militibus, in eodem loco, quum nec ſenator adhuc eſſet: ſtatim unà cum filio primus ſine ſenatus conſenſu, imperator à militibus conſalutatus in Germaniam bellum mouit: ubi rebus magnis geſtis, pacatáq; ea natione, Syrmium uenit, in Sarmatas expeditionem parans. Sed dum Romam crudelitatis eius immenſæ fama eſſet adlata, hoſtis à ſenatu iudicatur: Gordianusq́; proconſul Africæ octogenarius, ac uenerabilis, unà cum filio ab Africæ militibus imperator factus probatur. Quibus ibidem breui in-

Maximus & Balbinus

terfectis, Maximum, & Balbinum imperatores conſalutant. E quibus Maximus contra audaciam Maximiorum Aquileiam obſidentium mitttitur. Illi tentata oppidanorum fruſtra ſæpius deditione, ambo in tentorijs interfecti ſunt: capita Romam miſſa ingenti omnium gaudio conſpecta. Reliqua corpora in profluentem proiecta fuere. Traditur Maximinus filius XVIII. annorum tanta pulchritudine, quanta nulli uiſa, mira quoque pudicitia fuiſſe. Superbus alioqui, ut qui manus pedesq́; uiris ſenatoribus exoſculandas præberet, quo pater quanquam crudeliſsimus abſtinniſſe dicitur. Gulæ tamen immenſæ, ut qui amphoram uini capitolinam quotidie biberet, ederet uerò carnis libras quadraginta. Præterea inter Chriſtianorum inimicos præcipue nominatur. Imperauerunt ambo annos III. Ex Capitolino. Maximus & Balbinus uiri conſulares, & qui multas adminiſtrauerunt prouincias, ingenti uterque uirtute. Sed Balbinus nobilis, à Corn. Balbo illo, qui ciuitate à Pompeio donatus fuerat, originem ducens. Doctus inſuper ac liberalis. Alter uerò homo nouus, ſed uirtute bellica præſtans: triſtis alioqui & ſeuerus. Denique à Capitolino uti Cato & Cæſar ambo comparati. Interiectis in Africa Gordianis, lecti ſunt imperatores à ſenatu, contra Maximinorum tyrannidem, de quibus Maximus uictoriam tulit: uti ſuprà oſtendimus. Balbinus domi ſeditionem interim in populo excitatam ſedauit. Quumq́; annum hoc pacto ſimul imperaſſent, à militibus prætorianis qui eos ab initio nolebant, è palatio tracti, atque omnibus contumelijs adfecti, in uiaq́; excarnificati ſunt. Hic finis bonorum ſenum, ac bene de Republica meritorum fuit, ſenatu magnopere dolente. Hæc Herodianus & Dexippus Græci autores. Capitolinus autem dicit, ſe apud Latinos nonnullos Maximi nomen non inuenire. Sed cum Balbino Pupienum fuiſſe declaratum, ut Fortunatiano, qui uitas principum & ipſe ſcripſerit, credendum ſit, dicenti, Pupienum appellatum nomine proprio, Maximum, cognomento paterno. GOR-

Gordiani CCXLI.

DIANI tres fuere, pater, & filius, & Nepos. Quorum pater & filius in Africa à militibus prius imperatores conſalutati: deinde à ſenatu, qui Maximinos hoſtes iudicauerat, probati ſunt. Filius, in bello contra Maximini ducem, Capelianum quendam, pro patria occubuit. Pater octogenarius, eius morte audita in eadem Africa, indigus uirium ad ſe tutandum, atque inermis, laqueo ſe ſuſpendit, ne in manus ueniret inimicorum: quum imperaſſent annum, & menſes VI. Romæ deinde metu Maximinorum, Pupienus, & Clodius Balbinus, creati Auguſti fuere. Quos quum populus minime uellet, tertius Gordianus, ſecundi filius, & primi nepos: ut autem ſcribit Herodianus, ſenioris ex filia nepos, annorum tredecim, Cæſar antea factus ob maiorum merita, unà cum eis Auguſtus declaratur. Qui ſuorum uirtutem æmulatus, conſilio Miſithei ſoceri ſui, uiri prudentißimi ac doctißimi, felicißime Rempublicam rexit. Statim aperto Iani templo, in Perſas magno apparatu profectus, ac eorum rege Sapore, Artaxerxis filio ſuperato, Carras recepit, uſq́; Niſibim & Cteſiphontem profectus: ut ex literis eius ad ſenatum apparet. Orientis ſtatum confirmauit. Dumq́; triumphus ei decernitur, antequàm rediret in exercitu à Philippi Præfecti prætorij coniuratione incautus opprimitur: anno imperij ſexto. Cui ſepulcrum milites apud Circeum caſtrum in finibus Perſidis fecerunt, cum huiuſmodi titulo tribus linguis inſcripto: Diuo Gordiano uictori Perſarum: uictori Gothorum: uictori Sarmatarum: depulſori Romanarum ſeditionum: uictori Germanorum, ſed non uictori Philipporum. Qu d euertiſſe Licinius dicitur, quum Cæſar factus fuit: quum ſe uellet uideri à Philippis originem trahere. Gordianorum gens, Romæ nobilis fuit: paternum genus ex Græcia, maternum à Traiano duxerunt. Multis clari conſulatibus, inſuper & diuitijs. Domum Pompeianam diu tenuerunt: quæ poſt mortem ultimi Gordiani confiſcata eſt. Antonini inſuper appellati: ac nonnullis à Scipionibus deſcendere exiſtimati: eo quòd Gordianus ſenior, Africanus dictus eſt. Is patre Metio

Marullo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Marullo, matre Bibia Gordiana natus, dum eſſet Africæ proconſul, Afri à Maximino primum rebellauere, ob crudelitatem eius procuratoris, qui Carthagine morabatur, Gordianumq; adierunt ſtrictis pugionibus, Auguſtum conſalutantes. Senex feſſus è grabatulo ſurgens, coniurationem, aut aliquod malum formidans, imperium oblatum detractat, humi proiectus ſupplicando: tandem minis compulſus eſt rem ſuſcipere. Ac in primis, Capeliano Numidiæ Proconſuli, cum quo ueteres inimicitias gerebat, mandat, uti diſcedat. Ille ingenti armatorum exercitu coacto, ad obſidionem Carthaginis uenit, quam tandem expugnauit, Gordianumq; iuniorem interfecit. Vrbem diripit. Senex his auditis, deſperatis rebus laqueo ſe ſuſpendit. Hic etiam puer poëmata conſcripſit: ſoluta item oratione de laudibus deorum. Præterea in Athenæo Romæ, ſæpe magna cum laude controuerſias declamauit. Iunior, patri legatus in Africam miſſus, annorum quadraginta interfectus in prælio, uti diximus, uini parciſſimus, cibi appetens fuit, olerum maxime, ac pomorum: cæteris abſtinens. Mulierum cupidus, uigintiduas habuit concubinas ex omnibusq; filios: adeo ut ſuorum temporum Priamus uocaretur: lepido cauillo à nonnullis, pro Priamo, Priapus appellatus. Quadam tenus etiam eruditus, Samonio Sereno præceptore eſt uſus. Ore Pompeium Magnum referebat. Senior autem eius pater, Cæſarem Auguſtum. Gordianorum opera nulla Romæ. Vltimus ex eis Imperator, ea laude dignus, quòd, uti diximus, Miſithei uiri ſapientiſſimi ac doctiſſimi ſoceri ſui, ſimul & Præfecti prætorio, conſilijs ac ingenio domi foriſq; regebatur. Quem Miſitheum populus Romanus ob uirtutem extinctum luxit: curruq;, ac titulo honorauit. Miſitheo parenti principum populi Romani, tutori reipublicæ S. P. Q. R. Ex Capitolino.

Philippus CCXLVI.

PHILIPPVS inter Arabes haud bono genere ortus, uirtute rei militaris promotiones meruit. In perſide poſt mortẽ Miſithei, à Gordiano Præfectus prætorio creatur: ac exercitui præficitur: ab eoq; uti pater colebatur. Tandem eius fraudibus fame in exercitu conualeſcente, milites accuſata Gordiani pueri imperitia, imperium Philippo deferunt. Eum quoque ex imperatore Præfectum prætorio ſaltem remanere in exercitu cupientem, nec paſſi ſunt, quin Philippi clam iuſſu interfecerint. Philippus literas ſtatim Senatui mittit, Gordiano morbo extincto, ſe ab exercitu creatum Imperatorem probare uelit. Senatus rei neſcius, annuit. Ille pace cum Perſis facta: dimiſſa eis Syria, iter per Arabiam faciens, Philippopolim in paterno condidit: urbemq; petens ſeculares ludos celebrauit, anno urbis milleſimo. Venationeſq; dedit, ubi feras omnis generis, tam manſuetas, quàm efferatas, quas Gordianus puer triumpho Perſico reſeruauerat, confecit. Filium Philippum imperij conſortem facit. Qui Agelaſtus fuiſſe traditur, patremq; quondam in ludis ridentem ſeuero uultu reſpexiſſe. Demum ambo poſt annum quintum interfecti fuere. Pater profectus contra Decium, qui aduerſus Scythas miſſus, ab exercitu Illyrico Imperator factus erat. Filius, Romæ à Prætorianis. Oroſius tradit, Philippum Chriſtianum primum fuiſſe.

Decius

DECIVS, inter Pannonios bono genere ortus, rei militaris gloria tunc præſtabat: ac propterea à Philippo contra Scythas tumultuantes miſſus, ab exercitu Illyrico Imperator conſalutatur: ſcribitq; ad Philippum ſeſe excuſando. Ille è ueſtigio contra eum profectus interficitur. Nec toto biennio Decius cum filio eiuſdem nominis imperauit: Pariter in eodem bello contra Scythas occubuere. Quem Senatus luxit, ac inter optimos principes, alterumq; Traianum putauit. Ex quo & Traianus Decius inſcribitur. Thermas quoque Decianas in Auentino, ſuo nomini extruxit. Quippe qui & ius Proconſulatus, & Tribunitiam poteſtatem, ac cenſuram, omnia ſenatui, eiuſq; autoritate rempublicam geri permiſit. Chriſtiani tamen crudeliſſimum ſunt experti. Nonnulli apud Abrictum, Mœſiæ urbem, interfectum dicunt: ubi & Ara Decij dicta.

Gallus CCLIIII.

Gallus Hoſtilianus ortus è gente patricia, à reliquijs exercitus Romani fuſi à Scythis, poſt Deciorum mortem Imperator appellatus: Senatui comprobatur, quòd uiſus ſit in tanto diſcrimine reipublicæ ſuccurrere: pacem turpiſſimam cum Scythis fecit, ducentarum drachmarum tributum dare pollicitus. Caium Vibium Voluſianum filium, in partem imperij ſuſcepit. Chriſtianos & ipſe inſectatus, meritas dedit pœnas. Quum ſiquidem copias contra Aemylianum duceret, uictus, & à ſuis militibus deſertus, unà cum filio cæſus eſt, poſtquàm imperaſſet annos duos. Aemylianus enim inter Mauritanos ortus, limiti Sarmatico in Mœſia à Decio præpoſitus, & à Gallo minime ſubmotus erat, re bene contra Scythas geſta imperator ab exercitu ſalutatur. Contra hunc Gallus profectus, ac in primo prælio, unà cum filio interfectus eſt. De hoc item Treuellius Pollio ſic ſcribit: Aemylianus apud Aegyptum per idem tempus ſumpſit imperium. Occupatis horreis multa oppida malo famis preſſit. Sed hunc dux Galieni Theodotus conflictu habito cepit, atque imperatori Galieno uiuum tranſmiſit.

Valerianus CCLVI.

LICINIVS Valerianus nobili ortus proſapia, eodem tempore ipſe in Rhetia ab exercitu cui præerat, Galienus autem filius Romæ, imperatores facti. Pater cenſor iam inde permittente Decio, fuit à Senatu factus, ac in ſumma patriæ exiſtimatione infelicem ſortitus eſt exitum. Profectus enim aduerſus Perſas, à Sapore rege captus, in miſeria ac perpetua periſt ſeruitute. Perſam enim equum aſcendentem dorſo ſuſtentabat.

Galienus

GALIENVS interim Romæ feliciter primo rempublicam adminiſtrauit: multaq; ſtrenue & in Gallia & in Illyrico geſſit. Ingenuumq; qui apud Murſiam ſibi imperium uindicauerat, interfecit. Gothis, quos paulò antè Venerianus dux nauali prælio ſuperauerat, uagantibus per Illyricum, occurrit: & fortuito plures interemit. Scythas apud Byzantium uicit. Ipſe poſt hæc Romam reuertens, Decennalia celebrauit, nouo genere ludorum, maximoq; apparatu. Qui ſint huiuſcemodi ludi, ubi de ludis egimus diximus. Poſtremo in ſocordiam atque luxuriam lapſus, omnia in maximum adduxit diſcrimen: ac triginta Tyrannis per diuerſas orbis partes occaſionem ſumendi purpuram dedit. Tum demum Dacia, & quicquid ultra Danubium à Traiano reipublicæ fuerat adiectum, deperditum eſt. Caligas gemmatas ferebat. Ficus uirides & poma ex arboribus ſemper alienis menſibus, melones quoque hyeme exhibebat. Tibijs proceſſui, organis receptui, canere in bello iubebat. Doctus alioqui, ac ſatis eloquens. Huic Epithalamium illud in fratris nuptijs adſcribunt: Ite igitur pueri, pariter ſudate medullis Omnibus inter uos, non murmura ueſtra columbæ, Amplexus hederæ, non uincant oſcula conchæ. Interfectus eſt Mediolani unà cum Valeriano fratre minore, Aureoli fraude, qui dux erat Illyriciani exercitus anno imperij decimo. Scripſit eius ephemeridas Calphurnius Sura. Vtriuſq; autem patris & filij uitam Pollio, unde nos hæc ſumpſimus. Romæ in arcu ſancti Viti paulò antè huiuſcemodi legebatur inſcriptio: Galieno clementiſſimo principi, cuius inuicta uirtus, ſola pietate ſuperata eſt, M. Aurelius Victor dedicatiſſimus numini maieſtatiq; eius. Vbi notandum cum i, ſcribi. Galenus autem medicus ſine i.

Triginta tyranni

Triginta tyrannos qui tempore Galieni ſurrexerunt, Pollio perſequitur. Diuina factum prouidentia ut in ignauia principis Romani non defuerint, qui Romanum tuerentur imperium. Nam & Scythæ, diuerſarumq; gentium barbari rempubl. uti poſtremo fecerunt, proculdubio perdidiſſent. Sunt autem ij, Cyriades, Poſthu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

mius, Poſthumius Iunior, Lollianus, Victorinus, Victorinus Iunior, Marius, Ingenuus, Regillianus, Aureolus, Macrianus, Macrianus Iunior, Quietus, Odenatus, Herodes, Mæonius, Balliſta, Valēs, Piſo frugi, Aemulianus, Saturninus, Tetricus, Tetricus Iunior, Trebellianus, Herennianus, Timolaus, Celſus, Zenobia, Victoria, Titus Cenſorinus. Ex his nōnullos repetam: Aurel. Poſthumius uir Romanus, Galliæ ſeptem annos ſumma prudētia unà cum Poſthumio filio uiro eloquentiſsimo tenuit imperiū: ambo deinde interfecti à Lolliano. Et is demum à Victorino. Hunc denique unà cum filio eius Victorino mater Victoria ſublatum quum uidiſſet, Tetricum ſenatorem affinem ſuum Auguſtum fecit. Tetricum uerò iuniorem eius filium Cæſarem appellauit. Qui ambo ab Aureliano ſuperati fuere. Senior uenia etiam ab eo donatus, corrector Lucaniæ factus eſt. De Victoria ipſa, quæ mater caſtrorum & Auguſta dicta eſt, in ordine literarum etiam dixi. Aureolus Illyriciano præerat exercitui. Galienum apud Mediolanum interfecit. Ipſe demum à Claudio ſucceſſore interemptus eſt. Odenatus ex altera parte princeps Palmyrenorum, niſi Valeriano capto orientis ſumpſiſſet imperium, actum de republica fuiſſet. Itaq; ipſe unà cum uxore Zenobia & filijs Herode, Herenniano ac Timolao, omnia uſq; ad Cteſiphontem recuperauit. Macrianum & Balliſtam qui contra Galienum inſurrexerant, interfecit. Deniq; ipſe cum filio Herode à Mæonio conſobrino ſuo opprimitur, uir omnium fortiſsimus, adſuetusq; malo, & cum leonibus ac pardalis in uenatu pugnare. Zenobia uerò poſt eius mortem fœmina ſapientiſsima ſimul & caſtiſsima, imperium aliquot annos prudentiſsime rexit. Superata tandem & ipſa ab Aureliano, & in triumphum Romam ducta, ac

Claudius CCLXX.

ei Tybure poſſeſsio adſignata eſt. Flauius Claudius II. è Dalmatis genus trahit: cui Quintillus & Criſpus fratres fuere. Ipſe nihil liberorum reliquit: Quintillus duos: Criſpus uerò Conſtantiam filiam: quæ nupta Eutropio nobili è Dardania uiro Conſtantium filium genuit. A Claudio igitur Flauiorum Conſtantinorumq; familia. Is ſub Valeriano principe, Illyriciano præfectus exercitui tribunus Martiæ & quintæ legionis defuncto Galieno, ſtatim à militibus & ſenatu imperator factus, ad extirpandos primum tyrannos ſe conuertit: & Aureolum qui Illyricum occupauerat, ſpre-

Gothi

tis pacis conditionibus apud Mediolanum ſuperauit. Gothos uerò qui finibus egreſsi ad occupandā urbem properabant, ad Mœſiam apud Martinopolim occurrens ad ter centum & uiginti milia deleuit. Eorum item nauium ingentem numerum depreſsit: ut eius epiſtola ad Iunium Brocum tunc Illyricum tenentem declarat. Senatus acclamatio fuit: Claudi Auguſte dij te ſeruent: tu nos à Zenobia, tu nos à Victoria libera. Moritur apud Syrmium in Pannonia, quum imperaſſet annum & menſes nouem. Inter optimos principes & ſenatui populoq; gratiſsimos connumeratur. Ex Pollione. Huius uitam epitomauit noſtra ætate Pomponius Lætus, inſcripſit, M. Aurelius Claudius. Quod ſatis miror, quum ipſe Claudius in quadam apud Pollionem epiſtola ſic ſcribat: Flauius Claudius, Valerio Aureliano ſuo ſalutem. Ipſeq; Pollio dicat, eius domum Flauijs Conſtantinis originem de-

Quintillus

diſſe. Poſt Claudij mortem, Quintillus eius frater, qui erat in præſidio Italico, ſtatim imperium ſumpſit. Verum poſtea ubi Aurelianum comperit imperare à toto exercitu electum, quumq; contra concionaretur, nec à militibus audiretur, inciſis ſibimet uenis, die XX. quam cœperat imperare

Aurelianus CCLXXXIX.

occubuit. Valer. Aurelianus in Pannonia Syrmij ortus, nonnullis in Mœſia, humili ſanè genere, ſed ingenti uirtute, apud Valerianum ut eius indicāt ad præfectum urbis Ceionum, & item ad Antonium Gallum cos. epiſtolæ, in honore fuit: diuerſisq; tēporibus ducatus, tribunatus, & uicariatus propè XL. conſequutus, ſub Claudio equitibus ferè omnibus præfuit: à quo excitatus per literas, erumpentes Sarmatas in Illyrico cum CCC. præſidiarijs obtruncauit: è quibus manu ſua uno die ad XLVIII. interfecit, ut Theoclius teſtatur, qui eius temporis ſcripſit hiſtoriam. In quo bello decem mulieres uirili habitu pugnantes captæ, quas ex Amazonum genere nonnulli fuiſſe putant. Conuerſus deinde in orientem, Zenobiam Palmyrenorum reginam captam in triumphum duxit. Inde in Galliam profectus cum exercitu Tetricum ab eius militibus proditum in poteſtatem redegit. Mox in Aegyptum properans ſublato Firmo tumultuante, regionem eam pacauit. Poſtremo Romam reuerſus de his omnibus nobilem egit triumphum ſequētibus ducibus. Mox ludos omnis generis exhibuit. Carnem porcinam diſtribuit. Coronas tamen quas aureas promiſerat, ſiligineas, hoc eſt, ex farina ſiliginea dedit. Templum Solis fundauit. Mœnia [Templū Solis] urbis ampliauit ad ambitum propè paſſuum quinquaginta millium. Ripas Tyberis purgato alueo extruxit. Legem ἀμνηςέιαν ſtatuit, more Athenienſium. Quum uaſtatum Illyricum ac Mœſiam deperditam uideret, prouinciam trans Danubium Daciam à Traiano conſtitutam, ſublato exercitu prouincialibus reliquit, deſperās eam poſſe retineri. Abductosq; ex ea populos in Mœſiam collocauit: appellauitq; ſuam Daciam, quæ nūc duas Mœſias diuidit. Thermas trans Tyberim facere parauit hyemales, quòd aqua frigidi aëris illic copia deeſſet. Forū ſui nominis in Oſtienſi ad mare fundare cœpit, in quo poſtea prætorium publicum conſtitutum eſt. Medicum nunquam adhibuit: ſed ſeipſum diæta tantum curabat. Is demum dum contra Perſas repetit orientem, in itinere inter Heracleam & Byzantium notarij ſecretorum inſidijs à ſuis interficitur, anno imperij ſexto, maximo ob uirtutem ac merita deſiderio ſui apud populum Romanum relicto, quanquam uir alioquin ſæuus ac ſanguinarius eſſet. Ex Flauio Vopiſco. Annium Tacitum ſenatus principem [Tacitus] & magna uirum autoritate iam ſenem poſt Aureliani mortem, ſenatores Metio Falconio maxime adhortante, quan- [Falconius] quam inuitum delegerunt ſeſe propter ætatem excuſantem. Cui ſanè nihil ob temporis breuitatē gerere licuit, oppreſſo à militibus menſe ſeptimo. Nonnulli morbo perijſſe dicunt. Omnino cōſtat & turbatione rerum & factionibus anxium mente atque animo eum defeciſſe: ut & Suetonius Optatianus, & Flauius Voſpicus, qui eius uitam ſcripſere, ſunt autores. Florianus, Taciti frater, inconſulto ſenatu poſt Ta- [Florianus] citum adripuit imperium: ſed menſe ſecundo à militibus interficitur. Horum fratrum ſtatuæ longo tempore apud Interamnam ciuitatem fuere, quòd illic eorum cenotaphia ſint conſtituta in ſolo proprio. Vopiſcus. Aurel. Probus è Sir- [Probus] mio Pannoniæ ciuitate oriundus, patre Maximo, qui ordines duxit: ipſe uerò adhuc impubis ob uirtutem tribunus militum à Valeriano factus: ut eius ad Galienum declarat epiſtola. Mox ab Aureliano quòd in Syria aduerſus Zenobiam ſtrenue dimicauerit: deinde Firmum tyrannum in Aegypto ſuperauit, honoribus auctus. In qua expeditione Taciti morte nuntiata, imperator ab exercitu conſentiente ſenatu conſalutatus eſt. Inito principatu è ueſtigio in Gallias mouens Germanorum qui eas occupauerant, maximam edidit ſtragem: ciuitatibus ſexaginta in poteſtatem receptis, Francis [Frāci & Bemi] & Bemis ſuperatis: de quibus Romæ triumphum egit. Deinde contra tyrannos per orbem conuerſus, Saturninum in [Saturninus] oriente primum: mox in occidente Proculum patria Albi- [Proculus] gaunenſem, & Bonoſum ex Hiſpania oriundum, qui apud [Bonoſus] Agrippinam coloniam in Gallia imperium occupauerat, ſuſtulit. Poſtremo bellum Perſicum parans, quum per Illyricum iter faceret, à ſuis militibus per inſidias interficitur, anno imperij ſexto: Francici, Gothici, Parthici, Sarmatici

adeptus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

adeptus cognomina: in tumulo eius inſcriptum, Hic Probus uere probus imperator ſitus eſt, uictor omnium gentiũ barbararum, uictor etiam tyrannorum. Probi uitam Oneſimus diligentiſsime perſequitur, cuius epitomen Vopiſcus cõſcripſit.

Carus

Aur. Carum Narbonenſem dicunt. Oneſimus qui etiam Probi uitam ſcripſit, tradit Romæ Illyricis ortũ parentibus. Fabius autem Cæcilianus, qui tempora Cari, Carini, & Numeriani perſequitur, in Illyrico natum dicit. In epiſtola uerò ad ſenatum, ipſe ſe Romanum facit. Per omnis ſanè militares gradus, ad præfecturam prætorij à Probo principe euectus, tantum gratia potuit apud milites & ſenatũ, ut Probi ſucceſſor probaretur. Imperator Pannonias ante omnia à Sarmatis qui eas inuaſerãt, liberauit. In orientem deinde profectus ad bellum Perſicum, Cteſiphonte iam capto, ſupra Tigridẽ in caſtris ictus fulmine occubuit, quum biennio imperaſſet, relictis Numeriano & Carino filijs. Ex Vopiſco.

Numerianus

Numerianus adoleſcens in eadem expeditione cõtra Perſas patre mortuo interficitur ab eius ſocero Arrio Apro, ad imperium fruſtra adſpirante. Hic eruditos omnis ſui temporis anteceſsit, ſeu proſa oratione, ſeu poëmate. Geſta parentis iambis perſcripſit. Statuã ei ſenatus in bibliotheca hac inſcriptione ſtatuit: Numeriano oratori potentiſsimo. Ex Vopiſco.

Carinus

Carinus, Cari filius, cui pater proficiſcens contra Perſas, Gallias & totum ferè occidentẽ regendum tradidit: quiq; adeo libidinoſe uixit, ut Carus de eo necando ſæpe cogitarit: quemadmodũ ſcribit Oneſimus. mox uerò parente fratreq; extinctis, ipſe demũ à Diocletiano poſt multa prælia ad Margum uictus occubuit. Huius geſta perſcripſit Fuluius Aſperianus.

Diocletianus
Maximianus
Galerius
Conſtantius
CCLXXXVI.

Diocletianus, Maximianus, Galerius, & Cõſtantius, quatuor uno tempore principes inter ſe maxime conſentientes, maximeq; reipublicæ utiles fuere. Nam Diocletianus, Iouius cognominatus, natione Dalmata, ex obſcuro loco, ob uirtutem poſt Cari principis mortẽ in expeditione contra Perſas, ubi ordines ducebat, Imperator factus, extemplo concione aduocata, Arrium Aprum Numeriani interfectorem prius de eius parricidio queſtus, coram omnibus iugulauit: non tã ut putatur iuſtitiæ gratia, quàm ut Druidæ in Gallijs de ſe olim uaticiniũ perficeret: qui ait, Imperatorem tunc eum futurũ, quum Aprum interfecerit. Poſt hæc ad ulciſcendos orbis tyrannos, Carauſum in Britannia, Achilleum in Aegypto, Narſeum in oriente, animum adplicans, Maximianum, cognomento Herculeum, imperij conſortem ſibi adſciuit, eumq; in Galliam, occidentemq; pacandum miſit. Ipſe in Aegyptum contendit, ac obſeſſa Alexandria, paucis mẽſibus eam cum Achilleo in deditionem acceptam crudeliter diripuit. Quo tempore, ut ſcribit Euſebius, paucis diebus ad XVII. Chriſtianorum millia uarijs ſupplicijs adfecit. Maximianus oriente cõfirmato, contra Perſas profectus, & à Narſeo profligatus eſt: ex quo ingẽti opprobrio exceptus à Diocletiano, biẽnio poſt repetito bello, ignominiam pulcherrimo bello compenſauit, Narſeo cum omni eius familia ante currum ducto. Diocletianus Romæ poſt hæc, Thermas quas hodie apud ædem Suſannæ aſpicimus, exædificauit, Chriſtianis ad id opus damnatis. Adſcitis deinde imperio Conſtantio & Galerio, iunctisq; inter ſe adfinitatibus, omnẽ ferè orbem pacauere. Quibus rebus geſtis, inauditũ hactenus, iuuenibus cõcedentes, ſeſe imperio ambo, uti quietius uiuerẽt, abdicarũt. Alter Mediolani, alter Diocletianus Nicomediæ, ſeu, uti nonnullis, Salonæ in patria, ubi paucis poſt annis ueneno tandẽ ſublatus eſt, uti exiſtimatur, quum uixiſſet annos ſeptuagintatres, imperaſſet uiginti. Cui omnino res duæ miræ cõtigerunt, ut ſolus imperio cederet, & ſolus priuatus inter diuos poſt mortem ſit relatus.

Conſtantius
Galerius

Igitur his cedentibus Conſtantius & Galerius Cæſares antea, poſt hæc Auguſti appellati, orbem diuiſere, alter orientem, alter Conſtantius occidentem ſortitus eſt. Sed uir modeſtiſsimus Italia, Africaq; cedẽs, Gallijs tantum atq; Hiſpania cõtentus fuit. Quibus prouincijs pacatis, rebusq; maximis geſtis, paulò pòſt deceſsit Eboraci in Britannia cum omnium ferè gratia, relicto filio Conſtantino ex Helena ſuſcepto. Interea Romæ abſentibus principibus, prætoriani milites, Maxentium Maximiani filium, Auguſtũ non abnuentibus patribus conſtituunt. Quo nũtio lætatus pater, qui priuatus Mediolani tũc agebat, ut qui propoſiti pœniteret, Romã uenit: ſimulataq; cum filio diſcordia, uti Conſtantinum eius ex Fauſta filia generum, magno apud orbẽ fauore, per proditionẽ necaret: ab eodẽ ipſe, re per uxorem patefacta, apud Maſsiliã interficitur. Galerius uerò cui Italia obuenerat, poſt hæc quum annos imperaſſet tredecim, Chriſtianosq; ſupplicijs omnibus adfeciſſet, morbo graui cruciatus ſibi manum intulit: quum prius duos creaſſet Cæſares, Maximinũ, & Seuerum: quorum Seuerus breui tẽpore à Maxentio fugatus, ac Rauennæ, quò ad Maximinum cõfugerat, interfectus eſt. Cui ſurrogatur alter à Maximino ſibi ſocius Cæſar Licinius, gener Cõſtantij, è Dacia oriũdus: qui genus à Philippo Auguſto iactabat. Cuius perſpecta uirtus Maximiano fuerat in bello Perſico cõtra Narſeũ. Interea Thermas à Diocletiano extructas, Conſtantius & Seuerus dedicarunt atq; ſtatuis ſuis, cõditorumq; appoſitis ornarũt. Quorum capita Pomponius Lætus ibidẽ effoſa, integra ſe uidiſſe teſtabatur, inſcriptionemq; huiuſmodi: M. Aurel. Valer. Maximiano inuicto Auguſt. Pont. Max. Sarmatic. Max. Gothic. Max. Imper. VIII. Cos. III. P. P. Procõſuli. Et Viennæ in Gallia D D. N N. Impp. Cæss. C. Aur. Valerius Diocletianus. P. P. inuictus Auguſt. muris Curalonẽſibus ædificijs prouidẽtia ſua inſtitutis, portam Viennenſem, Herculeam uocari iuſſerunt. Et in frõte alterius portæ urbis idem epigrãma, in fine ſic: Portam Romanã, Iouiam uocari iuſſerũt. Nam uti ſuprà diximus, ex his imperatoribus, alter Iouius, alter Herculeus cognominatus eſt.

Conſtantinus
Maxentius
Licinius
Maximinus
CCCVI.

Conſtantinus, Maxentius, Licinius, & Maximinus, quatuor item uno tempore principes fuere: ſed maxime inter ſe diſcordes: Chriſtianisq; infeſti omnes, præter Conſtantinũ. Maximinus Licinium ſibi imperij conſortẽ adſciuiſſe pœnitẽs, breui tẽpore interijt apud Tarſum, dum bellum aduerſum eum parat. Conſtantinus autẽ Conſtantij filius fuit, nati Eutropio nobili ac potente inter Dardanos uiro: & Claudia Cõſtantia, filia Criſpi, fratris Flauij Claudij imperatoris: ſicuti in Claudio diximus, ex autoritate Trebellij Pollionis. Quo magis miror Põponium Lætum nuper ſcripſiſſe, Cõſtantium natũ è Claudia, Claudij Auguſti filia, quum aperte Pollio dicat Claudiũ omnino ſobole caruiſſe. Præterea Eutropium patrẽ, non ex Dardania Troiæ, ut dicit: ſed quæ apud Mœſiam eſt, intelligit pollio.

Conſtantinus
Magnus

Conſtantinus igitur à ſenatu declaratus Auguſtus, & accerſitus è Britannia, ubi pater perierat, cõtra Maxentium: qui ob libidinẽ & crudelitatẽ maxime populo infenſus erat, quum eum diuerſis oppugnaſſet prælijs: ad poſtremum cõſpecto in æthere crucis uexillo, clamantisq; uoce audita, ἐν τούτῳ νίκα: In hoc uince: ut tradit hiſtoria tripertita, apud nos receptiſsima: ad pontẽ Miluium cum toto exercitu ſuperatũ interfecit. Cuius uictoriam nobilis adhuc arcus Romæ è regione Amphitheatri teſtatur, cũ huiuſcemodi inſcriptione: S.P.Q.R. Imp. Cæſ. Fl. Conſtantino Auguſto. Quod inſtinctu diuinitatis, & animi magnitudine, uno tempore tam de tyranno, quàm de omni eius factione iuſtis rẽpub. ultus eſt armis. Cum autẽ inſtinctu diuinitatis dicat, proculdubio portẽtum ſuprà narratum manifeſtare uidetur. Sublato igitur Maxẽtio, Licinium ſororis ſuæ uirum, ſæpius pugna oppreſſum: tandem apud Nicomediam in deditionẽ acceptum, ac priuatum uiuere permiſſum, contra iuſiurandum interfici iuſsit. Deniq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

omnium ſolus potitus,in ſuos gladium uertit. Criſpũ filium, propter Licinium ſupradictum ſibi ſuſpectum : itemq; uxorem,ex cauſis non ſatis expreſsis,necauit. Byzantium uarijs bellorum turbinibus quaſſum,ædificijs,mœnibusq; concinnauit : nouamq; Romam ac Conſtantinopolim uocauit, ſede ibidem conſtituta. Poſtremo cõtra Perſas proficiſcens,apud Nicomediæ uillam, morbo correptus interijt, anno imperij XXXI. In extremo uitæ tantum baptiſma ſuſcepit ab Euſebio præſule Nicomediæ, qui ſectæ Arrianæ poſtea ſe addixit. autor Hieronymus in chronicis. Ambroſius quoq; de morte Theodoſij idem ſentire uidetur: Conſtantinus,inquit, quanquam in extremo uitæ baptiſma acceperit,magnopere laudandus,quòd fidem ſucceſſoribus hæreditariam reliquerit. Gregorius item piæ memoriæ Conſtantinũ uocat. Græci inter ſanctos referunt : eiusq; feſtum XI. calendas Aprilis celebrant. De dono eius, aut conceſsione, apud nullos extat autores,præterquàm in libro Decretorum : idq; in antiquis uoluminibus minime contineri, autor eſt Antoninus præſul Florentinus in chronicis. Quod ualde miror, quum Iſidorus qui fuit abhinc annos propè DCCC. grauis autor ac planè ſanctus : in hiſtoria ſua aperte dicat cum urbe Roma pontifici ceſsiſſe, ornamentisq; omnibus imperialibus, diademate uidelicet,habituq;,& albo equo quo uectetur. Baſilicas item dicit in urbe condidiſſe, Lateranenſem, Seruatoris nomine, ubi baptiſterium addidit: in quo natalis nocte, lucerna balſami ardebat : legiturq; in eius fronte epigrammatis principium: Inſons eſſe uolens iſto mundare lauacro, Seu proprio premeris crimine, ſeu patrio. Præterea duas, apoſtolis Petro & Paulo. S. Laurentij extra muros. S. crucis. S. Petri exorciſtæ, & Marcellini preſbyteri martyrum, in uia Lauicana, inter duas laurus, ubi diu corpus Helenæ iacuit. S. Petri & Pauli apud Oſtiam. S. Ioannis Bapt. apud Albam apoſtolorum. In baſilica Petri quod pauci animaduertunt, ſupra arcum qui eſt in medio ferè templo, huiuſcemodi uerſus antiquiſsimo in opere muſeo adhuc leguntur: Quod duce te mundus ſurrexit in aſtra triumphãs, Hanc Conſtantinus uictor tibi condidit aulam. Libellus autem apocryphus de elephantia,deq; ſanguine puerorum,& Syluestri baptiſmate, quum manifeſte à noſtrorum doctorum quos adlegaui autoritate diſſentiat, omnino reijciendus. Conſtat tamen catechumenum fuiſſe, Sylueſtrumq;, ac reliquos orthodoxos ſemper in honore habuiſſe. Tum eius iuſſu ſynodum Nicenam celebratam,& Arrium exulaſſe,ut autor eſt Euſebius. Libellos inſuper ei quoſdam oblatos de præſulum nonnullorum accuſationibus reieciſſe, dictitantẽ minime ad ſe pertinere de Præſulibus iudicare. Helenam autem matrem Ambroſius Stabulariam uocat, hoc eſt cauponariam inter Britannos natam humili loco, ob formam Conſtantino patri tantum dilectam, quam coactus eſt poſtea dimittere, ac Theodoram Maximiani Herculei priuignam ducere. Britanni tamen in ſuis annalibus aliter tradunt, eam uidelicet Coel regis Angliæ filiam fuiſſe, quod mihi magis uериſimile uidetur. Hæc igitur nondum filio baptizato Chriſtiana iam facta, cruceq; inuenta, locis aditis, cæterisq; ad augendum religionem diligẽtiſsime obitis, tris filio Chriſti clauos attulit, è quibus unum ille loris equi adfigi iuſsit : tantumq; piæ parentis preces ualuere, ut inter pios ſit is relatus, qui maxime impius fuerit, quiq; tot cædibus ſuorũ domum funeſtauerit. Verum crudelitatis pœnituiſſe dicitur, eaq; de cauſa Dalmatium Anauallıani fratris extincti filium Cæſarem fecit, ac inter filios hæredẽ inſtituit. Dicitur & anno imperij XXX. tricennalia dediſſe. Eius autem genealogiam hoc modo ponemus: Conſtantius filius Eutropij & Conſtantiæ filiæ Criſpi, fratris Claudij II. Cæſaris, duas duxit uxores: ex Helena ſupradicta tantum Conſtantinus magnus appellatus ei

Conſtãtini genealogia

natus eſt : ex Theodora Anauallianus, qui & Gallus, Conſtantia quæ nupſit Licinio, ex quo genuit Licinium iuniorẽ, & Anauallianum patrem Dalmatij Cæſaris: ac Conſtantius pater Iuliani principis & Galli uiri ſcelerati, mariti Conſtantiæ, Magni Conſtantini filiæ. Conſtantinus Magnus ex prima cõiuge Criſpum tulit, ex Fauſta uerò filia Maximiani Herculei Conſtantinum II. Conſtantium & Conſtantem, ac Helenam quæ nupſit Iuliano principi, & Conſtantiam quæ nupſit Gallo. Emicuere ſub his Lactantius, & eius præceptor Arnobius. Conſtantinus II. Conſtantius, Conſtans, & Dalmatius, principes item quatuor, diuiſo inter ſe orbe ſucceſſerunt. Quorum Dalmatius in oriente poſt annũ tertium eius imperij, militari factione, Conſtãtio diſsimulante, cæſus eſt. Conſtantinus dum Conſtantem fratrem contra ius & fas bello perſequitur, incaute ſeſe periculis offerendo, ab eius ducibus opprimitur, cum imperaſſet in Gallijs & occidente toto annis tribus, uixiſſet XXV. Conſtans uerò cui in ſortem Italia obuenerat, fratris merito interfecti partem in Gallijs biennio pugnando adſequitur: ubi aliquãdiu, ut omnibus dilectus præfuit, deinde otio, laſciuiæq; ſe tradens, grauis iam militibus factus, à Maguentij coniuratione incautus, feſſusq; à uenatione interficitur. Erat Maguẽtius comes ordinum apud Auguſtam Germaniæ ciuitatem. Cõſtantio magnopere dilectus, & ab eo quondam contra exercitum necem illi intentantem defenſus. Itaq; ſumpta purpura imperator ab exercitu appellatus: ſtatimq; literas Conſtantis nomine, ad eos quos formidabat, mittit, uti ueniant, quos in itinere incautos oppreſsit. Conſtantius uerò qui res gerebat contra Perſas, ad fratris ultionẽ properans, Gallum patruelem Cæſarem facit & in oriente tuendis rebus in ea parte dimittit : ubi Mediolanum attigit, Decentium fratrem Cæſarem item facit, ac in Gallias dimiſit. Cum Maguentio tandem in certamen uenit, quum ille conditionẽ oblatam de Galliarum tantum imperio reſpuiſſet : prælio apud Murſam commiſſo Conſtantius fit ſuperior, in quo cæſa utrinq; hominum milia LIIII. abſumptæq; penè uires Romani imperij. Maguentius dimiſſo uacuo equo quo inſidebat, uti mortis fidẽ faceret, aufugit: miſitq; ad Conſtantium unum & item alterũ de ineunda concordia : quibus ille non reſpondit. Itaq; coactus rurſus pugnare, ac ſuperatus, Lugdunũ aufugit, ubi ſeſe demum necauit. Deſiderius eius frater ad Cõſtantium ſupplex profectus, benigne excipitur. Geruntius Maguentianæ coniurationis ſocius, exilio mulctatur. Britannion Illyrico præerat exercitui, ſenio iam confectus, & literarũ penitus ignarus. Hic à ſuis compulſus militibus, ac imperator appellatus, Maguẽtio fauebat: ad Cõſtantiumq; legatos miſit, uti Thracijs & oriente contentus eſſe uellet, quibus ille reſponſum minime dedit. Verũ poſtea Britannion etiam antequàm Maguentius periclitaretur facti pœnitens, depoſita purpura apud Murgam, ſumptaq; ueſte Gallica, fit obuiam Conſtantio uenienti apud Thraciam, ueniam petens: quam humaniter adſequutus, cœnæq; inſuper adhibitus eſt, & apud Pruſiada honeſte uiuere permiſſus. Syluanus alius tyrannus Bonoſi filius in Gallia natus, qui bello Liciniano clarus ſub Conſtantino, tribunus ſub Maguentio fuit, poſtea ad Conſtantium defecit: à quo miſſus in Galliã eſt. Cui rurſus quum ſuſpectũ ſe uideret, apud milites de principis ingratitudine queſtus, imperator ab eis appellatur. Ad hunc motum comprimendum Vrſicinus mittitur, qui pecunia tribunos exercitus corruptos, ad eum necandum compulit. Gallus autem quem diximus Cæſarem in oriente relictum, apud Antiochiam conſidebat, ubi crudelitatis & libidinis omne genus exercuit. noctu per popinas ambulabat, clam ſciſcitabundus qui de eo male loquerẽtur, quos omnis poſtea cõficta cauſa necabat, quod & Galienũ principem antea feciſſe legimus.

Ad

Arnobius
Conſtantinus
Conſtantius
Conſtans
Dalmatius

Maguentius

Deſiderius
Geruntius
Britannion

Syluanus tyrãnus Bonoſi filius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Ad hunc reprehẽdendum mißi aliquot uiri à Conſtantio, ab eo interfecti ſunt. Deinde iuſſus ad ſe uenire, leniendæ rei gratia, Conſtantiam cõiugem fratrem placatum mittit, quæ in itinere morbo correpta perijt. Quo nuntio Conſtantius accepto, miſit qui eum captum in medio fori ſecuri percuſſerunt. Pauloq́; pòſt pœnitens, alios miſit qui rem detrectarent, moriq́; prohiberẽt. Qui ab Euſebio eunucho, cuius imperator conſilio ſemper utebatur, clam retenti fuere. Imperauit annos IIII. uixit XXIX. Cõſtantiæ corpus delatum ad urbem, & in ſuburbano uiæ Nomentanæ ſecundo ferè ab urbe lapide, ſepulcro maiorum illatum. Quod nunc iuxta templũ Agnetis iuſſu item Conſtantini, uti exiſtimatur, ædificatum cernimus, ubi etiam Helena ſoror eius, Iuliani principis uxor cõdita fuit. Hoc ſepulcrum Paulus pont. trãsferri iuſſerat in Vaticanum, quod lapide conſtat Porphyrite, ubi ſe condi uolebat: ſed diuina quadam prouidentia eo interim extincto, ſepulcrum è medio itinere in locum eſt antiquum relatum. Cõſtantia enim uirgo ſancta ex hac familia prodijt illic ſepulta, quæ res non ſatis liquet: quum enim plures ex hac domo fuerint, hanc de qua loquimur ſanctam fuiſſe uerisimile nõ eſt. quam legimus uiro omnium ſcelerum impultricem in oriente fuiſſe, cauſamq́; fratri Conſtantio, ob amicitiam cuiuſdã Arriani preſbyteri, ut ille Arrium ab exilio reuocaret, ut autor eſt Rufinus in chronicis. Ex quo mala plurima orbi illata, orthodoxiq́; omnes expulſi. In primis Alexãder, & deinde Paulus præſules Conſtantinopolitani, Euſebio Arriano ſuffecto. Cui deinde multo peior Macedonius ſucceßit. Conſtantius igitur tyrãnis per orbem ſublatis, uictor Arelate ludos dedit, reuertensq́; Romam Mediolani Iulianum patruelẽ Galli fratrem Cæſarem creat, ac ad Gallias regendas mittit. Ipſe ad bellum Perſicum reuertitur, ubi ſemper inferior fuit, amißis etiam hominum XX. milibus. Iulianus interea rebus feliciter geſtis, & animo elatus, in Italiam Illyricumq́; inuadit. Conſtantium rebus Perſicis occupatũ imperij parte priuauit. Ille Iuliani facinore cõperto, dimiſſa expeditione, dũ ad ciuile bellũ reuertitur, in itinere inter Ciliciã Cappadociamq́; deceßit. Huius & Iuliani geſta Amianus Marcellinus perſequitur. De his quoq; multa tripertita hiſtoria.

Conſtãtia coniunx

Conſtãtiæ III. Auia, ſoror, & filia Magni Conſtantini

Iulianus ccc-lx.

Iulianus extincto Conſtantio imperio potitus, ante omnia aduerſus Perſas bellum cœptum proſequens, Hieroſolymis in itinere ſanguinem deuouit Chriſtianorum, ex eisq́; ſpectaculum præbiturum uictor pollicetur. Sed initio dum per uaſtos deſertæ regionis campos incautus uagatur, prope Cteſiphontẽ ab obuio quodam hoſte interficitur anno ætatis XXX. cum non toto biennio imperaſſet. Ita demum fato quodam Romanis datum uidebatur, ut Cteſiphontem trãſire non poſſent. Sepultus Iulianus apud Tarſum in ſuburbano. Quum primũ uulneratus concidit, ut tradit hiſtoria tripertita, manu cruorem in æthera iactans, exprobrando ait. Viciſti me tandẽ Galilæe. Sic enim Chriſtum uocare ſolebat. Hunc Chriſtianum ab initio fuiſſe, ſicuti & cæteros omnes poſt Conſtantinum, palam eſt: qui deinde fidei deſertor, librum etiam cõtra nos edidit. Quem argutißime Cyrillus præſul Alexãdrinus confutat. Inſectatus tamen Chriſtianos citra ſanguinem, ſchola prohibuit, ne doctores artium liberalium eſſent, unde materia deeſſet paulatim, & ingenium fidei defendendæ. Vir alioqui ingenio, literaturaq́; ingẽti præditus. Eius extant & orationes & epiſtolæ Græce conſcriptæ. Eius quoq; amicitiam atq; domum frequentauere nobiles ſophiſtæ, dicendiq́; magiſtri. Libanius in primis, Aetius, Oribaſius, Prohæreſius, Maximus philoſophus, Amianus quoq; Marcellinus qui & comes eius expeditionis fuit, & uita diligentißime conſcripſit.

Iouianus

Iouianus protector domeſticorum, rebus in ſummo diſcrimine repentina Iuliani morte conſtitutis, ab exercitu ſtatim imperator cõſalutatus, pacem cum Sapore Perſarum rege ob locorum iniquitatem neceſſariam potius quàm honeſtã fecit, Niſibi urbe & parte ſuperioris Meſopotamiæ conceſſa. Inde per Galatiam iter faciens, in itinere quum ſe cubitum recepiſſet, calore prunarum cubiculo incluſarum, nidoreq́; noui tectorij grauatus, octauo quàm imperare cœperat menſe, interijt.

Valentinianus

Flauius Valentinianus è Pannonia Cibalenſi oriundus, tribunus ſcutariorum in Iuliani exercitu fuerat: ceciditq́; ordine, quòd homo Chriſtianus dijs iuſſus ab Iuliano principe immolare nollet. At Deì poſtea prouidentia, breui tẽpore Iouiano ſucceßit. Huic pater fuit Gratianus ignobili ſtirpe apud Cibalas, Funarius appellatus, eo quòd uænalitium funem portãti, quinq; milites non potuerunt extorquere: eo merito aſcitus ad militiam uſq; ad præfecturæ prætorij potentiam aſcẽdit: ob cuius apud milites commendationem, imperium Valentiniano oblatum, quanquam inuito. Qui in primis Valentem ſibi fratrem imperij ſocium adſciuit. Procopium tyrannum qui Conſtantinopolim inuaſerat, in Phrygia interfecit: Saxones inferioris Germaniæ gentem tumultuantes, Burgundiones quoq; nouos hoſtes, quorum ad ſeptuaginta millia traiecto Rheno in ripa citeriore cõſtiterant, oppreßit. Poſtremo contra Sarmatas, qui Pannonias occupauerãt profectus, apoplexia aliquãdiu uoce amiſſa moritur, anno imperij undecimo ætatis, quinquageſimoquinto.

Procopius tyrannus

Valens ccc-LXVII.

Flauius Valens fratri ſuperſtes, ut qui Eudoxi Arriani præſulis diſcipulus fuiſſet, orthodoxos omnis perſequitur. Firmum qui Mauris excitatis omnem Africam euertebat, per Theodoſium patrem Theodoſij principis ſuperauit. Qui poſtea ob inuidiam rerum eius geſtarum necari iuſſus, ſuſcepto prius baptiſmate, uir religioſus patienter iugulum carnifici præbuit. Gothos finibus egreſſos, pollicẽtes ſe Chriſtianos eſſe uelle, in ripa Danubij citeriore conſiſtere permiſit. Quare mißis ad eos Arrianis, omnes ea labe cõtaminauit, quam nunquam illi dimiſerunt. Sed & cõtra tumultuantibus, cum exercitu occurrens, ab eiſdem prælio ſuperatus, ac in tugurium cõfugiens, unà cum habitatione crematus eſt, quum imperaſſet annos tredecim. Statim inde Conſtantinopolim Gothi petentes, à Dominica Valentis uxore, fœmina longe prudentißima, accepto pretio conticuere.

Gratianus

Flauius Gratianus Valentiniani filius unà cum Valentiniano fratre minore, poſt Valentem tenuit imperiũ: qui cum natura ipſa literis & otio traditus, tum per ætatem, non ſatis rebus gerendis aptus uideretur, Gothorumq́; immineret bellum, Neruam imitatus, Theodoſium Theodoſij cuius ſuprà mẽtionem fecimus filium, uirum ſtrenuum ex Hiſpania adcerſitum, imperio præfecit: eiq́; ſororem ſuam Placidiam matrimonio collocauit. Ipſe dum è Gallia in Italiam properaret, dolis Maximi tyranni, qui in Britannia ab exercitu imperator factus erat, interfectus eſt, anno ætatis undetrigeſimo, imperij ſexto. Valentinianus autem puer Conſtantinopolim ad Theodoſij tutelam confugit. Hos igitur cum patre & patruo Flauiorum nomẽ habuiſſe, teſtatur Romæ ueteris adhuc pontis ab eis ædificati inſcriptio huiuſmodi: Flauius Valentinianus, & Fla. Valens, & Fla. Gratianus pontem felicißimi nominis Gratiani in uſum ſenatus ac populi Ro. cõſtitui, dedicariq́; iuſſerunt.

Theodoſius

Theodoſius Hiſpanus annorum uigintitrium accerſitus, uti ſuprà commemoraui, à Gratiano: apud Syrmium ſumpta purpura, extemplo Gothos bello perſequutus uictor Conſtantinopolim ingreſſus eſt: mox pace cum eis facta, Athanaricum eorum regem ſpectandi gratia nouam Romam uenientem honorifice excepit. Inde in ultionẽ Gratiani conuerſus, Maximum tyrannum apud Aquileiam bello ſuperatum interfecit. Ex quo Valentinianus adoleſcens ad occidentis imperium ſibi reſtitutum reuerſus, dum agit in Gallia, dolo Arbogaſtis eius comitis necatur. Erat Arbogaſtes genere Go-

Arbogaſtes tyrannus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ilius, Gallici præfectus exercitus, qui adſcito ſibi Eugenio quodã uiro Franco, minimeq; Chriſtiano, ad imperium adſpirabat. Contra hos ergo qui iam Alpes magna barbarorũ manu occupauerãt, Theodoſius imparibus copijs profectus, dicitur noctem totam uigilando, deumq; precando uir religioſus conſumpſiſſe. Maneq; uexillo crucis prælato, cõſerto

Eugenius

prælio, fugatis hoſtibus Eugeniũ cepiſſe, Arbogaſtem etiam ad necem compuliſſe. In qua pugna, quum aduerſum puluerem in inimicorum oculos uentus impelleret, Claudianus ea carmina fecit: O nimium dilecte Deo, tibi militat æther, Et coniurati ueniunt ad claßica uẽti. Eius ſeculum maximi uiri ornauere, Hieronymus, Oroſius, Auguſtinus, Ambroſius: à quo etiam à cæde Theſſalonicenſi reuertens, ubi ob ſeditionem motam multa ciuium milia interfecerat, ut ſanguinarius tẽplo eiectus, religioſißime ignominiam tulit. Moritur Mediolani anno ætatis quinquageſimo, imperij undecimo, reli-

Arcadius

ctis Arcadio, Honorio, ac Galla Placida liberis. Eius corpus in loculo Conſtantinopolim translatum. Arcadio igitur & Honorio adoleſcentibus, Rufinus orientem, Stilicon occidentem, Africam uerò Gildo Theodoſij quondam mandato adminiſtrabant, adfinitate etiam ſubſequuta. Nam duas Stilico-

Honorius CCCCVII.

nis filias ex ſucceßione Honorius ſibi iunxerat, ambas ante nuptias uita functas: ultima Claudiani Epithalamio illuſtratur. Formoſus Mariam ducit Honorius. Omnes igitur res nouas quærentes è medio ſublati fuere. Rufinus ab Arcadio, quòd clam Alaricum contra ipſum Arcadium ſumere arma excitaſſet, ut ſibi orientis ea occaſione pararet imperium. Caianus Rufini imitator, auxilio Gothorum fretus, bellum ciuile mouit: nauali prælio inter Helleſpontum & Cherſonneſum uictus, dum fugit, captus eſt. Caput eius pilo ſuffixum

Gildo

Conſtantinopolim deportatum. Gildo à fratre Meſcezele

Meſcezeles

iuſta ultione bello ſuperatus & ex fuga retractus eſt, linteo gula ei perfracta. Nam & eius filios Gildo necauerat, ut Africæ totius dominaretur. Sed & Meſcezelẽ ipſum poſtea

Stilico

ſimilia cogitantem, Arcadius item deleuit. Stiliconem Honorius ſocerum, quòd uocatis clam ab eo Vandalis in Galliam,

Eutherius

comperiſſet rerum ſummam uoluiſſe ad Eutherium filium transferre, ſimul & aduerſus Alaricum diſcedẽtem in Galliam apud Rauennam infeliciter ſua cauſa pugnaſſe comperiſſet, ſucceſſorem ei pariter & interfectorem è Conſtantinopoli miſit. Itaq; in foro pacis unà cum filio trucidatur. Virum dicunt eum fuiſſe genere Vandalum, clarum illa inter cæteras uictoria, qua ducenta Gothorum milia cum eorum duce Radagaſo apud Feſulas deleuit. Cuius res geſtæ familiaris eius Claudiani uerſibus ornantur. Arcadius inter hæc moritur Conſtantinopoli, relicto filio Theodoſio minore, anno imperij decimotertio. Honorius Romæ interea occidentis tenebat imperium: cui non melior fortuna ex alijs ducibus prouenit, uerum omnes ſuperauit. Nam Maximum, Iouium, & Sebaſtianum ex ſucceßione in Gallia, Attalum

Heraclianus

quoq; in Africa tumultuantes, per Heraclianum præfectum ſuſtulit. Poſtremo Conſtantinum, qui Gratiano tyranno ſucceßit, barbarum hominem Britanniam occupantem, apud

Conſtantius comes

Arelatenſem urbem per Conſtantium comitem uirum nobilem ac ſtrenuum ſuperauit. Huic quoniam eum unum ex omnibus fidum inuenerat, Placidiam ſororem olim Ataulpho Gothorum regi nuptam locauit, ex qua Valentinianus iunior natus, qui poſtea fuit imperator. Deceßit Romæ poſtquàm imperaſſet annos trigintaduos. Sepultus in Mauſoleo iuxta Atrium Baſilicæ Petri, nulla relicta prole. Poſt cuius mortem Ioannes quidam per Hiſpanias fauore Aetij & Caſtini præfectorum, tyrannidem adripuit: ſed eo breui tempore extincto, Bonifacius Africæ comes, Siſulphum ſucceſſorem habuiſſe dolens, Vandalos ex Hiſpania in Africam adſerſiuit. Quo tẽpore noſter Auguſtinus Bonifacij familiarißimus eum cum Aetio duce dißidentem pacificare ſtudebat.

Theodoſius iunior CCCCXXXI.

Theodoſius iunior Arcadij filius, quum in oriẽte imperaret, accepto de Honorij patrui morte, Vandaloſq; Africam, & Hunnos Pannoniam occupaſſe conſpiceret: confeſtim Valentinianum cui Eudochiam filiam matrimonio collocauerat, cum Placidia matre, quæ expulſa olim à fratre Honorio Conſtantinopolim ſe receperat, ad occidẽtis tuendum imperium mittit. Ipſe uerò quum fruſtra Vãdalos nauali prælio è Carthagine tentat expellere, Conſtantinopoli morbo abſumptus eſt, quum imperaſſet annos trigintaduos.

Valentinianus iunior

Flauius Valentinianus iunior, ac tertius eius nominis imperator, inito occidentis imperio pacem illico cum Genſerico Vandalorum rege conſtituit, certis ſpatijs Africa inter utrunq; diuiſa. Breui poſt tempore Attilam Hunnorum re-

Aetius dux

gem ex Pannonia Romam properantem, per Aetium patricium in campis Catalaunicis illa nobili clade repreßit, quam in Hunnorum attigimus hiſtoria. Magnam temporis partẽ uixit Rauennæ, quam mœnibus reſtituit, eiuſq; præſuli Ioanni, ut pallio liceret uti, conceßit. Optimus ac clementißimus princeps, tandem à Maximo ciue potentißimo, potiundæ uxoris gratia, ut ait Procopius, eſt interfectus, quum imperaſſet annos triginta: uigintiquinque cum ſocero, & quinq; cum Martiano, qui Conſtantinopoli imperarunt. De Aetio paucis dicã. Hic è Doreſcana Mœſiæ ciuitate oriundus ab Honorio principe ob diſciplinam rei militaris patricius factus, eius ſororio Conſtantio in exercitu ſucceſſerat: cuius auſpicijs non ſolum Hunni ſuperati, ſed Burgundiones Rheno traiecto in Galliam irrumpentes reiecti. In ſuſpicionem poſtremo adfectatæ dominationis apud Valentinianum ueniens, eiuſdem iuſſu interfectus eſt, cum quo ſimul occidentis imperium corruit.

Genealogia Valentinianorum Placidæ [illegible]

Nunc Valentinianorum genealogiam paucis deſcribam. Valentinianus princeps Gratiani filius, Gratianum, & Valentinianum, ac Gallam Placidiam genuit. Primi ſine liberis fuere. Placidia nupta Theodoſio Magno, Arcadium, & Honorium, & Placidiã peperit, quæ Ataulpho Gothorum regi, ac poſt eum Conſtantio comiti ſummo apud Honorium uiro nupſit: ex quo Valentinianum iuniorem, & Honorium ſuſcepit. Hi Conſtantio patre extincto, expulſi Roma ab Honorio, Conſtantinopolim ad Theodoſium iuniorem cum matre confugerunt. Honorius autem ſine prole fuit. Arcadius ex Eudocia Theodoſium iuniorem, Flaccillam, Martinam, & Pulcheriam genuit. Flaccilla cœnobio extructo, Deo ſe ſuamq; uirginitatem perpetuo dicauit.

Eudoxia

Theodoſio Eudoxia filia fuit, quæ nupta Valentiniano Placidiam & Eudociam peperit. Demum poſt uiri mortem in ultionem clàm Genſericum Vandalorum regem in urbem matrimonio accerſiuit. Is direpta urbe quæ reſiſtere impijs uiribus non ualuit, & per dies quatuordecim maxima omnium ſtrage facta, fugataq; nobilitate, ac Maximo prædicto: qui poſtquam Valentinianum interfecerat, eiuſq; adamata uxore potitus fuerat, occidentis imperium occu-

Vrſus miles

pauerat: à quodam Vrſo milite interfecto, ipſam Eudociam, ac filias ſecum abduxit: quarum alteram Honorico filio locauit, alteram Placidiam Olibio, qui poſtea imperator fuit, ut mox dicam: matrem uerò ſibi retinuit. Dum autem in Africam cum hac præda reuertit; ingentes prius Campaniæ populis intulit clades. Geſta ſunt hæc anno ſalutis quadringenteſimo quinquageſimoſecundo, Martiano apud Cõſtantinopolim imperante, Leone primo ſedente, ac fruſtra Genſerici furori precibus reſiſtente.

Auitus Maiorianus

POST Valentinianum Romæ aliquot imperatores, haud ſanè memorabiles, nec diu fuere. Quorum primus Auitus ordinis ſenatorij à Romanis delectus. Poſt eum Maiorianus Rauennæ purpura ſumpta, poſt quadriennium

Seuerianus nium apud ciuitatem Dertonenſem trucidatur. Seueria-
nus Rauennæ item ſuccedens, anno tertio moritur Romæ.
Huius tempore Biorget Alanorum rex, magna aduerſus ur-
Ricimerus bem manu properans, à Ricimere patricio Seueriani duce
Anthemius apud Benacum occurrente ſuperatur. Anthemius deinde
ſumpto imperio Seruandum Galliarum præfectum & Pa-
tricium Romæ imperium inuadere conantes deleuit. Gen-
ſericum item in Italiã cum ingenti claſſe ex Africa uenien-
tem, auxilio Baſilici à Leone imperatore miſſi, ad Populo-
niam repulit. Poſt annos tandem IIII. quàm imperare cœ-
Olibius piſſet, à Ricimere patricio Romæ interficitur: cui Olibius
qui ab eodem Leone rurſus auxilio contra Vandalos miſſus
fuerat, ſuccedit: hoſtis conciliati fretus potentia, qui ei, uti
ſuprà commemoraui, Placidiam Valentiniani F. captam ma-
trimonio tradidit. Septimo tamen moritur menſe. Poſt
Glycerius quem Glycerium ſenatorem Rauennæ ab exercitu Roma-
Nepos nis inuitis delectum. Nepos patritius ex urbe cum exercitu
profectus ſuperat: eumq́; exutum purpura, præſulem Salo-
nitanum apud Dalmatiam conſtituit: ſeq́; imperatorem creat.
Auguſtulus Hoc deinde Auguſtulus poſt dies quinquagintaſex, ueniens è
Græcia per uim repulſo, annum ferè imperauit. Huius pa-
Oreſtes ter Oreſtes qui omnia adminiſtrabat, Gothis tunc primum
irruentibus, ac tertiam agrorũ partem in Italia petentibus
cum negaſſet, illi unà cum Erulis qui ſocij ſe adſciuerant, &
Odoacer quorum originem in geographia narraui, Odoacrum ipſius
Oreſtis militem Italicum, ut ait Procopius, impulerunt, ut
rempublicam uſurparet. Quare Auguſtulus præ metu pur-
pura imperialiq; abiecta maieſtate, in Lucullianũ fugit, an-
no ab urbe condita milleſimo ducenteſimo uigeſimonono.
Ab urbe à Gothis capta ſexageſimotertio, ſalutis quadrin-
genteſimo ſeptuageſimoquinto. ſedente Simplicio. Poſt Augu
ſtulum diuerſis Romam barbaris tenentibus, uacauit in oc-
cidente imperium, per annos ferè trecentos triginta, uſque
uidelicet ad Carolum Magnum. Nunc ad imperatores Con-
ſtantinopolitanos reuertar.

Martianus CCCCLII. MARTIANVS interim in Oriente Theodoſio
cuius duxerat in matrimonium ſororem, ſucceſsit.
Quo tempore Valentinianus imperabat in Italia. Hic quan-
quam ſenex & humili genere, præſtabat rebus geſtis, & ar-
te militari. Prima ſtipendia in Lycia fecit. Pulcheria uirgo
Arcadij filia, cuius ſuprà mentionem fecimus, in eligendo
Cæſare princeps ei fauit: diademaq́; capiti eius impoſuit.
Leo CCCCLIX. Vixit in imperio annos ſex, cum pace ac bonitatis fama.
Leo è gente Græcanica, ſuffragijs ac factione Aſparis
imperator conſalutatur. Aſpar enim ita cum Leone conue-
nerat, ut factus imperator Ardaburiũ eius filium adoptaret.
Quod Leo obſeruauit. Populus ubi hæc nouit, Ardaburium
cum patre interemit: nonnulli eos interfectos à Leone di-
cunt. Suppetias Anthemio imperatori ad expellendos Van-
dalos tulit: poſtremo Leonem ſororis ſuæ ac Zenonis, qui
poſtea imperauit, filium ſucceſſorem reliquit. Tenuit autem
Leo II. CCCCLXXIIII. imperium annos ſedecim. Leo ſecundus quum paucis im-
Zeno peraſſet menſibus, puer adhuc, nihil aliud egit: quàm patri
Zenoni ſceptrum tradere. Zeno Iſauricus genere præfuit
annos XVII. Baſilicum patricium unà cum filio imperium
inuadere conantem, in Cappadociam relegauit. Theodoricũ
Oſtrogothorum regem, magnopere dilexit: eiq́; ſtatuã ſta-
tuit, ac Italiam petenti conceſſit, ſi eam ab Odoacro rege
Anaſtaſius tunc omnia miſcente liberaſſet. Anaſtaſius, optimus ab
initio princeps. Quippe qui Clodoueo Frãcorum regi mu-
nera, patriciatusq́; honorem decreuit, quòd Gothos in Gal-
lia ſuperaſſet, Burdigalemq́; oppidum recepiſſet, A mari ad
Zelybriam longum murum duxit, ne incurſiones Mœſiorũ,
Bulgarorũ, & Scytharum officerent. Plures per orbem ty-
rannos ſupplicio adfecit. Athenodorum Sclymanteum apud
Antiochiam Ciliciæ, qui à Longino cathenis uinctus, ac ad
eum perductus, dilaniatus eſt. Vitalianum militiæ magiſtrum
ad Aquilonem grauem excitantem motum, pecunia data pa
cauit. Getæ Macedoniam, Epirum, Theſſaliam diripuerunt,
quum pro captiuis redimendis pecuniã haud idoneam Ana-
ſtaſius ad eos mitteret, illi coram captiuos trucidarũt. Hun-
ni etiã excurſiones aliquot in oriente fecere. Anaſtaſius po-
ſtremo in ſectam Eutychianam lapſus, ex ea nec ab Ormiſda
quidẽ pont. per legatos dimoueri potuit. Quapropter Deũ
ultorem ſenſit fulmine ictus, anno imperij XXXVI. quan-
quam ſenio longo cõfectum, ſubita morte corruiſſe Marcel-
linus tradit. Iuſtinus genere Thrax, ex humili ſanè loco ſi- Iuſtin. DXIII.
ne ſtemmatis, ob fortitudinẽ in exercitu meruit ordinis prin
ceps, deinde comes fieri. Amantius Spado libertus Anaſtaſij,
Domino extincto, ad eum qui præerat exercitui, uenit cum
magna ui pecuniæ, ut Theocritianum deligerent. At ille pro
ſe uſus ea, à militibus imperator eſt factus. Amãtius uerò &
Theocritianus inſidias parantes, ab eo ſunt de medio ſubla-
ti. Iuſtinus orthodoxus fuiſſe traditur. Arrianos ſiquidem
expulit. Germanum præſulem Capuanum, miſſum ab Or-
miſda Pont. pro orthodoxis reſtituendis ab Anaſtaſio pul-
ſis, humaniter excepit, & exaudijt. Mox Ioannem pont. iuſ-
ſu Theoderici regis ad eum uenientem, ac de Arrianis re-
uocandis rogare coactum, compotem fecit, ut & Romano-
rum, & Chriſtianorũ otio conſuleret. Imperauit annos no-
uem. Hoc tempore Theodericus quum multam ſtragem Gal
lorum feciſſet, Atalaricum ex filia nepotem, regem Toloſæ
conſtituit. Iuſtinianus Iuſtini ſororis filius ab eo adopta- Iuſtinianus DXX.
tus, imperauit annos XXXIX. Cuius domi foriſq́; gloria
ingens uulgata eſt, legibus in epitomen redactis, Perſis qui
Romanos limites prætergreſſi fuerãt pacatis: Africa à Van
dalis, Italia à Gothis liberata, & in Dalmatia Salona urbe
per Mundũ ducem recepta. Pro quibus geſtis nobile Sophiæ
templũ Conſtantinopoli extruxit. Beliſarij eius ducis Græci Beliſarius
hominis geſta ſub eo percurram. Hic Perſas in Oriente uicit,
Vandalos uerò in Africa, ducto in triumphũ Giliſmere. Go-
thorum in Italia gentem capto Victige rege ſuperauit. Poſt
hæc Africam repetens, Vandalorum redintegratis uiribus,
bella renouãtes, reipublicæ ſubdidit, interfecto eorum rege
Guntarit ſub pacis dolo. Victor inde Romã reuerſus, crucẽ
auream, ubi res eius geſtæ celatæ fuerãt, Petri Baſilicæ ob-
tulit. Poſtremo cũ Totila rege multis magnisq́; prælijs con-
greſſus eſt, & Romã eiuſdem hoſtis ingreſſu deſolatã, mœ-
nibus portisq́; refectis inſtaurauit, clauibus Conſtantinopo-
lim ad Iuſtinianũ miſſis. Totilam quoq; iterũ reuertentem,
magna ui repulit. Deniq; quũ impar uiribus eſſet, nec fortu-
na quæ fuit ab initio perſeueraret, per Antoninam uxorem
quã præmiſerat, à Iuſtiniano miſſionem impetrauit. In cuius
locũ Narſes eſt miſſus. Ad extremũ, exitũ habuit. magnis ple
runq; uiris de Rep. meritis communem. Iuſtiniani iuſſu, ſiue
odio, ſiue ueteris belli ſuſpicione, effoſſis oculis mendicabat.
Reliqua Iuſtiniani in hiſtoria Gothorũ narrata. Iuſtinus Iuſtin. minor
minor Iuſtiniani ex filia nepos, patre Illyricæ gentis. Sophiã DLVI.
cõiugem habuit. Cuius hortatu ab initio liberalis uiſus, uerũ
poſtea auariſſimus euaſit, ſimul & Pelagianæ adſertor hæ-
reſeos. Quapropter ferè inſanus ad poſtremum habebatur.
Eius tempore Vngri qui & Hunni, Pannoniam, & Longo-
bardi Italiã cepere, de quibus alio loco dixi. Longinũ etiam Longinus.
cum nouo Exarchatus magiſtratu in locum Narſetis, quem Exarchatus
reuocauerat, miſit. De quo magiſtratu in Rauenna dixi-
mus. Imperauit annos XI. ſuperſtite Tyberio, quem ado- Tyberius II.
ptauerat, ſucceſſore. Tyberius II. contrarijs Iuſtino mo-
ribus, peculium ab eo coactum longa auaritia. Sophia tra-
dente, ſimul & theſauros Narſetis in Italiæ puteo, mõſtrãte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quodam ſene repertos egentibus dedit. Res in Oriente contra Perſas feliciter, in Italia nequaquam geßit. Imperauit annos VII.

Mauricius DLXXVIII.

Mauricius genere Cappadox, ſucceſſor Tyberij ſoceri, rexit annos XX. Ex humili notario comes excubitorum, & ex comite Cæſar: deinde Auguſtus factus, bonus cætera princeps reipubl. multisq́; uictorijs illuſtris, tantum diuo Gregorio aduerſus fuit, Patriarcham Conſtantinopolitanum οἰκουμένικον, id eſt uniuerſalis eccleſiæ præſulem uocitando. Præterea ob eius auaritiam militibus infenſus, à Phoca centurione limitis Scythici captus, atq; ſecuri percuſſus eſt.

Phocas DXCIX.

Phocas igitur ab exercitu imperator cõſalutatus, præter opinionem, quum & ipſe auarus haberetur, ac minime ſatisfaceret. Coniuratione Priſci Patricij & Heraclonæ, ac eius filij Heraclij: qui Proprætor Africam adminiſtrabat: adducto eo exercitu, Phocam omnibus contumelijs prius adfectum, de medio ſuſtulit: quum imperaſſet annos XIII.

Heraclius DCXI.

Heraclius igitur interfecto Phoca inito principatu, extemplo mouens ingenti exercitu aduerſus Coſroen Perſarũ regem, qui tempore Phocæ crucem dominicã direptis Hieroſolymis abſtulerat: ac Zachariam Patriarcham inde abduxerat prælijs primis duobus Hoſtanem Saraceni, & Saraballem regis ipſius duces cecidit: tertio uerò omnium maximo,

Razatenes

Saie & Razatene item ducibus ſuperatis, cum multis milibus: uſq; Perſidem penetrauit. Coſroes ad Cteſiphontem uſq; fugit, ubi à Siroe filio interfectus eſt, quòd pater Medaſæ alteri filio, ſed natu minori, regnum tradiderat. Itaque coactus eſt omnia reddere: exercitusq́; noſter cum trophæo crucis laureatus Conſtantinopolim reuertit: qui triumphus præclariſsimus eſt habitus. Poſt hæc cura Reipub. alijs tradita, otio quietiq; ſe dedidit. Quo tẽpore Saraceni duce Mahumete, de quo in ordine literarum diximus, caput extulere. Perijt intercutis morbo anno imperij XXXII. Nunc eius Genealogiam paucis recenſebo: quum ſextam hic ſobolem habuerit imperantem, quod nulli Cæſarum accidit. Heraclius igitur Heraclonæ filius princeps, eodẽ die quo principatum inijt, Flauiam Eudociam duxit uxorem: ex qua Epi-

Conſtantinus iunior

phaniam & Heraclium ſuſcepit: qui Cõſtantinus Iunior appellatus eſt, quem ab ineunte ætate pater diademate redimiuit. Contigit dum Eudociæ ferretur funus, puellam quãdam è feneſtra ſupra feretrum ſpuere: quæ protinus capta, ac ui-

Martina cum Heraclona

ua cremata eſt. Duxit poſtea Martinam fratris filiam; lata lege, ut idem omnibus liceret, ex qua genuit Heraclonam. Succeßit primum patri Conſtantinus Iunior, qui dolis nouercæ, menſe quarto ueneno ſublatus eſt. Suſcepit imperiũ Martina cum Heraclona filio X. annorum: qui ambo conſpiratione ſenatus ante biennium capti, & in exilium in Cappadociam mißi, lingua matri, naribus autem filio abſcißis.

Conſtans DCXL.

Conſtans Conſtantini Iunioris ex Gregoria Nicete patricio nata filius: pulſis Heraclona & Martina, à ſenatu ſine militibus creatur Imperator, quod raro accidit. Hic dogma Monothelitarum ſectatus, Martinum põtificem per Olympium Exarchum comprehendi iuſſum, in exilio mori coëgit: quod is Paulum patriarcham in ſynodo præſulatu deiecerit: ac Cyri Alexandrini, Sergij, & Pyrrhi condemnationem non remouerit, eamq́; probauerit. Poſt hæc cupiditate Italiam à Longobardis liberandi, filio Conſtantino domi relicto, Tarentum adplicuit claſſe: indeq́; Luceria capta ac diruta, Beneuentum obſidet: quod Romoaldus dux adoleſcens defendere minime ualens, patrem Grimoaldum regem ex regione Tranſpadana auxilio uocat: quo adpropinquante, Conſtans obſidione relicta Capuam uerſus contendit, ubi obuium habuit Mitolam eius urbis ducem armatum: à quo fuſus fugatusq́; mox ad urbem contendit. Cui Vitalianus Pontifex obuiam ad VII. lapidem proceßit, ubi ſi quid aderat pulchri ex ueterum monumentis expilauit: ablatis inter cætera Panthei tegulis æneis, nauiq́; ſitis. Poſt dies XII. in Siciliam abijt, ubi in balneis paulò pòſt à ſuis necatur: quũ in principatu uixiſſet annos XXVII.

Conſtantinus IIII.

Conſtantinus quartus, Pogonatus cognomento, Conſtanti patri ſucceßit: licet Mazeſes miles qui Conſtantem in Sicilia interfecerat, menſes aliquot tyrannidem occupauerit: qui paulò pòſt à Latinorum Græcorumq́; exercitu iugulatus eſt. Conſtantinus igitur ſextam ſynodum Conſtantinopoli celebrauit contra Monothelitas: Agathone Pontifice impulſore, ubi utraque conuenit eccleſia. Græcis tantum ſacerdotibus ducere uxorem permiſſum. Hic duos fratres adhuc pueros, facie naribus ablatis dehoneſtauit, ne ad imperium quandoq; adſpirarent. Huius item tempore Saraceni ex Aegypto ſoluentes, Siciliam, deinde Africam occupauere. Et Bulgarorum gens à palude Mæotide ad Illyricum defluxit anno Salutis DCLXXX. Ad hunc etiam Conſtantinopolim reginam Perſarum nomine Cæſaream dixit Paulus Foroliuienſis clam uiro ueniſſe, ut Chriſtiana fieret, uirumq́; poſtea cum multis Perſarum milibus idem facere induxiſſe. Imperauit annos XVII.

Iuſtinus IIII. DCLXXXVI.

Iuſtinus IIII. quem nonnulli Iuſtinianum uocãt; Conſtantini IIII. filius & ſucceſſor, ultimus ex ſtirpe Heraclij, & ipſe à fide aberrauit, patris Synodum alia ſynodo infirmando: quam quum Sergius Pontifex minime ratam haberet, uti comprehenderetur iußit: ob hoc miſſo Zacharia Protoſpathario, qui reclamante populo Romano, re infecta reuertit. Quamobrem pœnas Imperator paulò pòſt dedit, ob hæc aliaq́; ſcelera: coniuratione Leontij patricij Conſtantinopolitani, & Callinici patriarchæ captus, atq; in exilium in Pontum miſſus: poſt annum tertium ad auxilium Cagani Auarorum ſoceri ſui, deinde Trebellij Bulgarorum regum coufugit. Quo poſtremo iuuante regnum recuperans, de Leontio & Tyberio inimicis ſuppliciũ ſtatim ſumpſit: Callinicũ Patriarcham effoßis luminibus Romam relegauit. Mox uocatũ ad ſe Conſtantinum ſummũ pontificem, & honore, & pietate ſumma excepit: humi proiectus pedes ei oſculando: ac Romani dogmatis decreta per ſynodũ probando, ueniam petijt præteritorũ. Ad ultimum à Philippico aduerſario, quem relegatũ in Ponto ipſo dehortante pontifice bello oppugnabat, ſuperatus, atq; unà cum Tyberio filio interfectus eſt, quũ imperaſſet an. X. & poſt exiliũ VI.

Leontius DCLXXXIX. Apſimarus

Leontius pulſo Iuſtino, poſtquàm tris imperaſſet annos, à Tyberio cognomẽto Apſimaro uiro Cõſtantinopolitano qui Africæ præerat exercitui, captus: truncatisq́; naribus in cuſtodiam miſſus, paulò pòſt à Iuſtino rerum potito unà cum Tyberio trucidatur. Tyberius III. cognomento Apſimarus: Philippicum. cuius uiribus fretus ad imperiũ peruenerat, quòd poſtea ſuſpectum haberet, in Ponto iußit exulare. Ipſeq; demum poſt an. VII. unà cum Leontio, uti diximus ante à Iuſtino necãtur.

Philippicus DCCX. Anaſtaſius II.

Philippicus cognomẽto Bardanius, ne ſanctorum imagines colerentur, iußit. Quapropter & à Conſtantino pontifice ſacris interdicitur, & ab Anaſtaſio Anthemio, erutis prius oculis, imperio deijcitur, quum imperaſſet annum, & menſes quinq;. Anaſtaſius II. cognomento Anthemius Romanorum Pontificũ & conciliorum decreta probauit, ſacroſanctaq́; habuit, claſſem contra Saracenos Alexandriam miſit. Cuius præfecti uires contra Dominum uertentes, Theodoſium ignobilem quendam Conſtantinopolitanum extulerunt, qui Andſtaſium ui coëgit relicto imperio ſacris ordinibus addici, poſtquàm id tenuiſſet annos tris.

Theodoſius III.

Theodoſius III. Adramyctenus quamquàm obſcurus genere, clarus tamen animo, & fide orthoxus, imagines à Philippico diſiectas reſtituit. Prælio tandem & ipſe à Leone uictus, in cœnobio monachum egit reliquo uitæ tempore. Imperauit annos duos.

Leo III. DCCXVI.

Leo III. unà cum filio imperauit annos XXIIII. De imaginibus malè ſenſit,

omnib

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

omnibus quotquot poterat crematis. Stephanũ Pontificem minime conſentientem, comprehẽdi ac necari iußit. A Gregorio II. deinde ſucceſſore Romæ concilio celebrato, ſacris interdictus, & imperium deponere iuſſus eſt. Quãobrem omnis ab eo Italia deſciuit, ut de altero creando Imperatore in Occidente cogitaret. Hoc tempore Saraceni teſtibus Landulpho & Bibliothecario ex Africa in Hiſpaniam: ac decimo poſt menſe Aquitaniam inuaſere. Qui Aſiam incolebant Zulemone Admirato Thraciã, inde Conſtantinopolim triennali obſidione claſſe ingenti cinxere, tandem fame, peſteq; diſcedere coacti ſunt. Quo etiam tempore apud omnis conſtat è Conſtantinopolitanis ad CCC. millia peſte periјſſe.

Cõſtãtinus V. DCCXL.

Conſtantinus V. cognomento Copronymus, Leonis parentis retulit impietatem, de imaginibus abolendis graue edictum promulgando. Signum futuri in eo uitij, iam inde ab initio dum è ſacro puer fonte lauaretur, præſetuliſſe Bibliothecarius & Landulphus teſtantur, ſacris lymphis uentris ſolutione cõmaculatis, cuius rei gratia cognomentum Copronymi meruit. Perijt elephantiæ morbo, quum imperaſſet annos XXXV.

Copronymus Leo IIII.

Leo IIII. Conſtantini paterna imitatus eſt uitia: unã omnino in Syria expeditionem fecit, unde leui certamine repulſus domum redijt: pauloq; pòſt deceßit, anno imperij V. relicto Conſtantino filio, quem ex Irene coniuge Athenienſi ſuſcepit.

Conſtant. VI. & Irene mater DCCLXXX.

Conſtantinus VI. cum Irene matre imperauit annos decẽ. Quo tempore apud Niceam Synodo celebrata cum Romano põtifice de imaginibus, & de ſpiritus proceßione conuenit. Expulſa tandem à filio mater, quæ omnia magna prudentia adminiſtrabat: pòſt paulò à ciuibus in priſtinum ſtatum reſtituta, annos tris ſola imperio præfuit, ac Conſtantino in carcerem coniecto oculos effodit, ubi breui tẽpore extinctus eſt. Ea fere tempeſtate Landulphus, & quidam alij ſcriptores ſcribunt, inuentam in ſepulcro laminam æneam ſupra mortuum hominem his uerbis: Chriſtus naſcetur de uirgine, credo in eum. Tempore Conſtantini & Irenes ò ſol iterum me uidebis. Cum Carolo magno de imperij diuiſione conuenit. Expulſa demum à Nicephoro patricio ſucceſſore ipſius, in exilio uitæ reliquũ egit. Mulier una rebus omnino adminiſtrandis nata.

Nicephorus DCCC.

Nicephorus Irene capta, occupatoq; imperio, pacem illico cum Carolo magno ab ipſa Irene conſtitutam ſeruauit, uti uidelicet Apuliam Calabriamq; cum Sicilia ſibi haberet, reliqua Italia illi conceſſa. Cum Venetis item pepigit, ut nullius imperio ſubeſſent, legibusq; proprijs uterentur. Admiratum Saracenorũ qui cum trecentis millibus aduerſus uenerat, pactione annui tributi CCC. nummum aureorum ab ſe repulit. Stauracium filiũ imperij conſortem fecit. Apolloniam immiſſa claſſe partim uiribus, partim fraude captam diripuit. Cum Bulgaris in ſuperiori Mœſia congreſſus, tandem in bello occubuit: anno IX. Imperij

Stauracius

Stauracius filius in eodem bello Bulgarorum uulneratus, patre interfecto ſtatim reuerſus Conſtantinopolim, imperium inijt. A Saracenis rupto fœdere quod pater iniuerat, multa accepit incommoda. Denique ab eius ſororio Michaële menſe tertio quàm imperare cœperat, deiectus eſt.

Michaël Curopalates DCCCXII

Michaël Curopalates cognomento Rancabe, gener Nicephori ſupradicti, inito ſtatim imperio cum Carolo conuenit, ut ille occidẽtem, ſibi uerò retineret Oriẽtem.

Veneti

Venetorum quoq; tunc urbem Gotfredus Viterbienſis ſcribit ea conditione Græcis partibus ceßiſſe, ut immunitate prius à Carolo conceſſa uterentur. Hic quum aliquandiu aduerſus Bulgaros bellum geßiſſet ſuperior, tandem apud Hadrianopolim fuſus fugatusq; amißis copijs domum ſe recepit: ubi mox coniuratione Leonis Armeniaci captus, & in inſulam Proten in exilium miſſus, ibidem in cœnobio quodam monachum perpetuo egit, biennio poſtquàm imperauerat.

Leo Armenia[cus] DCCCXIIII.

Leo Armeniacus Pardi patricij filius, qui exercitui præerat Orientis, quòd rerum ponderi ſufficere uideretur, à populo Imperator creatus: Crumnum Bulgarorũ regem Hadrianopoli potitum, & in Conſtantinopolim iam arma uertentem, eruptione facta circa urbis mœnia interfecit, quæ res aliquandiu orientis ſtatũ pacauit. Interfectus demum & ipſe à Michaële Thraulo per coniurationem. Vir fuit omnium crudelißimus, quo ſane uitio res multas bene geſtas obſcurauit.

Michaël Thraulus DCCCXLVII.

Michaël Thraulus, id eſt, Balbus, nam lingua fuerat balbutiẽti, præterea è Phrygia ſuperiore oriundus: ſecta etiam illius regionis contaminatus, apud Leonem imperatorem comes domeſticorũ, maximoq; in honore, cuius etiam filium ille de ſacro fonte leuauerat: tamen quòd ingrato animo menteq; ſubdolus, ſimulq; quòd à mathematico perſuaſus erat imperatoriam habere geneſim, non dubitauit contra Leonem coniurare, cumq; de medio tollere. uxorem tamen nutrijt, filios uerò in inſulam Proten in exiliũ miſit. Thomam quendã qui exercitui præerat orientis, rebellantem compeſcuit. Claſſe LXX. triremium Cretam inuadẽtes Saracenos ſuperauit, crudelis alioqui, aduerſusq; clericis ac monachis omnibus. Hoc tempore quum Saraceni Siciliam inuaſiſſent, Sergius pontifex Ludouicum II. eſt hortatus ad occurrendũ: ille rem in Michaëlem reiecit, eius eſſe ditionis dicens. Michaël uerò Venetis amicis perſuaſit, ut claſſem auxilio mitterent. Perijt morbo dyſenteria, quum imperaſſet annos IX.

Theophilus DCCCLV.

Theophilus unà cum patre Michaële imperauit annis VII. Is Theodoſius pro Theophilo male à ſcriptoribus noſtris recentioribus ſcribitur. fuitq; à patre miſſus cum Venetis contra Saracenos, qui paulò ante duce Saba Siciliam occupauerant, indeq; per Bonifacium Corſicæ comitem in Africa eos oppugnantem auertit.

Sabas dux Saracenorum Bonifacius

Verum breui poſt tempore, eandem maiore ui repetiere, indeq; Crotoniatem ſinum in Italia ceperunt. Hic igitur pugnatum à noſtris infeliciter. Venetorum naues LX. periere. Ex quo illi uictores per mare ſuperũ debacchantes, Illyricũ omne uaſtauerũt, Raguſiumq; ubi & Venetas quaſdã merciũ naues, poſtremo Anconã inuaſerunt. Indeq; per Nicephorũ Baſilij Imp. præfectum repulſi, maiores inſtaurant uires, ac ad mare inferũ deflectentes, Oſtiam uſq; adpliquere. Inde Romam petentes, baſilicas incenderunt, à Leone IIII. demũ repreßi, ut rurſus alibi dixi. Theophilus igitur ex pugna Crotoniate male re geſta, domũ reuertit. Nec multo poſt ex animi dolore deceßit, ſuperſtite filio Michaële, anno Imperij XII. Bonus alioquin eſt habitus princeps.

Michaël & Theodora mater DCCCLXIII.

Michaël cum matre Theodora XI. ſolus uerò XIII. annos imperauit. Legatos Romam miſit Nicolaum primũ Pontificem, & apoſtolorum baſilicas ſalutatũ, cum ingentis ponderis aureo calice. Baſilium Macedonem uirum ſtrenuum conſortem imperij ſibi aſciuit: à quo mox, uti ſolus potiretur, interfectus eſt.

Baſilius Macedo DCCCLXXVIII.

Baſilius Macedo annos XI. Orientis imperio præfuit, quo tempore Ludouicus II. Occidentis. Hic annuente Hadriano II. pontifice ſynodum Conſtantinopoli pro Bulgaris tunc factis Chriſtianis celebrauit: ubi poſt longam contentionem decretum, ut illi pontificis Rom. autoritatem ſequerentur.

Saraceni

Per Nicephorum Phocam Saracenos ex Ancona Dalmatiaq; fugauit, uti ſuprà narraui. Poſt hæc Hecman Tarſi Admiratus cum triginta nauigijs, quæ Saracenica uacant, ac paucis armatis ad Euripum uſq; Conſtantinopolitanum auſus adcedere, turpiter etiam fugatur. Erat Baſilius uir frugi, uictitabat ex ruris uectigali. Decedens poſtremo ex morbo, duobus reliquit liberis imperium, Leoni & Alexandro.

Leo V. & Alexander frat.

Leo V. contra Turcas qui Bulgaros oppugnabant dum auxilio uenit, male rem per Simonem legatum geßit. Cum Saracenis item qui Lesbum occupauerant, conflixit. Decedens fratri Alexandro reliquit imperiũ, filium paruum Conſtantinum ei cõmendans,

quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quem paulò antè per Euthymum patriacham diademate redimuerat. Duas habuit coniuges Theophaniam, cuius nomini templum dicauit, alteram Zoen. Conſtruxit diuo Lazaro templum aliud, eò corpore ipſius translato. Alexãder igitur x x. annorum iuuenis ſingulari deſidia, rebus cæteris omiſſis, tantum uenationi, equis, canibus, ſuppellectiliq; lautæ, ac luxui uacabat. Extinctus eſt, ſanguine naribus erumpente ob ſaturitatem poſt cœnam: dimiſſa fratris filio Conſtantino imperij ſucceßione. Regnarunt ambo fratres annis uigintiſeptẽ.

Conſtantinus V I I. DCCCCV.

Conſtantinus V I I. Leonis filius, puer poſt mortem patris unà cum Alexandro patruo biẽnio: ſolus uerò triginta nouem rexit imperium: aliquandiu etiam ſub Zoes matris tutela, quam poſtea in coniuratione deprehenſam, ab ſe amouit.

Rom. Lacapenus

Ramanum Lacapenum, cuius filiam Helenam in matrimonium duxerat, imperij ſocium ſibi adſciuit. Quapropter Nicolaus Patriarcha ambos diademate cinxit. Vitauit coniurationem Leonis Phocæ domeſtici ſchòlarum: quem contra Bulgaros cum exercitu miſerat. Præterea Symbaticum Protoſpatharium in Italiam cum alio exercitu miſit: qui Beneuentum à Longobardis annos triginta poſſeſſum, tertio obſidionis menſe in poteſtatem recepit. Sed anno poſt tertio ab eis iterum capitur. Conſtantinus inde in dißidium cum Romano uenit: eumq; in exilium miſit, ubi etiam ille deceſſit: filiusq; eius Chriſtophorus, quem Cæſarem fecerat, ſimul cum nepotibus fratribusq; abſumptus eſt. Hoc tempore Turcæ excurſiones fecere, quorum dux Buloſides à Cõſtantino ad Chriſti religionem eſt planè deductus: ſimul & patricius factus, & diuitijs auctus. Haud multò poſt dux alter Gylas Conſtantinopolim ueniens, eandem retulit fidem ac titulos: ſimul & Hierotheum Præſulem ſuæ gentis ſecum duxit. Cuiuſdam etiam Roxolanorum ducis, qui aduerſus uenerat, uxor, extincto uiro, Chriſtiana eſt facta. Conſtantinus poſt hæc deceßit, ſuperſtite Romano filio, quem antea diademate redimiuit: eiq; uxorem Galliæ regis filiam tradidit.

Romanus iunior

Romanus Iunior appellatus: nepos ſenioris ex filia: qui cum Conſtantino patre rexerat Imperium: uir omnium ignauißimus fuit: uino deditus ac otio: inſuper crudelißimus: tantumq; uoluptarios homines infamesq; circa ſe habebat: cura Imperij cuidam Ioſepho Bringæ præfecto tradita. ingenioſus alioqui ac ſolers, ubi animum adplicaret. Matrem Helenam ab ſe abiecit. Sorores item: pannisq; imperialibus ademptis, in cœnobio relegauit: illæ ob dolorem ſeſe impudicitiæ tradiderunt. Mater uerò paulò pòſt in luctu & ærumnis decedens, filium eſt diris imprecationibus execrata. Hoc etiam tempore Chameda Turca Aſiam uaſtabat: contra quem miſſus Nicephorus Phocas. Perijt Romanus anno Imperij decimo tertio ex ueneno, uti putatur, Baſilio ac Conſtantino filijs ſuperſtitibus paruis ac ſucceſſoribus cum matre Theophania, quam Annam cognominabant. Cuius iuſſu Nicephorus è Turcis uictor, ex Syria urbem ingreſſus eſt, Ioſepho reclamante, qui ſtatuerat, uti per inſidias de medio tolleretur. Ille deprenſis literis, queſtus iniurias apud populum, meritaq; in rem publicam recenſens, effecit, uti Imperator crearetur.

Nicephorus Phocas DCCCCLXI.

Nicephorus igitur ſtatim Annam ſimul cum Ioſepho expellit, illa in cœnobium relegata, biennio tantum poſtea uixit. Hic autem Nicephori Phocæ nepos fuit, illius qui à Baſilio, uti ſuprà narraui, miſſus cum claſſe contra Saracenos in Siciliam irruentes, uir æqui ſeruantißimus ac pius: quumq; eos repreßiſſet, paulò poſt reuerſi, & Siciliã, & Calabriæ magnam partẽ occuparunt. Hic igitur Nicephorus quum minime poſſe reſiſtere uideret, Euſtathio Calabriæ duci ei ſubiecto mandat: uti fœdus annui cenſus conditione cum Saracenis ineat. At quũ poſt hunc Ioannem patriciũ Muzalona ducẽ item Calabriæ interfeciſſent, Imperator Coſmum patricium cum exercitu miſit, qui cũ Pandulpho partem Calabriæ tenente conuenit, uti de communi ſententia reſiſteret, ac partes Conſtantinopolitani ſequeretur. Pax poſt hæc in Italia ſubſequuta non diu durauit, iterum atq; iterũ tumultuante Saraceno, imperatore autem diuerſos ſemper duces ad reſiſtendum mittente. Qui tandem coniuratione Ioãnis Zimiſcis in palatio interfectus eſt: quòd quidam paulò antè libello tradito, ubi ſcriptum erat, uti inſidias nocte ſequenti caueret, dicitur nunciaſſe, ac ille legere neglexiſſe. Imperauit annos x. Antea enim per factionem pulſus, ac deinde ab Othone ſecundo, primi Othonis filio adoleſcente, iubente patre reſtitutus eſt: inſuper & ſororem ei ſuam matrimonio collocauit.

Ioannes Zimiſces

Ioannes Zimiſces imperauit annos V I. unà cum Baſilio & Conſtantino pueris Romani filijs, quorum ſororem Theodoram in matrimoniũ duxerat. Hic antea magiſter ſcholarũ orientis fuerat: à Nicephoro contra Saracenos in Siciliam miſſus. Cum Barbaris diuerſa bella geßit poſtquàm fuit Imperator. Vnum tamen glorioſißimum contra Roxolanos, qui omnem ferè Bulgariam occupauerant: nec pactis ſtabant, quibus cum Nicephoro olim conuenerant. Itaq; Sphendoslauum eorum ducem, qui ſibi Pazinacas & Turcas adſciuerat, cum toto exercitu cecidit. Tropheaq; in templum Conſtantinopolim retulit, & in nummis ſeruatoris imaginem percuſſit, hac inſcriptione: Ieſus Chriſtus rex regum. Quod poſtea Græci ſeruauerunt.

Baſilius M.

Baſilius, & Conſtantinus fratres: Romani filij, rem poſt Ioannem tenuere annos quinquagintatres, Othonis ſecundi Cæſaris tempore, quem bello apud Apuliam, quam ipſi ceperant, ſuperatum, turpi fuga diſcedere compulerũt. Baſilius in primis annos quinquaginta ſolus potitus, Bardam Sclerum unum è ſuis ducibus rebellantem, in poteſtatem redactum exoculauit. Bulgaros deinde quotidie tumultuantes, magnis ac pluribus prælijs tandem ſuperauit, unà cum Samuele eorum duce: ac quindecim millibus ex eis captis oculos effodit, uno tantum incolumi relicto, qui cæteros ad Samuëlem eorum ducem perduceret: qui fœdo ſpectaculo dicitur tertio poſt die ex animi dolore perijſſe.

Conſtantinus

Conſtantinus triennio tantum poſt fratrem imperauit, uir omnino ignauißimus, imperij totius cura alijs delegata: inter quos Diogenem qui Sirmio præerat, Bulgariæ ducem conſtituit, ad compeſcendos præſertim Pazinacas, qui excurſiones quotidie in Bulgaros faciebant. Deceßit ex morbo, relictis tribus tantum filiabus, Eudochia, Theodora, & Zoe, quam Romano Argyropolo patricio, qui ſibi ſucceßit, matrimonio locauit.

Romanus Argyropolus

Romanus Argyropolus ſiue Argyrus imperauit annos quinq;, menſes ſex.

Michaël Paphlagon

Hunc Michaël Paphlagon per coniurationem interfecit, ac Zoen eius coniugem in matrimonium accepit, uir alioqui moribus lenis, ac fide orthodoxus, excepto hoc tantum parricidio, cuius etiam culpam alijs nonnulli referunt. Imperauit annos ſeptem, menſes octo.

Michaël Calaphates. Zoe

Michaël Calaphates eius conſanguineus ſucceßit, hac conditione à Zoe (quæ heres imperij remanſerat) factus Auguſtus, ut illa ueluti mater ab eo coleretur, pariterq; dominaretur. Quod minime ſeruauit, haud multo poſt domo eiecta. At populus indignatus, quum Zoen magnopere amaret, cum armis domumq; circumſiſtunt: ille in concionem præfari conatus, ſaxis obruitur, fugiensq; tandem capitur, atque oculis mulctatus in exilium relegatur. Zoe igitur reſtituta, gratias populo agit, eiusq; conſenſu imperio præeſt, adſcita Theodora ſorore, ac tertio iam uiro

Conſtantinus Monomachus

Cõſtantino Monomacho iungitur. Cuius ob ignauiã res peſſum ire cœperunt. Liberalis alioqui habitus in pauperes, ac templa. Cœnobiũ inſtituit, ubi ſenes alerentur: uexabatur podagra. Demum ipſe, coniunxq; unà, peſtilentia eodem ferè tempore interiere. Imperanit annos duodecim.

Theodora

poſt Conſtantinum & Zoen Theodora eius ſoror ſenatu conſentiente,

biennio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

biennio rexit imperium, ab Eunuchis amicis paternis qui potentes erant cõſirmata, cum ſenatus Nicephorum quẽdam qui Bugariæ præerat imperatorem elegiſſet. Hec Iſacium Comnenum uirum fortiſſimũ exercitui præfecit.

Michaël

Michaël poſt Theodoram ab eiſdem Eunuchis ſuffectus imperio iam ſenex, hac conditione, ut titulo tenus imperator eſſet: illi uerò adminiſtrarent. Quumq́; reipublicæ inutilis uideretur, à patriarcha, ſenatuq́; deiectus eſt, ac

Iſacius Comnenus

Iſacius Comnenus imperator ſurrogatus: biennio, nonnullis quadriennio, prefuit: qui bellóne fortior, an mente religioſior, corporeq́; caſtior eſſet, dubium. Paulò antè obitum monachi habitum ſumpſit, quumq́; poſtremo ex renibus laboraret, mediciq́; iuberent remedij gratia coitu uti, cõſtantiſſime renuit, etiam uiua & incolumi uxore, à quo diu abſtinuerat poſt prolem ſuſceptã. Accuſatus quòd tyrannide in Michaëlem imperatorem uſus eſſet, ſeſe reipublicæ cauſa feciſſe iuſſum excuſauit.

Conſtantinus Ducas

Conſtantinus Ducas domeſticus Scholanorum, Andronici Ducæ filius, ex ſenatus autoritate ſine tumultu ſucceſſit. Ex Eudochia uxore tris mares ſuſcepit, Michaëlem, Andronicum, & Conſtantium. Fœminas totidem, Annam, Theodoram, & Zoen. Is fratrem Cæſarem fecit, conſilioq́; & adminiſtrationi adhibuit. Moriens à populo ſigillatim iuramentũ exegit, nullum imperatorem quàm filios facturum. Exceſſit anno ætatis ſexageſimo, imperij duodecimo.

Eudochia Auguſta

Eudochia uxor ſuperſtes uiro prudentiſſimo unà cum filijs paruis imperio ſucceſſit: cuius tempore Turcæ in Meſopotamia Cæſaream, & Antiochiam, multaq́; loca imperij uaſtabant. Quapropter ſenatus his periculis occurrere, ac

Ro. Diogenis M.L.

Romanum Diogenis uirum fortiſſimum principem deligere neceſſarium putauit, ac coniugem Eudochiæ dare. Pater Diogenes patricius ordinibus præfuerat, & ob ſeditionem in Sardinia exulauerat. Romanus igitur cum uictoria contra Turcas eſſet potitus, ac rempublicam metu liberaſſet: à ſenatu, quòd iniuriam pupillis facere uideretur captus, oculisq́; priuatus, in exilio deceſſit, in inſula Co, ubi ab Eudochia uxore contumulatus. Imperauit annos tres, menſes octo.

Michaël Parapinaceus

Michaël Parapinaceus cognomento, Conſtantini Ducæ filius ſurrogatus adminiſtrandi regendiq́; omnino imperitus, duobus Eunuchis rerũ curam tradidit, Ioanni & Nicephoro, quem Nicephoram probri gratia nonnulli uocabant. Erat enim natura ſeditioſus ac turbulentus, militia tamen clarus, quippe qui uictoriam contra Turcas in Oriente clariſſimam adſequutus eſt.

Nicephorus Botoniates

Tandem Nicephorus Botoniates cognomento, qui originem à Nicephoro Phoca imperatore ducebat, uir maximus ſurrogatus eſt, deiecto Michaële, qui quòd podagra uexabatur, & ſtudijs tantum uacabat (nam Michaëli Pſello operam dedit, ſummo tunc philoſopho, cuius adhuc opera extant) inutilis planè reipublicæ uidebatur. Monachum egit, & in exilio uixit, quum imperaſſet annos ſex. Interea ipſe tamen cum filio Andronico ad Gregorium ſeptimum pontificem confugit. Pontificia ergo adhortatione, Rogerius Siciliæ rex auxilio cum claſſe uenit, caſtriſq́; apud Dyrrachium poſitus, à Dominico Syluio duce Venetorum, qui partes Nicephori tuebatur, repellitur. Verum haud multò poſt Nicephorus ab Alexio Comneno eius copiarum duce deceptus, imperio deijcitur, urbe à militibus direpta. Ipſe in templo ſanctæ Sophiæ captus, uita donatur hac conditione, ut monachum ageret, anno tertio poſtquàm imperare cœperat.

Alexius Cõnenus M.LXXX.

Alexius ſtatim ſurrogatur à ſenatu. Is Nobiliſſimus cognominatus, Iſacij Comneni Imperatoris filius fuit: miſſusq́; à Michaële item Imperatore contra Baſilacium Proedrum: qui Dyrrachium cœperat, tumultumq́; concitauerat: unde uictor ab exercitu imperator conſalutatus. Pulſo Nicephoro, bellum cepit contra Robertum eundem claſſe Dalmatiam uaſtantem. unde uictor reuertens, paulò pòſt iterum tumultnantem, prælio coërcuit. Zacham Turcarum ducem, qui in Cypro multas occupauerat inſulas, fugauit. Pazinacas, quos hodie Tartaros uocant, genus ponticum ad Iſtrum conſiſtens, qui in Thraciam excurrerant, perdomuit Hieroſolymitanam expeditionem primam ab initio quidem impedijt, tranſitum negando: deinde pollicitatione eorum quæ caperentur, conuenit cum Boemundo Roberti Guiſcardi filio legato ab exercitu miſſo, quem reconciliatis ueteribus odijs humaniter excepit. Domum orphanis pueris pauperibus: muſeumq́; item literarum extruxit, ſumptus quotidie ſuppeditando. Vir fuit omnino laudatiſſimus: perijt tandem morbo, quum imperaſſet annos trigintaſeptem.

Caloioannes Comnenus

Caloioannes Comnenus eius filius rem ſuſcepit, tenuitq́; annos uigintiquatuor, tempore Lotharij imperatoris Germani, ad quem legatos miſit de congratulatione felicitatis in conſtituendis rebus Romanis, & Innocentio ſecundo liberato. Aderat inter eos philoſophus quidam hæreſim Græcorum de ſpiritu ſancto contra Latinos defendens, quem Petrus quidam diaconus dicitur argutiſſime confutaſſe. Is inſuper uictorias multas ac præclaras in Oriente contra Barbaros adſequutus, ad extremum quum eſſet in uenatione, ſagitta uenenata quæ in aprum directa fuit, paululum manum percuſſus, nullis remedijs curari potuit, quin moreretur.

Manoël M.CLX.

Manuël deinde imperium tenuit annos trigintaocto, quem nonnulli ignobilem, ac ab uxore Alexis contra uoluntatem ſenatus in coniugem ſimul & imperium ſuſceptum fuiſſe dicunt. Verior tamen hiſtoria ex Scilace autore, cum Alexis filium tradit. Vir fuit facinoroſus, ut qui Conradum imperatorem illac ad expeditionem Hieroſolimitanam proficiſcentem, commeatu ſe iuuare ſimulans, gypſum farinæ admiſcebat. In Venetos Stephanũ Panoniæ regem excitauit: eorumq́; legatum

Henricus Dandalus

Henricum Dandalum liberius loquutum, contra ius gentium luminibus orbauit. Alexandro tertio pontifici Fredericum Aenobarbum eius inimicum expugnaturum ſe promiſit, ſi per eius autoritatem & conceſſionem liceret ei utroq; potiri imperio. Quam ille conditionem renuit. ſed & ipſe à Rogerio Siciliæ rege non paruam admodum ſuſtinnit cladem.

Alexius Andronicus tutor

Alexium filium cui Philippi Gallorum regis filiam deſponderat, in Andronici Comneni tutelam moriens reliquit. Hic enim quanquam ex eadem familia, ab eo aliquando deſciuerat, multaq́; loca occupauerat, tandem in gratiam reuerſus, res imperij cunctas obibat. Animo deinde iniquo quum pupillum necaſſet, ut imperio potiretur, à populo ob crudelitatem pulſus, ac

Iſacius Angelus

Iſacius Angelus è gente item Comnena, qui Angeli cognominabantur, uir æqui ſeruantiſſimus, è Peloponnenſo ad imperium adcerſitus eſt. Qui Andronicum in poteſtatem redactum, minutatim excarnificauit. Hic amantiſſimus Latinorum fuiſſe traditur, ac ea in fratrem

Alexius Ang.

Alexium pietate, ut captum à Turcis magno redimeret. A quo poſtea ut ingratiſſimo, per dolũ captus, luminibusq́; priuatus, in cuſtodiam coniectus eſt: quo ferè tẽpore Fredericus Aenobarbus imperabat in occidẽte. Alexio igitur per parricidiũ imperiũ adepto,

Alexius puer

Alexius alter Iſacij fratris filius, ætate puer duodecim annorum, ſed ingenio ſenex, ad caſtra Chriſtianorum principum: qui tunc aduerſus Saracenos dimicabant confugiens, contra patris proditorem auxilium impetrauit, ea conditione, ut Imperator Conſtantinopolitanus Romano ſubijceretur Pontifici: præterea illatas Francis Venetisq́; quondam è Manuële iniurias, certo precio redimeret. Igitur Conſtantinopoli per obſidionem expugnata, Alexius tyrannus fugatur: Iſacius frater ut erat amiſſis oculis, cum filio reſtituitur. Puer uerò poſt obitum patris menſem, à quodam

Murzyphlus

Murzyphlo eius tutore proditur. Qui imperio occupato, paulò pòſt ab eiſdem

auxilia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

auxiliantibus Gallis fugatur & ipſe. Res deinde ad Gal-
Balduinus M.c c. los tranſlata, quorum primus Balduinus Flandrẽſis comes,
natione Gallus, imperator creatur: ſucceſſoresq; habuit itẽ
ex Latinis, annos prope ſexaginta. Hic Bonifaciũ Montfer-
ratenſem regem Theſſaliæ fecit: hortatusq;, uti Cretam ei do
no quondam ab Iſacio datam, Venetis uendat. Paulum Mau-
rocenum patritium Venetum patriarcham Conſtantinopo-
litanum creatum, Romano tunc primum ſubiecit pontifici.
Ea tẽpeſtate Theodorus Laſcaris Alexij profugi apud Ha-
Henricus drianopolim inuadit imperiũ. Cõtra quem profectus Hen-
ricus Imperatoris frater oppidũ expugnabat, ſed audita in-
terim Balduini morte, reuertitur ad imperiũ ſoluta obſidio-
Petrus Altiſiodorenſis ne. Huic deinde Petrus Altiſiodorẽſis comes Gallicus ſuffi-
citur, qui ab Honorio pontifice apud Baſilicam ſancti Lau-
rentij extra mœnia Romana diademate cinctus: demum à
Theodoro Laſcari, qui imperator à Græcis habebatur, ſi-
mulata pace, in Theſſalia comiter inuitatus, in conuiuio ob-
Robertus Altiſiodorenſis truncatur. Huic quoq; Robertus item Altiſiodorenſis eius
filius ſucceſſit, qui puellam nobili prius proceri Burgundo
pactam, matrimonio ſibi iunxit. Quare ille iratus, uirginem
effractis cubiculi foribus corripiens, naribus truncis deho-
neſtauit, eius uerò matrem proximo mari demerſit. Dum hic
præfuit, de prætoris Veneti ſententia cuncta adminiſtrauit.

Balduinus eius filius admodum puer ſuffectus, cui nõdum
Balduinus II. Io. Brennus per ætatem idoneo: Ioannem Brennum regem Hieroſolymi-
tanum ſocerũ coadiutorem dedere, qui imperiũ titulo tenus
geſſit: idq; Ioanne extincto, ipſe ſolus geſſit pariter atq; ami-
ſit. Nam Ioanne Laſcari Theodori filio Hadrianopolis, &
altero Ioanne hexagonarum imperatoribus Cõſtantinopo-
lim obſidentibus, primo quidem Venetorum auxilio libera-
tur, quibus loco pignoris lanceam, ac partem dominicæ cru
Michaël Palæologus M. CCLX. cis miſit. Deinde bello perſeuerante, ac Michaële Palæologo
belli ductore urgente, neceſſe eum cedere fuit, atq; unà cum
cæteris fugere, ex quo Græci ſtatũ priſtinũ recuperauerũt:
anno a primo Balduino circiter ſexageſimo, ſalutis uerò mil
leſimo duceenteſimo ſexageſimo. Michaël igitur Palæologus
eo tempore imperium adripuit: quo duæ nobiliſsimæ domus
Conſtantinopolitanæ, Laſcarorum uidelicet, & Palæologo-
rum, altera occidit, altera caput extulit. Alexius enim Mur
zyphlus cognomento, ut eſt autor Acropolites, filiam An-
Theodorus Laſcaris nam Theodoro Laſcari locauit: fugatusq; deinde, uti dixi-
mus, à Gallis unà cum coniuge Euphroſyna & genero fuit.
Theodorus igitur tris tantum filias ex Anna ſecum abdu-
ctas, uix à Nicenis impetrauit ut intra mœnia ſolas recipe-
rent, quum ei portas clauſiſſent. Ipſe manu qua poterat col-
lecta, extemplo Hadrianopolim capit: Græcorumq; impe-
rium iure ſoceri hæreditario ſibi adripuit: filiasq; Mariam
regi Pæonum: Irenen Andronico Laſcari Deſpoto: quo mor
Ioan. Bataza Laſcaris tuo Ioanni Batazæ cognominato, e gente item Laſcarorum
ducum locauit. Qui apud Zacynthum imperij titulũ extra
Thedorus Laſcaris iunior patriam annos triginta quatuor tenuit. Huic filius Theodo-
rus Laſcaris nomen aui materni referens fuit. Quem Ioan-
nes è uita decedens, Michaëli Palæologo uiro in armis ſtre-
nuo, quo duce & adminiſtratore utebatur, cõmendauit. Ille
expulſis Latinis, pupilloq; luminibus orbato, & in carcerẽ
coniecto, imperium ſibi per nefas uindicauit. Quod poſteris
uſq; ad Conſtantinum ultimum & octauum ex ea domo, an-
num milleſimum quadringenteſimum quinquageſimumter-
tium, per manus tradidit. Quæ familia ex urbe Viterbio di-
citur ab initio genus duxiſſe. Huius igitur Michaëlis multa
poſtea commemorãtur. Gulielmum Gallicũ uirum Achaiæ
& Bithyniæ principem regno deturbauit: cum Venetis bel-
lum geſsit, à quibus imperio deiectus fuiſſet, niſi Genuenſes
ſuppetias tuliſſent. Pro quibus meritis Peram ciuitatem il-
lis conceſsit. Ad concilium quoq; Lugdunenſe Gregorij X.
tempore profectus cum Romano conuenit pontifice. Qua-
re poſtea uita functo, nec ei iuſta perſoluta, neq; ſepulcrum
à ſacerdotibus Græcis more maiorum cõceſſum, quod à pa Andronicus
trio ritu deſciuiſſet. Andronicus Palæologus ſenior eius fi- ſenior
lius, rurſus ad Græcanicam ſectam reuertit. Is filium habuit
Michaëlem, cuius nulla memorantur geſta, tantum huius na-
ti Andronici iunioris impietas narratur, qui auum Andro- Andronicus
nicum ſeniorem imperio deturbauit, Genuenſium auxilio fre iunior
tus: quibus Tenedon inſulam promiſerat. At Veneti ſenio-
rem in patriam reduxerunt, & Tenedon ab eo accepere.
Quare indignati Genuenſes in aliud tempus ultionem diſtu-
lere, ueriti pontificis anathema: qui utrique populo auxilia
minime ad eos pertinentia ferre prohibuiſſet. At ſenior Pe
ram illorum ciuitatem ſimul cum Venetis oppugnare cœ-
pit. Iunior uerò adcerſitis Bulgarorum auxilijs, acerrime
deffendit: adeo, ut auum coëgerit cum Genuenſibus fœdus
inire. Hic demum quietus imperij ſucceſſor decedens, Ioan-
ni Catacunzeno, qui magnus domeſticus, maximoq; in hono Ioannes Catacunzeno
re apud eum erat: tutelam Caloioannis & Manuelis filio- Caloioannes
rum mandauit: ex quibus ille Caloioannem generum ſibi
adoptauit: deinde in diſcordiam ueniens expulit, ſeq; impe-
ratorem fecit. Ille in Tenedon uenit: ubi auxilio claſsis Ge-
nuenſium, cui Franciſcus Catalufius præfectus erat: in re-
gnum paternum reſtitutus, ipſi Franciſco loco præmij Mi-
tylenen cum Lesbo donauit. Filium habuit Manuëlem: qui Manuël
poſt eum imperauit: ac ſeptem genuit liberos incolumes
omnis uſq; ad ætatem noſtram. Ioannem, qui poſt eum impe- Ioannes
rauit: ac Florentiæ in concilio cum Eugenio pontifice con-
uenit. Andronicum, Michaëlem, Theodorum, Demetrium, Conſtantinus
Thomam, Conſtantinum: qui poſtremo imperauit: ſubla- M. CCCCLII.
tusq; cum tota gente ac ciuitate fuit. Mahumeti Turcæ ad-
uentu: anno M. CCCCLII. Thomas quoq; Peloponneſi Thomas Pa-
Deſpotus: qui poſt patriæ direptionem, ad urbem cum An- læologus De-
dreæ apoſtoli caluaria confugit: propeq; in pratis extra ſpotus
portam Flumentanam obuium habuit Pium Pontificem apo
ſtoli gratia, quatuor ſecum liberos tenera ætate duxit: An-
dræam qui nuper Romæ deceſsit, ac auguſtam nobilitatem
moribus coinquinauerat: ducto in coniugem Græco uulga
riq; ſcorto: & Manuëlem natu minorem: qui patre deſun-
cto, puerili inconſiderantia ad hoſtem Mahumetem ſe con-
tulit: ab eoq; adhuc uiuens in arcto loco captus retinetur.
Filias item duas: Helenam, & Zoen: quarum altera Lazaro
Seruiæ regi nupſit: altera Zoe Ioanni regi Roxolanorũ, qui
dux Moſcouiæ uocitatur: ex quibus nata eſt Helena, quæ Ale
xandro regi Poloniæ coniuncta eſt.

HIC finis Conſtantinopolis, eiusq; principum: qui
ob ignauiam ſuam perierunt. Eò enim uentum erat,
ut non ſolùm rebus Latinis, ſed nec Græcis, nec ſibijpſis
uſui eſſent: barbaris in Ionio Aſiæq; littoribus paſsim graſ-
ſantibus. Sed & addita ignauiæ, peius animi uitiũ adrogãtia
fuit: à Romano totiens Pontifice deſciſcendo. Quapropter
eorum paucißimi memorandũ aliquod, aut ſcriptione dignũ
geſſere: ea demũ cauſa quòd hæc hiſtoria non ſatis explanata
aut illuſtrata fuerit apud Latinos: errareq; cõtingat omnes
ferè noſtros ſcriptores in pleriſq;. Nã & Caloioannem pro
Andronico iuniore accipientes, omnia confundunt. Græci
uerò qui eã executi ſunt, hi ferè memorãtur. Gregorius mo-
nachus, Theophanes, Pſellus philoſophus, Theodorus, Nice-
tes Paphlagon, Ioſephus, Geneſius & Manuël Byzantij: Ni
cephorus diaconus Phryx: Leo Aſianus: Theodorus Proe-
drus: Sidis: Demetrius Cyzicenus: Ioãnes monachus Lydius:
Ioãnes Curopalates Cilix: Zonaras monachus Acropolites:
Ephrẽ carmine Iambico. Omnes inter ſe diſcordes: tum te-
nuia ac minima, nihilq; ad rem pertinentia haud imperato-
ria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ria digna maieſtate ſectantes. Hoc igitur Leo IIII. Rom. Pont. animaduertens, alterum in occidente Carolum magnum, ob egregias uirtutes & merita in Rom. Pontifices creauit: Im

Imperiũ tranſlatum

perãte apud Conſtãtinopolim Nicephoro: anno Sal. DCCC. Manſitq; is honor in ea familia annis propè centum. Quos omnis in hiſtoria regum Gallorum commemorauimus, ut non iterum ſit neceſſe repetere. Fuere autẽ hi: Carolus Magnus: Ludouicus pius: Lotharius: Ludouicus II. Carolus Caluus: Ludouicus Balbus: Carolus Craſſus: Arnulphus.

Arnulphus DCCCLXXXII.

Poſt Arnulphum uerò, qui ultimus in Caroli proſapia imperauit: orbis Heſperij diuiſio facta: Romanis alterum in Italia regem: quem & imperatorem appellabãt: alterũ tranſalpinis creantibus. His quòd antiquum ius ueteremq; imperij gloriam amittere nolebant: illis quòd uexati aſsiduis barbarorum bellis, fruſtra luxuriantes ac inertes principes longinquo auxilio expectarent. Eaq; diſcordia uſq; ad Othonem primum durauit. Quod interuallũ fuit annorum ferè LV. Quare primum proſequar quos illi habuerũt: deinde ad Italos reuertar. Igitur Arnulpho Germani Galliq; pariter Ludouicum filium ſucceßorem creauerunt. Qui cum Berengario Italiæ rege bellum geßit, primo uictor: mox renouato prælio, ad Veronam uictus & captus ac luminibus priuatus eſt: cum præfuiſſet annos ſex, & poſtremus in Caroli domo, qui nomẽ imperatorium, quanquam minime à Pontifice probatum, tenuiſſet. Huic Conradus Auſtriæ dux ſurrogatus: ac poſt annos VII. extinctus, ſucceſſorem habuit Henricũ Othonis Saxoniæ ducis filium: annos XVIII. Nunc ad Romanos redeo: qui ex

Berengarius I.

alia parte Berengarium quendam ducem Foroiulienſem genere Longobardum, longa tamen conſuetudine Romanum, armis potentem legerunt. Qui uti ſuprà narraui Ludouicum III. apud Veronam ſuperauit: deinde à Pannonijs in Italiam ruentibus, cum XV. milibus armatorum ad Forumiulij occurrens ſuperatus: paulò pòſt eos pactione pecuniæ diſcedere compulit. Guidonem ducem Spoletinum genere item Longobardum, regem à parte Italorum cum Romanis dißidentium factum: commiſſo prælio interfecit. Berengario poſtquam re-

Berẽgarius II. Rodulphus Burgundus

gnauit annis IIII. Berengarius alter ſucceßit: tribus deinde poſt annis à Rodulpho Burgundo rege pulſus ab Italia, ſeſe ad Pannonios recepit. Rodulphus uerò eius loco tris Italiam

Vgo Arelatenſis

rexit annos: & ipſe ab Vgone duce Arelatenſi à Romanis in in ultionẽ expulſi Berengarij uocato, eiectus, ultro ſe ad Francos contulit: apud quos biennio poſtea regnauit. Vgo igitur

Lotharius

rerum potitus, decimo poſt anno moritur: relicto filio Lothario regni ſucceſſore: qui ſtatim ſumpto bello aduerſus Othonem Henrici filium ad Vrbem contendentem, paulò pòſt bien-

Adalinda Berengarius III. Adelbertus

nium deceßit: relicta Adalinda coniuge. Berengarius poſtremo tertius, primi ex filia nepos in Italiam accerſitus, Lothario mortuo, unà cum filio Adelberto annos XI. rem Romanam gubernauit. Henricum Bauariæ ducem ex Italia pepulit: Adalindam Lotharij quondam uxorem ei reſiſtentem, trans Padum captam cuſtodiæ mandauit. Quem tamen nimios aßumen

Otho I. DCCCCXLV.

tem ſpiritus, quum Romani ferre non poſſent: Othonem Henrici Saxonis filium tranſalpinorum regem Agapito pontifice ſollicitante uocant. Qui extemplo cum XL. milibus armatorum mouens, Berengarium cum Adelberto apud Forum iulij obuiam profectum, ac prælio ſuperatum, regno Italiæ deiecit: ei tamen ex liberalite Gallia Ciſalpina trans Padum præter pauca oppida regenda commiſſa. Quem rurſus minime quieſcentem cum abijſſet in Germaniam, iterum contra eum reuerſus, prælio utrunq; fuſum, ac in poteſtatem receptum: alterum Conſtantinopolim miſit: in Auſtriam alterum exilio ſecum duxit, Ioannem pontificem infamem officio deiecit Leone ſuffecto: à quo poſtea diademate cinctus eſt. Deinde trans Alpes profectus, rebus ibi conſtitutis, Boleslaum Boemiæ regem expugnando: fratris Venceslai, quem ille interemerat, innoxium ſanguinem eſt ultus. Vgonem comitem Pariſienſem cõpeſcuit. Aduerſus Pannonios Italiã uaſtantes feliciter pugnauit: in quo bello tris regulos captos, Germani eo inuito ſuſpenderunt. Deceßit Viennæ, ſepultus in ciuitate Madeburgenſi.

Pannonii ex Italia pulſi

Imperauit annos XXX. Othone ſecundo relicto: quem ex

Otho II. DCCCCLXV.

Adalinda ſuſcepit, coniuge olim Lotharij regis è Longobardorum regio ſanguine: quam carcere liberauerat, & matrimonio ſibi iunxerat. Hic uiuente patre apud Baſilicam Lateranenſem à Ioanne XIII. diademate cinctus: adoleſcens adhuc Nicephorum Imperatorem Conſtantinopolitanum expulſum reſtituit: eius ſorore Theophania in matrimonium ducta. Aduerſus Baſilium & Conſtantinum Imperatores qui Calabriã in Italia occupauerant: unde Saracenos eiecerat: ſicuti ſcribit Archiepiſcopus Cuſentinus: cum claſſe profectus ac ſuperatus, turpi fuga, ſolus ſcapham conſcendit: & à piratis pro ignoto captus, in Siciliamq; ductus eſt. ubi cognitus à Siculis & redemptus, nihil potius habuit, quàm ſe de Beneuentanis ulciſci, qui eum bello deſeruerant. Quare eorum urbem redeundo incendit: reliquijs corporis Bartholomei apoſtoli inde aſportatis: & in inſula in eius templo Romæ collocatis: ubi paulò pòſt mortem obijt: quum imperaſſet annos XVII. Sepultus in atrio Baſilicæ Petri, in tumulo ex porphyrite lapide ingredientibus ab læua. Otho III. ſecũdi filius, poſt annos duode

Otho III. DCCCCLXXXIIII.

cim principatus, rebus in Germania conſtitutis Romam profectus à Gregorio quinto diadema de more accepit: inde in Apuliam ad S. Michaëlem uoti reus iter confecit: unde reuertens: è Beneuento corpus ſancti Paulini Romam uexit, ac in eadem Bartholomei baſilica locauit. Vbi comperit Romæ turbata omnia, & à Ioanne pſeudopontifice & Creſcentio conſule Gregorium captum, iuſte ulciſcendo liberauit, ut in ipſo Gregorio commemoraui. Pro quibus meritis pontifex ſtatuit,

Electores Imperii

ut deinceps à Germanis tantum imperator legeretur, Maguntino, Treuerenſi, & Colonienſi præſulibus, marchione Brandenburgenſi, comite Palatino, & duce Saxoniæ, quibus componendæ diſcordiæ cauſa additus Boemiæ rex. Hetruriam per

Vgo pręfectus Hetruriæ

Vgonem præfectum marchionem Brandeburgenſem, propinquum ſuum feliciter rexit. Is enim morã Piſtorij, partim Florentiæ faciebat uarijs deditus uoluptatibus: uerùm dum quandoque uenaretur, à ſuis aberrans, in ſpecu nocte ſolus iacuit, ubi uiſis quibuſdam perterritus, ubi illuxit, animo mutatus Florentiam redijt, ac re præſuli narrata, ab eodem iuſſus expiationis gratia VII. capitalium criminum, totidem cœnobia ſancti Benedicti conſtruere. Itaq; patrimonio omni in Germania diuendito, rem abſoluit. Suntq; eiuſcemodi, abbatia Florentina nuncupata, cui Segnia, Rencinum, nonnullaq; alia oppida fuere conceſſa. Sancti Michaëlis in monte Imperiali. Sancti Bartholomei Bonſolatij apud Mugellum. Sancti Ianuarij Capuloneũ in agro Aretino. Sancti Michaëlis apud Verruculam prope Piſam. Congregationis omnia ſanctæ Iuſtinæ. Præterea Septimenſe prope Florentiam Ciſtertienſis ordinis factum: cui aliud Ciſtertienſe Florentiæ ſubijcitur. Deceßit Piſtorij anno milleſimo primo, translatus Florentiam, ac in ſuo cœnobio tumulo nunc decoratus. Mater uerò ipſius Villa apud Septimenſe iacet: ita appellatum quòd ſeptimo loco ædificatum fuerit. Otho autem exceßit Romæ, non ſine ueneni ſuſpicione, anno imperij decimonono, relatus loculo in Germaniam. Hen-

Henricus I. M. III.

ricus Bauariæ dux, primus Germanorum, qui procerum ſententijs non ex hæreditate patria imperiũ iniuerit: Romæ poſt annum duodecimum à Benedicto VIII. diadema ſuſcepit. Contra Saracenos pugnauit: eoſq; Capua expulit: ac Pubaganum Græcorum ducem, qui eis bello fauebat, adeo bello inſectatus eſt, ut eum Troia eiecerit, quam ille in Apulia condide-

Troia

rat, ubi Annibalis caſtra fuerant. Templum Bambergenſe maius excitauit, cum uxore Cynegunda perpetuo abſtinendo uixit. Stephanum Pannoniæ regem ad ſuſcipiendam Chriſti fi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

dem per Adelbertum præſulem planè induxit: eiq; ſororem
locauit. Imperauit annos VIII. *Poſt mortem ambo coniuges*
Conradus M.XXIIII. *ſanctitatem prodigijs manifeſtauere. Conradus natione Sue-*
uus, biennio poſt Henricum diſsidentibus inter ſe proceribus
legitur imperator:qui quum comperiſſet multas in Italia Ciſ-
alpina ciuitates rebellaſſe, confeſtim in Italiā properans Me-
diolanū obſidet,à direptione tamen temperauit ob Helipran-
di principis potentiſsimi uirtutem & autoritatem, ac Colo-
nienſis præſulis admonitionem, qui diuum Ambroſium in ſo-
mnis dicitur uidiſſe.Inde Romam petens diadematis inſignia à
Ioanne XIX.*ſuſcepit.Imperauit annis* XV.*Fuit hoc tempore*
Henricus II. M.LVII. *Gerardus martyr præſul Canadienſis. Henricus* II. *Con-*
radi ſupradicti filius de communi procerum ſententia lectus
eſt,de cuius genitura Vincentius & Martinus ſcribunt mira
neſcio quæ.Hic ante omnia Odalricum Boëmorum regem di-
uerſis in prælijs tandem ſuperatum tributarium fecit.Petrum
Pannoniæ regem à ſuis ſuffecto Alboino,regno eiectum reſti
tuit. Romæ cum diſcordiam pontificum Gregorij, Syluestri,
Benedicti comperiſſet:uti Clemens II. *crearetur præſul tunc*
Bambergenſis,autor fuit:à quo & diadematis inſigne poſtea
ſuſcepit.Moriens Victoris II.*pontificis autoritate Henricum*
Henricus III. M.LXXVI. *filium Cæſarem dixit. Imperauit annis* XVIII. *Henricus*
III.*ſuperioris filius impietati,ac omni ſceleri deditus:inſuper*
Gregorio VII.*ac eius ſuceſſoribus magnopere infenſus fuit.*
Quare ab eis & hoſtis eccleſiæ appellatus,& ſacris interdi-
ctus extitit.Ille autem furibundus cum Clemente pſeudoponti
fice,quem ipſe creauerat in Germania,Romam infeſto agmi-
ne petens,baſilicas Petri & Pauli euertit:Gregorium in arce
obſedit:aliaq; geſsit, quæ quoniam in ipſis pontificibus deſcri-
Agnes Imperatrix *pſi,repetere ſuperſedeo. Agnetem matrem fœminam ualde*
prudentem,ac eius facta minime probantem, à rerum admini
ſtratione amouit:ex quo illa relictis omnibus Romam ſeceſsit,
ubi aliquot annis pie caſteq; uiuendo,ac ſacras baſilicas quoti-
die ſalutando, anno quinto Gregorij VII. *cum ſumma laude*
deceſsit. Viſitur eius adhuc ſepulcrum in baſilica Petri apud
ſacellum ſanctæ Petronillæ cum elogio uitæ. Dum tamen ua-
Gisbertus *luit in Italia Giſbertum Parmenſem nobilem uirum rectorem*
conſtituit.In qua & Gotfredus tunc quoq; potentiſsimus erat.
Beatrix *Nam ut altius repetam, Beatrix Henrici* II. *ſoror Bonifacio*
Matildis *uiro Lucenſi potenti nupſerat: cuius hæres Matildis filia ſi-*
Gotfredus *mul cum Gottifredo coniuge,Lucam,Parmam, Regium Le-*
pidi, Mantuam, & quod nunc uocant patrimonium poſſedit.
Hæc deinde ſuperſtes dicitur in quadam hiſtoria Actiū Eſten
ſem matrimonio ſecundo ſibi iunxiſſe: deinde Gregorio IX.
iubēte abdicatum, quòd primi uiri ignota interceſſerat neceſ-
ſitudo.Caſte deinde ac perſancte reliquū tēpus exegit. Deceſ-
ſitq; Mantuæ M.LXXVI.*beato Petro Patrimonio nunc uo-*
cato,ſimul & Ferraria relictis.Ad Henricum redeo.Expedi-
tionem Hieroſolymitanam Chriſtianorum principum tunc
primum incipientem,impedire conatus eſt.Cum filio Henrico
in diſcordiam uenit, à quo tandem Leodij obſeſſus, in ea tur-
batione ex animi anguſtia moritur,imperij anno XLIX.
Henricus IIII. *Henricus* IIII.*ſuperioris item filius haud parente melior,*
M.CVI. *Romam ueniens, quum à Paſcale* II. *procul aliquantulum à*
mœnibus ſubſiſtere iuberetur:deinde præſulum ab eo creato-
rum electio infirmaretur,iureiurādo bene pollicetur. Vrbem
deinde ingreſſus & ad baſilicæ Petri gradus humaniter ex-
ceptus,dum intro unà progreditur,pontificem cū patribus de
improuiſo capit: in montemq; Soracte perductos uſq; eò te-
nuit,donec compulit eos ab ſe geſta probare:ac diadema Au-
guſtale,ut moris erat,tradere.Quæ cum ille poſtea quaſi per
uim facta in concilio reuocaſſet, Henrici furorem rurſus ad
repetendam urbem excitauit:ubi iterum eo abſente à præſule
Bracharenſi diademate redimitur.Tertio item in Italiam con
tra Gelaſium II. *traiecit: quem Oſtiam, deinde in Apuliam*

fugientem uidens:paulopoſt in Germaniam abijt,ubi moritur
ſine liberis,anno imperij XV.*ſepultus in ciuitate Spirenſi in-*
ter maiores. Lotarius dux Saxoniæ imperauit annis XI.*In-* Lotarius
nocentium II.*pulſum à Petro pſeudopontifice in Galliam iu-*
uit:operam de eo reducendo iureiurando pollicitus,confeſtim
comparato exercitu præſtitit. Cuius officij gratia ab eo ſo-
lenni cerimonia Romæ diademate redimitur.Mox in Germa
niam ad tumultus Boemorum ſedandos redijt: ac ubi accepit
pſeudopontificem iterum tumultuantem,urbem ad eum com-
primendum repetijt:ſimulq; Rogerium Apuliam iniuſte poſ-
ſidentem Italia expulit. Conradus II.*genere Sueuus,Baua-* Conradus II. M.CXXVII.
riæ dux,Henrici IIII. *nepos imperauit annis* XV.*Vnà cum*
Ludouico Gallorum ac Richardo Anglorum regibus, alijſq;
Chriſtianis principibus expeditionem Hieroſolymitanam fru
ſtra & ipſe ſumpſit,cum omnes rebus infectis redierint. Mo-
ritur antequàm diadematis inſignia ſuſciperet. Fredericus Fredericus Aenobarbus M.CXL.
cognomento Aenobarbus,genere Sueuus,in Italiam traijciens
Mediolanum, Dertonem, Cremonam,pluraq; alia loca quòd
ab eo deſciuiſſent diruit.Romā ingreſſus ab Hadriano IIII.
clauſis Vaticani portis diademate inſignitur.Romanorum im
petum eò per uim irruentium euitare non potuit. E quibus
plurimi partim cæſi partim capti ab eo, pontificis deinde re-
ſpectu reſtituti.Mox reuertens omnia populatus,poſt aliquot
annos iterum Romam contra Alexandrum III.*contendit:ac*
in pratis Neronis caſtrametatus,Vaticanum ſimul cum Petri
baſilica occupauit.Alexander interim Venetias fugit:ubi Ve-
netorum ac Mediolanenſium auxilio captus in pugna Frede-
ricus,ſupplex ueniam prætoritorum petijt. Inita concordia ad
expeditionem Hieroſolymitanam profectus,quum aliquot Ar
meniæ oppida iam cepiſſet,in amnis tranſitu merſus perijt,an
no imperij XXXVII. *Cuius reliqua geſta in Alexādro pon*
tifice percurrimus. Henricus V. *Frederico patri ſucceſsit.* Henricus V. M.CLXXI[illegible]
Quo tempore quum Clemens III.*non pateretur Siciliæ re-*
gnum,mortuo Gulielmo ad Romanum pontificem iure perti-
nens à Tancredo notho occupari,Hēricō conceſſerat:uti Con
ſtantiam Rogerij filiam uirginem Deo dicatam iam grandæ-
uam in matrimonium,ſimulq; regnum hæreditatis ac dotis no
mine acciperet. Igitur Henricus comparato exercitu breui
tempore Tancredum expugnat. Neapolim per uim capit, ac
diripit:ubi inter alias cædes duas Tancredi filias innuptas in-
terfecit. Poſt hæc Meſſanæ ægrotans moritur, imperij anno
VIII.*Frederico filio quem ex Conſtantia ſuſceperat, Philip* Philippus
po fratri tutelæ relicto:quem Philippum Germani imperato-
rem legerunt.Innocentius autem III. *Othonem Saxoniæ du-*
cem ei prætulit.Res ad arma deducitur. Otho Ioannis Anglo
rum,alter Philippi Gallorum inſtructus copijs decernunt.Pro
Philippo tandem res ſtetit,qui poſt annum nonum quàm cœ-
piſſet imperare,à comite Palatino interficitur. Otho IIII. Otho IIII.
Saxoniæ dux de ſententia procerum Germanorum Philippo
ſurrogatus,ab Innocentio III.*diadema ſuſcepit:pauloq; poſt*
quum eum comperiſſet pontifex ſuas inuadere terras,ac Fre-
dericum II.*puerum adhuc regno Siciliæ deturbare,ſacris in-*
terdicit,imperioq; per ſententiam deiecit Frederico ſuffecto,
tum bello auxiliātibus Italis inſectatur. Ille ſuperatus è Sicilia
in Germaniam reuertit;ubi bellum aduerſus Philippum Fran
corum regem mouens,fugatuſq; amiſsis copijs domum in Sa-
xoniam ſe recepit:ibi pòſt paulò mortem obijt, quum impe-
raſſet annos IIII. *Fredericum* II.*Henrici* V. *filium ado-* Fredericus II. M.CCXII.
leſcentem Othone deiecto,Innocentius III.*apud Aquiſgranū*
iuſsit diademate redimiri:pauloq; pòſt mortua Conſtantia ma
tre quæ eum in officio continebat,omnibus uiribus Romanos
inſectatur pontifices tris,Honorium III.*Gregorium* IX. *&*
Innocentium IIII. *à quibus ex ſucceſsione & ſacris interdi-*
ctus & imperio deiectus per ſententias fuit, ſicut in eorum
attigi commemoratione. Italiam omnem in Guelfos & Gibel-
linos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

linos (quæ partes tunc primum in Hetruria per Guelph &
Gibel duces Teutonicos cœpere) diuiſit : alteros uti pontifi-
cios inſectando, alteros uerò Gibellinos uti ſuos tuendo. Piſa-
nis maxime fauit:auxilioq́; ad bella contra Genuenſes fuit. Cu-
ius & illi iuſſu cardinales nonnullos à Gregorio ad concilium
Lateranenſe uocatos, mari deuectos, apud Maloram inſulam
Piſani portus depreſſerunt. A Florentinis intra mœnia non
receptus Guelſos tamen expelli obtinuit. In expeditionem &
Rainaldus præfectus ipſe quanquam grauate Hieroſolymitanam proficiſcens, Rai-
naldum eius præfectum in Italia reliquit:qui Romani põtificis
ſtatum uexaret. Breui poſt tẽpore rebus infectis domum re-
uertit. Parmam præterea multos annos fruſtra obſedit, ubi
loco caſtrorum Victoriam urbem condidit,hortis leporarijs,
fœminis,omniq́; luxu incluſis. Etiam nummos Victorinos per-
cuſsit. Tandem prælio inde pulſus Panormum ſe recepit, cum
Siciliæ regnum occupaſſet ab Othone quondam occupatum,
ubi morbo correptus opera Mãfredi filij dicitur ocyus inter-
Ioan.Brennus ijſſe. Filiam Ioannis Brenni regis olim Hieroſolymitani duxit
uxorem,ex qua perpetuus ei ac poſteris hæreditario iure ti-
tulus eius regni peruenit:& filium Conradum ſuſcepit, quem
imperij,Manfredum uerò ex concubina natum Siciliæ dimiſit
hæredes. Henricum ex Conſtantia Aragonum regis filia iam
antea meditantem in patrem inſidias captum cuſtodiæ tradi-
Petrus de Vineis derat. Imperauit annos XXXII. Fuit hoc tempore Petrus de
Vineis ex urbe Capua iuriſperitiſsimus, Frederico prædicto
familiariſsimus,à quo demum ob coniurationis ſuſpicionem in
exilium miſſus,doloris impatiens,capite parieti ſæpe illiſo ex-
piraſſe dicitur:compoſito prius de conſolatione libello. Huius
meminit & Dãtes Can. XIII. primæ partis:Ioſum colui che
Interregnum tenni ambedue lechiaui. Poſt Frederici mortem Imperio nul-
lus annos XVIII. legitime ſufficitur : diſsidentibus inter ſe
Germanorum principum ſententijs. Succedens interea Con-
Conradus radus Frederici filius populorum & ipſe uexator:Neapolim,
Capuamq́; expugnauit ac diripuit:Aquinum incendit. Poſt an
num deniq́; à Manfredo ueneno potionatus deceſsit : relicto
Conradinus Conradino filio,qui poſt Manfredũ interfectum contra Guel-
fos in Italiam uocatus, ac cum maximo exercitu Romam in-
greſſus,obuium habuit Henricum regis Caſtellæ fratrẽ urbis
ſenatorem cum omni nobilitate,exceptus pro dignitate impe-
ratoria. Paulò pòſt dimiſſo Romæ Guidone Feretrano ad bel
lum contra Carolũ Siciliæ regem profectus, Clemente IIII.
pontifice, haud exitum ei felicem uaticinante, apud Beneuen-
tum ſuperatus in Aſturam profugit ignotus, ubi demum ca-
ptus atq́; ſecuri percuſſus eſt:quod ei diuina factũ eſt ultione.
Is enim uxorem formoſiſsimam comitis Caſertani eius fidiſsi-
mi ducis adamarat,qua uti potiretur,uirũ honoris ſpecie able
gauerat:ille facinore comperto,mœſtus ac furibundus clàm ad
Carolum uenit, ſeſe exercitum illi proditurũ pollicetur:quod
Rodulphus & fecit,unde ſupradicta ſubſequuta calamitas. Rodulphus ex
comitibus Abeſburgenſibus,cuius genus poſtremo dicetur, le
ctus imperator à Germanis in concilio Lugduni à Gregorio
X. celebrato. Cui redeunti fit obuiam in itinere apud Bellouа-
cum Alfonſus rex Caſtellæ, queſtus ſe de imperij ſucceſsione
poſthabitum, tandem ipſius pontificis oratione delinitus eſt.
Rodulphus uicarium,quem in Hetruriam miſit,apud Minia-
tem oppidum iuſsit conſiſtere. Hic Piſas rebelles, ac impera-
tam pecuniam dare recuſantes,ui expugnauit:ac diruit ex ma
gna ædificiorum parte. Lucenſes item, ac Florentinos bello ue
xauit,qui in perpetuum ſeſe à ſeruitute pecunia redemerunt:
alteri XII. alteri uerò Florentini VI. aureorum nummorum
milibus numeratis. Quam rem põtifex tunc Honorius IIII.
Ataulphus ut pontificis Romani finibus utilem quidem probauit,indignã
tamẽ imperatore exiſtimauit. Imperauit annis XIX. Ataul
phum Aſsiæ comitem in Germania lectum poſt annos VI.
Albertus quàm imperare cœpiſſet, Albertus Rodulphi Cæſaris filius
Auſtriæ dux in agro Spirenſi prælio uictum interfecit : quem
Bonifacius VIII. diademate prius ſæpe negato,nõ ſolum re-
dimiuit,ſed Philippo Francorum regno per ſententiam deie-
cto ſuccedere iuſsit. Interficitur tandem à Ioanne fratris filio
in Rheni tranſitu:quum imperaſſet annos X. Henricus VI. Lu
cemburgenſis,Romæ iuſſu Clementis pontificis abſentis,à tri-
bus cardinalibus diadema ſuſcepit,ubi omnis Romana nobili-
tas interfuit,præter Vrſinos,qui locis in urbe munitis armati
prope Hadriani molem ſeſe continebant. At ubi pecunia im-
perata eſt:cæteri tumultuantes ad Vrſinos ſeſe recipiũt, arma
conclamant. Auxilio tandem Roberti regis qui eò Ioannẽ fra-
trem cum exercitu confeſtim miſerat,res compoſita. Impera-
tor inde trepidus in Hetruriam ſe contra Florentinos conuer
tit,ad quos petiturus Italiam antea legatos præmiſerat denun
ciatum, ſe ut cum magno exercitu uenturum in urbem reci-
perent,Aretinosq́; obſidione liberarent, quos minime obtem-
perantes plurimos dies duriſsima obſidione preſsit. Vbi Dan-
tes poëta cum exulibus inter primos partium Gibellinarum
fuit:uocauitq́; tunc primum cæcos Florentinos quòd impera-
tori tam ſtolide ac contumaciter reſpondiſſent. Henricus tan-
dem re infecta diſcedens,apud Bonicium oppidum quod diru
tum mœnibus reſtituerat,hyemauit:agrum continuo Floren-
tinorum populando. Miniatenſes deinde magnis adfecit cladi-
bus, inde Piſas Robertum Siciliæ regem tanquam maieſtatis
reum citatum ad dicendum cauſam,ac minime comparentem,
regno per ſententiam abrogauit. Poſtremo profectus contra
Senenſes, & apud Bonconuentum diſcedens morbo interijt,
manifeſto ueneno opera Roberti regis dato, anno imperij V.
ſalutis M.CCCXIIII. Quæ autem Mediolani geſſerit,in
ipſius urbis deſcriptione attigimus. Tradunt præterea uirum
hunc religioſiſsimum extitiſſe, totasq́; noctes ante crucifixum
quem ſecum ferebat, orare, ac flere : præterea euchariſtiam
quotidie ſumere conſueuiſſe. Ludouicus cognomine Baua- Ludouicus Bauarus
rus, quòd ex Bauariæ ducibus eſſet, & Fredericus Auſtriæ Fredericus
dux per diſcordiam principũ imperatores creati, ambo VIII. Auſtriæ dux
annis inter ſe armis decreuerunt. Bauarus tandem hoſte ſupe-
rato,cum exercitu bis in Italiam traiecit,uir omnino temera-
rius,imperatorẽ ſe ſpreto pontificis conſenſu appellabat. Dia-
dema primo ferreum Mediolani à Guidone Petramala præ-
ſule Aretino,deinde Romæ aureũ à Stephano Columna apud
Lateranum clero & pop.Ro. conſentiente de more ſumpſit.
Quare & à Ioanne primum XXII. & deinde à Benedicto
XII. & Clemente VI. pont. ſacris interdictus eſt : ac locis
imperio ſubiectis uicarij apoſtolica autoritate,ab eis tanquam
uacante imperio conſtituti:Ille contra pontificalibus locis ſuo
nomine principes præfecit. Vt Ioannem Vicum urbis præfe-
ctum Viterbio. Galeotum Malateſtam & fratres Arimino,
Piſauro,Fano. Antonium Feretranum Vrbino. Nolfum & Ga
laſium fratres Callio. Alegretum Clauellum Fabriano. Bulga
rucium Matelicæ. Iſnardutium ſancto Seuerino. Gentilem Va-
raneum Camerino. Pongonium Cingulo. Nicolaum Boſcare-
tum Eſio. Guidonem Polentenſem Rauennæ. Franciſcum &
Sinibaldum Foroliuij & Ceſennæ. Ioannem Manfredum Fa-
uentiæ. Præter hæc Petrum quendam Corbarium è Reate or
dinis minorum,qui & coniugium deſeruerat,ſummum ponti
ficem declarauit. Imperauit annis XXXII. Reliqua eius ge-
ſta alijs inſeruimus hiſtorijs. Carolus IIII. Lucemburgen- Carolus IIII. M.CCCXLVI.
ſis,Ioannis Boemiæ regis filius, lectus imperator, uir & lite-
ratura & uariarum linguarum catalecto egregius,quàmpri-
mum Bauarum bello inſectatur ac uincit. Italiam primo petẽs
ſolicitantibus Florentinis ferreum Mediolani de more diade-
ma ſuſcepit. Quumq́; Piſas ueniret,legationes omnium factio-
num obuias:præterea Volaterranos, Senenſes ſeſe abſq́; ullo
fœdere dedentes habuit, à Volaterranis etiam hoſpitio exce-
ptus, Romæ iuſſu Innocentij VI. aureo diademate à duobus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cardinalibus hac conditione redimitur, ut quàm primum di-
ſcedat.Itaq; reuerſus in Germaniam iterum cum uxore & fi-
lijs Romam ad Vrbanum uenit.Inde Piſas repetens,pecuniam
Florentinis imperauit,à quibus Miniatenſes,& à Piſanis Lu-
cenſes ad eum deficientes accepit:tertioq; menſe Italia exceſ-
ſit.Vir omnino ingratus, quiq; nullam acceptorum beneficio-
rum memoriam tenebat.Res tamen bello adoleſcens cum pa-
tre geßit magnas,ut in hiſtoria Boemiæ commemoraui. Pon-
tem Pragæ miro ſumptu reſtituit. Scholam quoq; liberalium
artium inſtituit,eamq; urbem metropolim cum præſule fecit.
Datur ei uitio,labem ac nouum introduxiſſe exemplum impe

Venceslaus M.CCCLXXIX.

rio Romano,uti filius Venceslaus Cæſar fieret,cum electori-
bus egiſſe.Imperauit annis trigintaduobus. Cuius item reliqua
geſta in rebus Lucenſium,apud quos diu commoratus eſt,com
pendio perſequuti ſumus. Venceslaus ingenio ſordido, patri
Carolo omnino abſimilis, captus quondam à Ioanne Luſatiæ
duce, & Procopio marchione Morauiæ:deinde à fratre Si-
giſmundo,è cuſtodia fugit.Tandem ob ignauiam imperio de-
ijcitur,ſuffecto Roberto Bauaro, anno imperij uigeſimoſecun
do. Hoc fermè tempore quæ circa Vrbanum ſextum pontifi-
cem ſuprà præterij ſubijciam.Quum ſiquidem cardinales Gal
li,qui Clementem pſeudopontificem creauerant Anagniæ,ſuc
ceſſorem feciſſent,fauente Ioanna regina, anno milleſimo tre-
centeſimo ſeptuageſimo octauo,Britones contra Vrbanum &
Romanos miſere,qui hoſtibus ad pontem Salarium acie inor-
dinata occurrentes cæſi fuere.Illi molem Hadriani cuſtode tra
dente ceperunt:Romani turribus ex aduerſo conſtructis acer
rime reſtitere:Vrbanus interim qui ſe trans Tyberim conti-
nebat,ſexto quàm uenerant menſe arcem recepit:ita ab hoſte
dirutam,ut greges in ea paſcerētur:neceſſeq; fuerit Bonifacio
nono deinde ſucceſſori,quando urbs aliter teneri non poterat
eam reſtituere,conſilio & auxilio Petrucij Saui, ciuis poten-
tißimi,quem ille poſtea ſuſpectum ſecuri percuti iußit.Brito-
nes igitur ad Marinum præliū inſtaurantes interfecti ad unū
omnes à Romanis fuere. Tantum qui arcibus præerant ſeſe
ac ſuorum reliquias tutati ſunt:præſertim Surriani,qui Marti-
no demum pontifici deditionem fecere.Interea Carolus,quem
alibi dixi ab Vrbano ex Vngaria contra Ioānam excitatum,
cum VIII.millibus equitum in Italiam ueniens Aretium pri
mum cepit:inde in Florentinos mouens,à Ioanne Haucuto,qui
tunc Stagiæ erat,arcetur.At Florentini nō æquis uiribus con-
currentes, uexationem à rege undecim milibus nummûm re-
demere,Haucutum abſq; ſtipendio relinquentes:qui Bagnaca-
uallum Nicolao Albertoq; Eſtenſibus uendidit, quo facilius
illi Fauentiam retinere poſſent,quam tamen paulò pòſt amiſe
re,Aſtorgio Manfredo per proditionem adepto.Carolus in-
terim ſalutato Romæ Vrbano Ioannam in arcem confugien-

Iacobus Caracciolus

tem obſidet: Neapolimq; dedentibus ciuibus capit. Iacobum
Caracciolum Aretium miſit. Is orto partium tumultu in arcē
ſe recepit.Carolus eò celeriter adueniens cum Alberico Bar-
biano & Ferrabac ducibus, eos in officio continuit, direptis
Gibellinorum bonis. Ludouicus Andegauenſis inter hæc cum
XXX. millibus contra,ex Gallia per ſaltum Caſinenſem &
Marſos paulatim proficiſcens, antequàm prælio congredere-
tur morbo extinctus eſt.Ingheraunius eius dux cum duodecim
millibus ſubſequutus Aretium cepit,rurſusq; & ipſe diripuit.
Arcem cum iam diebus quadraginta oppugnaret, audita Lu-
douici morte deſtitit.Hortantibusq; Guelfis qui in arce fuerāt
obſeßi, urbe Florentinis uendita ſe domum cum ſuis recepit.

Robertus

Redeo nunc ad imperatores. Robertus Bauariæ dux, ubi
primum iniuit imperiū, in Italiam à Florentinis contra Ioan-
nem Galeacium accerſitur.Cum quo ad Benacum congrediēs
prælio,cum toto exercitu fugatur.Tridentumq; & inde Ve-
netias uenit:ubi magnifice exceptus, enarrata clade accepta,
Venetos ad miſericordiam mouit:à quibus rogatus remanere
omnino negauit:trepidusq; in Germaniam abijt, rem Floren-
tinam in magno diſcrimine relinquendo.Imperauit annos de-
cem. Sigiſmundus,Caroli quarti filius,Venceslai frater Au

Sigiſmundus M.CCCCX

guſtorum, olim puer à Ludouico Pannoniæ rege filiam Ma-
riam in matrimonium unà cum regno accepit. Boemiam pa-
terna hæreditate obtinebat.Mox imperator factus præfuit or
bi annos uigintiſeptem, ante & poſt imperium belli fortuna
parum feliciter uſus.Quem non ſolum Turcæ, ſed Boemi ſæ-
pe acie fuderunt. Proceres trigintaduos in Pannonia necari
iußit. Ob quam rem & ipſe poſtea captus, ac traditus uiduæ
cuius maritum interfecerat,eloquentia & blanda oratione ef-
fecit,uti ab ea dimitteretur:pauloq; poſt alia ducta uxore Bar
bara,è comitibus Ciliæ, & Pannonia recuperata:uiduæ filios
memor beneficij prouexit.Multa huius alioqui egregia facta.
Rem Chriſtianorū in tris diuiſam Pontifices ad unum in con
cilio Conſtātienſi coēgit:aditis ea de cauſa quoquo uerſus per
orbem prouincijs. Pruſiæ regnum quod Poloniæ rex Teuto-
nicis ſodalibus Diuæ uirginis, armis ademerat, reſtitui iußit.
Vitoldum ex Duce regem Lituaniæ fecit. Cum Venetis gra-
uia bella geßit,duce Pippone Florentino,quem poſtea prodi-
torem ſentiens, captum interfici iußit. Venceslaum fratrem
quod imperio parum utilem animaduerteret, in uincula ca-
ptum coniecit.Boemia poſt multos labores potitur. Marchiā
Brandenburgenſem Frederico Burgraphio Nuremburgenſi
dono dedit.In Italiam demum ſedente Eugenio quarto,atq; ini
mico traiecit:obſiſtentibus etiam per Nicolaum Tollentinatē
Florentinis,Arnum fluuiū tranſmiſit,adiuuante Antonio Pon-

Antonius Pontadera

tadera.Et per agrum Volaterranum iter faciens,VI. mēſibus
Senis ſubſtitit: ubi facta cum Florentinis pace, abijt Romam.
Ibiq; de more accepto diademate, Baſilica Petri è ueſtigio in
Lateranum contendit, Eugenio uſq; ad pontem proſequente.
Inde in Germaniam reuertens, Mantuæ à Ioanne Franciſco
Gonzaga magno ſumptu exceptus,propinquam ſuam Barba-

Marchio Mantuæ creatur

ram,Ludouico filio in matrimonium dedit,marchionemq; pri
mum Mantuæ creat.Vbi domum peruenit,nihil potius habuit
quàm concilium Baſilienſe ſolicitare. Moritur inde breui poſt
tempore ſine uirili prole apud Morauiam. relicto regnorum
ſucceſſore Alberto Auſtriæ duce genero ſuo. Poſt eius mortē
quaſi metu liber Eugenius, concilium Ferrariæ cœpit. Al-

Albertus

bertus Auſtriæ dux regnis Pannoniæ, Boemiæq; ſuccedens,
paulò pòſt imperium & ipſe adſequutus biennio tenuit. Boe-
mos rebelles,Morauiosq; bello domuit: Polonos ultra regni
fines uagantes coērcuit.Sinderouiam Seruiæ ciuitatē dum uel-
let ſubuenire aduerſus Turcas,prius amiſſam uidit, quàm ad
locum perueniſſet.Poſtremo dum Auſtriam repetit,in itinere
apud locum qui Villa longa appellatur, dyſenteriæ morbo
deceßit:uxore Helizabeta prægnante relicta,quæ Ladislaum

Frederic. III.

peperit regem. Fredericus III.Auſtriæ dux,Alberti pro-
pinquus,ut inferius in eorū cognatione demonſtrabimus,anno
XII.quā cœpit imperare,ſalutis uerò M.CCCC.LII.VI.
eidus Martij Romæ in baſilica Petri, unà cum coniuge Leo-
nara Luſitaniæ regis ſorore,diadematis inſigne à Nicolao V.
pontifice ſuſcepit.Inde poſt aliquot dies Neapolim ad ſalutan-
dum Alfonſum eius neceſſarium profectus,magnificeq; exce-
ptus eſt:pauloq; pòſt in Germaniam rediturus Roma rurſus,
inde Ferraria iter fecit, ubi à Borſo Eſtenſi ingenti apparatu
etiam exceptus eum Mutinæ ducem primum creauit.In itine-
re quoq; apud Ciuitatem nouam Auſtriæ oppidum obſeſſus
ab Auſtralibus:Ladislaum puerū regem, quem in tutela apud
ſe retinebat, ac Romam ſecum duxerat, reddere coactus eſt.
Concilium Baſilienſe hortante Aenea Syluio, qui poſtea Pius
pontifex,tunc eius epiſtolarum magiſter erat, ſollicitante per
oratores Eugenio,autor fuit extinguendi iterum, ſalutis anno
M.CCCCLXIX. Romam uoti reus,humili ueſte, comita-
tuq; uenit. Ingreſſus eſt urbem prima noctis uigilia natalem
dominic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

dominicum præcedentis,obuiam procedentibus patribus,collegijsq; omnibus unà cum pop.Rom.Aderam & ego in ordine meo,funalibus noctem uincentibus.Ad tribunalq; uſq; Petri baſilicæ deductus,Paulum pontificem ſedentem atq; expectantem ſupplex conſalutauit,propeq; iuſſus adſedit. Inde ueſperis de more celebratis unà palatium aſcenderunt. Diſcedentem pontifex luculenta grauiq; auro ueſte poſtea donauit,uir alioqui otio natus , magis quàm bello aut imperio tuendo. annis XLIX.quibus imperauit , literis dignum geſſit præterea nihil.Deceſſit anno M.CCCCXCII. Huius tẽporibus ſub Pio II.ortus Romæ tumultus iuuenum ſeditioſorum & obæratorum,autore Tiburtio,qui abſente pontifice Pantheon occupauere:rapinasq;& cædes iamiam populo intentantes,accerſito ſtatim Pio captos omnes & in capitolio ad XXV.numero ſuſpenſos uidimus. Eadem ferè tempeſtate extinctus eſt Franciſcus Sclauius,homo Romanus,è gẽte Foſca ſanè nobili, presbyter,magna uir abſtinentiæ ſanctitatisq; fama: ad eum adorandum frequens populus,in quo & ego puer cum Lucia matre fueram,properauit. Fuerat ex eadem familia ſub Eugenio IIII.Angelotus cardinalis ſancti Marci,uir admodum facetus,ne dicam inſanus,ut quidam eum taxant.Is olim Florentiæ cum eius aduecti uini ex more portorium exigeretur,reiectis precibus cados omnis extra portam per humum effundi iuſſit,uti hoc pacto uoti compos eſſet.Quum eius familia ducendi domini gratia,ſicuti mos eſt, ad pulſati tintinnabuli ſignum non conueniret:ad horam poſtea menſæ uulpina cauda ne ſentirentur,æra percuti mandabat:pauciq; admodum fortè præſentes tantum diſcumbebant. Mille ipſius huiuſcemodi memorantur. Interfectus tandem ab eius cubiculario uehementer irato,qui calceos petẽs calcibus ab eo petitus fuerat:ſtultus qui rem diſſimulare cupiens,ſubito primus clamare cœpit rẽ atrocem,Dominum interfectum,uenite. Re facile cognita,comprehenſus,membrisq; omnibus diſcerptus.

Maximilianus M.CCCCLXXII

Deinceps ad Maximilianum ex ordine inſtituto.Hic rex Romanorum patre uiuẽte factus,anno milleſimo quadrageſimo ſeptuageſimooctauo,magnis copijs Burgundiam ingreſſus,Mariam Caroli ducis iam defuncti filiam & hæredem,in matrimonium unà cum regno accepit:deinde principatum adeptus,extincto ſine hærede Matthia rege,Pannoniam quam ſuo iure ſibi uendicabat, cum exercitu inuadit:Ac primũ Albaregali per uim recepta, paulò pòſt inde ab hoſtibus repulſus ſeſe domum in Germaniam recepit:ubi ſuos deinde aduerſos habuit: Heluetios primum,cum quibus bella geſſit:poſtea Rauricos qui nunc Baſilienſes ſunt, Imperij iugum omnino excuſſerunt : quos ſequuti populi uicini,multum ei de antiqua nominis maieſtate ademerunt.Diadema de more maiorum nec recepit,nec apoſtolorũ baſilicas,aut pontificem ſalutatum uenit:tantum Mediolanum uſq; accerſitus à Ludouico duce Piſanos tuente,contra Florentinos profectus Liburnum eorum oppidum fruſtra dies aliquot oppugnauit.

Philippus Archidux rex Hiſpaniæ

Ex coniugio ſupradicto Philippum archiducem genuit,qui regi regnoq; ſimul Hiſpaniæ gener eſt nuper adſcitus. Filiam Margaritam Carolo VIII. Gallorum regi olim pactam,deinde abdicatam,nuper Philiberto Sabaudiæ duci locauit.Galeacij uicecomitis ducis filiã extincta prima coniuge duxit. Vir alioqui bonitate, modeſtiaq; præditus , pacis magis quàm belli ſtudioſus,uenationi deditus.Animi bonis adiectas retinet corporis dotes, ore probo,decoris mẽbris,aſpectuq; toto uenerabilis. De ipſius uerò genealogia quæ plurimis ignoratur , pauca ſubijciam ex commentarijs Matthæi de origine primorum Auſtriæ ducum,Othonis Phriſingenſis,Iordanis Oſnaburgi de irruptione Gothica in urbem,Hermani de Sulgon in chronographia,& Henrici Conſtantienſis.Apparet enim Maximilianum Romanos habuiſſe progenitores , olim Perleones comites montis Auẽtini:cuius familiæ nonnullæ ſunt Romæ reliquiæ prope Sabellorum ædes quæ prius Perleonũ fuere, quibus cognomen dedit Petrus Leonis filius , Stephani nepos,Maximi pronepos,quorum memoria ſepulcri pro foribus templi ſancti Alexij adhuc cernitur. Is anno M.CLXX. magna in urbe potentia autoritateq; ſub Paſcale II.fuerat.Cuius duo nepotes per ſeditionem ex urbe profugi ad Alpes uenerunt : ubi circa Lucernæ lacum prædia ac terras mercati ſunt : caſtrumq; in eo loco Auemburgum deinde excitarunt quaſi Auentini oppidum , licet nonnulli Abeſburgum dicant, quòd lingua Germanica Abec accipitrẽ ſignificet,qui olim ab eis dimiſſus cum præda capta in eo monte conſtitit,ubi ex auſpicio ipſi poſtea oppidum condidere. Alter ex his præſul Argentinenſis fuit.Ex altero qui nobilẽ in ea regione duxit uxorem,natus eſt Albertus, qui Albertum & Rodulphum imperatorem primum ex comitibus Abeſburgenſibus genuit.

Perleones comites

Comites Abeſburgen.

Hic igitur Rodulphus Auſtra fretus potentia domum primus auxit anno M.CCLXXXII.auitæq; ditioni Auſtriam,Stiriam, Carinthiam,portum Naonis,ac Marchiam adiecit, antiquisq; Auſtriæ ducibus ſuam proſapiam inſeruit:cuius ordo ſic eſt. Rodulphus ſiquidem prædictus Albertum item imperatorem genuit,qui à Ioanne Rodulphi fratris filio interfectus fuit. Is plures ſuſcepit.Fredericum,qui imperator electus cum Ludouico Bauaro bello inferior certauit : præterea Othonem,Rodulphum,& Albertum Auſtriæ ducem patrem Leopoldi,Auſtriæ item ducis,Fredericiq; & Alberti,qui Albertus ex Alberto filio Albertum habuit nepotem,imperatorem ſimul & Pannoniæ regem,patrẽ Ladislai in adoleſcentia defuncti.Leopoldus autem Herneſtum genuit patrem Frederici III.auiũq; Maximiliani.Nam primos Auſtriæ duces iam inde à quodam Aimone repetunt , primo Chriſtiano ac martyre : poſt quem Auſtriæ ducatus in marchionatum conuerſus uſq; ad ſanctum Lepoldum durauit. Huic pater Leopoldus fuit , cuius uxori Henrici II.imperatoris filiæ frater uim intulerat.At Leopoldus fratri eidem ſuo talionem reddiderat. Hæc deinde uidua in peregrinatione ſepulcri Alexij imperatoris inſidijs perijt.

S.Leopoldus

Ex hac natus ſanctus Leopoldus ſub Innocentio II. pontifice, duo cœnobia maxima de nouo excitauit,tertium reſtituit.Sub Innocentio VIII.noſtra ætate in catalogum relatus eſt.Ex filia Henrici V.imperatoris,XVIII. liberos ſuſcepit:quorum primus Henricus , Auſtriam rurſus in ducatus priſtinum nomen reſtituit.Alter Leopoldus dux Bauariæ fuit.poſt hos tempore procedente hæreditas ad Fredericum II. peruenit , qui contra Pannonios in bello cadens , ſine liberis occubuit. Cui Rodulphus Abeſburgenſis imperator prædictus , ordine quo ſuprà narraui ſuccedens , rem ſimul cum genere per manus uſq; Maximiliano tranſmiſit.

FINIS ANTHROPOLOGIAE.

SEQVITVR PHILOLOGIA.

AD IVLIVM II. EPISCOPVM VRBIS ROMAE SANCTISS.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIB. XXIIII.

TERTIVS hic mihi ſcribitur operis tomus ob res uarias Philologia, undę Acteius Actei Capitonis libertus qui ſimilia cōſcripſit cognomen inuenit, quem poſtea Tyro Tullius, Plinius, Macrobius, Capella, Boetius, Latinorūq; alij ſunt imitati: ex Græcis uerò Athenæus, Pauſanias, Aelianus. Sic enim papa beatiſsime nos ad rerum diuinarum cognitionem ſummiq; opificis amorē peruenturos exiſtimamus, ſi humilia prius atq; humana didicerimus. Sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas, ex eorū ſcientia quæ conſpicimus facile deprehenditur. Enimuero clauſi tenebris & carcere cæco ſtatim lucem arduam niſi per interualla paulatimq; contueri non ualemus, neq; unum illud, ensq; perfectū niſi ex pluribus facile cognoſcere: ad quod adſequendum & diligentia & tempore & natura bona eſt opus. Pars nanq; hominum ſtudio, pars ludo, ut ait Plato, ſunt geniti: atq; hi quidem libidinū ſerui, ſponſi Penelopes, fruges conſumere nati: Illi uerò ſe cuidam ac ſempiterno bono genitos exiſtimantes, nihil niſi quod ſit cū uirtute ac laude cōiunctum excogitāt, nullam per labores occaſionē ad propoſitam nobis ac æternā gloriam conſequendam amittēdo. Sunt item horum extimorū mediū tenētes iter, ambitionis & auaritiæ mancipia, qui quanquam ſe honeſtius tuentur quàm primi, eo tamen miſeriores quòd magna diu cōtendunt moleſtia, quæ maiore ſint breuiter amiſſuri, ac longe maxima apud inferos poſtremo luituri.

DE ANIMALIBVS, AC PRIMVM DE PARTIBVS EORVM.

CVM Ariſtoteles in Phyſicis finem quendam in cunctis rebus naturam proſpicere dicat: in libris de partibus animalium, primum eos confutat, qui cum temere omnia fieri adfirmauerint, neceſsitatem quandam rerum introducere plane uidebātur, quam profecto minime negat. Sed hypotheticam non autem abſolutam ponit, quemadmodum & in artibus animaduerti licet: primum domui, arcendæ pluuiæ cæterorūq; uſuum gratia ædificatæ, lapides & alia fuiſſe neceſſaria comparari. Sic & in natura homini ſemel conſtituto membra diuerſis officijs obeūdis neceſſaria fuere: ut pedes ad ambulandum, os ad loquendum, dentes ad madendum, ipſum deniq; totum corpus ob animam factum. Quamobrem duas præcipue cauſas in animalibus admonet conſiderandas, materiam uidelicet ac finē. Materiā in homœomera & anomœomera diducit, quæ Gaza partes ſimilares & diſsimilares conuertit. Nonnullis homogenea & heterogenea dicuntur, quæ mox inferius declarabuntur. Finem uerò eundē & cuius gratia & formā appellat, quum in natura & finis & forma idem ferè putetur. Vt anima cuius gratia & corporis forma ſit, corpus uerò ipſum alicuius gratia. Ita fit, ut omnis ſubſtantia ſiue organū omne alicuius gratia dicatur: finis autē eius, quamobrē ſit conſtitutum, cuius gratia appelletur. Homo igitur cū ex utroq; conſtet, de anima in iſagogis ad Ariſtotelis opera dicā. Nunc de corpore. Triplicē itaq; ponit animaliū cōpoſitionem.

Triplex animalium compoſitio

Prima ex elementis ſeu potius uirtutibus elementorū, calido, frigido, humido, ſicco, & his quæ hæc ſequuntur adfectionibus, leuitate, grauitate, duritie, mollitie, denſitate, raritate. Secundam ex homœomeris, quæ ad ſenſus. Tertiam ex anomœomeris, quæ ad organa pertinere dicit. De prima in tractatu de Generatione & Corruptione ſatis diſſeruit. Homœomerū item ex ipſis elementis: Anomœomera ex homœomeris conſtare. Rurſus homœomerorū partes aliæ molles & humidæ, ut ſanguis, ſanies, adeps, ſeuum, medulla, genitura, lac. Aliæ uerò ſolidæ & duræ, ut os, ſpina, neruus, & quæ his proportione reſpondēt: quum non omnia animalia ſanguinem uidelicet, aut carnem: ſed pro his aliam quandam materiam aut humorem retineant. Ex his igitur ſenſus conſtant, quæ idcirco homœomera dicuntur, quod diuiſa partibus inter ſe ſimilibus continentur: ut caro diuiſa caro eſt, neruus item neruus: non item anomœomera quæ ad organicas pertinere diximus partes, quæq; diuiſæ ſibi ſimiles non ſunt. Vt pes, manus, lacertus, caput, pectus, & reliqua. Nam pes diuulſus non amplius pes eſt. Lacertus nō amplius lacertus. Quæ quidē organa ex homœomeris continentur, uidelicet manus ex carne, uenis, oſsibus.

Ex elementis
Ex Homœomeris
Ex Anomœomeris

HOMOEOMERA.

IGitur ab homœomeris incipiendum, quorum potiſsimum ſanguis, ultimum corporis nutrimentum. In uenis hic conſiſtit, & uenæ omnes à corde. Sanguis ergo eſt à corde omnis, Alijs item alius & aliter. Quibus craſsior & calidior, animoſiora: quibus frigidior & tenuior, ingenioſiora. Quibus tenuis ſimul & callidus, ingenio & audacia ſunt prædita: quibus paucus, uita tenuis & breuis. Viris calidior quàm fœminis, purior dextrorſum quàm ſiniſtrorſum. Quapropter ſanguinis miſsiones potius ſiniſtrorſum fiunt: Ipſe præterea natura calidus exiſtimatur, ſubiecto non item quòd aquoſus ſit. Sicuti & ignis, qui licet natura calidus, carbo tamen extinctus eius ſubiectum, frigidus apparet. Quapropter alterum altero calidius multifariam dicitur: Energia, poteſtate, per ſe, ex accidente. Ignis per ſe calidus, aqua ex accidente: hæc tamen ad calefaciendum, ille ad comburendū calidum. Et oleum frigidum aqua calefacta calidius fit poteſtate, quòd plus ſit caloris aptū recipere, tum etiam diutius retinere totidē modis & humidū dicitur & ſiccū. Gelu enim omnemq; humorem concretū ſiccum dicimus energia & ex accidente, cū poteſtate & per ſe humidū ſit. Terra uerò mixta cū humore apparet quidē energia & ex accidente humida, poteſtate uerò & per ſe ſicca. Hæc nō ab re fuerit ex Ariſtotele cognouiſſe: nūc ad ſanguinē redeó qui etiam fibris, id eſt, uenulis quibuſdā circumfunditur, non tamen omnis, ſed qui craſsior ſine his non coit. Paulus Aegineta ait ſuillū ſanguinē minus cæteris calidū: humanū uerò cunctis temperatiorē. Turturis aut columbæ mederi ſuffuſum ophthalmiæ. Noctuæ ex uino uel aqua epotum dyſpnoiæ. Caprarū ob multā ſiccitatē ex melle ſumptū hydropicis & calculo. Agnorum epilepticis. Hœdorū ex aceto ſumptū reijcientibus ſanguinem. Vrſorum & taurorum ac agreſtiū caprarū abſceſſus maturare. Crocodili terreſtris ad aciē oculorum facere. Veſpertilionis frictu uirginū mammillas comprimere, piloſq; penitus extirpare. Deniq; antidotū ex anatis & anſeris ac hœdi ſanguine contra omnia uenena recte dari. Sanies pars eſt diluta & aquoſa ſanguinis nondum cōcocti ſiue corrupti. Adeps & ſeuū ſanguis cōcoctus. Adeps στέαρ Græcè dicitur.

Sanguis

Quomodo alterum altero calidius

Sanies

Adeps

Suill

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Suillus ante omnis humidus proximusq; oleo,quapropter mor
ſus hebetat. Caprinus omniũ ſicciſsimus, ideoq; celeriter coit
ac morſibus prodeſt. Anſerinus calidior ac tenuantiũ partium
eſt. Horum media tenet gallinaciorum adeps. Leonem uerò
calidiſsimus tenuiſsimusq; uim habet diaphoreticam: Agno-
rum alopecias ſanat. Vulpium aurium dolorem. Teſtudinum
ſerpitiones. In omni autem genere maribus calidior quàm fœ
minis, ac non caſtratis quàm caſtratis, iunioribusq; quàm ſe-
Seuum nioribus, præterea uetus quàm recens. Ex Paulo. Seuum ha-
bent cornigera non utrinq; dentata. Carentia uerò cornibus
& utrinq; dentata pro ſeuo Adipem habent: qui non cogitur,
nec ſiccitate frangitur, quòd eius natura minus terrea. Hæc ſi
mediocria ſint, animal commendant: ſi nimia, interimunt. Ex
quo obeſa ſterilia ſunt, quòd in adipem aut ſeuum uis genitu-
Medulla ræ ac ſanguinis abſumitur. Medulla natura quædam concocti
ſanguinis, quod patet in nuper natis, cum ſanguinea adhuc
& ipſa cernatur in oſsibus: quæ in animalibus ſæuum haben-
tibus ſeuoſa quodammodo eſt & adipi ſimilis. Hæc calida
exiſtimatur, & in oſsibus habitat, tum etiam in dorſi ſpina,
Omentum quæ ad cerebrum pertinet. Omentum eſt membrana aut ſæ-
uoſa aut adipoſa, oritur in medio uentre ex ſuperiore parte
Lactes læuo adſtrictum, ex ſuperiore mollius. Lactes membrana &
ipſa pertendens ad uenam uſque maiorem & Ahortam ple-
nam uenarum multarum. Spartianus & murænarum dixit.
Abdomen Abdomen ſecundum Celſum in homine ab alis & pube ſur-
Nerui ſum uerſus ad præcordia pertinet. Nerui ſunt oſsium uincu-
la ſecundum Hippocratem, per quos maxime incuruantur,
producuntur, contrahunturq; membra. Hinc prouerbium ut
neruum pro robore in rebus uſurpemus. Et neruum rerum
Arteriæ gerendarum pecuniam eſſe Demoſthenes dixit. Arteriæ ſunt
Membranæ uiæ ſpiritus, ſicut uenæ ſanguinis. Membranæ tenues pelli-
Cartilagines culæ quibus uiſcera ſingula & tenues corporis partes circun
dantur, quæ ruptæ non coëunt. Græci ὑμένες appellant. Car-
tilagines ex neruis & membranis componuntur, Græci χόν-
Venæ δρους uocant. Venas autem corporis craſsiores ad hunc mo-
dum Hippocra. deſcribit. Quatuor dicit eſſe paria. Primum
ab occipitio ortum tendit per ſeruicem ſummam, penetrans
latera ſpinæ ad clunes & crura. Deinde per tibias et malleo-
los exteriores ad pedes. Quamobrem in doloribus dorſi &
coxarũ de poplitibus malleis'ue exteris ſanguis mitti ſolitus
eſt. Secundum uenarum par de capite circum aures per cer-
uicem Iugulariæ dictæ ſunt: intus per ſpinam & lumbos ad te
ſtes & femora prefertur, atq; per poplites & tibias propter
interiores malleolos ad pedes. Quapropter in doloribus lũ-
borum & etiam teſtium, ſanguis de poplitibus & malleolis
mittitur interioribus. Tertiũ par uenarum à temporibus per
ceruicẽ ſub ſcapulis porrigitur ad pulmones, & altera de par
te dextra in ſiniſtrã pergens mammam ſubit: mox iecur petit
& renes, utraq; poſtremo ad podicẽ deſinit. Quartũ par or-
tum à ſincipite de ſede oculorũ per ceruices ad humerorum
clauiculas deuenit, unde per lacertos ad agilem, mox per cu-
bitos ad uolam & digitos. At intus penetrans ad alas propa-
ginem mittit, quæ ſummas coſtas pertrectat, dũ altera ad lie-
nem, altera ad iecur peruenit. Deinde utraq; eminẽs per uen-
trem ad genitale deſinit. Ita uenæ craſsiores habent. Procedũt
quoq; à uentriculo per corpus aliæ permultæ & uariæ uenu
læ, ramulorũ modo, per quas alimentũ corpori tranſmittitur.
Quod à craſsis uenis & interioribus & extimis ferunt uen-
triculo, & reliquo corpori, ſibiq; inuicẽ ſubminiſtrant, inter-
næ ſcilicet externis, & externæ internis. Hæc Hippocrates.

C A P V T.

Diocles medicus ENarratis his ex quibus membra conſtant, nunc membra
ipſa attingẽda, ex Diocle Caryſtio medico, qui ad regem
Antigonum ſcripſit, ac totum corpus in quatuor partes didu-
xit: caput, thoraca, uentrem, ueſicam. In his quoq; & morbos
& uitia, quæ ſingulis accidunt, deſcribere hiſtorico more co-
nabor. Igitur caput in primis ſecundum Pollucis deſcriptio-
nem, cutis tenuis ac pertuſa circundat, unde quaſi per poros
germen prodit capillorum ueluti plantæ. Componitur, ῥαφὰς
uocant, modo ſerrarum inuicem complexarum: omnium ta-
men confeſsione pauciores mulieri quàm uiro. Herodotus
ſcribit quòd in ea cæde quæ apud Plateas facta eſt, inter cada-
uera Perſarum inuentum eſt caput nullam habens ſciſſuram.
Idẽ ſolere accidere cõfirmat Aratus in medicina his uerſibus
ἤδη γάρ ποτ᾽ ὄπωπα κέρματα, πολλὰ μὲν αὐτῶν μεσσα-
τίης κορυφῆς μούνη συνέεργμα γράμμη, πολλαὶ δ᾽ ἐρ-
ραφῆες κεφαλῶν πάγεν ἀνθρώποισι. Vocatur autem os
totum caluaria ſeu calua, Græcè κρανίον, apud Lycopho- Caluaria Cranium
nem Conchos. Apud Ariſtophanem Scaphium. Cuius ſummi- Conchos
tas uertex dicitur, apud illos Coryphe, & Meſocranion in Scaphium
menſuris orphicis nominatur, Pars anterior ſupra frontẽ Syn Vertex
ciput, illi βρέγμα: iuxta uerò frons, ab lateribus tempora. Oc- Occiput
ciput pars poſterior, illi ἴνιον, quoniam ex ipſo ἶνες, id eſt,
nerui capitis principales prodeunt. Poſtremo capillorum
ordo tanquam cutis operimentum. In capite potiſsimum Ce- Cerebrum
rebrum circũdatur membranis duabus: Interiore quæ latior
eſt, & exteriore quæ anguſtior, uocanturq; Ilamides, quæ Ilamides
circa medullam εἰλοῦνται, id eſt, figuntur. Sub baſim uerò
parencephalis, medulla proxima cerebro, colore flaua. Parencephalis
Hæc Pollux. Hippocrates uerò ſic ait. Cerebrum homini
duplex ſicuti & cæteris animalibus, medium diuidit mem-
brana tenuis. Quare non ſemper eodem modo caput dolet,
ſed quandoque pars, quandoque totum. Et uenæ in ipſum ten-
dũt ex omni corpore multæ & tenues, duæ uerò craſſæ, alte
ra ab hepate, altera à ſplene procedens, Ariſtoteles ait cere-
brum frigidiſsimum, quod ideo cordi opponitur calidiſsi-
mo, ut alterum ab altero temperetur. Ipſum omnino ex o-
mnibus exangue communitatem cum terra & aqua retinet.
Indicio eſt quòd coctum dureſcit atq; ſicceſsit, ut humore ex-
acto à calore terrena portio relinquatur. Homini præ cæte-
ris animalibus proportione copioſum, & mari plus quàm fœ
minæ. Hinc ſomnia prouenire palã eſt: ſitus eius in prima capi
tis parte, in hoc collocati ſenſus. Galenus uerò ſic. Cerebri cali
di ſigna caluities, pili celeres, uigiliæ plurimæ. At frigidi et hu
midi ſigna contraria, Somnus altus, ſenſus obtuſi, plurima ex-
creatio ex ore, naribus, auribus, & toto corpore frigus inſen-
ſum. Frigidi uerò & ſicci promptus eſt ſenſus à pueris, cito
tamen deſinit ac ſeneſcit. De capite idem autor: Paruum ca Signa capitis uaria
put haud boni cerebri ſignum. Magnum uerò non ſemper bo
num, tamen ex indicijs ſi corpori reliquo reſpondeat, ſi neruo
ſum & uegetum, ſi acutos habet oculos ac prompte contuen-
tes. Contraria his imbecillum ſignificant. Ariſtoteles uerò in
proble. contra ſentire uidetur. Dicit enim homines propor-
tione corporis minore eſſe capite quàm cætera animalia.
Et inter eos illum qui minori eſt, prudentiorem eſſe. Caput
acutũ, more pyramidis, robur oſtendit. Ad eius morbos nunc De morbis capitis
ueniã. Celſus ait, in capite naſcitur fluxus capilli uel proprio
morbo uel ex altero. Porrigo ubi inter pilos quædã quaſi
ſquamulæ ſurgunt, quandoq; exulcerato loco, quãdoq; ſine ru
bore, tetro odore, quem morbum quidam uocari dicunt Græ-
cè λεπίδες. Alius morbus qui à Græcis itẽ dicitur Sycoſis,
σύκωσις, à fici ſimilitudine quando caro excreſcit. ἄχωρες
Achores ulcera fœtida. Area ubi mortua ſumma pellicula
pili primũ extenuantur, deinde decidũt, cutẽ denſam & pin-
guem glabram facit. Alopecia uerò ſub qualibet figura di-
latatur. Ophis à ſerpentis ſimilitudine, incipit ab occipitio,
duũ digitorũ latitudinẽ non excedit. Ad aures duobus capiti-
bus ſerpit, & ad frontẽ. Illud uitiũ in omni ætate, hoc infanti-
bus: illud nunquã ſine curatione, hoc perſæpe finitur. Gale-
nus ait, in capite Phthiriaſis uel etiam in toto corpore ex ue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

hementi humiditate generatur in profunda cute non ſumma, ubi & Pityriaſis. Medentur huic unguenta deſiccātia & Laurinum, uinum quoq; craſſum, & bibere libētius quàm edere.

Dolor capitis

Idem capitis dolorem ex uarijs ponit cauſis, ex humorum intemperantia, uel aggeſtione, per quam interdum meatuū uia intercludatur, aut ob debilitatem ſi in quadam eius parte ſpiritus inflatio fiat. Vehementiſſimus fit ex caliditate, mediocris ſiccitate, nullus ex humore. Dolor igitur cum grauedine aggeſtionem ſignificat, Cum morſu uaporum aut humorū acuitatem. Cum pulſu tumorem, ſine pulſu & grauedine inflationem ſpiritus. Dolor ſumma cute adfectam ſummam membranam oſtendit, profundus interiorem membranam: quibus intra caluam dolor eſt, his ad radices oculorum morbus, propterea quòd tunicæ oculorum ex cerebri membranis initium habent. Eſt & dolor inueteratus uix delebilis, qui Cephalia uocatur, cum luce motuq́; omni offenditur. Eſt & quem hemicraneam appellant in medio capite, ſtatis quidem temporibus ex humoris uel uaporis frigidi aut calidi influxu prouenìens. Quidam uerò ſumma caluaria, nonnulli circa tempora dolent, quos omnis iubet Galenus ſanguine per uenas miſſo leuari humoribus. Syriaſis morbus puerorum, inflammatio circa cerebrum, unde ſequitur ſincipitis & oculorum incuruitas cum pallore & ſiccitate corporis Celſus item multa & uaria tubercula in capite naſci dicit. Meliccrides, Atheromata, Steatomata. Prima melli, ſecunda meſſi, tertia adipi ſimilia, ut ex etymo Græco apparet. Aetius quoq; lib. III. Quēadmodum quædam plantæ paruo, quædā uerò nimio humore ſiccantur: Sic crinibus humoris penuria phalacris contingit, abundantia uerò mochtheria alopecia, & ophiaſis: nulla alia inter ſe differentia, niſi quod hæc ſerpenti, illa uulpi ſit propior ſpecie coloris. Ex colore igitur morbi iudicanda humoris qualitas, qui plerūq; pituita aut atra bilis eſt: quapropter prius hæc purgāda, deinde loci cura adhibēda. Sunt illi quoq; capitis morbi, Tuſſis, Grauedo, Pituita, Catarrus: Diſtillationes omnes ex humore nimio. Pituita ſiue grauedo per nares humor, Græcè coriza. Catarrus per fauces, quando læſæ ſunt aſperitate arteriarum. Ex humore congeſto tuſſis prouenit, Græce βράγχος. Morbus quidem arteriarum eſt, nec ſolum è capite, ſed quandoq; ex uehementi conatu uocis, quandoque autem ex aëre frigido, interdum & ex calore febris. Inueterata difficile tollitur. In qua iubet Alexander eductionem fieri calculorum. Paulus Aegineta in miſſione ſanguinis illos deduci ſe dicit uidiſſe. Diſtillat enim humor ex capite, interdum in nares, quod leue eſt: interdum in fauces, quod peius: interdum etiam in pulmonem, quod peſſimum, ut ait Celſus. Capitis dolori Diocles origani ſimul & hyſſopi decocti gargarizatione iubet occurri: quod ſi fiat ſingulis menſibus, & caput & pectus ſanum ſeruabitur, ſuccus etiam caulium & hederæ naribus, temporibusq́; illitus proderit. Galenus ſi ex frigida cauſa, calidorum fomentis, tum laurino cæterisq́; oleis calidis oblini præcipit. Si autem ex calida cauſa quæ eſt omnium potentiſſima, frigidis curandum. Eraſiſtratus ſi calido capiti ſit in ſole ambulandum, monet ſpongiam latam aqua humentem ſupra uerticem poni. Plinius ambulationem capitis dolori, ſicut & phthiſi nauigationem, ſtomacho uectationem maxime prodeſſe ait.

O C V L I.

Oculi

SEquuntur oculi, in quibus pulcherrimū naturæ opus licet aſpicere. Alcyonus Crotoniata phyſicus, qui primus exectionem aggredi auſus eſt, et Calliſthenes Ariſtotelis auditor, ac Herophilus, poſtremo Aetius qui ante ſe medicorum dicta coniunxit, multa & uaria in hoc genere in lucem protulere. Duas eſſe anguſtas ſemitas, qua nerui à cerebri ſede in qua eſt ſita poteſtas animæ, ad oculorum utranq; cauernam tanquam ex uno principio diuerſis flexibus deriuarent. Idq́; ex eo intelligi quòd alter ſine altero moueri nequeat. Oculi uerò continentiam, quatuor tunicis diſparili ſoliditate, tribus quoque humoribus, poſtremo palpebris munitam notauerunt. Prima tunica reticulata appellata, ex neruo uiſiuo ducta. Altera quæ uua dicitur acini ſimilitudine tenui membrana in medio pupillæ. Tertia poſt has cornea nominata craſſiore membrana. Quarta quæ omnes tegit alba eſt: ex oſſe capitis quod uocant pericranion ducta. Humorem primum & uitreum dicunt, quòd & ſimilitudine & materia uitro conflato ſit ſimilis, tunica circundatum reticulata. Alterum poſt hunc cryſtallinum ob claritatem, qui pupillæ prætenditur. Tertium ouatum quod oui albugini comparetur extra apparens. Igitur ex omnibus his cryſtallinus tantum lucem præbet. Reliqui duo humores ad illum tuendum poſiti ſunt. Palpebras autem ut alterum extra munimentum contra noxia natura conſtituit: hæ ſciſſæ non coëunt. Inferiores appellantur Genæ. Anguli quoque, alter ex parte naſi maior, alter minor appellatur: hos Græci κάνθους uocant. Oculi cauum κόγχον appellant. Iris circa pupillam. Ariſtot. in lib. de animali. ait oculos nigros ex ingenti humiditate prouenire: copia enim nigri humidum facit. Nec tamen longe aſpiciunt, ſicuti in mari apparet glaucum ipſius uiſibile. Minime uerò profundum terminatum nigrum & ceruleum apparet. Minus autem aqueum. Morbos eorum penè innumerabiles ex Aetij, Oribaſij, Pauli, Celſi commentarijs breuiter adnotaui.

Palpebræ — Genæ — Anguli — Conchos — Iris — Morbi oculorum

Ophthalmia, Sclerophthalmia quando præ duritie palpebræ uix è ſomno aperiuntur, ſordesq́; in angulis ſubſiccæ remanēt, oculiq́; propterea ſubruſi. Xerophthalmia pruritus oculorum ſine reumate à ſiccitate dicta. Hypoſphalma ruptio uenæ ex ictu & plaga plerunque procedens, ἀπὸ τοῦ σφάττειν. Hypoſpathiſmus cum reuma multum & calidum per oculos fertur, ac propterea uultus ruber apparet. Trichiaſis eruptio pilorum præter naturam in ordine palpebræ ex reumate procedens. Gramias oculorū Plin. appellat, quas Nonius pituitam oculorum dicit eſſe, unde gramioſi oculi. Chemoſis χήμωσις, quando ex tumore uehementi utræq; palpebræ conuertuntur, ut uix liceat cōniuere, & album ſupra nigrum attollitur ac rubeſcit: utilis huic miſſio ſanguinis. Pterygium membranula neruoſa oriens ſub angulo, quæ ita augeſcit, ut quandoq; pupillam operiat. Si magna & inueterata ſit, chirurgica eget manu: ſi mediocris, tantum collyrijs.

Palpebrarum uitia

Palpebrarū uitia quæ extra apparent: Atheromata, Meliccrides, Steatomata, quæ etiam inter capitis uitia dicta ſunt. Intra uerò palpebras, Trachoma aſperitas palpebrarum. Crethe κριθὴ tuberculum quod naſcitur in palpebra ſuper pilorū loco hordei ſimilitudine, unde nomē ſumpſit, uulgoq; hordeolū appellatur. Chalaziū ſiue Chalazia morbus crethe non abſimilis, quando tuberculum album grandinis modo, unde nomen trahit, innaſcitur. Sycoſis σύκωσις palpebrarum extenſio rigida. Lagophthalmia, quando contractis ſupra palpebris, apertis dormitur oculis more leporis. Ectropia uerò contrarius huic morbus, quando palpebræ deorſum conuerſæ. Synchyſis oculi confuſio ob plagam aliquam ex qua pupilla turbatur. Lithiaſis in conuerſis palpebris alba & aſpera. Ptiloſis πτίλωσις, cum pili ſuperioris palpebræ conuertuntur, pupillamq́; impediunt: uel cum decidunt, uel ordine duplici ſupernaſcuntur ex craſſitudine palpebrarum. Emphyſma ſiue Symphyſis tumor & inflatio palpebrarum. Pſorophthalmia pruritus palpebrarum. Apoptoſis cum pili palpebrarum decidunt. Sunt & illa palpebrarum etiam uitia, Diabroſis, Diſtochiaſis: Phthiriaſis, Pityriaſis.

Angulorum morbi

In angulis uerò hi memorantur morbi. Aegilops abſceſſus in maiore angulo cu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

lo curatu difficilis, antequam rumpatur ἀγχίλωψ Anchilops appellatur. Encanthis caro in angulo maiore excreſcens, quandoque dolorem adferens: canibus hic frequenter, & inter homines nautis. Rhydes oculi dicuntur, quando exulceratione uel Pterygio uel Encanthide tunc adfecti lacrymas emittunt, ἀπὸ τοῦ ῥύειν, id eſt, à fluendo dicti. Vlcera præterea in tunicis. & primum in Cornea Bothrium, ulcus curuum & anguſtum: Latius uerò quàm hoc & minus profundum cœloma κοίλωμα. Argemon autem cum Iris albeſcit intus. ὑπώπιον, quando ex plaga tenui uenis fractis, ſanguis ſuffunditur toto oculo, deinde nigreſcit Plinius ſugillata appellat. Epicauma ulcus ſordidum & impurum: ex cuius purgatione humida quæ ſunt intus effluunt. Carcinoma abſceſſus in cornea difficilis curatu. Hypopyos item in Cornea quandoque profundum, quandoque ſummum ungui ſimile. Ideo morbum hunc quidam ὄνυχα appellant. Leucomata λευκώματα maculæ in oculis profundæ. Leuiores Nephelion & maculæ & ulæ dicuntur. Phlictæna φλυκταίνα ulcus in eadẽ parte. Oriũtur item in Tunica quæ Vuæ cognomentum habent: Proptoſis πρόπτωσις ulcus Vuæ ex humore aut ſciſſura Corneæ cauſam ducens: quæ parua adhuc & ſimilis muſculi capitis Myocephalon dicitur. Aucta uerò & ſimilis Vuæ Staphiloma appellatur. Cum autem eò peruenerit ut palpebras feriat, mola. Si denique duritie calluerit Chlamys nominabitur. Phthiſis quando pupilla anguſtior ſeu latior ex aliquo capitis morbo fit: ex quo uiſa apparent eſſe maiora quàm ſint. Circa cryſtallinum humorem ſolent hæc euenire. Glaucoma & Hypochyma, quæ idem antiqui eſſe putauere, ut Rufus medicus teſtatur. Poſteri uerò Glaucoma morbum exiſtimauerunt cryſtallini humoris mutati in glaucum colorem: Hypochyma uerò humorem concretum circa pupillam in medio corneæ & criſtallini lucem impedientem. Sunt autem Glaucomata incurabilia: at Hypochymata pleraque curantur. Amauroſis ἀμαύρωσις obturatio nerui uiſiui incolumi pupilla. Hoc ſanè uidendi impedimentum citra dolorem aliquem uenit. Amblyopia eadem ferè cum Amauroſi. Ecpieſmus dicitur ἀπὸ τοῦ πιέζειν. quando ita præmuntur oculi, ut exerti perſeuerent, & plus iuſto patentes ſint, uti contingit athletis in certamine compreßis. Myopiaſis ex ipſa genitura eſt. Myopes dicuntur, quando propius admota reſpiciunt, paulò remota nequaquam. Incurabilis ſanè morbus ob uiſiui ſpiritus debilitatem: his contraria patiuntur ſenes, cum remota facilius aſpiciant. Strabones nos: Græci Strabiſmos. obliquus aſpectus, corrigitur in infantibus, ſi lucernam ab fronte non ab latere adſpiciant. Drimiaſis quando pupilla latior naturali apparet, & uiſa minora ueris uidentur. Coclites monoculi ſunt, unde cauillus Plautinus in eum qui altero captus oculo fuerat, de coclitum genere ipſum appellauit. Nuſcitioſi ut ait Feſtus, plus uident ueſperi quàm meridie, nec cognoſcere poſſunt niſi quod ad oculos admouent. Hic idem ferè morbus cum Myopiaſi: quapropter ſatis putauerim corruptum uocabulum anetymum delendo, Græcum potius ſequi & Mu-
Aethiopum mos ſcitioſi ſcribendum. Aethiopes ſtatim à geneſi frontem ſtigmate notant, ut capitis & oculorum humor apud eos peculiaris hoc pacto exiccetur, ut tradit Aetius. Ariſtoteles de animalibus ait, Glauciores oculi propter humoris paruitatem interdiu melius cernunt. Nigriores noctu ob debilitatem, quòd minus à uiſibilibus & luce mouentur. Igitur hi Nyctilopes dicuntur, & iuuenes frequentius ob nimium humorem. Copia enim humoris, ut ſuprà dixi, nigrum reddit. Leucoma uerò oculis glaucioribus & ſiccioribus uenit: Quapropter magis ſeneſcentium humoribus. Item dicit oculos in ſitu modico ſignum Phyſiognomia oculorũ
eſſe optimorum uirorum: in receſſu autem cauo improborum. Qui nimium conniuent impudentes, qui multum inconſtantes. Homo tantum inter animalia uarijs oculis. Præterea ut cauda leonibus, aures equis: ſic oculi hominibus animi ſunt maxima indicia. Sunt & illa oculorum epitheta, torui, obliqui, limi, peti. Ocularibus uitreis adiumen- Oculorum remedia
to uiſus uſos fuiſſe antiquos ſicuti nos, nuſquam reperio. ueriſimile tamen eſt, quum & illis ſenſus per ætatem deficerent. Plinius libro VII. Præmoritur inquit uiſus audituſq; in homine. Eſt hodie Camerini familia quædam quæ oculorum morbos omnis curat, ſingulari quadam naturæ dote uerius quàm diſciplinæ ſtudio: uirtutem hanc paterfamilias filio natu maiori per manus tradit. Oculos ex omnibus minimum attrectari iubet Galenus: ſi leuis morbi ſit cauſa, tantum noxia ſubtrahenda, quæ quatuor ſunt, Noxia oculis
Fumus, ſol, lectio, uinum immodicum. Aqua prius tepida, deinde frigida diluendi: & ſi oporteat, lacte & oleo roſaceo liniendi: ſi altior incubuerit cauſa, quæcunque illa ſit, maxime hoc remedium proderit in commentarijs Cæſ. Auguſti repertum. Piper & Crocum teres diligenter cum uino æque ac ſucco fœniculi: quibus mellis attici modicum ſimul & fellis uituli ſeu uulturis addito: deinde hoc collyrium in pyxide reponito, ad omnes oculorum morbos utitor. Aciem quoque reſtituit teſte Plinio aquilæ fel cum myrrha & nitro ſimul tritum. Item paſſerini oui album cum melle attico. Cinis denique hirundinis impoſitus.

NARES.

DE naribus uerò quæ iuxta ſequuntur Galenus ſic ait. Quod Diaphragma diuidit nares, altera pars in ora Diaphragma
deſcendit & attrahit ſpiritum: Altera ſurſum recta tendit ad uentriculos anterioris cerebri partis, unde & cerebri ipſius excrementa purgantur. Itaq; olfactus impeditur non tam ob naſi poros obtructos, quàm ob intemperiem ipſorum cerebri uentriculorum: aut humorem in eis adgeſtum. Sternutamẽta hinc quoq; procedunt, quod uentriculo ipſo ſpiritu inflato ob frigus calore reſoluitur, crepitumq́; emittit, quod anguſta uia dimiſſum ui ſubita abrumbitur. Narium morbus Polypus Polypus
teſte Paulo, ex eius animalis ſimilitudine: ut ille acetabulis inuadit uenantes, ſic iſte nares occupat uſq; ad ſermonis & anhelitus impedimentum. Ponitur inter carcinomata penè incurabilia. Ozæna ulcus item nariũ altitudine uſq; ad Iſthmiã, prohibens odorem. Ex naſi quoq; forma Naſones, Simones, Naſones
Aquilini appellati. Ad iudiciũ quoq; pars hæc traducitur. Nã Simones
& ſtili naſus Plinio, & Rhinocerotis naſus Martiali: & na- Aquilini
ſutos homines, & emunctæ naris dicimus iudicis ſeuerioris, quòd purgatis naribus magis olfacimus. Nepetæ ſuccus naribus ſupino infuſus, ſanguinem elicit. Stillationem narium ex humore reprimit, ac ſternutamentum facit ocimi ſemen tritum naribus immiſſum. Item porri capitati folia commanducata. Item oleum calidum ſi naribus immittitur eunti dormitum.

AVRES.

AVres ſecundum Ariſtotelem totæ ex cartilagine & carne conſtant. Interior pars cocleæ anfractui ſimilis. Hinc ad cerebrum tractus & oris palatum pertinet: ac uena de cerebro deſcendit eidem. Morbi uerò his Aetio & Galeno autoribus, eueniũt partim ob frigus uel ob cutis tumorẽ uel ſonitũ altius neruũ penetrãtẽ, maxime uerò inflatio ſpiritus exitu prohibiti dolorẽ parit: qui cum grauedine ſit, in cauſa pituita erit & craſſus humor. Fiunt & intus ſoni quãdoq; ob candẽ cauſam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cauſam. Otalgia appellatur earũ morbus. Cophoſis ſurditas. Dyſcoia cũ difficultate auditus. hos ſurdaſtros; illos ſurdos dicimus. Qui ex geneſi aut inueterati, difficile tolluntur.

Parotides quoq; his locis naſcuntur ex capitis humore huc deſcendente & aggeſto. Sunt & quandoq; ſine tumore, quibus occurritur per cucurbitas & frequentes Pyrias. Eſt & Thlaſis aurium etiã morbus. Auribus magnis ſtultitiam phyſiognomizat Ariſtoteles.

OS, DENTES, LINGVA, FACIES.

Labeones Dentati

OS in primis munitur labris & dẽtibus. Hinc Labeones, & Dentati, qui cũ his naſcuntur, ut Curio Dentato contigit. Dati ſunt homini à natura, ut tradit Ariſtoteles, cibi ſermoniſq; gratia: quibuſdam uerò animalibus pro armis, ut quæ ſerratos habent & exertos. Homini commode inſtituti. Primi acuti ut ſecent. Maxillares lati ut molant: Medij uerò qui uocantur Canini, qui amborũ naturã ſeruent. Infanti circa VII. menſem naſcuntur tres, quo tempore inflammantur gingiuæ, quas oportet digito iugiter tenuare. Priores quòd celerius naſcantur pueris decidunt & renaſcuntur. Vltimi qui Genuini appellantur, XX. anno prodeunt, à nonnullis ſeneſcẽtibus iam. Hæc Ariſt. Pollux uerò ait, Dentes XXXII. numero ſolere eſſe. Frequentes uitæ longioris indicium ſolere monſtrare.

Genuini

Pyrrhi dentes mouſtroſi

Pyrrhũ inſuper regem Epirotarũ dentes habuiſſe uno tantum oſſe cõtinuo lineis ſummis in figuram dentium diſtincto. Idem contigiſſe & Euripheo Cyrenæo. Sed & Meſtori Cyprio patri Nicoclis regis, ad quem Iſocrates ſcripſit protrepticos, natus eſt filius Timarchus, qui ut ſcribit Ariſtoteles, duorum ordinum dentes utrinq; habuiſſe fertur. Galenus omnino ait dentes pati ex nutrimenti eis præbiti ſiue copia ſiue penuria. Hæc ſicciores & tenuiores facit. Illa tumidiores gingiuas reddit: quæ uti ſolent cætera ſuperflua, euacuatione curabuntur. At tenuitatis nullum remedium, quod in ſenibus accidit.

Dẽtium uitia

Parulis παρȣλίς, tumor ipſe gingiuarum dicitur, Cui niſi per pharmaca occurratur in pus ueniunt. Epulis ἐπȣλίς item tumor iuxta dentem genuinum quandoque cum febre & dolore uehemente, adeo ut hiare prohibeat. Ariſt. in problem. ait dentes magis frigida, carnem uerò calida ſentire. Præterea dẽtium ſtupori portulacam cum ſale mederi. Plin. uerò eorum doloribus acetum calidum in ore retentum, ad candorem quoque facere teſtam marini conchilij ſale plenam atq; combuſtam. Mart. Anienis aquam dentes & ebur albos facere teſtatur.

Lingua Lingula

Lingua hominibus guſtus ſermoniſq; gratia data. Lingula uerò ſiue γλωττίς à natura conſtituta, ut arteriam quæ à cibo infeſtatur operiret. Eam habent tantum uiuipera, quibus pulmo, & cutis pilo intecta. Quibus uerò cortex ac penna operimentum: guttur uice lingulæ contrahitur & diducitur. Linguam uerò alia retinẽt intus ut formicæ, alia foris ut muſcæ aculeum. Tabanis acutiſſima, cõchis uerò mordax. Hæc Ariſtot. Aetius uerò commemorat Batrachum tumorem uocari ſub lingua maxime pueros infeſtantem.

Linguæ morbi

Ancylogloſſi ἀγκυλόγλωσσοι ex ipſa geneſi naſcuntur, cum membrana opponitur linguæ inferius Ex morbo fit quãdo ulcere præcedẽte dura macula lingua ſubſidet: tales male pronũtiãt. Ideo à quibuſdam Mogilali μογίλαλοι appellati, manu chirurgi curantur. Muti item & ſurdi teſte Plinio. Aphthæ ulcera etiam in ore ſummo, infantibus plæruñq; peculiaria uitio lactis quo nutriuntur calido humore corrupti. Oriuntur & ætate perfectis, quando humoribus eò calidis concurrentibus tumeſcunt ora aſpectu ſanguineo.

Faciei morbi

Deniq; facies ipſa, quæ ad contemplandum cœlum, rerum omnium conditorem erecta hominibus tantum data eſt, uarijs infeſtatur morbis. Quẽ uocant ἴονθοι, nos teſte Celſo Varos dicimus. Tumor eſt paruus & durus in facie ex humore craſſo & calido, curatur per pharmaca mollientia. Fiunt & Ephelides ἐφήλιδες ſeu ſtigmata, non enim altius penetrant. Celſus ſcribit quòd in facie ueniũt uari, lenticulæ, ephelides, que curari ineptæ ſunt, cum uulgo natæ ſint. Verrucæ tumores in uultu, Græci μυρμηκίας. hos Feſtus ſicut & hodie uulgus Coſſos appellat. Fiunt quoq; τραχύτητες ex humore, ex capite pityria adſecto. Serpuntq; uſque ad ceruicem, quandoque dolorem adferentes, & pruritum, ut ait Aetius. Scribunt Hippocrates & Celſus, Qui faciem diu pallidam aut liuidam gerunt, uel capite uel uiſcerum aliquo laborant.

GVTTVR, FAVCES.

Sphagitides Carotides

GVtturis utrinque fauces Sphagitides, Arteriæ ſurſum procedentes ultra aures Carotides dicuntur. Glandulæ item poſitæ in ipſis ceruicibus, quæ interdum cum dolore intumeſcunt. Deinde duo itinera incipiunt: Alterum aſperam arteriam nominant: alterum ſtomachum. Arteria exterior ad pulmonem, Stomachus interior ad nutrimentum: illa ſpiritum, hæc cibum recipit. Ipſa autem arteria dura & carthilaginoſa in pectore adſurgit: cæteris partibus reſidit. Conſtat & articulis quibuſdam compoſitis ad imaginem earum uertebrarum quæ in ſpina ſunt. Ita tamen ut ex parte exteriore aſpera, ex interiore ſtomachi modo leuis ſit, eaq; deſcendens ad præcordia.

Iugulum

Iugulum ipſum recuruum inter oſſa molliſſima, altero ſurſum, altero deorſum capite in exiguo ſinu pectoralis oſſis reſidit: Et cum lato oſſe ſcapularum, infra caput eius neruis & cartilagini connectitur.

Fauciũ morbi

Faucibus quoq; morbi ueniunt. Qui omnes in difficultate ſpirandi conſiſtunt. Dum modice eſt, neque ex toto ſtrangulat, δυσπνοία Dyſpnoia: cùm uehementer ἄσθμα Aſthma, cum uerò id acceſſit, ut niſi recta ceruice ſpiritus trahatur, ὀρθοπνοία Orthopnoia. Hæc Celſus. Sed & alij quoq; & gutturis & faucium à Paulo Aetio ac Celſo traduntur autoribus Anginæ. Cuius tria genera, Synanche, Cynanche, Paraſynanche. Præterea Pariſthmia, Vua, Tonſillæ, Struma, Dracontium, Cion, Aneuryſma, Broncocele. Anginam teſte Celſo Græci συνάγχην Synanchen uocant: morbum in faucibus acutũ, quãdo nec tumor nec rubor ullus apparet, ſed & corpus aridum, uix ſpiritus trahitur. Quando uerò lingua fauceſq; cum rubore tranſeunt, uox nihil ſignificat, cynanche κυνάγχη. Vbi autem tantum rubor & tumor eſt, nec cætera, Paraſynanche παρασυνάγχη. Aretæus medicus dicit his morbis cauſas eſſe plures. Frigus aut plagã ſeu frigidas potiones. Archigenes occultam dicit Synanches cauſam, in quoſdam deſcendentem neruos uim reſpirandi iugulantes. Pariſthmia quando loca gulæ anguſta præcluduntur, aut potione nimia uini aut hauſtu ſubito alicuius alterius rei, maximè acorẽ habẽtis, unde uehemẽs & ſubitus dolor.

Vua

Vua, ut eſt autor Galenus, ſimilis Acino in ſummo gargariſmi proueniens.

Cion

Eſt & quem uocant Ciona ſiue cionida, tumor item in gutture. Quando enim aut ex ieiunio adeo tenuatur ut lori modo ſit flexibilis: tunc chirurgia auferre iubet Leonidas medicus. Aetius de utroq; morbo ſic ait. Excreſcens caro in faucibus, ex rheumate uocem impediens, prælonga & tenuis, cion à columnæ ſimilitudine. Pinguior uerò tum profundior ac rotunda, Vua ab acini dicitur figura: quæ ſi catholicis non curantur remedijs, id eſt ſanguinis miſſione & purgationibus, ad chirurgiam recurrendum.

Aneuryſma

Aneuryſma ἀνεύρυσμα tumor eſt arteriæ præcluſæ, ut ait Galenus, è ſanguine & ſpiritu cauſam trahens. Fit autem cum uulnerata arteria pellis nequaquã ſuperinducitur, ſed ſerpit iterum materia ac redit eodem.

Strumæ Scrophulæ

Strumæ tumores in gutture ueluti glandulæ, quas Græci ἀδένες uocant, uulgò Scrophulas, nec diſcrepant à Græco uocabulo cum illi

χοιράδ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Tonſillæ χοιράδας etiam uocent. nonnulli tamen χοιράδας eas dicũt,
quas Tõſillas Plinius uocat:eſt enim caro durata circa guttur,
& alas,et inguina.nominis etymũ ἀπὸ τῶν χοιράδων,quæ
petræ ſcopuloſæ in mari dicũtur,uel à porcis quòd huiuſmodi
morbo infeſtentur.Fiunt enim duo plura'ue quælibet ſua in-
Broncocele cluſa pellicula,ſicuti ſteatomata uel atheromata. Quandoque
chirurgica egẽt manu. Broncocele,tumor eſt ceruicis inter
cutem & aſperam arteriam: quando hebes caro melli api'ue
Dracontium ſimilis cluditur,ut ait Celſus. Dracontiũ morbus apud In-
dos & Aegyptios in membris muſculoſis proueniens,uideli-
licet gutture,brachijs,coxis , cruribus. Soranus medicus hoc
ex animali quodam ſimili inter cutem innato dicit procedere:
Paulus animal eſſe negat : Nos Alatri inter Hernicos hodie
malum hoc frequens cognouimus. Ducunturq́; pro remedio
noctibus per urbem irrequieti,crepitantibus ſimul æreis ua
Spina ſibus,præſertim initio morbi.Spinam teſte Plinio è faucibus
eijcies,ſi nudis in aqua pedibus conſiſtes.

CERVIX.

CEruix ſiue collũ,quod Græci τράχηλον δειρὴν αὐχένα
dicũt,medium inter humeros & caput,nodos ſeu uerte-
Spondyli bras habet ſeptem,quos illi Spondylos , Homerus Aſtragalos
Epiſtrophe appellat. Primus Capiti proximus Epiſtrophe. Hippocrates
Dentem uocat. Duas habet iuxta caput probolas eminentes,
Axis quas cornices appellant. Secundus Axis à mobilitate dictus.
Duas probolas habet , altera primum,tertium altera attingit
Atlas nodum.Vltimus ex omnibus Atlas ſpatulis proximus , quòd
baiuli modo ac turbinis onera ſuſtineat. Suſtinetur præterea
collum neruis,quos à robore & firmitate Galenus & Pollux
Morbi ceruicis τένοντας,id eſt,tenontas appellãt. Morbi deinde ipſius Te
tanon,Opiſtoton,Emproſtoton,unus tamen morbus. Spaſmus
quidem eſt concreto ferè toto corpore è frigido humore,ma-
xime circa ſpinã muſculorũ,adeò quòd flecti nequeat.Quan-
doq; ex anteriore corporis parte , uocaturq́; Emproſtoton,
quandoq; è poſteriore,diciturq́; Opiſtoton. Interdum recto
corpore,uocaturq́; Tetanon.Hæc Paulus. Pelops uerò Græ-
cus autor Spaſmum,id eſt tenſionem hoc malum appellat, &
Syntomen muſculorum ac neruorum circa collum,cauſam di
cit eſſe muſculos craſſo ſpiritu ac frigido refertos. Quapro-
pter non humidam ſed ſiccam pyriã:tum ſicuti in ſpaſmo eua
cuationem his mederi.Signa morbi,difficultatẽ anhelitus, mo
tum arteriarum paruum ac tenuem,ruboremq́; in uultu,tum
oculos tumidos,urinam ferè aqueam uel ſanguineam.

THORAX, ET EIVS PARTES.

Thorax SEquitur thorax,pars ſecunda corporis,quã ab initio pro-
poſui.Hic,ut ait Pollux,à ceruice uſq; ad coxas protendi-
tur.Scapulæ quæ ceruici continuant. Os latum Scapularum
utrinq; tendit.Græci κλεῖδας & ὦμον uocant.Scapulas ue-
rò ipſas ὠμοπλάτας.poſtea ſequũtur humeri,dorſum,renes,
tergum,lũbus,ſpina quæ renes diuidit medios. Humeris iun-
cta brachia,ſub brachijs alæ,ſub alis latera,ſub lateribus ſuc-
cinctum,quod ὑπόζωμα uocãt. Nunc ſingulas reſumam par-
Scapulæ tes.Dorſum ponè pectus.Cuius partes Scapulæ & Spina, in-
Spina fraq; è regione uentris Lumbi,communesq́; partis inferioris
Coſtæ & ſuperioris Coſtæ octonæ.Nã de hominibus gẽtis Turdita-
næ,quos ſeptenis coſtis ferunt gigni, nullus idoneus eſt autor.
Spina dorſi cartilaginea eſt, principium & ipſa oſſium ſicuti
cor uenarum.Nam à ſpina oſſa continuant,ubi nodi ſeu uer-
tebræ neruis colligantur,quæ ſunt numero decem & ſeptem.
A quibus coſtæ duodecim,utrinq; exeunt.has πλευρὰς uocãt.
quarum aliquæ pectori iunguntur,aliquæ circa thoraca deſi-
nunt.Quæ pectori iungũtur octo.Harum quædam legitimæ,
quæ magnæ ſunt:quædã ſpuriæ dictæ,paruæ,ac pectori pro-
pinquiores. Hinc dolor pleuretis,id eſt,lateritius , cũ febre
plerũq; & tuſsi ac anhelitus difficultate:interdum etiam ſine
febre,ut Paulus ſcribit. Renum uitia διαβήτης diabetes, ut Renum uitia
Aetius tradit. Inueteratus hic morbus ex humore prauo con
geſto maximam inducit ſitim. Potoq́; ob debilitatẽ ſtatim uri-
na emittitur,uocaturq́; diabetes,quòd ſpeciẽ Siphonis præ ſe
ferat.Aretæus addit & uiſceribus eos ardere,nec diu uiuere.
Curantur humoris praui euacuatione.Fit et calculus in reni-
bus,in pueris præſertim defectu concoctionis, qui morbus &
ueſicæ accidit,uocaturq́; Lithiaſis. Thorax quoque laborat Thoracis morbi
doloribus,qui thoracis appellantur , eſt & eius morbus Em-
pyema ἐμπύημα,qui per uacua thoracis ſeu ſuccinctum uer-
titur,procedens uel ex ſanguine commaculato uel alicuius ui-
ſceris ulcere.Hinc ſtatim phthiſis ſolet ſequi. Signa , grauitas
thoracis , tuſsis breuis & ſicca doloribus admixta , ut autor
Paulus.Pectori iunctæ, Mãmæ tantum hominibus & ueſper-
tilioni,ut ait Clearchus Solenſis.

VISCERA, INTESTINA.

INteriora aut uiſceribus,aut inteſtinis continentur. Viſcera
ſunt cor,cerebrum,pulmo,ſtomachus,lien,hepar. Inteſtina
ex ſtomacho pẽdent,orbibusq́; implicitis excremẽta excipiũt
ac reddunt. Nunc uiſcera conſiderabimus.Quorũ præſtãtiſsi-
mum Cor,principiũ ſanguinis & uenarũ,præſertim Magnæ Cor
& Ahortæ.Hoc membrũ ex omnibus minimũ adficitur, utpo
te quòd alijs deficientibus ſalutem & opem ſubminiſtrat, ſitũ
in ſiniſtra parte,quòd hæc frigidior dextra,caloreq́; ipſius fo
ueri ſit neceſſe.Reliquis animalibus in medio pectore.In piſci
bus mucro turbinis caput ſpectat.Eius diſcrimina,amplitudo,
exiguitas,durities,mollities:hebetibus ſenſibus durum : inge-
nioſis mollius:timidis magnum quòd calorẽ proportione non
habeãt.At parum caloris in magno cõceptaculo exoleſcit,ex
quo ſanguis frigidior fit.cor magnũ proportione lepori,cer-
uo,muri,hyenæ,aſino,pantheræ, muſtelæ, reliquisq́; timidis.
Vni omnino homini ſalit propter adfectus , tũ iugiter pulſat.
Hæc Ariſtot.Galenus ait cordis calidi ſigna,reſpirationes, &
motus arteriarũ magnitudo ac denſitas.Præterea audacia &
in rebus gerendis promptitudo,pectus latum,ingens thorax,
deniq; toto corpore calor:contraria his ſigna frigidi. Circa
cor præcordia ſunt,Græce φρένες ἀπὸ τοῦ φρονεῖν,id eſt, ſape Præcordia
re.Hæc pars cor ac pulmonẽ diſcriminat,ut Ariſt. Celſus ait,
Sub corde & pulmone tranſuerſum ex ualida membrana ſe-
ptũ eſt,quod Diaphragma Græci appellant:hoc à præcordijs Diaphragma
uterũ diducit,eſtq; ueruoſum,multis eò uenis diſcurrentibus.
In parte igitur præcordiorum titillatio fit ob pellis tenuitatẽ, Titillatio
quibus telo transfixis uiſus eſt quãdoq; aliquis ridendo mo-
ri,ut Ariſt.& Plin.autores. Pulmo ſpirandi officio delega Pulmo
tur,hunc omnia terreſtria retinẽt.Piſces eius loco brãchias ha
bent,præter Balænas & Cetos ac omnia quæ reſiliunt,ut ſcri
bit Ariſt.A Celſo fingitur ſpongioſus,& ideo ſpiritus capax.
Spinæ quoq; à tergo ungulæ bubulæ modo diuiſus iungitur.
Paulus morbũ eius περιπνευμονίαν appellat quãdo tumeſcit,
plerũq; ex uehemẽti catarro,uel aſthmate,uel pleuritide.Hos
ſequitur difficultas anhelitus,febris,ſitis,& in ore rubor.Pul-
mo ſuillus & agninus,ut ait Paulus,pedẽ ex calceo læſum ſa-
nat,uulpinus ſi liquefactus potetur aſthmaticos. Marinus pul-
mo recens contuſus podagras. Hepar à dextera parte ſub Hepar
præcordijs,ab ipſo diaphragmate ſiue ſepto naſcẽs , intrinſe-
cus cauũ,extrinſecus gibbũ, quod prominet uẽtriculo reſidet,
et in quatuor fibras diuiditur.Hoc ut ait Ariſt ſecũdũ locum
inter uiſcera obtinet.Sanguinis eſt poſt cor receptaculũ. He Hepatici
paticos uocat Aetius ſicuti & ſtomaticos & cœliacos,qui ci- Cœliaci
tra tumorẽ adeò eo mẽbro debilitantur,ut ex eo ſanguis per
uentrem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uentrem effluat. Galenus ait quòd more ſplenis hepar etiam tumeſcit quãdoq; & indurat,ex quo ſitis ſequitur, & cibi inappetentia.Idem hepatis frigidi ſigna ponit anguſtiã uenarũ, pituitam,& ſanguinem cũ toto corpore frigidiorem,niſi forte cor caleat.Contraria his calidi.Hepar aprugnũ nuper exſiccatum atq; contritum ex uino facit ad ſerpentium morſus. Anthiæ ſiccum epotum ad calculos. Canis rabioſi aſſatũ atq; manducatum ad eius morſus.Lacertæ ore contritũ ad dentiũ dolores.Caprinum item aſſatum ac oculis perfrictum ad Nyctilopas. Fel ſub hepate apparet anguſto ore,fundo ampliore,cui peculiaris amaritudo.Volatilibus amarior quàm quadrupedibus.Calidior autem ac ſiccior flauus quàm pallidus, flauo item uiolaceus.Hoc multa carent animalia. Splẽ Græcè λίην in ſiniſtra parte ex hepatis regione : eius ſubſtantia mollis ac tenuis,et humorem apta recipere craßiorem.Nam & ſanguinis fæcem & partem trahit,& hũc humorem melancoliam Galenus uocat.Hic ſanguinem per arteriam trahẽs ac tenuans ſeipſum nutrit.Eius natura ſignis extrinſecus deprehenditur,ſi frigidus an calidus,ex patientia & impatiẽtia frigoris,ciborum delectationibus & alijs.Celſus ait: Lien ſiniſtra non diaphragmati,ſed inteſtino innixus natura mollis, paulum à regione coſtarum in uterũ excedens,maxima parte ſub his conditur.Trahit ab hepate melancholicũ humorẽ, qui ſanguinis fæx exiſtimatur.Morbus eius quando tumeſcit, primo cum dolore,deinde citra dolorem dureſcit:his os fœtidum,ulcera in coxis. Intemperantius is cum uenerit curabitur,ſicuti aquæ morbus.Ariſt.de animalibus I I I.ait, Quoties in lunæ excremento plus diuertitur quàm calor eius uiſceris poßit conficere,Lienoſi ſunt.Plin.uerò homines in Cauno inſula pallido colore ac lieneſos appellat. Hinc Lienteria, leuitas inteſtinorum. Stomachus,ut ait Celſus, inteſtinorũ quidem principium,neruoſus à ſeptimæ ſpinæ uertebra incipit.Circa præcordia autem uentriculo connectitur pars quæ uocatur ſecundum Pollucem,Os uentris ſub ſtomacho ſita iuxta pulmonem.Ariſtot.pericarpion uocat. Hæc receptaculũ cibi eſt inter lienem & iecur poſita.Stomachi frigidi ſigna ſecundum Celſum pallor,macies,præcordiorum dolor,uomitus in ieiunio,dolor capitis:remedium,clara lectio, deinde deambulatio, adſidue ungi,& lauari,uinum frigidum tenueq; bibere. Hyptiaſinus inter eius morbos.Qui,ut ait Galen.eſt cõuerſio ſtomachi & Atonia ex humore imperante. Ex quo non facile concoquit.Curatur pharmacis ſiccantibus. Nauſea faſtidiũ ſtomachi dicitur ob prauum humorem circunſtantem, Hãc comitatur Anorexia,id eſt cibi inappetentia : pellitur olfactu aceti,tum alijs acutis odoribus. Bulimus Βέλιμ☉, quem nos magnam famem interpretari poſſumus,cũ ob famem ſtomachus deficit,Paulatimq; adeo frigeßit, ut partes extremæ deſtituantur.Curatur & hoc aceti aut panis à furno recentis olfactu,tum ſi extrema membrorum aqua calida foueantur.

Fel

Splen

Lienoſi

Lienteria

Stomachus

Stomachi morbi

Lygmus Latine ſingultus fit ſtomacho ob ſaturitatem, uel quãdoq; uacuitatem. Stomachia,id eſt ςομαχία & σκελιτία Strabone teſte,morbi quos Romanæ legiones in Arabia duce Aelio Gallo tẽpore Auguſti ſenſerunt. Meminit et Plin. li.X X V.cap.I I. Cardiacus morbus in ore uentris,quod Græci antiqui cardiam uocabant,accidit cum febre acuta,& motu arteriarum frequenti & obſcuro:recreatur olfactu ſpongiæ, & flabelli uentilatione.Celſus ſic ait,Stomachum multa exagitant,calor,inflãmatio,exulceratio,pituita, bilis.In omnibus autem eius malis utenda exercitatio.Sed uitium uulgatũ ante omnia eſt reſolutio, quam Græci Atoniã uocant,cum cibi nõ tenax eſt.his optimum balneum,lectiones,exercitationesq; ſuperioris partis:perfundi frigida,& cibi frigidi qui non facile concoquantur. Deinceps Inteſtina dicenda,quæ ut diximus, è ſtomacho pendent, initiumq; trahunt. Nomina eorum ſex, ab dextro latere duo, Ieiunum Gracile : totidem ab læuo, Rectum,Cæcum:Colon ieiunum dicitur, quòd nũquam quod accipit continet, ſed protinus in inferiores partes tranſmittit. Inde tenue inteſtinum eſt renibus uehementer implicitum. Orbes uerò eius per membranulas inferioribus connectuntur, qui in dexteriorem partem conuerſi, & è regione dexterioris coxæ finiti,ſuperiores tamen partes magis cõplent. Deinde ad inteſtinum cum craßiore altero tranſuerſo coniunctum.quod ab dextera parte incipiens in ſiniſteriorem peruium,ac lõgum eſt in dexteriorem.Id ideo Cæcum nominatur.Ad id quod peruium eſt,late fuſum atq; ſinuatum, minus quàm ſuperiora inteſtina neruoſum,ab utraq; huc atque illuc uolutum ſiniſtriores inferioresq; partes tenet. Contingit iecur atq; uentriculum,& deinde cum quibuſdam membranulis ab ſiniſtro rene recuruatum in imo dirugatur,qua exeunt: ideoq; ibi rectum inteſtinum nominatur. Gracile inteſtinũ Ileon,plenius Colon dicũt.Eſt enim Colon pars craßioris inteſtini propaginem habens,fertur ab dextro in ſiniſtrum latus modo zonæ.Huic dolores maximi,qui appellantur Colici,uel propter craſſum pituitoſumq; humorem, tunicas ipſius operientem ac ſpiritum prohibentem:uel acutum calidumq; ante etiam tumorem inflammationemq; ſpiritus utcunq; torquetur,ſæpeq; aditu intercluſo,excrementa per ora emittuntur. Ileus inteſtini gracilioris morbus eodem ferè effectu ἀπὸ τοῦ ἰλεῖν,id eſt uertere.Huic multa medentur.Tum ſubitaneum illud,Pſellum ex aqua frigida epotum,ut Paulus.

Inteſtinorum ſex nomina

Ileon

Colon

Ileus

VENTER.

VEnter ipſe quem tertiam eſſe corporis partem diximus, inteſtinorum excrementorumq; cõceptaculum eſt.Huic ſumen ſeu abdomẽ adiungitur,cuius poſtremum Aqualiculus dicitur,ut placet Ariſtot. Huius morbi complures à Paulo, Aetio,Galeno ac alijs memorantur.Cholera, Dyſenteria ſiue Tormina,Tineſmus,Lienteria,Cœliacus,Syntexis, Tormina, Vermina,Empneumatoſis,Emphyſima,Fluxus. Igitur Cholera numero plurali,uentris turbatio facta & per inferna & per uomitum ob cruditatem & paruos humores aggeſtos. Cholera uerò numero ſingulari pro bile ponitur apud Lampridium tantum in Alexandro. Dyſenteria,ut tradit Archigenes,ulceratio arteriarum ac uiſcerum perſeuerans,ex cauſis extrinſecus,uidelicet frigoris,caloris,potionis,cibiq; minime cõcocti aut acuti. Habet ſimilitudinem cũ Tineſmo,qui uoluntas eſt inefficax excreandi,ſanguinis tantum aliquid emittens.Hũc morbum Celſus dicit Tormina à Latinis appellari.

Vẽtris m

Lienteria,ut ex argumento nominis apparet,interiorum leuitas & liquatio eſt.Fit ſæpe præcedente Dyſenteria,quando cibus citra coctionem liquidus excreatur. Syntexis quando humoribus eò deſcendentibus ſimile quiddam flauæ bilis excreatur.Generatur è febre urente omnem extrinſecus humorem. Cœliacus morbus item,cum uentri liquida emittũtur gratia debilitatis.Si ab autumno in hyemem durauerit, uix curabilis.Cauſa morbi ſuperfluus & alienus cibus,continua frigora,ſeu calores uehementes. Vermina uentris uiſcerumq; dolores. Empneumatoſis uẽtris inflatio, humoribus pituitoſis in uapores reſolutis, ex mediocri calore. Nam ingens frigiditas haud omnino uaporem gignit, quod nequaquam extenuat cibum aut reſoluit : uehemens enim calor cibum digerit, mediocris in uapores cibum ex frigido humore conuertit. Aetius uerò de his morbis ſic ſcribit. Empneumatoſis ſeu Emphyſima ſpiritus inflatio ſub cute, quandoque ſub pelliculis & muſculis congeſtus.Fit & in uentre, & intraneis, & in hydropico tympanite. Occurritur pharmacis diaphoreticis pinguium humorum. Fluxus uentris, de quo Celſus ait, Vno die fluere aluum, ſæpe pro ualetudine eſt, atque etiam pluribus dum febris abſit, & intra ſeptimum diem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

diem cõquieſcit, Purgatur enim corpus, & quod intus læſum erat utiliter effunditur: uerum ſi perſeuerat, uomitu utendum poſt cibũ. Item balneo ac frictionibus præter uentrem.

Vermes in aluo

Naſcuntur & in aluo uermes, quos græci ἕλμινθας uocant. Trium ſunt generum, Lati, Teretes, & quos à uermiũ ſimilitudine Aſcaridas illi uocant, inteſtini recti extremo plurimum reperti, ſicuti in gracili teretes, Celſus hos omnis cõmuni uocabulo Lumbricos uocat. Idem aluum deijciendum ſuadet, Quæ ſi ſit adſtricta medicamentis quærenda deiectio. Adſtrictam faciunt labor, ſedile, quies. Lactantius duas in utero fiſtulas ponit, Spalim & cibalem: hac cibus, illa potus.

Vmbilicus

In uentris medio Vmbilicus ponitur: hic ſeptimo die infantibus reſoluitur magno ſanè periculo. Nam ante reſolutionem ipſam, ut ait Plutarchus in problematis, infans plantæ propior eſt quàm animali. Quando tumet Exomphalon uocant, aut intraneis eo concurrentibus, aut certè carne ſupernaſcente. Moges medicus tris cauſas poſuit. Aut inteſtinum, aut omentum, aut humorem in eum deſcendere.

VESICA, GENITALIA, GENITVRA.

Veſica

VESICA quarta pars corporis, quam Græci κύστιν uocant in ipſo ſinu neruoſa, & duplex, ceruice plena, ac carnoſa: iungitur per uenas cum inteſtino, eoq; oſſe quod pubi ſubeſt, ipſa ſoluta liberior eſt, aliter in uiris, aliter in fœminis poſita. Nam in uiris iuxta rectum inteſtinum collocata, in ſiniſtrã partem inclinat. in fœminis ſuper genitale eorum ſita, ſupraq; elapſa ab ipſa uulua ſuſtinetur. Tum in maſculis iter urinæ ſpatioſius & cõpreſſius à ceruice huius deſcendit ad colem. In fœminis breuius ac plenius uuluæ ceruix ſe extendit.

Ilia

Ipſa autem Ilia inter coxas & pubem imò uentre poſita ſunt, à quibus ac pube abdomen ſurſum uerſus ad præcordia peruenit, ab exteriore euidẽte cute, ab interiore breui membrana incluſum, quæ omento iungitur. Qui peritonæus à Græcis uocatur. A Renibus uenæ ad ueſicã feruntur colore albæ, quas Græci κρήφιρας uocant, quòd per eas inde deſcendẽtes uenæ in ueſicam diſtillare incipiunt.

Veſicæ morbi

Morbos ipſius ueſicæ uarios eſſe conſtat. Primũ quoniam hunc locum urinæ receptaculũ natura parauit, eius prohibitio potiſſimũ fuerit malum. Probibetur autem VIII. de cauſis, ut ſcribit Paulus, Tumore, duritiæ, ἐρημώσει genitalis, paralyſi, paraptoſi item genitalis. Sympathiſi, διαβρωτικῇ ulceratione, Lithiaſi cum lapis in ueſica generatur. Nomina uerò retinendæ urinæ tria, Iſchuria quæ omnino prohibet. Dyſuria, cum non quidẽ prohibens, ſed cum difficultate emittens. Tertia Stranguria cum paulatim & cum dolore emittitur.

Teſtes, Colei

Hinc teſtes ſequũtur in maribus quos διδύμους Græci uocant, nos etiam pares, de quibus Celſus ſic ait. Simile quiddam medullis habent, Nam ſanguinem non emittunt: dependent uerò ab inguinibus per ſingulos neruos quos Cremaſteres κρεμαστῆρας Græci uocant, cum quorũ utroq; binæ deſcendunt arteriæ & uenæ. Hæ autem tunica teguntur tenui & neruoſa, alba ſuper ea ualẽtior tunica, quæ interiori una parte inhæret, Dartos Græcè uocatur. Membranulæ uenas, & arterias, eosq; neruos cõprehendunt, atq; inter has duas tunicas ſuperioribus partibus lenes perutilesq; ſunt. Hactenus propria cuiq; teſticulo, & uelamenta, & auxilia ſunt.

Cremaſteres nerui

Scrotum ὄσχεον

Cõmunis deinde utriq;, atq; omnibus interioribus ſinus eſt, qui iam cõſpicitur à nobis, ὄσχεον à Græcis, Scrotum à nobis dicitur. Is ab una parte medijs tunicis leniter innexus eſt, à ſuperiore tamen circundatus.

Scroti uitia

Sub hoc genere plura uitia eſſe conſueuerũt, quæ modo ruptis tunicis, modo integris, modo morbo aut pondere deductis eò aut omento aut inteſtino, uocaturq; à Græcis Enterocele & Epiplocele, apud nos unico nomine Hernia dicuntur. Integris uerò membranis interdum eam partem humor diſtinguit. Eius ſpecies duæ, uel inter tunicas creſcit, uel in renibus. Quæ circa uenas & arterias ſunt Græci uno nomine Hydrocelen ὑδροκήλην uocant. Præter hoc integris tunicis Ramex naſcitur, Cirſocelen illi appellant, cum uenæ intumeſcunt, ipſum Scrotum implent. Quum uerò ſuper ipſum teſticulum neruumq; eius id malũ increuerit, ut alter ſit altero maior, caroq; inter tunicas triſtior, Sarcocelem dicunt. Interdũ etiam inflammatione tumet ipſe teſticulus febresq; facit, cum dolor ad inguina peruenerit Bubocele.

Genitale Coles Glans Genitalis uitia

Genitale ipſum Coles dicitur: ſummũ eius caput Glans appellatur. Cuius uitiũ aut ſi nuda ſit, aut ſi contecta nudari nequeat, quòd Græci malum Phymoſin φύμωσιν dicunt. Priapiſmus cum tentus Coles iugiter fuerit citra uoluntatem ueneriorum. Fit ex humore craſſitudineq; Herneorũ, inflammante ſpiritu & calore mediocri, Cui rebus frigidis occurritur. Naſcũtur & in glãde Thymi, qui ulcera ſunt carne ſupernata. Phymata etiã dicũtur abſceſſus minuti in fiſtula urinæ, ut ait Celſus. Gonorrhœa γονόῤῥοια huic parti ſolet accidere, genituræ uidelicet emiſſio nomine uoluntaria, ex debilitate proficiſcẽs, cui occurritur, ut idem dicit autor, frictionibus, & gelido cibo ac potu, tum abſtinendo à rebus inflantibus.

Hermaphroditi

Hermaphroditos quoq; inter huius loci uitia ponit Leonidas, eosq; diuerſo genere. In uiris quandoq; circa Scrotum mediũ genitale apparet muliebre. In fœminis, item cum ſuo uirile. Curantur quandoq; Chirurgi manu.

Vulua Secundæ Loci Vuluæ uitia

Fœminæ quoq; genitale uulua. Cuius duæ partes, interior quam Euripides ἀμνίαν uocat, & exterior quam Græci χωρῖον ſiue ὑστέρας. Nos Locos & Secundas uocamus ubi generatur infans. Legitur hæc pluribus & ipſa malis obnoxia. Nam ſæpe tumeſcit, aut ex plaga, aut defectu menſium. Quandoq; ex ipſa geneſi clauſa, aut operta eſt carne ſupernata: aut ſinus ipſe aliqua membrana circa os uuluæ obducitur. Hæc Philomenus. Soranus autem ipſam quãdoq; durari ait, nulla euidente cauſa, tumore neq; ſoluto, neq; in abſceſſum tranſeunte: morbus is σκίρρωμα Sciroma dicitur, plerunq; circa ipſius ceruicem proueniens. Fiunt autem, ut autor eſt Aſpaſia, in uulua Hydrocele & Bubocele in parte dextra, & Cirſocele, eſt enim tumor cũ duritie, quæ omnia Chirurgia indigent. Inſuper & uuluæ ſtrãgulatio, & Hypercatharſis, cũ fluente ſanguine menſes longiore tẽpore cõtinentur.

Fluxus muliebris

Eſt & fluxus muliebris, quem Græce ῥοῦν uocant, differens ab Hæmorragia, quòd hæc puriore ſanguine emittitur, Fluxus uerò hic marcente ac tabido: uitio diuturniore. Ruber plerunq; florentibus emittitur, albus uerò defloreſcentibus. Si perennauerit, incurabilis uterque. Tempus muliebre Plin. Menſes, Græci ἐμμήνια uocant. Contingit circa annum XIII. raris antea, rariſſimis poſtea: perſeuerat uſq; in annum XLV. quibuſdam uſq; L. raris ad LV. Durat autem dies ſex, quandoq; VIII. rariſſimè IX. Coeundi omnibus ſtatuta tempora, præterquàm homini, cui etiam poſt coitum pœnitentia, auſpicium uidelicet uitæ à pœnitenda origine.

De genitura

Sed & locus poſtulat, quando de genitalibus diximus, ut de genitura pauca dicamus, quam æquiuoce Latini, & Semen, & Geneſim ipſam appellant. Semen quòd Græci γόνην uocant, ut eſt autor Ariſtotel. homini proportione copioſius emittitur quàm cæteris animalibus. Hinc poſt coitum laſſitas prouenit. Præterea toto exit è corpore. Argumentũ eſt filiorum ſimilitudo, ex paruis interdum corporis notis parentes referentium. Mulieri uerò, ut placet quibuſdam, ſemen non emittitur, ſed eius loco menſium ſanguis: aut ſi emittitur, paruũ id quidem, nec neceſſarium conceptui. Viri genitura uim habet coaguli. Herodotus, ut ait Ariſtot. uera non ſcribit, nigram Aethiopum eſſe genituram, Quaſi ſit neceſſe omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Animalia parua fœcūdiora nigra eſſe, quibus nigra ſit cutis. Animalia parua fœcundiora, quòd ſemen in magnis abit in membrorū magnitudinem. Quare gallinæ Adrianæ, paruæ admodū, fœcundiores ſunt. Genitale item magnum infœcundius, quòd genitura longo itinere fiſtulæ refrigeratur, uimq; amittit. Semen ipſum in locos uuluæ concedens, ut ait Hippocrates, more panis in clibano, ſpiritu ſimul & humore inflāte, adhibito calore extumeſcit. Cutis ex humore obducitur. Oſſa paulatim coaleſcunt. Fœmina diebus XLII. mas XXX. abſoluitur: quoniā in fœminis genitura humidior, debiliorq;, ac plus aliquantulum temporis expoſtulat. Signa cōcepti hominis uomitus & mulierum malacia. Ferunt X. non amplius menſes, quædam VII. nonnullæ VIII. quanto minus habet infans nutrimenti, tanto citius exit. Mares in hominum genere, quòd calidiores molliores'q; in utero ſunt, motuq; ipſo frangantur, citius pariuntur. Fœminæ contrà longiore tempore in utero continentur, ubi in lucem uenerint celerius conſeneſcunt. Nam & pubes, & ſenium illis, quòd natura frigidiores debilioresq; ſint, prius contingit. Deniq; ſexus fœmineus tanquàm naturæ detrimentū aliquod putandus. Natus uerò alteri parēti ſimilior, unde plus acceperit materiæ, eiusq; magis refert

Futuri ſexus ſigna ſexum ac naturā, cuius genitura præualuerit. Sunt & futuri ſexus ſigna quædam, ſi coitus matutinus fuerit, ſi in dextro latere infans conſederit mas erit, ut tradit Hippocrates: ut autem Aetius, ſi dextra mammilla tumidior fuerit, oraculum autem ſi dextræ manus arteria uelocius pulſabit. Ambo uerò contraria ſi fœmina. Partus uerò difficultas, quam Græci δυςοκίαν uocant, fit uel circa parientem, uel quæ iam peperit, aut in locis uel extra. Circa parientē multæ ſunt cauſæ. Debilitas naturalis, anguſtia uuluæ, tumor ſecundarum ante horā partus. Circa grauidam quando pōdus præter magnitudinem formamq; naturalē gerit, uel ſi præ-

Dyſtocia ter modum naturalem naſcitur. In locis Dyſtocia fit quādo uia anguſta reddatur, Extra uerò fit ſiue ob frigus concre-

Atocia tum, ſeu nimiū calorem uim naturalem diſsipantem. Atocia uerò medicamenta ſunt apta faciūdis abortiuis. Mulieris partus facilior, ut inquit Ariſt. quæ laborat, neq; otioſa neu ſellularia ſit. Labor enim excrementa abſumit quæ augentur

Quomodo puer naſcitur in otio. Naſcitur puer capite deorſum prolato, manibus

Agrippæ ad fœmina protenſis, pedibus extenſis. Qui uerò præter naturam, aut obliqui, aut pedibus prioribus, ut Agrippæ in-

De monſtris fauſto omine. Ariſtot. ſcribit monſtroſos partus naſci à Democrito putari, quòd duo ſubeant ſemina. alterū alteri, quibus in utero poſtea confuſis, euenit ut membra coaleſcant atq; diſsideant. Nam & auium in crebro coitu ſemper oua colore uariare. Ipſe uerò cauſam in materiam transfert. Quapropter rarò fieri monſtra in his qui ſinguli pariūtur: ſed in partu numeroſo. Nos Romæ uidimus Alexandri temporibus infantes geminos ſimul coniunctos aduerſis inter ſe uultibus ac manibus in eodem corpore: qui tamen parum uixerunt. Nec longè poſt duo ſucceſſere prodigia, quæ fidem omnem excedunt. Duarum uirginum altera ex canis concubitu ſemicanem peperit. altera nuptiarum die ſubitò erupto genitali uir marito apparuit. Vterq; igitur caſus ad eundem pontificem expiationis gratia meo fratre Mario conciliāte relatus, & Minotaurum quondam monſtrum, & Plinij uerba credibilia fecere, L. Coſsitium in Africa factum ex fœmina marem in ſimili die ſe uidiſſe teſtantis.

Inſaniæ genera INSANIAE ſiue torporis genera diuerſa eſſe, diuerſisq; è partibus corporis oriri conſtat. Celſus in pri-

Phreneſis mis tria narrat. Phreneſim, cum quaſdā uanas imagines, quamuis adhuc ſapiat, accipit. Perfecta eſt, cum illis imaginibus addictus eſt. De phreneſi Poſsidonius Græcus autor in hanc ſententiā ſcribit. Tumor eſt membranarū circa caput cum febri acuta mentē alienans: raris accidit in prima febre, plerisq; in quarta quinta ſeu ſexta, prouenit è flaua bili. Eius tria genera. Quidā in Phantaſia tantū læduntur ſalua ratione & memoria, quanquā malè imaginantur, bene iudicant. Alij & rationem deperdunt incolumi memoria, amiſſa deniq; memoria omnia funditus ruunt. Quapropter eius ſtatus conſiderandus, ut ait Rufus medicus. Si humida, profundos ſomnos facit: ſi ſicca, uigilias: ſi humida cum paruo frigore, ſtultitiam. Eius unicum & præſtantiſsimum remediū corpus extra intraq; calefacere: præterea uinū albū ac tenue. Aqua omnino inutilis, cum eam humidam, Venus quoq; frequens

Triſtitia animi frigidā & humidam reddit. Hæc Rufus. Alterum inſaniæ genus ſine febre in omni triſtitia uerſatur, quam uidetur bilis atra mouere. Huic utilis purgatio ſanguinis, & abſtinentia, præterea obiurganda uana triſtitia, ſpes ei proponēda, eius

Melancholia opera aliqua laudāda. Tertium genus Melancholia dicitur, quæ uel in cerebro, uel in toto fit corpore: Ex his quidā imaginibus non mente falluntur, ut Oreſtes & Aiax. Quidam animo deſipiunt, ſubitò enim terreri & expaueſcere huic morbo prodeſt. Si in triſtitia, nigrum ueratrū, Si in hilaritate inſanit, album dandū. In hoc genere cauenda ſolitudo, ac cum notis & familiaribus congrediendū, eis præſertim quibus minimè contemptui ac neglectui ſit. Mutandæ item regiones, & cū mens redit, annua peregrinatione utendum. Memorantur & à Marcello medico ſpecies illæ Me-

Lycantropia Cynantropia lancholiæ Lycantropia & Cynantropia, quibus noctu excitantur, & more canum aut luporum perambulantes uſq; in diem & monumēta. Noſces eos colore pallido, lingua ſicca, cauis oculis, ulceroſis cruribus. Mania, ut Archigenes & Poſsidonius ſcribunt, ſine febre generatur ex multo ſanguine corrupto ad cerebrū confluente. Cui ſæpe ebrietas, quandoq; flaua bilis in cauſa eſt. Ex quo audaces ſunt huiuſcemodi, & iracundi, leui quidem de cauſa. Inſuper & hilares aut uano riſu, aut cantu. Deniq; ratio in his læſa, memoria uerò

Erotes incolumis. Erotes ἔρωτες quoq; inter Melancholiæ morbos à Paulo ponūtur, qui nimia amoris cura in ægritudinem ueniunt, oculis ſunt cauis, obductis ſupercilijs. Curantur uini potatione, balneis, ſpectaculis, & alijs rebus iucundis, quibus mens blande ab ea cura auertatur ac deliniatur. Præter quæ & metu & alijs curis amorū cura extinguitur. Eſt & Le-

Lethargus thargus morbus Phreneſi contrarius; hic peruigil, ille dormitans: hic è flaua, ille ex atra bile. Lethargo cōſanguineus

Veternus Veternus, quā Græci νωθρώτης, alter obliuiōe, alter ſomno

Catoche Catalepſis ſemiſepultus. Catoche & Catalepſis morb. medius inter Lethargū & Phreneſim, ex humore melancholico cū febre uenit, ſimilis Lethargo, quandoq; uidetur dormire, quādoq; oculos apertos ueluti concretos & immobiles ſine ſenſu habere. Motum arteriarum paruum ac pigrum. ex Aetio.

Caros Sopores Scotoma Caros quoq; ſomnolentiæ genus ἀπὸ τȣ̃ κάρος, id eſt, capite. Plinius Sopores conuertit. Scotoma & Scotomatici, quem nos morbum uertiginem appellamus, cum tenebræ ob oculos uoluuntur, ut aiunt Archigenes & Poſidonius, procedit ex uaporibus ad cerebrum delatis. his oculorū hebetudo, auriū ſonitus, ſemiſurditas: quod accidit plerunq; cum ſurgitur è ſomno aut è ſella in ipſa cibi concoctione: uel cum circumactio corporis fit, uel etiam ebrietas, aut

Incubus ſiue Ephialtes ſaturitas nimia. Incubus, quem Græci Ephialtem uocant, à quodam, ut ait Paulus, uiro eius nominis id patiente cognominatum. Themiſon in epiſtolis Perigaliona eum uocat,

Perigalion quòd in eo conſtituti in ſomnis ſtrangulari uideantur, aut membris aliquib. detineri, aut cadere ex alto, aut uoce, aut uenere parata prohiberi. Curandus igitur ab initio: Nam inueteratus aut in Apoplexiam aut certè maniam cadet. Prouenit ex atra bile & craſsis humoribus ad cerebrum ten-

Epilectice dentibus. Epilectice ferè ſimilis Incubo morbus. Nam quod illi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

illi noctu, hi interdiu patiũtur. Diſtentio ac ſpaſmus eſt quidam totius corporis, procedens quandoq; ex ipſo cerebro, quandoq; ex uentre aut pituita aut atra bile. Fit plurimum in adoleſcentibus, inſequuntur ſomnia turbatiora, proximorum obliuio, dolor capitis, pallor uultus. Eius Galenus tris ſpecies ponit, omnium enim commune eſt cerebrum pati. Quandoq; morbi fit initium aut in cruribus, uel coxendice, uel ſpina. Medetur Epilectico Aſphaltus ſuffitus, Agagates lapis, cornu caprinum, hircinum hepar commanducatũ & odor aſſati hepatis. Iul. Cæſarem ſucco herbæ heracleæ cum carne uituli marini ex hoc morbo liberatũ fuiſſe memoriæ proditũ eſt.

Apoplexia
Paralyſis

Apoplexia aut toto corpore fit, aut partim adfecto, & Hemiplagia dicitur. Paralyſis omnino ex neruorum reſolutione & debilitate prouenit, & ſenibus oritur, ſæpe ex potatione frigidæ & maximè in febribus intempeſtiue ſumptæ, tum etiam ex humoribus frigidis & craſſis, & uini immodici uſu. Si ſine febre, diæta & prohibitione noxiorum tantum curandum. Si cum febre, ieiunijs, balneis & alijs curis occurrendum.

Attoniti

Attoniti, id eſt, ἀποπληκτικοί, quando mens & corpus ſtupet: his ſanguis mittendus alui ductione, & ueratro albo utendum.

Spaſmos

Spaſmus neruorũ diſtentio ſiue rigor. Fit autem è ſiccitate nimia in euacuato corpore.

Hydropicorũ genera
Aſcites
Tympanites
Sarcites

Hydropicorum tria genera: Aſcites, Tympanites, Sarcites. Aſcites in medio Peritoneo, & intraneorum aquæ immodicæ cumulus. Tympanites in eiſdem ferè locis ſpiritus incluſi tumor, ut corpus tympani modo infletur. Sarcites carnis exturbatio. Cõmunia tamen illa omnibus, Difficultas anhelitus, pallor, pigritia, ſitis. Cauſa præcipua hepar frigore adfectum, & quandoq; ſanguinis euacuatio. Licet enim hinc aſpicere. Si hepar in frigidam mergatur aquam effundi prius, deinde durari. Hepar enim cum liene in humorum adfectionibus concurrit. Tympanites periculoſior, utilis his potus abſtinentia. Memoriæ proditũ eſt Metrodorum Epicuri ſociũ huic morbo obnoxium ſolitũ quidem bibere, ſed paulò pòſt uomere. Hæc ex Aetio. Plinius item dicit equitem Ro. in eodem morbo paulatim nõ bibere adſueuiſſe.

Aqua intercus
Ictericus

Vocatur apud Latinos Aqua intercus. Curantur hi quibus abſtinentia facile imperatur. Ictericus morbus, autoribus Ruſo & Galeno dicitur è ſimilitudine animalis, quòd ἰκτίς appellatur: eſt enim agreſtis muſtela oculos habens auri fulgore: eodem modo Icterici pallor ex felle in totum corpus refuſo, nec in locũ excrementorũ tendente, uia præcluſa ueſicæ recipientis fel. Quapropter tam ex ſplene adfecto quàm hepate procedere poteſt. Fit ſine febre & dolore ex atra bili: Eminet in uultu oculiſq; pallor, & pigritia, ac ſine ratione triſtitia. Diuerſa quoq; obijciuntur phantaſmata. Nulla cibi appetentia, Styptica aluus, alba excrementa, ut Alexander ait in problematis.

Morbus Regius
Arquatus

Plinius uerò dicit Ictericum eũdem eſſe cum Arquato ſeu regio morbo, ab Icterone aue, quem nos Galgulũ dicimus. Appellatur autem regius, quòd, ut ait Celſus, apparatu regio & lautitie & ludis exhilarandus hic morbus eſt. Arquatus uerò ut Feſtus ab arquus cœleſtis colorum uarietate, quos facies adfectorũ reddit.

Morbus comitialis

Comitialis morbus, quando quis ſubito concidit, ex ore ſpuma mouetur: deinde paulò pòſt ad ſe redit, magis uiros quàm mulieres infeſtat. Solet tamen eſſe non periculoſus. De hoc multa Celſus. Etymum eius deducitur quòd in comitijs plerũq; ubi turba maxima, frequẽter ſolebat accidere: uel quòd ſi forte alicui accidiſſet, comitia dimittebantur.

Lunatici

Hos etiã uulgus Lunaticos appellat, Apuleius à Græcis morbũ hunc diuinum etiam uocari dicit, quòd in eo pars quoq; rationalis animæ tentatur, ac de ſtatu deturbatur. Dicitur item caducus à cadendo eodem teſte autore, cui Theophraſtus librum dicauit. Ariſtoteles in problematis dicit, ſi in dextrum corruat latus, difficiliorem eius eſſe curationem. Optimum autem huic remedium pellis ſtellionis more ſerpentis recenter exutæ.

Animi defectio

Animi defectio, quàm Græci λειποθυμίαν appellant, cum febre & ſine febre ſolet euenire ob manifeſtam cauſam, uidelicet ob nimiam ſanguinis ſeu uẽtris euacuationem, uel ob continuum motum ſeu dolorem: cui medetur eorum prohibitio, per quæ in morbũ inciderint: autor Philomelus.

Tabis genera
Atrophia
Cachexia

Tabis genera tria, Atrophia quando corpus non alitur, continuo aliquibus decedentibus, & nullis ſuccedentibus: ac ſumma macies oritur. Cachexia καχεξία ubi malus corporis habitus, ex qua omne alimẽtum corrumpitur. Quod ferè fit cum longio morbo corpus extenuatur, etiam ſi ab illo uocauerit, tamen refectionem ob debilitatem nõ accipit. Archigenes medicus ait pueris & ſenibus id plerũq; ſolere euenire. Quandoq; uerò è ſoliti excrementi retentione.

Phthiſis
Exulceratio

Tertia phthiſis longè periculoſiſſima. Omnes ferè à capite, inde in pulmonem diſtillant. Huic accidit exulceratio. Ex hac uerò leuis febricula fit: quæ quanquam ceſſat quãdoq; reuertitur. Frequens tuſſis eſt: Pus excreatur: interdum cruentum aliquid. huic utilis nauigatio, ex Celſo & Aetio.

Perniones

Perniones uocantur in frigore combuſtis ac torpentibus: quibus, ut ait Ariſtoteles in Problematis, aqua frigida medetur: calida ab initio cauẽda.

Intertrigo

Intertrigo noſtris hodie medicis cancer uocatur: quando nerui in aliqua corporis parte contrahuntur. Hanc Cato de re ruſtica ſanare docet, ſi ſurculus abſynthij pontici ſub anulo feratur. Haud longè à remedio quod Anglorũ reges idem in anulis quibuſdam hodie diuino beneficio præbent. Plinius remedium tradit ad intertriginem & alarum uitia, quapropter nonnulli alium putant eſſe morbũ.

IMPETIGINES, ABSCESSVS, VLCERA.

Elephantiaſis

INPETIGINES ulcera & abſceſſus quæ certis membris prouenirent ſuprà enarraui. Nunc uerò quæ toto corpori. Inter quæ primum Elephantiaſis dicenda, quam Paulus elaphantiã uocat. De qua Archigenes Græcus autor & antiquus ſic ſcribit: Elephantiaſis uocatur apud quoſdã, quòd eius animalis cutem ob aſperitatem referat: à nonnullis

Leontiaſis

Leontiaſis, quòd eo morbo correpti frons leonis modo corrugetur.

Satyriaſis

Satyriaſis etiam dicta quòd luxurioſis hominibus ſicuti ſunt Satyri, eueniat: uel quòd ora ſatyrorum pictorum fœdiſſima referant. Morbus ſanè aſpectu tetro, ulceribus plenus, ſqualenti ore, doloreq; & pigritia iugiter, nulla cibi & potus uoluptas. Fugitur eorum congreſſus, quòd in opinione ſit contagionis: Incurabilis ſanè morbus ob latentem cauſam, quòd antequàm apparet incœperit, Viris frequentius quàm mulieribus ob caliditatem & libidinem. Effectum uidimus cuiuſdam diu adfecti, ultro ſibi coleos abſcindendo curatus eſt, Itaq; eius poſtea exemplo plures. Indicio id maximè eſt, quòd mulieribus aut pueris raro, eunuchis nunquã uenit.

Elephantiaſis remedia

Sed quanquàm curatu difficilis, tamen hæc traduntur remedia. Ab initio ex dextro brachio ſanguis mittendus. Poſt hæc pharmacum hoc uidi inſtitutum. Aceti optimi & Cedriæ ſimul cyathum, Braſſicæ aquæ cyathos duos miſce, & da ieiuno matutinis. Deinde ueſperi da panẽ hordeaceum proportione ſtomachi cum aliqua leuium auicularum. Hoc utere remedio ſemel aut bis in hebdomade, durante morbo. Critonis item medici aliud traditur remedium. Gummi album, nitri ſpumam ſeu nitrum coctũ, thus, ſulphur ex gleba quod non ſit ignem expertum, æquis partibus aceto diſſoluta, & contrita in paſtillos redacta in umbra ſiccato: deinde, cum fuerit uſus, cum aceto diſſoluito & ungito. Celſus ſic ſcribit. Elephantiaſis ignotus in Italia morbus: frequens in quibuſdam regionibus. Totum corpus adficitur, ita ut oſſa quoque uitiari dicantur. Summi pars

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

corporis crebras maculas,crebroſq; tumores habet.Rubor
harum paulatim in atrum colorem conuertitur.Summa cu-
tis inæqualiter craſſa tenuis dura mollisq;, quaſi ſquamis
quibuſdam exaſperata.Corpus emarceſcit,os,ſuræ,pedes in-
tumeſcunt.Protinus ergo inter initia ſanguis per triduum
mitti debet,aut nigro ueratro uenter ſolui.Adhibenda ta-
men quanta ſuſtineri poteſt inedia:paulum deinde uires refi-
ciendæ & aluus ducenda.Poſt hæc ubi corpus leuatum eſt,
utendum exercitationibus,præcipueq; curſu.Sudor primum
labore ipſius corporis:deinde ſiccis ſudationibus euocandus.
Frictio adhibenda:balneum rarum eſſe debet.Cibus ſine pin
guibus,ſine glutinoſis,ſine inflãtibus,uinumq; præterquàm
primis diebus ritè datur.Hæc Celſus. Plinius autem libro
XXXVI. Elephantiaſis Claudij Cæſaris principatu primũ
Lichenes ex Aſia in Italiam uenit,qui celeriter reſtinctus eſt. Liche-
Mentagra nes Græci dicunt,nos Mentagram, quando à mento prius
oriebatur.Dein Elephantiaſim à ſimilitudine cutis Elephan
tis,citra dolorem & perniciem,magis fœdus quàm pericu-
loſus,in nare primum ueluti lenticula inualeſcente, dein tota
cuti cicatricibus operta.Aduenit remediũ ex Aegypto pro-
creatice eius mali, & cum in reges incidiſſet, populis fune-
bre.Balnei ſolia temperabantur humano ſanguine ad medi-
cinam eam.Anno quoq; Salutis DXV. ſub Heraclio princi-
pe,etiam morbum hunc in Italia ſerpere iterum cœpiſſe, &
Deuſdedit Pont. ſanctiſſimum quendam eo correptum ſibi
obuium oſculo liberauiſſe memoriæ proditum eſt. Noſtra
deniq; tempeſtate M. CCCCXCVI.rurſus apparere cœ-
pit:durat in hunc diem,nullo adhuc reperto remedio,quan-
Pſora quam pauci admodum pereant. Pſora & Lepra quadam
Lepra ſimilitudine coniunctæ.Altera magis ſumma pelle uerſatur.
Lepra uerò altius penetrat.De Lichenis ſuprà dixi ex Pli-
nio,uocari à Græcis,quam nos elephãtiaſim. Genus ab Ae-
tio ſcribitur impetiginis toto ſerpentis corpore è craſſis
prouenientis humoribus,ſolentq; in pſoram aut lepram con
Serpitiones uerti.Quibus occurritur pharmacis deſiccantibus. Serpi-
tiones quum rubet cutis cum puſtularum extenſione, à ſer-
Cneſmus pendo dictæ. Cneſmus κνύσμος, nos pruritum dicimus,ſi
ſenectuti contingat uix erit curabilis,aliqua tamen ex parte
leniri poterit.Aliæ uerò ætati ſi ex malis prouenit humori-
bus,hi primum purgandi,deinde extrinſecus adhibenda re-
Alphi media maximè lauacris. Alphos noſtri Roſiones appellãt.
Earum quatuor genera Celſo commemorantur. Prima
omnium leuiſſima,quæ dura eſt ac ſcabiem refert. Alterũ
Rubrica genus ſimile Papulis quæ Rubrica cognominatur, ſquamis
ſummam cutem occupantibus,roditq; magis. Tertiũ de-
Nigra terius,quod Nigra appellatur, craſſior & durior ex atra
bili procedens,ac ſerpit magis,ac magis rodit. Quartum
Albugo colore ſubalbido, quam Græci λεύκην, Latini Albuginem
uocant,ac ex glutinoſa pituita procedit.Sanè in hoc genere
ſi frictione panni rubor apparet, ſpes eſt curari poſſe : ſi in
Eryſipelas albo perſiſtat, nequaquam. Celſus. Eryſipelas,ut ait Ga-
Herpes len.fit ex feruenti tenuiq; ſanguine. Herpes ex flaua bili
humor, late corripiens totum corpus, ut nomen indicat.
Lenticulæ Lenticulæ quoq; ac Myrmeciæ, Verrucæ,Nomæ impe-
Myrmeciæ tiginũ genera. Puſtulas φλυκταίνας Græci uocant.Triũ
Verrucæ
Nomæ generum reperiuntur. ἐξανθήματα quæ Plinius eruptio-
Puſtulæ nes pituitæ,aliquando Papulas uocat. Pſydracium paulò
Papulæ durius ac ſubalbidum. Mendoſe apud Celſum Phyzacium
Pſydracium legitur. Epinyctis tertium genus puſtulæ, ut ait Syneſius
Epinyctis in commentarijs,paruæ admodum, noctu maximè infeſtan-
Scabies tis in tybijs præſertim. Scabies quoque ex qua puſtulæ
oriuntur,quædam eſt humida,quædam ſicca, nonnulla cito
ſerpit,reuertiturq; certo anni tempore, aſperior omnibus
& difficilior curatu : hanc ἄγριαν Græci dicunt. Gan-
Gangræna grænam Galenus uocat,quando tumor ingens adficit mem-

brum aliquod, cui niſi ſuccurratur ad uicina ſerpit infi-
citq;.Quando autem tale membrum ita patitur,ut ſine ſen-
ſu maneat, non Grangræna ſed σφάκελος dicitur. quod Sfacelus
malum omnibus accidit oſſibus, quando caro circunſtans
corrumpitur,ut ſit neceſſe præmortuam partem incidere, Carbunculus
ne ulterius ſerpat. Carbunculus,quem Anthracem Græci
appellant,quòd non aliud peius, rubore ſubliuido abſceſſus
ex atra bili. Carcinoma minus periculoſum,quod maxi- Carcinoma
mè in ſuperioribus partibus circa faciem, nares, aures pro-
uenit. Therioma penultima producta id per ſe naſcitur ui Therioma
tium,ulceri ex alia cauſa facto ſuperuenit, ſit ſæpe ex his
ulcus ſerpendo, φαγέδαιναν Græci uocant, quaſi oſſa pene-
trando uelociter corrodit. Ignis ſacer inter mala ulcera, Ignis ſacer
cuius duo genera. Alterum ſubrubicundum,quod fit maxi-
mè in pectore,aut lateribus,aut plantis. Alterum in ſumma
cutis exulceratione,ſed ſine altitudine latum, ſubliuidum ſo-
let auribus maximè euenire. Hunc morbum Græci ἱερὰν
νόσον uocant. Dicitur enim ſacer propter admirationem,
ut ait Cleomenes,quòd nihil habeat ſimile cum alijs morbis,
curaturq; exercitationibus uel incantationibus. Aelianus ue-
rò ob Herculem dicit qui eò tenebatur ſacrum appellari.
Chironeum ulcus appellatur,quod eſt magnum nullo do- Chironeum ulcus
lore nullóue periculo,nec facile ſaneſcit. De hoc ſuprà cum
de cruribus agerem dixi. Vlcera autem hyberna præ- Vlcera hyberna
ſertim pueris in pedibus & digitis oriuntur cum inflamma-
tione mediocri & exulceratione. Struma tumor in quo Struma
ſubter concretæ quædam ex pure & ſanguine quaſi glandu-
læ naſcuntur, maximè in ceruice, ſub alis & unguibus ma-
nus,ut ait Meges Chirurgus. Nõnulli Strumam uocari eam
putant quam Græci κίρσον ſeu σκίῤῥον uocant. Aetius Cir- Cirſon
ſon eſſe dilationem uenæ, quandoq; in temporibus & didy-
mis,& coxis prouenienس ex atra bili. Scirrum tumor eſt Scirrum
prædurus,ut nomen indicat Græcum, & inſenſibilis,uixq;
curabilis, ut idem autor. Furunculus tuberculum eſt tan- Furunculus
tum cum inflammatione & dolore, quòd in Pus ueniat.
Phyma tuberculum eſt Furunculo ſimile,ſed rotundius Phyma
& planius,& ſæpe maius.Nam Furunculus oui dimidij ma
gnitudinem non excedit.Phyma quidem maius,ſed inflam-
matione & dolore minus.in Pus etiam uertitur.Naſcitur in
pueris,in iunioribus minus,in ſenibus nunquã. Phygetlon Phygetlon
φύγετλον tumor latus quidem, ſed non altus, in quo quid-
dam puſtulæ ſimile eſt.Dolor diſtentioq; uehemens.Fit ma-
ximè in uertice,aut alis,aut unguibus. Noſtri panem à ſimili
figura id uocant. Thymus uerrucula Aegyptiæ fabæ ma- Thymus
gnitudine,qui florem eius repræſentat,ut ait Pollux. Ce- Cerion
rion κήριον, acre genus ulceris ac faui ſimilitudine. Sunt
duæ ſpecies. Alterum ſubalbidum Furunculo ſimile,ſed ma-
ius cum dolore maiore. Alterum minus ſuprà corpus, cuius
ulcus latum, ſubuiride, ſubpallidum magis exulceratum.
Acrocordones uerrucis ſimiles ſunt,ubi ſub cute coit ali- Acrocordon
quid durius,& interdum paulò aſperius. Terminthi τέρ- Terminthos
μινθοι, Tumores in corpore nigro colore rotundi & ob-
longi ſimiles Terminthi fructibus, ut Dioſcorides & Ale-
xander autores. Oribaſius uerò Phymatis genus Termin-
thon dicit cui bulla adiacet nigra, quo adempto aliud infe-
rius naſcitur. δοθιὴν tumor ex craſſis humoribus in lo- Δοθιὴν
cis maximè carnoſis conſiſtens. Leuis quidem, quando ſum-
ma cute:ſi uerò penetrauerit altius dolores adfert. Rupta Rupta
quæ Græci ῥήγματα. Cõuulſa quæ σπάσματα. Quan- Conuulſa
do uidelicet non rupti ἶνες, id eſt fibræ, ſed laceſſiti ſunt &
uulſi,ut ait Paulus. ἐγχυμώματα quando caſu aliquo aut pon-
dere caro fracta ſanguinem atterit. Reiectionem ſangui- Reiectio ſanguinis
nis Græci ἀναγωγὴν appellant. Celſo libro IIII. trium
generum ſunt. διάπτοσις, quando exeſa parte aliqua ſan- Diaptoſis
guis expuitur. Regmocaſmus quando ruptura id contin- Regmocaſmus
git.

Anaſtomoſis
Abſceſſus, ſeu Apoſtemata

git. Anaſtomoſis, quando uenarũ alicuius ore putrefacto effunditur. Apoſtemata ἀποςήματα, Celſus abſceſſus interpretatur, Corruptiones ſunt & mutationes carnium ſeu carnoſorum, uidelicet muſculorũ, uenarum, arteriarum. Horum aliqua in tunicis concluduntur, ut Artheromata, Steatomata, Melicerides. Aliqua ſine tunica conſiſtunt nomine generis uidelicet Abſceſſus appellati. Apoſtema plerunque tumor conſequitur inflatione loci cum dolore & febre. Ab initio rubra, & dura, ut & pondere uideatur ea pars ſuſpendi. Noctu præſertim infeſtans, ut Aetius autor. Fiſtulas autem Græci σύριγγας dicunt: quæ, ut ait Celſus, toto corpore ferunt. Sunt enim ulcera alta, anguſta, calloſa. aliæ rectæ, aliæ tranſuerſæ, ſimplices, binæ, triplices. Peſtilentia quoq; non prætereunda, quam Homerus νόσον tantum eam uocat, graſſatamq; in campis olim Græcorum dicit. Sed & apud Liuium, cæteroſq; autores ſæpe fuiſſe legimus, uerum nullum huic unquam remedium adhibitum, præterquam fugæ ac ſeceſſus, quemadmodum hodie uidemus. Tãtum apud Herodianum inuenio in Commodo, uigente in Italia peſte, præſertim in urbe, ob aduenas undiq; ſine diſcrimine eò aduenientes, ex conſilio medicorum Laurentũ ſeceſſiſſe, quòd aëris frigioris adflatu & odore Lauri eius regionis, periculum euitarent: ualere enim plurimum aiebant ad eius euitandam contagionem odoramenta. Quocirca in urbe ipſa Roma pleriq; unguentis ſuauiſſimis nares atq; aures opplebãt, ſuffituq; adſidue utebantur. Hæc Herodianus: apud alium nullum item reperio, quanquam Liuius in quodam loco ob peſtem euacuatam urbem dicit, nec propterea militũ numerum ſcribi potuiſſe. Id ex mortibus, non è ſeceſſu contigit. Contra eam remedium excellens Rufus tradit, quòd fruſtra nunquàm adhibitum teſtatur. Aloes partes duas, ammoniaci thymiamatis totidem, myrrhæ partem unã contuſas ex uino colluito, deinde dimidium quotidie cyathum ſumito.

Atheromata
Steatomata
Melicerides
Syringæ, ſeu Fiſtulæ
De peſtilentia
Herodianus

FEBRES.

HACTENVS hominis deſcriptio, unà cũ morbis qui ſingulis membris acciderent: nunc quando cœpiums, ex eiſdem autoribus proſequemur ea, quæ toto ſimul corpori eueniunt. Igitur in hoc genere humores occurrunt Græcè χυμοὶ, quos ueterũ quidam tres non amplius poſuere, propterea quòd ſimplex ſanguis inter nutrimẽta ſit, corruptus uerò in bilem aut atrã aut flauam conuertitur. Non concoctus autẽ pituita dicitur aut acida, aut ſalſa, aut craſſa, aut tenuis. Hinc Inflãmationes procedũt, quas Græci φλεγμόνας uocant, quæ generatim cunctis ſeſe immiſcent malis, ubi hæ notæ quatuor concurrunt. rubor, tumor, calor, & dolor, ut ait Celſus: quæ cuncta Febribus ante omnia conueniunt. Hæ autem innumerabiles ſunt, ſed legitimæ ſeu catholicæ tantum hæ. Quotidiana quæ certũ periodum habet, & aliquando deſinit. Pituitoſis accidit, ut Galenus ait, ac hyemis tempore, pueris præſertim & ſenibus ob nimiũ cibum, & in uita maximè otioſa, ac in humidis & frigidis locis. Primo die citra frigus, ſed procedente tempore modicũ frigus, potius quàm calor. Motus arteriarum inæqualis, ſitis minima, cibi nunquàm inappetentia. Celſus ait ſi in quotidianis febribus corpus robuſtum, tertio quoq; die cibus ſumendus ut altero purgetur, altero ſuſtentetur. non item in continentibus, ubi corpus magis adfligitur. Paulus hos primis diebus oximelle curare iubet, & his quæ ad pituitæ inciſionem faciunt: ſequẽtibus uerò alui euacuatione. ſæpeq; ex cibo, raphano uomitionem prouocare, deniq; rebus compellentibus humorẽ. Hæc Græce Amphemerina uocatur: Ephemera uerò paroxyſmus ſeu febris unius diei eſt: ſeu ſola ſit, ſeu tertio quoq; die redeat, ut in ſimplici tertiana. Hepialus quem noſtri medici lentam ac flegmaticam uocãt, ex genere item pituitoſarum ac quotidianarum, eodem ferè modo curanda, niſi quòd pituita frigidior eſt. Nam ἠπίαλος dicitur quaſi ἠπίως ἀλεαίνειν, id eſt, leniter calere. His proxima Putris febris Græce ξυνοχος, cuius nulla manifeſta ſunt ſigna, neq; rigor apparet: pulſus autem arteriarum inæqualis, urina indigeſta, calor magnus & fumoſus. Huic miſſione ſanguinis occurrendum, deinde Putris euacuandus humor, balneiſq; ex aqua dulci utendum. Continua ſeu continens, Græce συνεχὴς ſine remiſſione eſt, quam Galenus homogeneam quotidianæ appellat, niſi quòd hæc deſinit, illa nunquam: ſicuti Tertiana Hemitriteo. Deniq; ea eſt quæ inclinata febre abſq; febre non reſtat, ſed tenuior perſeuerat. quapropter unus tantum paroxyſmus uſque ad extremũ durat, modo leuis, modo feruens: ſic item in eo ſanguis erit, pulſus quoq; arteriarum uehementes & acuti, urina parum à ſano diſtans. Remedium præſentiſſimum ſanguinis miſſio, ſi per alia licebit. Quæ autem nunquam inclinat, de genere Acutarum ſeu combuſtarũ eſt, cuius ſigna lingua nigra ſiccaq;, excrementa lutea, uehemens ſitis, inquies nocturna, interdum mentis alienatio. In hac alterutrum faciendum, aut ſeparare bilem aut extinguere. Separatur autem per ſudores, uomitiones & excrementa. Extinguitur autem per frigidas potiones, ut aqua melicratis, oximellis, & his ſimilibus. Celſus ait. Quiſquis intolerabilis dolor eſt, uiſcerum aliquod adfectum aut colliſum intus ſignificat. Si rubet corpus, ſi uenæ tument, ſi febris uehemens, ſanguis mittendus. Ectica quam Latine habitualem dicere poſſumus, robuſtis iam cõtingit, non tam humidioribus, leniterq; ita oſſibus inhæret, ut uix ſentiatur, donec paulatim corpus abſumat. ex Quotidiana enim in hanc, ex hac in Phthiſim facile deuenitur. Huic igitur quòd ſiccitatem extremam inducat, maximum remedium humidorũ diæta, uelut Ptiſana ſorbitiones & panis madidus in frigida potione, niſi aliqua fuerit extra inflammatio. Balnea inſuper maximè neceſſaria.

Tres humores
Inflammationes
Febres
Quotidiana
Amphemerina
Ephemera
Hepialus
Putris
Continua
Acuta
Ectica

Tertianarum teſte Celſo duo ſunt genera: alterum eodem modo quo Quartana, quum uno perſtat integra, tertio redit, quam ſimplicem uocant. Alterum longè periculoſius, quum tertio quidem die reuertitur, ex XLVIII. horis ferè XXXVI. per acceſſionem accipit, interdũ & plus, neq; ex toto in remiſſione deſiſtit. ſed tamen leuius eſt. Id genus plerunq; Hemitriteũ uocant, non quòd ſemitertiana ſit tantum, ut nomen demõſtrare uidetur: ſed quaſi ſupra tertianam ſemitertiana. Tertianas omnis è flaua bili uult Paulus originem habere: ab initioq; horrorem inferre ac ſitim: quapropter æſtatis tempore plerunq; ueniunt. Curantur alui deiectione, tum urinæ prouocatione per mollia clyſmata & anethi ſeu apij potionibus. Si uerò ſigna concoctionis ac roboris ſint, adhibenda & balnea ex aqua dulci & calida abſq; nitro ſale ac ſinapi. uino autem penitus abſtinendum, ſed iam morbo prope ſuperato, modico ac tenui beneq; diluto utendum. Quartana è frigido humore, atraq; bili naſcitur, par horrore tertianæ, ſed calore inferior, ex quo autumno plerunq; prouenit. In eius cura mitius agendum: neq; dura adhibenda medicina, niſi fortè ſanguis abundet tunc mittendus. Diæta utendum ex his quæ non inflent, neq; frigida ſint neq; humida. Vino quoq; tenui & albo. Tria inſuper Piperis grana ex aqua quotidie deuorata magnopere iuuabunt.

Tertiana
Hemitriteus
Quartana

Signa mortis inter alia ab Hippocrate dicta, ſi adſpectum auditumq; ſine cauſa morbo adfectus fugit. Si album oculorum glauceſcit, ſi ſemiapertis dormit oculis, ſi reſupinus iacet, ſi præter decorẽ membra detegi non curat, ſi in ſomno dentibus colludit. Ad hæc ſtragulæ ueſtis plicatura, Motus arteriarum denſus ac minutus, Longitudo autem ex diebus Criticis iudicatur. Hos Celſus multos eſſe dicit. Summam

Signa mortis
Dies critici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tamen eſſe poteſtatem VII. XIIII. & XXI. Si impari die febris diſceſſerit, reciduam Hippocrates timebat, Pythagoram imitatus, qui imparem numerum infauſtum dixit. Aſclepiades nihil differre putabat, quum non dies, ſed acceſſionem in morbo conſiderare oporteat, quàm Græci Paroxyſmum uocant. Deceßio quum inclinat, Remißio quum deſinit, Integritas quum abeſt. Fallacißima præterea ſigna in febribus, arteriarum motus & urina. Conſideranda medico ſexus, ætas, locus, tempus. Aſclepiades ægroto quarto die prius per omnia fatigato cibum dabat, in quo non certum aliquid, ſed tantum ſecundum uires eius dabat.

DE ALIMENTIS ET EXCREMENTIS.

CONSIDERATIS hominis partibus quæq; toto accidunt corpori, nunc alia circa contemplanda. Quoniam ut ait Hippocrates, Homo ut pleraq; animalia cibo, potu, & ſpiritu alitur. Cibus ipſe in uentriculum demiſſus, quem Pericarpion uocat Ariſtot. quatuor ut ipſe ait, uarietates agit, Digeſtionem, Maturationem, Elixationem, Aſſationem. hoc eſt πέψιν, πέπανσιν, ἕψησιν, ὄπτησιν, atq; hæc omnia ſi calorem nactus fuerit. Si frigiditatem his contraria peragit, ἀπεψίαν, ὤμησιν, μώλυνσιν, σταθεύσιν, hoc eſt, indigeſtionem, cruditatem.

Pericarpion

Cur poſt cibũ frigus oritur

Cur autem poſt cibum frigus oritur, cauſam Ariſtot. in probl. dicit eſſe cibũ ipſum, qui cum frigidiuſculus ſit, naturalem calorem ſubitò ſumptus uincit magis quàm ab eo uincatur. Hinc omnis cibus bifariam diducitur, in nutrimentum & excrementum, hoc eſt τροφὴν καὶ περίττωμα. Nutrimentũ quòd è cibo neceſſariũ ad alendũ corpus ſumitur. Excrementũ uerò nutrimenti reliquiæ. Quod idem autor bifariam ait excludi. aut locis ſecundũ naturam certis, ut uenter & ueſica. Aut quod præter naturã toto fluit corpore, ut ſudor, ſanguis, ſanies. Quod ex ore naribus auribus fluit, quod colliquamentũ uocat. his ſenes magis abundant: ut ait etiã Alexander in Proble. quoniam minus ob frigus concoquunt: cruditas enim auget excrementum, ſicuti concoctio nutrimentũ. Inter excrementa pili quoq; cõnumerantur, & ungues, & cornua.

De pilis

De pilis Ariſtot. ait quòd eorum diuerſitatem coloremq́; in ceteris animalibus cutis cauſatur. In homine uerò nihilo cutis cauſa coloris, quum multi albi pilos producant nigros, cauſa eſt cutis teneritas, quòd ob debilitatẽ uim quidem pilũ mutandi non habet, uerũ colores ob ſolẽ uariat, & morbũ qui λεύκη dicitur, ubi è cute exulcerata pili cõſurgunt albi.

De canitie

In canitie uerò, quæ morbus eſt pilorũ, & ob deficientem calorẽ ſimul & humorem naturalem prouenit, & à temporibus ubi minimum eſt humoris, incipit. Equi quoq; inter animalia ſoli in eadem parte caneſcũt per ætatẽ: & fului citius quàm nigri, eſt enim fuluitas pilorũ ægritudo quædam debilia uerò ſeneſcunt omnia citius. Proueniunt etiã cani quandoq; ex calido ſimul & humido. Indicium eſt, quod quidã celeriter ueniũt, nullũ uerò ſiccum cito naſci cõtingit. At albũ potius pilũ calida faciunt: nigrũ uerò frigida. ſicuti & plantis contingit. Nã calidis plus ineſt & ſpiritus & humoris. Aer uerò perſpicuus albedinem facit, ut in ſpuma & in niue fit. Indicioq́; ſunt partes quæ ſub uentre animaliũ ſunt, albiora exiſtentia, quòd humidiora. Calidiora igitur non ſolum alba, ſed ad ueſcendum dulciora. Concoctio enim & maturitas dulcia faciunt: Cõcoctionem uerò caliditas. Differũt pili mollitie, duritie, longitudine, breuitate, rectitudine, multitudine, colore. Deniq; pilos uarios uaria facit cutis, tenuis, craſſa, denſa, rara.

De caluitie

Defectus pilorũ caluitium dicitur. Calueſcũt homines, ut arbores folijs nudantur, interdũ humoris calidi penuria. Humor enim calidus pinguis eſt. Ex quo in olearum genere non accidit folijs deſeri. Argumento in primis ſunt pueri & fœminæ, & eunuchi, quòd defectus caloris caluitij cauſa ſit: cum hi minime calueſcant, quoniã genituram non emittunt, quæ calorem humoremq́; ſecernit. Pars etiam anterior capitis, ut debilior, tantũ calueſcit. Debilia enim parua intercedente cauſa patiuntur. hæc ex Ariſtotele. Alexander autẽ in problematis ait, quòd & ex ſiccitate caluities, & humiditate canities, nõ naturali utraq;, ſed accidentali & uitioſa prouenit. & ea demũ cauſa, quòd parti anteriori capitis, & non occipitio canities contingat: quòd hæc pars humidior ob cerebrum ſit, non humiditate naturali qua pueri, ſed corruptiua qua ſenes. Caluitij autem ratio cõtraria ex ſiccitate prouenit: item uitioſa in eadem parte ex ſutura & rima capitis exhalante humiditate: & ideo ſerius caneſcunt, ſed citius caluitium patiũtur. Occipitium uerò quamuis ſiccum reperiatur, ideo non calueſcit, quòd ea ſiccitas naturalis & non ex uitio, quia pars inanis & uacua eſt.

DE PARTITIONE MEDICINAE, & eorum quæ pertinent ad ſanitatem.

Medicinæ diuiſio

NVNC pauca quæ ad habitũ hominis ualetudinemq́; pertinent, ſi prius generatim medicinæ partes explicauero. Igitur triplex à Celſo diuiſio ponitur. Prima in arte trifariã, Methodice, Empiretice, Theorice. Altera circa curam, item trifariã, Pharmaceutice, Diætice, Chirurgice. Tertia diducta in partes duas, Hyginon id eſt ſanatiuũ, & Therapeuticon, id eſt curatiuum, Eraſiſtratus & Erophilus primi ſe empiricos dici uoluerunt, ſimplicibusq́; mederi tantũ cœperunt. multaq́; de facultatibus medicamentorum tradidere. Zenon & Andras primi exactionem tentauerunt hominis damnati à rege ſibi conceßi, donec Aſclepiades ex magna parte uſum medicamentorum ſuſtulit, ad ſolum uictum redigens. Ex his duobus alterũ altero indiget, & uictus quandoq; medicamentis, & medicamenta uictus ratione, Chirurgicam uerò primus Hippocrates excoluit. Hinc diducta in plures: Philoxenus, Gorgias, Soſtrati duo: Romæ quoq; Tyrrhon & Euelpectus, Mages. Ars ipſa aut eſt in carne aut aut oßibus. Si circa oſſa, aut perfracta, aut luxata, quæ Græci κατεάγματα & ἐξαρθρήματα. Luxata ſunt quãdo articulus ſeu membrum è proprio excidit loco in alium, unde uoluntarius impeditur motus. His itaq; conſideratis ad hominis habitudinem ueniam. Galenus in libro περὶ τῶν ὑγιεινῶν,

Habitus hominum ſigna

Optimi habitus hominem ſignis extrinſecus notat. Si res naturales corpore animoq́; probe geſſerit: tum ſenſu ualuerit, mediocriterq́; omnia egerit, probum habitum monſtrat.

Calidi

Calidi humoris Flauæ bilis ſigna. Ingreſſus celeritas, aſpectus uegetus, color rufus, crinis niger, corporis gracilitas.

Pituitoſi

Pituitoſos humidosq́; indicat pinguedo, obeſitas, corpus delicatum ac glabrũ, thorax anguſtus ac tanuis, alba cutis, capillus ſuffuluus præſertim in iuuenta, uenæ craſſæ, nuſquam caluitium. Præterea animi timor, torpor ac pigritia.

Atræ bilis

Atram bilem ſequuntur aſperum & gracile corpus ac glabarum, ſine uenis, ſine muſculis, tum in rebus dißimulatio. De atra bili Ariſtoteles in problematis ſic ait, Frigida eſt & calida, frigida uarias præbet homini moleſtias & timores, ut etiam quandoq; ſe interimat: magisq́; iuueni quàm ſeni, quòd in hoc naturaliter ſanguis frigidus exiſtat, in illo per uim. Nam omnia naturalia ſalubriora ſunt, & calor magis quàm frigus. Melancholici omnes natura, ingenio, arte aliqua præcellunt: ſiue bona ſiue mala pro bilis atræ diſpoſitione. Cuius clari uiri participes fuere: Hercules in primis qui ex eius humoris ui ſacro morbo, ut alibi dixi, fuit obnoxius: quapropter ſacer eius cauſa Dei dictus eſt. Præterea Bellorophon, qui, ut ab Homero

ponit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ponitur, ob mœſtitiam in campos ſolus latos inq; auia uenit. Inde ſuum cor edens, hominum ueſtigia uitans. Deinde Empedocles, qui ſe in Aetnam præcipitauit. Præterea Socrates, Plato, abſque atra bili non fuere. His medetur Venus & uinum.

Humidorũ natura potior

Ex his igitur omnibus humidi natura potiores, quo cæteris uegetiores diutiusq; uiuentes, quanquam ab initio peiorem præ ſe ferant habitum, tempore procedente quotidie magis conualeſcunt. Hi natura, parum potant, parumq; concoquunt: propterea toto corpore excrementa plurima, plurimamq; materiam putrem emittunt. Ex quo utilia his fuerint lauacra, unguenta, exercitationes. Demum huiuſcemodi humorem, ſi recte tractetur, adeo Philippus ſophiſta in quodam libro commendat, ut dicat, ſi ſeruari poſſet, immortales eſſemus. E ſicco enim initium corruptionis.

De ualetudine proſpera

Et hæc quidem de habitu, nunc de ualetudine proſpera. Quæ, ut ait Celſus, ſeruatur diæta, pharmaco, unctione, frictione, balneis, exercitatione, uectatione, clara lectione. Exercitationes ſunt arma, pila, curſus, ambulatio cum aſcenſu & deſcenſu, multum ſubdio & in ſole ſi caput patiatur. Horum finis ſit ſudor, & laßitudo citra fatigationem. Deniq; omnia gymnaſtica. Socrates, inquit Cic. famem obſonabat ambulando. Diæta, id eſt, uictus formularis quatuor reſpicere uidetur, locum, tempus, ætatem, naturam. Semel die ueſci hyeme melius, ſi aluus non ſit adſtricta: mane tamen aliquid cibi, ſine potione & carne ſumendum. ſecunda menſa ſtomacho imbecillo coaceſcit. Itaq; ei poma palmulæq; & his ſimilia primo cibo adſumenda. Qui concoxerit, mane tuto ſurgat: ſi minus, poterit redormire.

Ductio alui

Aluus ante omnia ducenda: Si ſit diu adſtricta, deiectio medicamentis quærenda. Adſtrictam faciunt labor, ſedile, cibus imminutus ex eo quod ſolitum eſt, poſt cibum quies. Anni tempeſtates cauendæ.

Frigus

Frigus corpori tum ſeni bellacißimum: At idem iunioribus prodeſt. Per frigus mens erectior, concoctio melior, ſed caueatur. Nam immodicum teſte Hippocrate uenas dirumpit, ructus & phthiſim producit. Calor bonum colorem facit, urinam mouet. At idem concoctionem prohibet, ſomnum aufert, ſudorem digerit. Hæc Celſus diuerſis locis. At Plinius libro XXVIII. cap. V. dicit Hippocratem ſcribere, qui prandio abſtineant, eorum præcordia celerius conſeneſcere. Sed hoc remedijs, non epulis ceciniſſe.

Frictio

Frictio, ut ait Celſus, ex Hippocratis autoritate ſi uehemens eſt, corpus durat: ſi lenis, mollit: ſi multa, minuit: ſi modica, implet. Quod & Plin. in XVIII. libro repetit.

De balneis

De balneis autem Galenus ita refert. Aliqua fieri ſtudio noſtro, quædam uerò ſponte naturæ. Fiunt enim noſtro ſtudio calida balnea, ſi calidis quibuſdam immiſcentur: uidelicet Nepita, Origano, Hyſopo, Thymo, Tymbra, Lauro, & huius generis: ut ſpaſmo & doloribus multis utilia. De Balneis uerò ſponte enatis Archigenes ait diuerſa eſſe, nitroſa, ſalſa, ſulphurea, Aſphaltica, στυπτηριώδη, aut ferri aut æris naturam habentia quædam uerò ex his compoſita. Horum autem omnium uis eſt exiccans aliqua præter hoc. Calfactoria nonnulla præter ſiccantia. Styptica ſunt quidem omnia ſalſa, & quæ ſapiunt æs. Sulphurea neruis & ſtomacho apta. Quæ uerò ferrum ſapiunt, lieni & ſtomacho. Oportet igitur balnea ingredi minime turbatum & exercitatum: quoniam corpus obſtringitur, ac poris uis aquæ non admittitur. Sunt & frigida balnea quæ Græci ψυχρολουσίαν uocant. De quibus Galen. ſcribit ſanis apta eſſe. Roborant enim corpus, cutem durant ac denſant. Nec tamen omnibus proſunt. Sed qui alioqui diligenter ac ſobrie uiuunt, neq; cibis, neq; uenere grauantur. Oportet autem paulatim aſſueſcere æſtate, paulatimq; deinde per hyemem. Nec omnem ætatem, ſed annorum XXV. Animo præterea uiuaci ac prompto iuuenes. Sed prius frictione, unctione, & gymnaſio utendum. Deinde frigidam ineundum, totumq; corpus mergendum. Nam una tantum parte merſa, frigus inducit. Sit aqua nec tepida, nec ualde frigida: ubi exitur, à pluribus fricetur oleo corpus donec caleſiat. Poſt hæc cibus copioſus, potionis uerò minus ſumatur. Nam in frigida lauantes melius concoquunt, & ſitiunt minus. Laconicum hoc genus appellatur, quòd eo Lacones uterentur. Vtebantur & alio modo, ſicco uapore ad ſudandum. Quod Martialis aptißime his uerſibus deſcribit, Ritus ſi placeant tibi Laconum, Contentus potes arido uapore Cruda Virgine Martia'ue mergi.

Laconicum
Pyriaterium
Hypocauſtũ
Sudatorium
Sphæriſteriũ

Appellatur enim pluribus uocabulis, Laconicum, Pyriaterium, Hypocauſtũ, Sudatorium, Sphæriſterium. Cic. ad Atticum, Laconicum ſibi fabricari petit. Columella in primo. Quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, & exuſto ſudore ſitim quærimus, nocteſq; libidinibus & ebrietatibus, dies ludo uel ſomno conſumimus. Vitruuius libro quinto docet rationem Laconicorum faciendorum, quòd rotunda ſint, & in medio clypeus æneus dependeat, per cuius reductionem & dimißionem ſudationis temperatura proficiat.

Pityliſſare

Erat in eo genus alterum exercitationis, quod pityliſſare Galenus περὶ τῶν ὀνύχων uocat, id eſt, ſummis pedibus ingredi, manibus altera retrorſus, altera prorſus protenſis. Sphæriſterium ex rotunditate dictum idem ferè erat. Tranquillus Veſpaſianum ait ſolitum eſſe ad numerum membra in Sphæriſterio defricare. & Plinius in epiſtolis. Apodyterium ſuperpoſitum eſt Sphæriſterio.

Pyria

Galenus Pyrias huiuſmodi uocat. Dion libro LIIII. Pyriaterion, Seneca Sudatorium. Quid inquit cum ſudatorijs, per quæ ſiccus uapor in corpora exuſtus includitur? Plinius item in epiſtola ad Gallum de uilla Laurentina hypocauſtum uocat. Applicitum eſt, inquit, cubiculo hypocauſtum per exiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit, aut effundit aut retinet. Papinius in ſyluis. Vbi languidus ignis inerat Aedibus, & tenuem uoluunt hypocauſta uaporem. Apodyterium locus ubi ſe ſpoliabant. Fricabant autem ſe ſtrigili inſtrumento ad hoc apto, Sordeſq; eas ſtrigmenta uocabant, quæ Athletis ad unguendum uenundabantur. Propnigeon locus balnei, ubi ignis præcluſus æſtuat. Adiacet, inquit Plin. unctuarium hypocauſtum, adiacet Propnigeon balnei. Præterea Calidarium, Frigidarium, quod Apyrotum Athenæus uocat. Solium item ipſum aquæ locum, in quem deſcendebant. Circa uerò lychni fictiles per noctem lucentes, monomyxi, dimyxi, trimyxi, prolymyxi, id eſt angulorum & luminum unius duorum, trium, plurium. Paulus item ſic ait. Lauacra ferè omnia ſponte nata calorifica & ſiccantia ſunt. Nitroſa & ſalſa capiti medentur, Thoraci, Rheumati, Stomacho humido, Hydropicis, Pituitoſis. Sulphurea neruis. Aſphaltica ſenſibus: quæ ſapiunt æs, oris uitijs, & uuluæ anguſtijs: quæ autem ferrum, ſtomacho & lieni. Huius ultimi generis eſt aqua in Volaterrano quæ potatur. Gregorius ad Ro. balnea Chriſtianis maxime clericis uoluptatis gratia omnino interdicit, neceßitatis uerò concedit.

Pharmaca

Deinceps pharmaca. Quæ innumerabilia ſunt: apud priſcos ſimplicia magis in uſu fuere, apud nos frequentius compoſita. Quæ illi Tetrapharmacum, Heptapharmacum, Enneapharmacum dicebant.

Clyſteria
Balani

Clyſteria, Balani, noſtri ſuppoſitoria. Peßi, Paſtilli, Emplaſtra, Cataplaſmata, Malagmata, Cucurbitæ, Cerota, Elateria, antidota, Acopa, Catapotia, Theriaca, Symplaſmata, Smigmata, Diaplaſmata, Collyria, Epithemata.

Peſsi
Paſtilli

Sunt πεσσοὶ medicamenta compoſita molli lana, quæ fœminis ſubijciuntur inter naturalia. Paſtilli quos illi τροχίσκους dicunt, ubi tantum arida medicamenta aliquo humore non pingui, aut uino, aut aceto coquuntur, & rurſus cocta inareſcunt, atq; ubi uſus erit, eiuſdem generis humore diluuntur, ac aut illinuntur, aut Emplaſtris aut Cerotis immi-

Emplaſtra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſcentur, apti ad recentia uulnera glutinanda ſanandaq́;. Emplaſtrum quod liquati aliquid accipit. In hoc cruda medicamenta per ſe teruntur. Deinde rurſus his inſtillatur, aut acetum, aut ſi quis alius pinguis humor acceſſurus eſt.

Malagmata

Malagmata uerò ab iis duobus differunt, quòd hæc maxime è floribus aut eorum ſurculis: at emplaſtra magis è quibuſdam metallicis fiunt. Deinde Malagmata contuſa abunde moleſcunt: nam ſupra integram cutem iniiciuntur. At ægre conteruntur ea ex quibus emplaſtra paſtilliq́; fiunt.

Diaplaſmata

Diaplaſmata unctiones aut fomenta, quibus totum corpus oblinebant, quorum maxime in balneis uſus. Hæc ex Celſo.

DE SOMNO, ET VITAE TEMPORE.

De ſomno & inſomniis

SOMNVM quoq; ac uitæ tempus hominis, paucis ex ipſius Ariſtotelis autoritate attingam. Primum in confeſſo eum omnibus ineſſe, quibus cor ſiue analogum fuerit. Cauſa humor eſt cibi, in ſuperiora tendens, deinde paulatim deſcendens: ante eum deſcenſum nullatenus. Calor enim qui circa eſt ſubiecti nutrimenti cauſa frigeſcens euaporat. Cum autem omnimoda facta fuerit refrigeratio, ſubſequitur mors. Quare pueros omnis ac pituitoſos ob humectantem naturam plus dormire palam eſt: labore item feſſos, quòd hi maxime in liquorem ſoluantur, & concoctione impediantur, ex quo plus additur humoris. Nanis etiam par ſomnus, quòd hi partibus maxime augeſcunt ſuperioribus, pluſq́; nutrimenti & propterea humoris ad eas partes ferri ſit neceſſe. Melancholicis ſecus contingit ob frigus, ex quo non fit euaporationis multum, neq; uenoſi ob pororum penuriam ſunt. Fiunt inſomnia pueris. Indicium eſt, cum impetu expergiſci, clamitare, moueri. Sed & pleriſq; præter hominem animalibus. Diuinatio inſuper quandoq; contingit, uerum ſobriis tantum. Neceſſe enim inſomnia, uel cauſas, uel ſigna, ſeu caſus eſſe.

De uitæ ſpatio

Ad uitæ ſpatium ueniam. Hoc breuius ſeptentrionalibus ob frigora, eademq́; de cauſa & piſcibus. Nihil enim magis quàm calidum & humidum uitam aut tuetur, aut colit. Quapropter nanis etiam uita longior, quòd ſupernis membris craßiores uegetioreſq́; ſint, & ideo calidiores, modo plantarum & arborum. hæ nanq; pro capite radices habent, quantoq́; craßiores, cò plus atrahunt humoris, ac diuturniores fiunt. Hæc ex Ariſtotele. Animalibus quæ plures pariunt fœtus, aut multum coëunt, breuior uita: ut araneæ, piſcibus, gallinis. his uerò contrariis longior uita, ut elephanti, ſerpenti, cornici. autor Alexander in problem. Ariſt. item in problem. ſigna uitæ dicit eſſe dentes frequentes, & lineam per mediam palmam longe ductam. Sed locus expoſtulat, ut ea quæ Mathematici in hominis ætate deprehendunt referam.

Iulius Maternus

Climacterii anni

Iulius Maternus fatales homini ualdeq́; periculoſos Climactericos uocat annos, quaſi Gradarios, ut uox Græca ſonat: qui per numerum ſeptenarium & nonarium aſcendunt: quodlibet enim horum tum eorum conduplicatio cauenda: ſed præter omnia annus ſexageſimuſtertius, quod tūc uterque numerus concurrat, cum ſepties nouem cum conſtituat. Quapropter apud Tranquillum lætatur Auguſtus in quadam epiſtola ſe iam annum climactterium euaſiſſe.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIB. XXV.

DE RELIQVIS ANIMALIBVS IN VNIVERSVM.

ABSOLVTO iam homine, atq; his quæ ad eum pertinent enarratis reliquorum animalium hiſtoria ex ipſo Ariſtot. aliiſq́; receptis autoribus, quoad eius fieri poterit, contexenda. Sed prius pauca, quæ neceſſaria uidentur, in uniuerſum proloquar. Primo nanq; ſatis conſtat eorum uitam in omnibus reperiri elementis, nonnullorum in pluribus: ut quæ uocant Amphibia, extra atq; intra aquam agere palam eſt.

Amphibia

Verum alia alibi. Efferatiora Aſia gignit. Europa fortiora. Africa uerò multiformiora. Ex quo prouerbium ἀεὶ φέρει λυβύη καινόν. Nonnulla item Ouipara, ut aues ferè omnes. Quædam animal gignunt, ut quæcunq; pilis ueſtiuntur: & inter aquatilia balenæ, uituli, & quæcunque cete magnitudine excellunt.

Sine coitu naſcentia

Alia ſine coitu ac ex putri materia: ut muſcæ, & multa inſectorum, & conchæ marinæ. Voce diuerſa ſanè omnia: fœmina uerò acutiore præter taurum, qui exilius mugit quàm bucula.

Vocis diuerſitatis cauſa

Cauſam Ariſt. refert, quòd maribus plus inſit caloris: ſpiritus uerò calidus craßitudine ſua uocis grauitatem, & latas arterias efficit: exilitatem contra frigidus tenuitate. Quod in tibiis animaduerti licet, quæ conatu uehementiore grauioreq́; flatu grauius reſonant. Quod autem exſectis omnibus uox etiam tenuis, cauſam teſtibus refert, qui ueluti pondera quædam ſunt, ex quibus nerui librantur. Quemadmodum in cithara chordæ intentæ reſonant altius, ſubmißius uerò cum relaxantur. Sic & exſectis partibus ex neruorum remißione uox tenuatur. At uocis inæqualitatem inſtrumentum ſiue organum facit, per quod uox ipſa defertur, cum aut aſperū, aut lene, aut humore aliquo adfectum, cauſa flexibilis, duræ, mollis exiſtit uocis. Quamobrem uarios eorum ſonos diuerſis nominibus Latini expreſſerunt. Equorum hinnire, Aſinorum rudere porcorum grunire, taurorum mugire, pecudūm balare, canum latrare, anſerum ſtrepere, ſerpentum ſibilare, ranarum coaxare, leonū fremere, luporū ululare, auiū canere.

Dentium mutatio

Dentes mutantur præter hominē, equo, mulo, aſino: homini priores mutantur, maxillares nullū animal amittit. Sus omnino nullum. Maribus quàm fœminis plures in genere hominū, ſuū, ouium, caprarū, in cæteris nondum exploratū. Quibus plures, hæc uiuaciora. Item alia dentes habēt exertos, ut aper, elephas: alia ſerratos, ut ceruus pantheræ: alia continuos, ut equus, bos. Ex una tātum parte, bos, ouis, capra. Carniuora omnia quibus acuti, ut canis, leo, pardalis. Maxillā mouent omnia inferiorē tantum, præter crocodilum.

Bifida

Bifida, id eſt, δίχιλα, bos, elephas, capra, porcus, ouis: & hæc quidē ruminant. Digitos habent homo, canis, palmipedes, anſer, cygnus. Quædā ungues aduncos & roſtrū incuruum, ut aquila & accipitres ferè omnes.

Marium inſignia

Natura mares etiā inter bruta potiore decorauit honoris inſigni. Draconem & gallum criſta. Cornibus ceruum, iuba leonē. Deniq; maiore etiā animo, præter pantheram & urſam, quæ animoſiores maribus ſunt. Quædam à quibuſdā coli populis cōperimus. Ambraciotis Leænam quaſi uindicē libertatis, quòd tyrannum eorum interfecerit. Delphicis lupū, quòd ſacrum aurū compilatū ac defoſſum refoderit, uel ꝙ Latonæ parienti adfuerit.

Samiis

Samijs ouem,quòd item aurum è templo ſurreptum inuenerit. Argiuis ſerpentem,ut Cleanthes ſcribit. Aegyptijs crocodilum, ibim, multaq́; alia. In Tenedo nutriunt prægnantem uaccam,cui fœtæ miniſteria ueluti puerperæ exhibent.

Amicitiæ & inimicitiæ animalium

Sunt & amicitiæ & inimicitiæ quædã innatæ, Oues capris cõueniunt. Columba turturi. Palumbes perdicibus. Alciones ceryllo. Coruus erodio. Larus graculo. Harpa miluo. At contra internecinum inter ſe bellum gerunt cornices & noctuæ, Miluus & coruus, Pyralles & turtures, Brẽthus & pagrus, Cloreus & turtur, Aegypij & aquilæ, Cygni & dracones, Apri & bubali, Tauri & leones, Aſpides & ichneumones, Aegithus & aſinus, quo rudente oua & pulli Aegithi pereunt, Leones & galli, Hyæna & pardalis, Scorpius & ſcalabotes, Vulpes & cygnus, Tauri & cornices. Inter aquatilia Delphinus & balena, Ceſtreus & lupus, Murena & congrus. Sunt & alijs alia noxia uel ſalubria. Aquilæ quod uocant ſymphytũ letale, Ibidi fel, Hyenæ ſemen erucæ, myrrhæ, Cedri folia calamodyti, Flos uluæ melãcoritho, ſemen alij lacertæ, Adeps capreæ canthara, roſa cantharo, lacrymæ ex uite grui. Reliquiæ cadaueris deguſtati à lupo, cornici & upupæ: herba quam leontophonum uocant leoni, ulturi unguentum, inſectis omnibus oleum illitum. Salubritatem quoq; morbis & remedia inueniunt. Palumbes lauri folijs commanducatis, Ictinus Rhamno. Turtures ἴρεως fructu, Corui uitice, Vpupæ adianto, quod & Callitrichon quidam uocant, Harpa hedera, Perdix arundinis folijs, Turdi myrti, Corydus labruſca, Aquila ſaxo, quod aquilinum uocant, ac utile partubus etiam continendis.

Deuaſtationes

Deuaſtationes etiam inferunt quædã animalia. Magneſij & Epheſij contra locuſtas ordine militari ad bellum exeunt. Pæonij & Illyrij cõtra columbas. In parte Aegypti pro cane certant. Muſcarum multitudo depopulata eſt quondam Megarenſes. Veſpæ Phaſelitas, mures Coſas Hetruriæ ciuitatẽ.

Quædã certis in locis non uiuere

Quædam regiones & loca quibuſdã exempta. In Creta Iouis beneficio, itemq́; apud Delphos, ut autor Nicandrus, nihil animalium uenenatorum uiuit, eoq́; translatũ ex templo perit. In templum Herculis Romæ muſcæ non ingrediebantur. Mures in Paro inſula, ut ſcribit Ariſtoteles, nõ ſunt. Morſus uerò non æque omni tempore officiunt. ueſpa itemq́; muſca quæ ſerpentem deguſtauerunt, aculeis magis penetrant. Aſpidis ranam depaſti ictus immedicabilis. Canis rabioſi morſus letalis. Morſus item ieiuni hominis longe malignus. Scythas addere pharmaco inficiendis ſagittis ſanguinem hominis purgati Theophraſtus teſtatur.

Diuinatio

Nonnulla diuinatione quadã natura donauit. Futuram famẽ aut peſtem, canes, boues, ſerpentes, præſentientes alio ſe conferunt. Mures inſtante ruina ſubito de loco migrant. ut accidit Elienſibus teſte Hom. qui cum in Ionas impie geſſerint, dies continuos antea mures ab eis migrarunt, unde fatum illis portenderũt. Sed & prognoſtica ex animalibus tempeſtatis à quibuſdã obſeruata. Aues enim aquatiles in terra uolantes procellam portẽdunt: Contra terreſtres ſi ad rigua & paluſtria, ſerenitatem. Gallinaceis itemq́; Gruibus alas cõuerberantibus, ſtrepentibus uerò imbrem, eiſdem lauantibus uentorum flatus. Graculi more accipitrũ ſurſum deorſum errantes, ut autor Ariſt. hyemem ſignificant. Cornix à cibo uolitans in ſiniſtram partem, ſerenitatem. Mergi & Anates conſtrepentes alis, uentos: plures aues albæ ſimul iunctæ, item noctua ſereno canẽs tempeſtatem: tempeſtate uerò ſerenum prænuntiat. Commutationes & eadem ſæpe facere uidemus. Luſcinia æſtate colorẽ cantumq́; alium retinet. Sturnus æſtate dulce canit, hyeme obſtrepit, ac ſufflauus è nigro fit. Sed ut turdi, ſturni, phocides, mœnides, thoes, per æſtatem macreſcũt, per brumam obeſæ uidẽtur. Chamæleon quem attigerit colorem reddit.

Locorum mutatio

Nec locorum præterea minor mutatio. Aeſtatis quædã aduenæ aues ut coturnices: quædã hyemis ut grues, turdi. Medicinas etiam innumerabiles ex animalibus eſſe quis ignorat? Sed illud mirãdum, quòd in Scythia animalia: in Thyle uerò inſula piſces loco ligni comburant, ut autor Aelianus. Illud quoq; ſuperſtitioſum, quod idem cõmemorat, multa ex his incantamenta fieri, quæ adferre in medium neglexi.

Arma cuique ſunt

Sed ante omnia pulchrum ſpectare, ſua cuiq; arma à natura dari: eaq́; ingruente periculo ſignis quibuſdã expediri. Initurus prælia leo cauda terq́; quaterq́; terga conuerberat. Sues armos inhorrent. Rhinoceros cum elephanto congreſſurus, cornu prius ad petram exacuit. Ichneumones cum Erinaceis certaturos, oblitos prius luto ac loricatos tenuem pellem contra aculeos durare uideas.

Virtutes animaliũ ſimiles

Inſuper in pleriſque uirtutis quoddam ſimulacrum. In equis, leonibus, canibus animoſitatem, palmæq́; contentionem. In elephantis memoriam & diſciplinam: in uulpe, paſſere, draconibus argutiam. In columbis, cornicibus pudicitiam. In ciconijs pietatẽ, quæ parentes ſenes alunt. In formicis, apibus prouidẽtiam & ſedulitatem. In leonibus rurſus clementiam, in canibus fidelitatem.

DE EQVIS.

NVNC ſingula cõſideranda. Primumq́; equos, de quibus Pollux ſic ſcribit. Ante bimatum domari nõ oportere: Caput aqua perfundendum, pectendum, ac ungula reſecanda, manibusq́; blande poppiſmo fricandum.

Poppiſmum

Stabulum lapide ſternendum: tum lapidoſa paulatim adſueſcendum ingredi uia, uti pedes robore cõfirmentur. Tum os facile reddi illitu aquæ tepidæ, & olei quandoq; unctione: ſic frenum libentius ſuſtinebit. Si minus, chamo compeſcendum. Ab initio non aſper agitator ſit, nõ curſu fatiget, lente utrinq; uertendo experiatur: neq; tam calcaribus quàm uirga caſtiget, & in loco plano. Pedes auerſus capite, ne petatur calcibus, pertractet: morſuq́; eum conuerſa facie prohibeat. Adſeſſor equum ne premat, neq; urgeat, ſeſe coxis ſuſtentet, ſic & eum labore leuat, & ſibi uim maiorem addit. Sit unius potius coloris. Iuba denſa ac ea exultans, forti lumbo, breui capite, erecta ceruice, auribus proportione capitis paruis.

Equi balij

Caſſius medicus in Problematis equos Balios laudat, quos Græce βαίους baios uulgò appellant.

Spadices

Verg. Spadices commendat, id eſt palmeo colore. M. Varro his alia adijcit ſigna: pectus latum, uentrem modicum, lumbos preſſos, ſpinam duplicem, ſi minus non extantem: codam amplam, ſubcriſpam, cruribus rectis, æqualibus genibus, ungulas firmas, nec ſanè magnas toto corpore uenas quæ animaduerti poſſint. Vſum item ſpectare atque habere oportet: cum alius alij ſit uſui: Vectorius, bellator, curſor, admiſſarius, quadrigarius, deſultor.

Canterij

Vecturæ optimi Canterij, equi uidelicet caſtrati. Veredi curſu pernices. Martialis. Stragula ſuccincti uenator ſume Veredi.

Aſturcones

Item Aſturcones qui ex Aſturia ueniebant, molliter ingreſſus glomerando ingrediuntur, qui etiam Tollutarij dicuntur.

Tollutarij

Manni

Seneca Aſturconibus inquit & tollutarijs mannis. Sunt enim Manni equi non admodum magni, qui tollutim, id eſt, more Aſturconum ueſtigia glomerant. Nunc ſanè id genus ex Britannia uenit: ex Hiſpania uerò leuitate, elegantiaq́; conſpicui. Appuli Roſeani bellis aptiſſimi, ex Tuni Africæ, ac Maſſylia Numidiaq́; curſu præſtantes, quos uulgò barbaros uocant. Ex Tyrrheni maris inſulis, præſertim Corſica & Sardiana: breues admodum, ſed animo generoſo atq; audaci, ingreſſu irrequieto: ex Germania grauiores, attamen Succuſſarios, qui ſubſultim moleſte ingrediuntur.

Succuſſarij

Tortores

Cruciantes

Deſultorij

Celetes

His ſimiles appellat Nonius Tortores equos, Plautus uerò Cruciantes, ut cruciante inquit canterio. Succuſſarios Feſtus. Deſultorij uerò ſine ephippijs equi ad curſum apti erant, quos Græci Celetas uocabant. Hi quondam

à nobil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

à nobiliſsimis iuuenibus teſte Tranquillo agitabantur, nunc ſanè à miniſtris. Illud quoq; obiter notandũ, quod neq; legimus neq; ſanè ex ueterũ monumentis aut marmoribus aſpicimus, equos eorũ ephippia more noſtro, neq; penitus pedum ſuſtẽtacula, quæ uulgò ſtaffas appellãt, habuiſſe: ſed tantum in dorſo ephippia eius generis, quibus hodie domitores equorum utũtur. Feſtus ſcribit Romanos equum dexteriorem bigæ in cãpo Martio quotannis Marti immolare ſolitos. Lacedæmonij in monte Taygeto uentis immolãt equum, ac in eodẽ loco adolent, ut cinis eius late diffundatur. Rhodij item ſingulis annis quadrigas Soli cõſecratas in mare iaciũt, quòd is tali curriculo fertur mundum circumire. Aelianus mira quædã de equis ſcribit. In India tam equos quàm aſinos unum in frõte cornu gerere, illudq; ſi quis ueneno infecerit innocuum eſſe. Apud Pſillos Indorũ equos haud hircis maiores eſſe, mulos bouesq; tandẽ Libycos negligẽtiam domini facile tolerare. Nam graciles ieiunosq; labores & curſus maximos perferre. Præterea Scytham fuiſſe quendã, qui

Equi caſtitas

optimæ gẽtis equam, & ex ea equum habebat, ne ſoboles periret, filium ad matris initũ duxiſſe: primum recuſantẽ, mox adopertum pallio ſalientẽ: ut primum agnouit ſe parẽti concubuiſſe, euolauit, è crepidine ſaxi ſeſe præcipitẽ dando, ſcelus expiauit. Darium minorẽ equas à partu in bellũ ducere ſolitum, ut ſi cõtingeret aufugere, ab illis amore relictorum pullorum celeriter transferretur. Celtas ac Macedonas & Lydos equos piſcibus paſcere. Sybaritas & Libycos ad cantum Symphoniæ equos inſtruere ac domare, quæ cauſa illis cladis fuiſſe dicitur cũ Crotoniatis cõcurrentibus. Ex equæ fronte carunculã à paſtoribus radi, philtris efficaciſsimam

Hippomanes

quam Hippomanes uocat Vir. in Geor. Equorũ nobilitas nõ facile patitur ab aſinis iniri: remediũ eis prius iubas tõdere, atq; turpãtes crinibus, amota ſuperbia facile ſuccũbunt, autor Aelianus. Plin. uerò aliter earum libidinẽ iuba tonſa ex-

Eque uẽto cõcipiunt

tingui dicit, cõcipereq; flante Fauonio apud urbẽ Vlyxiponẽſem. Coſsinitus Thraciæ fluuius equos epotus efferat. Hinc Diomedis illic regnãtis equi monſtruoſi ob eam cauſam di-

Equi adamati

cuntur. Adamati equi quoq; Alexãdro & Cæſari ac Auguſto reperiuntur, à quibus etiam tumuli honore donati. A Semiramide item uſq; ad coitum. Equus inſuper Nicomedis regis extincto domino, inedia uitã finiuit. Aelianus. huius inuentorem Neptunum tradunt, æquitandi uerò Theſſalos, ſicuti frenorum Peletronios. Columella de equis ſic ait. Maiores bimis domari non oportet, annorũ notæ cum corpore

Dẽtes equorũ

mutantur. Dum bimus & ſex menſium eſt, medij dentes ſuperiores & inferiores cadunt. Cum quartum agit his qui canini appellantur deiectis, alios adfert: intra ſextum deinde annum molares ſuperiores decidunt. Sexto anno quos primos mutauerit exæquat. Septimo omnes explentur æqualiter, ex eo cauatos gerit: nec poſtea quot annorum ſit manifeſto comprehendi poteſt. Decimo anno tempora cauari incipiunt, ſupercilia nõnunquam caneſcere, & dentes promi-

Morbi equorum

nere. Morbi equorum Crithiaſis, Hyperæmoſis. Generat ſeptentrio equos ſylueſtres: ſicuti meridies aſinos. Inueniuntur & equi fluuiatiles, qui in fluminibus morantur, quos Hippopotamos uocant autores, Ariſt. Aelianus, Plinius.

EX XENOPHONTE DE ARTE EQVESTRI.

NE quid autẽ de equis prætereatur, Xenophontis Græcum libellum de arte equeſtri uiſum eſt mihi in Latinũ ſermonem ad hũc locum epitomare. Pedes ante omnia probandi. Vngulæ craſſæ ſint, neq; humiles, ne atterantur, cinepodes: neq; ualde erectæ caprarum modo, tibiæ pingues oſſibus, non carne. Si pullus molliter genua flexerit, tempore procedẽte multo magis flectet: ſic enim melius quàm rigida equum equitemq; infractũ ac indefeſſum reddunt. Coxæ anteriores ſub humeris pingues probãtur. Pectora latiora ad decorẽ faciunt pariter & robur, aptaq; ferre crura minime inter ſe proxima aut cõiuncta. A pectore rurſus ceruix non more apri prona procumbat: neq; item galli modo recta ad ceruicem tendat. uacuus circa curuaturã ſit, caput oſſeum, paruas habeat maxillas: oculis ante pedes reſpiciat. Nã colli protenſio laſsitudinis debilitatisq; ſignum. Conſiderandum deinde ſi utræq; maxillæ molles, aut duræ, aut diuerſæ. Diuerſarum enim maxillarum, ſicuti alia multa animalia, naſcuntur etiam equi: Oculis item prominentibus uigilantior apparet, quàm incuruis, lõgiusq; aſpicit. Nares apertæ, magisq; depreſſæ ſpirabiliorem ferocioremq; demõſtrant. Etenim quum equus alio cum equo fertur, uel inter equitandũ animatur & efferuet, nares magis dilatare cõſpicitur. Vertex præterea ceruicis maior, & aures minores magis equinum præ ſe ferunt caput: latera profundiora, tumidioraq;. Lumbus quanto latior & breuior, tanto facilior. Ingreſſu equus anteriora crura attolit, & poſteriora deflectit. Ventrem mediocrẽ: coxas latas eſſe oportet, lateribusq; ac pectori coniunctas. ſi autẽ hæc omnia gracilia fuerint, leuiorẽ ſanè ad curſum ucelocioremq; faciunt. Clunes ad caudã, ſi lata linea diuidat, longe ueſtigium poſteriorũ pedum prioribus anteponet. Teſticuli quoq; magni probãtur. Si pullus cruribus fuerit altis, hic magnus erit equus: nam quadrupedũ omnium magnitudo tibialis tẽpore nõ ualde creſcit. Ad huius

Quomodo curandus pullus

igitur ſymmetriam & reliquũ corpus augeſcit. Pullus in primis mãſuetus tractabilisq; fiet eſuriendo, ac ſitiendo: demum iræ oblito, cibum præbẽdo, tum blandiendo, leniterq; partes, quas equus per ſe curare nequit, attrectando. Hunc equiſo per turbã ducat, omnibusq; aſpectibus, ac ſonoribus appropinquare doceat: ut ſi quid expaueſcit, non planè arduum, ſed placidũ eſſe paulatim mõſtret. Cautiones in equo emendo, ut ætatẽ quis norit. ſi frenum recipiat, ſi ſeſſorẽ excipiat, ſi exceptũ excutiat, ſi dimiſſus aufugit, aut celeriter recipitur, ſi uerbere ictus fit obtẽperans aut excitatior. Sed & ſi bello uis utilem: foſſas tranſmittere, muros tranſilire, inſilire, deſilire, à frõte, à tergo, ab latere percurrere oportebit. Pauidi & ſuſpicantes omnino reijciendi. Illa ferocis ac boni equi potiſsima ſigna, ſi feſſus rurſus eadem facere uo-

De ſtabulo

luerit. Stabulum domi habere oportet, ut ſæpe cernat equum oculus dominicus: repagulaq; inter eos, ne in ſe pabulum furentur ponenda. Pauimenta ſtabuli mollia ſeu leuia generoſis officiunt ungulis. Sint igitur lapidibus ſtrata inter ſe ungularum magnitudine ex aſperitate cõiuncta. Ita nanq; à uitijs equorum pedes, & ſi quid illi adhæſerit, prohibentur. Poſt hæc equiſo è ſtabulo equum educat ſtrigilis gratia: ſeponatq; ſeorſum à præſepe poſt prandium: ut libentius deinde ad cœnam redeat: locumq; eum lapidibus rotundis ſternat: ut ſeſe mouendo tanquam in uia ſaxoſa ingrederetur, exerceat: eoq; modo chelidonas pedum huiuſmodi effuſi lapides tenuabunt. Ora uerò ut ſint mollia curandum: hiſdem ferè remedijs quibus & caro curatur humana. Equiſo quotidie fimum & humida equi cubilia in unum locum efferat atq; aggerat. Equum quocunq; ſine freno ducit chamo compeſcat, qui minime reſpirare prohibet, ac mordere non ſinit: ſupra à uertice capiſtrum adliget: quando omnia circa ora impoſita natura ipſa equus detrectat: ſic uincula minime pertrahet, ſed lenta eſſe ſinet.

De ſtrigili

Quando ad ſtrigilem uenitur, incipere à capite & iuba oportet: ubi enim ſuperiora purgata non ſunt, fruſtra inferiora purgantur. Spinam tantum manibus atterat: & pilũ qua natura ducitur cõplanet: ſedi minime noceat: aqua caput abluat: quum enim oſſeum ſit, ſi ferro attingat, equum cõtriſtabit. Deinde procomium, id eſt ſetæ quæ ante frontẽ propendent, aqua inſpergendum

uti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uti lõge ſuccreſcat: quum uidere minime prohibeat, noxiaq́; ab oculis propellat. Etenim exiſtimandum Deum pilos huiuſcemodi equo in hac parte, loco magnarũ aurium dediſſe: quas aſinis ac mulis ob oculorum defenſionem tribuit. Præterea caudam atq; iubam lauare ſæpe oportet. Nam ſetæ in his partibus creſcentes magno ſunt uſui: cauda in noxijs abigendis: iuba ad equum aſcendendum. Sunt item ad decorem: ſignum quod equæ armentales non ſimiliter aſinos in coitu ſuſtinent, donec comam inducrint: cuius rei gratia attondent equas omnis quæ ab aſinis ſint incundæ. Lauare crura prohibemus: nihil enim iuuat: nocetq́; potius ungulis quotidiana inſperſio. Sub uentre quoq; multa purgatio minuenda: quum hæc magnopere contriſtet equum: præterea quanto purgatior hæc pars, tanto magis ſubtus noxia congregat. Itaque hæc loca manibus pro ſtrigili confricanda. Videndum'ne in equis tractandis à fronte aut à cauda adpropinquemus, ſed ab latere: ſic & minimum nocebit, & aſcenſuro paratior fuerit.

Quomodo frenum immittẽdum

Equiſo equum frenaturus primum ad eius læuam accedat: deinde lora dextra ſummo capiti corypheæq; immittat: os uerò ſiniſtra adaperiat: quando ſi recipiat cecriphalon circumponat: ſi minime aperiat, pollicem ſiniſtræ ori inijciendo freno dentes premat. quod ſi non item iuuerit, labrum circa cynodontem premat. Equum inſuper per lorum ducat, nõ autem per frenum: nam hoc diuerſitatem maxillæ facit. Frenum uerò ipſum quum nimis prope maxillas fuerit, os atterit: ut ſine ſenſu quodammodo fiat: quod rurſus nimis in ore ſummo, poteſtatem facit minime freno parẽdi. Equiſo inſtruatur, quonam modo Perſico more ſit auxilio, ut equus facile conſcendatur, dorſo domini pedes ſuſtinendo, ſi forte ille ægrotauerit aut conſenuerit. Præceptum optimum ad equum cum ira nuſquam adcedere: qui enim equum generoſum uerberibus cogunt, maiorem incutiunt terrorem: blandeq́; potius edocẽdus, ut quod expaueſcit minime moleſtum ſit. Equum aſcendens lora ex freno læua decenter accipiat: ita lenta ut crines prope aures minime corripiat: ne ſi forte cum haſta inſiliat, os equi freno conuellat. Ex utroq; igitur latere conſcendere diſcat. Quod ſi forte crus feſſum eques habuerit, minime genu ſupra equi ſpinam imponendum: ſed tibiam in alteram laterum equi partem tranſmittat: quum uerò conſederit coxis equo adhæreat, ut rectius ualentiusq́; queat & haſtam manu iacere, & ex equo ferire: tibias à genu molliter dimittat: ſi autem rigidas protẽderis, periculum ſi quid offenderit ne rũpantur. Deinde brachio ſiniſtro equi coſtis adhæreat: ſic enim & ſtabilior equus fuerit, & manus firmior. Si quando currendum: ſignis id tantum quàm ſubito præſtat. Equo ſi leui erectaq́; ceruice, habenas altius immittendum: ſi demiſſiore fuerit, inferius: qui enim ſponte curret corpus alacer inflectet: & ad baculi nutum qua parte inferri uiderit libentiſſime mouebitur: ſeſeq; rurſus reflectendo regredietur. Equitationis genus laudamus quam pedam uocant. in utranq; enim maxillam uerti aſueſcet. In conuerſionibus equus tuto recipiatur: non ſubito, ſed paulatim è medio curſu frenum contrahendum. Vtile quandoq; fuerit quieſcentem ſtatim impellere: & ex equis equos petere: & ex celeritate rurſus in proximo conquieſcere, & ex quiete iterum irruere. Si quis autem ſaltu eum cupit inſtruere, loro tenens equum foſſam præcedat oportet, deinde trahat, ad ſaltumq́; inuitet: ſi reſpuit, uerberibus cogere: reliquo tempore uim non expectabit, ſed tantum retro aliquem uideat ſat erit: ſic adſuetus, calcaribus poſtea ab equite impulſus magnas tranſmittet foſſas. Hoc idem agere in accliui decliuiq; loco adſueſcendus: & adſilientem quidem in accliui, iubam prendendo pronus adiuuet: in præcipiti uerò ſeſe reſupinando, habenasq́; contrahendo. Equus enim qui collecto condẽſoq; corpore fuerit, & ſibi & equiti hæc omnia tutius peraget.

Venatio utilis equiti

Deniq; huic arti & uenatio & campeſtris exercitatio magnopere utiles. Cum equo magnanimo nihil per uim agito: nimiam ferocitatẽ placidiſſimis potius ſignis mitigato: nam longa magis itinera & quieta mitem reddunt, quàm ſubita ac breuis uiolentaq́; agitatio: quapropter minimum ab aliquo alio quàm equiſone attingatur. Præceptũ eſt enim, poppiſmo, id eſt, blanda ſibilatione equos mãſueſcere, lotio autẽ excitari. At ſi quis ab initio in lotio quidẽ placabilia, in poppiſmo uerò moleſta proferat, diſcet equus poppiſmo quidẽ excitari, lotio autẽ placari: adeo in teneris adſueſcere magnum eſt. Adhibendus inſuper iuxta clamorẽ & tubas, ne hæc horrida ei uideantur: neu aliquid triſte, ſeu ſubito moleſtum proferre, ſed cõquieſcere ſinere, prãdiaq; & cœnas offerre ſi capiat. Optimum autẽ conſilium, ualde animoſum equum non eſſe in bello poſſidendum. At ignauo & pigro equo ſat fuerit dicere, hæc omnia fieri cõtrariæ, quæ animoſo oportere diximus.

De frenis

Præceptum quoq; de frenis hoc erit, ut duo non minus habeantur: horum alterum læue, rotis ualde magnis: alterum breuibus & humilibus, echinis uerò acutis: ut ſi quando hoc equus accipiat, aſperitate dimittat: quando uerò læue commutet, ipſius læuitate lætetur: & in altero quidẽ inſtruatur, in altero gaudeat, ac quod in illo didicit, in hoc agat & exerceat: ſi uerò huius deſpexerit leuitatem, rotas magnas addimus læui, ut ab ipſis hiare coactus frenum dimittat. Oportebit & aſperũ frenum uarium facere, & clauis firmiter confixum ac cõtinuum. Cauendum inſuper ut quantacunq; frena fiant, mollia flexibiliaq; ſint. Rigidum equus totũ habet prope maxillas ſicuti obeliſcum. In flexibili autem quod fugit ſemper uenans, mittit à maxillis frenum. Hac igitur de cauſa circa medium ex aſſibus annuli ſuſpẽduntur, ut in his perſequendis & lingua & dẽtibus occupatus, ad maxillas frenum recipere negligat. Si quis autem equum cupiat uectorium pariter & celerem, ſaltuq; leuem, haud facile in eodem inuenit. Nam qui molliter crura inflectit, corpus attollere minime ualebit. Qui enim lumbũ inflexum & breuem ac robuſtum habuerit, non ſecundum caudam, ſed in ea parte quæ inter coxendices, & latera ſecundum uẽtriculum eſt, is maxime poterit retro crura longius ſupra priora ueſtigia ponere: ex quo ſi freno contrahitur, poſterioribus quidẽ laborabit, corpus uerò anterius attollere ualebit, ita ut uentre & genitalibus anteferatur. Armaturã uerò qui ex equo ſit periclitaturus huiuſcemodi habeto: primum thoraca, & ex thorace cõtinuum ei tegumentum quòd ceruicẽ ad uultum uſq; ac nares protegat. Ex hoc item alæ duæ circa uerenda dependeant, ac cõſiſtant, tales, tantæq́;, ut tela repellere ualeant. Caſſidẽ deinde induat, quæ firmiſſima erit ex pelle bubula. Siniſtra inſuper manus armanda manu appellata, nam humerũ operit tum brachium ac cubitum, & quod his continuum fuerit, præterea extenditur & incuruatur, & ubi deficit thorax ſupra alas protegit. Dextram ob pugnã liberiorẽ eſſe oportet, eamq́; à thoracis impedimento ſeparare, pro quo alæ ſint in giglyſmis additæ: quæ item manus plicantur & ſimiliter clauduntur, brachio tantum ſimile tibialis opponatur. Armanda & ea pars dextræ, quæ ſublata nuda eſt, prope thoraca corio uitulino aut ferro. Equus poſt hæc armandus prometopidijs, poſternidijs, & parapleuridijs. Hæc enim ſimul & equiti parameridia, id eſt, femoralia fuerint. Ex omnibus uerò maxime equi uentriculum ſimul cum lateribus, quæ pars inter uitalia & debiliſſima uidetur, quoad fieri commode poterit, unà cum ephippio protegere oportet: neceſſe tamen huiuſcemodi tegumentum, ſicuti & equi alia, conſuere, ut & eques ſecurius conſideat, & quàm minimum equi ſedem incommodet. Equitis præterea pedes ex femoralibus eminebunt.

De armatura

Armantur quoque & hi ſi embates ſeu ſocculi

fiant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſiant ex corio: quali crepidæ exiſtunt: ſic enim armatura & tibijs, & pedibus pariter calciamẽta fuerint. Et hæc quidem omnia ne lædi poſsit, ut autem lædere ualeat, machæram potius quàm enſem habeat. Pro haſta perticali quòd hæc debilis ſimul & grauis ferè eſt, corneas clauas magis laudamus. Nam & hæ ſcientem fallere minime poſſunt, & ignaro eſſe utiles quoquo modo, à fronte, à tergo, à latere. Adde quòd robuſtiores ſunt, & ferri faciliores quàm haſta. iaculum inſuper lõgiſsimum magis placet. Paltum enim genus minoris iaculi in itinere torquetur ac tranſmutatur. Longius autem iaculabitur ſi ante proijciens ab læua ſe reducat in dextram, deinde in coxendice conſurgens haſtam emiſerit: certius tamen ſi ſemper ſcopum in emittendo contuebitur.

DE CANIBVS.

Diuerſa canũ genera

CANES diuerſorum generum memorat Pollux. Laconicos, Arcades, Argolicos, Cyrenaicos, Libycos, Moloſſos, Indicos, Caſtorides, Eretricos, Cretenſes. Laconici ex uulpibus & canibus, uocãturq; Alopecides. Plautus. Nos Paraſiti Lacones ſumus. Arcades ex canibus & leonibus, appellanturq; Leontomiges. Cyrenaici, ex lupis & canibus, nominanturq; Crocutæ. Caſtorides è caſtore nati, & uulpe: ex quo Homerus ἀλοπέκιδας eos uocat.

Eretrici Apollinis iuſſu nutriti, qui & aratro terrã uertere dicebantur. Moloſsi ex Epiro ueniunt, dicuntur prognati ex cane, quẽ Vulcanus, ut fabulæ uolunt, fabricauit, & animam inſpirauit, donoq; dedit Ioui, ille Europæ, ipſa Minoi, Minos Procridi, hæc Cephalo uenatori. Cretenſium canum aliqui Diaponi, qui ſemper in certamine foris cõgrediuntur, alteri parippi, qui equis curſu contendunt. Hæc ex Polluce. Sunt & Celtici ex Gallia Britanniaq; uenientes, odoratu, curſuq; præſtantes. Indici ex tigride naſcuntur. Vnius ex his exemplũ tradit Ariſtoteles, qui præſente Alexandro in India cum leone cõgreſſus, prius exſpectauerit à circunſtantibus totus paulatim cõcerpi, quam mordicus ferã dimittere. Extinctum tandem Alexãder honorauit, eius nomini ac tumulo ciuitate dicata. Nicãdrus Colophonius tamẽ ſcribit huiuſcemodi canes ex Acteonis regis canibus prognatos, qui poſt rabiem in ſanitatẽ redeuntes Euphrate trãſmiſſo, in India errauerunt. Sunt & Melitei ex Melite inſula, admodum parui in delicijs domi educãtur. Noſtra uerò tempeſtate Alani & Corſi non cedunt Moloſsis, quibuſuis feris congredientes. Moloſsi enim ex Illyrico frequentes in Italiam ueniunt, cuſtodiendo pecori uillisq; aptiſsimi: ſub catenis interdiu ob periculum retinẽtur. Hoc animal Aegyptij ſub numine Mercurij uenerãtur, quem uocant Anubin, quòd in exortu caniculæ fiat inũdatio Nili, uel quòd Iſidi Oſyrim quærenti Canes præſto fuerint. Scribit Hermippus, qui & Ariſtoclem adducit autorem, eſſe gentem in parte Aethiopiæ, cui canis imperaret, eiusq; cum latratu tum certis alijs ſignis iuſſa deprehendi. In templo Vulcani rotundo, canes Romæ ueluti æditui habitabant, ſacrilegis tantum adlatrantes, cæteris blandi. Eodem fermè modo & in Apulia & in

Canũ fidelitas

Mineruæ templo uidebantur. Fidelitatis quoq; eorum plura monumẽta. Pyrrho Regi canis ab eo educatus adfuit quondam in ſomnis in quodam terrore clamanti: demum eo mortuo in eandem pyram ſeſe ſponte iecit. Icarij canis fidem ob indicatum filiæ parentis cadauer, cælo poſteritas extulit. Dareus ultimus ab Alexandro uulneratus, ab omnibus relictus, cani tantum ab eo educato curæ fuit. Canem Athenienſes publice alendum mandauerunt, quòd in Aeſculapij tẽplo cuſtos ſacra compilantem indicauerit. At canem Vlyſſeum poſt annos x x. dominũ cognouiſſe fabuloſe ab Homero poſitum.

Canum docilitas

In Aegypto docilitas nõ minor eis quàm equis Sybaritarum. Sub Ptolemæo quidem ludere, ſaltare ac molliter ad ſymphoniæ cãtum moueri, edocti fuerant: uicẽ ſeruorum pauperibus domi præſtabant. Ex Aeliano. Canem Latini lupercalibus immolabãt menſe Februario: Lacedæmonij uerò Marti eumq; templis omnibus, ut animal impurũ, & qui in propatulo coëat arcebant. Ea demum cauſa quòd in inſulam Delum non ingrediebãtur, nec eius ſacerdoti uel eum nominare fas erat. Plutarchus in Problematis. Pœnã quoq; apud Romanos ſingulis annis dabant, ob memoriam male defenſi ab eis in tumultu Gallorum Capitolij. Heliogabalus teſte Lampridio canes ingentes rhedis trahendis iunxit. Reliqua ad eorum pertinẽt naturã. Plures edunt fœtus, cæcos omnes uſq; in diem x i i i i, optimus in fœtu qui nouiſsimus cernere incipit, primus tantum patrem refert. Genituræ initium mari quartus annus, fœminæ tertius, uſq; in nonũ: ætas dentibus deprehẽditur. Iuuenibus albi & acuti, ſenibus nigri & obtuſi, æuum longiſsimũ annis x i i i i. Ex Aeliano.

Probi canis ſigna

Signa uerò probi Pollux uel illa præcipua commemorat. Toroſi, magni, uenoſa fronte ac lata, oculis nigris flammeisq;, auribus tenuibus ac prælongis. Collo itẽ prælongo, pectore carnoſo. Spatulæ ab humeris paulo recedentes, cruribus altis, altioribus tamẽ poſterioribus, lateribus extãtibus, coxis teretibus inter ſe diſtantibus, uillo tenui ac denſo, colore non omnino uno, ſed mixto.

Canũ morbi

Vexantur tribus morbis, angina, rabie, & podagra: ab hac ultima facile curantur, à reliquis non. Item eorũ caluariam integrã eſſe conſtat. Curſorẽ præterea uilloſiorẽ eſſe oportere, indagatorẽ uerò dẽtibus hebetioribus atq; nigrãtibus. Signa quoq; lõge odorãtis, ſi abſtinent canina carne uel aſſata uel farcta cõdimentis. Aelianus.

DE CERVIS.

Ceruí

CERVIS fœminis cornua naſci, cum nonnulli dicunt, tum Euripides teſtatur in Iphigenia. Ceruam cornigeram manibus Achæorum tradam quam pro tua mactabunt filia. Idem in Terundis Ceruam ab Hercule expugnatã cum cornibus fuiſſe dicit. Seſeli herba in morbo, & apud Cretam dictamo, ut tradit Ariſtoteles, ſeſe curant. Cornua in locis inacceſsis proijciunt, ne imbelles inueniantur. Vnde prouerbium Οὐ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι. Quò abijciunt cornua cerui: autor Aelianus. Ariſtoteles ait Ceruũ in capite uermes habere, præterea felle carere, quãuis eius inteſtinum ſit amariſsimũ. Plinius item de his hæc ſcribit: Mulcentur fiſtula paſtorali, iacẽt prope uiam, in terrore ad hominem cõfugiunt, mirabundum alioqui animal ac timidũ. In bimatu cornua incipiunt, partus ferũt octonis menſibus, & uitæ eis lõgiſsimæ ſignum, quod quidã cum torquibus aureis ab Alexãdro magno datis poſt longum tẽpus inuenti. Quin & eorum carnem matutinis manducatã addere uitam compertum eſt. Cornu ceruinum ſuffitum abigendis ſerpentibus aptũ. Africa tantum ceruis caret.

Hippolaphus

Eſt & apud Ariſtotelẽ Hippolaphus animal forma cerui & equi cõpoſitum, magnitudine ferè ſimili ceruo, uillo tãtum & barba hircina: ſcribit ipſum gigni apud Aracotas, forte hic eſt quẽ Aelianus Tragelaphum uocat, dicitq; cætera ſimilẽ ceruo, barba tantũ & armorum uillo, hirco propiorẽ.

Tragelaphus

Caprea Dorcas

Capream Græce Dorcadem Gaza apud Ariſtotelẽ conuertit. Hæc & coturnix placidiſsima animaliũ ut ait Plinius, uenenis pingueſcũt.

Muſimones

Muſimones Corſica fert, caprarum more uillum ferẽtes, ex quo tomẽta conficiunt: autor Strabo.

Damæ

Damæ raro mãſueſcunt, cum feræ dici nõ poſsint. Cõplura nanq; mediæ inter utrũq; naturæ ſunt, ut in uolucribus hirundines, Apes in campo, in mari Delphini: autor Plinius.

Vulpes

Vulpes uafrũ animal, Echinum cũ uideat nõ poſſe propter aculeos ſuperare, reſupinat, atq; ita mollem corporis partẽ lancinans enecat. Veſparum quandoq; multitudine uexata ſeſe in cauũ condit, extãte cauda, Circa quam ut illas certatim occupatas, uilloq; denſo implicit

plicitas animaduertit, egreditur, atq; ad murum ſiue arborem perfricando obterit extinctasq; deinde depaſcitur. Eodem ferè commento & piſciculis inſidiatur ripam oberrãs, caudaq; in aquam demerſa: illi nouitate accurrunt, uillisq; obuoluti & quaſi defoßi extrahuntur. Otides quoq; in fluminibus pariter decipit, ſeſe uni ex eis feſſæ adſimilans, illæ ſuperuolãt, uulpes conuerſa ſtatim inuolat. Dicitur & in Thracia flumina hyeme glaciata tranſmittere, aure prius ad ripam humi adpoſita ſecuritatem itineris explorare, ſi quietem nullis crepitantibus undis deprehendit, libera traijcere. Hæc ex Aeliano.

Leones

Leonum Ariſtoteles duo genera ponit, alterum breuius, criſpo pilo atq; ignauius, alterum longius atq; generoſius. In uniuerſum infirmis eſt lateribus, reliquo corpore robuſto. ceruice præſertim ualidißima, quòd oſſe uno rigida conſtet, nec uertebris ullis iungatur. Illud obſeruatum ex Homeri carmine quòd ignem formidat. Item rotarum orbes, currus inanes, & gallinaceorum criſtas ac cantus. Solum hoc animaliũ apertis oculis naſci, autor eſt Democritus apud Aelianum: minimumq; ſomno deditum tradunt ſignum, quòd dormienti cauda iugiter mouetur. Stabula paſtorum armentaq; inuadit fame compulſus, ut Homero placet. Carne camelorum libenter ueſcitur, ut autor Herodotus, qui quondam in camelos regis Xerxis frumentum ferentes impetum feciſſe leonem commemorat, reliquo commeatu hominibusq; ſeruatis. Saturitatem dierum inedia uel ſimia deuorata uomitionibus purgat. Ingreditur obliquo itinere, ne cubile deprehendi aut fœtus inuadi poßint, oſſa ſolida minimeq; uacua habet. Solus quocunq; tẽpore terga nullo terrore uertit, quiete ac ſenſim ſeſe recipit. Cũ leæna non paſcitur, ſed ſeparatim errat, cũ in cunctis generibus mas cum conſorte libenter uiuat. Cauſa, quòd uterque uiribus fidens nequaquam altero indiget: hæc ex Plinio. Reliqua ad eius pertinent clementiam. Nam ut eſt inedia terribilis, ſic reliquo tempore mitis, pueritiæ, ac magiſtro eum regenti præſertim.

Placabilitatis leonis exẽpla

Varia eius placabilitatis traduntur exempla. Illud in primis notißimum quod ab Aeliano Gellioq; traditur de Androcle ſeruo, qui Roma aufugit in Libyæ deſerta, ac in antrum leonis incidit, ubi leoni reuertenti cum præda ac pedem claudũ porrigenti Androcles auxilium tulit. Demum captus ipſe fugitiuus ac Romæ in Theatrum eidem leoni forte capto obiectus, ab eodem cognitus & ſeruatus eſt. Scribit item Plinius de Mentore Syracuſano, qui leonem ſibi in ſyluis obuium, pedemq; porrigentem ſurculo fixo liberauit: Idem ferè dicit Helpio Samio contigiſſe. His exemplis ſucceßit diuus Hieronymus qui huiuſcemodi feram ſimili beneficio demeritus traditur. In regione Elymea templum Adonidis eſt, ubi leones manſueti hoſpitibus blandiuntur, ex eorumq; manibus cibum capiunt: autor Aelianus. Plinius ſcribit, quòd primus Romanorum leones currui iunxit M. Antonius triumuir, imitatus matrem Deum, in cuius tutela ſunt: non ſine cauillo, generoſos ſpiritus eo tempore ſub iugum miſſos ſignificari: quem deinde imitatus eſt Heliogabalus, teſte Lampridio. Pompeius C C C X V. iubatorum leonum pugnam in circo dedit. Cæſar C C C C. Primus hominum Hanno Carthaginenſis Leonem manſuefecit. Graui ſunt anima, & diebus alternis ueſcuntur.

De Leænæ partu

Leæna primo partu quinque parit, ac per annos ſingulos uno minus, ab uno ſterileſcere. Informesq; fœtus ac magnitudine muſtellarum eſſe. Semeſtres uix ingredi. Hæc Plinius. Contraq; Herodotus apud Macrobium, itemq; Gellius ſcribunt, quòd Leæna in omni uita unum parit. Cauſa quòd catulus leoninus ubi in utero moueri cœpit, cum habeat ungues longe acutißimos, uterum lacerat, augeſcens magis ac magis imprimendo exulcerat.

Lupus

Lupus animal uoracißimum in prædam incidens toto corpore turgeſcit, taurum à tergo aggreditur cornua cauens, noctibus graſſatur. Flumina tranant ſeriatim quolibet eorum præcedentis caudæ mordicus apprehenſæ innixo. Apollini amicus quòd Latonæ parienti aſtiterit, unde ab Homero Lycogenes Apollo dicitur, ex quo in templo Delphico lupi ſimulacrum cernebatur. Et apud Græcos annus Lycabas dicitur, quòd à Phœbi ſeu ſolis curſu pendeat. In Canopo Mareotidis piſcatoribus adſiſtunt more domeſticorum canum, parteq; ab his prædæ donantur. Alioqui retia, apparatumq; omnem concerpunt. Prope Nilum herba quædam eſt quæ Lycoctonia ex argumento dicitur, hanc ſi attigerint pereunt: quare Aegyptij hoc animal uenerantes (nam & Lycopolim ciuitatem habent) hanc è ſuis terris extirpauerunt. Hæc ex Aeliano. Plinius ait luporum uiſum in Italia noxium eſſe, uocemq; homini quem priores contemplentur adimere: caudæ eius uim amatoriam ineſſe. Eum X I I. non amplius dies toto anno coire. In fame quoque ueſci terra. De uiſu Virgilius etiam in Bucco. autor. Liuius uerò inquit, uiſo quondam lupo in capitolio ut dirum putatum, urbsq; propterea luſtrata.

Lupus ceruarius

Lupos ceruarios Gaza ait à Græcis θῶας uocari. Pollux autem Thoam lupum uulpi ſimilem uoce dicit, qui cæcos parit fœtus, & cum leonibus congreditur.

Thoas

Caos

Caos alia ſpecies è genere ceruariorum. Lupos ceruarios in Pompeij arena primum Romæ ſpectatos fuiſſe Plinius ſcribit. Aelianus hoc animal præditum magna humanitate dicit. In hominem ſiquidem incidens ſeſe conuertendo quodammodo dignatur. A cæteris quoque oppreſſum animalibus ultro ulciſcitur. Cũ Leonibus congreditur.

Lynx

Lynx & ipſe inter lupos ceruarios uiſu acutißimo, pelle uaria. Eius urina concreta lapideſcit, mulierum ornamentis quæſita. Hanc igitur expetitam quaſi diuinans dicitur (uti tutius degat) occultare, quam Lyncurium uocant, ut autor Solinus.

Lyncurium

eius color precio ut ait Theophraſtus, ad ſuccinum peruenit, ſpiritu attrahit & ipſe appropinquantia, dolores inſuper renum placat, & regio morbo medetur. Plin. Item ſcribit lupi ceruarij naturam eſſe, ſi contingat eum mandentem reſpicere, ſtatim oblitum cibi alium quæſitum abire.

De bobus

Boues inter animalia honore cæteris præfert Columella, tanquam agriculturæ ſocios, præſertim in Italia, cum tauros Italos Græci uocarent, capitaleq; fuerit apud antiquos eos necare: ex quo damnatus à Pop. Ro. qui concubinæ procaci omaſum ruri ſe ediſſe neganti bouem interemiſſet, tanquam colonum ſuum ſuſtuliſſet. Scribit Aelianus apud mare rubrum boues cornibus flexibilibus eſſe, apud Myſos ſine cornibus naſci, in Phœnicia tanta magnitudine eſſe, ut à ſtantibus mulgeantur: in Libya quæ Aegypto terminatur, boues Opiſtonomos, id eſt, retro paſcentes eſſe, quòd cornua luminibus prætenta ab fronte paſtionem abſcondant, regredientibus uerò nequaquam.

Opiſtonomi boues

In India curſu cũ equis contendere publico ſpectaculo: in Libya boues agreſtes eſſe, curſu item haud equis inferiores. Apud Chußas Aegypti ciuitatem Venerem coli cum cornibus bubulis, eiq; uaccam ſacrificari, quod ei numini maxime conueniat, cum conſtet hoc animal maris ſequi uocem ſtadijs uel X X I I I I. diſtantis. Apud Crathim itemq; Clitumnũ Vmbriæ fluuium, armenta ex nigris alba fieri. In Eubœa ferè omnes boues albos naſci, unde à poëtis Argibœa dicta eſt. Tauros Aethiopum agreſtes qui Sarcophagi dicuntur, cornua aurium modo mouere: Apud Troglodytas taurum eſſe in præcipua dignatione, quòd robore præſtare cæteris animalibus dicant. Huius etiam animalis nomine Aegyptios Apin colere, quem ex loco Vphim uocant, ex eo genere quos Theſprotæ Latinos dicunt, iactantes illos è ſemine Geryonei armenti ortos.

Vphis apis

Hunc uphim herba tantum modica paſci. Hæc omnia Aelianus. Plutarchus in Problematis ſcribit boui qui cornu peteret, fœnum apponi ſolitum, ne occurſantibus noceret: ex quo prouerbium ad proteruos & nocentes, fœnum in cornu gerit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

rit:quo M.Craſſus notatus fuit. Columella teſte, boum differẽtiam regio facit. Campania albos & exiles gignit. Vmbria uaſtos & albos. Hetruria & Latium compactos & ad opera fortes. Apenninus uegetos ac labori aptiſſimos.

Signa probi bouis

Tum illa ſigna probata, magna cornua, frons lata & criſpa, hirtæ aures, oculi magni ac nigrantes, ex quo Homerus βοῶπιν Mineruam appellat. Nares reſimæ ac patulæ. Ceruix lata & toroſa, ampla palearia, capax uterus, latera porrecta lumbi. Dorſum rectum & planum, ungulæ magnæ, cauda longiſſima, color rufus uel fuſcus. Vaccæ quæ anno x. exceſſerunt fœtibus inutiles, rurſus minores bimis iniri non oportet. Hæc Columella.

Taurorũ ſpectaculum

Plin. teſte taurorum ſpectaculum primus Cæſar Dictator dedit, quod adhuc Romæ durat. Illud quoq; non prætcribo quod ſcribit Aelianus, Taurum qui cornu petat, dextro teſticulo adligato cohiberi: bouem quoque triturantem à frumento abſtinere, ſi os ei ſpicis prius perfricetur. In prodigijs antiquorum ſæpe locutus bos dicitur, quo nuntiato Senatus ſub dio haberi ſolitus.

Morbi boum

Morbi boum, podagra & ſtruma.

Vrſus

Vrſa fœtus informes lambendo paulatim figurat: parit poſt menſem tertium, quo tempore ad antrum quod ſibi delegit reſupinata ſerpendo accedit, ne inſidijs pateat locus ueſtigiorum: Ibiq́; fœta dies x i i i i. ut ſcribit Ariſtot. immobilis manet. Sine cibo uerò dies x l. tantum dextri pedis linctu ſeſe ſuſtentat. Hoc remedio utitur in morbo inteſtinorum. Demum in eſcam incidens exaturatur, ſaturitatiq́; uomitione occurrit formicis commanducatis. Exagitata à uenatoribus fœtus paruos partim dorſo, partim ore rapiens fugit in proximam arborem. In taurum incidens famelica, palearia inuadit, præmendoq́; lancinat, donec conficiat.

Vrſa ſæuior mare

In hoc genere fœmina ſæuior atque fortior mare. Ex Aeliano. Ariſtoteles urſum uocat animal omniuorum & qui magna animalia inuadit. Ac erectis duobus aliquando pedibus ingreditur. Carnes omnis uel putres depaſcitur. Præterea urſorum genus album eſſe in Myſia ita ueneno infectum, ut canes uenãtes ſolo afflatu perimat. Apud Roxolanos ad Lituanos ingentes hodie uenatur urſos, qui regibus illis ſunt etiam in delicijs manſuefacti.

Cameli

Camelorum duo genera Ariſtoteles & item Pli. ex eius autoritate ponunt: Bactrios & Arabicos, illi bina in dorſo tubera, hi ſingula habent. Sunt & omnibus ſingula in pectore qualia in dorſo, quibus incumbant quotiens in genua inclinantur. Papillas i i i i. modo uaccæ retinent, caudam aſino ſimilem, genitale retro, & genua ſingula in ſingulis cruribus, clunes proportione paruas. Animal biſulcum, & ſuperiore parte dentatum uti bos. Bellum aduerſus equos naturale gerit, ſitim quatriduo tolerat. Bibit obturbata prius pedibus aqua. Aelianus de hoc genere ſic ſcribit. Camelos ad annos l. peruenire compertum, baculoq́; ſeniles greſſus regere. Mares alterum tantum uiuere, quos Batariani caſtrant, ſic enim feritate poſita ac robore augeſcente bello ſunt utiliores. Vnum quadrupedum omnino coitus uerecundia latebras quæritat, & crura poſteriora conuerſa gerit.

Strabo de Camelopardali

Strabo lib. x v i. ſcribit in regione Arabiæ thurifera Camelopardalim naſci, qui nihil pardali, inulo potius pilo coloreq́; uario ſimilis, bouis magnitudine, poſterioribus cruribus humilior, erecta altaq́; ceruice ſublimiore quàm cameli, moribus et natura pecori quàm feræ propior. Plin. uerò eum deſcribit collo ſimilẽ equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite, albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus. Cæſaris Dictatoris ludis Circenſibus primum uiſum, aſpectu magiſquam feritate conſpicuum. Hoc animal paucis ante annis in Hetruria uidimus, quod à rege Tunis ex Africa Laurentio Medici dono miſſum fuerat.

Oues

Ouis quadrupes mitiſſima, in admiſſura ſi fœminas cupiunt, auſtrum obſeruant: ſi mares, aquilonem. In Arabia tradit Herodotus oues eſſe cauda trium cubitorum quam per humum trahũt. In ponto ἄχολα feruntur: in Naxo δίχολα. Aechilides in libris de agricultura ſcribit minutiſſimas eſſe oues in Chio pabuli inopia. Caſeum tamen ex eis laudatiſſimum. Agni à partu ſtatim matrem paſtoremq́; agnoſcunt, circaq́; illum petulca laſciuia ſubſiliũt. Hæc Aelianus.

Signa probæ ouis

M. Varro ſigna probæ ouis tradit. Corpore amplo, molli ac denſo uillo præſertim circa collum, uentre piloſo, eo ſi careant priſci Apicas uocabant. Præterea cruribus humilibus, caudis in Italia prolixis, in Syria breuibus. Pli. dicit pecori infirmum eſſe caput, eaq́; de cauſa auerſum à ſole paſci cogendum, uitamq́; huic anno x. Naturale inſuper eſſe arieti agnas faſtidire, ſenectam ouium conſectari: præterea dextro teſte præligato eos fœminas generare, leuo autem mares.

Aſini

Aſinos probos Arcadia & in Italia Reatæ mittunt, ex qua urbe aſinum ueniſſe milibus H S. l x. autor eſt M. Varro. In Betica totaq́; Libya terram hoc animali proſcindunt, ut autor eſt Columella. Ruri utiliſſimus, diu domini negligentiam tolerat. Lacte aſinæ, ut tradit Tranquillus, Popea Neronis coniunx cutis nitorem prouocabat.

Onagri

Aelianus hæc ſcribit, aſinos agreſtes quos Græci onagros uocant in Mauritania curſu pernices eſſe, citoq́; deſiſtentes & anhelos à uenatoribus capi. In India item agreſtes reperiri equi magnitudine, albos reliquo corpore, capite penè rubenti, oculis ceruleis, uno in fronte cornu, magnitudine unius cum dimidio cubiti, ab radice albo, in cuſpide purpureo, media nigro diſcriminata. Pocula ex hoc Aegyptios conficere auroq́; munire, utilia ſanè ex his potantibus ad ignem ſacrum & uenena deprehendenda. Soloſq́; in genere ſolidipedum hos eſſe qui talos habent, felleq́; carent. Præterea frigoris impatientem eſſe: nec in Ponto aut ſeptentrione ea de cauſa generari: hæc Aelianus. Noſtra memoria rex Saracenorum qui apud Tunim in Africa imperitat, Ferdinando regi Neapolitano aſinum ingentem, forma conſpicua ac uaria dono miſit.

Muli

Muli apud Indos ex aſino & equa agreſtibus naſcuntur, pernici uelocitate, colore fuluo. Vulgatum & de mulo Athenis, qui iam emeritus operum, gratis publice alebatur. Dum Athenienſes templum extruerent, ille laborantibus mulis alijs præcedens ac uacuus ueluti dux, iter greſſuſq́; monſtrabat. Quare cautum publico edicto, ne quis hordeum appetenti auerteret. Aelianus. Laliſiones pulli onagrorum ſunt, cibis apti. Martialis. Cum tener eſt onager, ſolaq́; laliſio matre Paſcitur, hoc infans ſed breue nomen habet.

Sues

Sus Græcum uocabulum ὗς uocatur & χοῖρος, quo uocabulo miror à ruſticis Hetruriæ hoc genus clamando educi ad paſcua & reduci. Animam ſui pro ſale datam dicit Cicero, quòd hæc pecus ad eſcam tantum ſit nata. Quapropter ſolum ſaginatur, tanto quandoque augeſcente adipe, ut in Arcadia Plin. tradat ſoricem in corpore cuiuſdam præpinguis nidificaſſe. Nullum animal æque fœcundum, cum bis in anno pariat ac uicenos. Tempus uteri quatuor menſes.

Succidia

Nec ullum æque ganeas implet, ſuccidiam ueteres uocabant: ex quo farcimina, tomacla, lucanica, glandium, ſumen, ſinciput, Perna, Abdomen, Laridũ, uulua, Spectile.

Spectile

Eſt enim Spectile, ut ait Feſtus, caro exos iuxta umbilicum ſuis. Clidium quòd inter iugulum eſt. Iſicium farciminis genus. Venter Faliſcus. Papinius. Non lucanica, non graues Faliſci. Ila pars lumbi eſt ſeu lateris. Horatius. Perna magis an magis ilis. Erat porcus Cereri ſacer, eiuſq́; initijs mactari ſolebat, & in feriendo quondã pacis fœdere, Inuiſus uerò Veneri ob interfectum Adonem. Plin. uitam eis x v an. dicit. Morbos quoq; anginam & ſtrumam. Solidũ aprum Romanorum primus in epulis appoſuit L. Seruilius Rullus. Aprorum uiuaria cæterorumq́; ſylueſtrium primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit: nec diu poſt imitati fuere, Lucullus & Q. Hortenſius. Hæc Plin.

Porcus Troianus

Callum aprugnũ & porcus Troianus ſumptuaria lege prohibebãtur. Erat enim porcus Troianus per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

nus per metaphoram dictus, refertus intus condimentis plurimis, ſicuti & equus Troianus militibus: autor Macrobius.

Ibrida

Ibridam ex ſue domeſtica & apro natum dicimus. Quo nomine Cicero collegam ſuum C. Antonium notauit.

Mantichoa

MAntichoã India gignit magnitudine leonis, pelle uilloſa, ac purpurea, uultu ferè & auribus humanis, triplici dentium ſerie ſuperius, totidemq́; inferius: biſq́; acutis & aliquanto quàm canis maioribus, oculis uilloſis noctuæ ſimilibus, unguibus Leoninis, cauda bifida, utrinque aculeis cuſpidata: quos in certamine cõgredientibus eminus pro telis iaculatur, alio renaſcẽte. Veſcitur humano cadauere, quapropter anthropophagum eum cognominauere. Curſu alioqui pernix. pullos eius Indi ante natos aculeos uenantur. Hoc animal ſe uidiſſe teſtatur Creſias in Perſide, & ex India dono regi adlatum: hæc Aelianus. Ariſtoteles in eandem ferè ſententiam.

Elephanti

Elephantos Ariſtoteles tradit edere modios hordei Macedonicos nouenos, ſuper his farinæ quinos, & ſi dederis, ſeptenos, ramos quoque teneros mille: bibere uerò metretas Macedonicas XIIII. & rurſus ueſpere octonas: uiuere annos centũ, peruenire nonnullos ad trecentos. Ex animalibus maxime exhorrent hircum, ceraſten, porcũ, quibus ſanè machinamentis Romani elephantos Pyrrhi regis primum uertẽtes uictoria ſunt potiti.

Lucæ boues

Vocant & Lucas boues quòd in Lucania tunc primum uiſi. Ebur ex eorum binis dentibus exertis Græci Elephantinum appellant, uetuſtate rubeſcit. Reliqua quæ de his memorantur, uenatione uidelicet, partu, docilitate, obedientia, religione, robore ac magnitudine, ſcire cupientes, ad Plin. lib. VIII. & Strabonem XVI. ac Ariſtotelẽ VIII. relegamus.

Simiæ

Cercopitheci

Simiarũ genera, Cercopitheci, Cynocephali, Cæpi, Sphinges, Callitriches, Satyri, Cynoproſopi, Manticoræ, Crocutæ. Cercopitheci, maximi magnitudine ſunt, ut Aelianus teſtatur, cauda quinum cubitorũ, unde nomen auſpicantur. Barba propenſa, coma humana, alba facie, reliquo corpore nigrantes. Verſantur in montibus Indiæ apud Taxilam ciuitatẽ, & Alexandro magno quondam cum toto exercitu terrori fuere, ut autor Clitarchus, cum illorum greges in binos pedes erectos uideret. Ad arbores confugiunt, ac inde hoc eos modo uenantur, ut Strabo refert lib. XVI. Catinos aqua plenos in eorum conſpectu ponunt, ex eaq́; oculos oblinunt, ac ſtatim pro aqua uiſcum reponunt. Illi aſpicientes (ut ſunt imitatores ad omnia) eueſtigio deſcendunt, oculoſq́; & ora ipſi uiſco pariter impediunt, exinde præda fiunt.

Sphinges

Sphinges uilloſæ comas, ut ait Solinus, & mammis prominentibus, docileſq́; ad feritatis obliuionem.

Callitriches

Callitriches toto penè aſpectu à cæteris differunt, in facie barba eſt, lata cauda. Has capere non eſt arduũ, ſed proferre rarum, neq; enim uiuunt in altero quàm in Aethiopico ſuo cœlo.

Satyri

Cynocephali

Satyri facie admodum grata, & ipſi geſtorum imitatores. Cynocephali forma quidem ſimiarũ, uerũ ut tradit Aelianus, maiores ualidioreſq́;, ac facie tum dentibus & robore canibus propiores, humani geſtus æmuli, & ſi infanti admoueris ei ubera mulgenda præbẽt.

Cynoproſopi

Cynoproſopi (ut idem Aelianus) in deſertis Indiæ Aethiopiã uerſus, capite, dentibus, ac pelle canibus ſimiles, hominibus reliqua. Circa labra more draconis pubeſcentes, unguibus manuũ præacutis, tum curſu ueloces, petiti ad aquas confugiunt: propterea uenatu difficiles.

Cæpi

Cæpus facie Satyro ſimilis. Cætera inter canem atque urſum. Naſcitur in Aethiopia, autor Strabo in XVII.

Mantichoa

Crocuta

Capræ

Mantichoa & Crocuta etiam è Simiarum genere hominum geſtus & ſermones imitantes, autor Plinius. Capra in genere biſulcorum, ſenſibus acutiſſima, ſpiritus tanta exuberantia, ut præter nares ad anhelitum aures etiam in itinere fatiget. Humore nimio ſuffuſos oculos ſpinæ aculeo purgat iugulando, fatumq́; præſentire uidetur. Argumẽtum inediæ pertinacia. In Africa naſcuntur agreſtes, equi altitudine. In regione Caſpia eadem ferè magnitudine, ſine cornibus, colore albæ, uilloq́; longo, ac mollitie lanis Mileſijs certant: unde Sacerdotes & Caſpiorum lautiſſimi ueſtes conficiunt. In parte Africæ Caliſthenes tradit Capras ouium modo tonſili uillo eſſe, ex quo nautæ conficere ſolent rudentes. Nymphodorus uerò in Sardinia caprarum pellibus incolas pro ueſtimentis uti, adeo interpolatis: ut hyeme uillo cõuerſo, æſtate auerſo ſint utiles. In regione Sybaritarum Italiæ accidit res memoranda.

Hiſtoria capræ adamatæ

Crathis nomine paſtor capram amabat, quam uti concubinam lecto delicijſq́; omnibus dignabatur: ab hirco deinde zelotypo ſæpe obſeruatus, tandẽ quandoq; incautus inuaditur, cornibuſq́; iugulatur: qui ab accolis poſtea re cognita iuxta fluuium quem ab eius nomine Crathim uocauerunt, cõtumulatus fuit: ubi & capram humano uultu finxerunt, quam pro nympha & dea eius loci poſtea coluerũt. Ex Aeliano. Plin. ait capras pinguedine ſterileſcere, & morſum earum arboribus præſertim oleæ exitialem eſſe, quamobrem Mineruæ inimicæ dicuntur.

De hircis

De Hircis uerò ſcribit item Aelianus, ſex menſes hybernos ſuper ſiniſtrum eos iacere latus cum dormiunt. Ab æquinoctio autẽ hyberno totidẽ menſes ſuper dextrũ. Ariſtoteles hircos dicit obliquis eſſe oculis, & ad nares reſpicientibus. Quod Virg. probe cecinit in Bucolico, Tranſuerſa tuentibus hircis: in quo noſtri grammatici pleriq; errant.

Lepores

Lepores mares concipere compertum, dormiunt oculis apertis, quãdo genis carent: interdiu quieſcunt, noctu uagantur. Natalis loci præſertim amatores. Campeſtres parui, ualdeq́; pernices. Montani magnitudine excedunt. Curſu adcliui ueloiores omnes, quòd pedibus prioribus breuiores ſint. Ad fugam ſeſe auribus in terga inclinatis excitãt. Canes curſu flexuoſo ſæpe decipiunt. Cum circumagitur, altera aure ab ea parte demiſſiore pro gubernaculo utitur: Enixa ſuos fœtus locis plurimis diſpertit atq; abſcõdit: putans eo modo à noxijs melius tueri: uocem accipitris exhorret latitans. In uulpem ſi forte incidit, euadere curſu contendit. Illa dolum celeritati opponit, cum in media perſecutione quieſcens pòſt paulò leporis ueſtigia ſectatur ac cubile inuadit. Dicitur & lepus ultro citroq́; commeare, uti confuſis ueſtigijs minime deprehendatur. Solus animalium præter Daſipodẽ & hominem ſuperfœtat.

Lepus ſuperfœtat

Aetas arguitur paruis quibuſdam in corpore cauernis.

Cuniculi

Sunt & in Hiſpania in hoc genere, quos Cuniculos uocant, aliquanto breuiores, hæc ex Aeliano. Pli. uerò de cuniculis idẽ refert, inſuper & famẽ depopulatis meſſibus Balearibus inſulis attuliſſe. Varro autem ſcribit quòd in Gallia Tranſalpina & Macedonia fiunt permagni lepores, in Hiſpania & Italia mediocres. Lælius putabat leporem à celeritate dictum quaſi leuipedem. Varro autem è Græco & antiquo uocabulo, quòd Aeoles & Bœotij Leporin appellarent.

Alces

IN Syluis Germanorũ Alces & Vros gigni ſcribit Cæſar in VI. cõmentario. Alces figura & pellibus ſimiles capris, uerum aliquantulũ maiores. Crura ſine nodis & articulis habent, quare arboribus pro cubilibus ſtantes adhærent. has uenantes arbores ab radicibus ſecuri debilitatas relinquũt, atq; ita unà cum eis cadentes, neq; ſeſe tollere humi ualentes capiuntur.

Vri

Vri magnitudine ſunt paulum infra elephantos, figura & colore tauri. magna uis eorum & magna uelocitas, neq; homini neq; feræ parcunt. In uenatione earum ſeſe Germaniæ iuuentus exercet, cornuaq́; in publicum laudis gratia refert, quæ ſtudioſæ conquiſita ab labris argento circumducunt, atque in ampliſſimis epulis utuntur. Hæc Cæſar.

Biſontes

Bubali

Biſontes gignit Scythia & Germania, quæ alias pauciſſima gignit animalia fructuum inopia. Hos imperitum uulgus Bubalos uocat, cum id animal gignat Africa, uituli potius ceruice quadam ſimilitudine. Plinius. Ex qua deſcriptione ſatis patet, quos hodie Bubalos uocamus alios eſſe à Bubalo Pliniano.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Bonaſi

Bonaſus gignitur in terra Pæonia, monte Meſſapo, iuba tãtum equina, cætera tauro ſimilis, cornibus ita inter ſe inflexis, ut ſint pugnæ inutilia. De quo Ariſtoteles & Plinius. Albertus addit quòd pariturus locum areæ excrementis conſepit munimenti gratia. Bonaſorum uenatio in Lituania hodie cernitur. De qua in Geographia dixi.

Pardus

Pardus bene olere dicitur, quæ res eſt illi quæſtuoſa in aliorum animaliũ prædam. Nam capreæ & huiuſcemodi feræ odore inuitatæ, prope adcedunt. Ille ex latebris prodit atq; inuolat. Capiuntur in regione Mauritaniæ in loco lapide ſubſtrato, laqueis præparatis, carneq́; appoſita. Ad cuius odorem per conualles ſubiectas delatum flatibus uentorum feſtinantes, in inſidias incidunt. In Caria & Libya prælongi admodum ſunt, ac animo imbelles, minimũ ſaltu agiles, pelle adeo dura, ut ferro non cedat. Pardi digitis quinis prioribus pedibus inſignes, poſterioribus quaternis. Fœmina crebrior inuentu, quæ ſi forte deguſtauerit Pardaleochum capta ſtatim dimittenda. Ea ſanè herba humano uentri letalis. In hoc genere eſt qui cognominatur Bitis, haud alijs abſimilis, præterquam quòd cauda carere dicitur. Is ſi à muliere adſpiciatur, extemplo eam in morbum deducit. Ex Aeliano.

De Pantheris

Pantheris in candido breues maculæ, earũ colore ſollicitantur quadrupedes cunctæ, ſed capitis toruitate terrentur, quamobrem occultato eo reliqua dulcedine inuitatas corripiunt. Primus Scaurus in ædilitate ſua C L. miſit: deinde Põpeius C C C C X. Diuus uerò Auguſtus C C C C X X.

De Tigride

Tigrin Hircani & Indi ferunt, animal uelocitatis horrendæ: totus enim fœtus qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante capitur, equo quàmmaxime pernici, atq; in recentem ſubinde transfertur: at ubi uacuum cubile reperit fœta (nam maribus cura non eſt ſobolis) fertur præceps, odore ueſtigans. Raptor appropinquãte fremitu abijcit unũ ex catulis in olla: illa morſu corripit, & pondere etiã ocyor acta remeat: iterum conſequitur & ſubinde, donec in nauem ingreſſo irrita feritas ſæuit in littore. Diuus Auguſtus in dedicatione Marcelli theatri Tigrin Romæ prius oſtendit in cauea mãſuefactam. Diuus uerò Claudius ſimul quatuor. Plinius. Strabo autẽ dicit Megaſthenem ſcribere Tigres in India apud Praſios populos magnitudine duplici quàm leo ſit eſſe, adeò ualentes ut unus è manſuefactis à quatuor hominibus ductus ſi mulũ poſteriore pede apprehendat, ad ſe trahat. Pauſanias dicit Tigrin tris ordines dentiũ ſecundum alteram genam habere. Præterea aculeos in cauda, quos ueluti ſagittas iacit.

Tarandus

Tarandum Scythia fert magnitudine dorſoq́; tauri, pelle uerſicolore: ex qua ſcuta Scythæ conficiunt, ferro impenetrabilia.

Hyena

Hyenam utriuſq; participem naturæ, nunc marem, nunc fœminam, modo Cenei aut Tyreſiæ uideas, tum utranq; uenerem ſentientem. Dicitur & uim habere ſoporiferam, qua canes in prædam actos enecat.

Hyſtrices

Hyſtrices aculeatis inhorrent pennis, ſæpeq́; illas iaculi modo emittunt.

Poephagus

Eſt in India Poephagus duplo equi magnitudinem excedens, cauda nigranti ac ſpecioſa, mulieribus Indis ad capitis ornatum expetita. Animal alioqui timidum & obuios quoſq; animi magis anxietate quàm pedum celeritate fugiens, præciſa ſibi ſponte cauda, ob quam ſe peti præſagire uidetur. ex Aeliano.

Monops

Monops in Mœonia cernitur magnitudine tauri, qui fugiẽs igneum quiddam & acutũ excreat, in quod uenatores incidẽtes tabẽ incurrunt, unde facile pereunt.

Ichneumon

Ichneumon, idem utrũq; retinet ſexum. Certamine inter ſe congredientes decernunt, uictus pro fœmina patitur, partuq́; uictoria deprehenditur. Hunc Crocodilo aduerſari in Crocodilo dicemus. Præterea Latonæ & Lucinæ ſacrum dicunt.

Phattaga

Phattaga in Indis animal Crocodili terreſtris ſimile, magnitudine catuli melitei, pelle ſquamoſa & aſpera, ita ut ferrum etiam hebetet.

Ortus

Ortus circa mare Erythreum appellatus ex coloris uarietate, magnitudine canis Eretriaci, figura Cynocephali, ore albicante uſque ad genas: inde lineis aureis ad ceruicem pertinentibus, dorſo plano, maculis incurſantibus aureis, pedibus prioribus albis, poſterioribus nigris: Mammis duabus Mnam implentibus, colore cæruleo.

Onocẽtaurus

Onocentaurus anteriora humano ſimilis corpori, poſteriora aſino, colore albo, curſu uelociſsimus. Captus, libertatis amore mauult inedia perire.

Aſpalacus

Aſpalacum Bœotiorum terra fert. Inde translatum ſtatim perire dicunt. Cernitur in regione Orchomeniorum frequens.

Phyrna

In Phyrnam ſiquis intendat oculos ab eaq́; aſpiciatur, in pallorem maciemq́; incidet dies aliquot.

Charadrius

At Charadrius contraria natura. Si quis ictericus illius oculis concurrerit, proculdubio ſanabitur. Teſtatur Euphorion in cõmentarijs, in Samo quondã fuiſſe animalia quædam uaſta magnitudine, quorũ oſſa adhuc miraculo adſeruata uiſuntur, quæ Neades uocãt, quorũ ſola uoce tellus abrũpatur: Vnde prouerbium exiſſe fertur.

Neades
Catoblepus

Catobleptum Africa gignit tauro ſimilẽ, aſpectu terribilem, ſupercilijs altis atq; extantibus, oculis in receſſu ſanguineis, aliquanto minoribus quàm boui, in terrã ſemper aſpicientibus: unde & nomen trahit, iuba equina, quã ad certamen adrigit. Si quando frendit, ore aperto aëra ſupra caput haurit. Hæc omnia ex Aeliano.

Muſtela

IN genere Muſtelino tria ſunt, primũ quam Græci γαλῆν nos muſtelam proprie uocamus: deinde quam illi ἰκτίδας, nos uiuerras dicimus. Et meles quem uulgò Foinum appellãt. Aelianus tradit magorum uanitatem adfirmare muſtelam ab Hecate nutritam eſſe, quòd hæc dea amatorijs adhibeatur. Nam eius uiſcera his ſunt apta. Teſticuli uerò mulieri adligati partus continent. Inimica præcipue ſerpenti, quem petit, ruta prius commanducata, quòd ſciat naturali quadam diuinatione hanc illi herbam maxime infenſam. Colitur à Thebanis propter Herculem quòd Alcmenam partu laborantem forte interueniens leuauerit. hæc ille.

Viuerra
Martes

Viuerram Strabo ex Africa importatam dicit. Martis meminit Horatius: Venator capta Marte ſuperbus adeſt.

Meles

Melem uerò quidam Foinum dicunt, nonnulli quem uocamus Taſſum exiſtimant: in metu ſufflata cute atque diſtenta ictus hominum ac canum arcet.

Feles

In Felium genere mas ſalaciſsimus, fœmina fœtuum amantiſsima. Dicitur & hoc animal tetro maxime odore offendi, ideo excrementa ſua effoſſa terra operire ne à prætereunte premantur. Hæc ex Aeliano, qui αἴλουρον eum appellat. Plinius cauſam operiendi excremata dicit, ne odore prodatur: propterea eos clàm inſidiari ac obrepere muribus, uiuereq́ue ſex ſicuti canes annos. Ex his apparet eam eſſe, quam cattam uulgus hodie uocat. Quæ antiquitus manſuefactæ non erant, tantum in agris uiuebant. Inde paſsim urbes ac domos repleuere.

Fiber põticus
Caſtor

Fiber ponticus à Græcis Caſtor appellatus, ut ait Marcus Varro, extremas fluminum oras accolens, cuius pluma mollior eſt pilus. Aelianus amphibium hoc animal eſſe dicit, noctu in terra degere, interdiu uerò in fluminibus: præterea mordax & obuijs quibuſcunq; ueſci. Exagitatum à uenatoribus quaſi cauſam perſecutionis ſciat, teſtibus ſibi præciſis in medioq́; relictis ſeſe à periculo redimere.

Caſtoreum

Quod ſumitur Caſtoreum uocant. Plinius autem ſcribit, Sextium medicinæ diligentiſsimum negare hoc animal teſtes ſibi amputare, nec enim poſſe ſine uita. Adulterari autem renibus eiuſdem, qui ſunt grandes, cum ueri teſtes pauci admodum reperiantur.

Mures pontici

Idem ait: Mures Pontici albi ſunt & hyeme conduntur. hos ego exiſtimauerim quos uulgò Armellinos uocãt.

Sciurus

Sciurus tempeſtatem præuidet obturatisq́; qua ſpiraturus eſt uentus cauernis, ex alia parte aperit fores. Ipſis uilloſior cauda pro tegumento eſt.

Mus araneus

Mus Araneus, quem autore Dioſcoride Græci μυγαλῆν uocant, id eſt, Mygalem quòd muris magnitudine ſit, muſtelina ſpecie, ore oblongo, cauda gracili, ordine dentium quadruplici, ut tradit Acatius. Hoc genere Britannia ſcatet. De hoc & Plin. X X X.

Herod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Mygale Herodotus uerò Mygalas maiores Araneos appellat. Murē
Mus muſcus uerò illum qui odoratus uulgò habetur, Murem Muſcū Hie-
ronymus in epiſtolis uocat: & in alia epiſtola, Murem pere-
grinum. Pellicula, inquit, muris peregrini. Plinius eius nullam
mentionem facit. ex quo ueriſimile poſterius inuētum: ex Ae-
thiopia Arabiaq; hic uenit. Sunt & mures apud Sarmatas &
Pontum, quos nunc Zibellinos ac Armelinos uocāt, de quibus
Salamandra poſtea dicam. Salamandra lacerti figura ſtellata, nunquam
niſi magnis imbribus proueniens; à ſerenitate deficiens. huic
tantus rigor, ut ignem tactu extinguat, non alio modo quàm
glacies: quamcunq; corporis partem attingit, defluuio pili &
Oryx uitiligine adficit. Orygem perpetuo ſitientem Africa pro-
ducit, uim tamen hoc animal habet ad remedia ſitientium. Nā
Getuli latrones quòd loci natura potu careant, eo durant au-
xilio, repertis in corpore eius ſaluberrimi liquoris ueſicis. ex
Talpa Plinio. Talpa forma muris, oculis capta, frumentum in
Erinaceus area populatur, Græcis Blacta dicitur ἀπὸ τ̃ βλάπτειν, quod
eſt nocere, nonnulli aliud genus Blactam uocant. Erinacei
Græcè echini poma adfixa ſpinis hyemi prouidentes in ca-
uas arbores ferunt, mutationem aquilonis ſentientes, ſeſe in
cubile uerſus auſtrum condunt: ubi ſenſere uenantem circum-
uoluuntur in formam pilæ ne capi poßint. In deſperatione ue
rò urinam ex ſe reddunt tergori ſuo tabificam, ſpiniſq; no-
xiam, propter hoc ſe capi ignari: hac enim cute ueſtes expo-
Chamæleon liuntur. Plinius. Chamæleon ab Ariſtotele multis deſcribi-
tur, à Plinio paucioribus in hanc ſententiam. Magnitudine la-
certi eſt, uerum excelſior, & latera uentri iunguntur ut pi-
ſcibus, eminenti roſtro ſuillo ut in paruo ſimili. cauda prælon-
ga, in tenuitatem deſinens, ungues adunci, motus tardus ut te-
ſtudini, corpus aſperum ut crocodilo. Oculi in receſſu cauo,
hianti ſemper ore, ſolus animalium nec cibo nec potu alitur,
nec alio quàm aëris alimento. Reddit colorem quem attingit,
præter rubrum candidumq;, hybernis menſibus latet ut la-
Lacerta certa. De Lacertis uerò tradit Ariſtoteles, in Arabia duum
cubitorum naſci lacertas, in Niſa uerò monte Indiæ Plinius
XXIIII. pedum longitudine, colore fuluo aut puniceo aut
muleo. Ex Aethiopiæ inſulis nuper à regibus Luſitaniæ ca-
ptis, Romam iuſſu Cardinalis Vlyxiponenſis lacerta extin-
cta circiter octonum cubitorum longitudine aduecta eſt, oris
uerò hiatu, quo ſolidum infantem deuoraret, ac tholo diuæ
genitricis ad portam Flumentanam, miraculi gratia, ſuſpenſa
nunc cernitur. Inimicum hoc genus cóchleis dicitur, ac ſeme-
ſtrem tantum habere uitam. Aelianus rem miram de hoc ani-
mali tradit. Quidam uidelicet comprehenſam lacertam, ac
oculis ſtylo acuto orbatam, in ollam fictilem nouam incluſit
utrinque pertuſam paruis cauernis: mox illita cera, addita
herba quadam, cuius nomen non indicauit: deinde Gagate
lapide anulo ligato ferreo nouem ſignis ſignauit, quorum
quotidie unum delebat: poſt nonum uerò, recluſa olla, lacerta
inuenta eſt oculis reſtituta. Anulum nanq; illum aiebat oculis
Stellio inuidus utilem eſſe. Stellio lacertæ genus ſtellatæ, chamæleontis
quodammodo naturam habet, rore tantum uiuens. Plinius nul
lum animal hoc fraudulentius dicit libro VIII. ex quo male-
Stellionatus crimen dicta, & Stellionatus crimen & Stellatura dicuntur. Spar-
Stellatura tianus ait, Tribunos qui Stellaturas uirtutibus tuliſſent capi-
Mures tali adfecit. Muribus hepar per brumam augeſcit, ut ait Ci
cero libro III. de diui. Aelianus uerò, cum luna dicit augeri
ac minui. In Aegypto ſegetes uaſtare dicuntur, tanto prouen
tu, ut uotis & muſcipulis & litationibus reſiſtatur. Aeoles
item & Troiani ob eandem cauſam Smynthio Apollini ex
reſponſo ſacrificauerunt, ex quo liberati murem in honorem
Smynthij habuere: & Aeſchylus poëta murem Smynthium
dixit. Item Coſas Hetruriæ ciuitatem deſtruxere: libidino-
ſum alioqui animal, præſertim fœmina: ut Epichrates in
choro (ſic enim fabula inſcribitur) teſtatur ijs uerbis. Tandem
ad me Leno impurißimus uenit comminiſcens puellam Dia-
næ, ut uitulus, ut uirgo, ut pullus indomita. at illa murina
erat. ſed & oquacißimum per anū, ut idem eſt autor Comicus
in drapetis. φέρε νῦν σοι δὴ αἰθρίας καταπυγοσιώλω μυὸς
ἀστράψω ξενοφῶντος, id eſt, Age nunc è ſudo flagitium mu
ris fulgurabo Xenophontis. Vita his longißima, membris
paulatim deficientibus: unde prouerbium, Secundum muris
interitum. Cuius ſanè meminit Menander in Thaide. Ex Ae-
liano. Multi tum Plinius autores, quòd ij uaticinio quodam
naturali è domo aut ædificio ruituro migrent. Glires quos Glires
Græci ἐλειὸς uocant, in ipſis arboribus hyeme pingueſcunt.
Ex his quæ unum in fronte cornu gerunt Rhinoceros ex ar- Rhinoceros
gumento nominatus, in ſumma nare cornu gerit ferri duri-
tia. Hoc prælium initurus exacuit prius ad petram. Elephan-
to congreditur, quanquam impar magnitudine, uentrem ac
proboſcidem ſæpe feriendo. Ex Aeliano. Alterum Mono- Monoceros
ceros à Plinio libro VIII. ponitur, aſperrima fera, reliquo
corpore equo ſimili, capite ceruo, pedibus Elephanto, cauda
Apro, mugitu graui, uno cornu nigro in media fronte cubi-
torumduum eminente. Naſcitur in Aethiopia, ac uiuus mini-
me capitur. Aegoceros, quem nos Capricornum appellamus
inter ſigna cœleſtia.

SERPENTES.

SErpentes diuerſorum generum natura procreauit, Cera-
ſten, Hydrum Enydrum, Natricem, Colubrū, Draconem,
Aſpidem, Dipſada, Pariam, Amphisbenam, Acontiam, Preſte-
ra, Viperam, Aemorrhoida. Sipedona, Sepem, Porphyrū, Can
tarides, Ceciliā. Quos ex Aeliani explicabo autoritate. Ce Ceraſtes
raſtes in Africa geminis in fronte corniculis, ut cochlea inſi-
gnis. Aſpis quinum cubitorum magnitudine iam inuentus. Aſpis
Color his niger, quandoque cinereus, interdum fuluus: ab eo
ictū ultra quatuor horas uiuere negant. Dicunt Ichneumo- Ichneumon
nem eius oua ſectari ac inuenta perdere, ut inimicorum me-
tus ei ac ſucceßio minuatur: perpetuum enim & interneci-
num bellum uidere licet. Ichneumon cum ſeſe imparem co-
gnoſcat, multò ſe primum limo obducit ac loricat: caudam
deinde ad os, quod mollißimum gerit, curuatam pro clypeo
obducit: deinde in hoſtem tendit. Illa terreum thoracem fru-
ſtra morſibus appetit. Superat qui prius ora alterutrius atti-
gerit. Plutarchus in libro de Aſpidibus, ait Aegyptios in ho-
nore aſpides habere ac delicijs, unáque cum pueris educare,
adeo manſuefactas, ut uocatæ ueniant: menſiſq; adſiſtant, atq;
unà edant pultem farinæ ex melle & uino adpoſitam. Eorum
uerò reges inter diademata aſpidis figurā ferunt, quòd impe-
rij firmitatem portendat. Galenus aſpidum tria genera ponit:
Chelidonias, Cherſeas, Ptyadas à ſputo cognominatas, quas
Cleopatra ſibi admouit. Dipſas ex argumento uocatur, ictū Dipſas
ab ſe ſiti inexplebili necans: breuis alioqui, colore albus, cauda
duabus nigris lineis interſecta. Hunc quidam Preſterem, non-
nulli Cauſonium uocant. Cernitur in Libya præcipue & Ara
bia. Parias ſerpens (ſic enim Apollodorus cognominat) co- Parias
lore fuluus, oculis uelox, ore lato, morſu haud malignus: qua-
propter eam mitißimo deorum Aeſculapio pro miniſtro ue-
tuſtas dicauit. Amphiſbena biceps monſtrum altero in cau- Amphisbena
da capite, alterutroq; ſemper cum libet progredi uel regre-
di, nunc pro cauda nunc pro capite utitur. Acontia ex uelo- Acontia
citate dicta, teli modo ſerpendo ruit. Hydrus, ex quo ictis Hydrus
grauem excitari odorem autor eſt Ariſtoteles, ut nulli prope
conſiſtere ſit. Inſuper eos obliuione rerum adfici ac nebulam
præ oculis habere, in horrorem ac rabiem agi: poſtremo ter-
tia die perire. Preſter ictum extemplo ſideratione quadam Preſter
reddit immobilem, ac mente alienum; mox pilis defluenti-
bus cum pruritu ac uentris ſolutione abſumit. Viperæ fœ- Vipera
tus enecta matre prodeunt, uti inter piſces acus & Myrena:
mas etiam in coitu exanimatur capite in os fœminæ inſerto,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Aemorrois præq́; uoluptate ab ea exciſo. Aemorrois inter uiperarum genera in petroſis receßibus commoratur, colore ſanguineo, partim nigro. Inhorrent capiti ueluti ſimilia cornua, tacite pigreq́; ſerpit, obliquo ſemper itinere. Ictos ſanguinis excreatione per omnia membra euacuatos perimit.

Sipedon Sipedon malum & ipſe reptile, coloris ſimilitudine Aemorroidis ſoror, uti placet Nicandro, uelocior aliquantulum. Iter ſimili ferè modo & hic obliquat, morſu altius penetrat, illico marceſcente plaga, unde & nomen auſpicatur.

Seps Seps colorem quem attigerit, reddit. Quatuor recuruis dentibus armatus. Quē petit morſu, tabe exanimat.

Porphyrus Porphyrus palmi eſt magnitudine, capite candidißimo, reliqua purpureus, morſu innocuus, quippe qui dentibus caret. Inuenitur in Indiæ locis uadoſis, captum cauda ſuſpendunt, uiuentisq́; ex ore defluentem liquorem legunt in uaſculis æreis. Alterum item ex iam defuncto liquorem nigrum, ſimiliter in altero uaſe excipiunt: et hic quidem in eſculentis ſeu poculentis grano Seſami datus, tabe lenta unius ſeu etiam duorum annorum paulatim enecat: ille more cicutæ ſtatim abſumit.

Cantarides In Cantaridum genere fœmina non reperitur. Ipſe ſeſe mas in orbē ſinuans dies XVIII. fouet, mox fœtus paulatim excludit. Ea de cauſa Aegyptij ſtatuis uirorum fortium in digitis ſingere hoc animal conſueuerunt, quòd nulla muliebri mollitia uirtus inquinata uiris conueniat.

Draco Draco aduerſus elephantum non uulgari pugna certat, os oculosq́; eius petens, ac iugulum amplexus exhaurit, donec humi concidens elephas ſimul & Draconem pondere perimit. Mortuo ſecundum Varronem tria extrahuntur, Oculi, pellis, & dentes. Oculi lapides precioſi ſunt igneo colore: dentes ferè ſimiles apri, præterquam quòd graciliores. In hoc genere criſtati mares ſunt. Oneſicritus ex comitibus Alexandri ſcribit, Indorum regem nutriſſe Dracones duos, alterū octogenum, alterum uerò nonagenum cubitorum magnitudine: eosq́; Alexandrum ſpectare inter præcipua uoluiſſe. Epirotæ Apollinem uenerantur, in cuius templo draconem colunt ob memoriam Pythonis, à quo ſe prognatos dicunt, ex eo'que cibum appetente aut auerſante auguria capiunt. Sed & eodem ferè modo Draco apud Albam in luco iuxta templum Iunonis Argiuæ colitur à uirginibus, quem certis ademit diebus ſuis paſcentes manibus, à quo cum cætera capiant auſpicia tum uirginitatis integritatem deprehendunt. Leguntur & apud Aelianum plura Draconum exempla, qui pueros puellas'que adamarint. Et Draco ſerpens in delicijs apud Tyberium dicitur Tranquillo fuiſſe. Feſtus dicit dracones, ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, quòd clarißima ſint acie. Quapropter eos Theſauris cuſtodiendis conſecrauerunt. Tū Aeſculapio dicauere, quòd genus uigilantißimum dicatur, quæ res febri maxime neceſſaria eſt.

Serpens Serpens latet per brumā, uere procedit, ſenectam exuit, uiſum quem longo ſitu amiſit, fœniculo recuperat, eos abigit cornu cerui ſuffitum. Tum lapis quidam in Aegypto, ut placet Ariſtoteli Nicandroq́;: Cuius talem memorant naturam, ut aqua perfuſus accendatur. poſt hunc Nepeta recens, & herba quam Libanotida uocant. Ex ſpina humani cadaueris exſiccati naſci ſerpentem quidam prodiderunt, quod ſanè aut uanum, aut ex improbi hominis cadauere naſci par eſt. Præterea ſerpentem ſi baculo ſemel feriatur, ſemianimem reddi: ſi iterum, reuiuiſcere: quod etiam apud Hieronymum in epiſtolis legitur. Hactenus ex Aeliano.

Serpentū magnitudo Serpentum magnitudinis multa in autoribus mentio: tum illa præcipue cum in primo Punico bello ad flumen Bagradam, Regulo imperante, baliſtis tormentisq́; ſerpens CXX. pedum expugnatus fuit.

Boæ Faciunt his fidem appellatæ Boæ, teſte Plinio in tantam magnitudinem exeuntes, ut diuo Claudio occiſæ in Vaticano ſolidus in aluo ſpectatus ſit infans. Aluntur primo bubuli lactis ſucco, unde nomen habuere.

Baſiliſcus Baſiliſcus, ut ait Aelianus, tanta fertur acuitate ueneni, ut quamuis breuißimus (palmum enim non excedere dicitur) ſerpentem quamlibet magnum halitu ſolo extinguat. Si quis autem uel baculo eum attigerit, breui tempore intereat.

Serpentes ex hom. cadauere Plutarchus in uitis, ſic ait: ſerpētes ex hominum cadaueribus medijs medullis gigni traduntur, ſicut ex bobus apes, ex equis fuci, ex aſinis crabrones. Itaque non ſine ratione permoti maiores noſtri Heroibus dracones conſecrarunt.

Natrix Natrix à natando dicta. de qua Lucanus: Ex natrix uiolator aquæ. & Tranquillus in Caligula.

Coluber Coluber, ut ſcribitur in epiſtolis Hieronymi, ſi quando bibiturus eſt, uenenum ne ipſe ſuum exhauriat, prius eijcit.

Enydrus Enydrus coluber eſt in aquis uiuens, quam Lutricem Gaza conuertit.

DE VOLVCRIBVS.

DEinceps uolucres attingendæ, quæ ſanè coëunt omnes, ouaq́; pariunt: animal paucißimæ, ut uultur, & ueſpertilio: plurimis rebus inter ſe diſcretæ, pedibus, penna, roſtro, mora, cantu, magnitudine. Nam aut aduncos habent pedes, ut accipitres, & carniuora ferè omnia: aut digitos, ut Pſitaci, aut palmipedes, ut anſeres & pleræque aquaticæ. Deinde aut perennes ſunt, ut columbæ, aut ſemeſtres, ut turtures, aut poſt fœtus eductos ſtatim abeunt, ut Galguli, upupæ. Cantus quoque cuique ſuus. Gallis expergificus, bubonibus gemulus, Vlulis querulus, noctuis ſtridulus, cicadis obſtreperus, hirundinibus perargutus, Luſcinijs dulcis. Cantus item ſtatuta tempora. hirundinibus matutinum, Cicadis meridianum, Gallis antelucanum, Noctuis ueſpertinum, Bubonibus nocturnum. Roſtrum præterea accipitri recuruum, Luſcinijs tenue, Coruis craſſum, upupis oblongum, paſſeri præcurtum. Pennæ item candidæ ac molles anſeri, cygno: nigræ coruis, merulis: uirides chloridi, luteæ Pſitaco, rubentes Phœnicoptero: uariæ upupæ, carclueli, columbis. Aues renibus & ueſica carent, nec mingunt quòd omnis humor in plumas abijt.

Auiaria Auiaria primus Romanorum, teſte Plinio, inſtituit Brunduſij M. Lælius Strabo equeſtris ordinis, incluſis omnium generum auibus.

Strutio magnus Magnitudine quidem primum Strutio præſtat, quem Aelianus magnum uocat, Plinius uerò Strutionem camelum ac Africum uel Aethiopicum altitudinem equitis inſidentis excedere dicit, nec etiam curſu inferiorem iuuantibus pennis, minime tamen à terra attolli. Cæterum ceruinis unguibus ita biſulcis, ut his lapides comprehendat, quos fugiens in perſequentes iaciat: concoquendi uel quæuis dura deuorata maxime efficax: eius oua quæ multa parit præ magnitudine uaſis utilia ſunt, pennæ uerò galearum conis.

Strutio Africus Strutio paruus, ut ſcribit Aelianus, quòd timidus maxime ſit, gregalis eſt, tum in proceris arboribus nidificat. Strutio Africus, partim quadrupes, pennas habet pilis quàm ſimiles, nec ſublimis uolat, capite coloq́; glabro, cilia piloſa, biſulcis pedibus. autor Ariſtoteles.

Ibis Ibis Aegyptium animal aligerum lunæ ſacrum. Nam ad eius rationem ſyderis oua fingit, inteſtinumq́; ipſius augeſcit. Inſuper otioſe ingreditur. Lautitiarum amantißimus, cubile ſordibus fortè commaculatum abluit. Nidificat in palmis quòd hæc arbor non facile prædæ cæterorum animalium obnoxia ſit, cum cortice cultellato difficilis aſcenſu ſit. A Mercurio diligitur quòd eius naturæ conueniat. Nam quòd nigra & alba in hoc genere reperitur, altera mentis tantum excogitata, tacitaq́; notantur: altera uerò nuntius auditi prolatiq́; ſermonis extrinſecus ſignificatur. Veſcitur ſcorpionibus & ſerpentibus. Captus ſeſe inedia necando liberat à ſeruitute. Ex Aeliano. Herodotus autem ſic ſcribit. Species Ibidis duæ, altera gruinis cruribus, roſtro adunco, magnitudine qua Crex, quæ & aduerſus ſerpentes pugnat. Altera crinibus, uultu ueluti prima, humanis pedibus, alis, ac natibus alba, cætera nigra.

Aquilæ Aquilarum genera ſex tradit Ariſtoteles.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Pygargum ab albicante cauda. Morphnum à pinnæ macula. hanc Homerus Percnon appellat, uenisseq́; exitio Priami dicit. Tertium atro colore, minimum quidem, ſed omnium fortiſsimum. Quartum Percnopterum ab alarum notis, capite albicante, maiore aliquanto corpore. Quintum Halietus, quòd circum mare uerſetur ceruice magna, lata cauda. Hæc eſt illa generoſa, quæ pullos ſuos probat ad ſolem, cuius radios ſi minime ſuſtineant, ut degeneres abijcit. Sextum Gneſium, id eſt, legitimum, Aquilarum maximum, colore

Aquilæ penna

flauum. Aelianus autem ſcribit, Aquilæ pennam uel rebus alijs conſertam ſemper remanere incorruptam, tanquam huius auis etiam extinctæ reliquiæ dominentur. Præterea magnis hæc congreditur animalibus, etiam ceruo, eius ut ait Plinius cornibus inſidendo: deinde puluerulentas de induſtria alas excutiendo, ut ſic ille oculis impeditus, curſuq́; incitatus in præceps ruina feratur, mortuusq́; præda fiat.

Fulica
Oſsifragæ

Fulica Græce φήνη, quam & Oſsifragam uocant, ingens auis, pullos Aquilæ ante tempus excluſos nutrit. Autor Ariſtoteles & Ambroſius in Hexameron.

Cornices

Cornices inter ſe fidiſsimæ ſunt, mira his caſtitatis & matrimonij cura, haud palam coeuntibus: extincta conſorte alteri uiduitas impolluta. Quare & inter hymenæos pro concordiæ pudicitiæq́; felici auſpicio inuocatur. In augurijs quoque una ex his uiſa fortunatiſsimum putant. Noctuæ maxime aduerſatur: inuicemq́; oua furantur, hæc interdiu, illa noctu. Ex Aeliano.

Corui

Coruos media æſtate ſitire palam eſt: imbrem uerò orare ob notam fabulam, quòd ab Apolline aquatum miſſus non redierit, hac mulcta damnatus eſt. Ratio tamē uult quod æſtatis initio hæc auis profluuio uentris obnoxia, ab humore tanquam huic morbo contrario ſeſe naturaliter abſtinet. Ex hoc & augurij maxima obſeruantia. Oua ipſius atrando capillo utilia. Inter cætera tauros inuadit, ex omni corpore maxime oculos appetendo. Imitator humanæ uocis præter cæteras alites. Per regiones fertiles gregatim uolat, per ſteriles uerò bini tantum. Fœtus in eſcæ penuria parentes ſenes concerpunt: ex quo prouerbium, κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν, improbi corui, improbum ouum. Si quando ex malis parentibus liberi naſcuntur mali. Hæc omnia ex Aeliano.

Coruus Romæ

Coruus item qui Romæ Germanicum & Druſum Cæſares, tum populum Romanum nominatim ſalutabat, quiq́; extinctus publice elatus eſt, legitur apud Plinium. Succurrit & in hac uolucre fabulas poëtarum cum ſacra hiſtoria conuenire, apud illos à Phœbo, ut ſuprà dixi, apud noſtros à Noeo ex archa aquæ gratia dimiſſa, ac eius contumacia utrobique accuſata.

Miluus

Miluus rapaciſsimus auium, cadauerumq́; adſectator. Eorum uenationem primus demonſtrauit Alphonſus rex Neapolitanus patrum noſtrorum memoria, commiſſa in aëre magnorum accipitrum, tum falconum cum eis pugna. Aelianus ſcribit huiuſcemodi de hoc alite. Mas in hoc genere non inuenitur. Fœmina tantum auſtro, aut euro ſeſe pandens concipit, non oua, ſed pullos parit. Barchei gens in Heſperia ſuos morbo extinctos tanquam ignauos igni, in bello autem

Vultures

abſumptos Vulturibus tradunt. In Aegypto ueſtibulis domorum alas Vulturum proponunt magno ornamento, eoq́; caput Iſidis ornant. Viſæ eæ aues numero XII. in monte Palatino nomen urbi portenderunt. Ariſtoteles autem Vulturum duo genera ponit, paruum quod albicantius, alterum maius quod multiformius. Ambroſius in Hexameron ait, quòd ubi Vultures, Corui, Aquilæ, & huiuſcemodi genus auium conuenerint, cædes ibi ſit putanda futura.

Columbi

Columbi coniugibus ſubueniunt in partu, pariterq́; & ipſi (cum per illas non licet) oua incubant. Pariunt oua duo, mas primum, deinde fœminam, conſorti fidem ſeruant, exoſculatio mutua ſemper ante coitum. Sed & fœminæ in hoc genere interdum ineunt, è quibus oua euanida creantur. Nihil enim columbis fœcundius, quadragenis diebus concipiunt, pariunt, incubant, educant, tantum modo interuallum à bruma ad æquinoctium uernum facientes. Ad locum redire ſolent unde mittuntur, quod & in theatris animaduerſum è ſinu miſsa, & in obſidione Mutinenſi, cum D. Brutus in caſtra conſulum nunciam columbam cum epiſtola miſit. Ex Plinio.

Colūbæ agreſtes & domeſticæ.

M. Varro Columbarum duo genera ponit. Agreſte, quod in turribus & culminibus uillæ habetur, ex quo appellatæ columbæ, quæ ob naturalem timorem ſumma loca in tectis captant. Alterum genus domeſticum, quod domi intra limina paſcitur: hoc maxime colore albo ſolet eſſe, alterum uario.

Miſcellæ
Periſtereon
Palumbi

Ex his fit tertium genus miſcellum, fructus cauſa in locum unum coactū, quem Periſtereona uocant. Palumbos Græci φάττας uocant, eos ad XXX. annos uiuere Ariſtot. autor, uno tantum incommodo unguium & augmento ſenectæ, hyeme muti, uere uocales. Plinius quoque teſtis in agrum Volaterranum ex mari quot annis magnam uim palumborum uolitare.

Turtures

De turture Aelianus ſic ait: Turturi uti columbæ impolluta connubia, uox uerò non ſolum ex ore, ſed ex infernis notata. Vnde Demetrius poëta in Sicilia (ſic enim fabula inſcribitur) inquit: Quando & culo loquuntur turtures. Plinius ſcribit huic & columbæ annos uitæ octonos eſſe, collaq́; utranque bibendo minime reſupinare.

Gallinæ
Cortales

Gallinas diuerſi generis memorant autores, Cortales, Meleagrides, Africanas ſiue Numidicas, ruſticas, pumiles, melicas. Columella tria tantum genera ponit: Cortales, quæ in corte aluntur. Cœnis Romanis ante tertium Punicum bellum cautum, ne quid uolucrum proponeretur præter unam gallinam quæ non eſſet altilis. Sunt enim altilia aues omnis generis quæ ſagina ac cibo educantur.

Ruſticæ

Secundum genus, Ruſticas non diſsimiles uillaticis, quæ per aucupem decipiuntur, & in inſula appellata Gallinaria in mari Liguſtico maxime abundant.

Africanæ, ſeu Numidicæ

Africanas tertium genus, quas plerique Numidicas eſſe dicunt, cum ſint Meleagridi ſimiles, niſi quòd rutilam criſtam capite gerunt, quæ eſt in Meleagridæ cærulea. Tranquillus ſentiens cum Columella ſeparat Meleagrides à Numidicis. Varro autem contra ſentiens eaſdem dicit eſſe.

Meleagrides

De Meleagridibus Plinius in X. libro hæc ſcribit. Hoc eſt Gallinarum genus gilbarum, uarijs ſparſum plumis, quæ nouiſsimæ ſunt peregrinarum auium in menſas receptæ propter ingratum uirus, uerum Meleagri tumulus nobiles eas fecit. Secundum deſcriptionem hanc Plinij in hoc genere duæ pauloante in hortis Cardinalis S. Clementis uiſebantur. Aelianus ſcribit Meleagridas in Lero inſula eſſe, quas fabula uult Meleagri Oenei filij natas fuiſſe, luctu patris in aues conuerſas, quare & lamentabili carmine cantus earum exaudiri.

Pumiles
Melicæ

Gallinæ Pumiles à Græcis νάνοι, id eſt, paruæ dicuntur. Melicæ uerò quaſi Medicæ ſecundum Varronem quòd ex Media uenerint, magnitudine ingentes.

Alectorides

Gallinago à Gaza conuerſum, quando apud Ariſtotelem ἀλεκτορὶς legitur, colore attagæ, roſtro oblongo, curſu celeri. hominem maxime diligit, capitur inter ſepes hortorum & uinearum. Hæc uulgò gallinella appellatur. De Gallo Aelianus ſic ait: Lucis nuncius eſt, Latonæ charus, quòd ei parienti adſtiterit, ex quo conſuetudo manauit in hodiernum diem ut adſit parientibus mulieribus: extincta matrice oua incubat: uictus nequaquam canit, poſt uictoriam garrulus. Hoc genus formidoloſum leoni pariter ſcolopendræ obſeruatum eſt, ex quo Africam petentes, quòd ea regio his maxime abundet feris, hunc alitem ſecum ferre conſueuerunt.

Gallus

Gallorum ſpectaculum Athenis quotannis inſtitutum. Cauſa fuit Themiſtocles, qui pridie quàm cum Xerxe pugnaret, ingentem gallorum ſtrepitum audijt, ad quod exemplum ſuos milites hortatus uictoriam adſecuti ſunt, me-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

moria rei deinde poſteris tradita. Hæc ex Aeliano. Cecinere galli nocte tota, qua magnus Matthæus uicecomes primum ſuſcepit filium, unde Galeacio nomen inditum, portento quodam magnæ ſucceßionis. Ex Gallis, ut ait Plinius, tripudium Soliſtimum. Pullis membra ſub matrice ex albugine fiunt. ex uitello nutriuntur. Caput decima die generatur, plumeſcere deſinunt poſt dies x x. Dicit Ariſtoteles quòd oua longa mares edunt, rotunda fœminas: quod Albertus refellit, Auicennam adducens autorem, ſeq́; etiam expertum fuiſſe adſeuerans, defectu matricis, ouis impoſitis, operto ore & igne lento ſubiecto pullos excludi.

Pullorum excluſio

Perdices

Perdicibus nihil ſalacius inter aues, oua mares deperdunt, ne forte cura incubatus uenerem impediat. Ad aucupem prope accedunt quaſi ſeſe deditura ut à pullis auertant, mox appetentem decipiunt aliò prorepentes. Pullos deinde ſecuræ conuocant. Certant inter ſe mares, præſertim ſi præſens adſit fœmina, uictus riuali cedit. Tradit Ariſtoteles fœminam perdicem dorſo tantum maris propinquantem concipere: eandemq́; parituram ſeſe ſtipula multa, terraq́; circumuallare contra graſſantia. Septimo die pullos excludit, parit oua x v. In Paphlagonia eas eſſe duplici corde Theophraſtus eſt autor. Perdices ſacras Ioui & Latonæ dicunt. Ex his aliæ quæruntur cantibus, aliæ certamini. Quæ uerò uocantur Circei, ſibi quodammodo conſcij nulli uirtuti ſe eſſe idoneos, deguſtatis alijs de induſtria marceſcunt, ut ab aucupe ne quidem cibo dignentur. Ex Aeliano.

Attagen

Attagen Ionius Horatio dicitur, Attagena Martiali, Attaga Ariſtophani in Ornithibus, qui dicit eam dulce canere. Plinius quoque eandem auem uocalem dicit, ieiunium maxime celebrare, captam obmuteſcere, quondam inter raras aues: deinde cœpiſſe ſuo tempore in Hiſpania Galliaq́; capi. Sunt qui has ſtarnas hodie uocatas putent manifeſto errore, quum ipſarum cantus minime commendetur. Hæ potius aues externæ uocantur. Plinius libro x. cap. x l i x. Aduenerunt, inquit, bellis Bebriacenſibus ciuilibus in Italiam

Aues externæ

Aues externæ que adhuc nomen retinent, paulum infra columbas magnitudine, turdorum ſpecie, ſapore gratæ.

Coturnices

Coturnices Ariſtotele Plinioq́; teſtibus ueneni ſemina paſcuntur, quapropter eas ueterum lautæ damnauerunt menſæ. Simulq́; ob Comitialem, quem ſolæ animalium poſt hominem ſentiunt. Aduenæ æſtatis ſunt. Proficiſcuntur duce

Ortygometra

Ortygometra, quam matricem Gaza apud Ariſtotelem conuertit, cuius uocem cum ſentiunt aucupes, intelligunt parari diſceſſum.

Otides

Otides, de quibus Aelianus, ſic ait: Perdicum ſimiles ſunt, obeſitate autem corporiſq́; pondere parum ſe alis attollunt: quapropter canibus ſe obnoxias quodammodo cognoſcentes, ad eorum latratum extemplo proripiunt ſeſe, latitantes inter frutices. Præterea equis eas ſollicitari argumentum eſt, ſi eos tranſeuntes uiderint prope accedere, attonitaſq́; contemplari. Plinius uerò ſic: Otidas Græci uocant, quas Hiſpani aues tardas dicunt.

Seleucides

Seleucides aues, quarum aduentum incolas Caſij montis dicit à Ioue impetrare contra locuſtas agros eorum deuaſtantes: nec unde ueniant, aut quò abeant compertum.

Lagopus

Lagopus pedes leporino uillo, unde nomen habet, cætera candidus, columbarum magnitudine.

Pauo

Pauone primum in India uiſo Alexandrum ferunt admiratum, prohibuiſſeq́; edicto, ne quis eam auem necaret. In Græciam à barbaris translata diu quæſtui fuit, primum elegantibus tantum mercede indicatus: deinde ad eorum ſpectaculum admiſſa multitudine. Hortenſius primus Romanorum eum in conuiuio appoſuit, Concipit tertio uitæ anno, quo ferè colorum uarietate ueſtitur. hæc ex Aeliano. Plinius: Pauo annos x x v. uiuit, colores in trimatu incipit fundere, non glorioſum tantum animal, ſed inuidum traditur, ſicut anſer uerecundus. Athenæus dicit oua eos incubare x i i. Aug. de Cic. carnem eius non facile putreſcere. Erithrotaones ſecundum quoſdam

Tetraones

Tetraones anſerum ſpecie nigrantes, rubro paulum perfuſæ ueniunt è ſeptentrione. In auiarijs ſaporem amittunt; moriuntur contumacia ſpiritu reuocato. ex Plinio.

Phœnicopteri

Phœnicopteri linguam præcipui ſaporis eſſe docuit Apitius, nepotum omnium altißimus gurges. ut ait Plinius. Huius item linguæ apud Tranquillum in Caligula mentio, tum apud Spartianum in Heliogabalo, qui epulas Phœnicopterorum cerebellis conditas apponebat. Marti. etiam colorem qui in eius etymo monſtratur, manifeſtius indicat his uerbis. Nomenq́; dedit quæ rubentem pennis.

Oenas

Oenas οἰνὰς, hoc eſt, uinago, ut interpretatur Gaza apud Ariſtotelem, magnitudine columbi. Capitur autumno.

Anſeres

Anſeres ſtomacho ſunt calidißimo, riguis, ac herbis frigidis gaudent, Laurum nullo pacto attingunt. Cor anſerinum Plinius antiquis menſis laudatißimum dicit. Theophraſtus commemorat anſerum exempla, qui pueros fœminaſq́; adamauerunt. A Romanis publice aluntur, ob beneficium defenſi Capitolij: anniſq́; ſingulis in Ferculorum pompa honorantur.

Chenalopex

Chenalopex anſere minor ex uulpis & anſeris forma, audax alioquin paratuſq́;, cum aquilæ, tum feli reſiſtere. Præterea fœtus tanta charitate complectitur, ut more perdicis ultro aucupi obuiam eundo, ſpatium pullis ad euitandum tribuat. Ex Aeliano. Hæc auis ut tradit Plinius, frequens eſt apud Britannos in menſarum delicijs.

Penelopes

Eſt & aliud Anſerum genus, qui Penelopes dicuntur, ut Ariſtoteles & Plinius tradunt, à quibus educata Penelope dicitur cum proijceretur in altum, ab Icaro patre & Peribœa matre reiecta: unde nomen ſumpſit.

Anates

Anas quaſi conſcia infirmitatis, quod neque terræ neque aquæ ſuos fœtus credat: iuxta paludes & rigua parit, & ſtatim à partu aquas petit. Ex omnibus aquilam formidat, eam quam Nettaphonum ab eius nomine uocant.

Grues

Grues æſtatis aduenæ à Thracia tranant æthera trianguli figura, lapides pedibus librantes contra uim uentorum, ut tradit Aelianus. Quod tamen falſum Ariſtoteles eſſe dicit. Internecinum cum Pygmeis bellum gerere ab Homero narrantur. Cum uolantes forte regrediuntur, infauſtum nautis ſignum futuræ tempeſtatis indicant.

Monedula

Monedulas Græci κολοιὺς uocant. Tria genera ponit Ariſtoteles. κορακίαν, quam graculum uocamus, magnitudine cornicis, roſtro rutilo. Altera Lupus dicta, parua admodum & Paraſita. Tertia Palmides eſt in Lydia ac Phrygia frequens.

Graculi

Aelianus de Graculis ſic ait: Regionem Venetorum Adriam incolentium uaſtant, ac ſemina iacta abſumunt, niſi occurratur pabulis quibuſdam paſſim diſpoſitis. Contra uerò à Theſſalis & Illyrijs ac Lemnijs ali contra locuſtas, quarum ui maxima obruuntur. Capiuntur in labris oleo plenis in agro poſitis, cum ſeſe liquoris perſpicuitate inſpicientes perfundi uolunt, inde madidis alis tardantur. Hæc ille.

Pica

Pica Græcis κίτ7α, plures eodem die commutat uoces, nidificat in arboribus, parit i x. oua, ut autor Ariſtot.

Vpupa

Vpupa Græce ἔποψ, nidum in deſertis, altiſq́; montibus ex hominum excrementis texit, ut inuadentes odore abſterreat: uere colorem mutat ſicuti plurimæ agreſtes, obſcœna paſtu auis, criſta uiſenda plicatili, contrahens eam ſubrigenſq́; per capitis longitudinem.

Irundines

Irun do ut ſcribit Ariſtoteles, luna deficiente ſeſe imbre perfundens, humi obuoluitur, donec materiam comparet qua nidum ſternat. Quinque numero parit, eoſq́; magna paſcit æquitate, portionem illis diſtribuens, à primo incipiens ac deinceps ex ordine natis. Si uiderit implumes minus apte iacere, rapta à dorſo recumbentis ouis lana molliter ſubſternit: tum herba quadam illorum oculis admota celeriter lumen reſtituit: paululum adultos & adhuc trementibus alis expellit. Coeunt aduerſæ, præter naturam cæterarum auium. Sunt qui dicant albas irundines uiſas, infauſto tamen omine.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

omine. Nam in conclaui Pyrrhi regis adhuc pueri nidifican-
tes, bellum infeliciter tentatum contra Romanos portende-
runt. Item in habitatione Cyri regis uiſæ, infauſtam eius ex-
peditionem contra Scythas ſignificarunt. autor eſt Ariſtote-
les, in Samo inſula quaſdam naſci albas, quibus ſtilo excæca-
tis lumen rurſus reſtituitur. Ex Aeliano. Plinius ait, Ceci-
nam Volaterranum comprehenſas irundines nuncius belli
amicis mittere ſolitum, quòd in priſtinum ſoleant nidum
redire.

AVES AQVATILES AC LITOREAE.

Alcyones Avium autem iuxta flumina & mare uiuentium ingens
turba, inter quas Alcyones notiſſimæ, quæ pariture ni-
dum modo conchæ ſpinis incredibili duritia ſubtexunt: deinde
ad mare deferentes undis imponunt, atque illò ſe conſtipantes
dum uehuntur fœtificant. Ex Aeliano. Ariſtot. uerò de Alcyo-
ne, quam & halcedonem Latini uocant, ſic ſcribit: Alcyone
non multo amplior paſſere, colore cum cæruleo, tum uiridi,
tum etiam leuiter purpureo, uarie toto corpore refulgens,
roſtro longo & tenui, uiuit piſcibus. Parit oua V. in cuius par-
tu qui circa tropicum hyemalē eſſe ſolet, dies ſereni XIIII.
nauigantibus auſpicatiſſimi. Alcyonij dies & Alcedonia ſacra
Apodes uocata. Apodes uſu pedum carent, ab alijs Cypſeli uocatæ,
irundinum ſpecies, nidificant in ſcopulis. eæ ſunt quæ toto ma
ri cernuntur, nec unquam tam longo curſu naues recedunt ut
non circumuolitent eas Apodes. Cæteræ aues quandoque de-
ſident, his tantum quies niſi in nido nulla, aut pendent aut
Cinclus iacent. Hæc Plinius. Cinclus auis palmipes prope mare ui-
tam traducit. aſtutus ut ait Plinius, ac decipi difficilis, ſed
captus omnium maxime miteſcit. Aelianus debilem eum par-
te poſteriore dicit, quamobrem ſtruendo nidos minime aptus,
incubat alieno, ex quo in prouerbio apud ruſticos, Cinclos
pauperes uocari. Eius etiam meminit Ariſtophanes in Am-
phiarao. Suidas de eadem ſic ait: Cinclus eſt auis, quæ culum
continuo mouet, quapropter à quibuſdam uocatur σισοπυ-
γίς. Eſt enim ualde debilis & tenuis, ex quo prouerbium
Pelicanus, ſeu Platea. apud Menandrum, πτωχοτέρα κίγκλου. Pauperior Cinclo.
Pelicanus ſiue Pelicanis, ut ab Ariſtotele in VIII. appel-
latur, à Plinio Platea dicitur, à Cicerone in ſecundo de Na-
tura deorum, Platalea: Auis eſt aquatilis, fluuiatiles conchas
deuorans, quas ubi concoxerit, euomit: ut poſtea facile di-
ſcuneatas edat. autores Aelianus, Plinius. In epiſtolis diui
Hieronymi mirum legitur, hanc auem ubi pullos ſuos neca-
tos à ſerpentibus uiderit, è ſanguine ſuo ab latere incuſſo atq;
Herodii inſperſo nidis, in uitam reſtituere. Herodij item flumina
colunt & littora. cernuntur in inſula Diomedea, quia ſocij
Diomedis dicuntur eſſe. Quare mirum eos Græcis aduenis
tanquam ciuibus ſuis blandiri. ueſcuntur conchis quas per ca-
lorem diſcuneatas inuenerint. Ex Aeliano. Gaxa autem ar-
deolam dicit apud Ariſtotelem eſſe hanc auem, apud quem
& Leucorodius legitur, id eſt, alba ardeola, quæ minor
Imantopodes quidem, roſtro lato, porrectoq;. Imantopodes à Plinio po-
Cygnus nuntur in Aegypto inter aquatiles. Cygnus ſiue olor uolu-
cris mitis, tantum ab aquatila infeſtatur, cui magnopere re-
ſiſtit, ut ſcribit Ariſtoteles: eius mora circa fluenta. In ſene-
cta leniter cum melodia uita ſoluitur, penna capiti traiecta.
Ouidius: Veluti canentia dura Traiectus penna tempora can
tat olor. Cantat enim, ut ait Plato, non ex triſtitia, ſed potius
lætitia propinquante fato, quòd immortales ſe ſentiant & ad
Apollinem ſuum remigraturos. Nam Pythagoræ erat opinio
immortalem eos habere animam. Cicero Apollini ſacros eos
dicit ob uaticinium finis corū. Cygnus itaq; allegorice animæ
Onocrotali probi uiri comparari poteſt, qui lætus mortē obit. Onocrotali
olorum ſimilitudine, nec diſtare putantur omnino, niſi faucibus
ipſis ineſſet alterius uteri genus. huc omnia inexplebile ani-
mal cōgerit: mox perfecta rapina ſenſim inde in os, deinde infe
rius in aluum ruminantis modo demittit. Gallia hos ſeptentrio
nali proxima Oceano mittit. Phalerides in Seleucia, quæ eſt Phalerides
apud Parthos cernuntur, inter aquatiles laudatiſſimæ. Phala Phalacrocoraces
crocoraces Balearium inſularum peculiares. Lagopodes ni- Lagopodes
gri, & pedes leporino uillo, unde eis nomen. Cætera candidi
columbarum magnitudine. Pyrrocotes Alpium peculiares, Pyrrocotes
luteo roſtro, unde eis nomen. Gauiæ, quas Laros Græci uo- Gauiæ
cant, λάρους. auis littorea, colore cinereo, nidificat æſtate in pe
tris. Mergus quem αἴθυιαν appellant, apud mare in arbo- Mergus
re nidificat ueris initio. Anthus Latine Florus & Catara- Anthus Cataracta
cta: ambo aquatiles, & fidipedes. Ariſtoteles ait: Antho ma-
gnitudo quanta Fringillæ eſt. Caradrius, id eſt, rupex Lati- Fringilla
ne, ut placet Gazæ. σχοινικλος, id eſt Iunco, τρύγγας, id eſt Caradrius
Trynga magnitudine Turdi. Calidris colore cinereo uarie σχοινικλος Trynga
diſtinctus, φάλιεις, Phaliris. κολυμβρίς, id eſt urinatrix. βι- Calidris
σκάς, id eſt Boſa, ſimilis anati, uerum aliquanto minor. Quer Phaliris Colymbris
quedulæ quoq;, omnes ſanè aquatiles. Boſa Querquedula

AVES INDIAE ALIARVMQVE GENTIVM.

India uarias producit aues, Pſitacum primo, ut Solinus ait, Pſitacus
uiridi colore capite firmiſſimo, ita ut ad diſcenda humana
uerba clauicula ferrea conuerberetur. Digitorum numero di-
ſcreti: qui præſtant quinos habent, reliqui ternos: cui latior
lingua, docilitas maior. De his etiam Apuleius libro II. flo.
nonnulla commemorat. Nunc ſanè ex Luſitania inſuliſq; uici-
nis Aethiopicis præſtantiſſimos adduci uidemus, uarioq; colo-
re diſcriminatos. Grypem in India quadrupedem eſſe alige Gryphes
rum tradunt, uiribus potentem leonis modo, recuruis ungui-
bus, dorſo nigrum, priori parte purpureum, alis albicanti-
bus, ore aquilino, igneis oculis, captu haud facilem niſi pul-
lum: præterea nidificare in altis montibus, ac cuiuis animaliū
in pugna congredi præterquā leoni & elephanto. Aurum in-
ſuper fœdere apud Bactrios populos Indis uicinos in deſertis
locis ferunt, propeq; accedentes arcere, ex eoq; nidos necte-
re: ad quod ſurripiendum ſæpe uenit mille aut duum millium
hominum exercitus, magno cum periculo, tum etiam quæſtu.
Tertio deinde aut quarto redeunt anno. Ex Aeliano. Philoſtra
tus uerò in uita Apollonij lib. III. ſcribit hanc auem ſimul &
Phœnicem ſacram eſſe Soli, currūq; Solis apud eos Gryphibus
iungi: ſuperare inſuper elephantos & dracones. omnia deniq;
animalia præter tigridem, quæ ob uelocitatem ab ea aufugit:
uultu quoq; non multum ab humano differre. Phœnicem Phœnix
idem autor libro eodem in India item ponit, ſolamq;, ac annos
uiuere DC. Plinius autem ſic ait. Phœnix in Arabia aquilæ ma
gnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæru-
leam roſeis caudam pennis diſtinguentibus, criſtis faciem ca-
putq; plumeo apice honeſtatam: uiuere annos DCLX. tra-
dunt: ſacrum Soli in Arabia eſſe. Seneſcentem ſurculis thuris,
caſiæq; nidum replere odoribus, ac ſuper emori, ex eiuſq; ci-
nere aliam naſci. Aelianus item. Habet, inquit, India gallina-
ceos criſta uerſicolore, alis rectis & oblongis modo pauonis,
auri ſmaragdiq; colore. Habet & quam Camelam uocant ma Camela
iorem triplo quàm otides, ore uenuſto, cruribus oblongis, plu-
ma cinerei coloris, alis in ſummo pallidis, uoce abſona. Apud
Caſpium montē auis eſt magnitudine galli gallinacei, alis uer
ſicoloribus, catuli uoce perſtrepens, quæ reſupinata uolat, pau
lum ſupra terram ſe attollens. Cinnamomus, ut Aelianus & Cinnamomus
Ariſtoteles, ut Plinius, Cynamolgus, in Arabia in ſurculis Cynamolgus
ſui nominis nidificat, ex quo accolæ ſagittis impactos ar-
boribus altis nidos deijcere contendunt, atque ex cadenti-
bus ſurculis quæſtum facere. autores Aelianus, Plinius. Par- Parnopus
nopos Galatæ in oriente quum gregatim fructus deuaſta-
re uiderint, alijs exterminant auibus. Syroperdicem An- Syroperdix
tiochea Piſidea gignit minorem aliquantulum perdice, fuluo
roſtro,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

roſtro, reliquo corpore nigrám, minime manſueſcentem, ci-
Aſterias biſq; inutilem. Aſterias auis in Aegypto docilis humanæ
Porphyrio uocis. Porphyrio auis domeſtica cum alitibus quibuſcunque
uiuit, maxime cum gallinaceis, ſi forte ſocio ſit orbatus, ex cibi
Meropes abſtinentia ſe necat. Merops contra naturam cæterarum
retro uolantes feruntur, ut tradit Aelianus. Plinius ait, Mero-
pes rubentibus eſſe cruribus, ore prælongo. Hinc morſu eas
bibere & omnem cibum in aqua irrigare: deinde pede ad ro-
ſtrum ueluti manu adferentes. Præterea in Comagena lauda-
tiſsimas naſci.

ACCIPITRES.

Buteo Accipitrum multa genera commemorat Ariſtoteles, Bu-
teonem, Symbuteonem, Triorcham, Hypotriorcham,
Percam, Fringilarium, Aeſalum, Orcum, Aſteriam, Rube-
Aeſalus tarium, Chalcidem. De Aeſalo Plinius ait: Parua auis, oua cor-
ui frangit. Ouidius: Neſcius aſſumptis Priamus pater Aeſalon
Aues Memnoniæ alis. Aues Memnoniæ accipitrum ſpecie, carne tamen abſti-
Chalcis nentes, in ſepulcrum Memnonis apud Ilium quotannis aduo-
lant, quaſi iuſta illius umbræ reddentes. χαλκὶς, id eſt chal-
cis ab Ariſtotele ponitur, raro apparet, incolit montes, colore
nigro, magnitudine accipitris, forma tenui & oblonga, cogno
minatur φάσιφος, id eſt palũbarius, & Cymindis. meminit
Homerus in Iliade: χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύ-
μινδιν, id eſt, Chalcida uocant Dei, uiri uerò Cymindim. Inter-
diu non apparet ob oculorum infirmitatem: congreditur cum
Falcones Aquila in pugna, parit oua duo in ſpeluncis. Falcones Ser-
uius grammaticus commemorat noſtra ætate frequentiſsimos,
quibus Guillermus qui Rogerij regis Siciliæ auibus præfuit,
librum dicauit; & poſt eum Albertus in libris de animalibus
multa de his commemorat genera. Primum quem uocant Sa-
crum ſeu Britannicum, Aquilæ magnitudine, capreolos inua-
dentem. Alterum Gyroſalcum appellatum ex uolandi modo,
quod prædam circumagat, priore minorem. Tertium monta-
num. Quartum peregrinum, quòd peregre uolitans longe à
nido paterno deprehendatur, nidificatq; in altiſsimis mõtibus.
Quintum Gibboſum cæteris minorẽ, quòd breuitate colli &
alis emunentibus gibbo inſignis uideatur: multiq; item ex co-
lore cognominati. Manſuetos quoq; eos reddendi præcepta
ferè in hanc ſententiam tradit. Caput ante lucem pellicula ob-
nubito, ac manu ſuſtineto uſq; ad horam tertiam. Deinde coxã
gallinæ pro cibo præbeto: mox ſupra gramẽ ponito, ubi riuus
ſit ſeu fons quo abluatur, ſi id expetat, poſtea in ſole ſiccetur. In
loco deinde obſcuro ſeponito uſq; ad ueſperam: ex illo rurſus
in manum ſumito uſq; ad ſomni tempus, tum iterum in angulo
ſupra perticam, ne pedes lædantur, neu manibus tractetur, cũ
Aſtorgius pellicula noctu ante lucernam collocato. Aſtorgios Pauſa-
Cucullus niás ponit, quos Italici Aſtores dicũt. Cuculus, Græce Cocyx,
Cocyx tempore anni figuram mutat, apparerens uſq; ad caniculæ or
tum ob frigidam naturam: nidificat in alienis nidis, præſertim
Curuca Curucæ & Alaudæ: parit unum ouum, quod excludit atq; nu-
trit illa cuius eſt nidus, & ita præ ſpecie diligit, ut ſuos eijciat:
ſecundum nonnullos ipſe pullus grandior factus, cæteros unà
enutritos enecat: præterea ſolus ab ſuo genere abſumitur. au-
tor Plinius.

AVES NOCTVRNAE INAVSPICATAE.

Nycticorax Aves nocturnæ plerunq; inauſpicatæ apud ueteres erant.
Bubo Inter quas Nycticoraces, Bubones, Alucones, No-
ctuæ, Aſiones, Vlulæ, Veſpertiliones, Oti, Ciconiæ, Capri-
mulgi, Striges, Paræ. Nycticoraces, id eſt, νυκτικόρακες, Ci-
coniæ quoq; & Noctuæ & quæuis aliæ, noctu uenantes, ut
Ariſtoteli placet. Bubo Græce βύας, noctuæ forma, magnitu-
dine aquilæ, Aluco ἐλέως Græce maior eſt gallinaceo, No- Aluco Noctua
ctua item inauſpicata apparuit ſupra haſtam Pyrrhi regis eun
tis contra Argos, quæ fatum ei ſubſecutum dicitur portendiſ-
ſe. In Creta non cernitur, eoq; translata non uiuit, ut tradit
Aelianus. Idem dicit hanc inſigne publicum fuiſſe Athenien-
ſium, Plinius autem paraſitam uocat, quam cæteræ circumlu-
dant, Nigidius uerò Noctuas ait ſexagenis diebus hyemis cu-
bare, & nouem uoces habere. Aſiones Plinius uocat quos Aſiones
Græci σκώπας. Meminit eorum Homerus in Odyſſea quan-
do eos in antro Calypſus uernare dixit. Capiuntur ſaltatione
quadam ridicula, quam Scopam appellant, unde uerbum Sco-
poni apud Græcos manauit in ridiculos: eſt enim auis aliquan-
to maior noctua colore plumbeo, alis albo ſparſis: duabus à
cilijs ad tempora pennis. Callimachus ſcopum duo ponit ge-
nera: Scopas, & Aiſcopas: unum loqui, alterum tacere. Ariſto- Scopes Aiſcopes
teles ait apud Homerum non Scopas, ſed Copas legi oporte-
re. Eadem auis paraſita item Plinio dicitur, appellaturq; à ma Otus
gnis auriculis Otus. Vlula Græce αἰγωλιός ſpeluncis inha- Vlula
bitat. Veſpertiliones illis νυκτερίδες dicti, in Borſippa Aſſy-
riæ ciuitate, miræ magnitudinis ac cibo expetitæ inueniuntur: Ciconiæ ſiue
autor Strabo libro XVI. Ciconiæ Græce Pelargi, dicuntur Pelargi
lingua carere, contra ſerpentes à Theſſalis expetuntur, ut Pli
nius. Nidos repetunt hyemis aduenæ, unà cum gruibus, noctu
tantum uolant. Parentum ſenectutem nutriunt, ut tradit Aelia-
nus: quare eos dicit teſte Alexandro Macedone ob pietatem
deorum beneficio in quibuſdam Oceani inſulis in homines cõn
uerti. Caprimulgus magnitudine Merulæ noctibus ober- Caprimulgus
rans per ſtabula, Caprarum ubera mulget, Grece αἰγοθήλας
appellatur. Auis incendiaria uocitata ex incendijs naſci dici Auis incendiaria
tur inauſpicatiſsima, qua uiſa ut Plin. refert ſæpe urbs luſtrata
in annalibus inuenitur. Para item auis inauſpicata: ut Hora- Para
tius. Impios Paræ recinentis omen. Plin. lib. XVIII. param
commemorat. Bubo auſpicijs Romanorum maxime inau- Bubo
ſpicata, uolat tranſuerſa per loca auia & deſerta, gemit
potius quàm canit. Semel intrauit cellam Iouis Capitolini,
& tota urbs luſtrata eſt. Plinius. Striges ſic etiam uulgò Striges
appellatæ.

AVES PARVAE AC CANORAE.

Inter aues canoras, id eſt, quæ carmine oblectent Luſcinia Luſcinia quæ
præſtat. In cuius deſcriptione Plinius poëtica laſciuit licen- & Philomena,
tia. Ariſtot. ait, uere ſylua frondeſcente, dies continuos XV. Daulias & Pan-
inſomnem durare, perpetuo cantu, mox æſtate uoce minus mo daris dicta eſt.
dulata uiſam. Nota eius fabula, quapropter Philomena et Dau
lias & Pandaris à Græcis appellatur. Homeri de ea carmen
ita conuerti. Pandarius ut quondã florente ætate puella Vere
nouo ramis denſa ſuper arbore mœſtum Ingeminans carmen
uarijs loca cantibus implet. Acanthis & Acanthylis eadem: Acanthis
hanc Gaza ligurinum interpretatur, colore quidem ignobilẽ. Acanthylis
ſed cantu amœnã. Carduelis ab Ariſtotele θραυπίς appella- Carduelis
tur, alius ab Acanthide, cum nonnulli eandem putent eſſe auẽ.
Alaudas κορύδλους Græce, duorum generũ Ariſtoteles po- Alaudæ
nit: alterum terreum criſtatum, alterum Gregale minore cor
pore, ſine criſta. χλωρίων, id eſt. Chlorio quẽ Gaza Vireo- Chlorio
nem conuertit: uiridis eſt, magnitudine turturis, hyeme nõ uide
tur, ſed æſtate per ſolſtitiũ apparet, male uolat, & ingrato co
lore, docilis alioqui & ingenioſus, ut Ariſtot. ait. Eſt & alia
quæ uocatur ab eodem Chloris, Gaza luteam conuertit, quod Chloris
miror, cum uulgo nota auis ſit, & à uiriditate uocetur, ut ſo-
nat uerbum Græcum, cantu & uolatu libero, præ cæteris Turdus
mãſueſcit. Turdus κίχλη Agrippinæ Claudij principis uxo
ris, omnium uoces imitatur, ut Plinius refert. Lucullum uerò
Turdos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Turdos in æſtate in auiarijs alere ſolitum ſcribit Plutarchus.

Merula

Merulæ albæ in Arcadia feruntur: autor Ariſtoteles. Hæc auis κόσσυφος Græce dicitur, cantui educatur cibis turdo inferior.

Ficedula

Ficedula Græce συκαλίς autumni tantum tempore, poſtea Melancoryphos appellata, quam Latine Atricapillam Gaza conuertit.

Erythacus

Erythacus Latine ſecundum eundem Rubicula, ea eſt quæ rubro pectore æſtate inuenitur & nominatur.

Phœnicurus

Eadem hyeme Phœnicurus, rubra cauda dicitur apud Ariſtotelem.

Fringilla

Fringilla Græce σπίζα æſtate locis calidis moratur, hyeme frigidis.

Picus Martius

Picus Martius Græce δρυοκολάπτης ſuper arbores ſcandit, auis auſpicatiſſima: nota eius fabula apud Virgilium, Fauni filium dicunt fuiſſe. Tris eius ſpecies ab Ariſtotele ponuntur, inter quas minor & maior.

Paſſeres

Paſſeres auium ſalaciſſimi & argutiſſimi, uita breuiſſima Mares diutius anno non uiuunt: argumento quia nullis ueris initio apparet nigrities in roſtro, quæ in æſtate incipit. Fœminis longius aliquantulum ſpatium. Huius auis nomine mentula quandoq; ſignificatur à Latinis ſecundum Feſtum.

Argatylis

Argatylis filis nidum lineis texit, pilæ ſpecie, aditu anguſto, ut Ariſtoteles.

Sturnus

Sturnus domi ut paraſitus educatur, à Græcis ψάρος, gregatim uolat, magno impendentis uindemiæ damno ueniūt. Sturnos & luſcinias Latino Græcoq; ſermone doctas habuiſſe Cæſares iuuenes ſua tempeſtate Plinius refert.

Velia

Velia eadem & ἐλέα paruo corpore, uoce proba, colore decora, aſpectu rara, cum ſit auis peregrina.

Tyrannus

Tyrannus auicula elegans, criſta rutila, cantu ſuaui.

Aegithus

Aegithus αἰγίθος, quem apud Ariſtotelem Gaza Salum conuertit: altero pede claudus.

Crex

Crex ingenioſa ad uictum & pugnax, cætera infelix.

Sitta

Sitta uiuit circa maceries, prolem numeroſam gignit.

Certhia

Certhia ingenio audaci, uoce clara, nidificat in arboribus.

Ardea

Ardea & Ardeola, cuius tria genera. Pulla quæ natura ſagax, & uictus prouida, calore prauo, reliqua duo pulchro. Gaza ardeolam Erodium dicit eſſe & leucorodium albam ardeolam: ut ſuprà dixi.

Phoicus

Phoicus oculos potiſſimum appetit, inimicus Harpæ, uictu utriq; ſimili.

Cærulea

Cærulea auicula ſaxatilis, pede magno, colore ſui nominis, roſtro tenui.

Pardalus

Pardalus parua auis, gregatim uolat, colore cireneo. μαλακοκρανεύς, id eſt, Molliceps ut Gaza interpretatur, eodem in loco ſemper ſtatuit ſedem, nigro & cartilagineo capite, magnitudine paulominus quàm turdus, colore cireneo.

Collurio

κολλυρίων. Collurio magnitudine qua ſuperior, ueſcitur his quibus merula, capitur hyeme.

Batis

βάτις auis Rubeta dici poteſt.

Aegithalus

αἰγίθαλος qui Parus à Gaza dicitur. Cuius apud Ariſtotelem tria genera.

Spizites

σπιζίτης, id eſt, Fringillago, quippe quæ Fringillam æquet. Monticula quòd in montibus degat, cui cauda longa. Tertia ſimilis ſupradictis præterquam quòd minor eſt,

Oroſpizes

ὀροσπίζης ſimilis fringille, collo cæruleo, in montibus, ut nomen indicat, degens.

Chryſometris

Chryſometris, id eſt, auri uictus ut Gaza interpretatur, parua auis, ueſcitur ſpinis.

Colius

Galgulus

κολιός quæ & Galgulus, magnitudine turturis, uiridis totus, lino alitur, frequens in Peloponneſo.

Cnopoligus

κνιπολόγος, id eſt, Culcilega ut Gaza apud Ariſtotelem, magnitudine ligurini, cinereus, maculis diſtinctus, uoce parua, & ipſe linum appetere uidetur.

Trochilus

τρόχιλος fruteta incolit & cauos, difficilis ſanè capi, fugax eſt, & infirmis cruribus.

Regulus

πρέσβυς ab Ariſtotele uocatus, hoc eſt ſenator & princeps, à latinis uerò Regulus dictus ut apud Tranquillum. Cum aquila pugna congreditur, quidam eundem cum Trochilo dicunt.

Iynx

Iynx auicula quam uulgò Torquillam uocant à collo circumagendo, à priſcis Turbo dicta, paulò maior quàm fringilla, colore uario, lingua ſerpentina, quippe quam menſura quatuor digitorum porrigit: unguibus grandiuſculis, uoce ſtridula. Ex Ariſtotele.

Glottis

Glottis quam Gaza Lingulacam interpretatur, linguam exerit, unde ei nomen. Hanc initio blanditia peregrinationis auide prouectam, pœnitentia in uolatu cum labore ſcilicet ſubit: reuerti incomitatam piget & ſequi: nec unquam plus uno die peragit, in proximo hoſpitio deſiſtit: uerum inuenitur præcedente anno relicta, ſimili modo in ſingulos dies: autor Ariſtoteles.

Oenanthe

Oenanthe ſtatos quidem latebræ dies habet, ex oriente Syrio occultata, ab occaſu eius procedit: autor idem. Motacilla quæ caudam continuo mouet. Mouet etiam Cinclus quem inter aquaticas ſuprà memoraui.

DE PISCIBVS.

QVi halieutica tractauerit, è noſtris nemo idoneus, quem ſciam, præter Ouidium poëtam, & Apitium: ex Græcis Oppianus hexametris, Dionyſius is qui de ſitu orbis ſcripſit, Democritus, Theophraſtus, & alij complures priuatim opus huic rei dicauere. Nec mirum cum opinio ſit ponto res omnis contineri. Piſces in primis in quinque differentias Ariſtoteles diducere uidetur.

Selache

Nam aut Selache, id eſt, cartilaginea ſunt, ſine ſquamis & ſpinis, ut Muræna, Conger, Vitulus, Galeus, Delphinus, Balæna & quæ uocantur Cete.

Aſelache

Aut Aſelache duro uocabulo incartilaginata à Plinio conuerſa, Quæ quidem ſunt omnia ſquamas ſpinaſq; retinentia.

Malacia

Tertiũ genus Malaciorum, id eſt, mollium qui ſanguine & uiſceribus careant, ut polypus, ſepia, loligo, urtica.

Malacoſtraca

Reliqua duo, alterum cruſta, uocaturq; μαλακόστρακον, ut Cammari Cancri, Squillæ, Paguri.

Oſtracoderma

Alterum teſta integitur, ὀστρακόδερμον oſtracodermon dicitur: ut ſunt Oſtrea, Murices, & conchæ omnes, quæ pleræq; ſanguine uti mollia carent. Marinorũ item alia traditur à Plinio diuiſio: quòd plani ſunt quidã, ut rombi, ſoleæ, paſſeres: aut longi, ut muræna, conger. In uniuerſum autem, ut placet Ariſtoteli, nec mammas habent piſces, neq; meatum ullum genitalium perſpicuum, ſed excrementorum tantum locum, Branchias quibus humorem, quem acceperint reddant, tũ pinnas quas ex magna parte quaternas gerunt. Partes quoq; audiendi, odorandi, ſentiendi nullæ perſpicuæ præter oculos, qui ſine palpebris ſunt. Oua pariunt omnia quæ ſquamis integuntur. Animal, quæ genere cartilagineo continentur, excepta rana. Coeunt plerunq; in occurſu, paruo contactu. Concipiunt menſe Martio, Aprili, Maio, Autumno pauci, ut Salpa, Sargus, & nonnulla alia generis eiuſdem. Errant præterea, ij quidem gregatim ueluti pecudum armenta, aut militum ordines, per alas & phalanges: alios cohortes diceres, illos quaſi iuſſos iugum ſubire, multos in cubilibus uti cuſtodes domi remanere, quoſdã etiam uolare, ut Accipitres, Irundines, Sepias. Hyeme uerò procelloſa pontum quidem horrẽt pleriq; altorem, & ij nihilominus arenam aggerentes multo limo loricantur. Alij ſub petris glomerati conquieſcunt, nonnulli ſumma pelagi tempeſtatibus obnoxia fugientes, ima petunt. Iidem uerò redeuntem ſerenitatem illico ſentiunt, tum demum proſiliunt, & tanquam peregrè domum remigrantes palati, littus libenter aſpiciunt.

Piſcium partus

Sed & partu differunt. Lupus bis anno parit, Mullus ter, ut Græcum indicat nomen: cæteri ſemel ac diuerſis temporibus. Prægnantes uerò libenter ad aquas dulces fluminum aut ſtagnorum uicinorum ſe transferunt, pelagi fluctus tanquam partubus aduerſos mitiore thalamo commutantes. Feruntur & piſces quidam in Africa in quadam palude feruenti uiuere, ut eſt autor Aelianus, ut autem Plinius alij in aquis quibuſdam calidis prope Piſas.

Dulcis aqua in mari

Refert Democritus, & poſt eum Ariſtot. & Theophraſtus, Piſces omnis ali dulci aqua in mari, eſſeq; in confeſſo aquam potabilem ponti fluctibus immixtam. Idq; deprehendi ex uaſe cæreo tenuiſſimo, quod clauſum, ſuſpenſumq; intra maris undas diem atque noctem, plenum extrahi dulcis aquæ teſtantur. Auguria ex piſcibus nonnullis prodidere magi & portenta, quæ ego ut alia pleraque huiuſmodi non ſatis probauerim.

Viuaria piſcium.

Piſcium uiuaria primus excogitauit (ut Plin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

(ut Plin. refert) Licinius Muræna. Cuius exempla ſecuti Philippus & Hortenſius fuere. Lucullus etiam exciſo monte iuxta Neapolim, maiore impendio quàm uillam ædificauerat, euripum & maria admiſit, qua de cauſa Pompeius eum Xerxem togatum ſolebat appellare. Genera piſcium idem autor LXXIIII. præter cruſtis intecta quæ ſunt XXX. refert.

Modi piſcationum v. Modi piſcationum omnino v. retibus, iaculis, hamo, concha, ueneno. Herba enim quam Græce φλόμορ nos uerbaſcum appellamus, aqua iniecta enecti piſces capiuntur: quo maxime modo Phœnices utuntur, ut ait Ariſtoteles. Mox ſingulos conſiderabimus ac primum Delphinos.

Delphinus AElianus de Delphinis multa fortaſſe fabuloſa conſcribit, ego uerò quæ magis uero ſimilia uidebantur in hunc locum excerpſi. Delphini inquit, Philotecni, id eſt, filiorum amatores ſunt. Fœmina lacte copioſo mares paſcit, ut quæ ubera mulieris modo habeat. Illi pro ætate diſtincti una natant, more caſtrenſi: & primo quidem infirmiores præcedunt, adulti iam & perfecti ſubſequuntur, parentes ab latere comitantur, agminiq; inuigilant. Si è duobus quos mater peperit (neque enim plures ſolet) alter capiatur, illa uſq; conſequitur, atq; è piſcatorum manibus ore appetendo conatur auellere: eo tandem erepto ad alterum accurrit, ore, adflatu, cauda, ac quibus poteſt modis ad fugam inſtituit. Ipſa poſtremo capto ſuppetias ferre cupiens, commori prius eligit. Nec ſolum erga ſobolem, ſed & erga ſocios ſigna charitatis oſtendit, ut adfirmat Ariſtoteles: ſi quis eorum captus in ſcapha iam fuerit, cæteri adnatant ſupplicantium ſpecie ſocium repetentes, ſolereq; interdum piſcatores ipſos pro portento concedere, compoteſq; eos reddere. Agilitate præterea tanta ut ſæpe naues ſuperſiliant. Cuius rei cauſam idem Ariſtoteles adfert, quòd ſpiritum incluſum diu retinentes urinantium hominum modo, uno poſtea impetu cum libet effundunt: ut ab intento arcu iaculum, ita reflatus relaxatione uehemẽtis corpus quocunque impellitur. Habent & quandam cum Leone comparationem, non ſolum quòd alter nemorum, aquarum alter rex cenſetur, ſed quòd ingruente ſenio, morbiſq; irruentibus, uterque ſimia pro pharmaco utitur, hic marina, ille terreſtri. Puerorum quoq; amatores eſſe uarijs exemplis prodit Aelianus. Sed & muſices: Arion Methymnæus notiſſimus teſtis apud eundem autorem, Delphini ſtatua apud Tænarum dicata: quam ipſemet tali inſcripſit epigrammate à nobis hoc modo conuerſo. Dijs genitum cernis qui uexit Ariona Delphin, A

Hymnus Arionis Siculo ſubiens pondera grata mari. Item ex hymno Neptuno in huius rei memoriam ab eo dicato, mihiq; item conuerſo. Pater tridente ferox Neptune aureo, Raucumq; ponti numen undis æſtuans. Te circa agunt, leueſq; ſaltu connatant Catuli delphinum, melos ſequentes nobile, Tuarum ſedulum Nereidum pecus, Quas Amphitryte Pelops ex te Tænari Rapta parit quondam errabunda littore, Pandoq; me libenter dorſo conuehunt. Doloſi quem humida deijciunt pinu Socij ſecantes iurati ſimul freta. Capiuntur autem hoc modo: Animaduertens piſcator per maris tranquillitatem illos per æquor palantes, undiſq; extantes, è ſcapha tridentem iaculatur. Et forte ex his uulneratum infixo telo ſinit ad maris ima deſcendere: uti ſubitus uigor uulnus retrectans frangatur, donec paulatim refrigeratum ac ſemianimem in ſummo pelago apparentem, fune tridenti iam inde à principio adligato ad ſe in

Balæna ſcapham trahat. Balæna Græce φάλαινα parit animal, lacte nutrit, ſpirat non branchijs ſed fiſtula quadam. In fronte gerit ora, ac ſumma fertur aqua. Præterea ignauam eſſe conſtat, quòd ob corporis molem ſenſibus hebetetur. Quapropter duce indiget piſce qui prælongus & albus, capite procero, anguſta cauda præcedit, extremaq; balænam contingit, ac tanquam temone ad eam regendam utitur. Hanc ſcilicet mouendo, ſigno quodam cuncta itineris pericula inſidiaſq; præmonſtrat, ad loca deducens patentia, ut minime anguſtijs coacta, uitæ diſcrimen euitet. Balænas alit Indicum pelagus, quincuplo ingentis elephantis magnitudinem excedentes. Balænæ & uituli marini ardente ſole exeũt ad littus, ac proſtrati dormitant in arena: quod pulchre ab Homero in Odyſſea deſcribitur, ubi Menelaus Telemacho & Piſiſtrato Protei uaticiniũ narrat: ex Aeliano.

Orca Orca cetarij & ipſa generis, miræ magnitudinis, in portu Oſtiẽſi à diuo Claudio expugnata, ac eius reflatu belluæ nauigium depreſſum legitur apud Plinium.

Vitulus marinus Vitulus marinus, id eſt, φώκη animal Amphibium, fœtus in terra parit, paulatimq; ad undas adſuefacit: à partu quidẽ breuiſſimus deinde maximus exit, uentre albus, dentibus frendẽs. Ipſe imbellis & animo degener, nec tantum uiribus quàm uaſtitati corporis fidẽs. Veſcitur piſcibus, & humano cadauere, quapropter piſcantes inſidijs petit. Ex Aeliano. Ariſtoteles ueluti quadrupedem imperfectam eum appellat. Nam pedes habet à ſcapulis manibus ſimiles, modo urſæ, pedeſq; poſteriores quinis diſcretos digitis, Pellem huius uituli fulmine non afflari legimus apud Tranquillum in Tyberio. Romæ paucis ante annis animal pretio oſtentabatur.

Torſio Torſionem ſimilem eſſe Delphino, præterquam roſtro, Plinius refert.

Phocæna Gaza autem hunc eſſe putat Phocænam, quam in Ponto gigni Ariſtoteles dicit. Non præteribo quod uidi anno M. CCCCXCVIII. apud uada Volaterrana reperta in littore extincta ſiue balæna, ſiue Cetus alterius generis, magnitudine pedum centum: cuius dorſi uertebræ LX. fuere. Septem ex eis adlatas Volaterris uidimus, quarum quælibet equi ephippium quo nunc utuntur æquabat.

Polypus Polypo tanta eſt uoracitas, ut ne quidem à ſuo genere abſtineat. Inſidiatur latitans poſt petras quarum colorem reddit. Piſces uerò petræ ſpecie decepti iuxta adnatantes, incautè opprimuntur. Carabum ex omnibus expaueſcit, adeo ut coniectus in retia ubi ille fuerit quandoq; captus, ſtatim exanimetur. Viſi etiam Polypi æſtatis tempore exire in agros uicinos, arboreſq; fructuum auiditate ſcandere uiſi & clam ingreſſi cetaria depaſci. Animal alioquin tanta ſalacitate, ut effœto corpore nulla ſit ei aut adnatandi aut prædam adſectandi facultas, nec ultra annum uita, Fœminæ etiam breuior, quæ facilius capitur: ex Aeliano. Quod uerò in fame pedem ſibi rodat, ut ait Heſiodus & nonnulli, falſum putat Ariſtoteles. Pedes eius rapaces ſunt, à Græcis πλεκτάνας à latinis acetabula dicti, uenitq; in prouerbium rapacium hominum: apud Plautum. Polypi ſunt, quicquid attigerunt tenent. Eſt & naſi morbus Polypus apud Aetium.

Muræna Muræna μύραινα monilibus & gemmis ornata in uiuario colebatur à Craſſo, ad eius uocẽ manumq; ueniens: qua extincta & ab eo defleta ac tumulo dignata, Domitius ait, Murenam Craſſe ploras? At ille: ſanè inquit. Tu autẽ tris à te elatas uxores minime ploras. Hunc piſcẽ ex undis in terram exire, ac cũ ſerpentibus coire, compertum. Ex Aeliano. Murænarũ, ait Plinius, uiuaria primus excogitauit. C. Hircius, qui cœnis triũphalibus Cæſaris dictatoris ſex milia murænarũ mutua appendit, nam permutare quidem pretio noluit. Hortenſius murænam extinctam & adamatam fleuit. Aelianus tamen de Craſſo ut ſuprà oſtendi, dicit. Antonia Druſi, murænæ quam diligebat inaures addidit: ex Plinio. Flutas murænas appellat Varro, quæ præ pinguedine ſummo pelago fluitent. Græci πλῶτας. Idem in freto Siculo murænas nobilitat.

Mullus barbatulus Mullus Græce τρίγλη quòd ter in anno pariat. Maritimorum uoraciſſimus, ueſcitur alga & humano cadauere, ut ait Aelianus. Nonnulli ex colore mulleo, id eſt, purpureo, quòd moriens uerſicolor & rubentium ſquamarum multiplici mutatione ſpectetur. binas præterea libras maior non excedit, inferiore quoque labro barba inſignitus gemina, ut Plinius refert: & Cicero barbatulos mullos uocat, libro de Paradoxis. Quapropter

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Barbus eum exiſtimauerim, quem hodie Barbum appellant. Mu-
Mugil gil κεςρεὺς Græce, quòd teli modo intret adulteros Athe-
nienſium lege: in metu caput abſcondit, celeritate ſaltuq; in-
ſignis. Hic hodie notißimus uulgo piſcis, nec nomẽ mutauit.
Galeus Galeum quem Muſtelam Gaza apud Ariſtotelem uertit,
miniſtri Iouis non attingunt tanquam impurum, quòd ore
pariat: quanquam hoc negant quidam, dictitantes eum metu
inſidiantium fœtus ſuos quandoq; in periculo deuorare, rur
Sepia ſusq; elapſo periculo reuomere. Sepia morſu uenenoſior
Polypo, ſed non uiolentior, cũ ſe peti uidet, effuſo atramento
quod pro ſanguine illi eſt, ſeſe abſcondit, non abſimile com-
miniſcens nebulæ quæ Aeneam aut Neptuno qui Achillem
decepit apud Homerum: ex Aeliano. Quod ſepia cibo ex-
Loligo petitur, id atramentum eſt quod Sepium uocant. Loligo
τεῦθις Græce ſagittæ modo extra aquam ſeſe effert atq;
Lollius uolitat, ut eſt autor Plinius. Lollius Græce τεῦθος paruus
admodũ piſcis, ſpecie ſimilis Loligini. Pars enim Lollij quæ
exit in acutum latior eſt, pinnulæ etiam circundantes: illæ
totam in Lollio aluum ambiũt, cum in Loligine partẽ quan-
Scarus dam relinquãt, ut autor Ariſtoteles. Scarus ſolus piſcium
natando ueſcitur & ruminat. Optatus è libertis præfectus
claßis ſub Claudio principe hunc piſcem è Carpatio mari ad
uexit, ac inter Oſtienſem & Campaniæ oram diſſeminauit.
Erat in menſarum honore, præſertim apud Claudium. Pli-
nius. Aelianus autem hũc ſalacißimum piſcem eſſe teſtatur,
uenerisq; gratia in prædã agi, fœmina eius generis per lit-
Acipenſer tus ducta. Acipenſer ut legimus apud Ciceronem de fato,
in menſarum dignatione fuit, rarusq; inuentu. Plinius tem-
peſtate ſua ignobilem fuiſſe, eumq; Helopem à quibuſdã pu-
tari, præterea contra aquam nare ſquamis ad os uerſis ſcri-
Helops bit. De Helope ſic ait Aelianus. Helopem quidam exiſti-
mant eſſe quem Homerus piſcem ſacrum appellat, inuentu
rarum, nec niſi in mari Pamphylio, corpore gracilẽ: captus
Anthias trahitur magno acclamantium plauſu. Alij Anthiam piſcẽ
ſacrum dicunt: quòd locus ubi ille reperiatur ſit à belluis in-
Lupus noxius. Lupus clarißimus à uoracitate dictus, & quòd
ſolus natet, ut ait Ariſtoteles, leuis ac mollis. Cancrorũ ma-
rinorum maxime adſectator. Lapidem quẽdam in capite ge-
rit. Fluuiatilis marino præfertur, & ut Plinius refert, capi-
tur Romæ laudatißimus inter duos pontes. Hunc hodie ple-
riq; eruditi Storionem uulgò appellatum eſſe putãt, nam &
in Tyberi capitur, & præſtantißimi ſaporis eſt. Marcius
Philippus cum lupum Caſini ex proximo flumine oblatum
deguſtaſſet, tanquam improbum expuit dicens, Peream niſi
Paſtinaca piſcem putaueram, autor Macrobius. Paſtinacam Plinius
Trigon appellat quam Græci τρυγόνην, Ambroſius in Hexameron
turturem conuertit: tradunt eam nunc natare, nunc uolare,
præterea roſtro præacuto ac uenenato appetere, cui nul-
lum ſit remedium: autores Ariſtoteles, Aelianus, Plinius.
Trochus Trochus eſt ingens corpore, ceruice ac ſpina prominen-
tibus, ut ſupra undas conſpiciatur: eam ſanè ad ſonitum naui-
gantium flectit, unde nomen rotæ ſortitur. Hunc Ariſtote-
les dicit ſeipſum inire. Quare Gaza Maſculofœmina in La-
tinum conuertit. Nam huiuſcemodi animalia quæ utranq;
naturam retinent, Ariſtoteles hermaphroditos, androgy-
Anguilla nos, arſenothelys appellat. Anguilla octonis uiuit annis,
Durat ſine aqua ſenis diebus. Aquilone ſpirante hyemem in
exigua aqua non tolerat neq; in turbida. Atterendo ſe ſco-
puiis, ſtrigmenta iuueneſcũt, nec eſt alia eorum procreatio.
Capiuntur plurimæ in lacu Benaco hyemato: hæc Plinius.
Aelianus autem dicit in Timauo præpingues ac optimas ca-
pi. Nonnulli palmam huius piſcis noſtra ætate lacui Vulſi-
nienſi tribuũt. Athenæus ait ex autoritate Theophraſti an-
guillas & murenas diu extra aquam uiuere, ob brãchiarum
paruitatem quæ parũ humidi recipiunt. Solinus ſcribit Gan-
gem educare Anguillas longas pedes CCC. Sciænam, id eſt
σκίαιναν Varro Latine Vmbram appellat: nunc quoq; Vm- Vmbra
briam uulgò uocãt. Hunc Ariſtoteles & Plinius lapillum in
capite geſtare dicũt. Myrus, de quo Aelianus. Myrus ſer- Myrus
pens eſt marinus nec unde nomen habeat ſatis cõſtat: tradi-
tur de eo ſi oculus capto eruatur, ronteq; hominis ſuſpen-
datur, ophthalmiam ſanare, piſci uerò rurſus renaſci: præ-
terea altero eum capi lumine qui uiuentẽ non dimiſerit. Pli-
nius & Gaza oculatam eum appellant. Plautus uerò Oph- Oculata
thalmiam. Athenæus autem ex autoritate Ariſtotelis dicit Ophthalmia
Myrum à Murena diſtare, quòd hæc magis uaria & debi-
lior, ille breuior & robuſtior: eius genera eſſe duo, nigran-
tem & ſuffuluum. Hos ego lampredas putarim. Thriſſas Thriſſa
Plinius laudatißimas dicit in Tyberi reperiri, hæ ſunt hodie
Romæ quas Lacias uocãt, Florẽtiæ Chepias, Neapoli Alo- Aloſa
ſas, ut ait Gaza. Aelianus autem ſcribit quòd in Aegypto
circa Meroæ ſtagnum coloni Thriſſas flebilibus numeris
& melodijs eſcæ uice deceptas expiſcantur. Troctam Trocta
Græce τρώκτην cum nomen ipſum, tum dẽtes arguunt con-
tinui, piſcem eſſe uoracißimum. Captus hami lineam præci-
dit. Multæ ſimul cum Delphino bellum gerunt, ut ait Aelia-
nus. Hic piſcis notißimus priſcum adhuc ſeruat uocabulum.
Cephalus ut tradit Aelianus, piſces non attingit. In Ionio Cephalus
iuxta Actium Cephalenides inſulæ ab eorum frequentia no-
minatæ. Veſcuntur limo, ut tradit Ariſtoteles: quapropter
ſordidi ſæpe ſunt, uerum ſummo pelago quandoq; urinantes
ſeſe abluunt. Oua eorum non attinguntur. Quare numeroſi
ſunt, ſed cum adoleuerunt à cæteris piſcibus corripiuntur,
maxime ab eo qui Archanus uocatur. Athenæus ait Cepha-
los ex grauitate capitis dictos eſſe, marinosq; flumineis præ-
ſtare: hodie notus eſt piſcis. Chelones Ariſtoteles nomi- Chelones
nat. Gaza Labeonem conuertit: noſtra ætas hunc Caponem
ex magnitudine labiorum & capitis appellat, etymum ſe-
cuta Græcum, quod quidem per η ſcribitur, id eſt, χηλώνη,
per ε autem χελώνη teſtudinem ſignificat. Auſonius poëta
in quodam de piſcibus opuſculo Tinchas ponit uulgo notas. Tincha
Athenæus Leuciſcum piſcem, eiusq; generis eſſe Cephalum, Leuciſcus
Chelonem, Mugilem. Sargus mullum ſemper comitatur. Sargus
Hoc genus piſcis antris inhabitat cõfertim, ac ex animalibus
maxime capris ſollicitatur, ut ait Aelianus. Synodon eodem
teſte autore ſociabilis eſt. Gaza Dentex apud Ariſtotelem
conuertit. Carne ueſcitur & mollia appetit: euenit huic &
hiatulæ, ut cum piſces minores inſectantur, uẽter procidat,
quod is iuxta ori coniunctus ſit. Silurus Græce γλανίς ut Silurus
placet Gazæ inter piſces commemoratur, tanta charitate in
prolem, ut abſumpta fœmina mas oua ſeruet, ſæpeq; unà ca
pitur, dum filios captos ſubſequitur: autores Ariſtoteles,
Aelianus. Eſt & Glanius à Plinio poſitus, quẽ Stephanus Glanius
grammaticus apud Glanium Cumarum fluuium dicit naſci.

SALSAMENTA ET PISCICVLI.

THYNNVS primum cetarias replet, dextro hic ca- Thynnus
ptus eſt oculo, ut Ariſtoteles & Aeſchylus ſcribunt.
Quare natando latus quo cernit, terram uerſus adplicat, ubi
bruma deprehẽditur, ibidem hybernat. Mox unà uere pro-
cedente exeunt in pontum Euxinum: ac maiores primũ per
ſeſe, cæteri gregatim ueluti pecudes ſub paſtore tranſmit-
tunt, connexis ita inter ſe corporibus, ut mutua iuuentur
umbra contra Solis æſtus: ex Aeliano. Strabo miræ magni-
tudinis Thynnos eosq; glande ueſci in Hiſpania commemo-
rat. Plinius uerò ſic ait. Cordyla appellatur partus qui Cordyla
fœtas redeuntes in mare autumno comitatur, Lutoſæ uerò
à luto Pelamides incipiunt uocari cum annuum exceſſere Pelamides

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Thynni tempus. Thynni ij membratim cæſi ceruice & abdomine
commendantur edulio recenti. Cætera ſale adſeruantur.
Melandrya Melandrya uocantur cæſis quernis aſſulis ſimilia. Viliſſi-
ma ex his quæ caudæ proxima, quod pingui caret: probatiſ-
ſima quæ faucibus. Strabo piſcationẽ maximam pelamidum
Trichiæ in anguſtijs Byzantij fieri dicit. Trichiæ ſunt eæ quas Sar-
das dicimus ſubeuntes Iſtrum, nec remeantes, ut ait Plinius.
Aleces Inter Aleces tria genera commemorantur, Menæ, Smeri-
Menæ Smerides des ſecũdum Athenæum, & Boces. Speuſippus inquit. Sunt
Boces Boces Leucomenides id eſt, Menæ candidæ: nam Boca genus
piſcis à boando quòd bouis uocem emittat, ut ait Feſtus. Pli-
Lacerti nius Box dicit. Gaza Voco. Sunt & lacerti ex quibus ſal-
ſamenta conficiebantur ſecundũ Celſum. Optimi Sexitani ex
Hiſpania ſecundum Plinium. Optimi & Amyclani. Martia-
lis. Mox uetus & tenui maior Cordyla lacerto. Hic piſcis à
Græcis κολιάς dictus haud bene uertitur à Gaxa Monedu-
Horeum la. Athenæus duo genera ſalſamentorum ponit, Horeum &
Thynnum Thynnũ: in Horeo macra pinguibus, in Thynno macro pin-
Cybia guia præferimus. Quæ autem Cybia inquit, dicuntur inter
Clidia macra ſunt. Inter pinguia Cordylæ. Idem autor Clidia id eſt,
iugulos & uræon caudæ proximum: Varro Cybium &
Thynnum commemorat. Cuius partes eſſe dicit Melandrya
Vræon & Vræon. Narica piſcis minutus. Plautus apud Feſtũ, Na-
Narica ricam bonam atq; canitam. Percæ ſaxatiles piſciculi. Tæ-
Percæ nia item piſciculus quem Gaza Vittam cõuertit. Aphyiæ
Aphyiæ piſciculi quos parit limus in mari concretus, uermiculorum
modo ſcaturientes, ut ait Aelianus. Plinius autem Apuas à
Latinis appellari dicit, quodq; ex aqua & pluuia procrean
Encraules tur. Encraules ſiue ut alijs placet Encraſicoles, ut alijs ly-
coſtomij piſciculi minutiſſimi, albo colore præda cæterorũ:
turmatim conglobatimq; adeo denſe feruntur, ut ſcapha aut
remis urgentibus minime diſſociari aut diſcuneari queant.
Iulides Iulides etiam ſaxatiles ac morſu uenenato. Ariſtoteles &
Iulus Aelianus autores. Iulus, quem Oppianus ἡγήτηρα, id eſt,
Ducẽ cognominat quod cæteris uti itineris dux præcedat.
Scombri Scombri è genere Thynnorum ex quibus ſalſamẽta fiunt:
eſſe manſuetos in Ionij inſula Palladis uocitata in quodã ſta-
gno autor eſt Aelianus. Strabo dicit Inſulã eſſe contra Afri
cam, quæ ab eorũ prouentu Scombraria appellatur, ex qui-
Garum bus etiam Garum fit optimum. Eſt enim Garon γάρον Græ-
ce oleum è cetis & magnorum piſcium inteſtinis cõfectum:
Oxigarum Hinc Oxigarum à Columella ponitur, quondã in menſarum
Muria lautitia. Muria uerò liquamen ex ſalſamẽtis. Plautus. Nos
fœminæ tanquam ſalſa muriatica.

Sphyræna
Ceſtra SPHYRAENAM Gaza Malleolum cõuertit. Pol-
Sudis lux & Athenæus eandem cum Ceſtra eſſe uolunt. Plin.
cam Sudin ait noſtris uocari. Aelianus & Oppianus aiunt,
Cyprinus latiorem in naſſis plagam unde proſiliat quærere. Cypri-
nus inter fluuiatiles connumeratus palatum carnoſum pro
Channa lingua habet. χάννη Channa quam hiatulam Gaxa cõuer-
Paſſer tit, mollis eſt carnis, ut ait Athenæus. ψῆτἀ quã nos paſ-
Rumbus ſerem uocamus. Rumbus Rauennæ laudatiſſimus teſte
Glottis Plinio. Glottis id eſt Lingulaca ut placet Gazæ, quanquam
Lingulaca à Plauto & Varrone pro Solea ponitur. Sphon-
Sphondylus dylos piſcis apud Plinium, apud Athenæum Salſamentum.
Cinædus Cinædus piſcis à Plinio cõmemoratur, in cuius cerebro Ci-
nædias ait eſſe gemmas libro ultimo: ſoli piſcium luthei. Vra-
Hippuris noſcopus item ab Ariſtotele, à Plinio uerò Hippuris, Latine
Gobio Equiſeles. Gobio, ut ait Athenæus, præſtanti ſapore, parui
Erythrinus nutrimenti: differũt ſapore, præſtant albi nigris. Erythrinus
Cuculus à Gaza Rubellio dictus. Cuculus, Bolitæna autem & Oſ-
Bolitæna ſolis inter genera mollium. Salmo in Aquitania, fluuiatilis
Salmo marino præfertur apud Plinium. Phagrus, ut ait Ariſto-
Phagrus teles, carniuorus. Cor habet angulare, creſcit uere. Athe-
næus ſcribit quòd Phagrus, Chronus, Orphus, Sinodontes, Chronus
Antias, piſces ſunt ſimiles anguillæ. Salpa σάλπη, ut Ari- Orphus
ſtoteles ſcribit. Pauo piſcis uarij coloris, rubentibus lineis, è Salpa
genere ſerratorum & ſolitariorum. Auratæ Chryſophryes Pauo
à Græcis dictæ, timidiſſimi piſcium exiſtimantur, in maris Aurata
refluxu, maxime circa Actium redeuntes. In locis arenoſis
ibiq; ſubnaſcentium arborum coacti, ad frondium agitatio-
nem exterriti ueluti ſeſe dedẽtes, facile à peritis capiuntur,
ut ait Aelianus. Eorũ uiuaria primus inſtituit Sergius Ora-
ta, ab eo piſce cognomẽ adeptus: ut autor Plinius. χαλκίς Chalcis
quam æricam Gaza dixit, de genere Rumborum. Pholis Pholis
φωλίς mucore ſuo ſpumaq; cubile ſibi quoddam ſubſternit.
Congrus à Nicãdro in libro tertio Grillus uocatur. eſt enim Congrus
piſcis ſimilis Anguillæ, duriore tamen carne, ac ſapore infe-
rior: autor Athenæus. Lucerna ex argumento piſcis eſt, Lucerna
qui lingua ignea per os exerta ſerenis noctibus lucet: ut ait
Plinius. Solea alius à Solene. Glaucus tanta erga ſobolem Solea
charitate teneri dicitur, ut paruos fœtus nunquam deſerat, Glaucus
præſtoq; adſit eis contra noxia. In periculis ſolidos deuorat,
deinde reuomit: ut Aelianus. Ariſtoteles eum è genere ſer-
ratorum & carniuororum facit, colore nigrum. Athenæus
ſimilem Phagro dicit eſſe. Aethnæus tanta temperantia Aethnæus
traditur, ut conſortem quam ſibi ſemel delegerit, nunquam
uiolet. Aelianus. Lagnis piſcis apud Meandrũ & Lycum Lagnis
Aſiæ, itemq; apud Strimonẽ Europæ fluuios cernitur, haud
abſimilis Siluro, amãtiſſimus alioqui ſobolis. Fœmina ſiqui-
dem enixa, mas curat communes fœtus, arcetq; à graſſanti-
bus, hamumq; & hic deuorat: ut ait Ariſtoteles. Cantha- Cantharus
rus zelotypus fertur & pro conſorte uſq; ad internicionem
cum ſuo genere pugnat. Aſtacus ſi paulò longius à mari Aſtacus
aſportetur, unde facile irrepere poſſit, ad eundẽ penitus ubi
captus fuerit redibit locum. Hippocampi uentrem ſi quis Hippocampi
ex aceto & melle hauſerit, cõtra canis rabioſi morſum au-
xilium ſentiet. Adonis quem aliqui Exocœton uocant, per Adonis
maris tranquillitatẽ exit in terram, interq; petras proſtra- Exocœtus
tus, alte ſoporatur. Aues aquatiles maxime exhorret. Hæc
Aelianus. Plinius autem de hoc ultimo ſic ait, Miratur Ar-
cadia ſuum Exocœton, appellatum ex eo quòd in ſiccum ſo-
mni cauſa exeat. Idẽ Adonis ab aliquibus dictus. Cucumis Cucumis
item apud Plinium. Squatina quã Græci ῥίναρ uocant, Ari-
ſtoteles uerò ῥινόβατον. Glauciſcus apud Plinium libro Glauciſcus
XXXII. & Athenæum. Hepar apud Plinium, alij He- Hepar
paton. Gaza apud Ariſtotelem Iecorinum conuertit. Me-
ryx, id eſt, μήρυξ ἀπὸ τ̃ μηρυκίζειν quòd ruminet. Gaza Meryx
apud Ariſtotelẽ Ruminale appellauit. Helecatenes apud Helecatenes
Athenæum Ceti genus, unde ſalſamentum conficitur. φύκις
apud Ariſtotelem, Plinium, Athenæum. Gaza Phucam uer- Phuca
tit, quòd ſolus piſcium nidificet in alga. De hoc Oppianus.
φύκιδος ἀσθραλίης ἀνδρός ἐπιονύμιω θηλύφρονος ἐυ-
δάξαντο. Tritonem Romæ ſe uidiſſe Pauſanias dicit, pi- Tritones
ſcem cui caput crinitum, colore ranarum paluſtrium, ſqua-
moſo corpore ut Squatina, brãchijs ſub auribus, naſo huma-
no, ore item, dẽtibus firmis, oculis glaucis, manibus digitiſq;
cõchularum teſtis ſimilibus ſubtus aluum, cauda uice pedum
ut Delphini. Plinius uerò ſcribit Tritonem concha in littore
canentem auditum, Vlyxiponenſium legationem Tyberio
principi nuntiaſſe, ea qua noſcitur forma: & legatum Galliæ
diuo Auguſto ſcripſiſſe, complures in littore apparere ne-
reidas exanimes. Acus marina Græce βελόνη gracilis Acus marina
quidem ac ſinuoſa nec ſatis fœtibus capax, quare iuſtũ uteri
tempus nõ expectat, quum uiua partus erumpat, matremq;
interimat: autor Aelianus. Stella quoq; in mari eſt, parua Stella
admodum carne intus, extra uerò duriore callo: inſidiatur
conchilijs, tanti demum feruoris natura, ut omnia contacta
adurat: autor Plinius. Orcynus mira ſagacitate hamum ui Orcynus
decorſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

deorſum trahit, adeo ut ſolo uadi aut petræ illidens, ſeſe laqueo abſoluat aut uulnere luctando laxato proſiliat. Aelianus. Melanuri Melanuri timidißimi piſcium ferũtur. Nam tranquillo cœlo ac mari ima pelagi petunt, ſeſeq́; petris multa obductos alga condunt. Per brumam uerò cum cæteros uiderint piſces undis exagitatos ac uentis profundum petere, illi tunc fidentes ſuperiora repetũt, iuxtaq́; littus ſpuma tempeſtatis operti piſcatorum ante ora feruntur incogniti. Veſcuntur obuijs quibuſcunq;, ad hamum non accedunt, capiuntur autem ſagena. Aelianus. Orchis Orchis durißimus eſt piſcium rotundus & ſine ſquamis, totusq́; capite conſtat. Plinius.

ANIMALIVM NOMINA
terreſtrium & uolatilium quæ in mari uiuunt, ex Aeliano & alijs.

Draco DRACO marinus cætero quidem corpore ut reliqui piſces, capite oculisq́; haud abſimilis terreſtri, ſquamis præduris, aculeosq́; ferens, uenenum tactu linquentes. Præterea ſi manu dextra adripias, contumacem renitentemq́; experieris: ſi læua, ſubſequentem. Lepus Lepus gignitur in limo unà cum Aphyis, cum ipſis ſæpe capitur, ſpecie cernitur cochleæ tegmine nudatæ, guſtu uenenoſus. Eſt & alterius generis in mari magno, ſimilis per omnia terreſtri, præter uillos quos aculeatos & erectos habet, tactu letales: natare ſumma aqua traditur, haud capi facilis, ut qui uelocißimus ſit, nec unquam naßis aut hamo propinquet. Si quis eum attigerit dum in morbo eſt manu aut baculo, animi defectum incurret, ac idem ferè quod ex baſiliſco uenenũ. Remedium ei in quadam prope idem fermè mare inſula natura inuenit, radicem uulgo ſatis cognitam, quæ admota naribus, ſic adfecto uires illico reſtituit. Leo Leo cõcha integitur, caraboq́; ſimilis, præterquam quòd gracilior eſt. Caſtoris Caſtoris circa littora petrasq́; uerſatur, uoce alioqui lugubri & inauſpicata, fatum audiẽtibus portendens. Muſaraneus Muſaraneus quẽ μυγάλῳ uocant, uiſa orbita currus ſtatim uti pedicis impeditus capitur. Merula Merula pluribus congreditur fœminis ſui generis, easq́; in receſſu petrarũ abditas tanquam in thalamis ſecum continet. Zelotypus fertur, puerperium & mas curat adſiſtendo, cibumq́; fœtæ miniſtrãdo. Muſtella Muſtella admodũ parua & fluuiatilis. Aſellus Aſellus præſtantißimi ſaporis Plinij tempore, ab alijs piſcibus tantum differens, quod ſolus uiuit nec ſocium admittit. Cor in uẽtre habet, in cerebro paruos lapillos, per caniculam latitat. Eorum duo genera ſecundum Plinium. Collylei minores, & Bacchi maiores, qui non niſi in alto capiuntur. Ideo prælati prioribus. Canicula Canicula ſicut & Glaucus fœtus ipſa ſuos à partu natantes, ab incurſantibus noxijs uorãdo tuetur. Earum tria genera, primũ quod inter Cetos poßis connumerare. Reliquorum alteri Galei alteri Centritæ cognominãtur. Ambo cubitum non excedunt. Sed Galei colore uario, cauda aculeis dẽſa, ac ictu uenenati. Igitur utrunq; genus capitur in locis limoſis, uiles ambo. Sunt & Caniculæ fluuiatiles, ſpecie quidem paruorũ canum, caudà uilloſa, quarum ſanguinem ex aceto & aqua ſimul, humani corporis neruis intumeſcẽtibus dicunt illitũ auxiliari, tum ipſam quoq; neruis impoſitam opitulari. Grues Gruem alit Corinthiũ pelagus, magnitudine pedum x v. Os ceruicemq́; haud abſimilem aliti grui, eiusq́; pennarũ modo ſquamas habẽtem, gracilem, prolixamq́; ueluti anguillam ſubſultim natantem. Cæterum aduenas eſſe hyemis, fugereq́; Thracium frigus, ſicuti aereas, tradũt Epidaurij, gigniq́; hoc modo: fœminas accenſas in libidinem maribus blandiri, eosq́; ſaliẽtes minime pati, geniturámq́; propterea in aquas cadere, inde ex mari tanquam ex parente procreari. Pediculus Pediculus piſcis paraſitus, Delphini ſiquidem eſcam prædam'ue ſectatur. Ille libenter impertit, quare nitidus ſemper obeſusq́; aſpicitur.

Cicada Cicada præterquam quòd cornua & aculeum nõ habet, & alacrior eſt aliquantulũ, non abſimilis paruo Carabo uidetur. Alæ ei paruæ ſub oculis, ſicuti & terreſtri. Ab hac abſtinent plurimi, putantes religioſum, inter quos Seriphios inuenio captam dimittere, extinctam ſepelire; dicentes eam Perſeo Iouis filio quem colũt dicatam eſſe. Mus marinus Mures marini exeunt in terram, ſicuti & polypi & Murenæ, & ſcrobe effoſa pariunt oua ac rurſus obruunt terra, trigeſima die refoſſa, fœtus ad aquas ducit. Myſcus Muſculus Myſcus ut Plinius, ut Ariſtoteles Myſocœtus, Gaza Muſculus conuertit, Athenæus μυιὰρ, piſciculus eſt qui Balenas præit. Tres in mari μύες, id eſt mures dicunt eſſe, inter teſtudines, inter piſces, inter oſtrea. Vulpes Vulpes hamum uorat. Scolopendra Scolopendra item quam Centipedam Gaza uertit, haud abſimilis terreſtri eſt: ſi quis eam attigerit, non aliter ei quàm urtica tacto pruritus excitabitur. Viſæ iam quas magnitudine inter Cetos habeas, capite, caudaq́; extantibus, per undas triremiũ modo ferri, pedibus quos plurimos habẽt ordine ſublatis pro remigio utẽtes. Coruus Coruus notus piſcis marinus, fuluus eſt, è ſtagno nigricans, parit bis in anno, ueſcitur alga: autor Athenæus.

Coracinus Coruulus Coracinum Gaza Coruulum conuertit apud Ariſtotelẽ, miror cũ alius ſit Coracinus à Coruo. Athenæus dicit eum nominari ἀπὸ τ̃ κόρας κινεῖν, quòd oculos frequenter moueat. Hirci Hirci marini circa Cyrenaicum Sardoumq́; mare oberrantes uiſuntur, unà cũ Delphinis. Mas alba uitta frontem modo regũ redimitus aſpicitur. Fœmina uerò cum criſta ueluti gallus, tanta tamen ambitione ut hanc alteri altera eripiat extinctæ pulchriorem poßidenti. Rapacißima belua, ut quæ homines nauigiaq́; inuolat, ſpiritu graui & uehemẽti, quo ſanè inſtrumento ad prædas utitur cæterorum. Nam ex omnibus adſectatur uitulos marinos, quos proflatu haud aliter quàm iaculo expugnat. Aelianus. Aries Aries graſſatur ut latro, & nũc grandes naues ſtantes in ſalo occultatus, nũc extra aquam capite exerto piſcantium cimbas occulte adnatans mergit. Irundo Miluus Aquila Echinus Irundo uolat perquàm ſimilis uolucri Irundini, itemq́; Miluus & Aquila. Plinius. Echinus quem Latini Erinaceum appellant, in mari etiam inuenitur ſpinis ſimiliter aculeatis. Hunc unda maris exagitata ad littus impellit, Captum ſi concerpſeris in fruſta, in mareq́; proieceris, partes paulò pòſt conuenire ac reuiuiſcere uideas. Aelianus.

Porcus Porcum maximũ piſcium eſſe Appion tradit, quẽ Græci Aſtragoriſcum uocant: præterea cum capitur more porcorum grunnire. Teſtudo Teſtudines marinæ reperiũtur, & quæ in aqua dulci uiuunt, Plinius autor: quas nos Lutarias, Græci ἄμυδας uocãt. Scorpius Scorpius ſiccioris eſt carnis ut ait Diocles medicus, parit bis in anno, ueſcitur alga, uarius eſt piſcis. Iceſius medicus, è pelagis fuluos dicit eſſe ſcorpios, è ſtagnis nigrãtes. Scorpena Ariſtoteles Scorpenas & Scorpios diuerſis in locis ſcribit, tanquam differentes. Athenæus eoſdem dicit eſſe.

Thymallus THYMALLVM Ticinus Italiæ fluuius gignit magnitudine cubitali, medium ſanè inter Lupũ & Cephalum. Naribus admotus herbam unde cognominatur & qua uiuit, ſpirare uidetur, ad hamum non accedit, cum non alium ſanè cibũ ſectetur. Margari Margari rotunda ſpecie gregatim natant, regem ſectantes more apum. Hoc capto, cæteri ueluti attoniti paruo negotio capiuntur in mari rubro, in locis prominentibus ac portuoſis: conduntur q́; in dolijs ſalſamentarijs, donec exſiccata carne dureſcit in lapidẽ aurei coloris hebeti fulgore. Hic poſtea inter precioſa cõnumeratur. Iuba tradit hunc legi etiam in Indico & Britannico oceano. In terra non inuenitur niſi foßilis & adulterinus. Aelianus.

Callionymus CALLIONYMVS, huic ſecundum Ariſtotelem fellis ineſt multum in dextro latere, in ſiniſtro uerò iecur: teſtis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Menander in Meſenia. Habere facio inquit, fel Callionymi plenum. Sunt qui eum utilem cibis dicunt, Non tamen de his meminerunt Epicharmus de nuptijs Iunonis, & Mniſimachus in Iſthmionica, poëtæ qui piſcium conuiuia diligentiſſime perſecuti ſunt. Ex Aeliano.

Echeneis

ECHENEIS Latine Remora, aſpectu niger, magnitudine paruæ anguillæ, ex effectu nomẽ ſortitus, nauem quamlibet magnam (dictu mirabile) haud aliter moratur, quàm ſi quis equum indomitum, maleq; freno audientem ab incepto itinere per uim uertat: autores Aelianus, Plinius, Ariſtoteles. Ambroſius tamen in Hexameron, & Albertus in libro de animalibus confundunt, Echinumq; pro Echeneide accipiunt.

DE PISCIBVS RVBRI MARIS, NILI, ET ARMENIAE.

Citharœdus

MARE RVBRVM uaria portenta nutrit, inter quæ Citharœdũ ſquamis non aſperũ magnis in cauda ad uerticem lineis, quaſi muſico inſtrumẽto intentis neruis notatum, unde nominis ei argumẽtum. Media ſimilem Crocodilo, uertice nigro, luteoq; diſtinctũ, pinnis aſpectu aureis, cauda nigra, præter extremam quæ albeſcit.

Pardalis

Pardalim, quem, qui uiderunt, ſimilem terreſtri dicũt, colore, ac maculis.

Oxyringus

Oxyringum ore prælongo, roſtri modo, oculis fulgentibus, ſupercilijs albis, dorſo uiridanti, pennis prioribus nigris, reliquis albis, cauda prælõga & uiridi, quam linea mediam aurea diſcriminat.

Perſeus

Perſeum, ob Iouis filium quẽ eius regionis homines colunt.

Anthia

Anthiam lupi magnitudine, naſo leniter adunco, lineis & ipſe cingitur aureis à uertice uẽtre tenus per obliquum deſcendentibus, robore uerò & audacia in eo mari principem.

Simia

Simiam ore coloreq; ac omnia ſub aluo ſimilem terreſtri, dorſo teſtudineo, cætero corpore latam uti torpedo. Pinnas auium modo pandentem, ac ſimilem uolãti, fuluis circa collum maculis.

Hygrophœnix

Hygrophœnicem magnitudine lacertarũ eius maris, ore ſemper hianti, oculis uiridantibus, zonis diſtinctum binis, altera à brãchijs ad caudam aurea, argentea uerò altera mediam intercidente, maculis deinde intercurſantibus cæruleis.

Charace

Characen pinnis utrinq; maximis, cauda auri fulgore, purpureis diſſecta lineis.

Sagittarius

Sagittarium Echini ſpecie oculos habentẽ ſolidos ac prolixos.

Phyſalus

Phyſalum colore Smaragdi, uenenatũ alioquin, qui forte captus more pilæ aut ueſicæ intumeſcit, unde ei nomen.

Aulopa

Aulopam magnitudine ingẽtis Thynni, colore etiam priorem, ore ceruiceq; firmiſſima, oculis patẽtibus atq; amplis, dorſo cæruleo, uentre albẽte, linea diſcriminatum aurei coloris, quæ à uertice ad caudam deſinit. Hæc ex Aeliano.

Nili piſces

Crocodilus

Nilus ipſe in hoc genere producit in primis Crocodilum. Quod ſane animal pars Aegypti adorat, qui uocãtur Ombitæ & qui Coptum incolũt, illi feſtos, ſacroſq; dies, ut Græci Olympia Ioui ſtatuerunt. Et ſi contingat liberos ab eo rapi, parentes magnopere gaudent, tanquã ſe Deo placere exiſtimantes cui eſcam genuerunt. Aiunt uocatos ab ijs uenire, ueſciq; capitibus animalium illis immolatorum. At contrà Tentiritæ magnopere reijciũt, captumq; arbore ſuſpendũt, diuq; uerberibus cruciatũ epulantur. Specie deſcribitur huiuſmodi: uentre dorſo, caudaq; prælõgus, ſquamis præduris oſtrearum modo totus obductus. Timidus alioquin ac ueterator, ut qui perſequẽtes fugiat, fugientes perſequatur. Narratur & numerus ſexagenarius ei proprius ut qui ſexagenis diebus oua ſexagena pariat, totidemq; diebus foueat. Annos præterea uiuere & dẽtes eodem fermè numero habere. Deniq; totidem diebus in ſeceſſu quieſcere quotannis ſine cibo. Inſidiatur his qui aquatum eunt. Si quãdo potando irudines hauſerit, illæq; faucibus adhæſerint, diu cruciatur, Tandem pro remedio aduerſus ſolem in littore dehiſcẽs extenditur. Ecce auis Trochilus, dapis illecebra captus, roſtro prælongo oris cauernas paulatim paſcendo purgatas reddit: excitat etiam eum forte dormitantem, ſiquando ab Ichneumone animali ei aduerſo inuadi contingat.

Phari piſces

Venerantur inſuper quoſdam piſces, quos Pharos uocant, præſertim ij qui Syenen incolunt. Qui uerò Elephantidẽ, Mæotidas, Oxyringum item religioſum habent, ob oris acuitatẽ appellatum, ac tanquam Oſyridem ſuum colũt, quod ex eius uulneribus genitum putent. Hunc forte hamo captum dimittunt, retibus uerò nequaquam, quod exiſtiment eum metu adſectantium piſcium eò tanquam in locum tutum confugiſſe. Ex Aeliano. Strabo quoq; multa alia in Nilo genera commemorat. Lepidotum, Coracinum, Porcum, Phagonum, Silurum, Citharum, Aloſam. Ex teſtaceis, Dilichium, Phiſcum, Boſiten.

De piſcibus Armeniæ

Apud Armenos petra eſſe dicitur, iuxta mare altiſſima. In eaq; fontẽ figura quadrata apparere, in quo piſces octonum cubitorum magnitudine uiuere ſemimortuos, alios iamiam morituros, fœdos aſpectu, ac deguſtantes ſeu hominem ſeu feram extemplo necare. Ex Aeliano.

RANA, RAIA, TESTVDO.

Ranæ

RANAE coëunt noctu extra aquam mare fœminam inuitãte. Ex omnibus Hydrum maxime odere ac timẽt, quare appropinquãte eo hoſtem prius clamitando aduerſus eunt. Ranarum coaxatione ſolito maiore, pluuiam portendi obſeruatum eſt. In Serypho inſula eas obmuteſcere tradunt.

Ranæ Seryphiæ

Itemq; in Pierio Theſſaliæ ſtagno. De Seryphijs indigenæ fabulam talem comminiſcũtur. Perſeum Iouis filium deuicta Gorgone redeuntem, ac de uia feſſum, prope paludẽ ſomno ſe dediſſe, moxq; à ranis excitatum, à Ioue perpetuum illis ſilentium impetraſſe. Theophraſtus cauſam ſecutus naturalem, hoc aquarum illius regionis frigiditati maxime tribuit.

Rana piſcatrix

Eſt & Rana quæ dicitur ex argumento Piſcatrix, ſetas habens quaſdã à cilijs extantes ac prolixas in ſummo præpilatas. Harum igitur adminiculis, natura monſtrante inſidias ſtruit, latitans in limoſis, auijsq; locis, frontẽ cum ſetis uidendam loco eſcæ piſciculis porrigit: illi accurrẽtes deceptiq; ac paulatim in arctũ deducti, ab ea rapiuntur. Ex Aeliano.

Raia

Solent quidam hic reprehẽdere Gaxam, qui pro Rana, Raiam poſuerit, cum Raiam Græce βάτος dici adfirmẽt. Eſt enim Raia piſcis qui eodem fermè modo ac Rana piſcatrix piſciculos in prædam agit, ut Plinius refert, ubi & Squatinã & rumbum idem facere dicit.

Teſtudo

Teſtudo Amphibium animal, oua gignit in terra, quibus arena obrutis ſtatim in mare redit: mox diebus ſexaginta peractis iterũ ad oua reuertitur: quæ arena regeſta, ubi comperit iam articulis animata paulatim deducit ad pelagus. Eſt & fluuiatilis in Indis, cuius conuexum ſcaphæ magnitudinem æquat, capit uerò modios denos. In inſula quoque Taprobane uſum tecti domibus ligneis præbet. Teſtudines omnis ſalaces eſſe magnopere, compertum eſt. Ex Aeliano.

DE HIS QVAE CRVSTA SEV TESTA INTEGVNTVR.

Malacoderma

QVAE cruſta integuntur, Ariſtoteles μαλακόδερμα uocat, Quorũ quatuor ponit genera.

Locuſtæ

Cammari

Squillæ

Cancri

Locuſtas quas καράβους, Cammaros quos ἀςάκους. Squillas quos καρίδας. Cancros quos καρκίνους appellat. Cancrorũ genus multiplex, maximũ quas μαίας, id eſt, Maias uocat.

Paguri

Secundum Paguri & quos Heracleoticos uocant: hi ſecundum Aelianum more ſerpẽtum, ſenium exuunt renouata cruſta, uocanturq; à Palladio Cãcri marini.

Fluuiatiles

Tertium genus, fluuiatiles cæteris mitiores & nullis adnotati uocabulis. Genus Cãcrorum littorale Phœnicia fert tantæ uelocitatis, ut uix conſequi ſit: ex quo Hippeas, id eſt, equites eos appellãt. His nihil eſt intus propter inopiam pabuli. Genus item aliud eſt quod

magnit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

magnitudine cancrum non excedit, facie Cammaris ſimile.
Atq; his omnibus pars dura & teſtacea foris pro cute eſt,
mollis intus. Supina corporis planiora & tabellarum modo
Locuſtæ *ſunt, quibus & oua cõdunt.* Locuſtæ, *ut ait* Aelianus, Po-
lypis aduerſantur, & Murenis: *cornibus ab latere porrectis*
liberæ procedunt, in metu obliquis. Teſta uerò cõtecta quæ
Oſtracoder-ma ὀστρακόδερμα *Græci uocant, ſponte naturæ in limo gignun-*
tur, quãquam diuerſo, ut tradit Ariſtoteles. *Nam in cœnoſo*
Oſtrea, *in arenoſo* Conchæ, Chamæ, *ungues, pectines. In ri-*
mis cauernisq; ſaxorum, uertibula, patellæ, natrices, atq; o-
mne genus eorum quæ mediam inter plãtas & animalia te-
Zoophyta *nent naturam, uocanturq;* ζωόφυτα. *Differũt præterea teſta,*
ubi ludentis naturæ uarietatem licet animaduertere, criſpa,
crinita, ungulata, cãcellata, imbricata, pectinata in obliquum,
in rectũ expanſa, dẽſata, porrecta, ſinuata. Ariſtoteles *etiam*
Dithyra & Monothyra *ponit, id eſt, quæ duplici & una te-*
ſta integũtur. Conchæ *omnes &* Conchilia, *ut* Aelianus *ait,*
lunarem ſequuntur rationem. Quin & in genere animalium
ueterinorum fœtus alendos non putant qui in Neomenia, *id*
Purpura *eſt, ipſo lunæ coitu naſcuntur.* De purpura *ante omnia di-*
cendum, quam Porphyrã *illi dicunt. Conchiliorum uoraciſ-*
ſima, lingua prælonga, ſemperq; uibranti: per hanc potitur
præda quam adſectatur, per hanc in prædam ipſa ducitur.
Piſcator *Concham cum eſca ponit in mari, hanc ubi illa cõ-*
ſpicit, exerta lingua ut ſolet appetit, adeoq; nititur ac protẽ-
dit, ut eam penè auulſam reſumere non ſit. Ita dum contẽdit
capta extrahitur: eius cruori dignatio præcipua lanis tin-
gendis, ſi præſertim lapidis ictu ſemel cædatur. Ex Aeliano.
Ariſtoteles *autẽ purpurarum plura genera ponit: nonnullæ*
magnitudine augẽtur inſigni, ut quæ ad Sigeum & Lectum
Idæ *promontoria gignuntur, Aliæ paruæ ut quas* Euripus
fert & Caria. *Marinæ magnæ ſcabræq; ſunt, paruæ ad lit-*
tora & oras reperiuntur, flore rubro. Partes item Aquilo-
niæ nigras, Auſtrinæ rubras. Ex magna parte fœminæ ca
piuntur tempore ueruo, cum fauos extruũt: flos inde extra-
hitur ſpecie membranæ candicantis, qui cõtritus manum in-
ficit: reliquum quaſi alumen eſt. Hæc Ariſtoteles. Aelianus
autem tria purpuræ genera ſeu medicamenta ponit, Viola-
ceam, Rubram Tarentinã, & Dibapham Tyriam, *id eſt, bis*
Murex *tinctam ac ſanguine ſaturatam.* Murex *quoq; quẽ Græci*
κήρυκα *uocãt, ex his qui firmiori teſta integuntur, frequens*
ac nobilis apud Tyrum, *eundem uſum ac purpura præbet.*
Chamæ Aliud *genus quod* χάμας *uocant, quarũ aliæ aſperæ, aliæ*
leues: hæ manu frangibiles, illas uix ſaxo diſcuneabis: quaſdã
nigro, nonnullas argẽti colore uidere licet, plures ad littora
expulſas, in arenaq; iacẽtes, alias in alga, in limo, in ſpeluncis
adfixas. Apud Iſtriada *uocitatum æſtatis tempore prouẽtus*
earũ ueluti meſsis, confertim connatare cernuntur. Hyemem
& Aquilonem fugientes latitant. Mox ſpirante Zephyro,
mariq; tranquillo unà exeunt laſciuientes, diſcuneatæq; per
undas carinarũ modo feruntur, tegmine ſuperiore uelifican-
tes: adnauigantium hominum, aut adſultantium belluarũ ſo-
nitum expaueſcentes, extemplo clauduntur, ſeq; cõdunt. Ex
Aeliano. Athenæus *autem Chamas tracheas & lias uocat, id*
eſt, aſperas & leues. Tertiũ genus Pelorides *ſiue à magni-*
tudine, ſiue à Peloro Siciliæ *promontorio.* Oribaſius &
Aetius *has omnis nomine quo nũc uulgò* Romæ *utũtur* Tel-
Tellinæ *linas uocant: dicuntq; cinerem combuſtarũ cum cedria com-*
mixtum uim habere pilos præſertim è ſuperciliјs extirpãdi.
Cochleæ De Cochleis Aelianus *ſic ait, Cochlea marina, parua ad-*
modũ magnitudine, ſed ſpecie formoſa, gignitur in aqua mi-
nimum ſordida inter maris petras, quas Chœradas *uocant,*
Cochleam alit mare rubrum, maximam quidẽ ac rubentem,
ſed in uertebra ipſa uariјs diſtinctã coloribus, ut coronam
uiridi luthco purpureoq; colore paribus interuallis inſertã
dicas. Plinius *dicit Cochlearum uiuaria primum inſtituiſſe*
Fuluium Hirpinũ *in* Tarquinienſi *paulò antè ciuile bellum*
Pompeianum, *diſtinctis quidẽ generibus ſeparatim,* Illyricæ
quibus magnitudo præcipua, Africanæ *quibus fœcunditas,*
Solitanæ *quibus nobilitas. Quin & ſaginã earum commẽtus*
eſt farina & farre aliјsq; generibus, ut cochleæ quoq; alti-
les ganeam implerẽt. Oſtrearum autem uiuaria dicit inſti- Oſtrearum ui-
tuiſſe ante omnis Sergium Oratã *in* Baiano, *qui & optimũ* uaria
ſaporẽ Lucrinis *oſtreis adiudicauit.* Horatius. Oſtrea Cir-
ceis, Miſeni *oriũtur* Echini. Oſtreũ *apud* Senecã, & Oſtrea
apud Gellium *fœmininũ.* Spartianus *in* Heliogabalo Oſtreas
& Lioſtreas *dixit. In agro* Volaterrano *prope mare locus*
eſt, qui Gerardeſca *nũc uocatur, ubi ſtagnum eſt optimis re-*
fertum oſtreis. Nautilus & Põpilus: *de quibus ſic* Aelia- Nautilus
nus. Nautilus *ex argumẽto uocatur. Polypus eſt una muni-* Pompilus
tus cõcha: hanc conuexã turbato mari natando gerit, ne flu-
ctibus oppleta teſta deprimatur: trãquillo reſupinat, carinæ
modo acetabilis utrinq; pro remis utens, cartilaginẽ quam
in medio retinet pro uelis pandẽs. Si quando metus inuadẽ-
tium belluarũ ingruit, repleta cõcha ſub undis ſeſe demittẽs
latitat, rurſus uitato periculo reſilit. Pompilus *& ipſe de ge-*
nere Concharũ, terram ceu oderit maxime refugit profũ-
da petẽs: ad naues adnatant ſtipati, adſultantesq; circa cõglo
bantur. Ariſtoteles *uerò* Nautilum *quẽ nautam appellat, ac*
Pompilum, *teſtam dicit habere cõcauam & ſimplicẽ ut pe-*
ctunculos: unde cõtingit ut fluctibus iactati in alto elidãtur,
& teſta dilapſa nudi capiantur. Conſtareq; exiguo corpore,
facie ſimiles Bolitænis. Plinius Nautilũ, & Pompilum *eun-*
dem eſſe dicit. Oppianus *de Pompilo canit ea ferè quæ ſuprà*
cõmemoraui. Pectines *Græce* κτένες, & κτείς *pecten, mo-* Pectines
biles ſunt adeo, ut de retibus quibus capiũtur, ſæpe exiliant,
& penè uolare putẽtur. At Pinna *immobilis ſaxisq; inhæ-* Pinna
rens cuſtodẽ habet Pinnotherẽ, *quem illi* πιννοφύλακα *ap-* Pinnotheres
pellant, paruum uidelicet cancrũ, quo priuatus ſtatim perit.
Hic dapes ei ſuggerit, piſcesq; in prædam deducit: autores
Ariſtoteles, Aelianus. *Eſt & quam* Gaza *uertibulum ſiue* Vertibulum
collũ à teſte duritie: Ariſtoteles *autẽ* τήθυαν *uocat, dicitq;*
eam adhærere ſua teſta totam cõtectam, tantum duo forami-
na exigua, quibus humorem recipit & reddit, habere. Inter
conchilia quoq; illæ ab Ariſtotele *ponũtur.* Ceryces, *quas* Ceryces
Gaza Buccina *cõuertit: nonnulli murices dicunt eſſe.* Lopa-
des *quos patellas,* Solenes *quos ungues idẽ conuertit.* Plinius Patellæ
enim Solenes Dactylos *tranſtulit, ab humanorum unguium* Vngues
ſimilitudine: his natura in tenebris remoto lumine alio ful- Dactylos
gore clarere. Spongiarũ *genus triplex ſecũdum* Ariſto- Spongiarũ ge-
telem & Plinium, Spiſſæ, raræ, & aſperæ *appellatæ: omnes* nera
quidẽ ad ſaxa naſcuntur, aut iuxta littus, lutoq; alũtur. Cuius
rei argumẽtum eſt, quòd captæ limo refertæ omnes cernun-
tur. Imbecilliores autem ſpiſſæ quàm raræ: quia minus alte
adhærẽt. Vrtica *adhæret ſaxis, manũ in fame depaſcitur* Vrtica
ut polypus. Ora in medio corpore cõtinet, & de medio ſaxo
quaſi de teſta uiuit. Adnatantes circa adſultãtesq; piſciculos
corripit. Duplex earum genus, alterũ corpore paruo, cibo
aptũ: alterum aliquãto maiore durioreq;, quale circa Chal-
cidem Eubœæ: *ut* Ariſtoteles. Torpedinẽ *Græce* νάρκην Torpedo
ſi quis attigerit: morbo unde illa etymum trahit, eo membro
tentabitur. Piſces item eo modo in prædam agit. Strombi Strombi
etiam è genere Concharũ, regem habent in mari, quem, ſe-
quuntur, quocunq; cõceſſerit. Hunc igitur capienti, aut aſpi-
cienti bonum omen portendi dicunt. Apud Byzantios *præ-* Paſtinacæ
mium cõſtitutum, Attica *drachma piſcantibus illum: autor* Lepores
Aelianus. *Sed & inter Conchilia ponũtur* Paſtinacæ, Lepo- Scolopendræ
res, Arietes, Scolopẽdræ, mures *& pleraq; alia quæ ſuprà* Mures
in lemmate memoraui. Inter Zoophyta *uerò &* Olothyræ, Olothyræ
Pulmones, Stellæ: *& quæ uocãt* ὦτια Otia, *quæ uẽtri aurem* Pulmones Stellæ Otia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

coniunctum habent : ut tradit Athenæus. Pernæ, de quibus
Pernæ ſic ait Plinius. Pernæ Concharum generis circa Pontinas
paludes frequentiſſimæ. Stant ueluti ſuillo crure longo in
arena defixæ, hianteſq́; qua limpitudo eſt, pedali non minus
ſpatio.cibum uenantur.dentes in circuitu marginum habent
pectinatim ſpiſſatos : intus pro Spondylo grandis caro eſt.
Apud Plautum item huius Conchæ mentio,quam putauerim
margaritas continere,quas hodie Pernas uulgò appellant.

DE INSECTIS, ET PRIMVM DE APIBVS.

NVNC de inſectis, quæ Græci ἔντομα uocant, parte
aliqua corporis interciſa. Eorum pleraq; ſponte natu-
ræ gignuntur : quæ uerò pariunt, ut Araneæ, Scorpiones,
Formicæ,non ſatis conſtat ſecundum Ariſtotelem, an coitu
Apes cõcipiant. Inter hæc Apes lõge utiliſſimæ,quarum amore
nonnulli adeo capti fuere, ut de his libros ſcripſerint. Inter
quos Ariſtomachum Solenſem annos duodeſexaginta nihil
aliud geſſiſſe Cicero teſtatur, & Hyliſcum Thaſium Aelia-
nus:quem quòd apes in deſertis coleret,Agrium nominaue-
runt. Ariſtoteles in nouẽ has genera diuidit:ex quibus Gre-
galia ſunt apes & reges eorum. Fucus qui inter apes degit:
Veſpæ,Crabrones,Teredines,Solitaria tantum tria. Sirenis
minor Græce σειρὴν qui fuſcus totus eſt. Sirenis maior qui
Apes ruſæ, nigræ,uariæ,longæ fuſcus & uarius eſt. Tertium Bombis. Earum rurſus quæ
apes uocantur in alia genera diducuntur : alterum ruſum
quod præſtantius eſt. Alterum nigrum magiſq́; uarium &
utile, Tertium quod optimum & uarium. Quartum lon-
gum & crabroni ſimile.In apum numero carent aculeo re-
Veſpæ ges,& fucus. Veſparum item duo genera:alterum ferum
quod rarum eſt,naſcens in montibus grandius & robuſtius:
Matrices alterum imbecillius. Sunt & quæ uocantur Matrices,latio-
res craſſioreſq́; quàm ueſpæ : uolare nequeunt,in ueſparijs
ſedent, fauos fingentes, quibus an ſit aculeus non ſatis con-
Crabrones ſtat. Crabrones à Græcis ἀνθρῆναι uocantur,non floribus
ut apes,ſed carne magna ex parte uiuunt : aculeati, alueum
ſub terra faciunt effoſa. Qui uerò ab eis aberrauerint facto
duce ad aliquam ſe arborem conferunt,ubi fauos conficiant.
Bombices Bombices ſub ſaxis apud humum fœtificant, paruum &
Teredo ipſi mel factis cellulis conficiunt. Teredo Græce τενθρη-
δὼν non abſimilis crabronibus, uerum uaria, fœtum ſicuti
ueſpa ſub terra ædit. Apum opera tria ponunt in aluearijs,
Metys Metyn,Piſſoceron,Propolin. Hactenus Ariſtoteles. Aelia-
Piſſoceros nus uerò de his ſic ſcribit. Apum ætas ex colore deprehẽdi-
Propolis tur, ætate integræ oleo ſimiles renident. Seneſcentes ruſæ
aſpectu,tractatuq́; aſperæ:his plus artis in mellificatione,iu-
uenibus plus uirium. Prognoſticum tempeſtatis habent,im-
bre impendente ſeſe in aluearijs continent. Cum procedunt
ut aduerſo reſiſtant uento,lapillos pedibus librãt. Sunt intus
quæ apes otioſæ dici queunt : nec tamen de fucorum genere,
quippe quæ fructuoſis non aduerſantur,ſed regi unà cum ſe-
nibus & emeritis adſiſtunt:aquam eis ferunt,extinctas apes
egerunt. Validiores ad opus exeunt. Regem uenerantes ſe-
paratim ei cellam conſtruunt in loco celebri. Aduerſantur
apibus Phalangij, Fucus, Irundines, lacerta, Crocodili ter-
reſtres,inundatio propinqui fluminis,ignis uicinæ ſyluæ in-
cenſæ,teter odor. Ad hæc propellenda diligens mellator re-
medijs inſtabit. Fucus noctu cum apes dormiũt uel ad opera
egrediuntur, graſſatur:à redeuntibus uerò magno certami-
ne pellitur. Fiunt apes ex bouis,fuci ex equi,crabrones uerò
Formicæ ex aſini cadauere. FORMICARVM quoddam genus
uenenoſum, quod Lacurgus dicitur, ut autor Aelianus. De
Indicis formicis Plinius plura. Strabo etiam in hanc ſenten-
tiam. Megaſthenes ait apud Dardas quæ maxima natio eſt
Indorum mõtanorum, collem eſſe trium millium ſtadiorum
ambitu, & ſub eo auriſodinas, quas formicæ cuſtodiunt uul-
pibus non minores, mira celeritate, uictum uenatione com-
parãtes. Terram auriferam fodiunt,unaq́; ad oſtium cumu-
lant,quã mercatores clam ſurripiunt, diſpoſitis pariter car-
nibus ad morandas pabulo formicas, ſi forte animaduerte-
rint. Ad abigendas formicas ſi unam comburas cæteras fu-
gabis. Si agreſte origanum aut Populus in foraminibus ea-
rum ponatur,omnes abſiſtẽt. Fugantur item ex origano &
ſulphure illito arboribus, ex combuſtione quoq; ſtyracis &
cochlearum teſtæ. De Muſcis autem Aelianus hæc ſcri- Muſcæ
bit. Per Olympicorum celebritatem mirum muſcas ad unam
omnes Piſa diſcedere, rurſuſq́; ſacris peractis reuerti, quaſi
eadem cum fœminis illius loci conditione teneantur : ſed eæ
ſponte, illæ coactæ lege certaminis, ut uiri caſtius per idem
tempus degant. Idem penè & apud Leucada promõtorium
in ſacris Apollinis accidit, uti muſcæ templo abſiſtant, ſed
quaſi mercede ac decima donatæ, ut qui bouem antea eis
epulandum tradant. Hæc ille. Quod autem Plinius ſcribit,
muſcam extinctam ſub tepido cinere reuiuiſcere, haud ſatis
creditũ. Tabanus atq; Aſylus idem,ſimilis magnæ muſcæ, Tabani Aſyli
ore aculeato,uoce ſonora. Cynomya ſimilis illi quam Græci
Myopa uocant, uoce maiore quàm tabanus, aculeo minore:
ambos uerò aduerſari bubus eoſq́; in furorem agere palàm
eſt. Vergilius in Georg. multa de his. Plinius ait Cyrenaicos
Achorem Deum contra multitudinẽ muſcarum inuocare,
eiq; litare conſueuiſſe. Sicuti Aegyptij Ibim ſuam contra ſer-
pentes. Muſcas interimit fermentum cum ferri ſcobe mixta,
ſi in loco ponatur ad guſtandũ. Abiguntur item ex atramẽti
ſutorij aut origani agreſtis ſuffitu. Culices quoq; ex eiuſdem Culices
atramenti mixti cum iuniperi,ſeu cedri,ſeu cypariſſi,ſcobe,
ſeu baccarum eius ſuffitu. Pulices uerò necat decoctum Cy- Pulices
mini uel Rododaphnes in loco cõſperſum,ſiue aqua marina.
Præterea ſi ramos abſynthij aqua mixta cum atramento ſu-
torio madefacies, omnes eò current ac peribunt. Eodem
quoq; atramento cum felle taurino & oleo,ſiue oleo & ſul-
phure lecto illito Cimices delebis. Has etiam omnino deſu- Cimices
turas Democritus teſtatur,ſi pedes ceruinos grabato ſuſpẽ-
deris. SCORPIONVM genera Aelianus multa com- Scorpiones
memorat. Album,fuluum,nigrum,fumi colore,uiride,flam-
meum,quod omnium peſſimum:uentroſum,Carcinoide,uo-
latile. In India enim Megaſthenes ſcribit uolatiles eſſe. In
uniuerſum nõ coitu,ſed humore,ac calore cõcipiunt, ſingu-
lis cauda ſeſe complectentibus:nec oua ſed animal pariunt,ut
Ariſtoteles. Cicadarum ſecundũ Pli. duo genera. Achetæ Cicadarũ genera
maiores quæ canunt,& minores quæ primæ proueniũt. Ex Achetæ
bis Tettigoniæ ſunt quas Gaza Cicadaſtras : aliæ Tettigo- Tettigoniæ
metræ quas cicadarũ matrices uertit:utrunq; ſanè genus ca- Tettigometræ
nit,ſed magis Achetæ, quas ego putauerim eſſe, quos uulgo
grillos moros uocant. Fœminæ uerò in genere ſilẽt. Tradit
Solinus apud Rheginos cicadas mutas eſſe,quod Herculẽ ibi
forte quieſcentẽ cantu uexarint. Aranearum & Phalan- Aranei Phalangij
giorũ plura genera ponit Ariſtoteles. Mordax quod in duo
diducitur. Alterũ ſimile his quos lupos appellant,paruũ ad-
modũ,uariũ,ſalax. Alterũ maius atro colore,cruribus plu-
ribus magnis,tardum,nec uiribus potẽs,neq; ſalax. Tertium
genus texit: Fœmina uenatur,mas comes prædæ nõ laboris.
Solinus ponit etiam Solifugas in araneorũ genere,frequẽtes
in Italia uideri in metallis argẽtarijs, ſolis inimicas,unde no-
men eis. Plinius uenenatũ hoc animal dicit. Rubeta inter Rubetæ
rubos moratur Græce φρῦνος. Salpynga breuis ſerpẽs: Salpyngæ
Quis caleare tuas timeat Salpynga tenebras. VERMES
in hoc genere multarũ ſpecierũ ponũtur. Sunt Lũbrici quos Lumbrici
Græci ſcolios uocant:ſunt & Elminthes teretes,longi,ruſi, Elminthes
albi. Tradit Aelianus in quodã Aegypti flumine ubi nullum
aliud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

aliud animal gignitur, uermes naſci qui lõgitudine ſeptenum cubitorũ, craßitudine uerò uix pueri x. annorum manibus complecterentur. Interdiu in aluei profundo in limo conſidunt: noctu uerò in terram excũtes in ueterina graſſantur. Hos itaq; ſi quando capiunt, ſoli ſuſpendunt diebus xxx. unde oleum ſtillari dicunt, quòd Indorũ regi præcipuo dono ferunt. Huius etiam maxima uis eſt ad incendia, quo ad munitiones incendendas in bellis utũtur. Hæc Aelianus. Sunt & alijs alia infeſta quantũ uis minima.

Cis
Trips
Sis Ips
Midas
Crambe
Campe
Eruca
Chryſelis
Ricinus
Pyrales
Bubraſtes

Cis frumento, Trips ligno ἀπὸ τ̃ τϱίπσῶν. Sis ueſtibus. Ips uiciæ. Midas Fabis. Crambe Braßicis. Campe oleribus omnibus: quæ eruca, in ſacro eloquio etiã Brucus, appellatur. Erucã quoq; Chryſelidem Græci dicunt, unde rupto cortice uolat papilio uolatilis uermis. Ricinus canibus infeſtum, hic pediculo ſimilis eſt. Pyrales quos Aelianus Pyregonos uocat, alij Pyraſtas, umſcæ maioris magnitudine inter flammas medias incolumes uolitant, Inde egreßi ſtatim moriuntur. Bubraſten ſi bos potu deuorauerit paulò pòſt tumore exanimatus concidet. ut tradit Aelianus, qui & Pitecam commemorat Pſellon cognominatam in arboribus naſci, uillo coopertam, uentre leniter interciſam, morſu uenenato. Cui remedio ſit Cancer marinus cõmanducatus.

Piteca Pſellon
Ephemera

Ephemera quoq; dicit animalia eſſe minutißima aligera, ex argumento uitæ breuitatis dicta, quod diem nõ excedant: In dolijs uini produci illisq; relictis extemplo perire. Hæc Hemerobia nonnulli uocant.

Hemerobia
Cicidelæ, ſeu Lampyrides.
Redíuus
Scarabei

Lampyrides quas Plinius Cicidelas Latine appellat, per æſtatẽ noctu fulgentes uidentur. Has compertũ ſi uitrea pila incluſeris, toto anno lampadis modo noctibus fulgebũt. Rediuus ſimilis pediculo, ouibus capriſq; infeſtus. Scarabeos terreſtres Plin. lib. xxx. tauros appellat à corniculis, ſiue pediculos terreſtres. Scarabei uirides ex fimo bouis aut iumenti creantur. Scarabei item pullarij.

Cantharides
Melolanthæ

Cantharides ex erucis fici, piri, pruni, proueniunt. Melolanthæ etiam inter Scarabeos Ariſtoteli Plinioq; ponũtur, ex pomis arborum floribuſq; naſcuntur.

Gryllus
Trixalis
Teredo
Hepiolus
Pyraſta
Clerus
Centipeda
Ser

Gryllus præterea & Tryxalis Plinio lib. xxx. capite III. cõmemorãtur, ab Aeliano τϱώξαλις dictus. Teredo Græce τϵϱηδὼν aluearibus infeſta. Itẽ Hepiolus ἠπίολος, eſt enim Papilio qui circa lucernarũ lumina uolitat. Pyraſta ſiue Clerus uermiculus aluearibus etiã aduerſus. Centipeda à multitudine pedum cognominata. Ser σὴϱ, animal quod teſte Pauſania libro VI. Sericũ facit apud Seres, unde ij populi dicti ſunt. In Europã deinde Iuſtiniani tempore ad noſtras regiones translatus, ut alibi dixi.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM

LIB. XXVI.

DE PLANTIS.

DE HIS quæ ad agrũ plantarumq; rationem pertinent multi ſcripſere. Ariſtoteles huic rei priuatim uolumen ædidit. Ampliore tamen materia hanc ſibi laudem Theophraſtus uendicauit. Ante hos itẽ longè Orpheus, Muſeus, Pythagoras, Democritus, Nicander Colophonius, Dioſcorides. E noſtris uerò Cornelius Alexander Syllæ libertus, Macer, Plinius, pluresq; alij.

Agri commendatio
Viatores

Ego uerò priuſquam ad inſtitutum ueniam pauca de agro in uniuerſum cõmemorabo. Plin. magnã ait partem Romanos priſcos in agro uiuere ſolitos. Ideoq; uiatores inſtituti, ut cũ reipub. aliquid agendũ, ex uia, id eſt, ex agro eos accerſerẽt. Plutarchus item in Proble. populũ Romanum dicit in agro plærunq; uixiſſe, CLXXX. tantum rempublicam adminiſtraſſe.

Sacerdotes aruorum

Romulus aruorum ſacerdotes in primis inſtituit, ut refert Plin. ſeq; duodecimũ fratrem appellari uoluit. Agrũ enim malè colere, probrum cenſoriũ iudicabant, ut Cato teſtatur: nam quem bonum colonũ dixiſſent magnopere laudaſſe putabant. Argumento quoq; ex his religio. Nã præter ferias Sementinas tria ſacra ob fructus diuerſis inſtituere temporibus, ut eſt uidere apud Faſtos: Vinalia, Floralia, Rubigalia. Deasq; duas propterea coluere, Seiam à ſemine, & Segeſtam a ſegetibus dictas: quarũ ſimulacra Plinius dicit ſuo tempore in foro fuiſſe.

Seia
Segeſta

Hinc Locupletes à locis, id eſt, agris dicti: & æs ſignatum à pecore, & cognomina Rom. à leguminibus. Res omnis ruſtica opera magis quàm impenſa conſtat. Ex quo Mago initio ſui operis empto agro domum uendendã iubet, ut planè demonſtret aßiduitatem eſſe neceſſariam. Exemplũ ſuper hoc refertur à Plinio C. Furij Græcini, qui in paruo agello plus redituũ quàm uiciuus habens, accuſatusq; propterea quòd ueneficio uteretur, protulit in iudicio filiam pannoſam, manibus præduris, & raſtros ligonesq;. Hæc, inquit, Iudices mea ueneficia.

C. Fur. Græcinus

Exemplũ itẽ aliud patris familiæ à Columella introducitur, qui duabus prædij partibus dotibus totidem filiarũ adſignatis: ex tertia ſibi relicta parẽ priori fructũ adhibita maiore diligẽtia percepit. Oculus adeo dominicus utilis agro iudicatur. Veteres ita modũ poßidendi ſtatuere, ut Pompeij magni abſtinentia cõmemoretur, qui agrũ uicinum aut continuũ nunquã ſit mercatus. Adeoq; apud alios creuit libido non ſolũ agri, ſed & uillarũ, ut neceſſe fuerit legẽ promulgare, ne quis plus uerreret, quàm araret. Sunt & illa ruſticæ rei obſeruantiæ ſigna: æs à Seruio Tullo primũ pecudis imagine ſignatũ: nomina Romanorũ ex leguminibus: turbæ ruſticæ in urbẽ Nonis diebus cõuentus, unde nundinæ appellatæ. Varro in tria genera rem ruſticã diducit: in Agriculturã, paſtiones uillares, atq; agreſtes. Agriculturã in hortenſia, & aruenſia: Paſtiones in uiuaria, auiaria, & piſcinas. Mox pauca ex dictis ſapientũ de agricultura. Marcus Cato ait, Agrũ bene colere utile: nimis bene colere damnoſum. Agrũ ne cupide emas. In re ruſtica operi ne parcas. Plin. Opera non impenſa cultura conſtat. Mago, Qui emit agrũ, uendat domum. Varro Villa agro oneri nõ eſt. Columella, Oculus dominicus in agro fertilißimus. Sarſena. Nihil agricultura liberalius, aut dulcius. Attalus. ὁ ἀγϱὸς ἔςω πολυκϵϱδὴς μὴ δαπανηϱός. Ager ſit quæſtuoſus, non ſumptuoſus. κακὸς γϵωϱγὸς ἐςὶν ὁ ὠνούμϵνος, ὅπϵϱ ὁ ἀγϱὸς δοῦναι δύναται. Malus eſt agricola emens quod ager dare poteſt. ἀνϵὺ ἀναβολῆς σπϵίϱϵσθαι χϱὴ, βϱαδέως δὲ οἰκοδομητέον. Cito ſerendum tarde ædificandum. Theophraſtus, ἡ γϵωϱγία ἀνδϱὸς τ̃ ἐλϵυθέϱου ἐςὶν ἀξία. Agricultura digna eſt homine libero.

DE RATIONE PLANTARVM EX ARISTOLE.

ARISTOTELES in lib. de Plantis, has animata, nõ animalia ponit, cõtra Anaxagoræ, Empedoclis, & Platonis opinionẽ qui ſenſum eis tum gaudij & triſtitiæ, & appetitus, manifeſta ſigna ex earũ uegetatione ac corruptione tribuere: ſimul & animaliũ partes tradiderunt: quum caput in eis ſit radix, brachia rami, frondes, excrementa, flores, fœtus, fructus uerò fœtuum digeſtio & maturitas, deniq; uterq; ſexus. Plantarũ in uniuerſum cauſa eſt triplex: ex terra productio: ex aqua conglutinatio: ex igne conglutinationis unitas. Hæc item in conchis uidere licet: lutum ex quo materia fit teſtæ: ex qua teſtacei conſtitutionem, ignem deniq; partes eius cõnectentem. Virtutis igitur omnis manifeſtatio ab igne fuerit: ſiccitas enim quæ ex igne eſt, in humid. locum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

prouenićs, ob firmitatē in omnibus, & animali, & planta, & metallis digeſtionem creat. digeſtio igitur ubi & humiditas & caliditas exiſtet. Quod quidē in lapidis, metallorumq; digeſtione maximè apparet: in animali uerò ac planta non adeo: quòd horũ partes ſicut in lapidibus in unum concretæ non ſint, quodq; ex his fluxus quidam prouenit: ex lapidibus uerò & metallis minime, qualis eſt ſudor. Partes enim ipſarũ raræ non exiſtunt: ex quo inde ſicut ex animali ac planta excrementa non exeunt. In quo autem raritas non exiſtit, ab hoc omnino nihil exit. Quapropter ſolidũ eſt, in quo augeri nihil eſt aptũ: quod autem augeri eſt aptum, loco indiget, in quo dilatari quid poßit & penetrare, ſicut plãtæ & animalia: eoq; magis plantæ, quo partes earũ rariores tenuioresq; ſunt: quo uerò rariores, eò ſpirabiliores. Ea demum cauſa, quod in his terræmotus non fit, aut concußio, ſed in ſolidis, non arenoſis ſed condenſis: fit quoq; in conchis, uitro, ferro, cæterisq; metallis. Nam quum exitus poroſos aër non habeat, ſcindere neceſſe eſt. Eadem quoq; de cauſa rariora quamuis maioris ponderis & magnitudinis ſupernatant: aër enim incluſus qui aquæ natura ſuperſtat, ad proprium retrahit locum, ſicuti & oleo quoq; contingit. hoc enim naturalis calor frigidum attingens, humidas in eo partes pro tempore in aërem tenuans, ad aquæ ſuperna retrahit. Sunt & ſaxa ob raritatem quæ non merguntur, ut pumices: ſunt item ligna quæ ob denſitatē præcipitant ut hebenus. Plantis inſuper humor cauſa uiriditatis, quo quæ magis abundant, frondentes iugiter manent. Argumento ſunt frondes ab initio cacuminibus rubentes, quũ in eis nõ plene humor nec digeſtio fiat: ubi enim plene, uireſcũt: iterumq; his deficientibus, ruborem cõtrahunt. In hanc ille interpolatim ſententiã, quæ mihi ad hunc locũ uiſa ſunt ſatis. Quod autē contendere uidetur, cur in mari naſcantur, cur in ſaxis, cur præcoces aut ſerotinæ, cur nõnullæ ſine frondibus aut floribus, & his ſimilia: quũ diuerſa adferre uideatur, ad idem ſemper reuertitur humorē caloremq; ſimul & digeſtionem plus minúsue cunctis principũ. Deniq; hoc idem & Theophraſto cõtigit.

Rariora ſupernatant

DE PLANTARVM DIVISIONE.

THEOPHRASTVS in tria cunctas genera diduxit. In arbores, herbas, & quæ θαμνώδης appellat in fruticoſa, quæ medium inter utrunq; tenent. Communia his omnibus uterq; ſexus, exceptis paucis: deinde modi proueniendi, quos huiuſcemodi eſſe deſcribit: Sponte, ſemine, radice, auulſione, ramo, ſurculo, trunco, ac ligno minutatim conciſo. Arborũ primam dicit eſſe differentiã ſylueſtres, & hemeras, id eſt domeſticas: præterea infelices & fructiferas, peregrinas & peculiares. Inter ſe quoq; diuerſas, fructu, folio, flore, ſemine, radice, cortice, materia, caudice. Fructu uidelicet aut coniferæ ut pinei generis, aut pomiferæ ut mala omnia: aut glandiferæ, ut quæ ſunt in glandiferarũ genere: aut bacciferæ ut laurus, olea, & his ſimiles. Folio quoq; criſpante, læui, aſpero, oblongo, rotundo, anguloſo, ſerrato, lato, anguſto, diſcriminato, interſecto, dentato, craſſo, tenui. Radice uerò aut ſummo ſolo aut profundo, latè ſerpenti ſeu anguſta, dura ſeu molli. Caudice recto uel obliquo, uno uel pluribus, alto uel humili. Materia dura uel molli, graui ſeu leui, ædificijs apta uel igni: flexibili, ſcißili, fragili, uenoſa, nodoſa, pulchra, deformi, perpetua uel parũ duratura. Semine aut nudo, aut cortice, uaſculis, quiſquilijs incluſo, ſeu racematim pediculis dependente aut ramis adnexo. Tum rotundo, anguloſo, paruo, magno, nudo: ſicut in fœniculo, aneto, cymino, coriandro. quæ γυμνοσπέρματα Græci uocãt. Differũt & uita. Aquatilibus terreſtres durabiliores ſunt: inter terreſtres uerò ſylueſtres domeſticis. Cãpeſtres arbores generatim maiores carnoſioresq;, ſed deteriores & pallidiores mõtanis. Aquiloniæ partes & materiã robuſtiorem, & fructus præſtantiores faciũt. Sata in umbroſis citius adoleſcũt, florentioraq; ſunt, minimeq; à uermibus corrũpuntur. Quæ cito proueniũt, cito intereũt: ut Malus, Corylus, punica, perſicus, pyrus. Vermiculationē, omnes ſentiũt. Narrãtur autem diuturnitates quarundã: ut Olea Athenis, Palma in Delo, ſub qua Latona peperit, uſq; ad Ciceronis tēpora, Oleaſter in Olympia, Fagus in Troia ſupra tumulum Ili, Delphis Platanus ſita Agamemnonis manu, Ilex Romæ: quã Pli. commemorat æreis literis Hetruſcis inſcriptionem habuiſſe. Et ficus ruminalis Romæ in foro colebatur, ſub qua Romulus & frater à rumice, id eſt, mamma lupæ nutriti fuere, ut autor Plin. Hodie quoq; in Auentino Malus medica cernitur, quã diuũ Dominicũ ſeuiſſe conſtans eſt fama. Ex arboribus inſuper diuerſus procedit humor: nã aut craſſus eſt, Græce ὀπὸς, qui ſi concretus ſit, uocatur gommi ſeu reſina: Græce κόμμι καὶ ῥητίνη. Opum Cyrenaicũ Syriacumq; inter alia prædicatur. Aut eſt ſuccus liquidior & aqueus: Græce χυλὸς, qui ex herbis ſiue igne diſtillatis ſiue mortario contuſis exprimitur; capitur & pro ſapore ipſius ſucci. Ipſa enim herbarum per ignem diſtillato, Arabum eſt inuentum, apud antiquos non frequens erat, ſed decocto magis utebantur, multo præſtantiore ac medicinæ utiliore, uerum nauſea maiore. Hæc in uniuerſum de arboribus. Nunc de fructiferis dicam, ac primum de his quæ mala producunt.

Diuturnitates quarundam arborum

Succus

Gommi

Reſina

Decoctum

ARBORES MALA FERENTES.

Mala Medica

INTER arbores mala ferẽtes, Medica præſtat, ſeu Perſica: quæ poma κιτρόμηλα, id eſt mala citrea, prælõga & aurei coloris, atq; odorati, toto fert anno. Semē pyro ſimile, eius ſuccus commendat anhelitum. Inter ueſtes quoq; in arculis cõditur. Hec Dioſco. Athenæus ex autoritate Theophraſti ſic ait. Media regio, & Perſica malũ habet Medicũ ſiue Perſicũ appellatũ, quod foliũ fert ſimile auro: ſpinas acutas ſimiles pyro: fructum non comedũt, boni alioqui odoris, ipſiusq; folia ueſtes incorruptas ſeruant: Seritur uerè. Fert fructũ toto anno, alium perfectũ, alium incipientē, aliũ inter utrunq;. Plin. lib. XII. cap. III. Malus Aſſyria quã alij uocant medicam uenenis medetur, foliũ eius eſt unedonis intercurrentibus ſpinis: pomum ipſum alias non manditur, odore præcellit foliorum, qui tranſit in ueſtes unà conditus, arcetq; animaliũ noxia: pomis eſt arbor alijs cadẽtibus, alijs matureſcentibus, alijs continuo ſubnaſcentibus. Tentauere gentes trãsferre ad ſe in uaſis, dato per cauernas radicib. ſpiramēto, ſed niſi apud Medos & in Perſide naſci noluit. Huius grana Parthorũ proceres eſculẽtis incoquũt cõmendãdi halitus gratia. Palladius li. III. primũ teſtatur in Neapolitano ſuo hãc quã ipſe citreã uocat coaluiſſe: inſequēs uerò ætas uti uidemus his pomis uaria forma cuncta loca referſit. Triplici ſunt natura Oribaſio, extrema calida, interiora frigida, media tēperata. Punicũ etiã granatũ Pli. dicitur Græce ῥοιά, dulce uerò ἀπύρηνον, quaſi ſine nucleo, quòd dulcia punica minore ſint nucleo. Florē punici Dioſc. κύτινον uocat, id eſt cytinũ, quod Pli. partũ punici in flore interpretatur: florem aũt ipſum qui eſt in cytino Balauſtiũ uterq; appellat. Dioſc. dulcia calida dicit eſſe, ideo febricitãtibus prohiberi, Acida urinã prouocare, ſtomachũ cõbuſtũ iuuare. Ex his medicamentũ ſtomaticõ Græcis uocatũ: præterea uinũ præparatur ex cortice uerò coria tingũtur. Cotonea Græci Cydonia ex oppido Cretæ, quorũ tria genera Pli. facit: Muſtea præcocia: Strutea ſerotina, quæ proprie à noſtris pyra Cotonea dicũtur: Chryſomela uerò minora & magis interſecta ac criſpãtia, quæ propriè mala cotonea nũc dicimus. Vergil. aũt aurea mala appellãtur. Nã eadē eſſe ſatis antiquitas oſtendit in Hercule effoſſo Romæ noſtra ætate, qui nũc uiſitur in curia

Punica

Cytinus

Balauſtium

Cotonea

Muſtea

Strutea

Chryſomela

Mala aurea

Confer

Conſeruatorum tria tenens manu cotonea:nam ab Heſperidum hortis dicitur aurea mala tuliſſe. Horum omnium ſtyptica uis eſt. Melimela mala præcocia & dulcia ſunt. Mala
Appia Claudiana — Appia ab Appio Claudio, Claudiana item: rubentia ſunt ſaporis præſtantiſſimi teſte Plin. Hæc in Hetruria nunc roſca
Siduntia Vactiana Delphica — uocant. Athenæus plura commemorat. Siduntia ex Corintho, Vactiana ex alpibus Aquileiæ. Delphica Dionyſius reperit, ut ait Theoc. Μᾶλα πόρ ὧν κόλποιο Διονύσοιο ῥέοντα. Mala quidem in ſinum Dionyſi influens. ἆρα τό δ' ἔχει λευκόν ἐπ' ἡρακλέως ἱερὸν ἔρνος. Certe habet album
Ciparisſea Acrodrya — Herculis ſacrum ramum. Cypariſſea enim & Acrodrya ab eodẽ dicit inuenta. Malis humida & frigida uis eſt, quod ex eo intelligitur, quia expreſſus ſuccus facile uertitur in acidum. Eſt & natura uinoſus, ut ait Plin. Galenus malis hyemi
Perſica — adſeruatis ac coctis languentes minime prohibet. Perſica ex Perſia ueneni gratia Columel. dicit aduecta. Athenæus etiã arborem peregrinã. Mala perſica eadem quæ & Medica eſſe ſuprà narraui. Perſica ſtomachũ iuuant, uentrem ſiſtunt, ut ait Dioſcor. Galenus poſt cibum abſumenda minime
Pruna ordearia — cenſet cũ cæteris innatent cibis. Pruna κοκκύμηλα uocãt, eorũ plura genera Pli. ordearia à maturitate eius frugis quæ
Aſinaria Cerea Purpurea Damaſcena — præcocia ſunt. Aſinaria à uilitate. Cerea & purpurea à coloribus. Damaſcena omniũ præſtantiſſima naſcuntur in ualle Damaſci, quæ ut ait Atheneus ab eorũ prouentu Coccimelũ uocatur. In uniuerſum uerò uentrem ſubducũt recentia, mi-
Bacca Olea — nus autem ſicca, ſylueſtria contra ſiſtunt. BACCAS olea in primis fert, quam prouentu tardiſſimã miror ab Heſiodo dici, & neminẽ ſatorem ex ea fructum percepiſſe, cum hodie cõtra uideamus. Baccas maturas Græci Drypetas, nos
Drupa Orchitæ Radij Pauſiæ — Drupas uocamus. Tria earũ genera ponit Vergil. Orchitas, Radios, Pauſias. Sunt & aliæ locis alijs peculiares. Conditanea craſſior ut in Bononienſi:ex qua minus olei ſolet exprimi, cum in nucleum abeat ſubſtantia, ut ait Plin. Antiqua lex apud Columellã: Oleam ſi uis rogare fodito, ſi exorare ſtercorato: ſi imperare putato. Oleam item ne uerberato. Olea Athenieſes uictores, Romani ouantes coronabãtur. In Olym-
Oleaſtrum — pia uerò Oleaſtro quem κότινον uocãt. Cinis ex Oleæ folijs dolorem hæmorrhoidũ mitigat. Baccas itẽ fert laurus, He-
Cornus Arbutus Vnedo — dera, Myrtus, Cornus, Græce κράνεα. Arbutus quoq; quæ & unedo etiã dicitur, κόμαρος Græce. Laurus aliqua an-
Laurus — guſto folio, altera latiore, utraq; calida. Calidiores & eius baccæ quas Græci δαφνίδας uocãt. Dioſcoridi Laurus Alexandrina herbæ propior. Delphica Plinio fert maximas baccas, folia quam latiſſima, quæ ſolent muſtacijs ſubijci. Sylua Lauri in Auentino unde triũphantes coronabantur. Adhibebatur & luſtrationibus. Seritur etiã. Ramũ lauri olfactũ facere ad remediũ peſtis legitur apud Herodianũ in commodo, ad uitanda quoq; fulmina apud Tranquillũ. Oleũ ex lau-
Chamedaphne Alexandrina Hedera — ro calidiſſimum. Eſt & Chamedaphne herba quæ manditur: & Laurus Alexandrina item herba, utraq; Lauri naturam tenens & diuretica. Hederæ genera foliũ uariant angulоſum, rotundũ, nigrum, albũ. Græce κισσός dicitur: eius mira natura Plinio memoratur, quòd in uaſe hederaceo uinũ transfunditur, aqua remanet ſi fortè cõmixta ſit: præterea igneã in eo ligno naturã eſſe ſicut in Lauru, ut ex ipſius attritu ignis ſcintillet. Eius decoctũ uulnera glutinat, ſuccus antiqua rheumata ſanat: lacryma uerò pediculos necat, ac pi-
Chamæciſſus — los attenuat. Chamæciſſus herba cuius flos calidæ itẽ na-
Smilax Nuces iuglandes — turæ, hepar abnoxijs cuſtodit: datur & Iſchiadicis. Inter hederæ genera Smilax Græce θύια tenui ſurculo & ſpinoſo, alte ſerpens, umbris expetitus. NVCES ferunt Iuglandes κάρυα ex eo Græce dicta quòd capiti noceãt, teſte Pli. qui & religioſas eas dicit: non tam ob ſoni tripudium ut plerique putant, quàm pudicitiæ cõiugalis obſeruationem, tot ca-
Nux caſtanea — licibus ac putaminibus opertas. Nux caſtanea eadẽ & caſtanea eſt Græce διοσβάλανος id eſt, Iouis glans: ex quo hic cibus, non glans quercus uti pleriq; putant, apud primos homines fuiſſe par eſt, quòd ſpõte naſcatur & firmiſſimi ſit nutrimenti. Cocta etiã ex melle tuſſientibus datur. Auella- — Auellana
na ex oppido Auella uenit Græce ἡρακλεωτική. Ex hoc genere & Corilus cibo ante omnia duriſſima ſimul & calidiſſima. Amigdalus dubiũ dicit Plin. an Catonis tempore in — Amigdalus
Italia fuerit: nã Meſpilus & prunus ante ipſum minime fue- — Meſpilus
re. Amigdalus Theophraſtus ait, ex amara dulcis redditur ſi quis caudice circumfoſſo perforatoq; menſura dodrantali undiq; lacrymã effluentem in idem defluere ſinit. Amigdala recentia ut ait Dioſcorid. ſtomacho proſunt ſi cum folliculo edantur: ſicca maximè nutriunt, ſitim augent: argumẽto ſunt uulpes, quæ deuoratis amygdalis niſi aquam proximè reperiant interire putantur. Ex amaris medicamentũ Dioſcorides Diamygdalon uocat, ſpleni & iocinori maxime utile.
Sunt & in nucũ genere Piſtacia, è Syria aduecta, nucleis pi- — Piſtacia
neis ſimilia. GLANDES plurima fert arbor Phagus — Glandiferæ arbores
φάγος Suber φέλλος. Quercus μύδιος. Cerrus αἰγίλωψ.
Ilex πρῖνος. Latifolia, Salſiceortex, Aeſculus. Robur δρῦς, — Δρῦς
quod teſte Plinio mella fert & uiſcum & Chenchrin, ita uo- — Chenchris
catur medicis pilula medicinis apta. Fert & aliũ moro ſimilem fructum, intus habentem pilulam, in qua flocculi molles ſunt lucernarum luminibus apti. Gallam uerò ferunt omnes.

PINEI GENERIS arbores etiã plures omnesq; odo- — Pinus
ratæ: ipſa in primis Pinus ſacra olim matri Deûm Græce πίτυς, reperitur & ſylueſtris & urbana. Sylueſtris itẽ Idea aut maritima. Idea craſſior & excelſior. In genere ſylueſtri mas breuior ac folio durior, fœmina procerior tum ad ædificia tractatior: quod quidem ut aiunt natura eſt omniũ fœminarum in plantis, autor Theophraſtus. Nuclei pinei Græce πιτυΐδες calidã retinent naturã ad ueneriaq; incitãtem.

Picea πεύκη, folio tenuior, quàm pinus, magnitudine mi- — Picea
nor, conũ etiã fert minorẽ: præterea aduſtis radicibus regerminat. Theophraſtus. Abietis ſexus diſcernitur folijs, quæ — Abies
mari ſunt acutiora, magisq; ſurgẽtia ac flexa materia. quæ fœminæ eſt cãdidior & caudice procerior: utilis materia ad opera domus inteſtina, ut ait Vitruuius. Plin. inquit abietem nauis quæ obeliſcũ diui Auguſti portauit, quinq; hominũ ulnis craſſitudine fuiſſe: hæc Græce ἐλάτη dicitur. Teda etiã — Teda
in hoc genere δᾶς appellata frequens in Calabria, nuptijs quondã ſacra. Taxus μίλος procera, folio ſimilis abieti, — Taxus
ſed pinguior molliorq; materia, cortice ſimilis cedro. Eius radices ſi iumẽta attingãt moriuntur, ruminantia nihil patiuntur. Theophraſtus. Acer σφένδαμνον: eius duo gene- — Acer
ra, quod cõmuni uocabulo acerẽ uocant: alterũ Carpinũ, cui folia flaua & criſpa: Aceri cãdida: riguis potiſſime naſcitur inuẽtu rara. Tilia mas durã flauamq; materiã habet, fœmi- — Tilia
na candidiorẽ. Cupreſſus fœmina quæ metã habet in faſti- — Cupreſſus
giũ conuolutã. Mas uerò ramos ab ſe ſpargit, quæſtuoſiſſima in ſatus ratione ſylua, quod eius perticæ ueneãt, & dotes filiarũ eius plãtaria dicebãt, prouẽtu moroſa, baccis torua. fructu ſuperuacua. Fimũ & aquã refugit in ſatu eius: patria ipſius Creta. Pli. Lentiſcus odoratũ etiam lignũ, dentiſcalpijs — Lentiſcus
aptũ, ut ait Martialis, Cuius ſemen Muricatũ Columella appellat à muricis ſimilitudine, & Plin. muricatis crinibus dicit. Ter anno floret, ut Cic. de Diui. Iam uerò ſemper uiridis ſemperq; grauata. Lẽtiſcus triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu. Ter fructus fundẽs, tria tẽpora mõſtrat arãdi. Cedrus, — Cedrus
ut ait Theophraſtus, Iunipero non abſimilis: folio ſpinoſiore & duriore, fructu etiã ſimili, humilior tamen & materia incorruptior. Dioſcor. autẽ ait. Cedrus iuniperij fructu myrti magnitudine, ex quo Cedria fit uehementi odore. Cadauera — Cedria
cõſeruat, animalia uiua ueſtesq; ob caliditatẽ corrũpit. Quidã eius enarrator Græcus ſic ſcribit. Cedri duplex ſpecies:
altera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

altera fruticoſa ſimilis iuniperi, altera arbor: utraq; calidá
Cedria oleum & ſicca tertio abſceſſu. Cedria uerò oleũ ex cedro, quarto
abſceſſu calidum. Carnem longo tẽpore conſeruat: uim ean-
Cedrides dem habent Cedrides, id eſt Cedri fructus. Plin. ſcribit ce-
drum appellari in Syria humorem qui fluit è ligno tædæ
conciſæ, & in furnis poſito: cui tanta uis eſt, ut in Aegypto
cadauera perfuſa ſeruentur. Sequens liquor craßior picem
fundit, que ſpiſſata Brutiæ nomen cepit. Idem autor libro
Citrus XVI. memorat arborem Citrum, cuius laminis altera ma-
Citreæ menſæ teria operitur. Scribit etiam menſas citreas è Mauritania
aduectas ſimiles cupreſſo fœminæ ſyluestri, uitiumq́; arbo-
ris, id eſt, gibbus in medio caudice in commendatione eſt.
Quod autem Vergil. ait: Vrit odoratam nocturna in lumina
cedrum, de Teda intelligit, quæ ibi abundat: uel de humore
Iuniperus tædæ, quæ uti ſuprà diximus, Cedrus appellatur. Iunipe-
rus ἄρκευθος magna & parua. Magna ſimilis cypariſſo:
naſcitur in maritimis & aſperis locis. Dioſcorides. Eius ma-
teria perpetuo durat, ut ex trabibus templi Dianæ uiſum
Palma eſt, ut autor Plin. Palmarum genera plura, fructiferum,
ſterile. Fructiferarum uerò mas aut fœmina. Mas primum
ſuper ſpatham floret, fœmina fructum oblongum præſtat.
Fructuum uerò alij cum ligno, alij ſine, alij candidi, alij ni-
gri. Theophraſtus. Athenæus autem cerebra palmarum ede-
re prius milites in expeditionibus cœpiſſe dicit. Gellius pal-
mæ naturam ait ſemper oneri quamuis depreſſam reniti ac
Phœnix ſuperſtare: ex quo uictoriæ ſignificationem habet, φοίνικα
Græci appellant. Fructus fert, quæ palmulæ, maiores autem
cariotides dicuntur, ſtomacho perutiles: flores uerò nequa-
quam, ut ait Ariſtot. Palmarum patria Iudæa: poſt hanc in-
ſulæ nuper in occidente repertæ. Eſt & in Liguria prope
Rumbam fluuium paſſ. milibus x. Caſtrum S. Romuli pal-
mis circa nobilibus & in Italia raris refertum, quibus Ro-
Ficus mam conuectis Pontifex in earum utitur feſto. Ficui an-
Caprificatio tiquitus caprificationem adhibebant. Culices enim è caprifi-
ci fructibus qui nunquam matureſcunt ad fici fructus tranſ-
Caricæ eunt. Inter ficuum genera Plinio Caricæ ſunt maiores, &
Cottana Cottana longe minores. Præterea Mariſcæ, Biferæ quæ S.
Ficus aridæ Petri aut Io. à noſtris uocantur. Ficus aridæ à Græcis
Iſchades appellantur, tanto in honore, ut regi Indorum eas
per literas petenti ab Antiocho rege dono ſint miſſæ, ut au-
tor Athenæus. Ariſtophani quoq; in comœdia pro cibo ſua-
uißimo memorantur. Ficus tam recentes quàm aridæ natu-
ra calidißimæ, corpusq́; ſaginant. Cato per fici maturitatem
iubet colonis cibaria minui, Athletæ ficubus alebantur, an-
tequã eos Pythagoras ad carnis uſum qui fortior eſt tranſtu
liſſet, In genitiuo tantum ſecundæ declin. in reliquis quartæ.
Sorba Sorborum item duo genera: fœmina fructifera, & maſcu
linum ſterile: fructus aliæ orbiculatus aliæ ouatus: primus
præfertur ſapore, flores fructusq́; racematim ſimul ex ar-
bore pendent. Theophraſtus. Sorba ſicuti & meſpila acer-
ba leguntur, ſuſpenſaq́; paulatim matureſcunt, uentremq́;
Morus cohibent. Morus συκάμινος nigra & alba: hodie quæ-
ſtuoſißima propter ſericum, uocatur Plinio arborũ ſapien-
Ceraſus tißima quòd ultima floreat. Ceraſus è Ceraſunte Ponti
oppido à Lucullo translata teſte Plinio: eius fructus uiri-
des, ut autor Dioſcorides: ſtomacho nocent, uentrem ſol-
uunt. Arida autem Ceraſa contra ſiſtunt, ſtomacho proſunt.
Zizifus Zizifus ex Africa ad nos translata, ut autor Columella.
Eius fructus ſtomachum prægrauat, ſitim accendit, paruiq́;
Pyrus eſt nutrimenti. Pyrus ἀπιὸς Græce: ſylueſter autem
ἀχρὰς inſitione melius prouenit, parum durat: uermicula-
tionem ſentit. Theophraſtus. Pyrorum naturam Dioſcori-
des ſtypticam putat: quare trita uulneribus adhibita ſan-
guinem ſiſtunt, acida ſtomacho conueniunt, dulcia minime.
Galenus ait: Ieiunis data aluum reſtringere, poſt cibum uerò

diſſoluere. Plinius ait partum difficiliorem fieri ſi tunc in
eo loco fuerint. Idem libro XV. Pyra ſuperba dicit appel- Pyra ſuperba
lari omnium ocyßima & parua, tum grata ſapore: nos hæc
hodie muſcaria uocamus: præterea Decumana omnium Mala decuma
maxima: quo uocabulo & mala & cæteros maiores fru- na
ctus recte nuncupamus. Inter fructifera uerò præcipua De uitibus
uitis, quam ex omnibus quæſtuoſam Cato dicit. Semina ſeu
malleolos legito grandi acino, tenui folliculo, dulci ſapore
paucis uinaceis. Optima habentur à lumbis, ſecunda ab hu-
meris, tertia ſumma uite ſecta. Qui uineta facere cupit, non
alienæ curæ potius quàm ſuæ credat. Amant tenue ſolum ac
partes aquilonias, ſolemq́; orientem ſicuti & arbores, ma-
ximè uerò colles leniter adcliuos. Prædicatæ Vergilio cæ-
terisq́; Tapſia, Mareotis, Lagea, Bumaſtus, Aminea, Du-
racina ſeruabilis in uite. Inter præcipuas autem Vina- Vinaciola
ciolam Plinius commendat, quam ſoli Sabini & Lauren-
tes nominant. Hanc Itali nunc corrupte Vernaciolam ap-
pellant, De uino autem eiusq́; generibus, & effectibus alibi
plura dicemus. Vuam ueteres in dolio operto depreſſam
& arena ſubſtrata, annum ſeruabant, ut autor Columella,
Plinius eodem modo pyra ſeruari dicit, ſi dum conduntur,
luna ſupra terram fuerit. Infelices cenſebantur arbores, Arbores infelices
ac religione damnatæ, ut ait Theophraſtus, quæ neque ſe-
runtur unquam, neque fructum ferunt. Sunt autem Tama- Tamarix
rix Græce μυρίκη. Populus, Alnus, Vlmus, Attina, Ala-
cernus, Salix & huius generis. Myrice domeſtica teſte Dio- Miryce
ſcoride naſcitur in Aegypto, & Syria: alibi agreſtis, à Ver-
gilio humilis deſcribitur arbor. Eryce ab eodem autore po- Eryce
nitur arbor fruticoſa ſimilis Myricæ, cuius flore paſtæ
apes haud probum mel conficiunt. De hac Nicandrus ſic
ait. Λάζεο δ' ἀνθημόεσσαν ἄφαρ τανύφυλλον ἐρείκην.
Cape florentem ſtatim latis folijs Erycen. ἥν τε μελισσαῖος
περὶ βόσκεται ἑσμὸς ἕρπων. Circum quam apia pa-
ſcit cohors ſerpens. A Palladio & Columella Eryceum uo-
catur: floret bis in anno, prima & ultima ſylueſtrium.
Salix ἰτέα ab Homero ὠλεσίκαρπος appellata. Gaza Salix
Frugiperdam uertit, quòd fructũ in flore amittat nec per-
ducat ad maturitatem. Vitex quam Græci λύγον alij Vitex
ἄγνον uocant, teſte Plinio. Dioſcorides quod matronæ in
Theſmophorijs Athenienſibus caſtitatem cuſtodientes his
folijs cubitus ſibi ſternebant. Galenus lib. VI. de ſimplicibus
ait hanc ob caſtitatem dici quam ſeruat qnando ſubſtratur,
uel editur, aut bibitur. Statius in fine lib. II. Tydeus ait, tem-
pla Palladi pollicens. Et ab arbore caſta. Nectam purpureas
uario diſcrimine uittas. Duo eius genera Plinio ponuntur.
Maior in arborem ſalicis modo adſurgens. Minor ramoſa
folijs candidioribus lanuginoſa. Prima arbor floret, ſicut
Morus ultima. Dioſcorides dicit Agnum naſci prope flu- Agnus
mina, uocariq́; à Latinis Salicem marinam: folia habet ſimi-
lia Oleæ, baculumq́; ex ea manu geſtarum laßitatem offendi-
culumq́; pellit. Oleaſter Græce κότινος, cuius empla- Oleaſter
ſtrum, ut ait Dioſcor. igni ſacro medetur. Oleũ uerò dentes
cõmotos firmat & fluxum prohibet capillorum. Vlmus Vlmus
Græce πτελέα. eius duo genera Theophraſto ponũtur: Vl-
mus & montiulmus, hæc folio acutiore. Siler cuius bacu- Siler
lum ruſticos ferre dicit Plin. quòd hunc fruticem ſerpentes
ſponte fugiant. Populus λεύκη. Alba & nigra: hæc excel- Populus
ſior & erectior: utriq; materies alba & folium ſimile. Theo-
phraſtus. Alnus αἴγειρος ſterilis & unigena natura, cau- Alnus
dice recto, materia molliore ac fungoſa intus, pini folio ma-
iore aliquantulum, Theophraſto. Platanus rara arbor & Platanus
umbræ tantũ gratia in delicijs apud Ro. Noti apud Plin. ſa-
les Domitij in L. Craſſum, cum eum cenſorem magno nimis
habitare reprehenderet. Domum eius ſe paratũ emere dixit
ingenti precio. At Craſſus uelle ſe ait exceptis ſex arbori-
bus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tunc ille paruo ſe quidem ſine illis æſtimare dixit: ex quo à Craſſo maioris ipſe luxuriæ uitio reprehenſus eſt.

FRVCTICES ODORATI.

POST arbores frutices dicam ex Theophraſti diuiſio-
Bacchar ne ab initio facta: ac primum odoratos atq; aromati-
cos, quorum calida eſt penitus natura. Bacchar radicis eſt
Combretũ odoratæ, ex qua unguẽta fiebant odore amomi. Simillimum
ei combretum appellatur foliorum tenuitate uſq; in fila exte
Nardum ruſticum nuata, & procerius quàm Bacchar. Aliqui per errorẽ Nar-
dum ruſticum Bacchar dixere. Eſt enim Nardum ruſticum
Baccharis herba quã Greci Aſaron uocant. Cuius ſpeciem in nardi ge-
neribus ponunt. Hæc ex Plinio Dioſcorides item βάκχαρις
Nardus inquit odore cinnamomi, caule anguloſo, magnitudine ferè
lilij, floribus ſubpurpureis coronamentis aptis. Nardus
frutex eſt craſſa radice, folio paruo ac denſo: ſpargitur in
ariſtas, ſpicas & folia celebrant, ex quibus unguentum: prin
cipalis eſt Syriacus: deinde Gallicus, deterior Italicus. Adul
teratur pſeudonardo herba quæ ubique naſcitur, rariore
atq; latiore folio, & colore languido in candidum uergente:
hæc Plini. Balſamum arbor in ſola Iudæa in quodam hor-
to, eodem teſte autore naſcitur. Opobalſamum ἀπὸ τοῦ ὀποῦ,
id eſt ſucco: quod in ligno inciſo in æſtate diſtillat. Xylobal-
ſamum lignum ipſius probatum recens & folium parum
opobalſami ſpirans. Verum opobalſamum infuſum lacte uel
aqua, effunditur cito & lactis modo efficitur: adulteratum
Ammoniacum ſupernatat ſicut oleum, uel diffuſum ſicut in ſtellas contra-
hitur. Dioſcorides. Ammonicum, Latini Guttam dicunt.
Succinum eſt & nobile Thymiama quod fluit ex arbore
quæ uocatur Agaſyllis ἀγασυλλίς apud arenoſa Cyrenes,
unde nominis etymologiam trahit. Optimum thuris habet
ſpeciem, & odorem aliquantulum Caſtorei. Hæc Dioſcori-
des. Ex ſignis hoc ego putauerim quod noſtri nunc Belogi-
Caucamon num uulgò appellant. Plinius uerò idem ex arbore. Meto-
pio apud Ammonis oraculum fluere dicit. Caucamon la-
cryma ligni arabici Myrrhæ aliquantulum ſimile, guſtu de-
lectabile: pro Thymiamate utuntur, cum Styrace & myr-
Cyphi rha ueſtes uaporando. Dioſcorides. Cyphi κῦφι genus
Ciprus Thymiamatis quo utuntur ſacerdotes Aegyptij in ſacrifi-
cijs. Macer, cortex etiam odoratus. Ciprus, Ciperus, &
Ciperis diuerſa. De his Dioſcorides ait: Ciprus arbor fo-
lia habens oleæ ſimilia, latiora tamen, flores albos redolen-
tes, ſemen nigrum. Oleum ex eo fit Ciprinum: naſcitur apud
Aſcalonem, & Canopum. Vocatur & Plinio Liguſtrum,
Romæ Rouiſticum: quanquam Ciperus pro Cipro male
Ciperus apud eum ſcribitur. Ciperus autem iuncus eſt anguloſus,
iuxta terram candidus, in cacumine niger pinguisq;, folia
Ciperis ima. Gladiolum hunc Plinius uocat. Ciperis eſt Indica
herba Zinziberis ſpecie, commanducata croci uim habet.
Balanus Plinius. Balanus Myrepſica fructus arboris Aethiopicæ
ſimilis Myricæ: fructu autem ſimilis nuci põticæ, ex quo con
Myrobalanũ ficiunt oleum precioſum. Dioſcorides. Myrobalanũ apud
Troglodytas Aethiopiæ, arbor glandem ferens, nucis caſta-
Maſtiche neæ magnitudine, ex qua unguentum fit. Plinius. Hic in cibo
fructus ad uocis claritatem magnopere facit. Maſtiche plu
ribus è locis & modis fit, laudatiſſima è Chio inſula, quæ è
lentiſco traditur gigni gummi modo, uenit & ex Indica ſpi-
na, & Græcia, & Aſia. Cardui lacryma adulteratur reſina
Agaricum ut Thus: ex Plin. Agaricum & Laſerpitium ſimilitudinem
habent inter ſe. Agaricum naſcitur in Cilicia & apud
Laſerpitium Sarmatas: nonnulli radicem dicunt eſſe, aliqui uerò fungum
in arboribus naſci. Laſerpitiũ uerò propius frutici quàm
arbori folijs ferulæ ſimilibus. Cuius radix utilis medicinæ,
ſuccus uerò ex radice & caule uulnerato, qui concretus ru-
feſcit & tranſlucet more myrrhæ. Hæc Dioſcorides. Plinius
uerò dicit ex Laſerpitij ſucco gummi Laſer appellari, ad
pondus argentei denarij appenſum ad medicinas: de quo ui-
de in libro XVIII. capit. III. & apud Theophraſtum
libro XI. Naſcitur optimum apud Cyrenen, Græci σίλ-
φιον uocant. Ruſtici uerò Italici Aſſa putida. Lada- Ladanum
num apud Arabes è barbis caprarum diſtillantibus ca-
pitur, quòd hæc pecus fruticem hunc inter deſerta ſecte-
tur. Plinius. Panacea πανακέα circa Clitorum mon- Panax
tem reperitur, egregia ad plagas & medicinam. Panacem
unguentum Arabia ex ferulæ lacryma inciſa mittit, ſicuti
Malobathron Syria ex arbore quæ ad unguenta exprimi- Malobathron
tur ſimili modo. Iryon uua populi albæ. Oenanthe ue- Iryon
rò uua ex labruſca: ambo ſiccantur in Aſia ad unguenta Oenanthe
& odores. Coſti radix in precio, frutex autem inutilis. Coſti radix
Stacten Græci uocant reſinam quæ ex Teda fluit. Hæc
omnia Plinius. Dioſcorides uerò ait Stacten eſſe fecem à Stacte
myrrha expreſſam. Rhaponticum naſcitur circa Bo- Rhaponticũ
ſphorum: radix nigra Centaureæ magnæ ſimilis, ſine odo-
re, mollis, ut Dioſcorides. De hac Amianus Marcellinus
XXII. ait uicinum ponto Euxino amnem Rha nomine
eſſe, quem prope gignitur radix uegetabilis eiuſdem nomi-
nis ad multiplices medicinæ uſus. Plinius uerò Rhacomam
uocat, adferri ex his quæ ſupra Pontum ſunt regionibus,
radicem Coſto nigro ſimilem, minorem & rufiorem, ſine
odore, calefaciens guſtu & aſtringens. Quod autem nunc
Rhabarbarum uocant, ex eodem penè loco poſt hos auto- Rhabarbarũ
res ueniſſe par eſt, quod apud eos nulla mentio. Tamari- Tamarix
cem Plinius eſſe ait ſimilem ſcopis amerinis. Athenæus eam quæ & myrice
eſſe dicit quam Græci Myricen uocant. Manna μάννα Manna
lacryma eſt in Arabia ſimilis Aegyptiacæ ſpinæ, qua inci-
ſa effluit lacryma, coagulatur, deinde legitur. Excellit Tro-
glodytica à loco quæ lucida eſt, ſubuiridis, & mordax: re-
peritur & Bœotica, adulteratur gummi. Vis eius ad medi-
cinas & ſuffitus. Dioſcorides. Styrax lacryma & ipſa Styrax
cuiuſdam arboris ſimilis cotoneo: excellit flauus & ſordi-
dus ac reſinoſus, perſeueranti odore, & inciſus quendam
mellicum humorem dimittit. Idem. Bdellium lacryma eſt Bdellion
arboris Saracenicæ: probatur quæ lucida ſit, & guſtu ama-
ra. Idem. Crocum apud Corycum Ciliciæ oppidum præ- Crocum
ſtantiſſimum naſcitur. Spina Arabica ſeu Aegyptia, fru- Spina Arabica
tex eſt, unde liquor precioſus emanat. Spina alba naſci- Spina alba
tur in locis paluſtribus, folio craſſo & ſpinoſo. Acantha
ſeu Melamphyllon naſcitur in hortis & petroſis: habet la-
tiora folia lactuca, ſemen oblongum, melinum capitulum
ſpecie tyrſi. Sylueſtris, id eſt ἀκάνθα ἀγρία ſimilis Scoly- Spina ſylueſtris
mo ſpinoſo: naſcitur & domeſtica in hortis. Inuenitur &
Tragacantha radice longa, lignea, breui, ſurculis humili- Tragacantha
bus: inter quos plurima folia breuia. Interq; ea ſpinæ laten-
tes. Eſt & eodem nomine lacryma quæ fluit gummi modo
ex eadem, ad plura faciens remedia. Spina etiam Oxya- Spina Oxyacantha
cantha narratur, quæ perterquam aliquantulum maior ſi-
milis erat pyro ſylueſtri, fructu ſimilis Myrto rubenti.
Hanc cynoſbaton quidam uocant. Aſphaltus frutex item Cynosbatos
ſpinoſus odoratus, naſcitur apud Iſtrum & Nyſirum in Aſphaltus
Syria & Rhodo, quo utuntur unguentarij ad unguentorum
ſuccum. Iuncus præſtantior Nabatæus, deinde Arabicus, Iuncus
quem quidam Babylonicum uocant. Tertio loco Libycus
penè inutilis. Eligendus floreſcens, ſubpurpureus, odo-
re roſæ, contritus guſtu mordens: uſus etiam floris & ra-
dicis ad medicamenta. Calamus aromaticus naſcitur in In-
dia; commendatur fuluus colore, ualde geniculatus, in man-
dendo uiſcoſus & ſubacutus. Coſtus excellit Arabicus al- Coſtus
bus exiſtens & leuis pondere, probi odoris. Secundo
loco Indicus qui leuis & niger eſt: tertio Syriacus, co-
lore buxeus, odore graui. Vim habet coſtus calfacto-
riam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Amomum riam, & ingratus ſapore. Amomum ἄμομον racemus eſt ex frutice florem habens albæ uiolæ, folia Brioniæ ſimilia. Optimum eſt Armenium, auri ferè colore. Deinde medicum, poſtea ponticum. Commendatur recens, album, graue olens, acutum guſtu & mordax, colore ſimplex non
Chalbana uarium: uim habet calefactoriam. Chalbana χαλβάνη li-
Metopion quor eſt ferulæ: uenit ex Syria, quod quidam Metopion uocant: optimũ eſt thuris ſpecie: probatur pura, pinguis, minime lignoſa, graui odore: adulteratur reſina & ammoniaco
Zinziberis admixta. Zinziberis ζιγγίβερις naſcitur in Troglodytica Arabia: cuius herba utuntur ad multa, ſicut & nos ruta. In decoctis miſcetur ad medicinã, radices eius paruulæ ſunt.
Ciperi Ciperi ſubalbæ ſapore ferè quo piper, & odoratæ. Con-
Aloë duntur & in fictilibus, exportãtur in It[illegible]am. Aloë ἀλόη folium habet ſimile Scillæ, craſſum, rotundum, ex duobus lateribus frondoſum, ab alis ſpinoſum: caulem fert ſimilem Antherico, florem album, fructum ferulæ ſimilem, tota grauis odore, guſtu amariſſima. Naſcitur in India plurima, ex qua uenit: eius gummi uenit etiam ex Arabia & Aſia ad
Rhus conglutinanda uulnera utiliſſimum. Rhus quem quidam erythrum uocant, fructus eſt arboris Byrſepſicæ, quòd eo ad pelles inficiendas utantur: arbuſcula eſt in petris naſcens, cuius folia oblõga inciſaq; more ilicis. Hæc Dioſcor. Alij aliud
Spica exiſtimant. Spica ςάχυς, frutex porrò ſimilis, aliquantulo longior, plura retinens folia ſubpinguia, dura, odorata, uirgas plures ab una radice. Naſcitur in montanis & aſpe-
Sarcocola ris: uim habet calefactoriam tertio abſceſſu. Sarcocola lacrymæ arboris paruæ, ex Perſide uenit, ſimilis thuri, ſuffulua, ſubamara guſtu, uim habet uulnerum conſtringendorum.
Glaucion Glaucion ſuccus herbæ qui ex Hierapoli Syriæ uenit, folijs ſimilib. papaueris, pinguior & graui odore, amara gu-
Hidropeperi ſtu, ſuccum ipſum croceum. Hydropeperi naſcitur prope ſtagnantes aquas, caulem emittit angularem prædurum, in
Ciſtus quo ramuſculi folia habentes guſtu acuta ſicut piper. Ciſtus frutex in petroſis locis non admodum altus, ramoſus, folijs rotundis & craſſis: flore ut mali punici: uim habet ſtypticam, ex quo flores bis in die ex uino auſtero hauſti, dyſente-
Hypociſtus riæ proſunt. Hypociſtus naſcitur circa radices Ciſti: florem refert mali punici, prodeſt cœliacis dyſentericis, & flu
Ladon xibus muliebribus decoctum. Ladon λήδον aliud genus Ciſti: frutex & ipſe eodem modo naſcens, longiora habens folia, & nigriora, quibus uis ſtyptica eſt, ac ad ea utilis ad
Ladanum quæ & Ciſtus. Fit autem ex eo Ladanum appellatum. Eius folia paſcentes capræ ſordes recipiunt barbis, ex quibus Ladanum poſtea colligitur ad multa utile: probatur odoratũ, ſubuiride, molle, pingue, expers arenæ: uim habet ſtypticam
Cinnamomũ calefactoriam, mollificantem, ſtomacho utilem. Cinnamomum elige albũ, friabile, leue tractatu, lignoſum, guſtu mordax, Radix eius inutilis eſt. Aliud ſimile uocatur Pſeudocin-
Xylocinnamomum namomum non multo odore nec uirtute. Xylocinnamomũ habet quandam cum cinnamomo ſimilitudinem: eſt enim lignoſum & longis truncis, odore multo inferius, & ut placet quibuſdam alterius generis à cinnamomo. Hactenus dio-
Caſia ſcorides. Theophraſtus autem de Cinnamomo & Caſia ait: fruticem eſſe utrunq; non amplum, ſed magnitudine Amerinæ, uerum multis ſurculoſis ramis conſtare. Cinnamomum decerptum in quinas partes diſcerni, id eſt præcipuæ bonitatis quod corticibus propinquius fuerit, idq; ad palmi magnitudinem cædi. Caſiam uerò ſarmento craſſiore conſtare, ac neruis, idcirco non poſſe decorticari. Cum itaq; uirgas ſecant longitudine binûm cubitorum, in recenti bouis corio condunt: tunc lignis putreſcentibus uermiculos naſci, qui lignum erodant, corticem uerò ob amaritudinem non attingant. Dioſcorides uerò de ea ſic ait: Caſia in felici Arabia naſcitur, baculum habet craſſo cortice ſicuti piper. Eſt & ſecundo loco quæ uocatur Zigir, craſſa, coloreq; nigra, quæ primæ præſtat. Tertia uocata Balaſtus Muſcleticus prædictis melior. Reliquæ ſunt diuerſorum nominum magni ſumptus. Reperitur & pſeudocaſia, quæ deprenditur guſtu, minime acuta & aromatica. Probatur autem ſubrufa
coralli colore, & lata fiſtula, guſtu mordax. De Thure Thus
quod λίβανον dicunt ſic ait. Naſcitur Thus, ſicut Myrrha & Styrax, in Arabia item felici. Adulteratur reſina punica & gummi, facilis deprehendi: gummi enim incenſum non flammeſcit, reſina in fumum abit. Thus ardet, deprehendi-
tur & odore. Dendrolibanum ſiue λιβανωτός, Latinè Dendrolibanum
Thuſmarinum, ſurculi ſunt tenues: circa quos folia tenuia,
denſa, longiuſcula, grauis odoris, quibus utuntur ad coro- Myrrha
nas. Myrrha uerò lacryma eſt Aegyptiacæ ſpinæ, qua inciſa effluit lacryma, coagulatur, deinde legitur. Excellit Troglodytica, quæ lucida eſt ſubuiridis & mordax: reperitur & Bœotica, adulteratur gummi. Vis eius ad medicinas & ſuffitus. Theophraſtus autem de Thure & Myrrha ſic. Thuris arbor haud magna eſt, ſed quinis cubitis attollitur, folio lauri, cortice leui. Myrrha etiã minor, ſed fructuoſior, caudice duro craſſioreq; quàm ſura hominis, folio ulmeo ſimili aculeatoq; & minime leui. Alij thuris arborem lentiſco ſimilem prodidere. Myrrham uerò Therebintho, ſed ſcabriorem: nec deſunt qui eam Therebinthum omnino eſſe putent. Arabes lignum ex ea Antigono attulere, quæ nihil à
Therebintho differebat. Errãt omnino qui thus & myrrhã Balſamum
naſci ex eadem arbore prodiderunt. Idem balſamum ſcribit in ualle Syriæ produci ab arbore mali punici magnitudine, ramis multis, folio rutæ ſimili, candido tamen & perpetuo uirente, fructu ſimili Therebintho. Lacrymam colligi in caudice & parte ſuperna tradunt, facta inciſura unguibus ferreis ſubſidere: cum æſtus maxime angit, uix tota die concha impletur. Ad nos adulteratum aut mixtum fertur, uirgæq; ex eo odoratæ quotannis abſcinduntur. Plinius uerò id tantum in Iudæa in quodam horto naſci dicit. Dioſcor.
ponit Opobalſamum ἀπὸ τȣ̃ ὀπȣ̃, id eſt ſucco, quod è li- Opobalſamũ
gno inciſo æſtate diſtillat. Xylobalſamum lignũ ipſius pro- Xylobalſamũ
batum eſt recens & fuluum, parum balſami ſpirans. Verum opobalſamum infuſum lacte uel aqua effunditur cito, & lactis modo efficitur: adulteratum ſupernatat ſicut oleum, uel
diffuſum ſicut in ſtellas contrahitur. Frutices aquatici Frutices Aquatici
nunc. Sida ſpecie papaueris eſt, teſte Dioſcoride. Arundo Sida
pluris generis: Tibialis, uallaria, armamentaria, fiſtularia, Arundo
ſagittaria, quæ cretica uocatur. Inſuper Aegyptia, craſſitudine quæ phaſeli uicem in Nilo ſupplet, ut ait Plin. Pa- Papyrus
pyrus item Aegyptia: ut idem autor ait ex autoritate Varronis poſt uictoriam Alexandri in uſu fuit: ante uerò mi-
nime chartarum uſum fuiſſe conſtat, folijs tum palmarum De chartis
ſcriptitatum, tum quarundam arborum libris, poſtea publica monimenta plumbeis uoluminibus. Mox & priuata linteis cœpta conſcribi uel ceris. Ptolemæi deinde tẽpore membranas, Pergami bibliothecã parantis. Sed & inſecuta ætas philuras diuerſi generis. Emporetica inuolucris apta. Regia maior omnibus apud Catullum. Aliæ item ex alijs locis no-
men accepere, ut apud Plin. uidere eſt. Iuncus trium ge- Iuncus trium generum
nerum: Acutus qui marinus dicitur, & ſterilis, Græcè ὀξύσχοινος. Alter fructum ferens, quem tripherum nominant, quòd tria genera ferat, tenuior primo. Tertius longè
craſſiſſimus & aſper, qui Holoſchenus dicitur. Phleum Phleum
folio cõſtat carnoſo, multifidio, prouenit cum Vergilijs, diu-
turnius eſt anno. Theophraſtus Spartum, iuncus Hiſpa- Spartum
nus ex quo funes conficiunt, unde in Hiſpania campus iun- Gladiolus
carius iuxta Tarraconis maritima. Memorantur & illa Meniſphlora
quoq; aquatica, Gladiolus, Typha, Meniſphlora, Butomum, Butomum
Ipnum, Oleagnus. Ipnum Oleagnus

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

DE FRVGIBVS.

HErbis uerò eadem ferè contingunt, quæ arboribus fruti-
cibusq; cõmunia. Quod genus Theophraſtus in ἄγρια
Aruenſia ϗ ἀγραῖα, id eſt, Aruenſia, ut Plin. conuertit, & κηπευ-
Hortenſia τὰ, id eſt hortenſia diuidit. Item Aruenſia in fruges, aut agre-
ſtes alias herbas. Hortenſia uerò in coronamenta, in quibus
flores & uiolaria ſunt, ac herbæ odoratæ. Et in holera, ut
ſunt Braſsica, Lactuca, Ocimum, & his ſimilia, quæ Græci
ἡδύσματα ϗ λάχανα appellant. Plin. autem acetaria. Hole-
ra rurſus aut intubacea ſunt, ut Napus, porrum, Armoracia
& his ſimilia. Aut Bulbacea, ut Cepe: bulbi, & quæ radice
rotundantur, aut humi naſcentia, ut cucumis, Pepo: aut ſur-
Suffrutices culoſa, quæ φρυγανὰ Theophraſtus appellat. Gaza ſuffruti-
ces conuertit: in quorum numero uiolaria ac legumina, quæq;
attolluntur. Iam illa quoque communia, ut omnia inter ſe
odore, colore, ſapore differant. Inter herbas principatum
Fruges Fruges obtinent. Hæc in frumenta, id eſt, σῖτον, & legumi-
Frumenta na: id eſt, χεδροπὰ, ſiue ὄσπρια diuiduntur. Inter frumen-
Triticum ta Triticum præſtat, Græce πυρός. Deinde Hordeum apud
Hordeum antiquos uſitatius: ex eo panes conficiebantur, præſertim in
oriente. ut ex ſacris uoluminibus deprehenditur. Poſtea Pli-
nij tempore quadrupedum refectibus tradebatur: pane uerò
hordeaceo milites ignominia in exercitu notati ueſcebantur,
Ptiſana Ex hoc fiebat & Ptiſana, pultis genus, Græcum ſanè inuen-
tum. Cuius laudibus Hippocrates unum uolumen dicauit.
Alica Poſt ptiſanam, inuentam à Romanis Alicam Plinius maiore
Polenta laude teſtatur. Fiebat & Polenta addito ſemine lini, corian-
Pultes dro, & ſale, cibus maxime ſtudioſorum. Pulte enim uixiſſe
priſcos Romanos argumento eſt, quod inde Pulmentaria di-
Amylum cta erant, offa iure condita. Amylum etiam genus pultis è
tritico ſiue hordeo, quod ſine mola conficiatur, quod hodie
Olyra quoq; priſcum retinet nomen. Olyram Gaza Siliginem uer
Siligo tit. Plinius tamen diuerſa ponit. Sed & Olyram & Oryzam
Oryza Turanius quoque eandem ſcribit eſſe. Plinius etiam diuerſas.
Oryzæ ſolia carnoſa porro ſimilia ſed latiora, altitudo cubita-
Zea lis, flos purpureus, hodie Riſum uocant. Zea uocatur ſe-
men ob frugis præſtantiam, ut ait Plin. propter quam Home-
rus ζείδωρον ἄρουραν ſæpe dicit, id eſt terram Zeam donan-
tem non uitam ut quidam putant. Hanc forte hodie Speltam
Italici uocant, nunc ſanè uiliorem, quod eius copia creuerit.
Nam ex Aſia prius & Græcia uenit: peculiares enim Græ-
Hormum ciæ Zea, Olyra, Typhe. Irio, Hormum quod Cymino ſimi-
le eſt, ſeriturq; cum ſeſamo. Alica in Tranſpadana naſcitur.
Similago Similago ex tritico, ſicuti flos dicitur ex ſiligine. Tritici
enim farina cernitur in pollinem tenuiſsimum, hoc eſt, Simi-
Secundaria laginem, & Secundariam: unde panis fit ſecundarius: extre-
Furfur mus eſt Furfur. Farro poſt triticum Plin. dat palmam, unde
Farrum & farina dicta, & Farra ueteres Adoreum appellabant, quo
Adoreum dijs maxime ſacrificabant. Hinc adorea uictoria dicta. Fertur
Arinca & Arinca inter fruges, frequens in Gallia & Italia. Seſa-
Seſamum mum σήσαμον unà cum Panico & milio ſeritur: uenit ex
Milium Indis, ex eo oleum exprimunt Seſaminum: color eius candi-
dus infra magnitudinem ſeminis lini. Italici iugiolinam appel-
labant, conficiuntq; ex melle Seſamiten Athenæo uocatum,
Panicum à noſtris cupetam. Milium κέγχρος. Panicum μελίνη, eò
dictum, quòd (ut Plinius dicit) mel frugum dicatur. In-
Faba ter legumina uerò Faba præſtat. Eius farina lomentum di-
citur. Abſtinebat ab ea flamen dialis, quod in flore eius li-
teræ lugubres reperiantur, parentando adſumitur. A Py-
thagora quoque prohibebatur, quòd hæc maxime natura in-
flet, ac ſenſus hebetet. Seritur ante occaſum Vergiliarum
prima leguminum: Dicitur Græce κύαμος. Ponitur Dio-
ſcoridi faba Aegyptia, quam ponticam quidam uocant: fit
etiam in Aſia folio magno, fructu cubitali longitudine, craſ-
Lupinus ſitudine uerò digitali, colore roſeo. Lupinus Græce θέρμος,
eius ſeges agrum lætificat, uertitur ad ſolem, horasq; etiam
nubilo monſtrat. Plinius. Cicer ἐρέβινθος fructum celer- Cicer
rime perficit, noualibus inutilis ſeges. Piſum πισὸς. Cicer- Piſum
cula λάθυρος. Eruale. Eruum ὄροβος. Lens φακὴ Cicercula
ſiccantis eſt naturæ: adeo apud ueteres in delicijs, ut pro- Eruale Eruum
uerbium ſit ἐν φακῇ μύρος, id eſt in lente unguentum. Len- Lens
te quoque ſcribitur Eſau primogenituram commutaſſe.
Phaſeulus φασήλος. Trionum ἐρύσιμον. Leguminum Phaſeulus
prima laus, ut ſint coctibilia, maxime in faba & lente, ut Trionum
Theophraſtus ait.

HORTENSIA.

HOrtus altera ſuccidia quondam putabatur, ubi opes hor-
ti deerant de carnario aut macello uiuendum erat, ut
ait Plin. Hortos primum commemorat antiquitas Heſperi-
dum, Alcinoi, Adonidis, ubi nullus fructus niſi ad uoluptatem.
Cyri regis penſiles. Apud Athenienſes primus hortos intra
mœnia inſtituit Epicurus. Romæ uerò uillarum inſtar hor-
tos ædificatos adhuc uidemus, Salluſtianos, Mecœnatianos,
Neronis principis. De his narrare reliquit Vergilius poſte-
ris, Columellæ uidelicet & Caruilio Martiali. Contra eru-
cas cæterasq; beſtiolas Columella aſini, Plinius equæ calua-
riam ſuſpendere in hortis iubent. Scripſit de hortenſibus Græ
ce Sabinus Tyro ad Mecœnatem, ut Plinius refert. Inter hor-
tenſia Cucumeres, Anguini, Citrini: at cum magnitudine Cucumeres
exceſſerint Pepones appellati, noua eorum forma. In Cam- Pepones
pania ſponte primus prouenit, mali Cotonei effigie: mox
ex illo ſemine genus factum Melopepones uocant: hæc Pli-
nius. Athenæus autem ex autoritate Cratini ait Pepones ſe-
mina eſſe cucurbitæ. Spartianus Melones oſtienſes nominat.
Columella tradit commentum ut toto anno conſurgant. In-
ſequens ætas uberiorem copiam nobis attulit huius fructus.
Alexander in Problematis ait æſtate pepones, cucumeres, cu-
curbitas, cæteraq; holera ac poma frigida eſſe: hyeme cali-
da, braſsicam, rapum, paſtinacam, Raphanum, Armora-
ciam. De Raphano ſcribit unum uolumen Marcion Græcus
homo. ῥαφανίδα Græci uocant, nunc uulgò radicem. Ra- Raphanus
phanum uerò genus Braſsicæ ponit Theophraſtus. Plin. au-
tem inter Raphani genera Siſer & Daucon: de quo poſtea.
Armoracia Græce Latineq; dicitur, omnibus notiſsima. Armoracia
Bulborum genera omnia quæ radice rotundantur. Inter Bulbi
quæ Megarenſes plurimum laudantur, & Scilla cui unum uo
lumen Pythagoras dicauit. Cepas, Alliumq; pro dijs colunt Cepa
Aegyptij. Inter cepas Aſcalonium ex oppido Iudææ, item Aſcalonium
γήτειον Getium, quod noſtri Pallicanam uocant. Plin. Cepa Getium
calida tertio eſt, quare Galenus pituita laborantibus recte da-
ri cenſet. Aſclepiades quoque eius uſum laudat. Dioſcorides
ex ea ſitim arceri dicit, inflationesq; fieri: contritam cum ſa-
le & ruta caninis morſibus utiliter adponi: aluum quoque
emollire, & ſomnum iuuare inter omnes conuenit. Allium Allium
σκόροδον in Aegypto monocephalum eſt: uno uidelicet ca-
pite, ſicut porrum, dulce, rubens, paruum. Reperitur & po-
lycephalum maius. Dioſcor. Eius cibum illiberalem propter
halitum Plinius uocat, natura tertio calidum, ſtomacho nocen-
tiſsimum, uenenis aduerſum. Inuentus noſtra memoria, qui
cum in agro dormiens ore aperto ſerpentem imprudenter
hauſiſſet, ſeſe ſtatim allijs commanducatis curauit: uirus ta-
men ac mortem uxori in coitu transfudit. Porrũ πράσον Porrum
ſectile & capitatum. Huic ultimo Nero princeps claritatem
dedit, dum coctio utitur, dans operam Phonaſco. Plinius.
Intubum ſyluestre aut ſatiuum. Syluestre Cichorium apud Intubum
Aegyptios & Græcos uocatur. Satiuum Serim nominant, Cichorium
quod eſt minus & uenenoſius. Cichorium propter ſalubrita- Seris
tem ſingularem, alij Enchreſton, alij pancration uocant. Seris

lactucæ ſimillima duum generum reperitur : ſylueſtris melior, quæ nigra & æſtiua : hyberna uerò candida & deterior, utraque ſtomacho utiliſſima. Petronius Diodotus unus omnium damnauit, qui antilegomena ſcripſit. Hæc ex Plin. ut ueri ſimile ſit hanc eſſe quam hodie Endiuiam uocant. Quã uerò Verg. in Georg. dicit, Et amaris intuba fibris, campis officientem : de ſylueſtri puto loquitur, quod frequens inter ſegetes. Nam cichorium Græci, nos intubum dicimus. De domeſtico quoque Columella in hortis mentionem facit Torpenti grata palato Cichoria : quanquam Dioſcor. dicit cichorium uocari, quod Latini cicerbitam aſperam uocant, ueriſimile mihi non fit : multa enim inepta, imperitáq; , tum pugnantia ſcripta ſunt, quæ putauerim librariorum, aut com-

Cicerbita mentatorum farcimina eſſe : nam Cicerbitæ nomen apud Latinos nuſquam reperitur. Eſt hoc uocabulum apud Hetruſcos quod alibi Criſpignus : quæ quidem herba apud eundem

Sonchus autorem Sonchus appellatur, cuius duo dicit eſſe genera, unum agreſte & ſpinoſum, alterum mollius, & magis cibo aptum. Quod autem uulgò Cichorium dicunt, id Heliotropium non

Heliotropiũ eſt, de quo Plin. ſic ait Heliotropium unà cum ſole circumagitur & cum nubilo : nocte uerò ueluti deſiderio contrahit cæruleum florem. Genera eius duo, Tricoccum, & Helioſtrophium : hoc altius quanquam utrunque ſemipedalem altitudinem non excedat, ab ima radice ramoſum ; naſcitur in cultis tantum. Tricoccum uerò ubique : hæc Plin. Dioſc. uerò, Heliotropium, ait, folia habet rhamno ſimilia : craſſiora tamen, ab ima radice naſcentia : flos albus & ſuffuluus. Incuruatur ſicuti ſcorpij cauda, ex quo à quibuſdam uocatur

Scorpiurus Scorpiurus : radix eius inutilis, naſcitur in petroſis. Idem autor ponit aliud Heliotropium ſimile folio ſupradicti, fructum oblongum ac dependentem habens : naſcitur in ſegeti-

Papauerum genera bus. Papauerum multa genera, quæ Græci μήκωνες uocant. Præterea hortenſe, ſemine albo, & agreſte nigro diuerſa. Cerarites quaſi cornibus inſignis. Thylacites prælongo capite & albo ſemine. Pithites quod ex eo ſuccus fluat. Ex Dioſcoride. Plinius autem libro X. cap. XXVIII. ait,

Opion Opion uocant ſuccum papaueris contritum, & in paſtillis digeſtum ad uim ſoporiferam ac mortiferam. Sic interijt Licinij Cecinnæ prætorij uiri pater in Hiſpania : quando impatibilis odium uitæ ualetudo feciſſet. Papaueris genus agreſte, quod Dioſcor. memorat : hæc ſunt quæ cernimus paſſim

Cucurbita more roſarum rubeſcentia, tenui ac nudo feſtuco. Cucurbita σικύα domeſtica & ſylueſtris, quæ dicitur κολοκυνθὶς, humi ſtrata forma ſphærica : utriuſque autem natura frigida & aquea. Dioſcor. eius corticis ramenta commendat, dicitq;

Saluia illita phthiriaſi podagriſq; & ignibus ſacris mederi. Saluiã ἐλελίσφακον Plinius & Dioſcorides Græce uocari teſtãtur.

Ocymum Ocymum ſylueſtre & ſatiuum, utrunque Chryſippus grauiter increpuit ut inutile ſtomacho. Plin. ait id cum maledictionibus ſerendum. Præterea Ocymum, Mentam, Rutam, Cunilam ferro tangi non expedire : autor eſt Sabinus Tyro, qui περὶ τῶν κηπουρικῶν, id eſt, de hortenſibus ſcripſit.

Cunilæ genera Cunilæ tria genera : Bubula, quæ ſemen pulegij habet. Secunda Cunilacea, à Græcis autem origanum heracleoticum

Cunilago appellatum. Tertia quæ à Græcis maſcula à noſtris Cunila-

Roſmarinus go dicitur, odoris tetri, folio ſparſo. Ex Plinio. Roſmarinus

Panax Græce Libanotis, quòd thuris quaſi referat odorem. Panax piperis refert ſaporem, magis autem ſiliquaſtrum : ob hoc

Piperitis Piperitis à Græcis dicitur. Idem. Dioſcor. autem, Panaces chironeum prouenit in Pelio monte, folijs amaraco ſimilibus, floribus aurei coloris, radice tenui, acuta guſtanti, hauſta

Lapathũ quæ & rumex contra repentes beſtiolas. Lapathum Gaza Rumicem conuertit : eius plura genera. Oxylapathum, hydrolapathum,

Paſtinaca hippolapathum, bulapathum. Theop. Paſtinaca domeſtica, Staphilinus Græce. Sylueſtrem Gaza Daucon dicit uocari, quanquã à Plinio Daucon genus Rhaphani ponatur, nec Daucon

ullum det ei nomen Latinum : fœniculi ſimile, odoris ac guſtus ſuauiſſimi, radice lignoſa : ob quæ uerba Paſtinaca deprehendi nõ poteſt. De Staphilino Columella. Lætetur mollemq; ſinũ Staphilinus

ſtaphilinus inumbret. Plin. Ex his paſtinacæ unum genus agreſte ſponte prouenit, Staphilinus Græce dicitur : alterum ſeritur radice uel ſemine, primo uere uel autumno. Dioſcorides ait Carotam uocari. Perſeum inuenio nominatum à Perſeum

Nicandro, quam Perſam hodie cognominatam putauerim. κίχονα δαρδανίδας καὶ ὃν πόρσειον ἔπουσιν, id eſt, Cichona dardanidas & quod Perſeum uocant. Paulus Perſeam arborem dicit eſſe in Aegypto, cuius folia uim ſiccandi ac calfaciendi retinent : quapropter ſanguinis fluxum ſiſtere.

Amaracus autem Græce σάμψυχον, Latinis Maiorana Amaracus, quæ & maiorana

dicitur, ut ſcribit Dioſcor. Calida eſt & ſicca tertio. Ori- Origanum

ganum folium ſimile hyſopo, umbellamq; & ſemen in ſummo. Idem Plinius autem ait Tragoriganum ſimile eſſe ſer- Tragoriganũ

pyllo paluſtri. Agnoriganum quod Nicandrus Colophonius Agnoriganũ

uocat Cuniculam. Lactuca θριδακίνη hortenſis & agre- Lactuca

ſtis, prima plurium generum, criſpa, alba, nigra, lata, & quam ob amaritudinem πικρίδα uocant. Eſt agreſtis, & ſponte naſcens : multigena, quibus Antonius Muſa Auguſtum dicitur curaſſe. Primum genus Caprinum, quo piſces Lactuca caprina

protinus necantur. Alterum quod Eſopon uocant, in aruis naſcens. Tertium quod in ſyluis reperitur Iſatim dicunt. Iſatis

Quarto infectores lanarum utuntur, quod ſyluaticum appellant, ſimile lapatho folijs, niſi plura haberet & nigriora. Lactuca ſicuti & braſſica ſeritur toto anno : eſt enim refrigeratrix, ſtomachi faſtidium diſcutit, & appetentiam cibi facit. Hac ueteres Græci abſtinebant ob religionem : quod ex ſententia Pithagoræ caſtitati obeſſet, uel quod ſoporifera : Hæc ex Plinio. Eubelus Græcus autor in ſenariolis. μὴ παράθετι μοὶ θριδακίνας ὦ γῦναι ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἢ αὐτὴν αἰτῶ. ἐν τῷ λαχάνῳ τούτῳ ὡς λόγος, τὸν ἀδώνιν ἀποθανόντα προὔθηκε κύπρις, ὡς ἐστὶ νεκύων βρῶμα, id eſt, Ne apponito mihi lactucas ô mulier in menſam ſi ipſas petiero, in hac herba, ut fama eſt, Adonim mortuum poſuit Cypria. Nam eſt mortuorum cibus. Mortuorum dicit eſſe cibum, quod in hac Venus Adonem extinctum poſuerit.

Apium Græce Selinum, ſemen habet nudum ſicut Anetum, Apium

die quadrageſimo prouenit : autor Plinius. Petroſelinum Petroſelinum

uerò ut ait Dioſcorides, ex Macedonia optimum ueniebat. Eſt & Hippoſelinum, quod Gaza Equappium conuertit, Equapium, ſiue holuſatrum

Columella holuſatrum uocat, dicitq; ſerendum in hortis poſt Vulcanalia quæ erant in fine Auguſti, in locis umbroſis. Hoc ego ex augumento omnino putauerim, quod noſtri hodie Petroſelinum uocant. Eſt & Helioſelinum à Gaza Palu- Helioſelinum

dappium conuerſum, quod apud paludes & rigua naſcitur : hoc quidam eſſe contendunt, quod uulgò aut Canneam, aut macerones uocant : utrunque ſurgit in humidis. Portulacam Portulaca

ait Dioſcorides uocari, quam Græci uocant ἀνδράχνην, naſciq; in petroſis : inueniriq; hortenſem folijs oleæ ſimilibus ſed maioribus, pluribus caulibus teneris & rubentibus, ſupra terram effuſis, dulci ſucco guſtanti. Italici procachiam uocant, notiſſimam herbam. Theophraſtus tamen & Pli-

nius Adrachnen pro arbore ponunt : error æquiuocationis Adrachne arbor

apud multos, ut Plinius ait, in una enim litera tantum conſiſtit. Nam Andrachne portulaca eſt herba ; Adrachne autem arbor unedoni ſiue arbuto ſimilis. Malua μαλάχη Malua

agreſtis & hortenſis, cibo apta, & ipſa florem habet, ut cichorium, ad ſolem ſeſe uertentem, ut ait Theoph. Columella in horto. Et Malache prono ſequitur quæ uertice ſo-

lem. Thryallis θρυάλλις à Theophraſto uocatur, à Ga- Thryallis

za Pinpinella uertitur, uulgo nota herba, nec nomen ſortitur apud Latinos. Naſturtium κάρδαμον teſte Dioſcoride Naſturtium

abundat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

abundat apud Babylonem, ſemine acuto & calfactorio: ea
deinde uirtute qua Sinapi. Hæc herba uictum frugalem &
abſtinentiam commendat Perſarum, ut ait Cicero. Iulianus
pharmacopola uir noſtra ætate herbariæ peritiſsimus: hanc
Sinapi dicit eſſe quam hodie uocamus Allegretos. Sinapi σίναπι
& νάπυ dicitur Græce, calfacit quarto abſceſſu, ut Dioſco-
Capparis rides. Capparis frutex ſpinoſus humi ſparſus, ſpinas ha-
bens hami modo, folia rotunda, fructum ſicuti oleæ, qui
apertus album proijcit florem: quo cadente, inuenitur ſicuti
balanus prælongus, habens grana ſicuti mali punici: naſcitur
in locis aſperis, eius fructus & caulis ſale conditur in cibum.
Atriplex Dioſcor. Ex Alexandria nunc adducitur optimus. Atripli-
cem idem autor ait Latine uocari, quam Græci ἀτράφαξιν
dicunt, holus notiſsimum, quod Itali falſo ſpinaciam appel-
Beta lant: eſt enim illi ſimile. Beta τεῦτλον, eſt alba & nigra.
Blitum Blitum uerò, ut ait Plin. lib. I X. cap. X X. herba eſt iners
ſine ſapore aut acrimonia ulla, unde conuitium fœminis fa-
ciunt mariti apud Menandrum, ſtomacho ac Veneri inutile.
Braſsica De hoc uide apud Feſtum. Braſsica Græce κράμβη, ex
quo prouerbium illud apud Suidam. δὶς κράμβη θάνατος.
Crambe repetita interficit, quod etiam uulgò iactatur. Du-
Epetiocaulis rat eius caulis annum, uocaturq́; ob eam cauſam Epetiocau-
lis, Sed & caulibus diuerſitas nominum apud Theophra-
ſtum. Miocaula, monocaula, polycaula, chamæcaula, hy-
Prototomi pſocaula. Summa braſsicarum tenellarum Prototomi dicun-
tur à Latinis atque Græcis. Seritur toto anno. Cato ait, ſex-
centis annis medicina braſsicæ populū Romanum fuiſſe uſum,
antequam medici ad eos Græci uenirent. Chryſippus ei li-
brum dicauit, ponitq́; membris omnibus ex ea remedium.
Calida ei poteſtas, concoctionem adiuuat: ſemicruda aluum
Eruca ſoluit, ualde cocta reſtringit. Eruca εὔζωμος cruda com-
manducata Venerem excitat. Inuenitur agreſtis, præſertim
in Hiſpania, acutior domeſtica, cuius ſemine pro ſinapi utun-
Ruta tur. Dioſcor. Ruta πήγανον, hortenſis & domeſtica acu-
tior montana & ſylueſtri & cibis utilior. Inter hortenſes
magis apta cibo quæ iuxta ficum naſcitur, utraque tamen
uim habet calfactoriam, miſcetur in antidotis contra uene-
num: muſtellæ docuere, quæ ex uenatione ſerpentium ea ſe
Serpyllum purgant. Serpyllum ἕρπυλλον hortenſe & coronarium,
habet folia Origano ſimilia, albiora tamen, inter ſepes ma-
xime augetur. Agreſte non ſerpit, ſed recte folia emittit te-
nuia, ſimilia rutæ, longiora & anguſtiora: præterea odore
Pulegium acutius, delectabilius, medicinisq́; aptius. Pulegium γλήχον,
quaſi βλήχον, quod Balatus ſignificent: nam hoc oues paſtæ
Menta implent ouilia. Menta μίνθη ſiue ἡδύοσμος ἥμερος. Men-
Nepeta taſtrum autem ἡδύοσμος ἄγριος. Nepeta καλαμίνθη.
Aneſum ἄνησον ſemen eſt è Syria ueniens: ſimile apio, lon-
Anethum giuſculum, uim habet calfaciendi tertio. Anethum ἄνηθον
Cyminum ſimilitudine ferè aniſi. Cyminum item κύμινον domeſticum
Carduus & agreſte. Carduus Hiſpanus miræ magnitudinis, præſtan
Chamæleon tisq́; ſaporis memoratur Plinio. Dioſcor. ait. Chamæleon
Pinea carduus niger & albus: hic ultimus Latinis Pinea carduus dicitur,
folio ſpinoſo, flore purpureo. Theophr. uerò ſic, Cardui ra-
dix manditur cruda & cocta. Eſt & carduus pinea, quam
Cynara κύναραν cynaram uocant, qui non multis prouenit in locis:
ab radice foligera lacrymam iucundi ſaporis poſtrema parte
profert, quam ſpinalem maſtichen appellant. Columella de
eodem ſic in horto. Hiſpida ponatur cynara quæ dulcis iac-
cho Potanti ueniat, nec Phœbo grata canenti. Hæc modo
purpureo ſurgit glomerata corymbo Myrtiolo modo crine
uiret, deflexaq́; collo, Nunc adoperta manet, nunc pinea
uertice pingit, Nunc ſimilis calatho, ſpinisq́; minantibus
horret. De Carduo pinea Plinius item mentionem facit. Hunc
ex coniecturis eſſe certum eſt quem hodie Italici Carciopha-
num uocant, qui iam frequenti apud omnis uſu cœpit eſſe,
delitijs menſarum. Marrubium πράσιον alij λινόστροφον Marrubium
uocant: eius duo genera, alterum folio ſerratiore, inciſu-
risq́; profundioribus, alterum rotundius, ſqualensq́; ſicut
Sphaceli. Theophraſtus. Sphacelum, & Saluiam, alterum
urbanum, alterum ſylueſtre. Sphacelo flos breuior minusq́;
ſqualens. Saluiæ ſcabroſior. Idem. Fœniculum Græce Ma- Marathrum
rathrum. Hippomarathrum fœniculum ſylueſtre ſiue erra-
ticum. Abrotanum Latini Abſynthium ponticum, mas fru- Abrotanum
tice maiore, folijs tenuiter inciſis. Mas Abſynthio ſimile ama- Abſynthium
rum item. Abſynthium optimum naſcitur in Ponto & Cap-
padocia, calidum primo abſceſſu, ſiccum tertio. Abſyn-
thium maritimum, quod Latini Sardonicum uocant: pecu-
des ſaginat, optimum ſtomacho. Dioſcor. Hyſopum mon- Hyſopum
tanum & hortenſe optimum in Cilicia naſcitur. Dioſcorides.
Ferula νάρθηξ Græce, fœniculi modo ſurgit, uulgo notiſ- Ferula
ſima, manditur cocta ex aceto. Aſphodelus Latini Albu- Aſphodelus
tium, folijs magno porro ſimilibus, caule leui: habet in ſum-
mo uocatum Anthericum, radicibus glandis ſimilibus, guſtu
acutis, quæ uim habet calorificam. Fraga terreſtria ſimilia Fraga
arbuto ſiue unedoni: autore Plinio. Apud Ouidium, Fraga mon
tana appellantur ad differentiam campeſtrium, quæ Plinius
quinq́; folijs naſci prodit.

CORONAMENTA.

COronamentorum triplex genus Theophraſto ponitur. Coronæ inuētores
Aut ex floribus odoratis, ut uiola: aut ſine odore, ut
Iouis flore: aut ramis ſeu folijs odoratis, ut ſerpilli, Hele-
nij, Abrotani, & his ſimilibus. Athenæus ſcribit Diony-
ſium ex mari Erythreo primam coronam ex pampino adue-
xiſſe. Cumq́; ex uino immodice ſumpto capita tentarentur,
inuenta ratio ut uitta premerentur, adſumpta hederacea co-
rona quæ prompta omnibus erat: eo pacto capiti medendo:
paulatim deinde creſcente luxuria, eas uarijs floribus inte-
xuerunt. Aeſchylus ait, quòd in honorem & ſimilitudinem
uinculorum Promethei, primum corona fuerit reperta: non-
nulli ob dignitatem capitis, quòd in hoc initium ſenſuum &
principatus conſiſtit: hæc Athenæus. Plinius Liberum pa- Quis coronarum uſus
trem ex hedera primum capiti ſuo impoſuiſſe dicit. Poſtea
uſus frequens apud Græcos & Romanos. Nam & ea ſa-
crificantes utebantur, & uictores in ſacris certaminibus,
& conuiuæ molliores. Hinc Philoſtephani appellati, quo
nomine Verres à Cicerone notatur. Dabatur honoris gra-
tia Graminea ob ſeruatum ciuem, Oleagina ob conuerſum
hoſtem, Laurea triumphantibus. Accepta ſemel corona,
uti in ludis perpetuo licebat. Craſſus prætor ludis ſuis co-
ronas ex argento dedit. Adceſſerunt & Lemniſci, quos ad-
ijci honos erat. P. Claudius Pulcher bracteas etiam philiræ
dedit: ſemper tamen autoritas ludicro quæſitarum fuit. Pli-
nius. Sed & maiores poëtas lauro coronari ſolitos eſſe, mi-
nores hedera Propertius hoc diſticho oſtendit. Ennius hir-
ſuta cingat ſua tempora lauru, Mi folia ex hedera porrige
Bacche tua. Ex coronis ad luxuriam unguentorum deuen- De unguentorum luxuria
tum, quorum uſum Homerus ab initio uidit, oleumq́; ipſum
appellat, ubi dicit, ἀφροδίτη δ᾽ ἕκτορα ῥοδόεντι ἔχρισεν
ἐλαίῳ. Venus Hectorem roſaceo unxit oleo. Item Τοὺς δ᾽
ἐπεὶ οὖν δμῳαὶ λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ. Hos ubi laue-
runt oleoq́; unxere miniſtræ. Nam ſæpe apud eum legitur,
oleo lotos inungi, quod oliuarum potuit eſſe. Nam & apud De olei uſu
Romanos in uſu frequenti oleum erat, donabaturq́; ab ædi-
libus populo. Ex eo namque oblita corpora firmiora ſunt,
ex quo athletæ & natantes ungebantur. Legimus & An-
nibalem pugnaturum ad Trebiam oleo corpora militum un-
xiſſe, & Pollio Romulus teſte Tranquillo dixit Auguſto,
ſe longam ſenectam foris oleo, & intus mulſo conſeruaſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Vnguentorũ nomina

Idem Galenius affirmat. In cibis uerò ſtomacho inutile. Athenæus unguenta in Chriſma & ἄλειμμα diuidit, Hoc ſecundum luxuriæ maximæ fuerat, unde Aliptes. Fit autem ut ipſe ait, Iridis optimum apud Elidem & Cyzicum. Roſaceum apud Phaſelidem, & Neapolim, & Capuam. Crocinum apud Solos Ciliciæ & Rhodum. Nardinum apud Tarſum. Oenanthinum idem & Omphacinum apud Cyprum & Adramyctium, Amaranthinum Coum & Melinum, Cyprinum, Metopium & Mendeſium in Aegypto. Præparatur autem metopium ex oleo, & amaris amigdalis expreſſum. Theophr. ex floribus unguenta nominat: Roſaceum, Leucoion, Suſinum, quod ex lilijs eſt: aut ex folijs, ut Myrrhinum & Oenanthinum: aut ex radicibus, ut Nardinum, Amaricinum. Quinque modis ueteres compertum uſos fuiſſe unguento. Ad ſalubritatem, ut natantes & lauantes. Ad neceßitatem, ut certantes ceromate ungebantur. Ad luxuriam, ut Veneris, aut menſarum cauſa delicati. Ex quo Chryſippi dicterium. Male ſit iſtis delicatis qui rem tam bellam infamauerunt. Hæc una omnino uoluptas aliena. His itaque breuiter de coronis unguentiſq; enarratis, flores exequar,

Roſa

ex quibus coronæ fiunt. Inter quos Roſis præcipua dignatio, quibus maxime Campania abundat. Hinc oleum

Roſaceum

roſaceum à Plinio commemoratur, & aqua roſacea, & roſaceum, & apud Lampridium piſcinæ de roſato, uiuereq;

Meliſſophylũ

in roſa hinc dictum delicate ac molliter. Meliſſophylum ſiue Melitæna, quo apes nullo magis gaudent flore: noſtri Ce-

Crocum

triolam uocant. Crocum gaudet calcari, ſicq; melius exit, quare ſeritur iuxta uias ac fontes. Emittit florem cum folio

Hemerocallis

in occaſu Vergiliarum. Theophr. Hemerocallis nocte langueſcit, ſole oriente floret. Athenæus autor. Dioſcorides Lilium agreſte uocari dicit. Nam & folia & caulem illi ſi-

Lychnis

milem habet. Lychnis herba coronaria ex balneo Veneris orta quando dormiuit cum Vulcano. Idem. Hæc hodie Va-

Narciſſus

leriana à peritis herbarijs eſſe putatur. Narciſſus folia ſimilia porro anguſtiora, caulem uacuum emittit ſine folijs palmi altitudine, in quo flos albus in medio, caulem habens

Cytiſus

croceum. Dioſcorides. Cytiſus Latinis Trifolium maius dicitur, albus totus, ut Rhamnus, ſurculos emittens cubitales, circa quos folia ſunt ſciſſa in medio, quæ digitis contrita erucam olent, uim habentia frigorificam. Dioſcorides.

Siſymbrium

Siſymbrium ſylueſtre, alij Tymbreum dicunt pedali altitudine: iuxta rigua naſcitur, neglectum in nepetam uenit.

Tymbra
Satureia

Tymbra ſimilis thymo: minor & mollior, ferens ſpicam flore plenam, ut ait Dioſcorides. Hæc à Gaza Satureia Latine uertitur. Miror ſanè, quum Columella aliam à Tymbra faciat hoc uerſu. Et Satureia Thymi referens Tym-

Thymum
Melilotos

bræq; ſaporem. Thymum quod maxime appetunt apes, ſupradictis ſimile. Melilotos optimus atticis naſcitur, & in Campania circa Nolam, melini coloris, odoriſq; uehemen-

Lilium

tis. Lilium rubens, Græci κρῖνον, album uerò λείριον ap-

Lirium
Saliunca

pellant, ex quo oleum præparatur Lirinum, quod nonnulli Suſinum uocant. Saliunca folioſa quidem eſt & breuis, & quæ necti non poteſt: numeroſe cohæret, herba uerius quàm flos. Pannonia hanc gignit & Noricum, multæ ſuauitatis,

Cyclaminus

ueſtibus interponi gratiſſimam: hæc Plinius. Cyclaminus folijs aliquanto maioribus quàm hedera & tenuioribus, angulis diſtantibus, maculis albis, caule exiguo, floribus pur-

Flos Iouis

pureis. Dioſcorid. Flos Iouis Græce Διὸς ἄνθος, ſine odore, cærulæi coloris inuenitur & purpurei, uulgò in hortis ferè omnibus uidetur. Hetruſci florem Aliſi, in Latio flo-

Cyanus
Helichryſos
Chryſanthemon

rem paradiſi appellant, niſi forte Cyanus is fuerit ex nominis argumento Plinio poſitus. Helichryſos ſiue Chryſanthemon, quo idola coronant, uirga eſt alba, uiridis, recta, cum folijs denſis ſimilibus abrotani, comam auream more Corimborum in capite ferens: naſcitur in locis aſperis.

Aurelia

Vocatur item Latinis Aurelia, quæ ex uino ſumpta ualet ad pecudum morſus. Dioſcorides. Ariſtot. tamen de plantis ſine folijs Chryſanthemon: niſi alium intelligere uoluerit, po-

Conuoluolus

nit, Deinceps ex Plinio quædam. Conuoluolus flos herbæ eiuſdem nominis haud diſſimilis lilio, naſcens in frutetis, nul-

Violæ

lo odore, nec crocus intus: candorem tamen referens. Violæ diuerſi coloris purpureæ, luteæ, albæ. Purpureæ latioræ ſunt folio, ſponte prouenientes, macris in locis atque

Ia

apricis, dignaturq; ſolo Græco ac proprio nomine Ia appellatur: unde Iacinthina ueſtis tunc per i ſcribitur, & ſine aſpiratione apud Plinium: quum autem ab hyacintho flore

Hyacinthus

deriuatur per hy ſcribendum. Eſt enim hyacinthus flos item uiolaceus, in quo teſte eodem autore, lugubres quædam inſcriptæ ſunt literæ, luctus nimirum eius, quem (ut eſt in fabulis) Apollo dilexit. Hic frequens in thermis Diocletianis

Viola alba
Leucoia
Leucathemon

naſcitur. Alba primum omnium floret. Hanc Dioſcor. Leucoiam uocat, medicinis plurimis aptam. Leucathemon item flore albo folioſum, odore abrotani, hodie Gelſominum no-

Luthea

minant. Deinde Plinio luthea, cui magna autoritas: unde item oleum fit nobile quod Arabes Cheir appellant. Pro-

Calta
Scopa regia
Chryſocoma

xima ei Calta Plinio, concolori magnitudine, gratiore tamen odore: non lenior eſt eius quam Scopam regiam uocant: quanquam folia eius non flores oleant. Chryſocoma palmi altitudine, comantibus fulgore auri corimbis, in petroſis opaciſq; naſcens: hanc ſupra Chryſanthemon uocari

Chryſitis
Helenium

apud Dioſ. dixi: appellant & Chryſitim. Helenium lacrymis Helenæ dicitur natum, & ideo in Helena inſula laudatiſſimum. Eſt enim frutex humi ſe ſpargens, folio ſimilis ſer-

Anemona

pyllo. Anemona nunquam aperitur niſi uento ſpirante, unde nomen recepit, folia ſimilia apio, flores uerò triplici colore, ſylueſtri puniceus, alijs aut purpureus aut lacteus. Illud præterea inter flores obſeruandum, raro odoratis ſaporem non eſſe amarum. Dulcia uerò ſine odore ſunt.

Amaranthus
Cerinthe

Amarantus ſpica eſt purpurea ueritus quàm flos, ac ſine odore, prouenit menſe Aug. Plinius. Cerinthe folio candido, incuruo, cubitali, caule concauo, mellis ſuccum haben-

Oenanthe

te, apibus magnopere expetitus. Plinius. Oenanthe, Melanthium, Potos, Bellium, eidem ponuntur omnes corona-

Liguſtrum

rij. Liguſtrum ſeu Cypreus flos albus præſtantis odoris, quem in frutetis ſepibuſq; frequenter, præſertim Romæ uidemus: quibus decuſſis, ſemen reſtat nigrum in pillulis ful-

Bacinia

gente colore. Hæc Bacinia putauerim Vergilium dixiſſe, Alba liguſtra cadunt, bacinia nigra leguntur. Nam quod quidam Vacinia legunt, dicuntq; uiolas eſſe primas uiolaceas, non probo, quod ad Liguſtrum nil attinet quum priores ſint,

Caryophyllõ

nec nigræ ſint. Quem uerò nunc Caryophyllon uocant, poſt Plinij tempora ſatis cõſtat è Damaſco in Italiam ueniſſe: quum nec ipſe, nec alij mentionem eius faciant, nominiſq; argumentum ex odore ſumpſiſſe.

HERBAE RELIQVAE CAMPESTRES.

Vitis alba
Vitis agreſtis
Oenanthe

Vitis alba ſiue agreſtis, nigra folia hederæ ſimilia habet, ſcandit arbores & racemos facit. Vitis agreſtis duplex, altera Oenanthe dicitur, cuius uua non matureſcit, ſed florem uſque producit, alterius uerò matureſcit: autor

Labruſca

Dioſcorides. Plinius uerò hanc à noſtris Labruſcam uocari dicit, ferre Onanthen: ſemen eius utile ad coria perficienda.

Adiantus, ſeu capillus Veneris

Adiantus ἀδίαντος herba quam Gaza Capillum Veneris interpretatur: propterea quòd eius folium in aqua nunquam madeſcit. Genera eius duo, candidum & nigrum, ambo ad defluuium capillorum utiles, oleo triti: naſcitur in locis maxime humidis. Theophraſt. Dioſcorides autem dicit hanc herbam uocari Cincinnalem à Latinis, caule tenui,

folio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſolio coriandri ſimili, præterea ex eius genere eſſe quam
Rhitace Tricomanem uocat, Latini capillarem. Rhitace, quam
Plin. uocat Eritacen Dioſcor. Ceranthemon, Gaza Cera-
Cynops ginem uertit. Cynops apud Theophraſtum, Gaza canis
Pes galli. oculus conuertit, ſeu Canaria. Pes gallinaceus quam Dio-
ſcord. Caucalim ait uocari Græce: caule craßiore, ſolijs ſi-
milibus, in ſummo umbellam fœniculo ſimilem, albam &
Cunila odoratam hábet. Cunila & Cunilago dicitur Plinio, quam
Cunilago Theophr. κονύζαν uocat. Gaza pulica uertit, quod pulices
abigat, odore graui, tactu tenaciſsima. Ego culicatum po-
tius conuerſum exiſtimauerim, quod Conopes culices, non
autem pulices dicantur: malim tamen librarij eſſe mendum,
Seſellis quàm autoris errorem. Seſellis quam ceruæ pariturę pur-
Sion, quod & lauer gantur, ut ait Cic. de Natura deorum. Sion herbam Dio-
ſcorid. ait uocari in Italia Lauer, ſurcoloſam, craſſam, ſi-
milem equappio & erucæ: eius etiam meminit Plin. dicitq́;
herbam eam eſſe naſcentem apud riuos. Hæc hodie uulgo co-
gnita nomen antiquum retinet, his quas uocant Créſciones
præterquam quod maior, cætera ſimilis. Athenæus Sium in
aqua naſci teſtatur ſimile ſolio helioſelino, id eſt appio palu-
Semperuiuum ſtri. Plin. Lauer coctum torminibus mederi dicit. Semper-
uiuum ἀείζωον Græce, naſcitur in muris & tectis, notißi-
Sedum ma herba hominibus. Sedum in tectis etiam prouenit, quo
Silago tegulæ operiuntur, utriuſque Plinius meminit. Silago ſiue
ſanguinaria, ut ait Dioſcorid. Græce κορωνόπους radice te-
Saxifagia nui, herba oblonga. Saxifagia σαξίφραγον, idem autor,
Gramen planta eſt flagella ſpargens in petris & aſperis locis. Gra-
men ἄγρωστις, geniculatis flagellis ac tenuibus humi ſerpen-
Xyphion tibus, uulgo notiſiima eſt. Dioſcorid. Xyphion Latinè gla-
diolum herba ſimilis gladio acuto, caule cubitali, in quo flo-
res purpurei ordine diſtantes, naſcitur in locis fertilibus.
Bectonica Dioſcor. Bectonica βεκτονική ſimilis bugluſſo agreſti, ſo-
lijs nigrioribus & pinguioribus, ex quibus exprimitur ſuc-
cus ad multa remedia, maxime ad cuſtodienda corpora.
Ceſtron Dioſcorides. Plinius autem dicit hanc à Græcis uocari Ce-
Parthenium ſtron, Bectonicam uerò à Gallis à quibus inuenta. Parthe-
Pelecynus nium, cuius tria genera, prima λευκάνθις à noſtris Pelecy-
nus & Muralium dictum, in hortorum ſepibus proueniens.
Helxine Secundum quod Helxine & Siderites dicitur, ſolio ſimili
Siderites plantagini & marrubio, cauliculis denſis lente rubentibus.
Perdicium Tertium quod Perdicium & Aſtericum, à noſtris Parieta-
Aſtericon ria dicta eſt, quòd in parietibus naſcitur: ex Plinio. Veſi-
Parietaria caria Græce στρύχνος ſolio lactariæ ſimilis, uim habet ſopo-
Lactaria riferam. Lactaria quam maritimam granam appellant. ſo-
lio rotundo, palmi magnitudine, fructu candido, demetitur
uua nigreſcente, reperitur mas & fœmina differens: huius
lac per uindemiæ tempus præparatū purgat inferna Theoph.

Alypium Alypium herba fruticoſa ſubruſa, tenui feſtuca, & ſo-
lio, flore nigro, naſcitur in maritimis Africæ. Dioſcorid.
Peplis Eſt & herba quæ ab eodem uocatur Peplis, ab Hippocrate
peplon: frutex utrinque anceps albi ſucci plenus, ſolio ſimili
Vinca peruinca portulace hortenſi. Vinca peruinca, quæ & χαμαιδάφνη
dicitur: de qua ſuprà dixi. Plin. eius meminit. Verbaſcum
Verbaſcum quod Græci Phlomon uocant, ſolia habet latiora quàm braſ-
ſica, piloſa, naſcitur in campeſtribus. Plinius. Apud Dio-
Phlomon ſcoridem Phlomos ſcribitur, hac uerba piſces uenenantur.

Quinquefoliū Quinqueſolium πεντάφυλλον ſurculos habet tenues pal-
mares, ſolio ſimili mentaſtro: ex hoc naſci fraga quidam
Mandragoras exiſtimant. Dioſcorides. Mandragoras μανδραγόρας ter-
tio frigida facit ad philtra, ut aiunt: fœmina ſolia lactucæ
Moly anguſtiora humi proiecta habet. Dioſcorides. Moly ſolia
habet gramini ſimilia, latiora tamen ſuper humum effuſa,
flores uiolæ albæ ſimiles, caules quatuor cubitorum, radi-
cem paruam & bulboſam. Hæc eſt Moly quæ ab Homero
Symphyton laudatur, inuenta à Mercurio contra ueneficia. Sympby-

ton petreum quod nos Halum, ut Plinius refert, ſimile Cu-
nilæ bubulæ, ſurculoſa, floribus paruis, odorata, dulci gu-
ſtu: ex hoc hodie conficiunt quam conſeruam appellant.

Limonium λειμώνιον ſimile Betæ, ſolijs tenuibus & lan- Limonium
guidis, caule recto, æquali, tenui, pleno rubente fœtu. Dio-
ſcorides. Arnogloſſum Plantaginem Plinius uocat, nota Arnogloſſum
herba, Lanceolam Italici uocant, nonnulli Pentapleuron di- ſeu Plantago
cunt ex numero coſtarum. Themiſon medicus unum uolu-
men laudibus eius dicauit. Duo eius genera, minus angu-
ſtioribus ſolijs, ouis linguæ ſimile, caule anguloſo in ter-
ram inclinato, in pratis naſcens. Alterum maius, ſolijs la-
terum modo incluſis: quæ quia ſeptena ſunt, quidam He-
ptapleuron dicunt. Huius caulis cubitalis & Napo ſimilis.

Bugloſſum linguæ bubulæ ſimile. Cynogloſſum uerò lin- Bugloſſum
guæ canis, Topiarijs operibus aptißimum: hæc omnia ex Cynogloſsū
Plinio. Bugloſſum domeſticum hortenſe, quod hodie Bor-
raginem uocant. Chamepitys terræ ſerpens ſolio Semper- Chamepitys
uiui. Chamæmelum nota uulgo herba, flos eius fomentis cal- Chamæmelō
factorijs adhibetur. Cyndrilla amara eſt, & acri in radi- Cyndrilla
ce ſucco. Hæc & Aphace, & ea quæ Picris ob amaritudi-
nem dicitur toto anno florent. Plinius. Chamæleuca χα- Chameleuca
μαιλεύκη herba tota uiridis, habens parua ſolia, & florens
ut roſa. Dioſcorides. Plinius autem dicit hanc & Bechion
& Tußilaginem uocari, quòd tußi medeatur. Daucon Pli- Daucon
nius dicit ſignificari apud noſtros Paſtinacam erraticam,
Græci σταφύλινον paſtinacam uocant. Dioſcorides Agre-
ſtem paſtinacam ſeu erraticam, Carotam à Latinis uocari Carota
dicit: at Italici uulgo Carotam quod Latini ſtaphilinum ap-
pellant. Hibiſcum ſolio maluæ maiori tamen piloſioreq́;, Hibiſcum
caule molli, flore melino. Aurelia flore auro ſimili, ſolio Aurelia
candido, fructu tenui, duroq́;: uſu eius ex uino ad ſerpen-
tum morſus. Dracunculus caulem habet ſerpentis modo Dracunculi
uerſicolorem, eius radix ex melle data ualet ad tußim. Ti- Tithymalus
thymalum noſtri herbam lactariam, alij lactucam caprinam:
narrant eius lacte inſcripto corpori, ſi tritus carbo aſper-
gatur, apparere literas. Huius genera plura, maſculus
Characias, fœmina Myrtites dicitur: præterea Paralion,
Helioſcopos, Cypariſsias, Dendrodes, Platyphyllus, Pi-
tyuſa, Latyris Dioſcoridi. Paulo autem eſt tertio frigida
acutaq́; & amara ſatis: ex aceto cocta, dentium dolores ſe-
dat: lac corpus ubi attigit urit, quare pilos exſtirpat, Myr-
mecias, Acrochordonas, & quæcunque per cutem ulcera
repunt. Eruca agreſtis uehementior, domeſtica inflat, ca- Eruca
caleſacit, uenerem excitat, capiti nocet ſi ſola edatur. La-
ctuca uerò admixta temperatur, autor Aetius. Herbæ nunc
fulloniæ. Iſatis ſolio Arnogloſſo ſimilis. Plin. radiculam Iſatis
uidetur eam appellare, naſciq́; in Syria caulę lanuginoſo, ſpi-
noſo, ſine odore. Glaſcum herba qua Britanni ſe inficiunt Glaſcum
atro colore, terrorem oſtentantes, Plinio, Cæſari. Stru-
theon olens herba & fullonia, quo utuntur lauandis lanis, Strutheon
ut ait Dioſcorid. Hoc ego quod nunc Guadum uocant puta-
uerim, quo lanas cæruleo inficiunt, tetro odore. Plautus
Nautheam dixit in re olida. Coccum, granum Latinè, fru- Coccum
tex fullonius, cui grana adiacent, inter præcipuos lanarum
colores: naſcitur optimum in Aſiæ partibus, poſtremum in
Hiſpania. ex Dioſcoride. At contrà nunc eſt. Nam è Va-
lentia Hiſpaniæ oppido præſtantißimum omnium uenit.

Anchuſa ſolijs iactucæ acutæ ſimilis, pinguibus & aſpe- Anchuſa
ris: multa undique è radice ſurgunt humi ſparſa, radice
digitali craßitudine, æſtate ſanguine offuſa: naſcitur fertili-
bus locis nigra. Plinius dicit hanc ſanguineo colore tingere,
præparareq́; lanas precioſis coloribus. Anthillum, quod Anthillum
alij Anthicellum uocant, duorum generum. Altera ſolijs &
ramis lenticuloſis ſimilis, palmi altitudine, in ſabuloſis apri-
cis naſcitur. Altera breuior & hirſutior, purpurei floris, odo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

re graui, in ſaxoſis naſcens: hæc Plinius. *Ex hac deſcri-*
ptione putauerim hoc forte quod noſtri fullones Cremi-
Scammonia *ſinum uocant.* Scammonia, σκαμμονία *folia habet ſimilia*
helxine ſiue hederæ, molliora tamen & triangularia, flo-
re albo, curuo ut calathi, radice graui odore. Calida eſt,
& diaphoretica, bilem purgat, tumoresq; impoſita tollit.
Dictamum *Dictamum herba amara plurimum ſimilis pulegio, ali-*
qui pulegium agreſte dixerunt. Dioſcorid. *Naſcitur in*
Creta, *hoc ceruæ nonnullaq; animalia ſaucia ſibi meden-*
Hippice *tur.* Hippice *herba, quam* Gaza *equeſtrem conuertit.* Pli-
nius Scythicam *herbam appellat libro* x x v. *qua* Scythæ
diuturnam famem tollerant. Idem quoque præſtat, inquit,
Hippice *dicta, quòd in equis quoque eundem effectum ha-*
Helleborum *beat. Helleborum album folia ſimilia* Arnogloſſo, *caule*
penteſtiæo. radices multæ tenues ab initio, capitulum ſi-
cuti cepe: naſcitur in montoſis & aſperis locis. Hellebo-
Melãpodion *rum nigrum ſiue* Melampodion, *quòd* Melampus *hoc* Proe-
tidas ſanauerit, habet folia uiridia platano ſimilia, minora
tamen & ualde inciſa: caulem durum, flores albos race-
moſos, & in ipſis fructus lilio ſimiles. naſcitur in Anticy-
ra optimum, & apud Heliconem, *bonum purgando cere-*
bro & inſaniæ. Ex Dioſcorid. Plinius *ait libro* x x v. *in*
Italia Veratrum *uocari: adeoq; uſus eius inoluit, ut pleri-*
que ſtudiorum gratia ad prouidenda acrius quæ commen-
tabantur ſumpſitauerint. Pauſanias *libro* x. *nigrum dicit*
Conſerua *per inferna purgare, album uerò per uomitum. Conſer-*
ua peculiaris alpinis fluminibus, à conſeruando dicta, ſpon-
gia aquarum dulcium eſt uerius quàm muſcus, aut herba,
uilloſæ denſitatis & fiſtuloſæ, utilis ad medicinas. Plinius.
Muſcus *Muſcus herba quæ naſcitur in umbroſis humentibusq; lo-*
Geranium *cis, ex quo antra muſcoſa dicuntur à poëtis.* Geranium
Latini Ochinaſtrum, *folio ſimili* Anemonæ, *interciſum,*
radice ſubrotunda, ac dulci guſtu. Aliud eſt Geranium,
quod quidam Origanum, Latini Pulmoniam *dicunt, tenui*
caule, folijs maluæ, habens in ſummo binas alas eminentes,
in medioq; uti gruis caput. Dioſcorid. *Sunt & illæ aculea-*
Paliurus *tæ.* Paliurus, Carduus, Scolymus, Lappa Græce ἀπαρί-
Carduus *νη.* Vrtica *quoque* κνίδη. Rubus βάτος. *Inter ſegetes*
Scolymus *item* Auena αἰγίλωψ. Lolium αἶρα. Tribuli. Rhamnus
Lappa *apud* Dioſcorid. & Plini. *hodie* Acrifolium Romæ *uoca-*
Vrtica *tur: eius etiam mentio in* Pſalmis, *ſicut ſpinæ ueſtræ rha-*
Auena Tribuli *mnum, ſic in ira abſorbet eos.* Ruſcus Græce ῥοῦς, *hæc pu-*
Rhamnus Ruſcus *tatur eſſe aculeata, ex qua* Romæ *conficiuntur ſcopæ. Mil-*
Millefolium *lefolium* μυριόφυλλον *cauliculus eſt delicatus unicus, una*
radice, circa quam multa folia leuia Amaraco *ſimilia, na-*
Fungi *ſcitur in paluſtribus.* Dioſcorid. *De fungis* Athenæus *ait*
eſſe quidem multi nutrimenti, uerum inflationem facien-
tes, ac difficilis concoctionis, ſuccurriq; eorum periculo
Pezices Oximellis *potione.* Pezices *item eſſe genus fungorum ſi-*
ne radice & periculo, uocariq; propterea à nonnullis Ari-
zas. Nicandrus *in* Georg. *enumerat qui ſint letiferi* ἐχθρὰ
δ' ἐλαίας τε ῥοιάς τε πρίνου τε δρυός τ' ἀπὸ πή-
ματα κεῖται, *id eſt, Inimica uerò quæ ab olea, granatoq;*
prinoq; quercuq;, ab eisq; damna imminent. Qui uidelicet
in olea granato ilice & quercu naſcuntur. Horatius Pra-
tenſibus tantum ex omnibus bene credi, cæteris male. Fun-
gorum natura frigida omnis. Nicolaus v. Pont. *fungos*
optime præparatos adponi iubebat, ex hisq; tantum olfa-
ctu contentus erat. Latinus *cardinalis* Vrſinus *noſtra æta-*
te dimidiatos fungos prius familiæ deguſtandos dabat.
Aſparagus *Aſparagus item* Athenæo *teſte, ſtomacho prodeſt, uri-*
nam prouocat, oculis ac renibus nocet, inuenitur paluſtris
Robium *& montanus.* Robium Feſtus *dicit à rubro colore dici,*
unde & materia quæ pluribus eius coloris uenis ſit, robur
dicitur, & robuſti homines boni coloris & roboris. Ho-
die quoque Robium *radix quædam rubra uocatur, quia lana*
rubro inficitur uulgo, fullonibus magno quæſita. Dioſcorid.
ἐρυθρόδανον Erythrodanum *id appellat.* Aconitum *folia* Erythrodanum Aconitum
habet tria uel quatuor Cyclamino *uel ficui ſimilia, mino-*
ra tamen & ſubaſpera. Caulem palmarem, radicem ſimu-
lem caudæ ſcorpionis, ſplendens modo alabaſtri. Alterum
aconitum quod Latini Lycoctonon *dicunt, eo quòd uenato-*
res illo cum carnibus appoſito lupos interficiant. Naſcitur
in Italia, *folia habet platano ſimilia, magnis uerò inciſa, &*
longiora, ac nigriora, fructum in ſcapis prælongis incluſum
fert. Dioſcor. *Aconitum omne quarto frigidum, & uenenum*
eſt. Ariſtolochia dicta, quod optime partui opituletur, fo- Ariſtolochia
lia habet hederacea, odore præſtanti & acuto, ex ima radice
multa germina ſurgunt, flore albo. Maſcula folijs eſt longio-
ribus, flore purpureo. Chelidonia magna caulem emittit Chelidonia
cubitalem. in quo germina plura foliorum ſimilium batra-
chio, colore ſubglauco, flore ſimili leucoio, ſucco ſubamaro.
radice ſuperna una, inferne plures croceæ, fructu ueluti
papaueris. Ceratitis Chelidonia parua ſine caule naſcitur,
folijs hederaceis, rotundis magis & minoribus: naſcitur iu-
xta aquas, uim habet acutam, ſicuti acrimonia: utilem quo-
que oculis eſſe, irundines (unde herba dicta eſt) inuenerunt:
quæ hac cæcitatem curant. Muris auricula μυὸς ὦτα *ex* Muris auricula
argumento ſimilitudinis dicta. Anagalis fœmina, flore eſt Anagallis
Cyaneo: *maſcula uerò rubenti: ſurculos habet humi proie-*
ctos, folia parua, ſubrotunda, uim quoque attrahentem, ita
ut obelos aut ſpinas infixas euellat. Argemona, *quam* La- Argemona, ſeu acrimonia
tini Acrimoniam *uocant, ſimilis eſt agreſti papaueri, ſuc-*
cum emittit croceo colore acutum, flore rubente. Stra- Stratiotes
tiotes in aquis naſcitur, herba eſt palmi magnitudine, ha-
bens alas ſimiles uolatili pullo, continet germina plura fo-
liorum interciſa, & folia ſimilia breuitate cymino agreſti,
umbella ſicuti Anethum. Cotylidon Latini *umbilicum* Ve- Cotylidon, ſeu umbilicus Veneris
neris: folia habet ueluti Oxybaphum *rotundum, & in me-* Oxybaphum
dio cauliculum breuem, in quo ſemen eſt radices modo oliuæ Strichnon
longæ ac rotundæ: Strychnon Latine Canaria, *folio ſimili* Canaria
lentiſco, latiore tamen, caule ad humum inclinante, fructu con-
dito in uaſculis, fuluo ac rotundo, uti uuæ acini, uſus eius
ad coronas: inuenitur & hortenſe quod manditur. Age- Ageraton
raton herba fruticoſa ſimilis origano, habens umbraculum
in quo flos aureus: eius decoctum uim habet pyroticam, her-
ba uerò ſuffitu urinam prouocat. Chryſanthemon Latine Chryſanthemon
Achanta, *delicata herba, fruticoſa, leues ferens caules, &*
folia, flores melinos rotundos oculorum ſpecie. Caulis pro
holore manditur, flores medicinæ utiles. Periſtereon La- Periſtereon
tine Criſta *gallinacea, folio inciſo ſubalbo, naſcitur in hu-*
midis: dicitur ex eo quòd columbi libenter ſub ea moren-
tur. Inuenitur & Periſterion *ſupinus, ſiue herba ſacra,*
ſurculis anguloſis, folio ſimili quercus. Chryſogonum fo- Chryſogonum
lia habet quercus ſimilia: flos uerò phlomo coronario.
Eupatorium herba eſt fruticem unum retinens lignoſum, Eupatorium
rectum, nigrum, cubitalem, folia ex interuallis interciſa
canabis ſimilia, quæ ſiccata odoris gratia ueſtibus con-
duntur. Hippuris *naſcitur in humidis & foſſis, caulicu-* Hippuris
los habens ſubrufos, forma geniculata in equi caudam, unde
nomen accepit, folia iunco ſimilia: denſa, tenuia, eius ſuc-
cus Aemorrhoidas *ſanat.* Hippice *uerò ab hac diuerſa eſt,* Hippice
quam ſuprà memoraui. Sunt enim Hippuris *fructus ſimiles*
piſciculis herbaceis uulgò cognitis, ac cibo expetitis. Epi- Epimedium
medium caulis eſt haud magnus, folia ſimilia hederæ reti-
nens, neque fructum neque florem producit. Radicem ue-
rò tenuem & nigram, grauisq; odoris, naſcitur in humidis,
uim habet ſpiſſandi & refrigerandi. Dioſc. Plin. *Oloſtium* Oloſtium
herba parua, quatuor ad ſummum digitis, folia habet Coro-
nopodi ſimilia, uel gramini, radicem ualde tenuem ſicut albam
cæſariem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Polymonium cæſariem, naſcitur in collibus. Polymonium ramulos ha-
bet quatuor in partes diuiſos: folio aliquanto maiore quàm
rutæ, quaſi nepitæ: in ſummo ipſorum capitula, in qui-
bus ſemen nigrum: radix cubitalis: naſcitur in montoſis
Clematis & aſperis. Clematis frutex geniculatus, habens longa
ſarmenta craßitudine funis, folium paruum ſimile lauro.
Polygonon Polygonon mas, Latine ſeminalis, ſurculos habet tenues
& delicatos, multis genibus ſerpentes humi, folia rutæ
ſimilia, nomen accepit ex multo ſemine. Dioſcorides. Pli-
Sanguinaria nius uerò dicit hanc à Latinis Sanguinariam uocari, quòd
Polygonaton ſuccus eius infuſus naribus ſupprimat ſanguinem. Poly-
gonaton naſcitur in montibus, frutex eſt cubitalis, folia fe-
rens lauri ſimilia, guſtanti ſimile malo Cydonio: flores
albi, radix item, præterea mollis, longa, multis genibus,
unde nomen eſt ei. ex hac emplaſtra fiunt uulneribus uti-
Acacia lia. Acacia naſcitur in Aegypto, ſpina eſt arboroſa, ra-
moſa, obliqua, florem habens album, fructum ſicuti lu-
pinum in ſiliquis: ex eo gummi uim habet ſtypticam, eius
decoctum membris luxatis medetur. Eſt & alia Acacia in
Cappadocia & Ponto humilior, folia retinens erucæ ſi-
Critharmum milia, uim quoque ſiccam ac frigidam. Critharmum her-
ba ſurculoſa, cubitali altitudine, naſcens in petroſis & ma-
ritimis, denſa, folijs craßis ac albicantibus portulacæ ſimi-
libus, guſtu ſalſis, floribus albis, fructu roriſmarini ſimili
odoratu, qui aridus diuiſus ſemen fuluum habet. hæc her-
Coronopus ba facit ad urinæ difficultates. Coronopus: id eſt, cor-
Sanguinaria nicis pes, Latini Sanguinariam: herba oblonga: naſcitur
in locis ſyluestribus, radicem habet tenuem ſtypticæ na-
Aphace turæ, folia pro holeribus manduntur. Aphace genus ho-
leris Theophraſto, quæ Paulo uim habet ſtypticam ſicuti
Apate lens. Apate uerò herba eidem autori, quam Gaza Frau-
Polyrizon dem conuertit. Polyrizon folia habet myrti, radices mul-
Typhe tas, Plinius. Typhe folium emittit ſimile Cyperidi, cau-
lem album, leuem, planum, in ſummo complectentem flo-
Chamædris rem denſum. Dioſcor. Chamædris, id eſt, parua quercus,
ſimilis eſt Teucrio, naſcitur in petroſis, ſurculo palmari,
folio querno ſimili: guſtu amaro, flore paruo ac ſubruſo:
eius uiridis decoctum prodeſt ſpaſmaticis, tußientibus, ſple-
Leucas neticis Dioſcor. Leucas montana latiore folio, quàm do-
meſtica, fructu acrior & amarior, ui efficacior: ambæ
uerò tuſæ ex uino conſumptæ contra uenenata præſertim
Artemiſia marinorum ualent. Dioſcor. Artemiſia ſiue Chryſanthe-
mon naſcitur in maritimis, ſimilis abſynthio, maior tamen
& folio craßiore: flore albo, tenui, odorato: differentia
Botrys in folio maiore, & minore nonnullis. Botrys herba ſur-
culoſa, patula, colore melino, id eſt, lutheo, plures ha-
bens ramulos, & in quolibet ſemen, folio cichorio ſimi-
li: odorata, ueſtibus conditur, naſcitur circa torrentes.
Ambroſia hanc Cappadoces Ambroſiam uocant, quidam Artemi-
ſiam. Dioſcor. Plinius autem hanc à quibuſdam Botryn, ab
alijs Artemiſiam uocari dicit, ab uxore Mauſoli adopta-
Polium ſeu Teucrium tam, quæ ante Parthenis dicebatur. Polium montanum,
quod Teucrium uocant: ſurculus eſt albus, tenuis, palmi
magnitudine, plenum fructu, habens capitulum in ſummo,
corimborum modo, paruam ſicuti canam cæſariem, grauis
odoris: inuenitur & minus odoratum, quoad uirtutem &
efficacius. ex Dioſcoride. Polio Muſeus & Heſiodus auto-
ritatem dederunt, qui eius liquore perungi utilißimum ad
Tripolium omnia dicunt. Tripolium, cuius flores mane candidi, me-
Phalangium ridie purpurei, ſole occidente cærulei ſunt. Plinius. Pha-
langium ſurculi ſunt duo aut tres aut plures: diſtantes in-
uicem, flores albi, ſimiles lilio, interciſi, ſemen craſſum ac
Clinopodium nigrum. Dioſcor. Clinopodium herba ſurculoſa duorum
palmorum, naſcitur in petroſis, folio ſerpylli ſimilis: flo-
ribus uerò æqua inter ſe diſtantia: ueluti tripus, unde no-

men habet. Hypochœris ὑπόχοιρις, herba quam in Theo- Hypochœris
phraſto Gaza porceliam uertit. Ballota, quæ & nigrum Ballota
porrum à nonnullis dicitur, herba fruticoſa, anguloſis cau-
libus, nigris & hirſutis, folijs graueolentibus, ualet ad
canis morſus. Meminit eius Dioſcor. Plinius. Leontope- Leõtopetalon
talon, Latini ſemen leoninum, caulem emittit palmarem,
plures habens ſurculos, in quorum ſummo ſiliquæ, in qui-
bus parua ſemina, flore rubente, folio braßicæ ſimili: inci-
ſo tamen uti papaueris, radice nigra, naſcitur inter fru-
menta ex Dioſcor. Paulus autem hanc dicit ſiccæ poteſtatis ac
diaphoreticæ. Atractylis Latine fuſus agreſtis, ſpina eſt Atractylis
ſimilis κνήκῳ, longior tamen, folia retinens in ſummis ra-
mulis, reliquum nudum, aſperum, quo fermè utuntur
profuſo: habet & capitula in ſummo ſpinoſa, florem pal-
lidum, partim etiam rubrum, radicem quoque tenuem &
inutilem. Aſclepias ſurculos emittit oblongos, è quibus fo- Aſclepias
lia hederæ ſimilia pendent, flore graui odore, ſemine pelecini
ſimili: naſcitur in montibus, ex Dioſcor. Paulus calfacere
dicit, ac contuſam utilem morſibus uenenatis uuluæ ac mam-
mis. Delphinion ſurculos emittit duorum palmorum ab Delphinion
una radice, circa quos folia parua, tenuia, interſecta, lon-
giuſcula delphini ſpecie: flore rubricante ſimili uiolæ albæ:
ſemine in folliculis ſimili milio. Peucedanum ſiue Agrio- Peucedanũſeu
phyllon caulem emittit tenuem fœniculi ſimilem, comam ha- Agriophyllõ
bet circa radicem denſam, florem melinum, radicem nigram,
grauis odoris, multi humoris & ſucci, naſcitur in montibus
umbroſis. Sphodylium ſiue phalangium, folia habet ſimi- Sphodyliũſeu
lia ferè platani, partim etiam panacis, caules cubitales ſi- Phalangium
miles fœniculo, ſemen grauis odoris, flores albos, radicem
item ſimilem raphano, naſcitur in paluſtribus. Dioſcor. Pli-
nius uerò hanc Leucanthemon etiam uocari dicit. Ela- Elaphoboſcõ
phoboſcon, Latini ceruicollum, caulis eſt rorimarino ſeu
fœniculo ſimilis, geniculatus, folia duorum digitorum lati-
tudine: in ſummo ſicuti fœniculum aut anethum, ſemina
umbellas, & capitula, radicem inſuper præſtanti ſapore
habet: caulis pro holere manditur, quo cerui commandu-
cato ſeſe purgant, occurruntq; uenenis animalium. Dul- Dulciradix
ciradix, id eſt γλυκυῤῥίζα, naſcitur in Ponto: eſt germen
ſurculos habens duorum digitorum, frequens, folijs craſ-
ſis, & glutinoſis tangenti: flos hyacinthi ſimilis, fructus pla-
tani pilulis magnitudine, aſperior tamen, folliculos habens
modo lentis. Radices oblongæ buxei coloris. Centaurea ma Centaurea
ior, folia habet iuglandi ſimilia, caulem ut lapathi, germina à
radice plura, in quibus capitula papaueri ſimilia, florem cæru
leũ. Centaurea minor ſimilis hyperico uel origano, caule an-
guloſo, flore ſuppurpureo, fructu ſimili tritico: radix parua,
amara, inciſa, uiridis eſt. Caucalis Latine Pedegallinaceum, Caucalis ſeu Pedegallinaceum
caulis eſt palmi longitudine, craßiculus, folia apio ſimilia, in
ſummo fœniculi modo umbellam albam & odoratam. Tra- Tragopogon
gopogon, id eſt barba hircina, caulis eſt breuis, folia croco
ſimilia: radix longa, dulcis: in ſummo caulis magnus calix, ubi
fructus niger ſimilis hircinæ barbæ. eſt enim cibo apta. Dio-
ſcor. Ornithogalon, id eſt, lac gallinaceum, caulis eſt deli- Ornithogalõ
catus, tenuis, ſubalbicans, tribus aut ad ſummum quatuor ger
minibus refertus, à quibus flores extrinſecus herbidi: aperti
autem lactei, & in media capitulum ſicuti milio: radix mo-
do bulbi manditur cruda & cocta. Eryſimum naſcitur in Eryſimum
hortis & domicilijs, folijs erucæ ſimilibus, caulibus modo
lori flexibilibus: in ſummo ſiliquæ cornu ſpecie, ſemina parua
habentibus, tritici ſapore, medicinis aptis. Ptarmice frutex Ptarmice
eſt ſurculos habens paruos, multos & rotundos, ſimiles
abrotani, circa quos folia longa ſimilia oleæ, capitulum
paruum, rotundum, odore acutum, ſternutamẽti excitatiuum,
unde nomen accepit. Pancratium quod Scillam quidam Pancratium
uocant, radix bulbo magno ſimilis, ſuffulua, tritici ſapore. fo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Lithoſperma lia lilio ſimilia, uim eandem quam & Scilla habet. Li-
thoſperma Latine Heraclea: folia ſimilia oleæ, molliora,
& humi proiecta, ſurculi recti, in ſummo bifidum germen
cauloſum habens, longa folia, iuxta quodlibet ſemen par-
uum prædurum eruo ſimile. naſcitur in aſperis & monto
ſis. Semen ex uino albo hauſtum, calculos terit, & uri-
nam prouocat. Dioſcor. Plinius autem magnopere pulchri-
tudinem huius extollit: gerit enim, ut ait, iuxta folia ſin-
gula ueluti barbulas, & earum in cacuminibus lapillos,
candore & rotunditate margaritarum, magnitudine cice-
ris. ipſa qua pediculis adhærent cauernulas habens, &
intus ſemen. Hanc ego item Romæ in thermis Diocle-
Phaleris tianis dirutis naſcentem uidi. Phaleris cauliculos emit-
tit ex tenuibus radicibus multos, ſimilis Zeæ, ſemen
Cepæa ueluti milio aliquanto longius. Cepæa portulacæ ſimi-
Hypericum lis, nigriore tamen folio, radice tenui. Hypericum ſiue
Chamæpitys Chamæpitys, dicitur quaſi parua pinus, quòd eius ſemen
oleat ſicuti reſina pini: folia rutæ ſimilia, frutex palmi
magnitudine, ſubrufus, flos albæ uiolæ ſimilis. Siliqua hor-
dei magnitudine, in qua ſemen nigrum redolens reſinam:
naſcitur in incultis & aſperis locis. Genera etiam Hype-
rici, Aſcyron, & Androſemon, & Coris, aliqua inter
ſe differentia. De Chamæpity alibi etiam dixi, alias ha-
Anageris bere proprietates. Anageris frutex, folijs & uirgis ſi-
milis uitici, grauis odoris: flos braßicæ referens fructum
in paruis corniculis, qui dureſcit circa uuæ maturitatem.
Dioſcor. Paulus uim dicit habere calidam & diaphoreti-
Buphtalmon cam, ac uomitionibus aptam. Buphtalmon, id eſt, bouis
oculus ſiue Cachlas: Latine Cappa carocina: caules emit-
tit delicatos, folia fœniculi ſpecie, flores melinos, bouis
Pæonia oculorum ſpecie: naſcitur in campis, & circa urbes. Pæo-
nia, Latine Caſta, caules emittit palmares, circa germi-
na retinens multa folia iuglandis ſimilia: habet in ſcapis
grana ſimilia punici mali, in quorum medio nigriora ſunt
Nymphæa quinque aut ſex. Nymphæa à Nympha dicitur, zelo-
typa in Herculem, ab eo'que propterea rhopalo interfe-
cta, & in hanc conuerſa: ideo à Græcis Heracleon uo-
cari. Qui ex ea bibunt, X I I. diebus genitura ac coitu
priuantur. Plinius. Naſcitur in paludibus, folia ſimilia Ci-
chorio: flos albus lilij modo: quando defloret, rotundus,
malo ſimilis, in ſummo modo papaueris turgeſcit, in quo
ſemen nigrum, radix item nigra. Altera Nymphæa, flo-
rem habet melinum, id eſt luteum: ſimilem roſæ nitore,
radicem albam, cætera primæ ſimilis. Reperitur uenalis
Scolopendrion in Circo Flaminio. Scolopendrium folia habet Scolopen-
dræ animali ſimilia, plura ab una radice: naſcitur in pe-
tris & muris ſine caule, flore & fructu: folia inciſa uti
polypodij, inferius ſuffulua & craſſa, ſuperius autem ui-
Hemionitis ridia. Hemionitis folium emittit ſimile dracontio, lunæ
falcatæ modo, radices multæ tenues: neque item caulem, neq;
fructũ, neq; florem ferens. naſcitur in petroſis: ſtyptica eſt, &
Splenion potata ex aceto ſpleni medetur, unde etiam Splenion dicta
Crategonon eſt. Crategonon quaſi firmans ſemen, id eſt, genituram.
folia tritici ſpecie ſimilia, ab ima radice calami plures
naſcuntur geniculati: fructus ſimilis milio: qui ſuccus ex
aqua fœminis epotus mane poſt menſes ſtatim, aut ante
conceptum tris dies maxime genituram iuuat. Dioſcor.
Plinius uerò hanc etiam ad maris procreationem dicit
iuuare. Dioſcorides autem id conferre Arrhenogonon po-
Thelygonũ tius, de quo paulò pòſt dicam. Thelygonon, id eſt θη-
λύγονον, folijs ſicut olea, caule breui, radice tenui: flo-
re albo, fructu modo papaueris, epotum fœminis fœmi-
Arrhenogonon neum producit fœtũ. Arrhenogonon cætera ſimile prio-
ri, fructu tantum differt, quem racemoſum habet, ſimi-
lem effloreſcentis oleæ, hæc marem parere, ſicuti prior
fœminam ex argumento nominum dant. autor Crateuas.

Ad deprehendendos autem fœtus iam conceptos, Aetius Ad fœtus deprehẽdendos
oraculum ponit: quum dextra mammilla tumidior, ſeu
quum dextræ manus arteria, uelocius pulſauerit, mas erit: am-
bo uerò contraria, ſi fœmina. Batrachium quatuor gene- Batrachium
rum reperitur, unum folijs ſimilibus corio, flore melino: radi-
ce parua, alba, amara: naſcitur iuxta fluenta. Alterum χνοω-
δέςερον, & longiore caule, folijs inciſis: naſcitur in Sardinia,
quod & apium agreſte nominant. Tertium ualde paruum,
haud bono odore, flore aureo. Quartum ſimile huic, flore
quaſi lacteo. Orchys folium habet humi ſparſum iuxta Orchys
imum caulem ſicut olea: florem purpureum, radicem bulbo-
ſam. Orchis alter quem Serapiam quidam uocant: folijs porri
ſimilibus, caule ſubpurpureo, radice teſticulis ſimili, unde no-
men accepit. Ibiſcum folio maluæ maiore, piloſioreq;: caule Ibiſcum
molli, flore melino. Oenothera folio roſaceo: flore amygda- Oenothera
læ aliquanto maiore. Huius radices ex uino ſumptæ, hilario-
res, ut aiunt faciũt. id compertũ ex uiribus uinaceis, quas hæc
herba poßidet: unde nomen accepit. Pteris Latine Filix, fo- Pteris
lia ſunt ſine caulibus, floribus, & fructibus uulgo notißima.

Thelypteris fœmina Filix, filici ſimilis, præterquàm quòd Thelypteris
non uno ſed pluribus ſurgit germinibus, & altioribus radici-
bus. Dryopteris filix eſt itẽ quæ naſcitur in parte antiquæ Dryopteris
quercus: minor quàm alia. Dioſcor. Plin. Dryophonon huic Dryophonon
ſimilem herbam ponit. Linozoſtis folio ſimili Ocymo ſiue Linozoſtis
Parietariæ: inuenitur uterq; ſexus, manditur pro holere. Pli-
nius uerò hanc & Parthenium & Mercurialem dicit appel-
lari, quòd à Mercurio inuenta ſit. Cynia Cauliculo delica- Cynia
to, ſubalto: folio hederæ ſimili, fructu folijs adiacente. Coly- Colybea
tea folio ſalicis, fructum in ſiliqua retinet, magnitudine lentis,
folio haud abſimili fœnogræco. Cnecum ſylueſtre & urba Cnecum
num fructu amaro & hirſuto, caulem profert: fidiculis poſt
imbres erumpit, nullum producit ſemen, hebeno ligno ſimilis:
folio buxi, utilis ad oculos, & ad colem tritum. Crategus Crategus
folio, fructu, & guſtu Meſpili ſimilis: quapropter ſylueſtrem
meſpilum quidam dixere. Iſopyron ſiue faſeolum, quod fa- Iſopyron
ſeolo ſit ſimile, in ſummo petalon contortum ferendo: ubi ſunt
capitula tenuia, plena ſemunibus ſimilibus melanthio guſtu, fo-
lium uerò aniſo. Rododaphne uel Nerium nota omnibus Rododaphne Nerium
herba eſt: intus accepta uenenum cunctis animalibus: extra
uerò contuſa ac illita corpori uim habet diaphoreticã. Co- Colocaſium
locaſium, cuius radix uirtute ſimilis cepæ: tactu lubrica ac ui-
ſcoſa, autor Aetius. Lagenis dicta, quòd inter ſaxa naſca- Lagenis
tur, longa herba, folijs longis inſtar capillorum. Hanc He-
truſci ſaxeficam, Romani Petræbarbam uocant. Cola- Colacia
cia folia habet alba in magno caule, in quorum medio
ramus florem retinens ſimilem quercui ſiue oleæ: naſci-
tur in montibus. Bunion, Latine Scoparegia, caulem Bunion Scoparegia
habet quadrangularem: folio apij, flore anethi, ſemine
odorato, calfacit, & urinam prouocat. Inuenitur & Pſeu-
dobunion. Leontopodium, Latine Palladion: herba duo- Leontopodiũ Palladion
rum digitorum: folio paruo & pingui, lanoſa & ſubal-
ba prope radicem flores nigri, fructus lanugine operti.
dicunt hanc ad philtra facere ſuſpenſam. Antirrhinum Antirrhinum
herba ſimilis Anagallidi: flores purpurei ſimiles Leucoio, ma
iores tamen: ideo agrectis lychnis uocatur. dicitur ſuſpen-
ſum ad gratiam facere. Dioſco. Paulus hanc dicit uim bu-
bonio ſimilem habere. Polygalum frutex palmaris, Polygalum
habens folia lenti ſimilia, guſtu aſtringit: lac extinctum
fœminis reddit. Dioſcorides. Plinius. Bromus inter fru- Bromus
menta naſcitur auenæ ſimilis; ſiccat & ſpargit, fluxio-
nibus prodeſt. Paulus. Sicys agreſtis, Latini Agreti: Sicys
fructu tantum differt à domeſtico, longis glandibus ſi-
milis: radice alba & magna: uim habet frigidam, humidam,
ac diureticam. Thapſia Ferula ſylueſtris: folijs & umbel- Thapſia
la anetho

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

la anetho ſimilis : flore melino , radice intus alba , exterius
nigra : in Thapſo inſula , unde nomen accepit , primum re-
Chamæſyce perta : calida eſt & humida , attrahit & ſpargit. Cha-
mæſyce χαμαισύκη , id eſt , parua ficus ſurculo quatuor di-
gitorum pleno ſucci , folijs ferè lentis prope terram , fru-
ctu ſub folijs rotundo , ſine caule uehemens guſtu , myrme-
cias aufert : ſuccus etiam cum melle ophthalmiæ medetur.
Chamælæa Paulus. Chamælea,id eſt , parua olea : ſurculos habet pal-
mares , folia ſimilia oleæ , amara guſtu : natura expultrix,
Epithymum ulceribus purgandis cum melle adhibetur. Paulus. Epi-
thymum flos eſt thymi durioris , ſimilis Tymbræ : ſunt &
Microcomum capitula parua , leuia , præpilata ueluti crinibus. Micro-
comum folio erucæ aſpero & craſſo , caule quadrangu-
lari : flore ocymi ſimilis : radice nigra & rotunda , ſicuti
Peplion paruo malo : naſcitur in petroſis. Peplion naſcitur in ma-
Peplus ritimis , folio ſimili portulacæ fructu ſicut pepli. Peplus
frutex eſt ſucci plenus : folio ſimili rutæ , coma humi diffu-
ſa & rotunda : ſub folijs paruus rotunduſq; fructus, her-
ba ad multa utilis , naſcitur in hortis. Dioſcor. Plinius au-
tem ſic. Peplus quam aliqui Sycen , alij Meconion aphro-
des uocant : ex una radice tenui frutificat : folijs rutæ pau-
lò latioribus , ſemine ſub folijs rotundo. inter uites ferè col-
ligitur meſſibus. Paulus uerò ambas has in purgando uim
Satyrium habere Tithymali dicit. Satyrium ſiue Trifolium : quo-
niam humi tria folia proijciat : lapatho ſiue lilio ſimilia:
flore item albo modo lilij , radice bulboſa , quæ dicitur in
Aron manu ſumpta uenerem excitare,potata multò magis. Aron
folia ſimilia dracontio , caulem palmarem fere purpureum,
in quo fructus croceus : folia condiuntur cibo : uim habet
Dracontia quam & dracontium. Dracontia naſcitur in ſepibus , co-
lore uario , uti draco , albis maculis , fructum fert in ſum-
mo caule racemoſum. Alia Dracontia folijs inuenitur he-
deraceis , caule ſerpentino baculi craſsitudine , eius aqua
auribus medetur. Apud Paulum calida eſt natura , mede-
Cicuta tur'que pota inteſtinis. Cicuta herba notiſsima , uenenis
apta ob frigiditatem. Socrati fatum attulit : Sorbitio tollit
Telephion quem dira cicutæ. Græci conion eam uocant. Telephion
portulacæ ſimilis : & caule & folijs craſsis & carnoſis.
Naſcitur in cultis maxime inter uites. Plinius Calida eſt Pau-
Trichomanes lo ex aceto ſumpta : leucas & alphos emendat. Tricho-
manes Adianto ſimilis , exilibus nigris'que folijs modo len-
Thalictrum ticulæ denſis. Plinius. Thalictrum folio Coriandri pin-
guiori paulum , caule purpureo : naſcitur ubique , præ-
ſertim in campeſtribus. medentur ulceribus folia cum mel-
Proſerpinaca le. Plinius. Proſerpinaca herba uulgo cognita. Plin. Phyl
Phyllon lon à Græcis uocatur , herba in ſaxoſis montibus fœmina
magis herbacei coloris , caule tenui , radice parua , ſemi-
ne rotundo , papaueri ſimilis : hæc ſui ſexus facit partus.
Phelandrion Mas autem tantum ſemine differt. Plinius. Phelandrion
naſcitur in paluſtribus , folio apij : bibitur ſemen eius ob
Phaleris calculos & ueſicæ incommoda. Plinius. Phaleris tyrſum
habet longum & tenuem , ceu calamum in ſummo flore
inclinatum. Plinius. Hæc calidam Paulo uim habet , bibi-
Periclimenos turq; ſuccus ad alui dolores. Periclimenos ex interual-
lo duo folia habet , ſubcandida , mollia. In cacumine autem
ſemen inter folia durum : naſcitur in aruis & ſepibus. Pli-
nius. Vim habet apud Paulum calidam , lienoſis ac dyſpnoi-
cis utilem , ſi potetur. Hanc Iulianus matriſyluiam nunc uo-
Myagros citatam dicit , Tuſcis autem uinciboſcum. Myagros her-
ba ferulacea : folijs ſimilis rubiæ , tripedanea , ſemen oleo-
Lathyris ſum , quod fit ex eo , medetur oris ulceribus. Plinius. La-
thyris folia habet multa lactucæ ſimilia : tenuiora germina
multa , in quibus ſemen tuniculis continetur , ut caparis:quæ
cum inaruere , eximuntur grana piperis magnitudine , can-
dida dulcia. hæc in aqua pura aut mulſa pota hydropicos ſa-

nat. Eadem Paulo genus tithymali eſt : cuius ſuccus ſimiliter
purgat. Plinius. Idea habet ueluti Oxymirſina, adhæreſcens Idea
ſicuti pampini, in quibus flos. Plinius. Huius radix Paulo aci-
da guſtu ad hæmorrhoidas facit. Iſopyron aliqui Phaſelion Iſopyron, ſeu
uocant : quoniam folium quod eſt Aniſo ſimile , in pampinos Phaſelion
torquetur. capitula ſunt in ſummo capite tenuia ſemine Me-
lantij , ualet contra tuſsim. Plinius. Holcus in aruis naſci- Holcus
tur ſiccis : ariſtas habet in cacumine tenui culmo , quale
hordeum reſtibile. Plinius. Galaton Cytiſo & lenticulæ Galaton
folijs ſimilis , auerſa candidiora. Coquitur in ſorbitione ſimi-
laginis ad excitandam copiam lactis. Plinius. Galion Pau- Galion
lo deſcribitur lappæ ſimilitudine : lac coagulat, ualet ad hæ-
morrhoidas. Hioſiris intubo ſimilis, ſed minor, tactu aſpe- Hioſiris
rior, contuſa uulneribus medetur. Plinius. Holoſteon her- Holoſteon
ba ex aduerſo appellata Græcis : quatuor digitorum lon-
gitudine , folijs tenuibus uſque ad capillamenti ſpeciem.
Plinius. Oribaſio uim hæc ſtypticam habet : rimis'que pro-
pterea adhibetur. Empetron quam noſtri Calcifragam Empetron
uocant : naſcitur in montibus maritimis ferè in ſaxo : quod Calcifraga
propius mari fuerit , ſalſa eſt , pota'que bilem excitat ac pi-
tuitas. Plinius. Polycnemon cunilæ bubulæ ſimilis eſt ſemi- Polycnemon
ne pulegij , ſurculoſa : multis geniculis , agri & dulci odo-
re. Plinius. Vim habet Oribaſio calfaciendi ac ſiccandi:qua-
re uulneribus adhibetur. Androſaces herba eſt alba , a- Androſaces
mara ſine folijs , folliculos in cirris habens , & in his ſemen:
naſcitur in maritimis Iſtriæ maxime , datur hydropicis.
Plinius. Eius etiam fructus eſt Oribaſio diureticus. Ana- Anagyros
gyros quam aliqui Acoton uocant : fruticoſa eſt , grauis
odore , flore olens , ſemen in corniculis gignit. Plin. Hæc
Oribaſio uim habet calidam & diaphoreticam. Arction Arction
ſimilis Verbaſco : folijs quidem hirſutior : ſed caule longo,
molli , ſemine cymini , naſcitur in petroſis , radice tenera
albaq;. Decoquitur in uino ad dentium dolorem. Plinius.

Aſclepias folia hederæ habet , ramos longos , radices Aſclepias
numeroſas , florem aureum , graue ſemen ferulaceum : na-
ſcitur in montibus. Plinius. Hanc ait Oribaſius uim ſiccandi
calfaciendiq; habere , prodeſſeq; contritam morſibus uene-
natis , uuluæq; & mammis. Aſter ab aliquibus Bubonion, Aſter
quod inguinibus præſentaneum remedium ſit : cauliculis eſt
folijſq; oblongis duobus aut tribus in cacumine , capitula
ſtellæ modo radiata. Bibitur aduerſus ſerpentes. Plinius.

Dipſacos folia lactucæ habet , bullas ſpinoſas in dorſi Dipſacos
medio , caulem duorum cubitorum horridum : genicula
eius binis folijs amplectentibus , concauo alarum ſinu , quo
ſubſiſtit ros ſalſus. in cacumine capitula ſunt echinata ſpi-
nis : naſcitur in aquoſis , ſanat rimas ſedis. Plinius. Circea Circea
ſtrichno ſatiuo ſimilis : flore nigro , puſillo , paruoq; ſemi-
ne , ut milij naſcentis in corniculis : radice ſemipedali , al-
ba , odorata. Naſcitur in apricis: bibitur ob dolorem uuluæ.
Plinius. Dioſcor. Circeſion cauliculus duorum cubitorum Circeſion
triangulo ſimilis:folijs ſpinoſis circundatus , folia linguæ bo-
uis ſimilia , & in cacumine capitulata , purpureas'que ſol-
uuntur in lanugines. Plinius. Calla uua ſimilis aro , ean- Calla
demq; uim habet : alterum eius genus quidam anchuſam uo-
cant, alij Rinocliſiam:habet folia lactucæ longiora, plumoſa, ra
dice rubra , quæ ignes ſacros cum folio polentæ impoſita ſa-
nat. Plin. Pſyllion à pulicibus nomen accepit: quorum ſimi- Pſyllion
litudinem eius referat ſemen, cuius in medicinis cõpoſitio uim
habet frigorificam, ut ait Aetius. Liguſtrum nonnulli Get- Liguſtrum
ſominum hodie putant , quod caducum id faciat Vergilius:
ego potius id Leucanthemon ex Dioſcoridis deſcriptione,
uti ſuprà narraui. Vaccinia ſi uiolæ ſunt : primæ uio- Vaccinia
laceæ quæ in ſepibus apparent , tenui feſtuca , modo ſunt:
nam has Dioſcor. & Plinius ἴα : hoc eſt , uiolas pro-
prio uocabulo appellant. Erunt igitur alia uiolaria eiuſdem
coloris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Lutea coloris,quæ poſt luteam ueniunt. Lutea quoque duplici cer
nitur ſpecie,quæ lutea dicitur & prima.Deinde Călta minu-
tiore folio ſtatim ſequitur.

SIMPLICIVM GENERATIM NATVRA EX ORIBASIO.

EX prædictis autem diuerſæ ſunt poteſtates. Calfactoria
aut frigorifica primo,ſecundo, tertio, & quarto ordine.
In hoc ultimo uenena ſunt omnia & letifera, Græcè δηλη-
Præſeruatiua τήρια, quorum prophylacticon fuerit nepetam quotidie de-
guſtare,& ex Stratonis medici ſententia x x.rutæ folia cum
duabus nucibus,totidemq́; ficubus ac ſale. Ex Aſclepiadis ue-
rò:baccas iuniperi contuſas,melleq́; commixtas, nucis ponti-
cæ miagnitudine, ex melicrato ſtatim à balneo potare. Sum-
pto autem ueneno remedium quod alexipharmacum uocant:
Rutæ ſeminum grana nouem trita & ex aqua pota.Sed ante
omnia uomere neceſſe: prouocabitur autem oleo tepido hau-
ſto, uel butyro ex aqua calida, uel maluæ decocto ex oleo.
Poſt uomitum raphanos plures edendum, uel tritos aqua
Tenuia tepita bibendum. In tenues quædam partes cõuertuntur, id
eſt,λεπτομερῆ,ut abrotanum,uitex,ſandix,,anthemis, ariſto-
lochia,arnogloſſum,aromata omnia,deniq; odorata, calidaq́;
& acuta. Ex animalibus uerò piſciculi ex petris, auiculæ ex
montibus: animalia cætera, ſi agitata exercitataq́; prius fue-
rint:ſiccioribusq́; cibis magiſquàm humidioribus nutrita: è
piſcibus uerò qui molliore ſunt carne:duri autem uiſcoſi mi-
nime ſalubres. Mel quoque & oximel maxime tenuant.
Craſſa Craßi rurſus humoris, id eſt, παχυμερῆ ſunt magni pi-
ſces:conchæ omnes,anguillæ.Ex carnibus, ſuilla,bubula,cer-
uina,hepar, renes, teſticuli:Caſeus omnis, præſertim uetus,
lac,oxigala,protogala, oua ſi ad concretionem uſque elixan-
tur,& aſſata multo magis:caſtaneæ cariotides,bulbi, fungi,
cucurbitæ,citri caro,uina dulcia, magisq́; nigra & pinguia
& noua:deniq; panes improbi.Quæ quidem omnia robuſtio
ribus cõueniunt,qui & exercitatione multa & ſomno immo-
Emollientia dico cõcoquere ſunt apti. Emolliẽtia,id eſt, ἄδηκτα omnia
calida,ut adipes,oleũ,& his ſimilia. Dureſcunt partes ob ſic-
citatem,ob plenitudinem, ob concretionem.Primo modo ex
humore reſoluuntur:ſecundo purgatione,tertio ex calore me
diocri,ſi concretio ex frigore fiat: nam uehemens calor con-
Expulſoria cretionem facit maiorem. Sunt item ῥυκτικὰ,id eſt,expul-
Adtractoria ſoria:καὶ ἑλκτικὰ adtractoria,quæcũq; ſunt tenuãtia & dul
cia:ueluti orobi,faba,ordeum,lupinum,teſtæ concharum. te-
ſtudinum cinis,ſerum lactis,mel,amigdala,anagallides,aſpara
gus, pepones, porri,oui album, narciſci bulbus,hyacinthus.
Obducentia Ἐπουλωτικὰ,id eſt, obducentia ſunt mediocriter calida &
denſantia:nam calida uehementer ſcabroſitatem pariunt:præ-
Cohibentia terea cepa,allium,oleum irinum. Cohibentia tumores,ela-
tumores terium,cucurbitæ ſylueſtris radix,ochra,mandragora, teſtæ
concharum torridæ,lapis æmatites contritus,faba,æris ſqua-
ma.Attrahunt autem ad ſumma Cynoſbati folia, betæ radix,
mentaſtrum,hyſopum,origanum, linoſperma, aſphodeli ra-
Diaphoretica dix:præterea acuta omnia & amara. Diaphoretica natura
calida exiſtunt,ſudorem excludunt,ſanguinem tenuant,poros
rarefaciunt,urinam prouocant, id eſt,diuretica: denique ſty-
pticis in omnibus ferè contraria: huiuſmodi ſunt abrotanum,
agaricum, adiantum,ægilops,artemis,daucon,altea, ſambu-
cus,oleum dulce,cyminum,thaßia,arundinis folia toſta,braßi-
cæ folia,Malua ſylueſtris,oleum roſaceum,ruta,pix,porrum,
caſeus uetus,ſtecteria,hyoſcyamus,teſtudinis cinis & caro,fi-
cus aridæ,beta alba, ſampſucum,ſales,nitrum, omnis adeps,
Adſtringẽtia ſtercus omne. Adſtringunt autem oleaſter,iuncus, apium,
ſemperuiuum,papauer,cytiſus, œnanthe, braßica bis cocta,
ſpongia toſta,Rhamnus,aloe,urtica,coccum,glans, nymphea,
cariotides,oui uitellus coctus,paliurus,hippuris, ſanguis con-
cretus,cyprus,multaq́; præterea alia. Ἐκφρακτικὰ, id eſt,
apertiua: ptiſana,tilis,melopepones,faba:cicer,præſertim ni- Apertiua
grum,betarum ſuccus,bulbi,cepa,allium,porrũ, ficus aridæ,
amygdala,raphanus,capparis,mel,oximel,uinum tenue ac ue
tus.Ἐμφρακτικὰ,id eſt,obducentia ſunt omnia ferè dulcia ac
ſpleni hepatiq́; aduerſa:ut palmulæ,farina triticea:in aquati-
libus quæ uocantur malacoderma & oſtracoderma. Ὑπα-
κτικὰ,id eſt,uentrem mouentia.Braßica,oliua cõditanea ante Ventrem mouentia
cibum:lac liquidum,carnes animalium iuuenum: malua, beta
recens cum melle,pepones,melopepones,ficus,uuæ,mora: iu-
glandes recentes & ſiccæ in aqua reuireſcentes: pruna re-
centia. Ἐφεκτικὰ, id eſt,uentrem adſtringentia, braßica
bis cocta,pruna piraq́; acerba, ſorba, oriza, farina ex uino
epota,panicum,milium,caro leporina,granata auſtera:uinum
auſterum. Δύσπεπτα,id eſt,difficili concoctione, ſunt caro Quæ ſunt difficili concoctione
hædina,bubula,ceruina,hircina,ſuilla: anſeres præterquã alæ,
palumbi,turdi,pauones,turtures,anates, uentres omnium uo
lucrum.In animalibus quoque uulua,hepar,aures,cauda,uen-
ter,cerebrum,cochleæ,phaſeolus:cicer,lens, lupinũ, milium,
panicum,paſtinaca,acerba omnia,caſtaneæ,palmulæ, nuces,
holerum radices omnes ſimul cum ipſis holeribus, præter-
quam lactuca & intubum:uinum craſſum ac recẽs. Πολύ-
τροφα,id eſt,ualde nutrientia:ſuis domeſticæ caro, cerebrum Valde nutrientia
bubulum:teſtes,cor,medulla,alæ anſerinæ & gallinaceæ: uo-
latilium uentres,cochleæ præſertim bis coctæ, legumina ferè
omnia, & quæ ſunt craßi humoris: præterea omnia δύσ-
φθαρτα,id eſt,quæ difficile corrumpuntur, ut ſunt pauones
inter aues:in aquatilibus uerò malacoderma,ut ranæ, gram-
mari,cancri, & huius generis. Augent genituram omnia Augentia genituram
φυσώδη,id eſt,inflantia & calida:maximeq́; nutriunt uuæ,fa-
ba,ficus recentes,ſatyrium & his ſimilia. Continent autem ue
nerem,ac tardant omnia frigida ac denſantia, ut lactuca, cu-
curbita,atraphaxis,mora,melopepones. Siccantia uerò quan-
quam calida,minime genituram augent, ueluti ruta:ſicca ue-
rò ac frigida tanto minus,ut nympheæ radix.

PROGNOSTICA TEMPORVM.

IN plantis ac ſationibus, & lunaris ratio, & temporum
prognoſtica dignoſcenda.In prima errare nõ eſt, ut in his
quæ ſerimus & augeri uolumus, luna creſcens adhibeatur.
In his autem quæ demetimus deficiens. In ipſo quoque coitu
plurima ex ſententia Columellæ coaleſcunt. Varro etiam eos
qui luna decreſcente attondentur, fieri confeſtim caluos di-
cit:quare accepimus Tyberiũ Imper. in capillo tondẽdo eam
obſeruaſſe. Quin audent mathematici dicere, non defu-
turam ei animi trictitiam, qui ungues ſeu crines luna ad-
fecta inciderit: quod mihi quidem minime perſuadent. Pro-
gnoſtica uerò ex Virgilij Geor.ſingula ad pluuias,uentos, &
tranquillitatem ordine deprehendes. Illa tamen generatim
ante omnia animaduertenda, quæ autor quidam Græcus de-
ſcribit. Ait enim ex ortu occaſuq́; ſignorum cœleſtium plu-
rimum cognoſci oportere, ſed præter cætera ſolis & lu-
næ. Primum enim temporum diuiſiones æquales inſpicien-
dæ,ex quibus annus,menſis,& dies quis futurus deprehendi-
tur.Verbi gratia.Annum diuidit ortus Pleiadum uſq; ad occa
ſum earum. Itidem & tropica & æquinoctia faciunt. Nam
qualis temporum conſtitutio fuerit Pleiadibus occidentibus,
ita plerunq; fuerit uſq; ad tropicum hybernum: Inde uerò ad
æquinoctium.Inde rurſus ad Pleiadum ortum: hinc poſtre-
mo uſque ad Pleiadum occaſum.Eadem quoq; ratio menſis in
lunæ coitu,plena,octaua,quarta,tam creſcentis quàm decre-
ſcentis.Eodem modo diei partes oriente ſole,mane, meredie,
crepuſculo,ſole occidente.In his igitur terminis mutatio ple-
runq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

runq; fit ad terminum uſque alterum. Præterea quum ſol nouum ingreditur ſignum, magnum in toto illius curſu momentum habet.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM

LIB. XXVII.

DE METALLICIS.

NVNC *ad metallica tranſeundum, quorum Ariſtoteles in libro* III. *Meteororum cauſam dicit eſſe exhalationem ſub terra. Quæ ſicca eſt, τηκτὰ, id eſt, liquabilia generat, ut alumen, ſulphur, arſenicum, lapidem. Aut humida eſt, & fuſilia aut ductilia procreat: ut aurum, argentum, ferrum, & huius generis ſimilia. Theophraſtus uerò ait in libro de lapidibus: Quæcunq; ſub terra ſunt, aut aquæ plurimum aut terræ retinent. Aquam retinent metallica, ut aurum, argentum, æs, ferrum: Terram uerò lapides, & quæcunque lapidibus conſtant. Ex his igitur, quæ plus aquæ cōtinent grauiora ſunt quàm quæ è terra ſicciore, ut ferrum grauius lapide, aurū uerò ferro & ære.*

De auro

Præcipuam inter hæc gratiam Pli. auro tribuit, non ob pulchritudinem: quando argentum clarius, dieiq́; ſimilius ſplendore eſt: ſed quod ex omnibus unum igni reſiſtat, in eoq́; potius perficiatur. Altera cauſa, quod minimum uſu deteritur, quū cæteris mettallis manus ſordeſcant, decidua cōtinuo materia. Præterea ſalis acetiq́; ſuccis rerum domitoribus reſiſtit, nulla rubigine abſumitur. Nec aliud laxius dilatatur aut numeroſius diuiditur in bracteas, in ſtrigiles, id eſt, paruas maſſas, in minuta etiam ramenta. Deinde netur, texitur, ſine alia materia.

Placas

Placas Romana Hiſpanaq́; lingua, ſelibrales auri purgatioris glebas Varro ait uocari. Plinius uerò palacas maſſas auri in puteis repertas, quatuor & amplius librarū pondere, quas alij, inquit, Palacranas uocāt. Adrianus Imper. dicere ſolebat, plus eſſe auri in rerum natura, quàm reliquorum metallorum, uerum in bracteas ueſteſq́; uariaq́; ornamenta abſumi. Annulus ex auro manui ſiniſtræ Romanis adhibebatur, qui diſtinguebat equitem à plebe, ſicuti tunica ſenatum. Aurum factitium ex auri pigmento fit. Foditur apud Indos à Grypibus & formicis. Apud Delmatas Neronis tempore, nunc in Pannonia cenſetur. Aurea corona triumphantium erat, & aurum Coronarium apud Spartianum erat pecunia collata in ſumptus diadematis & coronæ noui principis. Auro Theatrum Nero in unum diem operuit, quod mōſtrauit Tiridati Armeniæ regi.

Auri glutinū

Auri glutinum Chryſocolla, ſicuti Argilla ferro, Cadmia æris maßis, Alumen laminis, Reſina plumbi, Stannum æramentis, Stanno uerò argentum.

Nummus aureus

Nummum aureum, iam inde uſq; ad Iuſtiniani tempora non licuiſſe omnibus cudi ſicuti hodie, autor eſt Procopius.

De argento. Argentum uiuum

Argētum foditur in aurarijs, in quibus & argentum uiuum. Quæ uomica eſt quædam liquoris æterni: uenenum rerum omnium, omnia exedens: cui ſupernatant omnia præter aurū, quod unū ad ſe trahit.

Hydrargyriū

Hydrargyrium in uicem argenti uiui Pli. lib. XXXIIII. *facere docet. Inuenitur in eiſdem uenis ſpuma lapidis candidi, quam Stibiam aliqui, nonnulli Alabaſtriā uocant, non tamē lucet. Fit & in eiſdem quod dicitur argenti ſpuma. Genera eius tria, Chryſites, Argyrites, Chalybites. Spuma tantum à Scoria diſtat, quātum à fece ſpuma. Eſt enim Scoria fex omnis metalli.*

Stibia. Argēti ſpuma. Scoria. Minium. Argēteus nūmus

Reperitur & Minium in eiſdem uenis. Plin. Argenteo nummo ante Pyrrhi uictoriam non ſunt uſi Romani: cum X. *pondo argenti poßidentes tunc à Cenſoribus notatos fuiſſe Liu. ſit autor. Quò deinde luxus uenit? Curio poſtea ludos ſcena argentea fecit. Sed & quod fœdius religioni, noſtra ætate Petrus cardinalis S. Sixti ordinis Minorum,* CCC. *pondo argenti facti in conuiuijs oſtentabat. Genera eius tria, candidum primum omnium, deinde ruffum, poſtremo nigrum.*

Adulterini experimentum

Eſt aliquod experimentum adulterini, ſi adhibitum hominis ori, ex anhelitu protinus ſudet, nubēq́; diſcutiat. Argentū & æs pro pecunia intelligitur, & exargentare, in pecuniam redigere apud Cic. è Græco deductum uocabulo ἐξαργυρίζειν. Anaglypha uocantur argentea in aſperitatem exciſa. Aes ante aurū & argentum in uſu fuiſſe, indicio ſunt Stipis autoritas & æra militū, & Tribuni Aerarij & Aerariū: & Obærati, & collegium Fabrorū ærariorum tertio inſtituto à Numa ordinatū. Genera eius Corinthiū, Deliacum, Aegineticū, Cyprium. Sed & Salluſtianum & Liuianū in Gallia, utrunq; à dominis appellatum, alterum ab amico, alterū ab uxore Auguſti.

Aurichalcum. Orichalcum

Præſtantißimum in hoc genere Aurichalcū, quod ait Plin. iam ſuo tēpore cœpiſſe deſinere effœta tellure. Meminit Orichalci Apollonius in Argonautis, de quo eius enarrator Græcus ſic ait. Orichalcum ſpecies eſt æris à quodam Orio inuentore cognominatum. Ariſtot. autem in τελεταῖς dicit, huius neq; nomen, neq; ſpeciem inueniri, ſed tantū à quibuſdam imaginari. Meminere etiam eius Steſichorus & Bacchilides. Hoc igitur ex argumento eſt quod hoc tempore Lotonem Italici uocant, non foßiciū, ſed factitium.

Aurichalcum factitium

in Britannia & Gallia (tingūt enim æs lapide quodam ruſo eius regionis peculiari) in ahenis conflatum. Pli. item dicit æs album reperiri, & alterum flaueſcēs ex auri natura.

Cadmia. Chalcitis

Præterea æs præter uenam è duplici lapidum æroſorum genere exprimi, quorum alter Cadmia, alter Chalcitis dicitur: hac tantum differentia, quòd alter è ſubdiali petra cæditur, alter Cadmia ex obruta.

Pompholix. Spodion

Pompholicem quoque & Spodion in ærarijs metallis inueniri. Differētia quod Pompholix Arabice Tutia dicitur, quæ bullæ modo tecto fornacis adhæret. Craßior uerò materia & nigrior, quæ infernis partibus adhæſit, uocatur Spodium.

Aēris ſquama & Rubigo

Aēris item Squama, & Rubigo, et Scoria ad multas aptæ medicinas & uſus. Çū perficitur in panes redigitur.

Aēs collectaneum. Electrum

Aēs collectaneum Plin. uocat ex uſu. Dicit etiam Electrum ex auro & quinta æris parte fieri. Homerus Menelai regiam ex electro dicit fulgentem. Eſt & electrum ſuccinum, ut poſtea dicetur.

Stannum. Plumbum

Stānum plumbum'ue aut ſua proueniunt uena, aut cum argento naſcuntur. Eſt enim plumbum album & nigrum, alterum ſine altero inter ſe glutinari non poteſt. Stannum apud inſulas Caßiterides in Hiſpania effodiebatur, ab eius nomine appellatas. Nunc ex Britannia exportatur. Stanno ahena illinuntur, quod ſaporem gratiorem reddant, ſimul & compeſcant rubiginis uirus. Fiunt & ex eo ſpecula. Adulteratur quoque ex ære & plumbo albo. Præterea illitum aceto & alumine colorem ærei reddit.

Molybdæna. Ferrum

Molybdæna materia ſimilis plumbo. Ferrum ex Bilbili & Cantabriæ maritimis montibus: ex Italia quoq; Comenſi, & ex Ilua laudatur à Plinio. Optimum æroſum, fragileq́; eſt, quam præſtantiā tribuit aut loci natura in Noricis, aut aqua ut Sulmone, aut certe temperatura. Nucleus enim ferri coquitur ad indurandam aciē, ex quo Aciaiū Italici uocant.

Stricturæ

Stricturæ uerò & in hoc genere appellantur ex eadem cauſa, à ſtringenda uidelicet acie. Traditur & ferrum ſanguine humano, ſiquando tinctum, celerius rubiginem ſentire. ex Plinio. Ferrum conflatile Glaucus Chius teſte Pauſania fecit, qui ex eo ſtatuam primus finxit.

Chalcanthum. Atramentum ſutorium

AD *reliqua ueniam foßilia, in quibus rarior materia ac liquabilior, plus'que æris, hoc eſt, fumoſæ euaporationis ineſt, ac primum quod Græci χάλκανθον Chalcanthum uocant. Plinius uerò* XXIIII. *Atramentum ſutorium.*

Italici

Italici uitreolum appellant, diuerſum ab atramento, quod
Scriptorium
Celſus ſcriptorium, Vitruuius librarium nominat. Eiuſdem etiam generis & Sori & melantheria ſiue melanthium eſt. Foßile ac factitium eſſe Plinius dicit, fieri'que in Hiſpania in puteis habentibus id genus aquæ. Decoquitur aqua mixta dulci, pari menſura, & in piſcinis ligneis funditur, in quibus tranſtra & reſtes dependentes ponunt, ſuper quibus adhæreſcit modo uuæ uitreis acinis exceptum: ſiccatur diebus x x x. color cæruleus eſt ac nitens, utilis tingendis corijs. dicit & alijs etiam modis fieri. Dioſcorides dicit chalcanthum eſſe humorem pluribus modis & generibus concretum. eſſe ϛαλακτικόν, id eſt, ſtillatitium, quod guttatim ex humidis & confractis locis ſtillat. eſſe & πηκτὸν, id eſt, concretitium, quod è ſpeluncis coit. Tertium ἑφθόν, id eſt, elixum: è uena enim excerptum cum aqua decoquitur, deinde in uaſa transfunditur: hoc enim concreſcit diuerſa ſpecie. Optimum graue, denſum, lucidum eſt, uſus eius ad fulloniam. hæc ille. Inuenitur item hodie in agro Volaterrano copioſum circa lacunas, fumo, ſpiritu'que ferente erumpens, redigitur'que in panes &
Melantheria
mercis gratia exportatur. Melantheria ſiue Melanthium, & hoc de genere uitreoli, inuenitur in terræ ſuperficie, ubi æs præſertim extrahitur. Inuenitur quædam foßilis in Cilicia & alijs quibuſdam locis. Excellit quæ colore ſulphuris leuis & pura, fit & ſtatim nigreſcens ubi aquam attigerit: uim habet cauſticam eandem quam Myſi. Appellant enim Græci μῦσι & σῶρι, non procul ab his generibus
Sori
ſupradictis. Fiunt enim ex lapide Chalcitide. Sori Aegyptium maxime laudatur, grauius olfactu, attritu nigre-
Myſi
ſcens, & ſpongioſum: uomitiones olfactu mouet. Myſi accipien[illegible]um Cyprium aureo colore, durum, & in fractione ſtellis quibuſdam micans, Aegyptium & hoc excellit. Hoc autem miſcent qui aurum purgant. Vis eadem in medicinis ei quæ & Chalcitidi. Chalciten uocant lapidem, ex quo æs extrahitur, ut ſuprà commemoraui. Elige aureo
Alumen
colore ac friabilem. Hæc ferè ex Dioſcoride. Alumen Græci ϛυπτηρίαν uocant: uis eius ſtringendi & tingendi. Inuenitur album & nigrum, præterea liquidum & ſpiſſum. Liquidum fit ex aquæ limo, hoc eſt, terræ æſtuantis natura corriuatum hyeme, æſtiuis ſolibus induratum. Concretum alumen Græcè σχιϛὸν ob capillamenta quædam canentia quæ apparent, fitq; ex lapide, ac τριχίτην propterea dicebant, inueniebaturq; in Aegypto, ac in Melo inſula & Macedonia. Dioſcor. & Plinius. Nunc uerò foditur nuper inuentum pluribus in locis in Hetruria, apud Forum Claudij, præterea in agro Maſſano & Volaterrano, ſed Volaterranum iam deſijt. Fit autem hoc modo, Coquitur gleba in ahenis. Deinde in piſcinis ligneis liquatum demittitur poſitis tranſtris, quibus alumen con-
Sulphur
cretum adhæreſcit. Sulphuris genera quatuor, unum quod Apyron uocant, naſcitur & gleboſum, translucetq; & uiret. Alterum appellant Glebam fulloniam, tantum officinis familiare. Tertium Aegulam, cuius uſus tantum ad ſuffiendas lanas, quoniam candorem tantum mollitiemq; confert. Quartum ad lychnia conficienda potißimum, naſcitur in inſulis Aeolijs & Melo inſula. Nunc uerò & in agro Volaterrano extrahitur foßilis gleba, igneq; perficitur, in fi-
Bitumen
ſtulas redigitur auri coloris. Bituminis quoque proxima ſulphuri natura, cum ardeat uice lucernarum, & uicem calcis Babylonijs muris dicitur ſuppeditaſſe: Græci ἄσφαλτον id dicunt liquidum. πισσάσφαλτον uerò ex glutino
Naphthe
picis & bituminis, reperitur in Syria & India. Naphthe item Plin. bituminis genus dicitur. Sandaraca inſuper & Arſenicum inueniuntur in aurarijs argentarijsq; metallis, & ex
Sandaraca
eadem penè materia. Sandaraca melior quo magis rufa ac pura friabilisq;, & ſulphur ſapiat, ui eadem & coctione qua
Arſenicum
Arſenicum. eſt enim Arſenicum optimũ aureo colore, ac ſquamoſum. Ex Dioſcoride & Pli. Sandaracam hodie uernicē uocari quidam affirmant, fieriq; etiam ex reſina arboris cedri.

Vitrum
Vitrum inuentũ Pli. hoc modo refert, Mercatores appulſi ad littus fluminis Beli iuxta Ptolemaidē coloniã cortinis in littore paratis ſuper nitri glebis epulãdi cauſa, arena forte permixta nitro, uitrũ genuit. Deinde officinæ cœptæ, & aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud aliter cælatur, tingi-
Vitra Obſidiana
turq; opere obſidiano. Obſidiana enim uitra appellantur ab Obſidio quodam inuentore circa Auguſti tempora, nigra primum, dein rubentia, alba, murrhina, hyacinthina, ſapphirea, omnibusq; alijs coloribus nec eſt ulla ſequatior materia, aut etiam picturæ accommodatior, ſiue ad uaſa potoria, aut eſcaria, aut in parietibus uice ſpeculorum. Maximus tamen honos in candido translucente, proxima cryſtalli ſimilitudine. Vſus uerò ad potandum argenti & auri metalla pepulit. Tinguntur & in hoc genere calculi, quos abaculos uocant, pluribus modis uerſicolores. Excogitatum Tyberij tempore, ut uitrum flexibile eſſet. Inuentoris officina penitus fuit abolita, cum metallis precioſis detraheret. In hoc enim genere precium facit fragilitas. hæc Plin. Nunc
Vitra Murania
eadem arte uitra Murania noſtrum appellat ſeculum ex loco prope Venetias, ubi nobilis eorum officina. De uitro Theophraſtus ſic ait, καὶ ὁ ὕαλος ἐκ τῆς ὑέλιδος, ὅτινες, φασιν, καὶ αὐτῇ πυκνώσει γίνεται ἰδιωτάτη δὲ ἡ τῷ χαλκῷ μιγνυμένη. πρὸς γὰρ τῷ τήκεσθαι καὶ μίγνυσθαι καὶ δύναμιν ἔχει περιττὴν, ὥστε τῷ κάλλει τὰς χρόας ποιεῖν διαφοράν. Et uitrum, quidam dicunt, ex hyelide, & ipſa denſitate fit maxime una ære mixta. nam præter quod liqueſcit & commiſcetur, uim habet ſuperfluam, ita ut pulchri-
De Sale
tudine coloris faciat diuerſitatem. Sal autem natiuus eſt aut factitius, prior efficacior ſecundum Dioſcoridem, ut in Indiæ monte Ormeno creditur renaſcens. Apud Cyprũ ſal hammoniacum appellatur, quod in arena reperiatur. In Chaonia excoquunt aquam fontanam, refrigerandoq; ſalem faciunt teretem neq; candidum. Tarentinus candidior ſiccatur in quodam lacu. Nunc in agro Volaterrano præſtantißimus ac candidiſſimus omnium fit, toti Hetruriæ ſuppeditans, Aggeritur ex puteis altißimis aqua & in cortinis plumbeis decoquitur, paulatim in ſal denſatur & extrahitur, unicum relictum illi populo uectigal. Ancus Martius rex Salinas primus inſtituit, deditq; populo congiarium ſalis modiorum ſex milia. Sale ueteres uice pulmentarij uſos fuiſſe autor eſt Varro. Eſitaſſe enim ſalem cum caſeo in prouerbio eſt. Ex muria, id eſt, aqua ſalſamentorum fit etiam ſal. Hodie quoque candidiſ-
Nitrum
ſimum faciunt è ſale marino in ahenis decocto. Nitrum lapis eſt, ſulphuri commixtum natura proximum ſali: probatio ut ſit tenuißimum, maximeq; ſpongioſum, fiſtuloſumq;, & album. Nitrariæ nihil aliud producunt, quum ſalinæ etiam herbas. Aquæ nitroſæ pluribus in locis reperiuntur, non tamen uim denſandi habent. Apud Epirum fit eodem modo quo
Spuma Nitri
ſal, niſi quòd ſalinis infundunt, quod uocant ἀφρόνιτρον, id eſt, ſpumam nitri. In Aſia in ſpeluncis diſtillantem colligunt, in alijs item fit locis. Hæc & nitrum uim habent ſimilem ſalis, aliquantulo maiorem, denſandiq; ac tingendi naturam.
Halmigara Chaloſtricũ
Quod fit apud Medos nitrum, uocant Halmigara, apud Macedoniam Chaloſtricúm. Sal & nitrum ſulphuri concoctum dureſcit in lapidem. Ex Dioſcoride & Plinio. Ex nitro enim hodie puluerem præparant, inflammandis, impellendisq; inſtrumentis bellicis aptißimum, igni quamuis mini-
Arceſſita
mo adhibito, nouo ſanè inuento. Arceßita genus gummi apud Colchos ex petris colligitur Dionyſius poëta, πέτρας, αἳ φύουσιν ἀφεγγέα ἀρκεσίτην, id eſt, petras, quæ producunt non lucidam Arceßitam.

De pig

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

DE PIGMENTIS.

PIGMENTA, aut fiunt aut naſcuntur, Naſcitur
Sinopis, Rubrica, Parætoniũ, Melinum, Eretria, Au-
ripigmentum: cætera fingũtur, Præſtantiora quæ in metal-
lis reperiuntur. uiliora ſunt Ochra, Ceruſſa uſta, Sanda-
raca, Sandix, Syriacũ, Atramentũ. Sed rurſus hæc & ſi qua
Sinopis ſunt alia repetam. Sinopis à Sinopi Ponti ciuitate uenit.
Tres eius ſpecies, Rubra, minus rubra, & horum interme-
dia, quam Rubricam eſſe quidam uolunt, Græce ἐρυθράν.
Hanc in precio fuiſſe Troianis inde temporibus Homerus
Minium teſtatur, qui Rubrica naues illitas commendat. Minium
Græce μίλτος effoditur ex argentarijs metallis, colore
Cinnabari item rubro, magnæ apud antiquos autoritatis. Hoc ſiquidem
inficiebantur Iuppiter & triumphantes. Cinnabari κιν-
νάβαρι. Sic enim in Libya uocant ſaniem Draconis ſangui-
ne permixtam elephantorum in pugna ſimul morientium.
autores Dioſcorides Plinius. De Cinnabari Thephraſtus.
Γίνεται δέ τε μὲν αὐτοφύες, τὸ περὶ Ἰβηρίαν σκληρὸν σφό-
δρα καὶ λιθῶδες, καὶ τὸ ἐν κόλχοις ἐκ κρημνῶν, ὃ κατα-
βάλλουσι τοξεύοντες. Τὸ δὲ κατ᾽ ἐργασίαν ὑπὲρ ἐφέσου μικρὸν,
ἐξ ἑνὸς τόπου μόνον δ᾽ ἐστὶν ἄμαυρον, ὃ συλλέγουσι λαμ-
πυρίζον καθάπερ ὁ κρόκος, id eſt, Naſcitur autem natura-
liter, quod in Iberia, durũ admodum & lapideũ, & quod in
Colchis, è præruptis ſaxis, quod deijciunt ſagittarij: quod ex
Epheſo, parui lucri, in uno tantum loco eſt fluens, quod col-
Purpuriſſum ligunt ſplendens uelut crocum. Purpuriſſum Græce ἀν-
δρείκελος, inter ea quæ ob magnũ precium à Domino pin-
genti dantur, ut ait Plin. ex Creta fit argentaria, cum purpu
ris pariter tingitur. uſus eius plurimis inficiendis mulierum
Sandaraca uultibus, proq; minio à fullonibus accipitur. Hæc omnia ru-
Ochra bri ſunt ferè coloris. Sandaracam & Ochram Iuba tradit
in inſula maris rubri Topazo naſci, ſed ad nos non uehi.
Quomodo autem fiant, ſuprà narraui, ſimul & arſenicum.
Nam hæc & auripigmentũ & ſandix & melinũ aurei ſunt
Sandix pallidiq; coloris. Sandix è Sandaraca & rubrica æquis
partibus, ut ſcribit Plin. fit quanquam Virgil. Sandicem her-
Melinum bam intelligere uoluiſſe uidetur in Bucolicis, quæ colorem
eundem retinet. Melinum in floribus maximè cõmenda-
Parætonium tur, à Melo inſula unde exportatur appellatum. Alba uerò
Ceruſſa in precio Parætoniũ & Ceruſſa. primũ ex Aegypti ciuitate
eius nominis uenit, tectorijs tenaciſſimum ob pinguedinem.
Adulteratur Romæ cimolia decocta. Ceruſtam Græci ψι-
μίθιον uocãt, cuti mulierũ expetitã. Color eius factitius, mo
dum apud Dioſcor. uide, ſed breuius apud Theophraſtum.
Τίθεται γὰρ μόλυβδος ὑπὲρ ὄξους ἐν πίθοις, ὅταν δὲ λά-
βοι πάχος ἡλίκον πλάτος, λαμβάνει δὲ μάλιστα ἐν ἡμέ-
ραις δέκα, τότ᾽ ἀνοίγουσιν. εἶτ᾽ ἀποσύουσιν, ὥσπερ εὐρῶτα
τινὰ ἀπ᾽ αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἕως ἂν καταναλώσωσι. τὸ δ᾽ ἀ-
ποξυόμενον ἐν τριπτῆρι τρίβουσι καὶ ἀφηθοῦσι ἀεί. τὸ δ᾽ ἔ-
σχατον ὑφιστάμενον ἐστὶ ψιμίθιον, id eſt, Ponitur plumbum
ſupra acetum in uaſis. quando uerò ceperit craſſitudinem
quantã latitudinem (accipit uerò maximè intra decem dies)
tunc aperiunt, deinde abradunt ueluti ſitum quendã ab illo,
& iterum atq; iterum imponunt donec abſumpſerint: abra-
ſum uerò, in uaſe terunt. quod uerò extremũ ſubſiſtit, eſt Ce-
Vſta Ceruleum ruſſa. Vſtam caſu repertam dicit Plinius incendio py-
ræ Ceruſſa in orcis cremata. Ceruleum quod illi Cyaneũ
uocant fit ſecundum Dioſcoridem è lapide naſcente in æris
Cypri metallis. Theophraſtus de Ceruleo γένη κυάνου τρία,
ὁ αἰγύπτιος, καὶ σκύθιος, καὶ τρίτος ὁ κύπριος. Plin. tria
item eius genera, Ceruleum Atticũ, Marmoroſum, & Scy-
rium, ac dum teritur in quatuor dicit mutari colores, in can
didiorem, nigriorem, craſſiorem & tenuiorem. Hoc hodie
Ceruleum ultramarinum Italici uocant, Indico multo pre-
cioſius, quanquam Indico magnam Plin. ſuo tempore dicit
autoritatem fuiſſe, ex Indiaq; aſportari arũdinum radicibus
ſpumæ ac limi modo adhæreſcens. Nunc ſanè uilius conſpi-
cimus uenire. Ita pleraq; Dei prouidentia uberius ætas ſup-
peditauit. De Indico Dioſcorides. ἰνδικὸς λίθος αὐτοφυὴς,
οἷον ἐκβλάστημα ἰνδῶν καλάμων. τὸ δὲ βαφικόν ἐστιν, ἐπαν-
θισμὸς πόρφυρος, ἐπεωρούμενος τοῖς χαλκίοις, ὃν ἀπο-
σύραντες exſiccant, id eſt, Indicus lapis naturaliter naſcens,
quale germen Indicarum arundinum: quod uerò tinctile
eſt olens, ruber, purpureus, alteratus à malis uiris, quem de-
trahentes, &c. Armeniacum ex lapide fit ex Armenia Armeniacum
aduecto Chryſocollæ modo infecto, optimum quod maxime
uiride, communicato poſtea colore cum ceruleo. Et uiride
ex uiliſſimis, quod ait Plinius Apppianum uocari, haud diu Appianum uiride
repertum ex Creta uiridi. Chriſocollam lotum mentitur. Creta uiridis
Chryſocolla enim humor eſt in puteis per uenã auri de- Chryſocolla
fluens, Craſſeſcit limo rigoribus hybernis uſq; ad duriciem
pumicis. Laudatior tamen in ærarijs Cypri & πρασίζουσα,
id eſt uirideſcens, ut ait Dioſcorid. uilior in aurarijs & ar-
gentarijs metallis: uſus eius ad auri glutinũ. Narrantur ab
eiſdem autoribus, terræ quædam tam coloribus quàm medi-
camentis aptæ, inter quas Samia. Cuius, ut ait Diſcorid. du- Samia terra
plex genus: quædam uocatur συρώπικον altera ἀστήρ. Prio-
ris laus ut ſit recens, leuis, linguæq; glutinoſa. Altera globo-
ſior & candida. utraq; uritur & lauatur. Chia alba & ci- Chia
renea præfertur in medicina, quæ ſi ære producatur melinũ
reddit colorem. Selinuſia lactei coloris, tectorijs bona. Selinuſia
Phinites eretriæ ſimillima. Cimolia quædam alba, quæ- Phinites Cimolia
dam purpurea. Melia colore melino ſimilis eretriadi, fri- Melia
ctu aſpera, & ſonanti ſimilis. Præterea Creta uarij & ge Creta.
neris & loci: Sarda, rubrica, argentaria, uiridis. Puluis Puluis puteolanus
item Puteolanus duratur in lapidẽ ad multa utilis. Gypſum Gypſum
Tympheticum laudat Plin. ab oppido Tympho. de Gypſo
Theophraſtus ſit ait, Gypſum plurimum in Epiro effoditur.
In Phœnicia autem & Syria fit, & in Thurijs, & Perrhe-
bia: natura eius lapidior quàm terreſtrior, Colla Græcum Colla
eſt uocabulum. Hinc Xylocolla, quæ optima ex pellibus bu- Xylocolla
bulis. Nigra minus probatur. Ichthyocolla ex uentre Ceti Ichthyocolla
præſtat, quæ in Pario fit. Sarcocolla lacryma eſt arboris, Sarcocolla
quæ uenit ex Perſide, de qua inter frutices, & item Chryſo- Chryſocolla
colla, de qua paulo ſuprà narraui. Ex Dioſcoride.

DE LAPIDIBVS.

MARMORVM cælatores primi Dipœnus & Scy
lus Cretenſes apud Sicyonem fuere, ubi uena Marmo
rum nobilis erat. Hinc innumerabiles ſecuti, inter quos
Praxiteles ætate Pompeij magni. Ante uerò multos annos
Phidiam fuiſſe conſtat. Ex quo ea Romæ inſcriptio in equis
illis marmoreis mentitos titulos oſtẽdit horum duorum. Sed
& Plinius inter opera Praxitelis ea Romæ non commemo-
rat. Cor. Nepos tradit Mamurram equitem Romanum,
præfectum fabrum Cæſaris in Gallia, primum domũ ſuam
in Cælio monte marmoris cruſtis operuiſſe. L. Craſſus ora-
tor primus marmor peregrinum Romam aduexit, Hymet-
tijs columnis domũ exornans. Quamobrem à M. Bruto Ve-
nus Palatina appellatus. Lucullus ex Aegypto marmor
atrum introduxit, appellatũ Lucullcũ. Eſt & Numidicum,
Caryſtiũ, Parium, Lunenſe uerò circa Plinij tempora reper
tum, ut ipſe ait, nunc Carrarienſe appellatũ. In ædicula Ro
mæ prope Baſilicã S. Crucis huiuſcemodi eſt inſcriptio. Fla-
uius ſucceſſus Tabularius marmorũ lunenſiũ. Præterea Te-
narium, Laconicũ ſeu Lacedæmoniũ uiride, Synadicũ rubẽs.
Tophum lapidem Græci πῶρον appellant. Plin. Porus ait Tophus
lapis Topho ſimilis eſt. Et inferius. Minus põderoſus eſt qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Silex tophus uocatur, marmori Pario ſimilis. Silex ſicut & to-
phus diuerſi generis reperitur. niger, rubens, albus, ut circa
Tiburtinus lacum Vulſinienſem. Tiburtinus ad reliqua fortis, calore
Ophites diſſilit. Ophites, ut ait Dioſcorides, à ſerpentum maculis
dictus ut nigris, aut albis, aut aureis uariatus lineis, contraq́;
Porphyrites ſerpentum morſus ualet. Porphyrites in Aegypto rubet,
candidis in eo interuenientibus punctis, ac propterea Leu-
coſtictos appellatus. Synadicũ item rubet, quem ipſe cruẽta-
uit maculis lucentibus Atys, ut ait Papinius in ſyluis. Hunc
ſæpe in ruinis Romæ uidemus uenis rubentibus & albis.
Baſaltes Baſaltes in Aethiopia ferri & colore & duritiæ, ut Pli.
Siderites Orphæus Grecus autor ponit Sideritem lapidem à ferri du
ritiæ in montibus reperiri, forma rotundũ, colore nigrican-
tem, præterea aſperũ & uenis quibuſdam ac lineis perfuſum
uim quoq; habere cõtra uenena, & parietibus ſuſpenſum le-
Onychites ue puerperium facere. Onychites ex Arabia aduehitur un-
guis colore, unde etymum trahit, ad uaſa maximè expetitus.
Dioſcor. ait, uerum Onychitem plurimas uariasq́; cum la-
cteis zonis uenas habere, ex ingratisq́; coloribus in unũ gra
tum ſimul redeunte concentu. Theophraſtus uerò inquit τὸ
Alabaſtrites δ᾽ ὀνύχιον μικτὸν λευκῷ καὶ φαιῷ παράλληλος. Ala-
baſtritem inquit Plin. cauãt ad unguentaria uaſa: naſcitur in
Aegypto, India, Daſmaſci: probantur mellei coloris, non
Lacedæmo-nius tranſlucidi: uitium corneus color aut candidus. Idem, La-
cedæmonius ait uiridis cunctisq́; hilarior eſt, & Auguſtus
eodem colore undatim criſpus in Aegypto, Tyberiusq́; eo-
rum tempore reperti. Differunt ab Ophite, quòd hic ſerpen-
tum eſt ſimilis maculis, hodie ſerpentinum uocant, nec niſi
paruæ ex eo reperiuntur columnæ. Duo eius genera, mol-
le candidum, & nigricans durũ. Porphyriti in ſtatuis mini-
ma gratia, tris enim ex eo Aſinius Pollio ex Aegypto Clau.
Cæſari adduxit, non probata nouitate, ſplendet in tabulis.
Corſites Extat Pauli I I. anathema in hæc urbe exportãtes. Corſi-
tes ἀπὸ τῆς κόρσης, quòd humano capiti ſit ſimilis ac profit.
tritus autem cum allio & epotus, cõtra ſcorpiones facit: cũ
melle uentrem purgat, hydropicos ſanat, ex oleo quoq; illi-
Chryſothrix tus tuberibus medetur. Chryſothrix ſiue ſolis lapis, duplici
ſpecie, Alter cryſtallo præter quã quòd quoſdam quaſi capil
los effundit, unde nomen habet, Alter Chryſolitho prorſus
ſimilis præterquàm quòd crinis quidã in ipſo ſplendet. Hæc
Orpheus. Plin. hanc uocat ſolis gemmam, dicitq́; candidam
eſſe: ad ſpeciem ſideris in orbem fulgentes ſpargit radios.
Selenites Selenites naſcitur in Arabia, lunæ nomẽ retinet, quòd no-
ctu inueniatur cum luna creſcere: albus eſt, lucidus, leuis. Ex
Oſtracites Dioſcoride. Oſtracites ſimilis teſtæ, latus & fragilis, quo
Aematites utuntur fœminæ ad capillos colẽdos. Aematites diſcerni-
tur à uenis rubẽtibus & ſangnineis, unde nomen auſpicatur:
tritus cum melle, ophthalmijs morbisq́; oculorum omnibus
impoſitus medetur, ex aqua epotus ad omnia uenena prophy
lacticon fuerit; præterea digito geſtatus uictoriam contra
Aẽtites lites omnes, ac gratiam conciliare dicitur. Aẽtites re-
peritur in nidis aquilarum, ſine quo aquilam non parere
dicunt, quapropter adligatus grauidis mulieribus continet
Lapis ſpecularis partus, Ex Dioſcoride. Lapis ſpecularis in Hiſpania repe
ritur, & in Italia in Bononienſi. Quidã humore terræ gla-
ciari modo cryſtalli eum tradũt. Ad multa utilem eſſe nomẽ
Magnes cauſæ oſtendit, Magnes lapis ab inuentore appellatus, in
India repertus teſte Nicandro poëta. Sed & in alijs poſtea
locis uiſus. Ex Magnete tholum tẽpli Arſinoes in Aegypto
Ptolomæi iuſſu excogitauit Democrates facere, ut ſimula-
crum eius in aëre penderet. autor Pli. Theophraſtus ſic ait,
Magnes argento ſimilis colore, foditur in Siphno tribus ſta-
dijs procul à mari. Sculptura, tornoq́; facilis. Cum in nigro
perfunditur, nigreſcit ſimul, & dureſcit. Faciunt ex eo uaſa
& menſas mirando ſpectaculo ad ferrũ in aëre ſuſtinendum.

Obſidianus lapis Lapis Obſidianus in cauernis Aethiopiæ foditur, ab Ob-
ſidio inuentore, atri coloris. Cuius ſuprà in uitro mẽtionem
feci. In hoc genere putauerim lapides nigros quoſdam Ro-
Lapides è Germania mæ ſupra nonnullas aras conſpici. Seu potius quẽ nunc Am-
bram uocant, huic æmulũ dixerim. E Germania is uenit, in
monte inter Auſtriam & Bauariam repertus: inuenitur &
albo luteoq; colore in extrema Germania Sarmatis uicina.
Inter Baſileã quoq; & Argentinã appellatus Chalcidonius,
qui Murrhino à ueteribus tradito quàm ſimillimus uarieta-
te uenarũ apparet. In hac itẽ parte extrahitur & Diaſprus
rutilo colore interlucentibus punctis. Hi ſanè omnes ſimul
cum uitro Muranio è Venetijs aduecto, ac alio diuerſi colo
ris, quod in ſylua hercinia prope Boẽmiam fit, in eadẽ Ger-
mania ad uſum religionis in paruos calculos pertuſos, ac in
licijs conſertos interpolãtur, unde quoquo uerſus mittũtur.
Cotes Olearia & Aquariæ acuẽdo ferro pluris generis, Cotes
Creticæ, Laconicæ. Coticula lapis, quem alij Heracleum, Coticula Heracleus
alij Lydiũ uocant. Theophraſto ἡράκλειος λίθος, modica
magnitudine reperitur in flumine Tmoli Armeniæ. Tẽpore Tmolus
uerò Plinij in pluribus locis. Hac ſiquidẽ empirici auri ar-
gentiq; metalla, cuius ſint generis, deprendunt. Melior ſecun
dùm Theophraſtum ſubdialis quàm obruta. Pumex Græ- Pumex
ce κίσσηρις. de quo Theophraſtus ſic ait. Errant qui pu-
tant pumicem ex incẽdio fieri. Fit enim ſpuma maris ad lit-
tus eiecta. Differentia in colore, denſitate, leuitate. Nigræ in
Sicilia. ex Melo inſula denſiores & grauiores.

DE GEMMIS.

DEINCEPS de gemmis. Nã ut ſuprà narraui, Theo
phraſti ex ſententia quæ & Ariſtotelis: ſicut metalla
plus aquæ humorisq́; retinent, & ideo conflantur: ſic lapides
terreæ ſiccæq́; materiæ ſunt, & ideo minime conflantur:
Gemmæ igitur ex pura planaq́; materia conſtant: per deflu-
xum aut diſtillationem quandã ſecreta, ac ſeu per calorẽ ut
Murrinũ, ſeu per frigus ut cryſtallum cõcreta. Et quo quæq;
planiores ſplendidioresq́; ſunt, eo maiorẽ in diſtillatione pur
gationem demonſtrãt. In uniuerſum uerò gẽmæ omnes, aut
nitẽt, neq; trãslucẽt, ut Murrina & huius generis: aut nitẽt
& tranſlucent, ut cryſtallũ, adamas, & his ſimiles. Harũ ui-
tia ſunt, capillamentũ, ſal, plũbago. In his uerò quæ nõ trãslu
cent, uitiũ eſt, ſi aliqua in parte lucebũt. Diſtinguitur inſuper
genus ſexu. Fœmina inferior uirtute & hebetior. Sunt &
quæ uocantur apyroti, quæ poſtea dicentur. Adulterantur
omnes uitro factitio, ſed facile à mãgonibus & peritis, cum
pondere, tum rebus alijs deprehenduntur, Dũ auro adligan-
tur, aliæ alijs bracteis auri, argenti, diuerſorumq́; colorum
ſublinũtur. Indicatura præterea diuerſa pro libidine cuiuſq;,
maxime principũ, precia faciente. Figura item diuerſa, qua-
drata, & præſertim oblonga ualde probatur, quam Græci
πλάκα appellãt. Deinde quæ uocatur Lenticula, poſtea ro-
tunda. Anguloſis minima gratia. Reſpiciũtur melius matu-
tino. Quædã ſcalpũtur in ſigilla, quæ Græci σφραγίδια uo-
cant: quædã in paruas imagines & ſcalpturas extãtes, quas
Pli. lib. x. Seneca item de beneficijs ectypas imagines uocãt.
Italici uerò Cameos. Quædã autem ſcalpi nequeunt, ut ada-
mas. Poëtarũ cõmentum inuentionem gemmarũ Prometheo
tradit, cuius digitũ annulo ferreo, qui ſaxi fragmentũ com-
plecteretur ornauerunt, eius uincula propterea notãdo. Tra
ditur & de Gygæ annulo, quo circumacto à nemine ipſe ui-
deretur. Gẽmas plures, quòd Græci δακτυλιοθήκην uocant, Dactylotheca
primus Romæ omniũ habuit. Scaurus Syllæ priuignus. Pom
peij Mithridaticus triũphus primũ ad gẽmas & margaritas
Romanos mores inclinauit. Sicuti L. Scipionis Aſiatica ui-
ctoria ad cælatũ argentũ & ueſtes attalicas. Sicuti & L. Mu
mij Corinthiacus triũphus ad æra Corinthia, toreumata, ac
tabulas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tabulas pictas. Quod autem lapilli huiuſcemodi uim quãdam ad quædam medicamenta retineant: ſanè in confeſſo eſt apud Iatraleptas, medicosq; omnes: quòd uerò ad ſuperſtioſa quædam & anilia ac magicas potius dixerim uanitates, haud facile cõceſſerim: nec ſanè fateri religioſum. Quis enim ſana mẽte non riſerit in Achate caſtitatem. In Sarda lætitiam. In Topazio ſecuritatem, ſi in ſiniſtro brachio fuerit. In hyacintho maris tranquillitatẽ, ſi in ea Neptunus ſcalpatur. In Magnete uxoris impudicitiã deprendi, ſi puluillo ſubijciatur, & illa non quieſcat. Ego qui hæc negligenda cenſeo, nõnulla tamen ex eis referã, ut plane noſcatur, quæ de illis fuerit priorum opinio. Murrina mittit oriens: humor eſt, uti putãt ſub terra calore cõcretus, amplitudine paruos non excedens abacos, craßitudine quanta fiant uaſa potoria, ſplẽdore ſine uiribus. Sed in precio uarietas colorũ maculis purpureis cãdore mi-

Cryſtallum

xtis: ſpectatur & in quibuſdam arcus inſtar cœleſtis. Cryſtallum uerò huic cõtrarium, quũ ſit translucidũ, & hoc ab Oriente è locis frigidis niue ac uehementi gelu cõcretis. Nã glaciem eſſe palã eſt ex Græco uocabulo. κρύ☉ enim rigor dicitur. Soli oppoſita adhibita ſicca materia flammam emittit, frigus geſtata in æſtate creat, renibus ſuſpenſa medetur:

Succinum

Succinum ἤλεκτρον Græci dicunt, quòd eo nomine ſolem etiã appellant. Fabula nota, Phaëtontis ſolis filijs ſororũ lacrymas has eſſe, è populis apud Padũ fluentes. Theophraſtus autem Phaëtontem obijſſe in Aethiopia. Ammonis ob id delubrum & oraculũ. Electrum ibidem gigni teſtatur λίθον ὀρυκτὸν λιβυστικόν. Lapidem effoßitium libyſticũ. Dicitq; uim ad ſe nonſolũ paleas, ſed ferrũ attrahendi habere. Plin. quoq; ait uaſa ex his expetita, nec uirtute, nec pulchritudine, ſed tantũ conſcientia deliciarũ. Infantibus quoq; pro amuleto, id eſt, pro amoliendis faſcinationibus adligari, tum cõtra lymphationes quas malos ſpiritus Italici dicunt facere. Genera eius plura: candidum odoris preſtantißimi: fuluum, cui maior autoritas, translucentibus etiam maior, preterquàm ſi in nimio ardore flagrarent, imaginemq; ignis eſſe placet, non ignem: præterea falernum à colore uini nullo fulgore

Gleſſarium

Lyncurium

perſpicui: quartum mellei coloris. Reperitur ſuccini genus quod Gleſſarium (ut ait Plin.) ex inſula Britannica appellant. Lyncuriũ λυγκούριον ex urina lyncis: ab eodẽ ob inuidiã humani cõmodi obruta, deinde obdurata in lapidem

Corallium

colore melleo: attrahit & ferri ramenta, ut ait Theophraſtus. Coralliũ, de quo idem autor ſic ait, Coralliũ lapis colore rubeus ac teres naſcitur cum radice in mari. Plin. autẽ uireſcere in mari Gallico modo plãtæ, paulatimq; extractũ dureſcere, ſimul & rubeſcere, adligariq; infantiæ pro amu-

Smaragdus

leto dicit. Smaragdus in India reperitur, & ut ait Theophraſtus, etiam in Cyprijs ærifodinis plurimus, quo utuntur ad glutinũ auri, uice Chryſocollæ: nã eodẽ colore dicit eſſe, uerũ hunc aliquanto craßiorẽ, & in aurifodinis quãdoq; reperiri. Quod autem idẽ autor de Smaragdo regi Aegyptiorum à rege Babyloniæ dono miſſo ſcribit, mirum uidetur. Longitudine dicit quatuor cubitorũ, latitudine trium fuiſſe. In eadem quoq; Aegypto in tẽplo Iouis obeliſcum cerni ex eodem lapide lõgitudine cubitorũ XL. Hanc gemmã ferũt

Adamas

magnopere gratiã cõciliare. Quod autem omnibus conſtat, Catinũ ex hoc hodie Genuæ cernitur. Adamantẽ etymo-

Amethiſtinum

Hyacinthus

Chryſolitus

Topazius

logia demonſtrat inuictũ eſſe cõtra omnem roboris ictum, præterquã à ſanguine hircino calido. Amethiſtino uiolaceus eſt fulgor. Idẽ, ſed dilutior, Hyacintho, hunc Aethiopia mittit, ac Chryſolitos aureo colore translucentes. Pli. Topazius inuentu rarus, colore ſubuiridi, ſplendore cryſtalli, bonus ophtalmiæ, ex Orphei deſcriptione. Plin. autẽ ex autoritate Iubæ dicit, Topazion inſulã eſſe in mari rubro nebuloſam, & ideo quæſitã ſæpe à nauigantibus, ex qua cauſa nomen accepiſſe. Topazin enim Troglodytarũ lingua ſignificationem quærendi habere.

Iaſpis

Iaſpis alius Smaragdi ſimilis, alius Cryſtalli, Cinereus alius & alius fumi propior colori. Nõnulli lineas albas habẽt, Aſſyrij uocãtur. Fertur hic lapis pro amuleto, & parienti ſuſpenditur aure, ut citius pariat. Hæc Dioſcor.

Carbunculus

Carchedonius

Carbunculus Græce ἄνθραξ☉. eius plura genera. Carchedonius, qui è Carthagine Maßiliaq; uenit. Indicus, qui ex India ignis fulgore. Vocãtur huiuſcemodi ſicuti etiã Adamas Apyruſtæ Pli. Theophraſto uerò ἀπύρωτοι & ἄκαυστοι, quum ipſi non ſentiant iniuriã ignis, propterea quòd nihil humoris penitus retineant, haud aliter, quàm carbo & pumex. uerba Theophraſti, ταῦτα γὰρ ἄκαυστα καὶ ἀπύρωτα διὰ τὸ ἐξηρῆσθαι τὸ ὑγρόν, id eſt, Hæc enim inuſta & expertia ignis, quòd aruit humor.

Achates

Achates uario colore, partem retinẽs Iaſpidis uitreũ, partim Sardij ſanguineũ, partim uerò Smaragdi fulgidũ. Quandoq; & ærei coloris, plurimũ tamẽ purpurei reperitur. Hæc Orpheus. Plin. uerò ait Achatẽ quondã in magna dignatione fuiſſe, poſtea frequentem repertũ. Cognomina ſibi diuerſa adſumit à diuerſis aſpe-

Cerachates

Aemachates

ctibus & cauſis, Cerachates, Aemachates, Leucachates, Dẽdrachates arbuſcula quadã inſignitus, qui geſtanti feracitatẽ dicitur fructuum portendere. Theophraſtus ſcribit Achaten inuentũ primũ in Sicilia in flumine eius nominis, Aliqua plaga percußis dolores emollit, tertianis maximè quartaniſq; utilis. Oſſa in aqua feruenti ſi unà immittatur liquefaciet.

Berillus

Berillus è Phœnicia uenit, ut Dionyſius poëta teſtatur. φύεται ἐν προβολῇ ὀφιήτιδ☉ ἔνδοθι πέτρης, id eſt, naſcitur in principio intus, Petræ ophitæ, uel Naſcitur is uenas intra fulgentis ophitæ. Sarda, ut Plin. ut Theophraſtus, Sardiõ no-

Sardonix

men cum Sardoniche communicat, reperta primũ Sardibus. Hæc rubens & uulgaris gemma, nec ulla translucentiũ tardius, ſuffuſo humore hebetatur, ut Plin. ait, damnatur mellea & teſtacea. Sardonyx σαρδόνυξ ἀπὸ τοῦ σαρδίου καὶ ὄνυχ☉, Quaſi unguis in Sarda color. Hæc ſpecie purpuræ dilutioris ac candentis ſcribitur à Plinio, & apud antiquos in precio fuiſſe, quòd ſola gemmarũ ſcalpta cærã nõ auferat. Dionyſius dicit hunc ad corporis cuſtodiã facere, eoq; Athenienſes uti dum ſol eſt in ariete: in eodemq; arietem & mercuriũ cor in manu habentẽ ſcalpere.

Opalis

Opalis gẽma, in qua diuerſi colorũ ſplendores. Aër & purpura pollent, uiriditas Smaragdi deeſt, magnitudine nucleũ auellanæ non excedit. Qui-

Pæderos

dam quòd amorẽ cõciliare credatur, uocauere παιδέρωτα. Propter hanc gemmã traditur proſcriptus ab Antonio Nonius ſenator, filius eius quem Catullus dolebat uidere in ſella

Gagates

curuli. ex Plinio. Gagates legẽdus, qui redoleat Aſpaltũ, id eſt, bitumen, præterea niger, & latus, & leuis. Naſcitur in Lycia iuxta oſtiũ Gagatis fluuij, unde nomen trahit. hæc Dioſcor. Orpheus uerò, Gagates coloris cinerei, latitudine haud magna, uritur uelociter modo picis, fumo eius ac ſuffitu uenena noxia rẽptiliũ abigũtur.

Sapphirus

Sapphirus σάπφειρ☉ penultima producta, apud Dioſcoridẽ & apud Theophraſtum: uero colore proprio cæruleo traditur.

Margarita

Margarita μαργαρίτης lapis Theophraſto appellatur, dicitq; eam ex conchilio gigni ſimili pinnæ. Plin. autẽ in capite ferri ſolitas margaritas dicit, in digitis uerò gẽmas. Vniones margaritæ dicuutur maiores, quòd nulli duo indiſcreti reperiũtur.

Vniones

Vniones ingẽtis precij Cleopatram aceto colliquaſſe in cœna quã M. Antonio magno ſumptu promiſerat, autor eſt Plin.

Galactites

Galactites lactei coloris, tritus ex aqua naribus ouis adhibitus, olfactu lac extinctũ reducet: oculis quoq; humectantibus remedium adfert.

Elaphoceratites

Elaphoceratites, quòd ſimilis cornui ceruino exiſtat, hoc ſi quidẽ trito ex oleo ſi caluitiũ oblines, capilli naſcentur.

Nebrites

Nebrites porrò ſimilis uiridi. Hoc bacchæ nebride ſuccinctæ ad uaticinandum utebantur,

Galazites

Lychnites

Galazites à febre dicitur liberare. Lychnites cryſtalli modo fulget, flammamq; in ſole emittit. fertur grãdinem &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Hoſtrites omnem in agris calamitatem prohibere. Hoſtrites tritus & epotus ὀδυνώπαυτος eſt, id eſt, ſedans omnis corporis dolores. Echites Echites à uipera dictus. Hic Philoctetis uulnus, Herculeæ ſagittæ curaſſe dicitur. ualet & ad omnia uulnera. Lipareus Lipareus, hunc dicunt è Syria Memnonem ad Troiam dono Priamo attuliſſe ad plura utilē: nam Babylonij ad artē magicā diuinationesq; hoc utuntur. Glyptice In Glyptice, hoc eſt, ſcalpendarū gemmarū arte Pyrgoteles princeps, ex quo ſe uetuit Alexāder ab alio ſcalpi. Secuti deinde Apollonides & Cronius, & qui Auguſti ſimilitudinem expreßit Dioſcorid.

Toreutice In Toreutice, hoc eſt, ſcalpēdis poculis, teſte Pauſania, nobiles Athenocles, Crates, Stratonicus, Myrmecides Mileſius, Callicrates Laconicus, & qui uocatur Mys, cuius erat ſcyphus heracleoticus, ubi pictum fuerat excidium Ilij. Plaſtice In Plaſtice, hoc eſt, cæra uel creta fingere Dibutadē ſuprà memoraui. Statuæ Statuarij ſtatuarumq; dignitas his omnibus præſtat: hæ nanq; fuerant pedeſtres, equeſtres, nudæ, uelatæ, armatæ, hermeæ: coloſſeæ. Nudare hominem Græca omnino res, tam ob artis oſtentationem, quàm ob libidinem reperta: nec iam Chriſtianos pudet eas paßim conſectari, ac in atrijs domorum ponere, ut hoc planè ſpectaculo matronas filiasq; ſuas ad impudicitiam inuitent.

QVANDO PRIMVM ARCHITETVRA EIVSQVE DIVISIO.

LAPIDES & metallica iure ſequitur architectura, quare de hac paucis ratiocinabor. Priſca uita, ſicuti & reliquo uictu paruo ſe tugurio ab imbre muniebat, ut ait poëta quidam, Frondibus & culmo uicinarumq; ferarum pellibus, quod ſanè conuenit cum ſacris libris. Qui uitam patriarcharum in tabernaculis ponunt. Nec mirum, cum hodie quoq; bona mundi pars, gentesq; plurimæ ſine ædificijs uitam ſub dio ducant: pars in curribus, ut Scythæ ferè omnes & Amaxobij: pars in campis: ut Nomades & Saraceni in Africa, qui ſylueſtres uocātur. Pauci igitur in hoc mediterraneo læta arua tenemus, ubi paulatim ingens in rebus egeſtas ædes reperit & architecturā, cuius diuerſas partes diuerſos inueniſſe Plinio placet. Ferrariā Cyclopes, Materiariam Dædalū: noſtri uerò Noëum dicūt ob arcam fabricatam. Itē alios alia. Qui de hac tractauerit, & planè maiorē inter Latinos autoritatem ſibi uēdicauerit, D. Vitruuius ad Cæſarē Aug. ſcribēs eam fabrica & ratione conſtare dicit, peritumq; eſſe oportere Architectū hiſtoriæ & graphidos, id eſt, picturæ: præterea bonū eſſe uirū caſtumq; ac minimè auarū. nullū enim opus ſine fide ac caſtitate probari. Architecturæ partes ordinationem quā τάξιν, diſpoſitionē quam διάθεσιν, diſtributionē quam οἰκονομίαν, cōmenſurationem quam συμμετρίαν uocat: præterea eurythmiā & decorem ponit: quæ omnia naſcūtur ex cogitatione & inuētione. Diſpoſitionis itē partes ſunt, Ichnographia, Orthographia, & Scenographia. Ichnographiā intelligit eam quæ circini regulæq; rationes cōtinet, ex qua capiūtur formarū in ſolis arearum deſcriptiones. Orthographia cū partes pictura monſtrantur. Scenographia ſiue Chorographia, ſeu Sciographia cū loca, umbras, habitaculáq; pingimus. Aedificia quoq; publica aut priuata, ſacra aut prophana, ſex requirunt partes, Regionē, aream, partitionem, parietem, tectū, apertionem. Apertio conſtat in uacuo laterali & ſuperluminari, cōprehendit enim fores, aditus, feneſtras, arcus, & his ſimilia. Arcus integer & diminutus, qui tanto minor, quāto chorda magis recedit à Diametro. Supra arcum diminutū, ueteres arcum integrū faciebant: ſupra trabem uerò arcū diminutum leuandi oneris gratia, ut licet nunc in antiquis monumentis ſpectare. Ex quo baſilica Petri quod trabes his arcubus uacant uidebatur B. Leoni fore ut quādoq; ante tempus collaberetur, iamq; cœpiſſe inclinare conſpicimus. Trabes enim uocantur omne ſuperlimen quod uice arcus apertiones coniungat quacūq; materia. Ex quo apertio arcuata & trabeata. Arcuata ſimul & pilæ theatris conueniunt. Tēplis autem & porticibus trabeata. Trabes enim ſupra columnas & paraſtatas antas ponuntur. Pilæ ſunt quæ ad ſuſtentandos parietes columnarum loco collocantur.

DE CALCE, ARENA, MATERIA, LAPIDIBVS, LATERIBVS.

ANTEQVAM de partibus ædificiorū dicatur, materia omnia abſoluenda. Primū Calx, quæ tertia pars erat pōderis imminuti ex lapide à fornace: madefacta aqua, intrita dicitur: cauebaturq; in antiquorū ædium legibus, ne recentiore trima redemptor uteretur. autor Plin. Cū arena mixta ſeu alijs materijs Mortariū dicitur Vitruuio. Optima ex lapide Tyburtino: ex quo Tybure, ubi nunc fornaces, ingentes adhuc aceruos eius lapidis cōgeſtos uidemus. ibidem ex uena aptabantur. Ex lapide humidiore & ſpißiore melior. Arena triplex, foßitia, fluminea, marina. Ex his foßitia utilior. ea quidē multiplex, nigra, rubra, glarea. Quod ad materiā pertinet: Vitruuius & item Plin. infernates & ſupernates uocāt, infra & ſupra Apeninū naſcētes arbores. Quapropter abies infernas ut ſolibus magis cocta melior eſt quàm ſupernas. Vlmus quoq; & fraxinus maximos habent humores. Caſtanea nux & alnus magnopere humori reſiſtunt, quòd hæc ultima præſertim ſatis habeat ignis & āeris. Materies amurca perfuſa cariem aut uetuſtatē nō ſentit, ut ait Cato. Abies bona. Pinus plus abiete teredini obnoxia, quod dulciore ſucco: optima cupreſſus, quæ cariem & ipſa fugit. Nam ſignum Iouis cupreßimum multos annos ad ætatē uſq; Cæſaris dicūt perduraſſe. Deinde cedrus & uitis. Ad excidendā ædificio materiā ratio lunaris obſeruabitur: decreſcente luna, quod humor tunc maximè ſicceſcat. In arbore prius inciſuras faciendas Vitruuius iubet: in extremo autumno, antequā ſpiret Fauonius, Heſiodus in ſolſtitio æſtiuo. Lapides, ait Cato, biēnio prius haurire oportet ad ædificandū, ut gelicidijs & ſolibus roborētur. Omnis enim excauatus recens mollior eſt. Vitruuius. Lapidicinæ aliæ molles: ut circa urbē rubræ, Palliēſes, Fidenates, Albanæ. Aliæ tēperatæ, Tyburtinæ, Amiterninæ, Soractinæ. Aliæ duræ ut Sabinæ in Cāpania ruber et niger tophus. In finibus Tarquinienſiū, quæ dicūtur Anicitianæ Vulſiniēſes, Et in præfectura Scatonienſi. Nero teſte Tacito, Gabino & Albano uſus eſt, quòd igni reſiſtāt. Sed & innumerabilia marmorū genera colorū omniū ex Græcia Aſiaq; adducta, de quibus inter lapides ſcriptum. Cæmentitius autem lapis, qui paulo antè è Capitolio excauabatur: facit ut nō amplius Capitolij immobile ſaxū ſit ex Vergiliani carminis uaticinio. Martini quinti pontificis tempore fuit adlatus ſerpens repertus in Latio in lapidicinis incluſus. Laterum genera Plinius tria facit. Didoron, longum ſeſquipede, latum pede. Tetradoron, Pentadoron. Græci enim δῶρον palmum. Ideo dora munera, quia manu dabantur. Sed & in ueterum monumentis reperiuntur hodie diuerſæ menſuræ lateres etiam palmares & quatuor digitorū. In maioribus figuli nomen inſcribebatur, ut palam uidere liceret. Ex creta fiunt optimi quæ ſit macerata, deinde in umbra biennio exiccata. ut autor Plinius.

Calx

Mortarium

Arena

Materia

Lapides

Lateres

DE DOMO ET EIVS PARTIBVS.

DOMVS ſi meridiem ſpectantes fiant utiliores ſanè. Nam per brumā ſolem hybernum excipiunt, & æſtate inclinato ſole ſemper ex aliqua parte umbra opacātur. Itaq; altißimæ fiant, ut totam diem hyberno ſole caleſcant. Si uerò ad arctum uergunt, humiliores eſſe oportet, ne à frigidis

uentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uentis apertius petantur. Hæc Socrates apud Xenophõtem
Fundamenta Cõment. III. Fundamenta locũ ſolidum requirũt: ſi uerò
locus congeſtitius aut paluſtris tantum fuerit, palis robuſtis
aut oleagneis uſtulatis cõfigatur. Sublicæq; machinis adigan
tur quàm creberrimæ, carbonibuſq; interualla palorũ, dein
de ſtructuris ſolidiſſimis ac molaribus fundamẽta repleãtur.
In fundamentis Romanis ueteres puteos excauabant tanquã
æſtuaria: ut inde uentus efflaret, uti adhuc uidemus: facie-
bantq; & ad terræmotus & ad operis diuturnitatem. Veſti-
Prothyron bulum domus Vitruuius Prothyron uocat. Cauũ uerò quod
Plautus impluuiũ: partem ædium ſub dio poſt ueſtibulum, fa-
citq; v. generũ, Tuſcanicum, Corinthiũ, tetraſtylon, diſplu-
Cœte uiatum, teſtudinatum. Cœte & Procœtion apud eundem,
Procœtion hoc eſt, thalamus & ante thalamus. Cœnatio locus com-
Cœnatio munis ædiũ, ubi accumbebant: erat & æſtiua & hyberna.
Cœnaculum Cœnaculũ Feſtus appellat domus ſuperiora, ad quæ ſca-
lis aſcẽdebatur, ſolebantq; ſæpe locari pauperibus. Iuue. Ra-
rus uenit in cœnacula miles. Et Tranquillus cœnaculũ me-
Cameræ ritoriũ uocat. Inferiora Domini habitabãt. Cameræ, for-
nices, & teſtudines apud Plin. unde teſtitudinari & fornica-
Salutatorium ri dicuntur, quæ in curuitatem flectuntur. Cubiculũ ſalutato-
Lararium rium ponitur Trãquillo. Quod Lampridius in Alex. Lara-
rium appellat: ubi rem diuinã manc ille facere cõſueuerat:
Sanctarium hodie ſacellum aut capellam uulgò uocant. Sanctaria loca
arcana & ſecretiora. Pli. lib. XXXIII. cap. IX. In ſancta-
rijs, inquit, Mithridatis. Quidã eruditus ſanctuarijs caſtiga-
uit, quod ualde miror, cum huiuſmodi nomina quæ in abla-
tiuo in o terminãt, nunquã in denominatiuis u ſumãt, ut à
monſtro mõſtroſus, à portento portentoſus, à prõpto prom
Andrones ptarius. Sic à ſancto ſanctariũ. A fructu autem fructuoſus, à
quæſtu quæſtuoſus. Andrones ubi uiri cõuiuia agebãt ſe-
paratim à fœminis: Græcorũ inſtituto, ne matresfamiliâs ui
rorum moribus accũberent. Parthi (teſte Feſto) etiã quoquo
Gyneconitis modo conſpectũ earum interdicunt. Vitru. Gyneconitim
Oeci alium rurſus locum mulierũ à uiris diſtinctũ uocat. Oeci
ſunt non Italicæ conſtructiones, quos Græci Cyzicenos uo-
cant, collocantur ad ſeptentrionem maximè uiridia ſpectan
tes. Ipſi ſunt adeo lati & longi, ut duo triclinia habeant, & à
dextra ac ſiniſtra lumina feneſtrarũ uiridia de tectis proſpi-
Exedra cientia. Hæc de Oecis Vitru. Exedræ occidentem ſpe-
ctant, bibliothecæ & cubicula Orientem: cella uinaria, quæ
Pergula & apotheca dicitur, ſeptentrionẽ, olearia meridiem. Per-
gula idem ferè quod menianum, ſiue ex ædibus proſpectus
Pluteus prominebat in uiam, à pergendo dicta. Pluteus obex eſt
qui uſq; pectus ſiue ulterius conſurgit, aut ex meniano, aut
Zeta & Zetula ex porticu ad aditum occludendum. Zeta & Zetula hy-
bernacula erant parua hyemi adcommodata, ſolem hybernũ
ſpectantia, eamq; feneſtram heliocaminum uocabant: ſolem
excipientem. Zeta ἀπό τ͂ ζεῖν dicta, quòd eſt feruere: lo-
cus eſt maxime ſtudioſorũ. Cæcilius in epiſtolis Zetulã ſuas
delicias uocat. Ambulationes erant, in quibus iuuenes ſe per
hybernũ tempus exercebant pila, ſaltu: Seniores uerò deam-
bulatione aut uectatione. Hæc porticus à quatuor habebat
lateribus, quæ rurſus meridiem ſpectabat, dupla, & longè
pulchrior erat. Intus area aut pauimenta aut uiridariũ. Ad-
iectæ his ſedes æſtiuæ & hyemales, in quibus philoſophantes
Xiſtus diſputarent, erantq; latitudine dimidia totius longitudinis.
Erant ferè ſimiles his Xyſtus & paradromides, de qui-
bus Vitruuius ſic ait Xyſtus Græcè porticus eſt ampla in qua
Athletæ per hyberna tempora ſub dio ſe exercebant. No-
ſtri autem Hypætras ambulationes Xyſta uocãt, quas Græ-
ci paradromidas item, iunctumq; habebant ſtadium quo la-
Valetudinarium xius ſpectatores conſiſterent, & uiridarium. Valetudi-
narium locus in ædibus, ubi curabantur ægroti. Antes
Antes Feſtus dicit eſſe extremas parietum columnas: unde etiam
Antæ nomen habuere. Hæ ſunt latera oſtiorũ, quæ & ante-
pagmenta Vitruuius uocat. Ex his ſcapis Cardinales quæ fo-
res ſuſtinent. Tympana uerò ſupra poſtes, quæ tranſuerſo
ponuntur. Impagines autem apud Vitru. regula, qua tym Impagines
panum, id eſt, quadratũ, uel alterius figuræ ſpatium in ual-
uis alióue opere inteſtino per ambitũ includitur. Paraſta- Paraſtate
tas latini etiam, quas Græci παραστάδας, quæ prope & an-
te parietes ſunt columnæ, eædem ferè quæ Antes. Peri- Periſtylum
ſtylum ordo in circuitu columnarum eſt ubi deambulatur:
ex numeroq; earũ dicitur tetraſtylum, hexaſtylum, decaſty-
lum. Anaclinteria, ut ait Lampridius in Heliogabalo, ubi Anaclinterium
interdiu cubatur. Tranquillus in Auguſto, Lectulum lucu-
bratorium uocat, eius hodie uſus frequens. Abacus quo Abacus
menſæ ſupellex locabatur. Vitru. quoq; podiorum & colu-
mnarũ abacos dicit pro ſedibus, quas hodie uulgus banchos
uocat: hinc omnis tabella quadrata abacus: etiam ubi Arith-
meticæ numeri deſcribuntur, inuentum Pythagoræ, ut ait
Bœotius. Abaci etiam teſte Plinio, & abaculi parui lapilli
quadrati. Muſeum opus Plin. commemorat lib. XXXVI. Muſeum opus
capitulo XXI. Spartianus Muſiua. Sic enim ait. Hunc in
Commodianis hortis in porticu aurea pictor de Muſiuo
inter Commodi amiciſſimos pictum. Eius nunc rei hodie
ars amiſſa: cum tot in templis collabentes ac celebres ima-
gines abſideſq; ignauia ſeculi pereant.

DE PARIETIBVS ET STRVCTVRIS.

PARIES, aut pedamenta, aut continuum. Pedamenta
omnia quæ non continuant dicuntur, habentq; oſſa &
apertiones. Oſſa omnia ſuſtentacula ſunt ſiue pilæ ſiue colu-
mnæ. Rurſus diuiditur paries in ſolium, procinctũ, & coro-
nam. Soliũ eſt quod poſt fundamentũ è terra ſurgit è lapi Solium
dibus. Plerũq; Corona parietem terminat, eiq; prominet. di-
cuntur & Coronulæ & Coronides. Eſt item corona homi- Corona
num cõſeſſus. & apud Liuiũ, Corona muros aggreſſi: & ui
na coronãt apud Vergil. & Homerum. In medio murorum
procinctũ dicitur. Item Corium inteſtinũ & extremum, Corium
extrema ſuperficies muri eſt: quãta ex uno latere intra &
extra protenditur. Structura nanq; aut ordinaria ex lapide
quadrato, aut irrationalis ex quouis, aut reticulata horũ me
dia. Iuncturæ coronarũ anſæ quæ ex tranſuerſo lapides iun-
gunt. Clauiculi qui ſuperne. hi erant ex ferro, ære, & ligno.
Sed ære melius, nam ferrum rubiginẽ ſentit: ne autẽ ſentiret
ungebatur, ceruſſa, gypſo & pice liquida. Luteus paries ex
lapide perquàm ſicco fiat oportet: melius ex teſta & latere
etiam crudo, quibus pilæ lapideæ iniũgendæ ad ſuſtentatio-
nem contignationũ, ut Cato iubet. In coronis & baſibus fir-
miſſimi lapides eſſe debent. In fundamentis quoduis. Si alte
ducitur ædificiũ, exiccari primũ oportebit prius factum, ne
rimas contrahat: neq; etiã diutius remanere, quod haud bene
cõnecteretur. Antiquitus plebs Ro. parietes ex cratibus &
ſtorijs faciebat illito luto ſubiecto: dein gypſo aut calce oper
to. Hæc Leo. Pli. de his ait. Seſquipedalis paries non plus una
cõtignatione patiebatur. Paries lateritius firmiſſimus ſi ad
perpendiculũ fiat. Græci ex lapide ac ſilice æqua cõſtituunt,
ueluti lateritio parietes, cum ita faciant Iſœcodomon uocãt Iſœcodomon
genus ſtructuræ. At cum inæquali craſſitudine ſtructura ſit, Pſeudiſœcodomon
Pſeudiſœcodomon. Tertiũ ut Emplecton tantũmodo fron Emplecton
tibus politis: reliqua fortuito collocata. Alternas coagmẽta-
tiones faciunt, ut cõmiſſuras antecedentiũ medij lapides ob-
tineant. Dictyotheton uocant reticulatũ parietem, quẽ fre- Dictyotheton
quentiſſimè Romæ ſtruũt rimis opportunũ. Structurã præ-
ter omnia ad normã & libellã fieri, & ad perpendiculũ ad-
commodate oportet. Vitru. Structurarũ tria genera ſunt. Structurarum tria genera
Reticulatũ quo non omnes utuntur, ad rimas faciendas ideo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

paratum,quòd in omnis partes diſſoluta habeat cubicula &
coagmēta. Alia incerta dicuntur,quæ firmiorem quidem ha
bent ſtructurā,non pulchriorem. Ordinarium tertiū genus,
quod ex quadratis lapidib. fit, ut lateritia ſint adligata eorū
alterijs corijs coagmentatis. Atq; hæc triplex. Iſœcodomon,
ut quū coria æquali craßitudine ſunt omnia ſtructa. Pſeudi-
ſœcodomon quū impares & inæquales ordines coriorū de-
ducuntur. Tertiū Emplectō,quo noſtri ruſtici utūtur,quorū
frontes poliuntur,reliqua fortuito,ſtipata calce ac cæmentis.
Lateritij uerò parietes (modo ad perpendiculū ſint ſtantes)
perpetui ſunt,& in precio apud Græcos & Barbaros. hæc
ille. Ex quo ſatis deprehēdimus hoc ultimū genus Emplectō,
quo dicit ruſticos tūc uſos fuiſſe,nunc à magnis conſtrui ui-
ris.quo profectò nihil uilius. Raphaël Cardinalis S.Georgij
primus in urbe hoc tēpore, qui ædes apud S.Laurentium,
corio Iſœcodomo ex lapide Tiburtino ſit auſus aggredi.
Pſeudiſœcodomū Florentiæ frequentißimum & pulcherri-
mum cernitur,omniū autem magnificentißimū & priſcorū
luxui certans, Philippi Strotij ædificiū nunc erigitur eius ge
neris,nondum præ magnitudine abſolutū. Eſt & illa parie-
tum craßitudo ex lateribus cognominata, apud Vitruuium
Diplinthius Diplinthij, Triplinthij,pedalis quoq; & Seſquipedalis. Sunt
Triplinthius & parietes ac cameræ cratitiæ ex cratibus cōtextis,in qui-
bus clauos muſcarios roboris gratia figere oportet.

DE PAVIMENTIS.

PAVIMENTA aut ſub tecto,aut ſub dio. Subdialia
ueteres poſt coaxationē filicem,potius quàm paleā in-
ducebant. quod malè ſcribitur apud Vitruuiū ſilicē. Deinde
ſtatumē ex ruderatione diu ſtatuminata: uectibus ligneis ac-
cerſitis decurijs, ubi duæ partes ruderis noui erant & una
calcis. Deinde nucleus inducebatur craßitudine ſenū digi-
torum. Ex teſta duæ partes & una calcis: diu pinſum ſupra
nucleū. Ad libellam exacta pauimēta extruuntur, ſiue ſecti-
lia,ſiue teſſaris,ſiue ſcutulis magnis aut quadratis. In leuiga
tione marmor incernatur cum calce & aruina. At ſubdialia
pauimēta ſic agas: poſt coaxationē altera coaxatio trāſuerſa
extruatur: deinde ruderi nouo tertia pars teſtæ tuſæ admi-
ſceatur,calcisq; duæ partes,ad quinq; mortarij mixtionibus.
Statuminatio Statuminatione facta rudus inducatur craſſum pedem
unū: deinde nucleus uti ſuprà,poſt pauimentum inducatur
teſſera ſeu quoduis. Vt autem tuta à gelicidijs ſint,quotannis
ante hyemem facibus ſaturetur: uel ſi curioſius facere opor-
tet,tegulæ inter ſe coagmētatæ ſupra rudus coaptentur,cal-
cem addendo ex oleo ſubactā: deinde rudus & alia inducan-
tur. Hæc Vitruuius. Plin.autem lib. XXVI. cap. XXV. Pa
uimenta originem habuère apud Græcos elaborata arte pi-
cturæ. Celeberrimus in hoc fuit Zenodotus, qui pergami
Aſaroton ſtrauit,quem uocant Aſaroton Oecon: quoniā purgamenta
cœnæ,quæ euerri ſolēt ueluti relicta fecerit. Hæc ille. Non-
nulli quæ non addunt: ex quo eſt error noſtrorū grāmatico-
rum. Nam quidā dixit eo dictum,quòd facile & ualde uerri
poteſt: alter uerò quod non uerratur, ſed manu colligantur
purgamenta. Sed res ſic ſe habet,quòd ille ſtrauit imaginem
purgamentorū cœnæ,quæ licet uerrerentur,tamen nō uerri
uidebantur. Vitruuius Aſaroton œcon ad Theatri uſum ha-
beri dicit,quò ſe populus recipiebat, cum imber repentinus
ludos interpellabat. Lucilius. Ante pauimēta atq; emblemata
Vermiculatū uermiculata. Pli. ſubdialia pauimēta Græci inuenere,fallacia
Lithoſtrotū ſanè ubi imbres cogelant. Lithoſtrota cœptauere ſub Syl-
la paruulis cruſtis: pulſa exinde ex humo pauimenta in came
ras tranſiere. Agrippa cœpit in Thermis,quas fecit, figlinū
opus encauſto pingere: nō dubiè uitreas facturus cameras, ſi
prius inuentū fuiſſet. Leo remediū ſcribit pauimēto ſubdia-
li,ſi rimulam cōtraxerit: Cineres incerniculo præparatos
oleo præſertim lini ſubigito,deinde infundito, coibit. Huic
etiā operi cōmodißima creta calce uiua diligenter ſubacta,
& furno excocta: ac ilico inducta ex oleo,rima prius pul-
uere diligenter purgata. Statumen uocatur quicquid ſtra- Statumen
to adijcitur: unde ſtatuminare,ſtypare,& inſercire. Malta Malta
è calce fit recenti: gleba è uino reſtinguitur: mox tunditur
cū adipe ſuillo,quæ res eſt omniū tenacißima,& duritiē la-
pidis antecedit: quod maltatur oleo ante perfunditur.

DE COLVMNIS.

COLVMNAS & arcus in honorem principū ere-
ctas uidemus non diuturno inuento. Plinius enim ſuo
tempore dicit cœpiſſe,neq; anteriorem quàm Titi arcum
Romæ uidemus: neq; Traiani ac Antonini colūnis uetuſtio-
res: niſi Menianam dixerimus, quæ honoris gratia Menio
conceſſa in foro,unde ludos ſpectaret. In foro item Romano
columna fuerat miliaria. De qua in Geographia conſcripſi.
In eodem quoq; columna à plebe ſtatim à funere in honorem
Cæſaris poſita pedū XX. lapidis Numidici: inſcriptumq; pa
renti patriæ,apud quam diu ſacrificatum,uotaq; nuncupata
fuere. autor Trāquillus in Cæſare. Columnas Hymettias pri
mus Craſſus orator aduehi iußit. Columnæ ratio ſic ſe ha-
bet. Inferior pars ubi reſidet uocatur & baſis & abacus: ba
ſi ſpiras addūt & thorulos,qui erāt torques craßiores. Or-
biculus eſt in gyrū incauus,qui ueluti in troclea,ſic iſte inter
thoros preſſatur. Omnis demetiendarū partium ratio eſt à
diametro imæ columnæ. Colūna ipſa ſine parte inferiore ac
ſuperiore Scapus dicitur. Pars ſuperior & capitellū & epi-
ſtilium & modulus: ſupra hoc lapis quadratus appellatur.
In his erāt triglypha,cymatia,encarpia,uolutæ: ſuper omnia
tympanū. Triglypha,ut ait Vitruuius,ſunt quæ cōtra tigno
rum præciſiones in fronte figūtur ob pulchritudinē: eadē ra
tio in operibus lapideis inuenta. Cymatia inundantes florum
frōdiūq; cōtextus. Encarpia poma frondesq; inſculptæ. Vo Voluta
lutæ quæ ſub capitellis ad euitādos imbres conuoluuntur. In
totū quatuor generum deſcribuntur. Doricæ quæ ſextā alti-
tudinis partem in ima craßitudine habent: quæ nonā Ionicæ,
quæ ſeptimam Tuſcanicæ. Corinthijs eadem ratio quæ Ioni
cis. Atticæ quaternis angulis pari laterum interuallo. autor
Plin. Sunt etiam columnæ ſtriatæ, id eſt, canaliculis incaua-
tæ. Sicuti apud templū Pacis,alijsq; in locis hodie Romæ ui-
demus. Striga uerò conſertus ut ficuum. Striges autē aues Striges
diræ: quo etiā nomine anus maleficas ex ea cauſa uulgus ho-
die nuncupat. Apud columnas proponebantur antiquitus edi
cta,diſputantiumq; ordo & coronæ conueniebant.

DE CRVSTATIONIBVS.

CRVSTATIONES aliæ inductæ,aliæ adactæ. In-
ducitur gypſum,calx: adigitur lapis,uitrū,cæteraq; hu
iuſcemodi. Cruſtationib. quibuſuis ex uetere pariete ſuffuſa
inimica eſt humiditas. Inductarū autē hæ ſunt ſpecies. Alba-
ria picta,& Albaria inſignita pictoria. Adactarū hæ,Orbi-
culata,circūexecta,teſſellulata. Albaria cutis marmoris ſplē
dorē dabat,ſi poſtquā ſiccauerit cæra & maſtiche modicoq;
oleo ſimul colliquefactis unctū parietē carbone ignito expoli
rēt. Eadē uerò & de ſigillis ex gypſo ratio eſt. Quorū duo
erāt genera. unū prominens,alterū retōſum. Pictoriæ cruſta
tionis alia in udo,alia in ſicco. Vdis calor natiuus,& metalli
cus cōuenit: Siccis fucatus factitius. Nā calcem & humor &
auſter edit. Nouū inuentū oleo lini colores lauari,modò ſic-
cus ſit ubi induxeris. Teſſellulatis adhibebantur calculi mi-
nores: uermiculatis autem maiores. In utriſq; picturā uario-
rum lapidū imitabantur. Conchas margaritarum immiſcere
cruſtationibus inſtituit Nero princeps, quarū plurimas ho-
die in ueterū ruinis uidemus. Hæc etiam omnia pauimentis
conuen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

conueniunt, præterquàm inſignita & pictoria. Nam prius feſtucatur, deinde graui lapide leuigatur, poſtq́; teſſellularũ anguli & lineæ figurantur. Cruſtationes marmorũ hoc modo repertæ. Pixidorus paſtor apud Epheſum cum oues paſceret, hircum inſixũ cornibus parieti exceptã cruſtam candidiſsimã ad ciues attulit, qui forte tunc Dianæ Epheſiæ tẽplum facere meditabãtur, magnoq́; præmio muneratus eſt. ut autor Vitru. Plin. autẽ de cruſtatione inducta, quod tectorium dicitur, inquit, Tectorium niſi ter arenato, & bis marmorato inductum eſt, nõ ſatis ſplẽdoris habere uidetur. Cruſtationes ubi oportebit impingere, arenationes non minus tres inducẽdæ: uiſæ iam & nouẽ in antiquis ædificijs. Primæ officiũ, parietes arctiſsime dẽſare atq; adæquare: extremæ, expolire, & colorum lineamẽtorumq́; uenuſtatẽ exprimere: mediarum, utriuſq́; uitia emendare atq; prohibere, quas aſperas eſſe oportet: nã leuigatis ſuperaddita non adhærent. Primas oportet eſſe aſperrimas ex arena foſsitia non ualde tuſa ad digiti craſsitudinẽ, interdumq́; ad palmum. Vltimum marmoratũ appellant, quòd marmore tuſum cãdidiſsimo eſt admixtũ: craſsitudo ſemidigitalis ſat erit. Cruſtã ſi forte ueteri parieti uelis adigere, prius oblinito aqua pura: deinde liquenti flore calcis, immixta ex aqua marmoreo pollini, locũ penicillo dealbabis. Poſt hæc arenatũ adiges. Vitru. Ad opus albarium parietes primo trulliſſentur: poſt trulliſſationem non minus tribus corijs arenati inductis, marmoratũ inducatur. Deinde colores qui cum udo tectorio ſunt inducti non mittunt, ſed perpetuò manent. In locis humidis inducatur prius trulliſſatio teſtacea: deinde arenatum. Et reliqua.

DE LOCIS PVBLICIS.

Theatrum & eius partes

DE Theatro. Pollux. Theatri partes hæ ſunt. Orcheſtra, pulpitũ, ſcena, proſcenium, paraſcenium, hypoſcenium. Scena quidẽ locus hiſtrionum eſt. Orcheſtra, in qua ſuggeſtũ quoddã eſt ſiue ara. Hypoſcenium, quod Latini podium dicunt. Columnis & ſtatuis ornatur, ad ſpectatorẽ cõuerſum, ſub pulpito cõſtitutum. Sunt præterea ſecundum ſcenã tres portæ: regia in primis, eius qui primas agebat partes. Ab læua inferiores & uiliores perſonæ uel tẽplum. iuxta domũ autem tẽtorium cum tapetis & alijs ſtragulis adopertũ. Locus iumẽtorum cum porta maiore: unde facile exeãt, & impellãtur currus. hæc ille. Ex Vitru. Scenæ longitudo ad orcheſtræ diametrũ duplex fieri debet. Podij altitudo à libramẽto pulpiti duodecima orcheſtræ diametri, ſupra podium columnæ cum capitulis & ſpiris. Deniq; ſecundum Vitruuij perſcriptionẽ podium erat locus iuxta proſcenium aut orcheſtrã. Tranquillus. Nero parcius primum, poſtea toto podio adaperto ſpectauit. De tẽporario Scauri theatro quonã modo factũ eſſet, in Anthropologia cum de ipſo feci mẽtionem, narraui.

Baſilica

Baſilica locus erat ubi litigabatur, tectũ uidelicet cum expedito & amplo ſpatio. Ex binis cõſtabat porticibus: externa, hoc eſt, ambulatione ubi ſerui conſiſtebant, & interna porticu ubi cauſidici errarẽt, differente à curia aut tẽplo, quod illa porticum non habebant.

Porticus

Porticus publica res eſt uti baſilica, ab ea tamen differens ueluti pars à toto. Nam & porticus pars baſilicæ adiuncta tecto tantũ & columnis conſtabat: eas à famulijs & hominibus Romæ cognominabant. Sub porticu Athenis Stoici philoſophabãtur. Porticus Neronis miliaria, mille paſsibus durabat.

Curia

Curia quò ſenatus cogebatur, ſiue in templo, ſiue templo cõiuncta erat. Tullus Hoſtilius in Cæliũ Alba Albanos traduxit, eorumq́; principes in patres legit, Tullios, Seruilios, Quintios, Geganios, Curatios, Clœlios, tẽplumq́; ordini ab ſe aucto curiam fecit, quæ Hoſtilia dicta eſt. Liui. 1.

Templum

Templum habebat porticũ, cellam, pronaon, opiſtodomum, & lucum. Porticus erat pro tẽplo: Pronaon paruum ante fores conſeptum. Cella ſpatium intus totius tẽpli. Opiſtodomum quod Vitruuius poſticum cõuertit, ſpatium poſt templum. Lucus ferè idem ſub dio, ſacer locus cum arboribus, ſicuti apud nos horti cœnobiorũ. Et præterea in ſublimi gradibus aliquot: ex quo deprehẽdi poteſt quantum ruinæ creuerint Romæ, ut Pantheon totidem gradibus prius aſcenderẽt, quot nunc deſcẽdit. Habebat in frontibus ac pro foribus paraſtatas columnas, quas παραςάσεις uocãt. Amphiproſtilos, perithyros, dithyros, pſeudothyros: omnia ex portarũ appellatione. Inter cellã & columnas ambulatio erat, eius ſpecies diuerſæ. Pycnoſtilos dẽſioribus columnis. Syſtilos paulò remiſsioribus. Arioſtilos rarioribus ſpatijs. In tẽpli tholo res miras ſuſpendebãt, ut cornua formicarum, elephantorũ dentes, hoſtium ſpolia. Socrates in Platonis legibus candorẽ in primis probat in tẽplo abſq; picturis: Aurum aut argentũ, aut aliquid precioſum, tãquàm corrumpere quærẽs, in eo offerri, minime probat. Præterea Græci, teſte Vitruuio, Ioui, fulguri, ſoli, ac lunæ templa hypætra, id eſt, ſubdialia cõſtituebant.

Thermæ

Thermas Leo dicit ſe pro cõperto nõ habere, publicas ne an priuatas fuiſſe, quod equidẽ miror: quũ utroq; modo reperiãtur. Quod priuatæ, docet Martialis. Hetruſci niſi thermulis laueris, Illotus morieris Oppiane. Quod publicæ, idẽ de Thermis Titi loquẽs ſimul cum alijs ædificijs ait: Et ſunt Deliciæ populi, quæ fuerãt domini.

Balnea

Dicũtur & Balnea & Balineæ, & Lauacra, & ſolia balneorũ. Lampridius inquit, Oceani ſoliũ primus inter principes Alexãder appellauit: cũ Traianus id nõ feciſſet, ſed diebus ſolia deputaſſet. Ami. Marcellinus inquit: Lauacra in urbe in modũ piſcinarũ extruxit. Eſt enim ſoliũ alueus balnei. Oceanus autẽ alueus maior ab æſtu quaſi & refluxu marino appellatus. Erãt præterea in balneis apodyteria, id eſt, ſpoliatoria ubi ueſtes lauaturi ponebãt, ut ſcribitur apud Lãpridiũ. Erantq́; calidariũ, frigidarium, tepidariũ, pyriateriũ, laconicũ, hypocauſtũ, ſudatoriũ, eadem ferè omnia: quæ cũcta quomodo fierẽt, ſatis in moribus hominum dixi, ubi balnea & exercitationes attigi.

DE VRBIVM AEDIFICATIONE.

VRBIVM ædificatio, coloniarum inſtauratio, cœnobiorumq́; ingenium conſtitutio, crebræ fuerant apud maiores noſtros, qui tunc & hominum multitudine & ingeniorũ fœcunditate, ac opum potentia florebant: nunc tam in Italia quàm extra, Mœnia tot quondam lugent deſerta colonis. Satis igitur locorum uacat, ſatiſq́; habet uir maximus, cum arcem aliquam de nouo fundauit, aut ædes ſeu uillam ſibi concinnauit: ſeu etiam templi partem reſtituit, ubi plus occupant eius infixa ſigna ſpatij, pluſq́; ſibi ſumptuum expoſcunt quàm reliquæ ædificiorum partes: ita peſſum omnia ire, tantumq́; animi poſteris imminuit dies, ut non tam potentia quàm uirtutibus & uera gloria uacui, quæramus in muſtatio laureolam. Vrbium igitur ædificationem auſpicato prius inceptabant: aratro æneo ſulcabant, cum ad locum portæ ueniebant, aratrum tollebant, quod ſacra tãtum mœnia haberẽt, portas nequaquàm, cum eas neceſſe ſit multis de cauſis profanari. Mœnia ipſa ac ciuitatem aliquibus dicabant numinibus. Perſæ uerò & Aegyptij minime, quòd in obſidione precibus hoſtium uerebantur ea migrare. Cenſorinus de natali dicit eam futuram magnam ciuitatem, quæ geneſim cum fundatore communem habuerit: ſicuti urbi Romæ accidit & Romulo. Mœnibus Pomerium addebant, Pomerium
erat enim ſpatium poſt murum, quod neq; habitari, neq; arari fas erat. In urbis incremento, inquit Liuius, quantum mœnia proceſſura erant, tantum hi termini conſecrati proferebantur. Hetruſci primi inaugurato conſecrauerunt: ut neq; intrinſecus, neq; extrinſecus ædificia mœnibus continerentur, liberumq́; aliquid eſſet ab humano cultu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

DE MACHINIS FABRILIBVS.

MACHINAE, *ut ait* Vitruuius,*pluribus operibus, & ui maiore cogũtur effectus habere,ut baliſtæ,torcularia, prœla.* Organa *uerò unius operæ prudenti tractu perficiunt quod propoſitũ,ut ſcorpionis,ſeu alicuius inſtrumenti uerſatio.* Rurſus Machina *eſt opus continens ad trahenda onera quæ mouentur ex arte,circulorum rotũdationibus,quas* Græci *uocãt* κυκλιντινώσεις. Quorũ *tria genera: ſcanſorium,quod* ἀκροβατικόν *appellãt:aliud ſpiritale, cuius inuentor* Cteſibus Alexandrinus,*quod* πνευματικόν. Nam *hic & hydraulicas machinas quẽadmodum aqua poſſet aſcẽdere repperit. Tertium tractorium,quod* βάναυσον *uocant.*

Scanſorium *Scanſoriæ tignis & trãſuerſarijs fiũt, quibus ad alta ſine periculo aſcenditur, ubi magis audacia quàm arte opus eſt, ſiquidẽ catenationibus & criſmatorum fulturis cõtinentur.* Spiritales *uerò cum ſpiritu impulſæ,plagas uocesq́; organicas exprimũt.* Tractorium Tractorium *cum opera machinis pertrahuntur,aut ad altũ ſublata collocãtur.* Hæ *duæ artis ſunt:ex hac ultima exiſtũt quæ mechanice, & alia quæ organice mouentur.* Troclea *orbiculũ habet ad funẽ tractorium.* Triſpatos, *hæc eſt cum tribus orbiculis.* Pentaſpatos *cum quinq;.*

Sucula *Sucula eſt ubi funis adligatur:* Vectes *pali qui ſuculã uerſant,trahuntq́; coloßicotera onera,id eſt,maiora,& uaſtiora.* Circa *tympanũ reuolutus alter funis ad ergata chelonia & ferreos chodacas in capitibus ſcaporũ & ſubſcudes.* Eſt *enim tympanũ quod funẽ uertit,ac trahit onera:ſiue modulos trahat ſiue aliud.* Moduli Sunt *enim* Moduli *quadrata uaſa ad* Subſcudes *hauriendã aquã.* Feſtus *quoq; Subſcudes etiã anguſtas dicit eſſe tabellas,quæ aſſerũ coagmenta cõnectunt.* Artemo *Trocleæ genus,quod* Græce ὕταγον *dicitur.* Non *prætereundũ quod* Pli.*li.* XXXVI.*cap.* IX.*cõmemorat.* Rex Aegyptius, *qui* Pyramidẽ *ex humo erigere mãdabat,ad diligentiã artificis cautius admonendam,ne rumperetur ita machinã iußit aptare,filium ſuũ in obeliſci capite adligauit.* Cætera *inſtrumẽta fabrilia,* Trulla,*norma,regula,perpẽdicula,decẽpeda.*

DE ARCHITECTIS, ET OPERIBVS NOBILIBVS.

Democrates ARCHITECTI *cum plures fuiſſe legũtur,tũ præcipuè* Democrates,*qui* Alexandriã *eſt metatus.* Spintharus Spintharus Corinthius, *qui tẽplum* Delphicũ *cõſtruxit.* Creſiphon Cteſiphon *tẽplum* Dianæ Epheſiæ,*ubi ſignũ ipſius* Deæ *uitigineum fuerat.* Meleagines Meleagines *fanũ* Mineruæ Prieneæ. Theodorus *Phocẽſis tholum* Delphicũ. Philo Philo Atheniẽſis *armamentarium* Pyrei. Hermogenes *ædem* Doricã Iunonis Magneſiæ. Sugilas Sugilas Mauſoleum Artemiſiæ. Zenodotus Zenodotus *nobile pauimẽtum* Pergami. *Scripſere ſuper hac arte primus* Agatharches Athenis *nobilis architectus, ex quo excitati poſtea* Democritus & Anaxagoras *in eo etiam commentarios reliquere.* Deinde Silenus *de* Symmetrijs Doricorũ *edidit uolumẽ.* Apud Epheſum *teſtibus* Vitruuio & Cicerone, *architectus cum publice opus redimit,ſcripto ſeſe magiſtratui autorat.* Abſoluto *opere ſi ad prædictum impenſa reſpõdit,honoratur donis:ſi ultra prædictum quarta pars ſupergreditur,toleratur.* Si *autẽ ulterius,de ſuo cogitur dare.*

DE SERICO PVRPVRA COCCO, Bombicino,Byſſo,Setabo,Xylino,Linisq́; alijs.

Sericum PROCOPIVS *Græcus autor ſolus, quẽ ſciam inter ſcriptores* Serici *originem in* Europa *deſcribit, quod* Græci μέταξαν *uocant.* Ad Iuſtinianum *inquit principem, duos monachos eius ſemen ex* Serinda Indiæ *ciuitate* Conſtantinopolim *attuliſſe.* Ex *eoq́; deinde ſub fimo poſito paulatim uermiculos emerſiſſe, qui mori folijs enutriti* Sericum *fecere:inde transfuſum poſtea in reliquam* Europam. Pauſaniæ *in fine* VI.*lib.uermiculus huiuſmodi* σῆρ,*id eſt,*Ser *appellatur,unde dicũtur* Seres *populi apud* Indos,*quòd his potißime abundent: neq; enim aliud* Serinda, *unde dixi ſemen aduectum, quàm* Serum *ciuitas* Ptolemæo Serica *appellata.* Ex *quo quum* Virgilius *ait,* Folijs *depectunt uellera Seres: ſatis conſtat de uermiculo in arbore naſcente, ac ſericum procreante dicere uoluiſſe.* Quod Plinius *parum intelligens lib.* VI. *ait, Seres lautitia ſyluarum nobiles perfuſam aqua depectẽtes frondium caniciem:quaſi ſine uermiculo id ſpõte naſcatur.* Aurelianus *princeps* Spartiano *ueſtem holoſericam ne in ueſtiario quidẽ habuit dicens,nolle pẽſare auro* Holoſerica ueſtis *fila.* Nam *libra auri tunc libra ſerici ueniebat.* Alexander *itẽ imperator ueſtes ſericas raras habuit,holoſericas nunquam induit,ſubſericas nunquã donauit.* Ex *quibus ſanè uerbis cõijcere poſſumus,quam parcus antiquis ſerici uſus fuerit,cuius poſtea luxuriam plurima ſata* Morus *per* Italiam *auxit, ut non ſolum ad uilißimi ordinis homines peruenerit, ſed eo canũ equorumq́; ſtragula ac dorſualia fiant.* Nihilq́; *ſiue in ordiendo ſiue in tingẽdo maiorẽ recipit uarietatẽ.* Cum *uellere,planum,interciſum,pictũ, monochromaton,dichromaton,trichromaton:quatuor,quinq;,ſex ſtaminum quod* Hexamiton *uocãt.* Color *huic purpuræ excellẽtißimus indi-* Purpura *catur.* Violaceam Nepos *dicit ſuo tẽpore cœpiſſe.* Ru- Violacea Rubra *bram uerò poſtea:deinde dibaphã omnibus præſtantiorẽ inuenerunt,bis ſanguine ſaturatã.autor* Plinius *qui etiã in lib.* IX.*Sybactanã,id eſt,*Hiſpanam & Mauram *cõmendat.* Huius *præſtantia coloris in cane primum deprehenſa, qui purpuram forte manducauerat,labris rubẽtibus apparens.* Poſteri *tamẽ omnibus cõmodiorem inuenerunt ex herbæ ſimilis* Thryallidi *floribus ac ſeminibus,quæ in* Italia *pluribus in locis ſeritur. hanc putauerim quã* Dioſcorides Anthillũ *uo-* Anthillum *cat.* Lauatur *furfure,unde uim capit. tãta alioquin tenuitate, ut ſerici delicijs tantum nitorẽ præſtet,in lana euaneſcat.* Nã *in lana coccum ſplendeſcit,quod hodie* Granum *uocãt.* Hoc Coccum *olim* Africa,Gallecia,& Luſitania *mittebant,ex quo imperatoria paludamenta inficiebantur.* Tranſalpina *uerò* Gallia *herbas* Tyrium *atq;* Conchilium, *omnisq́; alios colores, ut ait* Plin.*lib.*XXII. Nunc *uerò è* Valentia Hiſpaniæ *optimum omnium aduehitur coccũ.* Deinde *ex* Aſia *colore inferius.* Ex *his itaq; color duplex,uiolaceus,& ruber.* Violaceo *prius* Guadum *nũc appellatum, herba ſubijcitur colore cæruleo.* Alter *quo cãdidus inficitur pãnus, color ruſſatus tam antiquis quàm nobis nominatur,potißimus inter omnis.* Nã *& ruſſata quondã factio fuerat.* Hunc *etiam poſteri magis arte perfecerũt, ignis ardorem imitantem.* Quod *uerò nunc* Brocatum *uocamus, antiquitus non erat niſi ueſtis aurata: quæ pannus non autem ſericum,auro intextus fuerat, acuq́; laboratus.* Pannus *à nobis aureus appellatus uidetur is* Pannus aureus *eſſe, quẽ* Plinius *ſe uidiſſe teſtatur* Agrippinã Claudij *principis indutam,paludamẽto textili,abſq; ulla materia.* Omnia *nunc laſciuia temporis ampliauit, uiliaq́; fecit, ad præcones uſq;,paraſitosq́; proſtituendo:cum imperatorũ paludamẽta ex hoc cernere nõ eſſet.* Eſt & Bombicina *ueſtis ad mu-* Bombicina *lierum delicias.* Iuuenalis. Fœmineũ *lucet ſic per Bombicina corpus.* Ex *filo ſunt tenuißimo inſtar ſerici, quod* Bõbix *ſeu* Bombix Necidalus *de genere crabronum ex* Aſſyrijs *ueniens more araneæ texit,nido candore ſalis,magnaq́; duritie in pariete conſtituto.* Id *retorquere rurſusq́; texere inuenit* Pamphila Platis *filia in* Co *inſula.autor* Plin.*lib.* XI. Byſſus *fœmini-* Byſſus *ni generis in utraq; lingua, genus eſt lini flaui ac tenuißimi, unde ueſtis byßina & color byßinus.* In Iudæa *præcipuus teſte* Ioſepho. Secũdus *in* Elide Græciæ *ciuitate,colore inferior* Iudaico,*ſed tenuitate præſtãtior,ut ait* Pauſanias *lib.*V. Et *byſſum & bombicina quanquam raro, hodie quoq; ex*

Aſia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Aſia Græciaq́;, quibus Turca dominatur, in Italiam exportari uidemus. **Setabum** His proximũ Setabũ tenuitate, in Hiſpaniæ eiuſdem nominis ciuitate proueniens, ſudarijs aptiſſimum. Catullus. Remitte mihi Setabumq́; meum. **Xylinum** Deinde Xylinum, de quo Plinius libro XIX. ſic ait. Aegypti pars ſuperior Arabiam uerſus fruticem gignit, quem aliqui **Goſsipion** Goſſipion uocãt, plures Xylon, ex quo Xylina lina. paruulus eſt, ſimilem barbatæ nucis defert fructũ, cuius in exteriore bombice lanugo netur: nec ulla ſunt eis in candore mollicia'ue præferẽda, ueſtes inde ſacerdotibus. Aegypti gratiſſimæ. **Cotonum** Hoc Cotonum hodie uocant, naſciturq́; in Calabria, poſt Pliniũ adeo frequẽs ut nihil uilius. In inſula item Maltha prope Siciliam: ſed optimum ex Syria uenit. **Orthominiũ** Orthominium item Plinio è panicula paluſtris uelut arundinis netur etiam tenuiſſimum: nunc corrupto uocabulo Orthicinum appellãt, ad nos etiam uile externum ueniens, ubi nunc ora noſtri depingunt Seruatoris. **Linum uiuum ſeu Aſueſtinũ** Reperitur & linum quod uiuum Latine, Græce uerò Aſueſtinum ex argumento uocatur, quod igni mundetur, nec abſumitur, unde funebres regum tunicæ fiunt, quæ fauillam ab reliquo ſeparant cinere. Naſcitur in Indiæ deſertis autore Plinio. Straboni etiam apud Caryſtum inſulam, ut alibi dixi, rarum inuentu, æquatq́; pretia margaritarum, ut ait Plinius. Nos item in Italia hoc uidimus & experti ſumus. **Linum Cumanum** Cumanum in Italia ad piſcium & alitum capturam tantæ tenuitatis, ut annulũ hominis cum epidromidibus **Epidromides** (ſunt enim epidromides extremæ funes cũ circulis) pertranſirẽt. Sed mirum magis in Aegypto ſingula fila CCCLXV. filis cõſtare, ut in thorace Amaſis regis Aegyptij, qui Rhodi in Mineruæ templo uiſebatur. Aethiopes Indiq́; ex malis, Arabes è cucurbitis, Aſiatici ex geniſta lina demetũt.

Carbaſinum Carbaſinũ apud Tarraconẽ repertum, ex quo uela nautica conficiuntur, unde Carbaſus nomẽ habet, quibus poſtea Lentulus Spinter ludis Apollinaribus theatrũ texit, & ante eũ primus Rom. Q. Catulus in dedicatione Capitolij, moxq́; Cæſar dictator totum forum Romanum uelis operuit in ludis, & poſt eum Marcellus Octauiæ filius, ſine ludis, ut ſalubrius litigantes conſiſterent. Velo nauis purpureo cum Cleopatra M. Antonius ad Accium eſt uſus, è lini libris L. iuſtum eſt XV. ferreis hamis carminari.

QVAS QVISQVE POPVLVS VESTES reperit, & de priuatis quorundam.

Phrygiones IN laborandis ueſtibus alij alia inuenerunt. Acu facere idei Phryges. hinc Phrygiones uulgò appellati. **Attalica** Aurũ intexere in Aſia reperit Attalus, unde nomen Attalicis. Colores diuerſos picturæ intexere Babylon: unde Martialis. Veſte Semiramia quæ uariatur acu. Plurimis uerò licijs Alexandria inſtituit, quæ Polymita & Hexamita dicuntur.

Delmatica Delmatica à Delmatis reperta, qua Romani horis tẽporibusq́; extraordinarijs etiam ſunt uſi. Lampridius in uita Cæſarum. Delmaticatus poſt cœnam ambulabat. Similis ferè his quas Turcas hodie uocamus. **Gabanium** Gabanium Græcis, id eſt γαβάνιον. Nam græcanicus eſt habitus, oblongis manicis, quo etiam nunc utuntur paſſim Itali omnes. nec longo inuento, nam à Conſtantino imperatore proceſſit, ut in magiſtratibus dixi. **Pallium** Pallium etiam Græcorum fuerat. Inde comœdiæ palliatæ. **Mantellum** Mantellum item ad nos poſtea transfuſum. Plautus id commemorat. illi autem μανδύαν uocant. Suidas μανδύας ἐστὶ ἱμάτιον ὅπερ καλεῖται φελώνιον. **Bracæ** Bracæ Gallorum erant, longa uidelicet femoralia ſubligacula: nec adſentior his, qui aliud eſſe putant. Strabo. Galli, inquit, longis femoralibus utuntur; quem uſum ad hunc uſq; diem ſeruant: miſeruntq́; iam diu ad nos, ut is habitus geſtetur cum reliquo calciamento coniunctus & ſeparatus. Sed hoc ſatis non fuit, iam penè iuuentus omnis nunc Gallico ritu & habitu uiuit. O uices rerum humanarum. Italia quæ Barbaris hominibus leges ac togam antea dare conſueuerat, ab eis nunc ineptos ornatus ac mores ridiculos accepit. **Aulea** Aulea Britannorum ſunt, ut Marcellus. Virgilius quoq;, Tollent aulea Britanni. ea putarim quæ nunc cernimus picta. Afri præterea, Mauri, Saraceni, Scythæq́; omnes uarietate colorum gaudent, præſertim luteo, ac rubro. Virgilius. Pictiq́; Agathyrſi. Græci autem crepidati incedebant. **Priuatæ quorũdam ueſtes** Legimus item priuatas quorundam ueſtes. Aelianus de uaria hiſtor. Pythagoram ait ueſte alba uti ſolitum, & coronam auream geſtare. Empedoclem Agrigẽtinum purpurea ueſte, calciamẽtisq́; æreis. Hippiam quoq; & Gorgiam purpureis. Vtebatur & purpura Porphyrius, unde nomen eſt auſpicatus, cum antea Malchus appellaretur. autor Eunapius in eius uita. Ariſtoteles ipſe in ueſtitu uictuq́; delicioſus fuiſſe traditur, ob idq́; Platoni aliquantulum infenſus. At contra Socrates Diogenesq́;, alter diſcalciatus, alter cum pera baculoq́; ſemper ambulabant. Apud Rom. Cato ſenex præcurta toga utebatur. & Cethegi exerto nudoq́; brachio. Cæſar laxiore tunica. Auguſtus hyeme thorace laneo, tibialibus, & quaternis tunicis. Mecœnas mollioribus ueſtibus unde Malacinus ab Auguſto cognominatus. Noſtra uerò ætate Ludouicus XI. Galliæ & Alphonſus Siciliæ, ac Matthias Panoniæ reges, uili amicti panno à uulgo non cognoſcebantur.

Toga Romanos autem toga à cæteris diſtinguebat, utriq; ſexui (teſte Nonio) geſtari ſolita. Cuius forma apparet ex marmoribus antiquis Romæ, modo pallij quo duces Veneti utuntur: nam & ſagum id genus dicere non poſſumus, quod in ſtatuis minime armatis adſpicimus, ſæpeq́; anteriore parte præciſa uidetur, à ſtatuarijs de induſtria factum, ut armatorũ thorax ornatusq́; cerneretur. Hæc uaria nobilibus fuerat. Triumphalis, ſcutulata, papauerata, Phrygia, ſurculata, ungulata, clauata, palmata: quas Plinius lib. VIII. enumerat. Spartianus monocolores, dicolores, tricolores, tetracolores, pentacolores, togas ponit. **Veſtes ſenatoriæ** Veſtes conſulares ac ſenatoriæ fuerant Paludamẽtum, purpura, trabea, prætexta, latumclauũ, cinctus Gabinus, tunica. Feſtus paludatos armatos in libris Auguralibus uocari dicit, & omnia militaria ornamenta Paludamẽta. **Paludamẽtum** **Prætexta** Marcellus dicit prætextam inſigne Romanorũ, quod ſupra tunicas honorati quiq; ſumunt. Hac triumphantes etiam utebantur. Cicero prætextã inquit Appio prætexui. Vtebantur & pueri nobiles. **Tunica** Tunica ſenatum à cæteris diſtinxit. Aurea tunica triumphaſſe Tarquinium Priſcum Verrius eſt autor. Erant enim ſine manicis, ex quo Vergilius probro dat Troianis: Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Cicero in Cat. Manicatis ac talaribus tunicis. Plautus. Manuleatam tunicam habere hominem addecet. Bulla & prætexta liberorum puerorum inſignia. **Bulla** Bulla enim monile fuerat, ut tradit Plutarchus, quondam Tarquinio à patre rege donata, dum puer adhuc Latinos in prælio fugaſſet. **Cinctus Gabinus** Cinctus Gabinus ueſtis religioſa è Gabijs accerſita. Liu. V. Fabius ritu gabino ſuccinctus à capitolio oppreſſo in Quirinalem ſacra faciens, iuit, & rediuit. Eandem opinamur apud Troianos fuiſſe Peplũ: apud Chriſtianos quoq; lintea tunica ſacerdotalis. **Infula** Infula quam morti deuotos indui mos erat. **Latumclauum** Latumclauum commune fuerat Senatoribus omnibus: cuius formam ac ueſtigia quantũ coniſcere fas eſt, in ludis hodie Romanis cernimus: eo enim illo die Senator indutus procedere ſolet. **Veſtes militares** **Læna** Militares erant, Læna quæ ſupra alia omnia induebatur. hinc Lænatum familia. Græcis etiam cõmunis erat: χλαῖναν quoq; & ipſi uocant. **Abolla** Præterea Abolla: ut ait Marcellus. **Sagum** de Sago nulli dubium. Cic. Itur ad Saga. Virgatis lucẽt ſagulis. Supra arma ferebatur: quantumq́; ex ueterum ſtatuis deprehendere fas eſt: uilis erat panni Venetiq; coloris. Penula quam

ſupra

ſupra tunicam, & ſi uſuueniret, cõtra imbrem ſumebant. Iu.
Et multo ſtillaret penula nimbo. Lampridius. Alexander ſe-
natoribus conceſsit, ut in ciuitate penula uterentur: nam uſus
Strigium fuerat extra ferre. Erant item Strigium ex Hiſpania, &
Maſtrucatus Maſtruca è Sardis, & Gauſapina. Plautus maſtrucatũ dixit.
meminit & Cic. in orationibus, ueſtes ſanè omnes craſſæ &
hyemales: ferè ſimiles noſtris hybernicis. Seneca. Gauſapina-
Gauſapinatus tum uocat pannoſum hominẽ. & Martialis Leucopiatũ &
Leucopiatus bericatum. Erat enim Leucopũ albus pannus ac uiliſsimus.
Bericatus Plinius ubi de medicinis ait: in panno leucopo dicit reponen-
Pullatus dum. Pullati & atrati ijdẽ erant qui nigris utebantur: aut
Atratus funeris aut ulciſcendi ſe gratia ob aliquam iniuriam. Cic. in
orationibus de Claudio Tribuno. Veſte obſoletior: capilla-
tior quàm antea: barba promiſsior, & uim tribunis nouam
minabatur. Idem hos eſſe in conuiuio non ſolere demõſtrat.
Quis unquam inquit uel in ſuorũ funere atratus accubuit?
In ſumendo ueſtem dicebant mutare, in ponẽdo recuperare.
Dicũtur quoq; pullati plebei omnes, quòd fuſco & naturali
ſint amicti colore. Tranquillus in Auguſto. Edixit ne quis
pullatorum in media cauea cõſiſteret. & Quintil. Pronun-
tiatio uehemens cum corporis iactatione mire ad pullatum
Muliebres circulum facit. Muliebres deinceps: inter quas Palla hone
Palla ſtiſsimæ cuiuſq; Marcello fuerat. Inuenimus & apud Oui-
dium, uirorum, de Orione loquentem. Induerat tyrio diſtin-
ctam murice pallã. precioſa utcunq; ueſtis. Virg. Et pallam
Stola inſignem gemmis auroq; rigẽtem. Stolam ueteres dixerũt
non honeſtam ueſtem ſolum: ſed etiam omne quod corpus te-
geret muliebre. Strophium faſcia breuis: quæ uirginalem er-
Strophium rorem cohibebat papillarũ. Cic. in Clo. Strophium accu-
rate præcingens: autor Marcellus. In hymno tamen diui Io.
pro tegmẽto uillico & agreſti accipitur. Plautus in Epidico
multas huiuſmodi commemorat: quas Marcellus declarat.
Regilla Sunt autem hæ, Regilla diminutiue à regia, ueſtis: dicta &
Ralla baſilica. Item mendicula. Ralla à raritate, quæ precioſis
Induſiata ueſtibus immitti ſolebat: Induſiata. Patagiata. Plumatile dici-
Patagiata
Plumatile tur Plauto. Plumatile aut clauatum, aut è plumis factum.
Ceſitium Ceſitium linteolum purum & candidum dicitur Plauto:
quod ita ad candorẽ perueniat, quòd oras circũciſas habeat.
Supparum Supparũ eſt linteolum femorale. Exoticum, peregrinum &
Limbus pulchrũ dicitur. Plautus. Baſilicũ aut exoticum. Limbus
muliebris etiã ueſtis & pretioſa. Plautus. Limborarij Ar-
cularij. Flameum tegmen quo capita matronæ teguntur,
Flammeolum dicitur & Flameolũ: uulgus Italicum adhuc fazolũ appellat.
Reticulum Reticulum item capitis: Carbaſus, pallium quo Flameum
amicitur. Virg. VIII. Eum tenuis glauco uelabat amictu
Capitium Carbaſus. Capitia, capitũ tegmina fœminarum. Calan-
Calantica tica item. Cicero in Clodium. Te cum Calanticam capiti ad-
Interula commodares. Interula, cuius Horatius & Mar. meminc-
runt utriq; ſexui ferebatur: erat enim tunica proxima car-
ni: nos linea utimur, apud ueteres lineam nuſquam cõperio
fuiſſe, ut ex marmoribus indicatur. Plin. Græcas ſtatuas ar-
maias ſine tunica, hoc eſt in nudo corpore dicit, ex quo ui-
dere licet quantum mollities cultus poſteros occupauit.

DE CALCIAMENTIS AC TVNICIS, & ueſtibus tragicis: comicis ac Satyricis.

NVNC calciamenta. Alexander Imper. Caligariorum
& omnium artium collegia inſtituit, ut autor Capito-
Caliga linus. Erat enim calciamenti genus: non quas nunc Caligas
appellant: nam ueteres nuſquam inuenio caligas quibus nos
Socculi utimur habuiſſe: ſed tantum crure tenus Socculos, ſic in o-
mnibus antiquorum monumentis aſpicimus. Et Tranquillus
ait. Vitellio ſocculorum alterum detraxit. Calcei fuerant
Calcei uaria forma diſtincti. Vopiſcus in uita Cæſarum. Calceos
mulleos, cereos, hederaceos, albos, uiris omnibus ſuſtulit,
mulieribus reſtituit. Apuleius quoq; linteos calceos nomi-
nat. Et Phecaſij ſacerdotũ calcei & Sicyonij calcei ab his qui
elegãtiæ ſtudebant ferebãtur, autor Cicero. Soleæ mulie- Soleæ
rum fuerãt. nos planellas dicimus, quas turpe uiris tunc ge-
ſtare fuerat. Cicero de Aruſp. reſpõ. A mulieribus ſoleis, in-
quit. & in Verrem. Stetit prætor Pop. Rom. ſoleatus in lit-
tore. Græcanici calcei ex Polluce hi ſunt. Baſilides quibus
utebãtur Athenis. Crepides geſtamen militare. Embades Crepides
ſumptuoſum calciamentũ. Sunt quoq; ſchiſtæ, ſingæ, compe-
des, aſircæ, ſandalia, crotopezia, ligneum calciamentũ, à ſo- Crotopezia
nando dicta, quæ aliter calopodia à quibuſdã dicuntur. Car-
batina ruſticum eſt, uocatũ à Caribus. Ex gẽtibus quoq; &
ciuitatibus plurima dicta ſunt, ut Argea, Scythica, Rhodica,
Laconica, Theſſalica. Quædam ex perſonis, ut Alcibiadia,
Smindryſia, Hiphicratida, Phecaſia, Diabathra. Communia
autẽ utriq; ſexui, Embates ſimiles comicis, hypoſceſma uiri- Embates
le calciamentũ ualde ſumptuoſum. Proſchema ſenile. Periba-
tes ancillarũ. Album calciamẽtum meretricũ erat. Plocaria
& acontia nominãtur Ariſtophani tanquã muliebria. Rha-
dia uarium & circumuolutũ erat. meminit Plato. Baucides
ſumptuoſorũ. Muliebria rurſus crocotides, aphracta, opi-
ſtocrepides, quod amẽtis retro ligãtur, amphiſphyra, acro-
ſphyra, canobia, gynepodia, niclipedeces, meſoperſicæ, phyr
tacides, ſeleucides, niſsides, ambracides. Cõmunia item utriq;
ſexui, phares, ledariũ, chiton, xyſtis. Fœminarũ etiam pro-
pria, epopes, diploidiũ, ſemidiploidiũ, catatiſtus, catagoges,
peplus. Zoma ueſtis anilis. Tunicæ quoq; diuerſorũ ge- Tunicæ
nerum ex eodẽ autore, hæ ſunt: Sciſsilis, phanotis quæ tranſ-
lucebat, cataſticte, id eſt, notis uariata animalia uel flores in-
textos habebat. Myotis ex muſcis intextis ex Armenia ue-
niens. Cortæus Maſsilienſiũ, Rhiza Thracũ, Caunaces Ba-
byloniorũ, Sarages Medorũ, Temenis Argiuorũ. Circa mã-
mas mulierũ zoſma, tænia, & tænidiũ, ſtrophium quod &
Zona uocatur. λύσαι δὴ παρθενικὴν ζώνην. Et rurſus διὰ
ἀμάζονος ζωστῆρ. Epizoſtris ueſtis craſſa ex lana. Scytha-
rum ueſtes ex pellibus Diphthera, epicranium, bæte, ſiſyra,
ſpola. Tragicæ autem ac comicæ ueſtes ex eodẽ autore Tragicæ
Xyſtis, batrachis, chlanis, calypta, mitra, agrenũ ex lana cõ
textum. Ephatis uertibulũ erat quoddã rubrum, quod in ma
nu habebãt bellum gerẽtes uel uenãtes. Qui autẽ in miſerijs
erant, melina, hoc eſt, lutea uel nigra uel glaucina utebãtur.
Satyrica ueſtis nebris, id eſt, pellis caprina, quã & izanẽ Satyricæ
uocabant, & pardalim ſubtextã. Venatorium Dionyſiacũ.
Cortæus tunica pinguis eſt. Comicæ autẽ, Exomis, id eſt, Comicæ
ueſtis alba ignobilis, ſecũdum ſiniſtrũ latus ſuturam nõ ha-
bens. Puniceus habitus & purpura iuniorũ eſt. Pera, bacu-
lus, diphthera ruſticorũ eſt. Nigra uel lucida ueſtis paraſi-
torum præterquã Sicyone. Et alba quãdo paraſitus ductu-
rus eſt uxorẽ. Seruorum autẽ Exomis, cui adiacet ueſticula
quædã alba quæ epiblema dicitur. Coco autẽ duplex & in-
flexibilis ueſtis. Fœminarũ comicarum, Anus nigra ueſtis, in
ſacrificijs tamẽ alba utetur. Iuuenum item alba uel byſsina.
Epicleri album & croceum. Lenones tunicã colore diſtin-
ctam ac floridã ferebãt, baculumq; quod areſum uocatur in
manu habebãt. Paraſitis erat ſcelergis & lecythus, ſicuti &
ruſticis legobolum. Quibuſdam autẽ mulieribus tunica ta-
laris purpurea ad cubiti ſymmetriam rotunda. Hæc Pollux.

DE VARIETATE STRAGVLORVM ET PELLIVM VSV.

STRAGVLA item diuerſa. Primùm circa thorum.
Amphimallon & gauſape in caſtris uſum præbebant. Amphimallon
Primum ex utraq; parte uilloſum erat, Heteromallũ ex una Heteromallũ
tantum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tantum. Stragula quæ lodices poëtæ uocãt, lintea ueſtis con-
ſtrata. Stragula quoq; alia ſuper eis adpoſita ab Homero pla
nè notantur, ῥήγεα καλὰ πόρφυρα. omnia ſtragulæ ueſtes
Sindones Plinio uocantur. Dicebãtur & plagiæ, deinde Sindones ap-
pellatæ. Varro de uita patrũ. Chlamydes, plagiæ, uela. Nam
& uela & uelaria dicuntur. Papinius. Iam uelaria lintea
pluebant. Plumaria quoq; & plumarium opus, & plumarij
textores, quos polymitarios dicũt, liciorum uarietate, à plu-
Stromata mando dicti Marcello. Plautus plumatile inquit. Stromata
Periſtromata & Periſtromata ferè quæ & tapetia depicta uario colore,
à ſternendo uocata. Plautus periſtromata Campana dixit.
Tapetum Tapete & Tapetum Græcum uocabulũ uarijs etiam fue-
rat coloribus pictũ. Cortinas Plinius uocat præter uaſa, etiã
Culcitra lintea quæ ſternunt ſiue mẽſis ſiue lectis. Culcitra. Cicero
Tomentum culcitrã plumeam dixit, erat & Lanea. Tomẽtum nanq;
culcitræ materia ex paluſtri arundine quam Circenſem ap-
pellabant, aut ex re alia ignobili ſuffarcta. Tomentũ conciſa
palus Circenſe uocatur. Ceruicalia & puluilli capitis ſub-
Toral ſtramenta. Toral tori ornamentum apud Horatium, &
Conopeum Conopeum tentorij genus apud eundem. Interq; ſigna turpe
militaria ſol aſpicit conopeum. Propertius de Cleopatra lo-
quens: Fœdaq; Tarpeio conopea tendere ſaxo. Equorum
Dorſualia quoq; ueſtes phaleræ, ephippia, dorſualia. Vopiſcus in Gale-
no. Boues cum dorſualibus ſericis diſcoloribus præfulgẽtes.
Manticæ Bulgæ Præterea Manticæ ac Bulgæ imponuntur, ſic Feſto appel-
Hippoperæ latæ, Senecæ uerò Hippoperæ lib. epiſtolarum XIII. M.
Cato Cenſorinus canterio uehebatur: hippoperis quidem
impoſitis, ut ſecum utilia portaret. Pelles autem animalium,
quibus nunc utuntur arcendo frigori, apud antiquos minime
in uſu fuiſſe quidam exiſtimant: eò quod Plinius qui omnia
exequitur, tum alij, nullam de his faciant mentionem. Tran-
quillus Auguſtum ſcripſit, non pellibus, ſed quaternis tuni-
cis hyeme ſolitum muniri. Et Martialis diuitem deſcribens
probe indutum. Optat & obſcuras luces, uentoſq;, niueſq;,
Propter ſexcentas Baccara gauſapinas. quas ſuprà comme-
moraui craſſa lana fuiſſe. Barbaros tamen aquilonares ge-
ſtare pelles, uti etiam nunc, conſuetos eſſe complures ſunt
autores: Ouidius ponticos & Getas deſcribens inter quos
exulauit, pellitos appellat. Sed uſum tamen hunc paulatim
cœpiſſe Senecæ temporibus ex loco eius epiſtolæ putan-
Mures põtici dum: Pelliculas, inquit, uulpium ac murium frigoris cauſa.
Murium enim pelliculas & zibellinos & armellinos
nunc dictos putare poſſumus. Nam & inter murium gene-
ra ſunt in ponto, ut in animalibus dixi.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VRBANORVM
LIB. XXVIII.

DE HONESTO ET EIVS PARTIBVS.
Ac primum de prudentia & doctrina, quòd magiſtri in ea neceſſarij.

QVAE ad corpus pertineant hacte-
nus, mox ea quæ ad animũ reliquum
noſtri operis ſpectat: ac primum de
moribus, citra quos fruſtra cætera
diſcuntur: deinde de artibus liberali-
bus dicam, ut planè præmiſſo titulo
materia reſpondeat: in quibus pauca
quidẽ, uerum exotica ex omni pene Grecia ſimul cum no-
ſtrorum receptiſſimis delibaui, ut facilius ediſcerentur: eſ-
ſentq; cum ad bene beateq; uiuẽdum ſuffragia, tum ad ſcri-
bendum omnibus parata ſupellex, maiorumq; rerũ per bre-
ues adnotationes indicamenta. Prudentia igitur prius attin-
genda, quæ unica cum æque intellectu ac uoluntate conſiſtat,
ſub eadem doctrina continetur: utranq; uerò coniunctam
Græci Sophiam, nos ſapientiam dicimus, in qua monſtrato-
re prius eſt opus. Scribit enim Aelianus de uar. hiſtor. quòd
priſca fuit conſuetudo, ut uiri magni iuxta ſe magiſtros alu-
mnoſq; haberẽt. Sic Vlyſſes Alcinoum, Achilles Chironem,
Patroclus Achillem, Agamemnon Neſtorem, Telemachus
Menelaum, Hector Polydamanta, Hiero Syracuſanus Simo-
nidem Chium, Polycrates Anacreontem, Proxenus Xeno-
phontem, Antigonus Zenonem, Alexander Ariſtotelem.
Inter Romanos Lucullus Antiochum Aſcalonitam. Cicero
Molonem, Mæcenas Arium, Auguſtus Athenodorũ. Neq;
mirum, cum Plato dicat quòd & Iuppiter quendam habuit
conſiliarium: unde nos exemplo eius inſtitui debemus. He-
ſiodus quoq; optimum uocat, qui per ſe omnia nouit. Pro-
ximum huic, qui ſapientes audit. Qui neutrum præſtat, pe-
nitus eſſe inutilem. Socrates apud Platonem in Phædro ait,
diſciplinam ex ſermone potius & uiua uoce hauriendam
quàm ex lectione, magiſq; ſcitẽti prodeſſe. Sunt altiora quæ-
dam quæ ſcriptis tradi commode nequeũt. Præterea à quo-
cunq; diſcendum, etiam ſi quercus eſſet quæ loqueretur.
Non enim quis dicat, ſed quid dicat in primis uidendũ. Hanc
igitur Socratis ſententiam uox dominica confirmat. Quæ-
cunq; dicunt Phariſæi uos facite, opera uerò illorum mini-
me. Item Plato in Lachete. Is maxime audiendus cuius dictis
facta conueniunt: qui uerò de uirtute quam non attingit, aut
contra uitium quod habet, quanquam ornate loquatur, mi-
nime auſcultandus: ſiquidem in eo ſapientes ſumus quod no-
uimus, in eo delinquentes quod ignoramus. Quæ ſententia
ſuperiori contraria quodammodo uidebitur, quum minime
ſit. Idem autor ait: Maxime illud cauendum quod ſcientiæ
& eruditioni ualde officit, ne uidelicet in Miſologiam aut
Miſanthropiam incidamus, id eſt, in ſermonis aut hominum
odium: uidelicet, cum forte alicuius uerbis aut opinioni ita
addicti ſumus, ut omnia pro oraculo credamus: deinde o-
mnino contraria eſſe reperimus, deceptoſq; nos eſſe intel-
ligimus: quod cum ſæpe fit, maxime euenit ut nulli poſtea
credamus, quod uitium periculoſiſſimum eſt. accidit autem
ignoratione, quod citra delectum & artem credit. Nam ſi
quis ſtudium & artem in iudicandis omnibus adhiberet, nec
temere crederet, proculdubio reperiret hos bonos, illos im-
probos & indoctos, alios uerò inter utrunq;. Apuleius in
Apologia ait, Thaletem Mileſium interrogatum à Man-
draico Prienenſi diſcipulo, quantam uellet mercedem pro
eo quod diſceret: reſpondiſſe, Si quod didiciſti, mihi aſcri-
pſeris, meq; repertorem prædicaueris. Quantum igitur au-
ditui in hac parte debeamus, ſatis docent ſacri libri, qui fidẽ
ex auditu eſſe dicunt, & Iacobus: Sit omnis homo uelox ad
audiendum. Hieronymus quoq;: Habet latentem energiam
uiua uox. & in epiſtolis: Non enim, ut eſt quorundam præ-
ſumptio, me ipſum docui. Hæc deniq; cauſa cur peregrina-
tiones longas philoſophi ſuſceperint, uti coram laudatos ui-
ros audirent, quorum ſæpe libros domi habebant.

QVI APTIORES AD DOCTRINAM, & quid aut quomodo diſcendum.

AD doctrinam alius alio docilior. Mercuriales pueri ue-
lociſſimi ſunt, uerum cito deſinũt, raroq; perueniunt ad
frugem, maxime ſi cum Mercurio Martem coniunctum ha-
beant. Talis fuit Hermogenes ille ſophiſta, qui de arte ſcri-
pſit, in adoleſcentia ſenex, in ſenectute puer, ut ait Philoſtra-
tus. Saturnini uerò tardiores ab initio, ſed tempore altius
radic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

radices mittunt. Quapropter Ariſton, ut Seneca, dicere ſolebat, malle ſe adoleſcentem triſtem, quàm hilarem & amabilem turbæ. Virum enim bonum fieri, quod recens durum atq; aſperum uiſum ſit, non pati ætatem quod in dolio placuit. Huiuſcemodi enim legitur fuiſſe Cato ille Cenſorinus, qui ſero didicit literas, euaſit autem ſummus orator. Torquati quoq; illius qui filios occidit, ingenium ruſticanum & inutile ab initio uiſum, in ſummam lucem effulſit. Proximis autem ſeculis Ludouicus Pontanus, iuris ſcientia præcellens, VII. annis ſcholis Italiæ pertinaciſsime uacando, nunquam in ea facultate mutire aut diſſentire quicquam eſt uiſus. Sunt autem qui utrunq; præſtant & uelocitatem & uſq; ad extremum perſeuerantiam ac profectum, quæ quidem rara felicitas: qualis Cicero fuit, & Auguſtinus noſter qui per ſe didicit omnia. Quomodo autem diſcendum, Seneca item in epiſtolis docet. Lectio certa prodeſt, uaria delectat. Multumq́; potius quàm multa legenda, quæ non habeas ad manum: quemadmodum magnus luctator non eſt qui omnis numeros nexusq́; perdiſcit, quorum uſus ſub aduerſario rarus eſt, ſed qui in uno ſe aut altero bene & diligēter exercuit & eorum occaſiones intentus expectat. Nec eſt quod de naturæ malignitate queramur quod res occultet, cum quicquid nos meliores aut beatos eſt facturum, in aperto aut in proximo poſuerit. Idem. Cum omni ætati ſtudia conueniant, non eadem tamen ſemper conueniunt: Turpe eſt uiro iam prouecto ex commentarijs ſapere, aut floſculos captare: ſemper interpretem, nunquam autorem eſſe, Semper deniq; meminiſſe, nunquam ſcire. Idem. Dementia eſt mi Lucilli ſuperuacua diſcere, in tanta præſertim temporis breuitate. Negat Cicero, ſi duplicetur ſibi ætas, habiturum ſe tempus quo lyricos legat. Eodē modo & dialecticæ uanas captiones. Nam apud pleroſq; philoſophia quæſtui eſt, inſtitores potius nacta quàm antiſtites. Hanc fas eſt dare tempus non accipere: res enim non ſubciſiua, ſed ordinaria eſt. Ariſtotelis inſuper opinio: Nullum eſſe magnum ingenium ſine melancholia aut mixtura dementiæ. & ex ſententia Platonis, Fruſtra poëticas fores compos ſui pepulit. & Cicero pro Archia: Sæpius compertum ad laudem atq; uirtutem naturam ſine doctrina, quam doctrinam ſine natura ualuiſſe.

Quomodo diſcēdum ex Seneca

QVOD DOCTRINAM CVM prudentia ac iuſtitia coniungere opus.

MENANDRI Senarios ſex ad hoc propoſitum conuerti:

Cuncta enim ſerua ſunt prudentiæ.
 Fruſtra mei debilitatem corporis
Accuſauerim, ſi aderit prudentia.
 Hæc enim potenti brachio fortior.
Sicut nanq; corpori exiſtit oculus:
 Sic demum noſtræ mens animæ fuerit. Idem.
Δὶς ἐξαμαρτεῖν ταυτὸν οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ.
 Ὁ μηδὲν εἰδὼς οὐδὲν ἐξαμαρτάνει.
Bis in eodem peccare, non eſt uiri ſapientis:
 Qui uerò nihil uiderit, nihil peccat.

Phocylides poëta dixit, mentem ac rationem hominibus pro armis datam, his hexametris à me conuerſis.

Cuncti mortales, æque locus omnibus idem
 Regibus ac inopi eſt, animis Deus imperat altus
Cunctorum qui cuiq; dedit propria arma ferenda:
 Velocem lepori curſum, ſed cornua tauris
Sponte ſita, aſt apibus penetrantia acumina caudæ.
 Mentem homini melius tribuit, qua cætera inermis,
Robuſto ſapiens longe præſtare uidetur.

Cleantes dicebat homines abſq; diſciplina & literis, tantum forma diſtare à feris. Plato ſcientiam ait ſine iuſtitia cæteriſq́; uirtutibus calliditatem potius quàm ſapientiam. Zeno dicebat quòd in diſciplinis quidam erant Philologi, quidam Logophili, id eſt, amatores potius uerborum quàm ſciētiæ: item nonnullos eſſe philoſomatos, id eſt, corporis amatores potius quàm philoſophos, ſiue etiam philotimos, aut philochrematos, id eſt, amatores honoris ac pecuniæ.

QVOD DOCTRINA OMNIS AD philoſophiam ac theologiam referenda.

ARISTONYMVS Chius circulares ſcientias ſectantes, negligentes uerò philoſophiam comparabat procis Penelopes, qua cum minime potiri poſſent, ad ancillas ſe conuertebant. Idem uulgum comparabat Laerti, qui tantum agrorum curam habens, ſeſe domumq́; propriam ſperneret. Sic plures curam tantum diuitijs intendentes animum negligere agreſtibus exulceratum perturbationibus. Bion dicebat, grammaticos Vlyſsis errores inquirere, ſuos autem minime. Plato in Protagora poëticam ſimilem facit imperitorum cōuiuijs, qui cum propter inſcitiam & rerum ignorationem propria uoce ſuisq́; ſermonibus colloqui nequeant, tibicines accerſunt, ut aliena uoce, hoc eſt, tibiarum flatu utantur: ubi autem ſunt eruditi ac philoſophi, inter ſe diſceptant. Nec ab re Homerus dicit, ut Diomedi daretur ſocius ad explorāda caſtra, quod alter ex altero ſi duo ſint, melius intelligent. At Cicero pro Archia poëticam & cyclicas ſcientias magnopere laudat. Hæc inquit ſtudia adoleſcentiam agunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis profugium & ſolatium præbent, delectant domi, non impediunt foris: pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. Quod ſi ipſi hæc attingere minime poſſemus, tamen ea mirari debemus cum in alijs uidemus. Apuleius de Deo Socratis. Vlyſſes, ait, comite ſapientia, quam Homerus poëtice Mineruam appellauit, omnia horrenda ſubijt, omnia aduerſa ſuperauit. Et Cyclopis ſpecus introijt, & egreſſus eſt: ſolis boues uidit, & abſtinuit: ad inferos migrauit, & remigrauit: Scyllam præternauigauit, nec abreptus eſt. Circes poculum bibit, nec mutatus eſt. Ad lotophagos adceſsit, nec remanſit: Sirenes audijt, nec adceſsit. Baſilius quoq; in quodā libello nō uſquequaq; poëtarum lectionem deteſtatur, ſi quis ex his roſam non ſentes delegerit. Nam Vlyſſes, inquit, uelut alter Iob, nobis exemplar patientiæ ab Homero proponitur. Hieronymus item qui ſecularem ſcientiam alias dæmonum cultus eſſe dicit, ad noſtram deducere iubet philoſophiam: haud aliter quàm Hebræi captiuam alienigenam reſectis unguibus & capillis in matrimonium deducere poterant: ſic dicta illorum caſtratis erroribus & uerborum laſciuia, ſi qua probata ſunt noſtro dogmati adijcere recte licere. Nam Salomon & Paulus & Cyprianus multiq́; alij ex noſtris, poëtarum philoſophorumq́; ſcripta, ut ipſe teſtatur, ad noſtra confirmanda in medium adduxerūt. Idem ad Ruſticum monachum: Ama ſcripturarū ſtudia, & carnis uitia non amabis: eripiunt enim ſenſum à cogitatione laſciuiæ, & carnem macerant ob laborem. & alibi: Literæ laboris ſunt comites, nō uoluptatis, damnum, non marſupium ſequuntur, ieiunium, non ſaturitatem. Auguſtinus de trinitate: Vera philoſophia eſt trinitatem intelligere, ſcilicet unum Deum, à quo ſpiritum ſanctum in quo & filium per quem ſumus: principium ad quod creamur, formam qua ſeparamur, gratiam in qua reconciliamur. Gregorius tris ponit ſapientiæ profectus. Inchoationem & perfectionem, & quod inter utrunq; eſt medium. In primo blandimenta dulcedinis, medio tempore mentis certamina laboresq́;, ad extremum perfectionis ſumma uoluptas. Hieronymus: Gratias nūc ago Deo meo,

Vlyſſes uelut alter Iob

Tres ſapientiæ profectus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

meo, quòd ex amariſſima doctrinæ radice nūc dulces fructus carpo. Thomæ Aquinatis ſententia eſt, ut ſcientiæ ueſtigia nobis defunctis remaneant, quibus doctiores maiore cum uoluptate ac uberius diuinitatem ſpeculentur. Quod & Hieronymus ſentire uidetur: dum ait: Diſcamus in terris quorum ſcientia nobiſcum perſeueret in cœlis. & alibi ex Danielis autoritate doctiores firmamento comparat, reliquos uerò aſtris.

QVOD DOCTI SEMPER IN PRECIO FVERE.

Doctrinæ honor

DOctrina quanquam ſæpe plurimorum iacet, uiri tamen ea maxime præcellentes ſemper in honore fuere. Nam & Platonem Siciliam petentem Dionyſius cum albis quadrigis obuiam procedens excepit. Alexander Thebas euertens, Pindari domui pepercit, Stageram oppidum ob Ariſtotelem reſtituit. Atheniēſes Thucydidem quem imperatorem in exilium miſerant, rerum ſuarum ſcriptorem reuocarunt. Menander Comicus petitus claſſe Aegypti ac Macedoniæ regibus uenire contempſit, regiæ fortunæ prælata literarum conſcientia. De Hippocrate idem contigit, Xerxe rege adcerſente. Pto. quoq; Philadelphus & Hiero Tyrānus occaſione aduerſæ ualetudinis ſe ſtudijs maxime tradiderunt, uiris doctis undecunq; adcerſitis. Vt autem de Romanis loquar, ex Hiſpania uenerunt quidam nobiles, ut Liuium uiſerent. Pompeius poſt bellum Mithridaticū Poſſidonij diſſerentis domū Athenis intraturus, non percuti de more ianuam iuſſit, ſed faſces lictorios foribus ſubmiſit. Scipio ſtatuā Ennij ſepulcro ſuo imponi mandauit. Cato ſenex Carneadem legatū Athenienſium ob uiri eloquentiam ſuſpectam ſenatui non admittendum eſſe conſuluit. Auguſtum quoq; item Claudium, Adrianum & M. Antoninū ex Romanis principibus, maxime doctis uiris fauiſſe memoriæ proditum eſt. Numerianus item imperator teſte Vopiſco, dicendi facultate maxime præditus: maluit in bibliotheca Vlpia ſtatuam ſibi poni Numeriano oratori quàm Cæſari. Proxima memoria Robertus Siciliæ rex Petrarchā, omniſq; eruditos in precio habuit. Mea uerò ætate, hac laude magnopere digni Nicolaus pontifex, Alfonſus Tarraconenſis & Matthias Pannoniæ reges. Coſmus item Medices ac Federicus Vrbinas dux.

QVOD VNVS QVANDOQVE IN POPVLO SAPIENTIA PRAEdictus, plus cæteris uideat.

EST & illud ſapientiæ propriū, ut unus ſæpe plus cæteris in multitudine uideat, fruſtra tamen, animos reliquorum ſtultitia ſeu inuidia occuppante: ut Annibali accidit, ob inuidiā factionis Barchinæ, ut Socrati de deorum opinione, ut Capy Troiano in equi introductione, ut Magio Campano, ne Annibal in urbem reciperetur conſulenti, ut apud Romanos Paulo Aemilio pugnam Cannenſem detrectanti, ut Fabio Max. contra Minutium & totum exercitū contendenti, ut deniq; apud Hebræos tot prophetarum prædictionibus minime exauditis. Quādoq; tamē populi felicitate auditus ſapiēs, ut Ap. Cæci ſolius ſententia de pace non ineunda cum Pyrrho, ut Catonis de Carthagine delēda, ut deniq; apud noſtros Iona Niniuitis.

APOPHTHEGMATA SEPTEM SAPIENTVM EX DEMETRIO Phalereo.

Cleobulus

CLeobulus. Μέτρον ἄριστον. Mediocritas optimum.
Πατέρα δεῖ αἰδεῖσθαι. Parentem uereri oportet.
Εὖ τὸ σῶμα ἔχειν καὶ τὴν ψυχήν. Bene corpus & animam habe.
Φιλήκοον εἶναι ἢ πολύκουον. Libenter audi magis quàm multa.
Γλώττης κρατεῖν. Linguam compeſce.
Βίᾳ μηδὲν πράττειν. Nil age per uim.
Ἔχθρας διαλύειν. Inimicitias diſſolue.
Τὸν δήμου ἐχθρὸν, πολέμιον νομίζειν. Populi inimicum æque tuum puta.
Γυναικὶ μὴ μάχεσθαι, μήτε ἄγαν πεποιθέναι. Cum uxore ne contende, ne'ue ei nimium confide.
Οἰκέτας μεθύοντας μὴ κολάζειν, ὥστε μὴ δόξης καὶ αὐτὸς μεθύειν. Seruos temulentos ne caſtiga, ne & tu temulentus uideare.
Γαμεῖν ἐκ τῶν ὁμοίων. Nube pari.
Μὴ ἐπιμαίνεσθαι τῷ σκώπτοντι. Ne cum cauillantibus inſani.
Εὐποροῦντα μὴ ὑπερήφανον εἶναι, ἀποροῦντα μὴ ταπεινοῦσθαι. In copia ne ſis animo elato, neque in egeſtate demiſſo.

Solon

Solon. Μηδὲν ἄγαν. Ne quid nimis.
Κρίτης μὴ κάθησο. Ne ſis iudex, alioquin inimicus alteri eris pari.
Ἡδονὴν φεῦγε, αὐτὴ γὰρ λύπην τίκτει. Voluptatem fuge, ipſa nanq; poſtremo dolorem parit.
Σφράγιζε τοὺς μὲν λόγους σιγῇ, τὴν δὲ σιγὴν καιρῷ. Obſigna uerba ſilentio, Silentium uerò occaſione.
Φίλους μὴ ταχὺ κτῶ. οὓς δὲ ἂν κτήσῃ, μὴ ταχὺ ἀποδοκίμαζε. Amicos ne cito pares, paratos ne cito reijcias.
Ἄρχεσθαι μαθὼν ἄρχειν ἐπιστήσῃ. Imperium diſcens pati, melius exercere ſcies,
Μὴ κακοῖς ὁμίλει. Cum malis ne congredere.
Χρῶ τοῖς θεοῖς. Vtere dijs.
Ὃ δ' ἂν ἴδῃς μὴ λέγε, ἀλλ' εἰδὼς σίγα. Non quodcunque noueris dicas, ſed planè cognoſcens tace.
Τοῖς σεαυτοῦ πρᾶος ἔσο. Circa te proximis mitis eſto.
Τὰ ἀφανῆ τοῖς φανεροῖς τεκμαίρου. Ex manifeſtis, occulta deprehende.

Chilo

Chilo. Γνῶθι σεαυτόν. Noſce teipſum.
Πίνων μὴ πολλὰ λάλει, ἁμαρτήσῃ γάρ. In uino ne multa loquere, ſi non uis errare.
Μὴ ἀπείλει τοῖς ἐλευθέροις. Ne minitare liberis hominibus.
Μὴ κακῶς λέγειν τοῖς πλησίον, ὥστε μὴ ἀκούσῃ κακῶς. Proximo ne male dicas, ſi non uis audire.
Ad amicorum cœnas tarde, ad calamitatem celeriter ito.
Γάμους εὐτελεῖς ποιοῦ. Nuptias parcè facito.
Τὸν τετελευτηκότα μακάριζε. Defunctum lauda.
Πρεσβύτερον σέβου. Seniorem honora.
Τὸν τἀλλότρια περιεργαζόμενον μίσει. Curioſum nimis rerum alienarum faſtidi.
Damnum ama potius quàm turpe lucrum.
Τῷ δυστυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα. Miſerum ne deride.
Cum ſeueritate quietum te præbeas, ut honoreris magis quàm timearis.
Ἰδίας οἰκίας προστατεῖν. Præſis propriæ domui.
Γλῶσσα σοῦ μὴ προτρεχέτω τοῦ νοῦ. Lingua non diſcrepet à mente.
Μὴ ἐπιθύμει τὰ ἀδύνατα. Ne cupias quæ haberi non poſſunt.
In uia ne propera, neque manum moueas, quod ſtulti indicium eſt.
Νόμοις πείθου. Legibus obtempera.
Ἀδικουμένοις διαλλάσσου. Placa, ſeu concilia, quos iniuria adfeceris.

Pittacus

Pittacus. Ἐγγυᾷ παρὰ δ' ἄτα. Sponſio proximum damno eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Φίλον ἀπάντων καὶ παρόντων μέμνησο, *Amicorum præſentium & abſentium memor eſto.*

Μὴ προσδέχου τὸν φαῦλον. *Ne recipe improbum.*

Qualem erga parentes te præbueris, tales habebis erga te filios.

Difficile in uoluptatibus ſe bene noſſe.

Otium fuge.

Μὴ δ' ἂν πλουτῇς, δυστυχίαν κρύπτε. *Ne diuitias abſconde quum in eas ueneris.*

Μὴ πᾶσι πίστευε. *Ne omnibus crede.*

Thales

Thales. Καιρὸν γνῶθι. *Occaſionem noſce.*

Ὃ μέλλεις ποιεῖν μὴ πρόλεγε, ἀποτυχὼν γὰρ ἀπογελασθήσῃ. *Quod facturus es nemini prodas, ne forte non compos deridearis.*

Ama proximum.

Amicis parce maledicere.

Δεινὸν τὸ συνιδεῖν τὸ μέλλον. *Magna res futurũ ꝓuidere.*

Πιστὸν γῆ, ἄπιστον θάλασσα, ἄπληστον κέρδος. *Fidele terra, infidele mare, inſatiabile lucrum.*

Bias

Bias. Οἱ πλεῖστοι ἄνθρωποι κακοί. *Homines ex magna parte improbi.*

Εἰ καλὸς φαίνῃ, καλὰ ποιεῖν. εἰ δὲ αἰσχρὸς, τὸ φύσεως ἐλλιπὲς διορθοῦσθαι καλοκαγαθίᾳ. *Si pulcher es, pulchra fac. Si deformis, naturæ defectum bonis actionibus compenſa.*

Βραδέως ἐγχείρει, ὃ δ' ἂν ἄρξῃ διαβεβαιοῦ. *Tarde aggredere. Quod aggreſſus fueris, perſeueranter proſequere.*

Μίσει τὸ ταχὺ λαλεῖν. *Velociter loqui faſtidi.*

Μὴ εὐήθης ἴσθι, μήτε κακοήθης. *Ne ſis nimium moribus facilis, neu nimium difficilis.*

Prædica ubiq; deos eſſe.

Noſce quod geſtum eſt.

Ἄκουε πολλὰ, λάλει καίρια. *Audi multa, loquere opportuna.*

Cum ſis pauper, ne diuitibus iraſcaris: niſi forte ualde uideris proficere.

Ἀνάξιον ἄνδρα μὴ ἐπαίνει διὰ πλοῦτον. *Indignum hominem ob diuitias minime lauda.*

Πείσας λάβε, μὴ βιασάμενος. *Hortando accipe, non per uim.*

Ὅταν ἀγαθὸν πράξῃς, θεοὺς μὴ σεαυτὸν αἰτιῶ. *Si quid beneféceris, dijs referas acceptum, non tibi.*

Κτῆσαι ἐν μὲν νεότητι εὐπραξίαν, ἐν δὲ τῷ γήρᾳ σοφίαν. *Ama, iuuenis pulchri quid agere: Senex uerò ſentire.*

Ἕξεις ἐν ἔργῳ μνήμην, καιρῷ εὐλάβειαν, τρόπῳ γενναιότητα, πόνῳ ἐγκράτειαν, πλούτῳ φιλίαν, λόγῳ πειθὼ, σιγῇ κόσμον, γνώμῃ δικαιοσύνην, τόλμῃ ἀνδρείαν, πράξει δυναστείαν, φύσει εὐσέβειαν. *Habebis in negotio memoriam, In occaſione cautionem, In moribus generoſitatem, In labore conſtantiam, In diuitijs amicitiam, In oratione perſuaſionem, In ſilentio ornatum, In ſententia iuſtitiam, In audacia fortitudinem, In actione potentiam, In natura pietatem.*

Huius denique illa ſunt.

Infelix qui infelicitatem ferre non poteſt. &,

Quod agere inſtituis, cunctabundus aggredere.

Periander

Periander. Μελέτα τὸ πᾶν. *Cogita totum.*

Καλὸν ἡσυχία. *Res pulchra quies.*

Ἐπισφαλὲς προπέτεια. *Res fallax temeritas.*

Democratia melius tyrannide.

Αἱ μὲν ἡδοναὶ θνηταί. αἱ δὲ ἀρεταὶ ἀθάνατοι. *Voluptates mortales, uirtus autem æterna.*

Εὐτυχῶν μὲν μέτριος ἄγε, ἀτυχῶν δὲ φρόνιμος. *Fortunatus modeſte agas, infortunatus prudenter.*

Φειδόμενον κρεῖττον ἀποθανεῖν, ἢ ζῶντα ἐνδεῖσθαι. *Præſtat eum qui bonis non utitur mori, quàm uiuentem egere.*

Ἄξιον παρασκεύαζε τῶν γονέων. *Fac te dignum maioribus tuis.*

Ζῶν μὲν ἐπαινοῦ ἀποθανὼν δὲ μακαρίζου. *Viuens fac lauderis: Moriens beatus puteris.*

Ὃ ἑκὼν ὁμολογήσῃς, μὴ παράβαινε. *Quod ſponte promiſeris, etiam præſtabis.*

Λόγων ἀποῤῥήτων ἐκφορὰν μὴ ποιοῦ. *Secreta ne prodas.*

Λοιδόρει ὡς ταχὺ φίλος ἐσόμενος. *Ita iraſcaris aut conuitium dicas, ut ſtatim futurus amicus.*

Τοῖς μὲν παλαιοῖς νομοῖς χρῶ, τοῖς δὲ ὄψοις προσφάτοις. *Vtere legibus antiquis, obſonijs uerò recentibus.*

Cohibe non ſolum peccantes, ſed paratos ad peccandum.

Δυστυχίαν κρύπτε, ἵνα μὴ τοὺς ἐχθροὺς εὐφράνῃς. *Cæla inimicos calamitatem, ne gaudeant.*

Sunt & illa indiſcreta ſapientum ex Sodiade autore: uidelicet. Sodiades

Εὔχου δυνατά. *Appete quæ poßis.*

Ψέγε μηδένα, εὐλόγει πάντας. *Neminem uitupera: omnis lauda.*

Χρόνου φείδου. *Parce tempori.*

Ἴδια φύλασσε, ἀλλοτρίων ἀπέχου. *Propria cuſtodi: alieno abſtine.*

Ἔχων χαρίζου. *Habens gratificare.*

Λάβων ἀπόδος. *Accipiens redde.*

Γνοὺς πράττε. *Cognoſcens age.*

Σοφοῖς χρῶ. *Vtere ſapientibus.*

Ὃ μέλλεις δός. *Da quod debes.*

Εὐεργέτας τίμα. *Benefactores honora.*

Φθόνει μηδενί. *Nulli inuideas.*

Διαβολὴν μίσει. *Calumniam odio habe.*

Γλώττης ἄρχε. *Impera linguæ.*

Υἱοῖς μὴ καταθάῤῥει. *Filijs ne confide.*

Ἀποκρίνου ἐν καιρῷ. *Reſponde opportuno tempore.*

Πράττε ἀμετανοήτως, ἁμαρτάνων μετανόει. *Age quorum non te pœniteat: ſi tamen peccas, pœniteat.*

Ἄρχε σεαυτοῦ. *Impera tibi.*

Φιλόσοφος γίνου. *Eſto philoſophus.*

Ὀφθαλμοῦ κράτει. *Oculum cohibe.*

Ἄῤῥητον μὴ λέγε. *Secretum ne prodas.*

Καιρὸν προσδέχου. *Occaſionem expecta.*

Ἀπέχθειαν φεῦγε. *Fuge inimicitiam.*

Κινδύνευε φρονίμως. *Prudenter periculum adeas.*

Σεαυτὸν αἰδοῦ. *Teipſum uerere.*

Πλούτῳ ἀπίστει. *Diuitijs ne confide.*

Θνῆσκε ὑπὲρ πατρίδος. *Morere pro patria.*

Ἐπὶ νεκρῷ μὴ γέλα. *Super mortuo ridere noli.*

Sis in adoleſcentia continens, In media ætate iuſtus, In ſenectute ſapiens, In morte ſine dolore.

Epicteti diſertationes ex Arriano. Epictetus

Fortunæ commixta uita ſimilis eſt torrenti, qui lutulentus ruit, difficili tranſmiſſu, ingentem daturus ſonitum, breui tempore duraturus. Virtuti autem anima coniuncta ſimilis perenni fonti, qui purus fluit ac quietus & potabilis.

Si uis bonus eſſe, primum exiſtima te malum exiſtere, Caſtica perturbationes animi, ne ipſe ab illis caſtigeris, Si uis bene audire, diſce prius. Hoc eſt. Εἰ βούλει καλῶς ἀκούειν, μάθε καλῶς λέγειν.

Quære tecum, ſi cupis diuitem an felicem eſſe: Si diuitem, ſcito neq; hoc bonum, neq; omnino in te fore: Si felicem, hoc & bonum & omnino in te eſſe. Nam alterum fortunæ breuis commodatio eſt, alterum penitus electionis.

Sicuti neq; aſpidem neq; ſcorpium propterea non pernicioſos exiſtimabis, quòd in aurea theca incluſos uideas. Sic & uitium noli ideo non miſerum ac uile putare, quòd fortuna ornatum atque opertum adſpicias.

Difficile

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Difficile aut diuitem modeſtum, aut modeſtum eſſe diuitem. Hoc eſt, Δυσχόρες ἅμα πλουτοῦντα σωφρονεῖν, καὶ σωφρονοῦντα πλουτεῖν. *Sic enim inter* Perſas *natus, non malles in* Græcia *uel in diuitijs degere. In paupertate autem educatus quid quæris ad diuitias properare, cùm nec ibi felix futurus ſis?*

Sicut in parua habitatiuncula aut grabato præſtat cũ aliquo incõmodo ſanũ eſſe, quàm in magno atq; cõmodo ægrotum: Sic in parua ſubſtantia præſtat arctius uictitãdo felicem eſſe, quàm in magna curis plenum & infelicem. Οὐ πενία λύπην ἐργάζεται, ἀλλ' ἐπιθυμία. οὐδὲ πλοῦτος ἀπαλλάττει, ἀλλὰ λογισμός. *Non enim paupertas, ſed concupiſcentia triſtitiam parit, Nec diuitiæ à triſtitia liberant, ſed animus & ratio. Neq; equus ob phaleras, aut auis ob pulchræ caueæ ornamentum animo tollitur atq; exultat: ſed hæc in pennarum, ille in pedum celeritate gaudet. Eodem tu modo neq; ob uictus, aut ſanè horum omnium quæ extra ueniunt lautitiam, tete extollas, ſed ex ijs tantum quæ ex animi natura ſunt, bonitate uidelicet, & recte factis.*

Pulchrè uiuere dupliciter intelligitur: Parce, ſobrie, modeſteq; uiuere, & molliter ac delicate. hoc uituperatur, illud laudatur. Si uerè pulchrè uiuere cupis, ne quære ſumptuoſe uictitando laudari.

Is cum quo conuerſaris, ſi melior, ei crede atq; obtempera: Si peior, noli credere: Si æqualis, cum eo conuenias, neque unquam contendas.

Libertas & Seruitus nomina ſunt, hæc uitij, illa uirtutis.

Corporis uinculum fortuna, Animæ uerò uitiũ. Corpus enim ſoluet aut mors, aut uitium per diuitias: Animam uerò uirtus per exercitationem doctrinæ ac abſtinentiæ.

Sicut lupus ſimilis cani, ſic adſentator aut paraſitus aut mœchus ſimilis amico. Vide igitur ne pro canibus cuſtodibus accipias lupos.

Si parua primum admiraberis, maioribus dignus putaberis.

Si parua deſpexeris, maiori fueris admirationi.

Nihil uilius quàm amare uoluptatẽ, aut quæſtũ, aut iactãtiam:
Bion philoſophus *nihil magnificẽtius mãſuetudine & humanitate.* Bionis philoſophi *nonnulla commemorat* Diogenes, *inter quæ illa:*

Interrogatus, quiſnam anxietate maiore premeretur: inquit, qui ſe cupit maxime felicem ac quietum eſſe.

Senectutem malorum omnium portum eſſe dicebat, ſiquidem ad ipſam cuncta confugere: Gloriam *amicorum eſſe matrem: Pulchritudinem, alienum bonum.*

Publius poëta *Publij poëtæ* Mimorum, *familiaris* Cæſaris, *ponũtur* Macrobio Gellioq; *apophthegmata etiam quædam, ex quibus illa ſunt.*

Malum eſſe conſilium, quod mutari non poßit.

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Feras, non culpes, quod uitari non poteſt.

Cui plus licet quàm par eſt, plus uult quàm licet.

Comes facundus in itinere pro uehiculo eſt.

Frugalitas miſeria eſt rumoris boni.

Hæredis fletus, ſub perſona riſus eſt.

Furor fit læſa ſæpius patientia.

Improbe Neptunum *accuſat qui iterum naufragium facit.*

Ita amicum habeas, ut poſſe fieri inimicum putes.

Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam. Nunquam periculum ſine periculo uitatur. Pars beneficij, quod petitur ſi cito neges.

Senecæ ſententiæ *Senecæ item quammulta ſunt huiuſmodi, uerum delectu, iudicioq; indigent. Anthologiam igitur earundem ponam.*

Si uis beatus eſſe, cogita primum contemni.

Si multis placuerit uita tua, tibi placere non poterit.

Solitudinem quærit, qui uult cum innocentibus uiuere.

Si cupis ab oĩbus cognoſci, da operã ut à nemine cognoſcaris.

Stultum eſt timere, quod uitari non poteſt.

Secreto admone amicos, palam lauda.

Scias multis uirtutibus abundare qui alienas amat.

Tacere qui neſcit, neſcit loqui.

Libentius audias, quàm loquaris.

Si bonus es quære tui ſimilem.

Tam omnibus ignoſcere, quàm nulli, crudelitas eſt.

Seruis moderate imperare, laus eſt.

Vt fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu: ſic animaduerſiones magnarum poteſtatum terrent magis quàm nocent.

Omnia uitia panduntur, cùm fortuna excideris.

Omne uitium habet patrocinium ſuum.

Non cito ruina perit uir qui ruinam timet.

Quotidie damnatur, qui ſemper timet.

Plerique famam, conſcientiam pauci uerentur.

Recta ingenia debilitat uerecundia, praua confirmat audacia.

Negandi cauſa auaro nunquam deeſt.

Non aſpicias quàm plenas Deo *quiſque manus, ſed quàm puras admoueat.*

Nil petas quod negaturus es.

Nihil negabis quod petiturus es.

Nihil magnum in rebus humanis niſi animus magna deſpiciens.

Morbum eſſe ſcias, non hilaritatem, ſemper adridere ridentibus.

Omnis dies uelut ultimus ordinandus eſt.

Odium peccandi facias non metum.

Proxima innocentiæ uerecundia eſt peccati confeßio.

Malis diſplicere, laudari eſt.

Lucrum ſine damno alterius fieri non poteſt.

Inopi bis dat qui celeriter dat.

Minus offendit qui cito negat.

Grauißima eſt probi hominis iracundia.

Furor fit læſa ſæpius patientia.

Ficta ad naturam ſuam recidunt.

Bonis nocet qui malis parcit.

Amicos res ſecundæ parant, aduerſæ probant.

Beneficium qui dare neſcit, iniuste petit.

Beneficium accipere libertatem uendere eſt.

Bona nemini hora eſt ut non alicui ſit mala.

Beneficium qui ſe dediſſe dicit, petit.

Beneficium ſæpe dare, docere eſt reddere.

Nihil magnificentius quàm dare ſemper, nunquam exigere.

Plura ſunt quæ nos terrent, quàm quæ premunt: & ſepius opinione, quàm re laboramus.

Aliquis uir bonus eligendus ac ſemper ante oculos ponẽdus, ut ſic, tanquam eo ſpectante, uiuamus.

Tarde deliberandum, cito exequendum.

Tarde iudicandum.

Qui enim cito iudicat, ad pœnitentiam properat.

Quam ſententiam alio loco aliter dicit.

De te ſpem inquit habeo, nondum fiduciam. In qua ſanè imitatus eſt Ciceronem, *ille enim ſic hominem ignotum bonum ſperare licet, iudicare periculoſum.*

DE NOSCENDO SEIPSVM.

PRudentis *eſt illud ante omnia* γνῶθι σεαυτόν. Hoc *eſt, noſce teipſum. Quod* Chilonis *eſſe plerique dicunt poſitum in templo* Delphico, *alij uerò aliorum.*

Philippus Macedo, *ut tradit* Aelianus, *poſt uictoriã quam apud* Chæroneam *contra* Athenienſes *habuit, cum ſe elatum ſana alioqui mente animaduerteret, iußit ſeruo, ut ei mane*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſurgenti quotidie diceret: Memento quòd homo es. Quod ab Aeliano poſitum Plutarchus Pauſaniæ Lacedæmonio adſcribit.

Aeſopus duas nobis manticas in Apologo ponit. In ea quæ ante eſt, poſita ſunt aliena facta, in altera quæ poſt tergum, propria.

Bion dicebat, grammaticos inquirere de Vlyßis erroribus, non autem de proprijs, cum ſeipſos uideant minime utilia ſectari.

Demonax interrogatus quando inciperet philoſophari. Quando, inquit, meipſum noſſe incipiam.

Socrates dicebat: Si in theatro præco diceret, omnes fullones aut ſutores ſurgant, eius tantum ordinis uiri conſurgerent: ſi dicat omnes ſapientes, ſtatim uideres omnes ſine diſcrimine conſurgere. Hoc enim maximum uitium eſſe humanum, ut quiſque, quanquam ſtultus, ſe ſapientem exiſtimet.

Diogenes quoſdam eſſe aiebat, qui ea quæ oporteat facere probe dicunt, ſe autem minime auſcultant. Haud aliter quàm lyræ, quæ probe ſonantes ſe ipſas minime ſentiunt.

Simile eſt huic illud apoſtolicũ: Factus ſum uelut æs ſonans, aut cymbalum tinniens.

Bias inquit. Reſpice uelut in ſpeculo tuas actiones, ut bonas augeas & ornes, malas uerò retractes.

Plato in Alcibiade. Nihil, ait, difficilius quàm ſeipſum cognoſcere, quod qui aſſequuntur, diligentiam quandam & artem qua boni efficimur acquirunt: haud aliter quàm ſiquis calceum aut annulum bonum factitare ignoret, non autem artificem ignoret.

Plutarchus. Oportet unumquemq; ad ſuiipſius naturã ſeſe accommodare, neque ad alterius uitæ rationem cogere aut per uim trahere. οὐ γὰρ πάντα πάντων. id eſt, non enim ſunt omnium omnia.

Ciceronis ſimilis ferè ſententia. Sequenda cuiq; natura non uitioſa: etiam ſi ſint alia meliora, tamen nos naturæ noſtræ regula metiamur.

Simile item & illud Apoſtolicum: Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet.

Menander. ὃ βούλεται μόνον ὁρῶν καὶ προσδοκῶν, ἀλόγιστος ἔσται τῆς ἀληθείας κριτής. Si enim quod uult quiſque, hoc tantum ſpectat, haud bonus fuerit ueritatis iudex.

Demoſthenes. Ῥᾷστον ἁπάντων ἑαυτὸν ἐξαπατᾷν. ὃ καὶ βούλεται τοῦτ' ἕκαστος καὶ οἴεται. Τὰ δὲ πολλάκις οὐκ οὕτως πέφυκεν. Facile quidem ſeipſum decipere, quod enim uult quiſque hoc item exiſtimat, res tamen aliter ſæpe eueniunt.

Herodotus. Si liceret unicuique leges condere ac optimas eligere, ſuas quiſque ac optimas eligeret, adeo ſui amantißimus eſt.

Euripides. ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί, Αὐτοὶ δ' ὅταν ποιῶμεν οὐ γιγνώσκομεν. Omnes quidem ſumus in alijs monendis ſapientes: Ipſi uerò cum res poſcit, minime intelligimus.

Sed neque ad ſui notitiam, neque ad animi ueram uoluptatem, quis niſi per conſcientiæ puritatem peruenire poterit, quàm Græci συνείδησιν: & item aliam quam συντήρησιν, id eſt, Syntereſim penultima producta uocant, hoc eſt, iudicij conſeruationem & integritatem in rebus benefactis, quæ naturalis eſt intellectus, altera uerò uoluntatis. Ex quo Pythagoras. πάντων δὲ μάλιστα αἰσχύνεο σαυτόν. Præter omnia tui te pudeat. De Synideſi & Syntereſi

Antiphon. τὸ μὴ συνειδέναι τῷ βίῳ ἀδίκημα μηδέν, ἡδονὴν πολλὴν ἔχει. Nihil equidem ſibi in uita conſcire, magnam habet uoluptatem.

Iſocrates. Μηδένα τε τὶ αἰσχρὸν ποιήσας ἔλπιζε λαθεῖν. καὶ γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους λάθῃς, ἑαυτῷ συνειδήσεις. Quum turpe aliquid egeris, ne puta latere poſſe, Etenim ſi alios lateat, tibi conſcius eris.

Menander. Si quis ſibi conſcius eſt, ſi audacißimus, ipſum conſcientia timidum facit.

Hanc imitatus Cicero pro Milone ait. Magnam uim habet conſcientia in utranque partem, ut ſemper pœnam ante oculos uerſari putent qui peccauerint, & nihil timeant, qui nihil admiſerint. Idem in Tuſ. Nullum maius ſe ipſo conſcientia theatrum habet.

Ad noſtros ueniam. Bernardus in meditationibus. Præſtat enim teipſum cognoſcere quàm ſi te neglecto, ſiderum curſus, uim herbarum, hominumq; ac omnium terreſtrium pariter & cœleſtium naturas tenueris. Redde igitur te tibi, corrige greſſus, ſtatue te ante te tanquam alium. Idem de Con. Quid dulcius aut quietius bona conſcientia, quæ nec damna nec uerborum contumelias nec quicquam aliud formidat? Idem Bona conſcientia quotidie uireſcit, laboribus non adfligitur, denique adficit gaudio uiuentem, conſolatur morientem, æternumq; durat. Bernardus

Auguſtinus ſuper Geneſim. In ipſo autem homine nunc Lætitia quædam bonæ conſcientiæ paradiſus eſt. Idem de Cathe. Tu qui ueram requiem, quæ poſt hanc uitam Chriſtianis promittitur, quæris: eam inter amarißimas huius uitæ moleſtias deguſtabis, iucundiusq; ex bona conſcientia inter erumnas lætaberis, quàm ex mala inter delicias. Auguſtinus

DE IMPVDENTIA LOQVENDI, AC PRIMVM DE PARASITIS.

Loquendo multifariã delinquimus, adſentando, obtrectando, mentiendo, aut ſcurriliter, ſiue nimis, ſiue intempeſtiue dicendo, de quibus omnibus dicam, ac primum de paraſitis, qui ab aſſentatoribus differunt, quòd hi quauis cauſa, illi aut cibi aut commodi tantum gratia adulantur. De his itaque Athenæus ex autoritate Clearchi Solenſis ait, Paraſitos uocabant antiquitus ſacrorum conuiuiorum cõuiuas, Græce συνθοίνους. Altera ſacerdoti, altera paraſito pars erat. Ariſtoteles in Pol. inquit, quòd principibus olim Methonienſibus duo ſingillatim paraſiti fuerũt, ducibus uerò exercitus unus, certosq; cibos et obſonia ex piſcibus ſumebant. Poſtea probro fuere, adulatoresq; dicti ſunt. Primus Homerus introducit Podem quendam aſſeclam Hectoris & conuiuij: qua etiam de cauſa ipſum ponit Hectorem à Menelao uulneratum, quòd par fuerat à uiro Spartano ac ſobrio hominem Troianum (quod genus in luxu & uino ac ſaltationibus uiuit) feriri in uentre, qui menſis & paraſitico luxui uacaret. Legitur & apud Cromilum Autoſitus, qui ſe ipſum inuitabat, plerunq; συνδρμάστης domino. & Cacoſitus apud Eubulum, qui male concoquit. Et Oligoſitus apud Stratidem, qui parum comederet. Occoſitus, qui non mercede ſed gratis ciuitatis munus ſiue officium gerebat. Sitocurus, qui inutilis erat, & fruſtra nutriri ac cibum ſumere cõtingeret. Apud Sontiates Gallorũ populos, rex habet quoſdã ſecũ adulatores, quos Galli Siloduros, Græci Euolimos uocant, qui unà ſemper adhærent, ſectantur quocũq; ierit: idemq; faciunt, ſiue rideat, ſiue lugeat, ſeu aliqua alia capiatur uoluptate, Deniq; ſi occumbat, pariter occumbunt. Paraſiti Podes Autoſitus Cacoſitus Oligoſitus Occoſitus Sitocurus Silodari Euolimi

DE NOBILIBVS PARASITIS ET adſentatoribus, ex Athenæo.

Cliſophus Philippi Macedonis paraſitus claudum ſe fingebat, quòd Philippus crus fractum haberet: os oculosq; idem cõtorquebat, quoniam huiuſmodi geſtibus dominum Cliſophus

de

Niceſias — *debat. Niceſias cū Alexandrum Magnum à muſcis petitum uideret: quanto, inquit, hæ cæteris præſtant, quæ tuum ſanguinem deguſtant. Cum uulneratum ſemel conſpiceret, illud* Homericum protulit,

Ἰχὼρ, οἷός περ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι.
Qualis diuorum percurrit corpora ſanguis.

Cariſophus — *Cariſophus Dionyſij paraſitus, cū uideret eū ſeparatim cum amicis ridentem, ipſe procul etiam ridebat, Interrogatusq́; ab eo quid rideret, quòd inquit exiſtimem digna riſu quæ dicitis.*

Andromach. — *Andromachus Carrenus Craßi adulator, cui ille omnia communicabat, Parthis eū prodidit. Patroclides item cauſa fuit ut Philippus, cuius adſentator erat, à Romanis uinceretur, ut autor eſt Polybius.* Demades — *Demadem oratorem miſſum ad Alexandrum, quòd eum Deum dixiſſet x. talentis Athenienſes mulctauerunt.* Euagoras — *Euagoram uerò quòd regem eūdem adorauerit, interfecerunt. Hactenus ille. Seneca in decl.* Cælius — *Cliens quidam cum Cælio oratori omnia in ſermone concederet, ille iam longa adſentatione faſtidiatus: Dic, ait, contra, ut duo uideamur.*

DICTA CONTRA PARASITOS ET ADSENTATORES.

Clearchus Solenſis dicebat: Adulatorum mores humiles eſſe atq; ſeruiles, breui tempore eorum artem durare. Nemo enim paraſitum canum amat: deinde mendacia eadem repetere diu non placet, materiam quoque fingendi tempore cōſeneſcere. Anaxilas ut autor Theophraſtus, adſimilabat eos uermibus, qui triticum nacti non diſcedunt donec uacuū reddiderint, ſic illi apud diuites ſubſtantiam rodunt. Hermes autem Salpino piſci, qui urinantes cibi cauſa uſq; ad littus tuto adſectatur, in terram uerò minime deſcendit. Sic paraſiti utilitatis gratia currunt: deinde in aſperis deſerunt locis. Antiſthenes meretricibus, quæ amatoribus omnia bona exoptant præter mentem & pudorem. Hæc ex Athenæo. Euripidis tris ſenarios conuerti. Amicos minime blandos poßide: Qui tecum gratiæ cauſa loquuntur, mali, Clauſtra domus prohibeas tuæ. Critias. Qui cum amicis gratiæ cauſa conuerſatur, poſtremo adſentationis uoluptatem in inimicitiam conuertit. Deinceps noſtratium. Plautus naturam eorum eleganter his uerbis expreßit. Nos paraſiti lacones ſumus, id eſt, canes uoracißimi. Idem alibi. Licet paraſiticæ arti dicere maximam malam crucem. Nam huic ego diei libenter effoderem oculos, adeo me malignitate mortalium onerauit: ueni in forum, conuenio adoleſcentes, nemo me inuitat ad cœnam: quaſi de condicto rem gerunt, uelut in uelabro olearij. Dico unum dictum de dictis melioribus, nemo ridet. Seneca. Eſto omnibus benignus, nemini blandus. Lucanus. Exeat aula, Qui uult eſſe pius. Hierony. in epiſt. Naturali ducimur malo, & adulatoribus noſtris libenter annuimus, & quanquam reſpondeamus nos indignos, & calidus rubor ora perfundat, tamen ad laudem ſuam quiſque intrinſecus lætatur. Auguſt. in epiſt. Gratias tibi uberes agimus, quòd nos laudas tanquam tales ſimus: magnopere enim hortaris ut tales eſſe cupiamus. Greg. in moral. Sicuti plantæ uigor auræ ſiccitate grandeſcit, ſic bonarum mentium ſtudia commēdatione proficiunt. Et alibi. Multis laudari prodeſt, nonnullis uituperari: utrumque tempeſtiue factum iuuabit. Chryſoſtomus in Matthæum, O ſtultum. Quid enim illa tibi poſt mortem laudatio prodeſt, ſi ubi non ſis lauderis, ubi uerò fueris crucieris? Proximis ſeculis primus qui in Italia hoc genus ineptum aluerit, Nicolaus Eſtenſis fuit, Petri Gonnellæ iocis delectatus. Eoq́; uenit impurißimus uſus, ut iam non ſolum uoluptati, ſed ambitioni res hæc principibus exiſtat. Ex quo Plato inquit. Video ſæpe in magnis opibus ac faſtu uiros domi nutrientes paraſitos & adſentatores pernicioſos, quibus nihil poteſtas aut diuitiæ deteſtabilius habent.

DE VERITATE.

Quòd autem Veritas ſit optima, & apud Deū maxima, cum plurimi demonſtrant, tum Homerus *his uerſibus.* Οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλὸν Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ', ὅ,τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω. *Iupiter loquitur. Non etenim noſtrum eſt aut detrectabile uerbum Decipiens'ue aut imperfectum, quod probo nutu. In quæ carmina eius enarrator hæc dicit.* Tres cauſæ ob quas promiſſis nō ſtamus — *Tres ſunt cauſæ ob quas promiſſis non ſtamus. Aut enim animo fallēdi dicimus, uel poſtea nos pœnitet, Seu certe uolenti præſtare quod promiſit, deeſt facultas. Prima eſt malæ uoluntatis, Secunda infirmi iudicij, Tertia inopiæ facultatis. Hæc omnia minime deo conueniunt: qui ob bonitatem non decipit, ob ſtabilitatem non retractat, ob potentiam imperfectum non relinquit. Aeſchylus.* ἁπλᾶ γάρ ἐστι τῆς ἀληθείας ἔπη. *Simplicia ſunt uerba ueritatis. Euripides ferè idem.* ἁπλοῦς ὁ λόγος τῆς ἀληθείας ἔπη. *Simplex ſermo ueritatis eſt. Idem.* Οὐδὲν ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου. *Nullum mendacium ſeneſcit. Menander.* ἔρχεται τ' ἀληθὲς εἰς φῶς ἐνίοτε οὐ ζητούμενον. *Venit in lucem ueritas uel non quæſita. Sacri quoq; libri idem dicere uidentur. Nihil occultum quod non reueletur.* Veritas temporis filia — *Quapropter poëtæ temporis filiam Veritatem dixere. Sophoclis item tres ſenarios uerti.*

Loquaris ſemper uera, nec unquam dubita.
Mortalium uerò nemo ob id decipiet.
Nam iuſta lingua robur immenſum habet.

Apollonius. ψεύδεσθαι ἀνελεύθερον, ἀλήθεια γενναῖον. *Mentiri illiberale, ueritas generoſa.*

Serenus in commentarijs. Plato dulcißimum auditorum ueritatem dicebat: Polemon autem, longe dulcius dicere quàm audire ueritatem. Plato de legibus. Veritas apud deos hominesq́; bonorum omnium potißima eſt, cuius in primis eum participem eſſe oportet, qui futurus eſt felix. Infidelis autem eſt cui mendacium uoluntarium exiſtit amicum, cui autem inuoluntarium, ſtultus: utrunque igitur fugiendum, cum uterque tam infidus quàm imprudens, non ſit amandus. Theophraſtus — *Theophraſtus Chius, ut ſcribit Aelianus de uaria hiſtoria, uenit legatus Lacedæmoniam, uir alioqui iactator & laſciuus, ut qui ſenectutem dißimulans, canos infecerat. Archidamus igitur ſurgens in ſenatu: Quid inquit, pro ſano hic dicet, qui etiam capillis mentitur?* Oromagdes Perſarū deus — *Magi apud Perſas maximum deum colunt, quem uocant Oromagdem, corpore quidem homini ſimilem, anima ueritati. Pythagoras interrogatus, quid nam homines potißimum ſimile dijs faciant: Cum uera, inquit, loquuntur. Thales Mileſius interrogatus, quantum mendacium à ueritate diſtaret, Quantum ait, oculi ab auriculis: Planè inferens oculatam fidem præſtantiorem eſſe aurita. Ex Stobeo. Legitur & in ſacris libris Zorobabelis Iudæi, apud Darium ſententia omnibus prælata, qui ueritatem omnium fortißimam dixit.*

DE IRONIA ET IACTANTIA OFFICIOSA.

Qvum inter ironiam & iactantiam ueritas (ut ait Ariſtoteles) conſiſtat, utrunq; tamē extremum apud perfectos quādoq; uiros reperitur. Socratis ironia apud Plotonē & Ciceronem notißima, qui ſe ſcire nihil ſimulabat, tantum alios audiebat. Idem dicebat, de ſe in neutram eſſe partem dicendum, quòd laudare arrogātis eſſet, uituperare ſtulti. Samuel — *Apud noſtros quoq; Samuel ad immolandum domino ueniſſe ſe ait, cum potiorem cauſam aliam haberet, & hoc facere nihilominus decreuiſſet.* Dauid — *Dauid quoq; Saulis ſeruū ſibi inſidiantem di-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cebat,cũ Saul potius ei inſidiaretur,1.Reg.X V I I I.præterea
Abraami de coniuge,& aliorum multa huiuſcemodi.Iactan-
tiæ quoq; plura tradũtur exempla.Plutarchus, qui ſuper hoc
pulcherrimum edidit tractatum,ait:Ob delẽdam calumniam
Pericles nos ipſos non inepte laudare poſſumus, ut accidit Pericli in-
uidiam ſuſtinenti.Sic enim in concione, Mihi uiri Athenienſes
ſuccenſetis tali uiro,qui in his quæ neceſſaria ſunt reipub. ob-
eundis,aut ſumma experientia ac fide prouidendis,nemini me
Scipio ceſſurum profiteor.& apud Romanos Scipio accuſatus , ho-
die inquit,P.C.Annibalem uici,Carthaginem tributariam fe-
ci,hanc patriam maximo periculo liberaui:eamus hinc in ca-
pitolium , & gratias dijs immortalibus agamus.At quàm fa-
Cicero tue & inepte Cicero ſæpius extra propoſitum liberatam à ſe
patriam à Catilinæ coniuratione iactat? Legimus item apud
Virgil.Sum pius Aeneas , fama ſuper æthera notus. Iſidorus
de ſummo bono.Superuacanea eſt,inquit,eorũ humilitas , qui
ſeipſos falſo accuſando inepta utuntur ironia. Nec enim qui
ſe ſuaq; iuſta de cauſa,ſine arrogantia laudat,eſt admodum ui
tuperandus:Sic nanq; & Paulum & Hieronymum, pluresq;
alios ſuas quandoq; uirtutes narrantes,legimus.

DE LOQVENDI LIBERTATE.

Loquendi etiam libertas.quàm Græce παῤῥησίαν uocãt,
ad ueritatem pertinere uidetur.Eſt enim philoſophorum
& perfectorum hominum, ſicuti Diogenes ad Alexandrum,
& ex noſtris Nathan ad Dauid,Helias ad Achab.Heliſeus ad
Ioram,palã criminibus uarijs obnoxios reprehenderunt.Sunt
tamen qui illam impudenter exerceant , ut Therſites Home-
Demochares ricus,& Drances Virgilianus, ut Demochares Demoſthenis
nepos,miſſus legatus unà cum alijs ad Philippũ Macedonem
hoſtem:impetratisq; conditionibus , cum ille dixiſſet , ſi quid
aliud uellent:reſpondit,uti te ſuſpẽdas.autor Aelianus. Qua-
propter Socrates dicebat,ut ſcribit Stobeus : Sicuti nec gladiũ
obtuſum ad incidendum, ita nec loquẽdi libertatem ſine effe-
ctu aut utilitate eſſe oportere:ut non odio magis quàm iudi-
cio contendere uideamur:eamq; ex diſciplina nõ tradi,ſed ex
natura. Ariſtonymus dicebat,ſicuti mel guſtu quidem dul-
ce ulcera mordet ac ſanat,ſic ſermo philoſophicus. Euſebius.
Fiducia,inquit , loquendi à libero animo ueritatemq; amante
procedit:hoc præſtabis,ſi non cuicunque nec ſemper putabis
conuitium aut obiurgationem facere,ſed pro tempore perſo-
nis & modis.Dion in chrijs.Diogenes interrogatus à quodã
Attico,cur Athenis moraretur,cum Lacedæmonios tantope-
re laudaret:Quoniam,inquit, medico bene habentibus nõ eſt
opus.Themiſtius de anima. Diogenes recte apud Platonem:
Quid,inquit,utilitatis philoſophus adfert, ſi neminẽ in dicen-
do mordet?Melle igitur utatur oportet apud exulceratos &
medicina egentes homines.Plutar.inſuper in lib.de uero ami-
co & adulatore,multa præclare ad hoc propoſitum diſſerit,
ex quibus nos pauca in medium adducemus.Diogenes,inquit,
dicere ſolebat,quòd aut beneuolentiſſimos amicos,aut infeſtiſ-
ſimos inimicos habere oportet:alteri enim monent, alteri ue-
rò redarguunt.Nam amicorum eſt cum amicis uera ac citra
adſentationem loqui,monereq; officij quãdo eſt opus.Sed hæc
Veritas multas habet cautiones ueritas multas habet cautiones.Primum ne præterita repre-
hendamus quæ corrigi nequeunt,quum ſit opus potius inimi-
corum.Deinde ut modeſtiæ gratia noſipſos ſimul in eadem
culpa connumeremus. Socrates enim leniter & ſine ſtrepitu
adoleſcentes redarguebat , tanquam ſcilicet à culpa & igno-
ratione nec ipſe liber eſſet.Et apud Homerum:

Τυδείδη τί παθόντε λελάσμεθα θούριδος ἀλκῆς,
Tydide quid patimur noſtræ obliti uirtutis in armis?

Deinde ut ſolum & ſine arbitris moneamus honoris gratia.
Non enim amici , ſed ſophiſtæ officium eſt, ut à præſentibus
laudetur,alienis erroribus exornari: ueluti chirurgi faciunt,
qui artificium coram multis oſtentant. Pythagoras enim Pythagoras
quum quendam adoleſcentem aſperius reprehendiſſet , ita
commouit,ut ille ob dolorem ſibi manum adferret : ac ex illo
poſtea præſente alio neminem reprehendiſſe dicitur. Hanc
igitur ob cauſam,magis quàm ob ebrietatem, Alexander Cli- Alexander
tum interfecit:quòd audientibus multis eum uituperaſſet. Ari- Ariſtomenes
ſtomenes quoq; Ptolemæi præceptor,quòd eum dormientem
præſentibus legatis excitaſſet , ab eodem necatus eſt. Ex quo
Homericum illud recte dicitur:

Ἄγχι σχὼν κεφαλὴν,ἵνα μὴ πευθοίαθ᾽ οἱ ἄλλοι.
Ne reliqui audirent caput auribus admouet ultro.

Deinde ne irati moneamus , ut magis ex libidine noſtra im-
pelli,quàm ex amici charitate uideamur.Sunt tamen quædam
quæ ab amicis nõ iratis uidẽtur iratè dici,ut Patroclus Achilli.

Νηλεὲς οὐκ ἄρα σοίγε πατὴρ ἦν ἱππότα πηλεὺς
Οὐδὲ θέτις μήτηρ, γλαυκὴ δέσε τίκτε θάλασσα,
πέτραι τ᾽ ἠλίβατοι , ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.
Non tibi diua Thetis mater crudelis Achille,
Non pater eſt Peleus,ſcopulo ſed natus acuto
Ceruleoq; mari,nam mente immitis acerba es.

Amandi igitur in primis amici , qui libere uereq; loquuntur.
Ex quo in tragœdia dicitur:

Φίλους δὲ τοὺς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις κέκτησο,
Τοὺς δὲ πρὸς χάριν σὺν ἡδονῇ σιγῇ πονηροὺς , κλάθρον
εἰργέτω στέγης.
Tuis nequaquàm uerbis cedentes habe.
Nam gratiam ſpectantes,qui loquuntur uiri,
Hos clauſtra domus abſterreant tuæ.

Hæc enim ueritas inter amicos pars potiſſima.Nam ſicuti Pa
troclus dum Achillis arma circundaret humeris,& equos in
pugnam duceret,ſolam eius haſtam attrectare non auſus,inta-
ctam dimiſit:ita adulatores cætera amici officia perſequũtur,
præter hoc ueritatis. Megabyzus Perſa dux Darij regis, Megabyzus
dum olim apud Apellẽ de umbris & lineis nugaretur: Apel-
les inquit,num uides hos pueros minium terentes ? dum tace-
res,te tuamq; purpuram & attoniti aſpiciebant:quum autem
loqui de his cœperis,ſimul omnes te ridẽt. Quemadmodũ
igitur Ageſilaus,ab eis etiã qui uituperare ſcirent , laudari ſe
cupere dicebat:ut ſcribit Xenophon:ſic etiã eum qui delectat
& gratiam loquitur,amicum exiſtimari decet,ſi & mordere
poſſit.Nã ſermo ſemper placẽs & ad gratiã,ſuſpectus eſt.Ex
quo Lacedæmonij cuiuſdã dictũ in pretio eſt.Is enim quũ Ca Carillus
rillus rex laudaretur:Quonam modo,inquit,bonus eſt,qui ne
in malos quidẽ acerbus eſt?Et hæc quidem Plutarchus de ue-
rò amico. Fuere hac animi libertate apud Romanos Fauo- Faucnius
nius,qui ad Pompeiũ ait:Nũc Pompei pede terrã pulſa,quum
ille iactaſſet,ſi opus in bello ciuili,milites ſe pedis pulſu exci-
taturũ.Et Cato,qui Cicerone cos.Murænam defendente Stoi- Cato
corum ſectam ac paradoxa deridente,quũ riſus iudicibus ex-
citaretur , ait:Dij boni quàm ridiculum conſulem habemus.
Duos præclaros Homeri uerſus his addam, Iliados I X.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν,
ὅς χ᾽ ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.
Hoſtis enim ille mihi ſimul uſq; ad limina ditis,
Qui ſimulans aliud,menti contraria fatur.

DE TACITVRNITATE.

Socrates,ut autor Stobeus,duo loquẽdi tempora ponebat: Socrates
uel de quibus ipſe clare noueris , uel de quibus neceſſariũ
dicere : cæteris in rebus tacendum putabat.Idem nullam ſcri-
pſit literam, quòd pluris dicebat eſſe chartam quàm ſua ſcri-
pta. M.Antonius orator , teſte Cicerone , nullam ſcripſit M.Antonius
orationem , ut ſiquid non opus dicto eſſet , poſſet ſe negare
dixiſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Pythagoras dixiſſe. Pythagoras ait, uel taciturnitatem opportunam, uel ſermonem utilem habe. Idem iubebat quinquennio diſcipulos Solon ſilere. Solon interrogatus in conuiuio à Periandro cur taceret: Sermonis ne inopia, an ſtultitia: At nullus, inquit, in conuiuio ſtultus tacere poſſet. Dicebat enim ſermones obſignandos eſſe ſilentio: ſilentium uerò temporis oportunitate. Epictetus philoſophus iubebat tacere multa: uel loqui neceſſaria, & Zeno de paucis. Zeno quum legatos Antigoni regis miſſos Athenas, unà cum nonnullis philoſophis ad cœnam inuitaſſet: ac reliqui ſuam inter epulas oſtentarent loquendo diſſerendoq́; doctrinam: ipſe ſolus tacuit: quærentibusq; legatis, qui ei priuatim regis mandato egregiam eius uoluntatem obtulere: ſi quid reſpondere uellet: Hoc, inquit, quod uidetis: Δυσκρατέςατον πάντων λόγος: id eſt, difficilimum omnium retinere ſer Diogenes monem. Diogenes cuidam philoſopho, qui contentioſius aliquid diſſerebat: Miſer, inquit, quod optimum in uita philoſophi ac præcipuum, uerbis philoſophando corrumpis. Harpocrates Angerona Aegyptij Harpocratem mutorum Deum celebrabant, Romani uerò Angeronam deam cum digito ad os adalligato in ara Volupiæ colebant, quòd uidelicet ſilentium magnam in poſterum uoluptatem præſtaret. Ariſtoteles interrogatus, Quid difficillimum: Silere, inquit, quod minime dicendum ſit. Nicoſtratus, multa inquit, uelociter & continuo loqui ſtultitiæ ſignum.

Sermonem præterea ad audiendis aurē adcōmodare oportere. Zeno dicebat, duas nobis Deus aures conſtituit, unam uerò linguam, quòd duplo debeant plus eſſe quæ audimus, quā quæ loquimur. Idem ferè Iacobus in epiſt. Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquendum. Menander. Οὐδὲν σιωπῆς ἐςὶ χρησιμώτερον. Nihil ſilentio utilius.

Sophocles. Πολλὰ ἔχει σιωπὴ καλά. Multa retinet ſilentium pulchra. Athenodorus. Τοῦ σιγᾶν ἐςὶν ἀκίνδυνον γέρας. Tacendi munus eſt ſine periculo. Plutarchus. ἀνυπεύθυνον σιγὴν uocat, id eſt, Silentium non redditurum rationem. Idem. Haud modica uirtutis pars, linguam rationi obtemperantem habere. Apollonius. Πολυλογία πολλὰ σφάλματα ἔχει, τὸ δὲ σιγᾶν ἀσφαλές. Sermo longus in multis peccat, ſilere autem res tuta. Idem Optimi hominum qui parce loquuntur, Loquaces enim ſi eam moleſtiam paterentur quam inferunt, nunquam loquaces eſſent. Plato Antiſtheni longius diſputationem protrahenti: An ignoras, inquit, ſermonem eum metiri qui audit, non qui dicit? Euripides. Ἀχαλίνων ςομάτων τὸ τέλος δυςυχία. Finis oris effrenis eſt infortunium. Idem. Γλώσσης γὰρ οὐδὲν πιςὸν, ᾗ θ᾽ ὡραῖα μὲν φρονήμεθ᾽ ἀνδρῶν νουθετεῖν ἐπάγεται, αὕτη δ᾽ ἑαυτῆς πλεῖςα κέκτηται κακά. Linguæ nihil fidum, per quam licet eorum quæ honeſta ſunt, monere ſciamus homines: ipſa tamen per ſe multa poßidet mala. Heſiodus. Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐςὶ ἀνθρώποισιν ἄριςος φειδωλῆς. Theſaurus parci probus eſt mortalibus oris. Homerus.

Στρεπτὴ δὲ γλῶσσ᾽ ἐςὶ βροτῶν πολέες δ᾽ ἔνι μῦθοι
Παντοῖοι, ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα.
Ὁπποῖόν κ᾽ εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ᾽ ἐπακούσαις.
Lingua hominum uolucris, ſermo quoq; plurimus illi,
Ac uarius, tum lex dicendi plurima utrinq;.
Nam tale audieris uerbum, quale ipſe loqueris.

Athenien polylogi Lacedæmonii polynomi Plato ait, Ciuitatem Athenienſium omnes Græci exiſtimant eſſe, ut philologam, id eſt, uariæ doctrinæ, ita & polylogam, id eſt, multis ſermonis amantem. Lacedæmoniam uerò breuiloquam, ac polynomam, id eſt, multarum legum, magis quàm po Laconicum genus lylogam. Laconicum igitur genus, pro breui capiunt, ut Philippus Macedo cum peteret ab eis an eū in urbem recipere uellent, reſcripſerunt tantum literis maiuſculis. NON. Autor Plutarchus περὶ ἀδολεσχίας. ubi etiā tris ponit reſpōſionū modos: unum neceſſarium, ut interrogatus, eſt ne intus Socrates? dicat tantum, Eſt. Secūdum ad iucunditatem, quādo dicit: Intus eſt, nunc ferè ingreſſus. Tertium ad nugationē, ut quando plura alia adduntur non interrogata, neq; ad rem pertinentia. Ex quo dicit: plus faſtidij adferre uirum bonum alioqui, inepte & tempeſtiue loquētem: quàm prauum & indoctum, tempeſtiue. Sed iam noſtros adeamus. Ambroſius de officijs. Silendi patientia, opportunitas loquendi, contemptus diuitiarū, maxima ſunt uirtutum fundamenta. Iſidorus. Si cupis tuas augere uirtutes, prodere noli, nec loquaris niſi interrogatus, nec prius quàm audias. Deniq; Dauid in toto pſalmorū libro, nihil potius quàm linguæ innocentiam, ac ſilentium petit, aut extollit. Breuitate ſermonis inter Romanos maxime Brutus, Cæſar, Atticus, Salluſtius, polluerunt. Inter Græcos, Socrates, Lyſias, Thucydides Lacones. Dicacitate, M. Cato, Cicero, Fauonius.

DE STVLTITIA.

PRudentiæ ſtultitia maxime aduerſatur, quæ cum ex alijs cauſis, tum ex delictis naſcitur. Interrogatus enim Socrates. qui eſſent ſtulti, reſpondit, qui facile peccant: Sapientes, qui non facile peccant. Hinc oritur Stoicorum paradoxum. Omnis cupidos ſtultos eſſe. Aeſchylus in tragœdia eleganter expreßit. ἡ δὲ μωρία μάλιςα ἀδελφὴ τῆς πονηρίας ἔφυ. Stultitia maxime germana eſt iniquitatis. Sophocles. τὸ μὴ δ᾽ εἰδέναι μηδὲν ὧν ἁμαρτάνεις, ἔκκαυμα τόλμης ἱκανόν ἐςι καὶ θράσους. Non animaduertere ſe peccare, incendium eſt & occaſio maioris audaciæ. Idem. ἄνοια θνητοῖς δυςύχημα αὐθαίρετον. Stultitia mortalibus uoluntaria infelicitas.

Plato. Stulti Proteo ſimiles, inquit, ſunt: ille corpus, hi animū, ſæpe mutant: præterita magis concupiſcunt, præſentia etiam fructuoſiora deſpiciunt. Obliuio propriorum malorum audaciam gignit. Crates ſtultos comparabat terebris, ſine uinculus & ui, nihil horum quæ oportet uelle facere. Nam & terebræ genus eſt, quòd cum adligato loro circumuertitur. Cicero in Piſonem. Nolite putare P. C. ut in ſcena uidetis, homines conſceleratos impulſu deorum terreri furiarum tedis ardentibus, ſua quemq; fraus ſuum ſcelus de ſtatu ac mente deturbat. Hæ ſunt impiorum furiæ, hæ faces, hæ flammæ. Ex rerū Ineruditi etiam ignoratione procedere Cleanthes docet, qui dicebat ineruditos tantum forma differre à beſtijs. Inconſtantia quoq; Inconſtantia propoſiti magnopere ſtultitiam mentisq́; leuitatem arguit. Ex quo Seneca inquit: Vide quàm magna res ſit conſtantia, & in ſuo propoſito perſeuerantia: ut autoritatem habeat etiam inertia pertinax. Item præter decorum & tempus & locum res agere: ut de Ariſtagora Mileſio legitur apud Tarreū in pro- Ariſtagoras uerbijs. Is quum legatus Mileſiorū Lacedæmoniam auxilij petendi gratia contra Perſas ueniſſet: ueſte ſumptuoſißima, unguentisq́; delibutus concionari in miſeria ac neceßitate patriæ cœpit: ex quo prouerbium manauit, οἴκοι τὰ μιλήσια: domi Mileſia, hoc eſt, domi & in otio hæc facienda. Tales etiā uiros Perſius notat, quū ſollicitos reos deridet, qui ſuperſtitioſa quadam eloquentia ſeſe defenſitabant. Crimina raſis Librat in antithetis, doctas poſuiſſe figuras Laudatur: bellum hoc: bellū hoc? an Romule ceues? Men' moueat? quippe & cantet ſi naufragus, aſſem Protulerim? cantas quum fracta te in trabe pictum Ex humero portes? Sic enim mos erat antiquitus. Iuuen. Naufragus aſſem Dū rogat, & picta ſe tempeſtate tuetur. Horat. quoq;, Si uis me flere dolendum eſt Primum ipſi tibi. Sopho Sophocles cles prætor in ſermone de re grauißima cum eius collega Pericle, tranſeunte puero ait: O pulchrum puerum Pericle. Quæ autem ſequuntur facto contingunt. Metellus Pius in iuuentute continentißimus, in ſenectute luxurioſißimus. Antiochus magnus in ſecuritate ſobrius, in ſollicitudine laſciuus. In bello enim contra Romanos periculoſißimo, captus amore uirginis debacchabatur. Quem uerò nos uidimus: Paulus pontifex in paupere cardinalatu liberalißimus, in diuite pōtificatu illiberalißimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſimus. Sunt & inertes quidam in hoc numero, qui nulla unquam aduerſitate, nulloq; rerum euentu erudiuntur: ut M. Antonio contigit. Is, ut ait Salluſtius, uacuus omnino à curis fuit, niſi inſtantibus. Noſtro autem ſeculo Renatus Siciliæ rex, rebus excidens, tot bellis calamitatibusq; adflictatus, uel in extrema ſenectute nunquam iocos amoremq; dimiſit. De his Seneca dicit, quòd ſtultitia ſemper iuueneſcit, ſtultiq; ſemper uiuere incipiūt. Ambroſius in ſermone: Stultorum ac prauorum hominum iubet uitare conſortia, præſtareq; dicit, ab illis odio haberi, quàm cum illis conuerſari. Apollonius Tyaneus, ut eſt autor Philoſtratus, uiros huiuſmodi, quamuis potentes, non ſolum fugiebat, ſed ne quidem ab illis dignoſci cupiebat. Xenophon quoq; comment. III. Socratem ponit, ſtultos neglectos & ignauos, etiam ſi cæteris careant uitijs, ad amicitiam nullo pacto recipiendos eſſe cenſere, quòd minime ἀσύμβολοι exiſtant, id eſt, non facile ad cōmune mutuūq; officiū cōferentes.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM

LIB. XXIX.

QVOD ANIMADVERSIO ANTE omnia ſit neceſſaria.

DE IVSTITIA.

Iuſtitiæ imago

QVVM de Iuſtitia inter Ariſtotelica poſtea ſim dicturus, nunc tantum floſculos in ea delibabo: ac primum quàm neceſſaria ſit in delinquentes animaduerſio. Chryſippus imaginem eius fingit forma uirginali, adſpectu uehementi, luminibus oculorū acrioribus: Quòd uidelicet magiſtratum in improbos ſeuerum ac rigidum eſſe oporteat. Plato de Repub. τὴν δίκην διδόναι, μεγίστη κακοῦ ἀπαλλαγή. σωφρονίζει γὰρ καὶ δικαιοτέρους ποιεῖ, καὶ ἰατρικὴ γίνεται πονηρίας ἡ δίκη. ἐκεῖνό γε οὐδεὶς οὔτε θεῶν οὔτ' ἀνθρώπων τολμᾷ λέγειν, ὡς ἀδικοῦντι οὐ δοτέον δίκην. Dare pœnas maximi mali euitatio eſt: facit enim alibi prudentiores & iuſtiores: & medicina quædam iniquitatis ipſum eſt iudicium. Illud uerò neq; deorum neq; hominum ullus dicere audebit: ut ab eo qui iniuſte egerit, pœna non ſit exigenda. Idem: Caſtigare noxium enim oportet, non ob præteritum delictum, quum id corrigi nequeat: ſed ne iterum peccet, tum ne ipſius exemplo cæteri quoq; peccent. Homerus quoq; in Odyſſeæ χ.

Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.
Τούσδε μοῖρ' ἐδάμασσε θεῶν καὶ σχέτλια ἔργα.
Hos lugere nefas, qui dijs ultoribus ipſis
Ob ſua dementes perierunt impia facta.

Idem in Odyſſeæ lib. ξ.

Οὐ μὲν σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν,
Ἀλλὰ δίκην τίουσι καὶ αἴσιμα ἔργ' ἀνθρώπων.
Cœleſtes hominum non impia facta tuentur:
Quin plectunt æquamq; ferūt pro crimine pœnā. Idem.
Ἀλλ' ὁ μὲν ὡς ἀπόλοιτο, θεὸς δ' ἐκτυφλώσειε.
Hunc Deus, ut pereat, priuabit lumine mentis.

Vlyſſes enim de procis loquitur. Nam pœna hæc omnium maxima eſt. Ex quo in libris Regum ſimile huic dicitur. Infatua domine conſilium Achitophel. Idem poëta.

Εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν,
Ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ, σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν.
Iuppiter haud quamuis ſubito ſit criminis ultor,
Fœnore poſt illud longe grauiore recenſet.

Quod Cæſar in commentarijs pulcherrime imitatus, ait. Conſueuere dij immortales, quo grauius homines ex mutatione rerū doleant, quos pro ſcelere eorum ulciſci uelint, ijs ſecundiores interdum res ac diuturniorem impunitatem cōcedere.

Hyperides. Occurrere oportet iniuriæ, quòd ſi inueterauerit, quemadmodum connutritum morbum, uix extingues. Antiphontis optima ſententia, minime tamen obſeruata. Οὐ δίκαιον οὔτ' ἔργῳ ἁμαρτόντα ῥήματι σωθῆναι, οὔτ' ἔργῳ ὀρθῶς πράξαντα, διὰ ῥήματα ἀπολέσθαι. τὸ μὲν ῥῆμα τῆς γλώσσης ἁμάρτημά ἐστι, τὸ δὲ ἔργον τῆς γνώμης. Non fas re peccantē ob uerba ſeruari, ſicuti neq; recte agētē ob uerba tantum perire. uerbum enim linguæ peccatū, res uerò animi.

Pythagoras. ἀεὶ μὴ κολάζοντες κακοὺς, βούλονται ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς. Qui non plectunt malos, uolunt bonis iniuriam inferri. Seneca idē mutuatus, ait. Qui parcit malis, probis nocet. Cambiſes, ut ait Valerius, Iudicē alioquin ſibi chariſſimum, quòd iniquam ſententiam tuliſſet, eueſtigio comprehendi, ac eius pelle diſcerpta tribunal conſterni iuſſit. Cato & Phocion præcipuis amicis, teſte Plutarcho de ciuilibus præceptis, quandoq; Reip. cauſa aduerſabantur, nec ullum priuatum aduerſarium ob Remp. habuerunt. Idem in eodem libro ait. Timoleon Corinthius cum monendo fratri perſuadere nō poſſet, ut tyrannidē poneret, eius interfectoribus adiutor fuit.

DIFFICVLTAS IN SERVANDA IVSTITIA.

DEmoſthenes. Πάντων δυσχερέστατον τὸ πολλοῖς ἀρέσκειν. Omnium difficilimum multis placere. Demochares. Magis enim homines malorum reminiſcuntur, quàm bonorum ex magiſtratibus. Idq; merito. Nam hæc quòd tanquā depoſitum aliquod reddant, laudare non eſt opus: malorum uerò tanquam rem depoſitam ac debitam, magiſtratu non reddente, facile reminiſcuntur. Cic. pro Flacco exclamat. O conditiones miſeras adminiſtrandarum ciuitatum, in quibus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia uituperationum, ubi ſeueritas periculoſa, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, adſentatio pernitioſa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ: Venientes prætores expectant, preſentibus inſeruiunt, abeuntes deſerunt. Chryſippus interrogatus, cur non adcederet ad Remp. Quoniam ſi male, inquit, curarē, dijs diſplicerem: ſi bene, hominibus. Refert Pauſanias quòd Iſocrates tria præſtitit miranda. Primum ſapientiſſimum, quòd ad Remp. nunquā adceſſit, quum æquū in ea ſeruari non poſſe conſpiceret. Secundum laborioſiſſimum, quòd annis XCIX. quibus uixit, diſcipulis nunquā caruit, ſemperq; docuit. Tertium libertatis amantiſſimū, quòd audita apud Chæroneam Athenienſium clade, ob animi dolorem extinctus eſt. Ipſe quoq; in orationibus ſic ait. Ego uerò iuſtitiam nullo modo doceri poſſe, neq; artem ipſius ullam prorſus exiſtimo, ut ij qui male ſunt à natura inſtituti, ad eam dirigantur.

Iſocrates tria præſtitit miranda.

QVOMODO IVSTITIA RECTE in Rep. ſeruabitur.

EPictetus. Si rectum uis facere iudicium, neutram cupias partem cognoſcere, ſed cauſam ipſam. Minime quidem in iudicio errabis, ſi ipſe in uita non erras. Bion. Oportet is qui à magiſtratu diſcedit, non ditior, ſed glorioſior factus ſit. Agatho. Trium rerum reminiſci magiſtratum oportet: Quòd hominibus præſidet, Quòd ſecundum leges præſidet, Quòd non ſemper præſidet. Solon. ἄρχε πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι. Diſce regi prius quàm regere. Lyſias. Eandem habere iudices mentem decet ac legislatorem. Euripides. Κακῶν ἂν αἱ πόλεις ἐλασσόνων πειρώμεναι, τὸ λοιπὸν εὐτυχοῖεν ἄν. ἐν τούτῳ δὲ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις, ὅταν ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν μηδὲν φέρῃ τῶν κακιόνων πλέον. Ciuitates malis hominibus orbatæ, felicius in futurum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Tres Reipub. partes

futurum agerent. In hoc enim pleræq; urbes anguntur, cum uir bonus nihil melius malis adſequitur. Hippodamus. *In tris Remp. partes diuiſam eſſe oportet: primam, bonorum gubernatorum: Secundam, militum: Tertiam mechanicorum. Primā rurſus ordinum optimorum, ultimam inferiorum. Militū uerò mediocrium. Prima itē debet imperare: ultima obtemperare: media uerò utrunq; pro tempore facere.* Architas: *Puto omnē communitatem conſtare ex tribus: Dominante, dominato, & legibus. Præterea meliorem imperare oportere: peiorem imperari.*

Iuſtitia quid ſit

Ariſtides iuſtus interrogatus quid eſſet iuſtitia: Nihil inquit alienum deſiderare. Plato ad Architam: *Dulce omnino rem priuatā tractare. Attamen conſiderare oportet, quòd non tibi ſoli ſis natus, ſed partim patriæ, partim etiā amicis. Quod eleganter Seneca mutuatus expreßit. Alijs, inquit, uiuat oportet, qui ſibi uult uiuere.* Plato item: *Ille bonus eſt medicus, qui plures tractauerit ægrotos. Iudex uerò qui animos. Et ille natura non ualde ſanus ſit, oportet, ſi aliorum melius deguſtauerit curas, quoniam non corpore corpus curat. Sed animæ longe diuerſa ratio, ipſa enim adfecta curare alias minime poterit, quoniam animam anima regit. Quapropter ſanum eſſe iudicem decet: nec ſibi conſcium, ſed in aliorum ſalute per ætatē exercitatum: quum iuuenes ob inexperientiam facile decipiantur, nimis indulgentes exiſtant.* Demoſthenes: Δίκαιον ὀργιλοτέρως ἔχειν τοῖς μετ' εὐπορίας πονηροῖς, ἢ μετ' ἐνδείας. τῇ μὲν γὰρ ἀνάγκης χρεία φέρει τίνα συγγνώμην παρὰ τοῖς ἀνθρωπίνως λογιζομένοις. οἱ δ' ἐκ περιουσίας πονηροὶ, οὐδεμίαν δίκαιαν πρόφασιν ἔχουσιν. πολλὰ γὰρ κακὰ πράγματα τοὺς ἐλευθέρους ἡ πενία βιάζεται ποιεῖν, ἐφ' οἷς ἂν ἐλέοιντο δικαιότερον ἢ προσαπόλλοιντο. *Diuina hæc eſt ſententia. Dicit enim: Fas eſt magis iraſci aduerſus iniquos diuites quàm pauperes, Neceßitas enim ueniam aliquam habet apud humaniter iudicantes. Multa nanq; cogit liberos inopia facere, in quibus miſericordiam iuſtius quā pœnam inueniant.* Menander: *Qui præiudicium adfert antequàm audiat, malum ſe oſtendit uirum.* Sophocles: ἄκων ἁμαρτῶν οὐδεὶς ἀνθρώπων κακός. *Non ex ſententia peccans, nullus eſt malus.* Plutarchus: περὶ τῶν πολιτικῶν παραγγελμάτων. *Mediocritatem humanitatemq; etiam in*

Cleon Themiſtocles

ſeruanda iuſtitia probat: exemplumq; Cleonis & Themiſtoclis ponit, qui in Republica *diuerſa ſententia ambo fuere. Alter enim adceſſurus ad* Rempu. *amicis ſeſe excuſauit quòd his nullus erat habendus reſpectus, lædiq; ſæpius eos ob principatum oporteret. Alter Themiſtocles quum eſſet in imperio, admonitus à quodam, ut æque omnibus ſe præſtaret. Quin abſit, inquit, ut ego dum potero non magis amicis faueam, cunctis in rebus. Similes igitur his in* Romana Repub. *Catonem & Cæſarem accepimus fuiſſe.*

DE REFERENDA GRATIA.

REferre gratiam ad iuſtitiam pertinere uidetur, quo nullū eſt magis, ut ait Cicero *neceſſarium. Sed & nullum quoque difficilius eſſe comperimus, quia quæ ex liberalitate ſponte damus, libenter damus: Quæ non ſponte, non item. Quod eleganter* Heſiodus *his uerſibus expreßit:*

ὃς μὲν γάρ κεν ἀνὴρ ἐθέλων ὅ γε κἂν μέγα δώῃ
Χαίρει τῷ δώρῳ καὶ τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν.
ὃς δέ κεν αὐτὸς ἕληται ἀναιδώηφι πιθήσας
Καί τε σμικρὸν ἐὸν τό τ' ἐπάχνωσε φίλον κῆρ.
Quiſquis ſponte dabit quamuis ingentia gaudet.
Idem fortè procax quiſquam ſi poſtulat ultro,
Vel nimium, hærebit mœrens longeq; grauatus.

De hac igitur multa Seneca *de beneficijs. Quæritur, inquit* Epicurus, *nos eſſe ingratos, nec præterita inter bona connumerare, anxios tantum futurorum. Memoriæ itaq; minimum tribuit, qui ſpei plurimum. Item, Beneficium nullum perit, qui enim perdit computauerat: beneficiorum uerò ſimplex ratio: ſi reddet aliquid, lucrum eſt: ſi non reddet, damnum non eſt. Nemo beneficium in calendario ſcribit. Quapropter Gratias dicit tris ab* Heſiodo *poſitas: Aglaen, Euphroſynam, & Thaliam. Ab* Homero *autem unam ex his* Paſithoan *appellari matrimonioq; addici. Reſpiciunt ſe inuicē complexis dextris, ut redditio beneficij notetur. Hilares ſunt, ſicuti dantes & accipientes. Præterea uirgines, quòd ſine ſpei conceptione detur. Veſtibus fluentibus & lucidis, quod ſine adligatione alterius aut obligatione tribuatur. Deniq; iuuenes, quia non debet beneficiorum memoria ſeneſcere. Tres ſunt, promerentium uidelicet & reddentium, & amborum ſimul. Item qui grate beneficium accepit, primam eius penſionem ſoluit. Quidam aliquid intempeſtiue ſubito remittunt nihil ſe tales uelle debere teſtantur. Qui enim nimis cito ſoluere cupit, inuitus debet: qui inuitus debet, ingratus eſt. Beneficium qui non poteſt ſuſtinere, hoc eſt pro facultate ſua reddendi animum non habet, nō accipiat. Aliquando tamen non reddendum, quando uidelicet plus mihi detrectaturus ſum quàm illi collocaturus: uel illi parum aut nihil redditum adceſſerit, mihi multum ereptum fuerit. Et hæc quidem ille in eodē libro diuerſis in locis. Ingrata enim omnis natura mortalium eſt. Quod ſi recenſere uelimus exempla, ſuperuacuum quidem, reperimus omnis ferè populos ſuis de ſe benemerentibus ciuibus ingratos extitiſſe. Conandum igitur omnibus uiribus ex* Apoſtoli *præcepto: nemini quicquā debere, quo nihil magis in terris nos* Deo *proximos facit: quodq; is tantum aſſequi poterit, qui cupiditati modum ſtatuerit, paruoq; admodum contentus fuerit.*

Gratiæ tres

DE LEGISLATORIBVS AC LEGIBVS.

LEges quoq; adcedunt iuſtitiæ, quas alijs alij populis dedere. Gymnoſophiſtæ Indis, *Prophetæ ſeu ſacerdotes* Aegyptijs, Chaldæi Babylonijs, Magi Perſis, Druidæ Gallis. Zaleucus Locrenſibus, Moſes Hebræis, Solon Athenienſibus, Lycurgus Lacedæmonijs, Minos Cretenſibus, Phido Corinthijs, Zamolſis Getis, Androdanus Rheginis, Hippodamus Mileſijs, Carondas Thurijs, Philolaus Thebanis, Phaleas Carthaginienſibus. *Apud* Romanos *uerò primus* P. Papirius *regias leges in unum contulit. Deinde* Appius Claudius Regillanus *Decemuir, cuius maximum conſilium in* XII. *tabulis conſcribendis fuit. Poſt hunc eiuſdem familiæ* Appius Claudius Centimanus, *qui* R, *literam inuenit, actiones ſcripſit, & primum de uſurpationibus, qui liber non extat. Poſt hos* Sempronius Catus. *Deinde* Scipio Naſica, *qui optimus à ſenatu iudicatus, & cui publice domus in ſacra uia data eſt, quo facilius conſuli poſſet. Demum* Qu. Mutius, *qui ad Carthaginienſes miſſus eſt legatus: quum eſſent duæ teſſeræ poſitæ, una pacis, altera belli, arbitrio ſibi dato utram uellet referre,* Romam *utranq; ſuſtulit, & ait: Carthaginienſes petere debere utram mallent accipere. Poſt hos fuit* T. Coruncanus, *qui primus profiteri cœpit, cuius tamen nullum ſcriptum extat. Deinde* Sextus Aelius *& frater eius* P. Aelius, *ambo Coß.*

Legislatores apud Romanos

Deinde Cato Porciæ *familiæ princeps, cuius extant libri: Poſtea* M. Mutius *&* L. Brutus *&* P. Manilius *ius ciuile fundauerunt. Ex his* Mutius *conſularis fuit, & decem libros reliquit.* Brutus *prætorius* VII. Manilius *conſularis & pont. max.* III. *Ab his profecti ſunt* P. Rutilius Rufus *Cos.* Romæ *&* Aſiæ *Procos. Et* Publius Virginius, *&* Quintus Tubero *ille Stoicus* Panſæ *auditor ac conſul. Et* Sextus Pompeius Pompeij *magni patruus. Eodem tempore* Cælius, *qui plus eloquentiæ quàm ſcientiæ iuris operā dedit.*

Et Luc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Et Lucius Craſſus Mutianus, P. Mutius frater illius quem Cicero iuriſconſultorum diſertiſſimum dicit. Poſt Q. Mutius P. filius pont. max. ius ciuile in XVIII. libros redegit.

Mutij auditores fuere complures, ſed præcipuæ autoritatis Aquilius Gallus, Lucilius Balbus, & Sextus Papirius.

Deinde S. Sulpitius, qui in cauſis perorandis poſt Ciceronem primum obtinuit locum reprehenſus à Q. Mutio quòd ius non intelligeret, iuri operam dedit, reliquit CLXXX. libros de iure ciuili. A Seruij diſciplina manauerunt Alphenus Varus, C. Flauius, A. Ophilius, T. Celſus, Aufidius Sura, Aufidius Mamuſa, Flauius Priſcus, C. Atteius, Antiſtius Labeo Paternus, P. Celſus. Libri digeſti fuerunt ab Aufidio Mamuſa. Ex his Alphenus conſul fuit, & Ophilius equ. ordin. qui edictum prætoris diligenter primus compoſuit. Fuit eodem tempore Trebatius Cor. Maximi auditor. A. Ceſellius, Q. Mutius Voluſij auditor Quæſtorius. Conſulatum enim renuit offerēte Auguſto. Ex his Trebatius peritior, Ceſellius eloquentior, Ophilius utroque doctior. Deinde Aelius Tubero, qui poſtquam accuſauit Q. Ligarium, nec obtinuit apud C. Cæſarem, à cauſis agendis ad ius ciuile tranſijt. Poſt hunc Atteius Capito, qui conſul fuit, Ophilij imitator, & annum ſic diuiſit, ut Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, & totidem in ſeceſſu in conſcribendis libris, ideo uolumina ſexaginta reliquit. Labeo ingentis doctrinæ fiducia, ut qui operam philoſophiæ dederat, plurima innouare inſtituit. Maſurius Sabinus Atteio Capitoni ſucceſſit, Labeoni Nerua, qui fuit Cæſari familiariſſimus. Maſurius Sabinus eques Romanus publice primus ſcripſit Hoc beneficium à Tyberio Cæſare dari cœpit. Nam ante Auguſti tempora publice reſpondendi ius à principe non dabatur, ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant: neq; reſponſa utiq; ſignata dabant, ſed plerunq; ipſis iudicibus ſcribebant, aut teſtabantur qui illos conſulebant. Primus Auguſtus ut maior iuris autoritas haberetur, conſtituit, ut ex autoritate iuris reſponderent, Et ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit, Quapropter optimus princeps Hadrianus quum ab eo uiri prætorij peterent, ut ſibi reſpondere liceret, reſpondit eis, hoc non peti, ſed præſtari ſolere, & ideo ſi quis fiduciam haberet ſe populo ad reſpondendum præſtaret. Igitur Sabino conceſſum eſt à Tyberio, ut populo reſponderet, cui quum amplæ facultates non eſſent, à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt. Sabino ſucceſſit Caſſius Longinus Tuberonis ex filia nepos, quæ neptis fuit Seruij Sulpitij. Is conſul extitit in Cintino ſub Tyberio, à quo propter autoritatem è ciuitate pulſus fuit, & ab imper. Veſpaſiano reuocatus diem obijt. Neruæ ſucceſſit Poculus.

Fuit & eodem tempore Nerua alius, & alius Longinus equ. Rom. ac prætorius: ſed Proculi autoritas maior extitit. Nam qui ſucceſſere partim Proculani, partim Caſſiani appellati ſunt, quæ origo à Capitone & Labeone cœperat. Caſſio Cælius Sabinus ſucceſſit, qui plurimum ſub Veſpaſiano potuit. Proculo ſucceſſit Pegaſus, qui ſub Veſpaſiano præfectus urbis fuit. Cælio Sabino Priſco Iabolenus. Pegaſo Celſus. Celſo patri Celſus filius & Priſcus Neratius, qui utriq; Coſſ. fuere. Priſco Iaboleno Ebutius Valens, & Tuſſianus, & Saluius Iulianus. Poſt hos uerò turba plurima, quorum princeps Papinianus Scæuolæ diſcipulus, fiſci aduocatus ſub Seuero imperatore. Deinde Vlpianus, Paulus, Modeſtinus, Caius, alijq; complures, qui ſub Alexandro fuere, quos ue in Vlpiano commemoraui.

De legibus

Leges quoq; uariæ fuere. Ius in primis naturale omnibus commune animantibus. Ius gentium, quo humanæ gentes utuntur. Ius ciuile, quod ex legibus, plebiſcitis, ſenatuſconſultis, decretis principum, & autoritate prudentium uenit. Plato, ut ex Timæo, Phædro, & Gorgia colligitur, quatuor legis ſpecies ponit: diuinam, quam prouidentiam uocat: cœleſtem, quam fatum: tertiam, mouentem, quæ naturæ eſt: quartam, humanam, quæ prudentium ſit. Cicero pro Cluentio. Eſt enim magiſtratus legum iudices, legis interpretes: ſerui legum ſumus, ut liberi eſſe poſſimus. Idem pro Sextio. Quodam tempore homines nondum neq; naturali, neq; ciuili iure deſcripto, fuſi per agros atq; diſperſi, uagabantur: tantumq; habebant quantum manu ac uiribus per cædem eripere potuiſſent: qui uerò ingenio ac uirtute præſtiterunt, genus indocile unum in locum congregauerunt, eosq; ex feritate illa ad iuſtitiam & manſuetudinem tranſtulerunt. Hinc Reſp. domusq; cœptæ. Leges ac iudicia ſeuera Remp. Romanorum olim ſeruauerunt, Quapropter, ut ait Pedianus, adoleſcentiores laudem ex accuſatione principū uirorum ſibi omnium conceſſione acquirebant. Sic Clodius Catilinam. Sic Iulius Cæſar annorum XXI. Cor. Dolobellam, & eiuſdemferè ætatis Aſinius Pollio Catonem. L. Craſſus Carbonem. Cn. Furius M. Aquilium. Accuſatorum temeritas, ut ait Martianus ad S. C. Turpilianum, tribus modis detegitur, totidemq; pœnis ſubijcitur: aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur. Primum eſt, falſa crimina intēdere. Secundum eſt uera crimina abſcondere, quando corrupti ab altera parte. Tertium in uniuerſum ab accuſatione deſiſtere.

Accuſatores

Iudices

Iudices, teſtè Pediano, annos L. equeſtris tantū ordinis lege Sēpronia fuere: deinde ob eorum turpitudinē lege Aurelia, ad tria genera reducti ſunt, ad ſenatores, equites, et trib. Aerarios. donec Cæſar, ut ait Trāquillus, ad duo genera reduxit, equites & ſenatores. Trib. Aerarios ſuſtulit. Conueniebāt in forū, ubi per tabellas ſentētias proferētes in ciſtā cōferebāt. Dānationis θ fuerat ſignū. abſolutionis autē A. Hæc apud prætorem uerſabatur, ac deinde recitabatur. Reus mane eodē ueniebat, barba, capilloq; obſoletus, adoleſcētiū cōuitijs ſæpe laceratus, ut planè indicat Liuius XXXIX. de P. Scipione: eiq; licebat teſtimoniū uitæ laudatores adducere, plures etiā patronos habere, ſupplicareq;, ac miſericordiā omnibus uijs implorare. Horæ tres ei ad dicēdū dabātur, actori autē duæ: qui in fine, Dixi, pronunciabant. Iudicū numerū ex multis electis in urnaq; poſitis ſortiebantur apud prætorē per pilulas manu pueri, licebatq; parti utriq; ex quolibet ordine quinq; magis ſuſpectos reijcere. Ita ut LI. remanerēt. numerus deinde ad cētū perductus. Editij uocabātur iudices quos pars altera elegit, ideo parum fide probati, hos Cic. pro Murena ſæpe cōmemorat. Cōperendinatio, teſte Pediano, erat ab utriſq; litigatoribus inuicē ſibi denunciatio in perendinū diē. Sector æſtimator redemptorq; bonorū dānati, qui ſpe proprij lucri bona omnia in auctione uendebat, in ærariūq; mittebat. huic enim illa à prætore dabātur.

Comperendinatio

Sector

Accuſationes in albo iudicū proponebātur. Erat enim albū nō ſolū iudicū, ſed omniū magiſtratuū: pariū ante ædis confectū albū, ubi ab eis edicta proponebātur. Diuinatio, erat accuſatio, ubi ſine teſtibus et tabulis agebatur, iudicesq; propterea argumēta ſequerentur, ac cōiecturas, quaſi diuinarēt. Acceptilationē, ait Modeſtinus, eſſe liberationē per mutuā interrogationē qua utriſq; cōtigit nexi abſolutio. Nexi, teſte Varrone, ſunt liberi, qui ſuas operas in ſeruitutē pro pecunia debita dabāt. Eos demū tollēdi cauſa fuit P. Veturius adoleſcēs, qui nexus ob æs alienū, cū creditoris Papirij libidinē pati nollet, ac propterea uerberatus rē ad ſenatū detulit, ille in carcerē ductus eſt. Ius gentiū ita Romanis obſeruatū, ut ſine iuſtiſſimis cauſis nūquā bellū inferrēt, nūquā legatos uiolauerint, uiolatos acerrime uindicauerint. Legatos Apolloniatiū Romæ quū quidā iuuenes pulſaſſēt, capti ſunt, & Apolloniatibus traditi, ut autor Liu. XV. Idem lib. V. tres Fabios memorat, M. Fabij Ambuſti filios legatos Cluſiū ad Gallos miſſos nūciatum, ut à bello ſociorū abſtinerēt, ac unum ex his ducē Gallorū interemiſſe: quare expoſtulatione Gallorum Romani Fabios dedere cogitabant, niſi plebis fauor familiæ nobilitatē tutatus eſſet. Veturius & Poſthumius Coſſ. Samnitibus dediti quanquam non

Album

Diuinatio

Acceptilatio

Nexi

De iure gentium

Legati Apolloniatium

Fabii tres legati

recepti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Fidenates Teuca Galli Tarentini

recepti fidem publicam liberauerunt. Mancinus item Numantinis. At contrà ſuos & ipſi legatos à Fidenatibus, à Teuca regina, à Gallis Senonibus interfectos, à Tarentinis pulſatos, qui ad querendum iniurias miſsi erant, quòd hi claſſem eorum diripuiſſent, ſimul & præfectum occidiſſent, acriter omnes uindicauerunt.

LEGES PLATONIS.

PLatonis leges ad hunc locum epitomare mihi uiſum eſt. In his enim inſtituit quales eſſe debeant in Republica ciues, quomodo inſtitui. In libris autem de Repub. inſtituit ferè Rempub. imaginariam quandam, nec facilem inuentu, nec ab hominibus obſeruatu. In primo igitur libro uidetur caſtigare uelle Lycurgi leges ac Minois, quæ belli potius cauſa uidebantur ſcriptæ. Cum contrà eſſe debeant leges, ob pacis ſtudia ferendæ, propter quam bellum ſumitur. Itaq; ſe has dare leges quæ ad pacis pertinerent ſtudia profitetur. Nonarium in dandis legibus laudat exemplo Homeri, qui eo ſpatio annorum à Ioue Minoen dicit leges accepiſſe. In primis legum conditores tanquam agrum Rempub. colere debent, exſtirpando ante omnia malas herbas, bonasq; ſerendo. Præterea totum eorum ſtudium circa dolores & uoluptates uerſari, & hæc duo tanquam fines cohiberi oportet. Vbi dicit, fortis uiri eſſe, non ſolum metus & pericula ſuperare, ſed etiam cupiditates coërcere. Præterea neminem iudicari poſſe fortem, niſi diu inter labores & pericula tum etiam in ipſa licentia & illecebris uoluptatis uerſatus fuerit. In quo animaduertendum, non eſſe tutum homini qui fortis ſit futurus, procul à tumultu: uel eũ qui ſit futurus temperatus, ſeparatim à uoluptatibus omnibus educari. Dicit præterea hominem à dijs factũ, uel ludo, uel ſtudio: ludo, ſi ſe inquinauerit rebus mortalibus: ſtudio, ſi rebus uacauerit diuinis. Deſcenditq́; ad alia, quæ quanquam leuia uidentur, utilia ſunt, ut Muſica iuuentus erudiatur ad animi perturbationes moderandas, alacritatemq́; bonarum actionum excitandam. Probat demum conuiuia & uſum uini liberiorẽ quandoq;, ubi mores iuuenum detegantur. Illic enim prudens iuuentutis cuſtos inſpectis tanquam in ſpeculo uitijs, melius caſtigare poterit ac mederi, adſueſcetq́; propterea in ebrietate omnium impudentiſsima ſeruare pudorem. Sed de uſu uini melius deinceps.

De uſu uini

In ſecundo à pueritia ciuem inſtituit. Quapropter uini uſum uſq; in annum XVIII. non probat, deinde poſt uſq; in XL. probat, ultra uerò eam ætatem hilarius ac pluſculum ſe inuitandum ſuadet, in ſacrificijs præſertim deorum, ut ingraueſcentis iam ætatis mœſtitia ſubleuetur. Iuuenes corã ſenibus & maioribus uino utantur, à quibus corrigantur, ſi forte laſciuius potibus indulſerint: nulli tamen ætati concedendum uino pro ſua libidine uti. Probibet etiam à uino ſeruos in ciuitate & magiſtratus, & qui de rebus magnis in Repub. conſultant. Caſtrenſes quoq; uiros toto belli tempore more Carthaginenſiũ, Lacedæmoniorum, & Cretenſium. Pueros item muſicæ tradendos, ut ſtudia grauiora, honeſta aliqua uoluptate compenſent.

Feſta ad hominum recreationem inſtituta

Ob quam etiam cauſam, inquit, Deum hominum labores miſeratum, ſacra feſtaq́; inſtituiſſe, quibus humana fragilitas recreetur. Commendantur nonnulla numina, ad præcepta morum facientia. In tertio, ciuitatem, ait, ſeruare ante omnia prudentiam uirtutum omnium matrem oportere: deſtruere uerò imprudentiam, quam ignorationem uocat. Ignarosq́; item eos, qui quanquam literatiſsimi ſunt, ſibi ſuoq́; neſciunt imperare appetitui. At eos qui ſibi temperant quanquam illiteratos, & prudentes & ſcientes appellat. Prohibet præterea magiſtratum illis tribuendum, qui propter incontinentiam ſeſe regere neſciunt.

Septem imperandi dignitatem faciunt

Quamuis enim ſeptem enumeret rationes, quæ ad dignitatem imperandi facere uidentur, quæ ſunt, Paternitas, Nobilitas, Dominatio, Potentia, Senectus, Prudentia, Sors: Prudentiãm tamen omnibus præfert, ut intelligatur quæ ſaluti expediant humanæ. Memorat deinde tria in ciuitate ſeruanda eſſe oportere, quæ ſunt media inter unius & populi potentiam: ut neq; ſe totam unius imperantis arbitrio, neq; potentiæ paucorum committat. Tertio ne quẽlibet abſque delectu recipiat conſultorem, ſed plurimum optimatum adhibeat gubernationẽ. Poſtremo duas narrat gubernandi ſpecies, ubi nimia libertas, quæ uitia parit: in altera, nimia ſeruitus, quæ odium in principem ac patriam gignit: ſed mediocriter hæc omnia eſſe oportere. Quarto ciuitatis gubernationem diuinæ ſimilem eſſe iubet, quæ regnum eſt cum optimatum ſenatu coniunctum. Diuinam prouidentiam nunquam homini deeſſe, modo ſibijpſi nõ deſit. Deinde humanum ingenium in ſumma morum licentia laſciuire ac ſuperbire. Et ſicut beſtiæ nequeũt à beſtijs atq; humano quodam paſtore, ſic nec homines ab hominibus abſq; ſummo Deo optime gubernari. Et quãdiu mortalis ſine Deo dominabitur, tandiu laborioſam miſeramq́; uitã ducet. Seruari præterea nos & maxime diuinam legem ab his qui diuinæ legis iugo magnopere ſe ſubijciunt, quorum primũ futura beatitudo cenſetur: reſpui maxime à ſuperbis, qui diuinam legem deſerunt, ſic & ipſi deſeruntur à Deo. Deſerti autem peccant atrocius, ac miſerabilius cruciantur. Primũ deos colendos monet, illos præſertim, quibus patria quaſi patronis dicata eſt, Omnes uerò ipſius ſummi Dei cauſa. Parentes deinde tanquam Dei uicarios. Deinde propinquos & familiaritate coniunctos, poſtremo hoſpites. Præterea dicit uanorum etiam uerborum diuino iudici rationem eſſe reddendam. Cuius Angelus nobis præeſt, quaſi ſuperioris iudicis uicarius & miniſter, ut nos à turpibus reuocet, prouocet autem ad honeſta, & conſentientes quidem tranquillitate conſcientiæ nutrit & delectat, diſſentientes autem conſcientiæ perturbatione uexat. ubi delectat, ab antiquis gratia appellatur: ubi uexat, furia. Et gratia quidem triplex, quod præteriti præſentisq́; ac futuri gratia bonos oblectat. Furia quoq; totidem modis malos exagitat, & utrobique fatum ſeu parca triplex nominatur. Dicitur & Nemeſis præſertim ab Orpheo, ubi in ſuperbos animaduertit. Quinetiam iubet in omni uita parentes uenerari. Leuium etiam uolantiumq́; uerborum grauiſsimam eſſe pœnam. Nam omnibus propoſita eſt Nemeſis iudicij angelus, huiuſcemodi conſideratrix. Prima ſocietas eſt coniugij. In ciuitate quiſque uxorem à XXI. in XXXV. annum ducat. Qui autem ſpreuerit, plectatur honoribus: emolumentisq́; quæ ciues conſequi ſolent minime impartiatur. Quinto honorem corporis circa medium conſiſtere, ne nimis robuſtum pulchrumúe ſit: neu nimis debile, aut deforme. Alterum audaces, inflatosq́; animos reddit: alterum deiectos & illiberales. Similiter & prædiorum & cenſus poſſeſsio excedens ſuperbiam, ſeditionemq́; parit: deficiens, ut plurimum ſeruitutem. Nemo igitur filiorum gratia pecuniæ cumulandæ incumbat, ut ditiſsimos eos relinquat: neque enim id ipſis neque ciuitati conducit. Sed cenſus tum adulatione uacuus, tum neceſſariorum non indignus, omnium optimus eſt. Seniores ſint iuuentuti exemplo modeſtiæ, minimeq́; coram ea ſcurrile aliquid aut turpe loquantur. Ne quis priuatus aurum habeat aut argentum: ſed quando nummis opus eſt commerciorum gratia, opificibus tantum eos concedit aut peregrinantibus: reuerſi à legatione aut peregrinatione nummos ciuitati reſtituant. Nemini aut dare dotes, aut accipere liceat, nec fœnerari. Accipientibus liceat uſuram pariter cum ſorte negare. Valde diuites boni non ſunt. Si non bonus, neq; felix. Nam qui quouis modo pecuniam acquirunt, parciq́; ſunt, diuites propterea efficiuntur. Qui uerò honeſte parat honeſteq; erogat, neq; diues neq; pauper erit. Ergo operæprecium in ciuitate non eſſe auri nummum aut argenti, neq; quæſtus ullus homini bono, niſi ex agricultura. Nulla utilior Reip. diſciplina quàm numerorũ cognitio.

Angelus

Nemeſis

Vires ingenuæ

Hæc

tio.Hæc enim pigros ingenio excitat,ſolerteſq; facit, cum numeris ferè omnia conſtent. Cauendum præterea ut ab iniuria abſtineamus in peregrinos & in ſupplices : horum enim ultor ac uindex Deus. Præterea qui bonis quibus abundat, alios impertit,maxime honore dignus eſt:proximus huic qui uellet, nec ei per facultates licet,habendus eſt. Inuidus uerò qui nihil curat benigne facere , omnino uituperandus. Amor enim nimium proprius, omnium peccatorum ſemper eſt cauſa.Oportet igitur in primis eum qui magnus in ciuitate ſit futurus,neque ſe,neq; ſua diligere : ſed iuſta ſemper, ſiue ab ipſo ſiue ab alio quouis gerantur, ſectari.

Commendatio ueritatis

Veritatem deinde magnopere laudat,quæ dijs & hominibus dux eſt omnium bonorum.Cuius qui felix futurus ſit,ſtatim ab initio participem eſſe decet, ut in hac plurimum temporis uitam agat. Fidus autē hic erit. Infidus qui ſponte mentitur:qui uerò non ſponte,amens,utrunque malū.Nam & infidus & ſtultus omnino ab amicitia alienus aut honore:procedente quoq; tempore inglorius, & in ſolitudine etiam ſi liberi ſuperſint uitam ducet. Honorãdus uerò certo eſt is in primis,qui nihil nocet, aut nullam infert iniuriã, Qui autem nec alios id facere patitur,duplici dignus honore.

Bona ciuitatis proportione geometrica diſtribuenda

Sexto. Diſtributionem bonorum in ciuitate,non æqualitate arithmetica ſed geometrica pro meritis cuiuſq; facere oportet, quæ proprie ad Iouis pertinet iudicium, qui merita nouit hominum. Pueris educandis proponatur publice uir bonus. Qui poſt annum x x x v.uxorem non duxerit, nullo dignus honore cenſeatur.Ad mulierum conuiuium non uocentur,niſi quinq; amici uiri ex latere paterno , ex cognatis & propinquis totidem. Nuptiarum ſumptus pro modo facultatum fiat.

In aliam domum ducenda uxor

Ducat uxorem in aliam domum ubi ſit habitaturus : quaſi parentibus utrinq; ac fratribus relictis in coloniam proficiſcendo,ubi numerum augeat liberos procreando.

De ſeruis

De ſeruis autem ſapientes poëta dicit,de Ioue loquens:Dimidium mentis Iuppiter illis aufert, qui ſeruitutis ſorti ſubiecti ſunt. Minus enim ac uerberibus quaſi ferarum naturam efficiunt.Sæpe coniurant contra dominos.Remedio eſt,ut ſint diuerſæ patriæ & maxime inter ſe diſſoni. Nulla alioquin eis inferatur iniuria, quod minus quàm æquales poſſunt reſiſtere. Etenim maxime natura iuſtus deprehenditur , cum cauet his iniuriam inferre, quibus facile poteſt. Idem de Tyranno in ſubditos dicendum. Caſtigandi inſuper ſerui,neq; ita monendi uti liberi,ne molliores ſint:neq; ſermo cum eis familiaris habeatur,aut iocus ſiue luſus,ex quibus tardiores ad obtemperandū reddantur.

Aetas apta matrimonio

Tempus matrimonij,uiris à x x x.ad x x x v.fœminis uerò à x v i.ad x x.ad ſummum. Magiſtratus fœminis poſt x v i. uiris poſt x x x.tribuantur,Coniuges poſt liberorū procreationem caſte uiuant,& eæ honorentur magnopere,contra uerò uituperentur.

Numerus V. mil. & X L. pręterea duodenarius maxime obſeruandus.

Numerum quinq; millium & x l. optimū in Rep. repetere, quoniam partes æquas totus diuiſus uſq; ad x i i.habeat,præter undecimam quæ parum aberrat.Dimidiū totius ſummæ:duo millia quingenta & uiginti.Tertia erit,mille ſexcenta & octoginta,& ſic deinceps. Reuolutio quoq; primæ ſphæræ x x x v i. millium annorum, in x i i.diuiditur. Primus nanq; duodenarius infantiæ datur,ſecundus adoleſcentiæ,tertius ſenectuti.Duodecim ſunt etiam Zodiaci partes. Elementa quoq; totidem cum qualitatibus ſuis.Ciuitate igitur Plato per x i i.tribus partiri iubet,ut numero profectiore.

De educatione puerorum

Septimo:educatio puerorum tractatur.Conducere dicit magnopere ad uirtutem , puerorum exercitationem quæ in moribus eſt diſciplina quidem duplici,corporis circa Gymnaſticam,& animi circa muſicam.Gymnaſticam uocat,quæ ſaltatione, luctatione,haſta,iaculo,curſu,pugillatu, rebuſq; bellicis continetur.Poſt hæc dicit nocte exurgendum eſſe patribus & matribusfamiliâs,ut rem domeſticam curent. Somnus enim multus nec corporibus,nec animis,neq; rebus augendis conducit.Nemo enim cum dormit alicuius eſt precij,non magis quàm ſi nō uiueret.

Vigilia maxime neceſſaria

Quare quicunq; uiuere & ſapere cupit maxime,quã longiſſimo tempore uigilet, ſola ſanitatis neceſſitate ſeruata. Exoriente ſole pueri ad magiſtros proficiſcãtur, nec ſine pædagogis. Decennis incipiat ire , tris tamen annos ut legere ac ſcribere diſcat. Deinde tris alios annos muſicæ continuo det operam.Matrem ad procreationem liberorum ut actiuã cauſam concurrere,quod & quidam alij ſenſerunt.Ariſtoteles autem minime. Humorem in pueris melancholicum non ex ipſa eſſe natura quæ ſanguini propior eſt, ſed ex reliquijs materni menſtrui,ſanguiniſq; in utero tabeſcentis.

Mutatio omnis periculoſa,

Mutatio præterea in omnibus rebus præterquã in malis periculoſiſſima eſt , etiã ſi in melius fuerit,ſaltem ad tempus periculo non uacabit.Deū Plato ſæpe annuit eſſe adorandum,licet plures deos quandoq; dicat,id monſtrat in epiſtola ad Dionyſium & ad Hermam, & in Parmenide,qui totus agit de uno,& in Timæo qui naturam producit ab uno,& in Philebo qui naturam uno metitur, & in Epinomide qui omnia ad unū reducit. Vndecimo.Deos ponit,eoſq; prouidentiam habere, minimeq; corrumpi muneribus dicit.

Mentes & angeli

Animæ ante corpus creatæ.

Poſt hos Mentium genus præſtare in quibus Angeli comprehenduntur. Deinde animarum rationis ac mentis participum , quæ ante omne corpus procreatæ ſunt. Nam quod per ſe mouetur,potius eſt quàm id quod ab alio.Et quod melius ac diuinius,antiquius eſt eo quod uilius.Has etiam migrare in alia corpora etiam bruta, & eadem pati quæ admiſere purgationis gratia.

Animarū tria genera

Animarum præterea tria eſſe genera,unam totius mundi.Deinde ſphærarū.Sphæram enim quãlibet habere plures animas, quæ in æthere ſunt aſtra ipſa, & in terra ſunt homines,in aëre & aqua ſunt dæmones intermedij,& hi nobis ſomnia miniſtrãt,aſpirant,monſtrantq; ſalutem ab ipſo Deo miſſi. Igitur ita fit, ut animæ humanæ à ſphæris ſint,Sphærarū ab ipſa mūdi anima, ipſa uerò ab æterno Deo: Aſtrorum enim animæ æternæ beatiſſimæq; ſunt. Quod ex ordine rationeq; ac conſtantia curſus earum demonſtratur.

Milites

Duodecimo.Militares uiri abſtinere diſcant,frigus æſtuſq; præterea capitis ac pedum nuditatem tolerare,quæ duo maxime naturam conſeruant,magnaſq; uires corporibus malis aſſuefactis gignunt:Contra uerò debilitatem.

Tẽpla & imagines ſine ſumptu.

Imagines deorū non ex auro,nec argento,nec ferro,aut ære,ſed tantum ligno, aut lapide fieri iubet,ne ex occaſione rei pretioſæ ſe criminoſi Deos propterea placare,aut decipere poſſe exiſtiment. Deniq; omne aurum & argentum à ſua politia excludit.

De laudibus & neceſsitate numerorum

In Epinomide Numerum magnopere laudat , ſine quo dicit nos minime uirtute præditos fore,cum is in omni ratione humana magnum adfert momentum.Numeris omnia in ciuitate,tum in natura conſtare adfirmat.Ordinem numerorum & rationem qui mente conceperit,haud facile in rebus errabit.

DE SVPPLICIIS.

QVOD PRECES SPRETAE, VLtorem habent Deum.

IVſtitiæ pars & religio eſt:quapropter preces quas & ſupplicia Latini,λιτὰς Græci appellant,Iliados i x.eleganter Homerus deſcribit his uerſibus à me conuerſis.

Namq; preces ſummi famulæ Iouis eſſe feruntur,
Claudæ & rugoſæ,ſtrabo quoq; lumine utroq;:
Turmatimq; ſequi damnum non paſſibus æquis.
Hoc & ui maiore,& firmis greſſibus illas
Præuenit,ac terram perluſtrat curſibus omnem,
Adficiens mortale genus.ſed pone ſequentes
Illæ ſubueniunt,ac tum cultoribus altum
Sponte ſuis adeunt mites orantq; tonantem.
At ſpretæ innumeros luctus,ac damna precantur.

Ex qua deſcriptione probe colligitur quantæ ſint curæ

Deo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Deo preces ac ſupplicãtes.quos ſi quis ſpernat Deum ipſum ſentiet ultorem:nam in Ody.quoq; ſic ait.

Πρὸς γὰρ Διός εἰσιν πάντες ξεῖνοί τε πτωχοί τε.
Proximi ſunt Deo hoſpites ac pauperes. Et alibi.
Οὐδ᾽ ἱκέτας ἐμπάζεαι, οἷσιν ἄρα Ζεὺς Μάρτυρος
Nec ſupplices ſpernas,quibus Iuppiter eſt teſtis.

Et rurſus.

Ἀντὶ κασιγνήτοιο ξεῖνός θ᾽ ἱκέτης τε τέτυκται.
Fratris nanq; loco ſupplex ac hoſpes habetur.

Heſiodus idem ferè.

Ἶσον δ᾽ ὅς θ᾽ ἱκέτην ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξει.

Virgilius item.

Si genus humanum & mortalia temnitis arma,
At ſperate Deos memores fandi atq; nefandi.

Apud Euangelium uerò, Quoties unum ex his minimis &c.

QVOD PRECES AD DEVM neceſſariæ etiam ex philoſophorum ſententia.

SOCRATICORVM omnis ſchola Deum ante omnia adorandum putat. Licet deos plures quandoque memorent, eos certe numina Deo Ioui optimo maximo ſubiecta intelligunt, quem etiam Homerus uocat patrem hominumq; Deumq;. In primis ipſe Socrates dæmonem habebat familiarem, quem Deum uocabat. Iſchomachus apud Xenophõtis Oeconomicum Deum rogat in primis ualetudinem, deinde rei familiaris amplificationẽ. Plato in Timæo Deum adorãdum ſuppliciter dicit. Super quo Porphyrius & Iamblycus Platonici, multa dicũt. Porphyrius ſic ait. Cum Deus nobis prouideat, ac res noſtræ ſe poßint aliter habere, certe pro rerum noſtrarum uſu utiliter adoramus, uidelicet ut boni ſimus: ſic enim utpote ſimiles Deo facti ad eũ propius adcedemus, in qua coniunctione adorationis uis tota conſiſtit. Nempe cum nos Dei filij ſumus, ab eo quaſi in exilio & carcere ſegregati, ſimpliciter adorare decet, quo hinc liberati reuertamur ad patrem: alioqui ſimiles eorũ erimus qui parentũ patrocinio ſunt orbati. Profecto cum uniuerſi partes ſimus, uniuerſo proculdubio indigemus. Ipſa enim ad totum conuerſio ſalutem partibus præſtat. Compertum uerò habemus, excellentißimos quoſq; apud omnes gentes ſapientia uiros, diuinis potißimum uotis nuncupauiſſe, præcipuè Indorum Brachmanas, Perſarum magos, Græcorum theologos: Chaldæos autem & aliud quoddam adorauiſſe. Ipſam enim ſuperorum uirtutem appellantes hoc uno nomine uenerati ſunt. Hæc ille. Iamblycus uerò eius diſcipulus. Primum quidem eſt notio quædam eius quod orandum eſt, & qua ratione colẽdum. Secundum uerò adſimulatio quædam uitæ noſtræ cum diuina uitæ puritate, caſtitate, ſanctitate, diſciplina, ordine, & diuina beneuolentia proficiſcens. Tertium coniunctio quædã per quam diuinam attingimus eſſentiam, ad ipſamq; aſcendimus ſummitatem. Quartum ingreſſio quædã in liminis diuini ueſtibulum. Quintum deniq; animæ coniunctio cum diuina uoluntate, ut non iam amplius noſtri, ſed Dei ſimus, illius ſplendore obruti & circunfuſi, qui modus ultimus eſt & perfectißimus adorationis. Sola igitur adoratio recta animos beatæ patriæ reddit. Sola ſanctimonia eſt plena uirtus. Solus uir bonus, ut Plato ſcribit in legibus, Deum fœliciter precatur. Sola cum ſuperis conſuetudo beatos facit. Ab hac enim flagitioſi ſunt omnino alieni, & tanquam prophani à uotis & ſacrificijs arcendi. Puri uerò decenter ad ſupplicandũ adcedant, habentes uidelicet ſecum tris præcipuas comites, fidem, ueritatẽ, & charitatem, quibus ſtipati ſpem bonorum accipiant firmam. Fruſtra enim Deum quærit qui ſe non adhibet ſolum ſoli ac ſimplicẽ ſimplicißimo, immobilemq; ſtabili, ac otioſum quietißimo. Hæc ille apud Proclũ Platonicũ. His addit magnus Theodorus. Si quis naturas rerũ diligẽtius explorauerit, inueniet nõ animas tãtum aut mẽtes, ſed omne excepto primo adorare atq; moueri. Heſiodus uerò omnium antiquißimus. ἠ μὲν ὅτ᾽ εὐνάζῃ καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ, Ὥς κέν τοι ἵλαον κραδίην καὶ θυμὸν ἔχωσιν, Quum ibis dormitũ, & rurſus cũ illuxerit, ora Cœlicolas, ut ſint præſto tibi mente benigna. Romanos uerò tanta huius rei tenuit religio, ut nihil publici aut priuati grauioris negotij niſi prius litato aut auſpicato fieret, ac demum poſtea uoti cõpotes gratias dijs per ſacrificia redderent. Athenienſes item in famæ templo Delphico εἰρεσιώνην, id eſt, Ereſionem poſuerunt, hoc eſt, ramum oliuæ ſiue lauri, plenum fructibus uarijs. Hodie ſimile Calend. Maij ante fores amicarum ponunt. Homerus teſte Herodoto Carmina quæ Ireſionem uocat edidit: Vt nos palam pudeat ad firmiorem certioremq; uocatos ſpem, eſſe fide ac diligentia ſuperſtitioſis in hac parte inferiores.

Dæmon Socratis

Porphyrius

Iamblycus

Ireſione

QVOMODO AVT QVID ORANDVM.

MOS erat etiã antiquis teſte Plinio in adoratione manum ad os referre, totumq; ea corpus circumagi, ut quaſi diuinationẽ quandam futuri ſigni noſtri ſalutiferæ crucis portẽdiſſe uideãtur. Similiter & qui ſacra facturus erat, ut ait, ſe reum ante omnia fatebatur, noſtrã quoq; ac ueram culpæ confeßionẽ expiationis gratia in ſacrificijs quodãmodo prænotãdo, qua purius ad aram accederemus. Græcũ inſuper prouerbiũ, ἀλλ᾽ οὐδὲν δεῖ πρὸς τὸν βωμόν. Hoc eſt, nil oportet ad aram cõſulere. Quoniam mos erat ſacrificãtium, ante ſacrificiũ & in ipſo procinctu ſolere conſulere, ut autor Tarreus in Prouerbijs. Pythagoras in aureis carminibus, & Orpheus in hymnis docent quæ à dijs ſint petenda: Iuſta uidelicet & modeſta, cætera Deum non exaudire: Nec enim auro aut muneribus corrũpi. Homerus dicit ſacrificia Troianorum dijs inuiſa, quãquam bona & nidorem ſuauem adferant, cum Priamus Priamiq; populus odio ſit. Plato in Alcibiade inquit: Athenienſes cum Lacedæmonijs cõcertantes ſemper inferiores fuere, quod dijs magis Lacedæmoniorum benedictio placeret, quàm omnium Græcorum ſacra, quamuis Athenienſes maiores pompas muneraq; offerant. Ex quibus profecto exemplis, noſtrorum ueritas magis effulget, cũ Eſaias dicat, uictimæ impiorũ abominatio. Theophraſtus. Eum qui admirationi uult cæteris eſſe, libẽter ſacrificare dijs oportet, non tam multa quàm frequenter & pie: nam hoc ſanctitatis, illud copiæ ſignum. Deinde parẽtum alere ſenectutem, hisq; obtẽperare. Plato item in Eutyphrone, ubi de ſanctitate tractat, Sanctum ait & iuſtum idem eſſe in accipiendo ac reddendo: Eſſeq; propterea mercaturam quandam inter Deos & homines, ut illi nobis bona honeſtaq; dent, nos eis ſacrificium ac preces: His enim officijs & domos priuatas, & ciuitates conſeruamus. Homerus.

Ζεὺς δ᾽ ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε.
Iuppiter ipſe uiris uirtutem firmat & aufert.

Et Satyricus noſter.

Orandum eſt ut ſit mens ſana in corpore ſano.
Fortem poſce animum, mortis terrore carentem.
Qui ſpatium uitæ extremum inter munera ponat
Naturæ, qui ferre queat quoſcunq; labores:
Neſciat iraſci, cupiat nihil, & potiores
Herculis ærumnas credat ſæuosq; labores,
Et Venere & cœnis & plumis Sardanapali.

Quomodo orandum, Xenophon in commentarijs probe ostendit. Non enim fas, inquit, à Deo petere ut ignorando equeſtrem pugnam, eos qui periti ſint uincamus. Eodẽ modo naualis artis ignarũ, nauem ducere aut uincere. Imperitum Xenophon

P etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

etiam ſpargendi ſemen, frumentum optimum metere. Neq; ſi te ipſum minime cuſtodias, à Deo ſeruari. Hæc itaq; petere minime ex Deo licet, haud aliter quàm ſi ab hominibus aliquid contra legem petamus. Ex quo memento prouidere neceſſaria antequam neceßitas aut uſus ueniat. Hāc Xenophontis ſententiam æmulatus Salluſtius ſic ait. Non enim ſupplicijs aut lacrymis muliebribus auxilia Deorum parantur, uigilando, agendo, bene conſulendo, proſpere omnia cedunt. Vbi te ſocordiæ atq; ignauiæ tradideris, nequicquam Deos implores, irati infeſtiq; ſunt.

Salluſtius

DE CELEBRITATIBVS.

PRIMVM SACRORVM.

MACROBIVS. Celebritas dicebatur cum ſacrificium fiebat, aut epulum dabatur. aut Feriæ obſeruabantur, aut ludi agebantur. Feſtus. Sacra autē aut domeſtica aut peregrina aut publica aut priuata fuerūt. Aelius Gallus Sacrum eſſe ait, quodcunq; modo atq; inſtituto ciuitatis cōſecratum ſit, Siue ædes, ſiue ara, ſiue ſignum, ſiue locus, ſiue pecunia, ſiue quicquid aliud dijs conſecratum ſit. Quod autē priuatus ſiue religionis cauſa aliquid earū rerum dedicauerit, id Pont. Max. nō exiſtimat ſacrum. Plutarchus in Probl. In ſacrificijs Italici autore Aenea uelant capita, quod is cum rem diuinam faceret in littore Laurēti Veneri matri, ne ab Vlyſſe cognitus interrūperet ſacrificium, caput adoperuit, atq; ita conſpectum hoſtis euitauit. Magiſtratibus uerò & alijs potētioribus caput aperimus, tāquam omnia noſtra illis patere debeant. Idem. Regi ſacrificulo nullum magiſtratum gerere nec cōcionem habere licet. Idem. Sacerdotibus nec habere nec petere magiſtratum Rom. permittebatur. Lictore tamen & ſella curuli utebātur, ut his deliniti ultra nō quærerent. In templis prope ianuam lecticam habebant tanquam cuſtodes & refugiū, pedes his reliqui oſculabātur. Non abſimile hoc ueteri legi, quæ tribum Leuiticam ſacerdotio inſignitam eſſe uoluit. cæteris muneribus aut facultatibus prohibuit. Nos item Pontificum noſtrorū pedes exoſculamur. Idem. Ver ſacrum dicebāt, cum primitias fructuum omnium proximi ueris uouebāt. Idem, Poſtridie Cal. Non. & Eidus dies religioſos & nefaſtos habebāt, nec quenquam exire aut peregre proficiſci permiſerunt ob pugnam Allienſem quæ poſtr. Eidus Quintiles fuit. Hodie quoq; dies Aegyptiacos appellatos nonnulli ſuperſtitioſe obſeruant. In luctu ſupplicabant, ſed non ſacrificabant: quapropter obſidente urbem Annibale menſis ad lugendum datus, & anniuerſarium ſacrum intermiſſum, ut ait Liuius. Horatius Puluillus & Xenophon auditis filiorum mortibus à ſacris non diſceſſere. C. Fabius obſidētibus Capitolium Gallis in Quirinalem ſacra domeſtica facturus per medios hoſtes iuit atq; redijt.

Sacrorum cōtemptores, & pœnæ

De his qui ſacra ſpreuere multa ſunt infelicitatis exēpla. Appius quòd Potitios ſacris Herculis priuaſſet, cæcitate mulctatus. Ser. Cepio qui Toloſanum tēplum diripuit, miſere perijt. Pleminius legatus Scipionis Locris relictus, unde Annibalis præſidium Scipio eiecerat, quòd Proſerpinæ templum ſpoliaſſet, Romæ dānatus in uinculis extinctus eſt. Sed & idem in eodē loco patrās Pyrrhus è Sicilia in Italiam reuertens, à Rom. profligatus diſceßit. Brennus dux Gallorum Delphico templo direpto, grandine tempeſtateq; cum toto exercitu occidit. Craſſus Hieroſolymitani templi Gaza ſurrepta à Parthis trucidatur. Eundem Heliodorus à Seleuco miſſus attingens exitum habuit, quem in ratione temporum adnotaui. Quin & ſacra quoq; corpora ſeu myſteria nefas attrectare, extraq; locum adſpicere: legitur de Tireſia ob uiſam nudā Dianā cæcato. In uetere lege Lothi uxor retro reſpiciens in ſalis ſtatuam eſt cōuerſa. Oza, quòd nocte cum uxore coiſſet, & tabernaculum poſtea fœderis contortum attigiſſet, illico diſcerptus eſt. Ex quo Gregorius cōmixtos nocte coniuges ab euchariſtia iubet abſtinere. Clodoueus Galliæ rex quòd Dionyſij corpus imprudenter attigiſſet, in inſaniam incidit. Et qui S. Benedictū in Galliam translatum rurſus in Italiā reportaturi reuulſere, perijſſe ferūtur. Proximis annis Ioan. Cardinalis Aragonenſis quòd eiuſdē ſancti conditorium retexiſſet, eodem anno iuuenis deceßit.

Ignis

In igne ſacra præter alia elementa cōſiſtere multa declarant, quòd proximus cœlo ſit, quòd perpetuus à Veſtalibus ſeruaretur, quòd ante imperatores ferretur. Ignea flamma Seruij Tullij, itemq; ſupra Aſcanij Virgiliani capita, optimū fertur portēdiſſe augurium. In Odyſſea cædem factam igne & aqua iubet Vlyſſes expiari. In uetere lege ignis de cœlo ſcribitur, holocauſta accepta rapuiſſe: & ignis in puteo ſeruatus. Nec ullum ſine igne ſacrificium. Apud nos uerò nullo magis honore quàm cæreis, cœlicolæ extrinſecus decorantur. Deniq; Deus noſter ignis comburens eſt. Sacra deinceps nominatim.

Bona dea

Bonam deam nomināt, quam alij aliam fuiſſe dicunt, ad cuius ſacra quæ in Auentino in eius templo fiebant, uiri non ingrediuntur. Deprehenſus quondam Clodius habitu in his muliebri, de pollutis ſacris cauſam dixit.

Flora

Floram & Liuius & Dionyſius meretricem fuiſſe tradūt, quæ populum Rom. hæredē inſtituit: cui ob merita tanquam deæ pridie Cal. Maij feſtum dicauere Floralia uocata. Colebatur à meretricibus cum coronis & ueſtium uarietate, temporis lætitiam florumq; diuerſitatem ſignificando, uti Ouidius in faſtis teſtatur: qui Chlorim nympham fuiſſe prius dicit raptam à Zephyro, Floramq; deinde uocatā, ac fructibus cunctis præeſſe. Ad cuius feſtum ac theatrum quum Cato ſemel ueniſſet, ſtatim abijt: ex quo obiectū ei, Cur in theatrū Cato ſeuere ueniſti: an tantum ueneras ut abires?

Floralia

Bacchanalia

Bacchanalia Liu. XL. dicit Romæ expulſa fuiſſe ex ſenatuſconſulto, tanquam mores corrumpentia. Noctu enim celebrabantur, ubi nudus uterq; ſexus impurißime cōmiſcebantur, tyrſis pampinisq; uincti.

Cerealia

Cereris ſacris, quæ Cerealia dicta ſunt, ueſtibus utebātur albis, noctu myſtæ cum facibus currebant, uinum non libabāt. Inſuper & ieiunium inſtitutū quinto quoq; anno ex libris Sibyllinis prodigiorū cauſa, ut Li. XXIII. Ouidius etiā à Venere abſtinendū dicit, quòd caſtitati præſit. Iuuenalis. Dignæ Cereris contingere uittas. θεσμοφορία apud Græcos eius dicūtur ſacra, quapropter Latini Legiferam uocant. Athenis ſacris Eleuſinæ Cereris nemo ſibi cōſcius intererat. Eius Romæ templum prope Circum fuerat max. autor Plin. lib. XXXV.

Feriæ

Feriæ inſuper ſtatiuæ, quæ ſemper erant eodē tempore, Conceptiuæ ex auguribus, Imperatiuæ ex edicto. Item. Feriæ Seruorū Sextilibus, ex eo inſtitutæ, cum Seruius Tullius natus ex ſerua eſt. Ferias item ſtultorum, Quirinalia & Fornacalia dicebāt Quirino inſtituta, quòd his potißimum adſignata fuerint qui cuius eſſent tribus ignorabāt. Idem. Herculi Decimas dare locupletibus ac nobilibus antiquitus mos fuit. Lucullus quoniam hunc ritum ſeruauit, auctior factus eſt poſtea. Hunc etiā Deum cuſtodiendo theſauro & domibus ſeruandis maxime præficiebant. Feſtus.

Solitaurilia

Solitaurilia hoſtiarum trium diuerſi generis immolatarum ſignificāt, Tauri uidelicet Arietis & Verris, quòd omnes hæ ſint ſolido corpore. Idem.

Saturnalia

Saturni dies celebratur feſtus Menſe Decēbri quòd tūc ædis eius dedicata. Præterea is culturæ agrorū præſidere uidetur peractis ſementis, ex quo etiam falx ei inſigne. Dicitur & à ſationibus. Cicero tamen quod Satur annis dicit. Macrobius. Sigillariorum dies adiecti ſaturnalibus, & ita VII. dies fuere Saturnalia, quum antea quinq; fuiſſent: illis enim diebus parua ſimulacra fingebantur uænalia, quæ homines pro ſuis capitibus offerebant in ſacellū Ditis, aræ Saturni cohærēs. Noſtra

omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

omnia quodam modo uaticinabantur ſacra. Nam & eadem ex cæra ſigillaria templis offerimus. Et libertatem quam eo tempore habebāt ſerui in dominos, nunc quoq; per dominica natalia noſtri retinēt. Inde laſciuientes, ſeruum creant dominum. Alea etiam tunc uigebat, paßim ludere licebat: eundem nunc morem his diebus à leuibus hominibus introductum uidemus. Feſto item teſte mittebant hoc tēpore pauperes diuitibus cæreos. Nam cæreis potentes utebantur, humiliores uerò candelis. de huiuſcemodi ſeruorum libertate Athenæus ſic ait. Mos eſt apud Romanos in Saturnalibus ingenuorum, miniſteria ſeruorum occupare. Idem apud Græcos in feſto Hermeorum. Apud Babylonios Sacea appellata quinq; diebus celebrantur, in quibus dominis imperant ſerui. Apud Theſſalos Peloria eadē ferè quæ Saturnalia apud Ro. à Pelorio uiro Pelaſgo, qui primus omnium annūtiauit ex terræ motu in Aemonia excitato Tempe ſciſſa, aquas omnes fluminaq; quæ loca inundabāt deſcendiſſe in alueos, camposq; ſiccatos apparuiſſe.

Lupercalia

Lupercalia Euandrus inſtituit, ex more Arcadio, Pani Lyceo, ſiue Syluano ſeni nemorum paſtorumq; Deo, nudi per urbem incedebant, ac laruati, flagellis obuios cædētes, putabanturq; ex eo ſteriles matronæ fœcūdari. Rei cauſa Ouidio fabulā adfert, Pana ſpolia leonis noctu ab Herculis uxore fuiſſe deceptum, quum illa ueſtē cum uiro commutaſſet, quare ueſtem deinde abominatus eſt. Noſtri hodie pœnitentes felicius quàm luperci non pellibus quidem, ſed ſagis linoq; ora contecti, non alios, ſed ſeſe flagello conuerberāt, nudum ac lacerum tergus ferentes.

Sodales Titii

Cornelius libro XVIII. Sodales ſacerdotes Romulū cum Tatio inita ſocietate feciſſe ſcribit. Vnde Titij ſodales, & apud Tranquillum legimus Sodales Auguſtales, apud Iulium Capitolinum Sodales Antonianos. Tybure quoq; in marmore uetuſto Sodales Hadrianales. Caius in titulo de collegis, dicit Sodales eſſe qui eiuſdem collegij, quiq; ualde ſimul habitantes ſunt. Præcipitur igitur mādato principalibus præſidijs prouinciarum, ne patiantur eſſe Sodalitia ueluti inhoneſta collegia. Et Auguſtinus ait Sodales quaſi edales.

Fratres Arualeſ

Plinius item ſcribit Romulum inſtituiſſe Collegium Aruorū, ſeq; duodecimum fratrem appellari uoluit. Nos fraternitatē & confraternitatem dicimus, qua ſanctiore inſtituto quidam inter ſeſe hodie mutua charitate ac pudico ritu, certaq; uiuendi formula conueniunt.

Hecatomba

Hecatombas ut ait Capitolinus, Balbinus Romæ fecit ob oblatum Maximini caput. Centū Aræ uno in loco ceſpiticiæ extruuntur. Et ad aras centum ſues, centum oues mactantur. Nam ſi imperatorum ſacrificium fit, Centum leones, centum aquilæ, & cætera huiuſmodi animalia. Quod quidem Græci quondam feciſſe dicuntur cum peſtilentia laborarent, & à malis id imperatoribus ablatum eſſe cōſtat. Hæc ille. Homerus quoq; nihil potius quàm ἱερὰς ἑκατόμβας in ſacrificijs commemorat. Ouidius in faſtis, tribus anni temporibus fructuum gratia totidem ſacrificia dicit Romanos inſtituiſſe, Vinalia, Robigalia, Floralia.

Vinalia
Robigalia
Floralia

Prima cauſa uini, ſecunda frugum, tertia cunctorum, quæ Floræ deæ fuiſſe ſuprà narraui. In quibus animaduertere quoq; eſt eadem nos tempora non inani ſuperſtitione, ſed ieiunijs tribus ex eadem cauſa celebrare.

Septimōtium
Quinquatria

Plutarchus in Problem. Septimontium ponit feſtū cum ſeptimus mons eſt additus urbi quaſi finitæ. Fiebant & Quinquatria Mineruæ Calendis Mart. diebus quinq;, quo tempore (ut ait Hieronymus in epiſtolam Pauli) munus minerual appellatū magiſtro pueri offerebant, quando uacabant, quod & Saturnalibus etiam ſeruabant. Iuuenalis. Accipit exiguo quiſquis colit aſſe Mineruam. Hoc item matronæ colebant feſtū, mittebantq; uiris munera, ſicuti & Saturnalibus uiri mulieribus.

Quinquatres minores
Perſonati

Erant & Quinquatres minores appellati, eidem Mineruæ ſacri Idibus Iunijs, quo tempore tibicines perſonati per urbem incedebant: ut hi qui olim ebrij ex Tybure Romam reducti fuere, quum non omnes eſſent, uiderentur omnes ſimul alijs gnotis & perſonis admixti. Ouidius de faſtis.

Cur uagus incedat tota tibicen in urbe.
  Quid ſibi perſonæ, quid toga longa uelint.
Callidus ut poßit ſpecie numeroq; ſenatus
  Fallere, perſonis imperat ora tegi.
Admiſcetq; alios, uti & hunc tibicina turba
  Augeat, in longis ueſtibus ire iubet.

Sed & perſonæ in Megaleſibus quoq; adſpiciebantur, de quibus Herodianus in Commodo ſic ait. Veris initio, ſtato ſolenniq; die quem Megaleſia uocāt, Romani Pompam matri Deûm celebrāt, prælata diuitiarum magna pompa: permiſſumq; cuiq; perſonas eo die induere quas cuiq; libitum, cuius'ue magiſtratus aut hominis imaginem effingere, ante ſimulacrum eius deæ ludere. Id ſimulacrum dicitur apud Peßimuntē Phrygiæ de cœlo deſcendiſſe. Romani reſponſo accepto, non duraturum imperium ſine eo, legatos pro eo miſerunt: quod cōceſſum & aduectum, in ripa Tiberis cum conſediſſet nauis, Claudia ſola ueſtalis quæ inceſti accuſata fuerat, eam trahēs ſe uirginem probauit. Videre igitur licet has eſſe perſonas quas noſtri ſeculi peſtilentia, non uno die, nec ſacrorum, aut comœdiæ tantum cauſa, ſed duos continuos menſes per ferias ſtultorum permittit: ſub quibus inueterata paßim licentia cuiq; licet ſcelerato eſſe, omniq; libidinis exemplo uti, res quidem noua, & tantum inter Chriſtianos hæc immodeſtia uiſa.

Argei
Oſcilla

Idibus uerò maijs de ponte Sublicio ſimulacra in Tyberim inijciebāt, quæ Argeos & Oſcilla uocabant: Herculis inſtituto, quòd Græcos ea loca incolentes barbari mactare ſoliti eſſent, ut autores Plutarchus in Probl. & Ouidius in faſtis.

Compitalia

Compitalibus laneæ effigies noctu dabantur per compita & lares. Is erat dies feſtus, animæ putabātur eſſe hominum: autor Feſtus. Erant enim lares dij numina priuatarum domorum. Macrobius ait Laribus compitalibus Tarquinius ex reſponſo Apollinis capita puerorum pro ſalute familiarum ſacrificabat: emendauit poſtea Brutus expulſis regibus capitibus alliorum & papauerum oblatis: his effigies Maniæ deæ ſuſpendebantur. Erant enim caninis adoperti pellibus, ad pedesq; canes habebāt. Cauſam Ouidius refert. Seruat uterq; domum, domino quoq; gratus uterq;: Compita grata cani, cōpita grata lari.

Genius

Sacrificabatur & Genio die natali, qui naturæ cuiuſq; Deus eſt aßiſtēs, ex quo in domorum fundamentis eius familiæ Genio inſcribebant. Erat & is geminus, bonus & malus. Plutarch. in Bruto. Sum malus, inquit, Genius tuus Brute: haud profecto procul à noſtrorum ueritate, qui duos nobis naſcentibus angelos conſtituunt.

Templa Ioui

Templa deinceps dedicata, ex Liuio: Ioui Statori à Romulo ut acies ſtaret contra Sabinos, quæ iam terga uertebat. Ab eodem quoq; Ioui Feretrio à ferendis ſpolijs opimis, quæ de Acrone rege retulit: Ioui Elicio à Numa in Auentino, ut mentibus diuinis eliceret, quo modo curāda eſſent fulmina. Ioui Piſtorio ob iactos Gallis à Manlio panes. Ioui Capitolino à Tarquinio, ubi caput humanum inuentum. Ioui Vltori, à M. Agrippa quod & Pantheon dicitur. Ioui Tonanti ab Auguſto. Apud Græcos Ioui Eleutherio, id eſt, liberatori, quum à Perſarum armis liberati fuere, ut Pauſ. ſcribit. Item Ioui Mileſio in Aſia, Ioui Ammoni in Libya, Ioui Dodoneo in Illyria, Ioui Soterio, id eſt, ſeruatori, Ioui Xenio, id eſt, hoſpitali, Ioui Ilaſcio, id eſt, placatori,

Iunoni

Iunoni Monetæ in Capitolio, ubi Manlius habitauit, quòd anſeres de irruptione Gallorum admonuiſſent. Iunoni Reginæ in Auentino à Camillo locatum lib. V. Iunoni Soſpitæ uotum à Cor. Cethego Cos. in bello cum Bois circa Padum poſt II. bellum Pu. lib. XXXIII. Iunoni Lucinæ in Auētino, Iunoni Gabinæ, Faliſcæ, Samiæ.

Dianæ

Dianæ in Auen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tino à Seruio Tullo ad imitationem Dianæ Ephesiæ memo-
rabilis. Dianæ Scythicæ ui ſacrificabatur hoſtijs humanis
Apollini Ariciæ, quod Artemiſium dicebatur. Apollini quod Apol
linare uocabant in pratis flaminijs: libro III. Id poſtea (te-
ſte Pandulſo oſtiario lateranenſi) Hadrianus primus Apol-
linari martyri dicauit. Aliud item eidem uotum ob ualetu-
dinem peſte inualeſcente ſub Mamerco Aemylio iterum di-
ctatore, libro IIII. Apollini quoq; Palatino. Celeberrima
& illa apud Delphos, apud Accium, apud Cumas. Marti
Marti uotum bello Gallico, dedicatum ſub Camullo dictatore à T.
Quintio duumuiro ſacris faciundis, libro VI. Marti Vltori
Bellonæ in foro Romano ab Auguſto. Bellonæ quod uouit Appius
Veneri contra Samnites pugnans libro X. Extra portam Veneri
prope Circum max. ex ære mulctaticio impudicarum ma-
tronarum, à Fabio Gurg. Cos. libro X. Veneri Erycinæ ex-
tra portam Collinã, cui uirgines puppas, id eſt, paruas ima-
gunculas donabant. Perſius. Nempe hoc quod Veneri dona-
Menti tæ à uirgine puppæ. Eodem quoq; tempore & Menti poſt
cladem Traſimenis acceptam, libro XXI. Ouidius.

Mens quoq; numen habet, menti delubra fatemur
Ad uotum belli perfide Pœne tui.

Pauori Item Pauori à Tullo rege in bello contra Veientes, libro I.
Febri Veioui Item Febri & Veioui & Malæ fortunæ, malis numini-
Malæ fortunæ bus ne noceant. Virtuti à Cla. Marcello dicatum apud
Virtuti portam Capenam, libro XXIX. Concordiæ à L. Manlio
Concordiæ Prætore in Gallia uotum in Capitolio, coniunctum Menti,
Victoriæ canale uno tantum diſcreta, libro XXI. Victoriæ ex mul-
ctatitia pecunia, libro X. Victoriæ item in palatio ubi ſimu-
lacrum Cybelis ex Aſia aductum cõditum fuit, lib. XXIX.
Caſtori Caſtori & Polluci, quod Caſtoris tantum dicitur, uotum
bello Latino à Poſthumio. Dein dedicatũ ab eius filio duum-
Fortunæ uiro S. F. Fortunæ complura, quæ alibi narraui, quum de
Iuuentuti ea mentionem feci. Iuuentuti in Circo max. à Cn. Licinio
Mercurio duumuiro dicatum. Liu. de bello Mac. Mercurio paulò
poſt mortem Publicolæ Ap. Cl. & P. Seruilio Coss. prope
Circum max. Ouidius in faſtis.

Templa tibi poſuere patres ſpectantia Circum.

Herculi Herculi ara max. ſub Auentino ab Euandro, in cuius ruinis
noſtra ætate repertum eius æneum ſignum, quod in atrio
domus Conſeruatorum in Capitolio conſpicimus. Herculi
item ædes rotunda in foro Boario prope templum Pudici-
Pudicitiæ tiæ patriciæ. Herculi prope Circum maximum à Sylla Si-
byllæ iuſſu. Ouidius.

Altera pars Circi cuſtode ſub Hercule tuta eſt:
Quod Deus Euboico carmine munus habet.
Si quæris titulos Sylla probauit opus.

Herculi deniq; & muſis à L. Philippo ſub Auguſto, teſte
Diti Tranquillo. Diti prope Circum maximum, ad quod gra-
dibus deſcendebatur. Nam aræ inferorum ſubterraneæ fue-
Iano runt, quum ad cætera templa aſcẽderetur. Iano apud ue-
Veſtæ labrum à Numa. Veſtæ item haud lõge ab eodẽ dicatum.

DE CELEBRITATE CONVIVIORVM AC LVDORVM.

CELEBRITAS conuiuiorum pluribus de cauſis
Conuiuia inſtituta. Aut erant pontificalia conuiuia quæ in ſacri-
ficijs ſacerdotes, ſaliares, Pontifices, ac VII. uiri epulones
præparabant. Aut triumphalia, quæ imperator duxq; poſt
uictoriam exhibebat populo Romano: aut funebria in de-
functi honorem, ut quæ ad pollinctum fiebant. Aut uiſcera-
tiones, cum caro cruda populo dabatur, ut apud Albanum.
Aut congiaria, quæ Prætor in celebritatibus populo dabat.
Aut erant Miſsilia, quæ in theatro ſpargebantur, aues, legu-
mina, oleum, quandoq; ueſtes. Ludorum celebritates Græ-
cia primum reperit, quas Archias poëta hoc Tetraſticho
Græco eleganter expreſsit.

Τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν' ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροὶ,
Οἱ δύο μὲν θνητῶν οἱ δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνὸς, λατῳίδαο, παλαίμονος, ἀρχεμόροιο.
ἆθλα δὲ τῶν, κότινος μῆλα σέλινα πίτυς,

Græcia concelebrat duo bis certamina ſacra:
Quorum hominum duo ſunt, cætera cœlicolum.
Sacra Iouis, Phœbiq;, Palæmonis, Archemoriq;
Dona Oleaſter erunt, mala, ſelina, pitys,

id eſt pinus. Primum Hercules in Iouis honorem cõſtituit
in Olympia, ubi ſtadium fecit tanto cæteris maius quãto eius
mẽſura pedis præpolleret: ubi primus olympionica fuit Co-
rœbus Athenienſis, ut autor Euſebius. Secundum Phœbo di-
catum Delphis, ob Pythonem ſerpentem ab eo interfectum,
ubi certamen erat Muſicæ: in quo Chryſothemis primus ui-
cit in hymnorum cantu, deinde Thamyras, ut autor Pauſa-
nias. Coronabantur lauro, quæ Delphis adeo magnas fert
baccas, ut mala uideri poſsint. Tertium Palæmonis Atha-
mantis filij, ex cæde paterna ab Ino matre liberati, Neptu-
no apud Iſthmon. Quarta Nemea ſacra, ob Archemorum
puerum Lycurgi filium, ab Hypſipyle nutrice educatum &
in ſylua Nemæa defunctum. Sunt præter hæc & alia ſacra.
Aeacea apud Aeginam de Aeaco. Marathonea ob taurum à
Theſeo interfectum, ubi phiala argentea præmium. Thebis
heraclea & Iolaca. Megaris Dioclea. Caſsiodorus in III.
epiſt. lib. ait Oenomaum primum apud Elidem ludorum ſpe-
ctaculum, equorumq; curſum edidiſſe: apud Romanos uerò
Romulum in raptu Sabinarum. Ad huiuſmodi certamina
Gymnica fœminæ non admittebantur. Quod etiam uerſus
Papinij in Thebaide indicat. Excluſæq; expectant præmia
matres. Et Valerius dicit. Non paruum honorem attribu-
tum Berenicæ, quòd ſola mulierum ſpectauerat Gymnica.
Pauſa. de huiuſcemodi ludis ſic ait. Duo cerãdi æquis gene-
ra, Synorides & Celetes. Synoris erat biga è duobus equis: Synorides
Celes ſingulari equo currebat. Acceſſerunt & alia duo Celes
κάλπη καὶ ἀπήνη, quæ poſtea decreto Eleorum antiquata
ſunt. Calpe certabant equabus, ita ut curſum extremum aſ- Calpe
ſeſſores ipſi deſiliendo apprehenſis manu habenis perfice-
rent. Deinde maribus utebantur equis. Apene mulas iunge- Apene
bant, quod animal execrabile habebant: nec in terra illa na-
ſci poterat, cum circa uel frequens earum fœtura eſſet. Fe-
ſtus. Pentathlon noſtri quinquertionem uocant, qui gene- Pentathlon
ribus illis quinq; uno die certat, id eſt, diſco, haſta, ſaltu, iacu-
latione, luctatione. Pancratiaſtes qui certat & uincit. Pancratiaſtes
Qui uerò in quatuor illis certaminibus ſuprà narratis uice-
rit, Periodus uictor appellatur. Cuius rei autor etiam Plin. Periodus
Pauſanias ſcribit Dioreum Athletam aconiti, id eſt, ſine pul-
uere & labore Pythia uiciſſe. Heraclidem uerò apud Olym
pia Pancratio. Quod neminem parem cum quo congrede-
rentur inuenirent, cedentibus ob metum aduerſarijs. Plin.
etiam dicit Dioxippum uiciſſe Olympia aconiti: Nemea Aconiti uincere
uerò coniti. Hic ætate fuit Alexandri magni, mortemq; ſibi Coniti uincere
conſciuit. Vide cauſam in Q. Curtio. Antiquus enim mos
athletis certaturis fuerat ſpargi prius puluere corpora.
Ouidius de Acheloi pugna.

Inq; uicem fuluæ tactu flaueſcit arenæ.

Martialis. Et flaueſcit Aphe. Lucian. in dialogo qui Ero-
tinus ſiue de dilectione inſcribitur, pulchre monſtrat quo-
nam modo ſortes Athletis obueniebant, quomodóue pares Quomodo ſortes athletis ueniebant
ad certamen iungebantur: uerba ipſa conuerti. Vrna, inquit,
argentea ſacra Apollini in medio aderat, ubi ſortes inſcri-
ptæ magnitudine fabæ: hic in duabus A ſcribebatur, in dua-
bus B, in duabus C, & ſic deinceps. Veniebant certaturi Ioui
uouentes ut idoneum & facile comparem ſortirẽtur, deinde
ſuam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſuam quiſq; educebat literam. Miniſter Dei ibi aßiſtens, antequàm legerentur ſortes accipiebat, deinde eos conſerebat ad ludum, ut illi quibus A utriſq; euenerat, ſimul pugnarēt, & ſic de alijs. Si autem ſorte impar numerus erat, ille qui ſine ſocio remanebat commiſcebat eius literam cum alijs com paribus: & qui ſibi ſorte ueniret, expectabat, ut ille prius cum compare ſuo pugnet, poſtea ipſe conſurgens cum eo certabat. Magnumq́; Athletæ beneficium hoc & fortuna, ut integer uiribus congrediatur cum iam laſſo ac feſſo. Hæc ille. Philoſtratus quoq; libellum compoſuit de athletis, in quo hæc refert. Pancration paleſtram ſimul & pugilatum uocari. Certaturi ante omnia per aliquot dies ſeſe exercebant maiore quàm poſtea labore: uerbi gratia, curſu certaturi in arena cum ocreis per aliquot dies currebant: poſtea ſolutus, tanquam compedibus liberatus, maiorem obibat operam. Item ſaltu certaturi cum manibus prius oneratis aſſueſcebant. Præterea carne ueſcebantur bubula, quæ fortiores redderet: abſtinebant à cæteris delicijs, præſertim coitu. Hæc ille.

Paulus apoſt.

Quæ ſanè omnia Paulus noſter non ignoraſſe uidetur, cum ait: Qui in ſtadio currunt ab omnibus abſtinent, & hi quidem ut corruptibilem coronam, nos autem ut incorruptam accipiamus.

Hieronicarū mos

Erat & illa conſuetudo Hieronicarum (ſic enim uocabantur qui in ſacris certaminibus uiciſſent) ut domum redeuntes diſruptis de induſtria mœnibus à patria exciperentur, tanquam uiri fortißimi & ui ſuperantes. Præterea coronas patriæ donabant, ut ait Plinius.

Dionyſia

Ludi Athenis (teſte Athenæo) Dionyſia fuerant, ubi agones fiebant Athletarum, populusq́; paßim coronatus ſpectabat, bibendiq́; maxima licentia: uinum enim cum bellarijs toto theatro circumferebatur, ac certantibus in principio & fine pugnæ propinabatur. Idem autor ait, quòd Dionyſius Leneus apud Græcos primus Tragœdiarum choros inuenit, primus ſpectaculorum ſedes inſtituit. Apud Romanos (teſte Plutarcho in Problem.) Romulus primus

Conſualia

Conſualia diem feſtum Neptuno equeſtri celebrauit: ubi equi & canes & aſini exornabantur, ac in otio eſſe permittebantur. Feſtus Conſualia Deo Conſo, ideſt, conſilij ſacra dicit feciſſe ad comparanda matrimonia, ubi Sabinæ fuerunt raptæ. Fiebant autem in foro, nondum theatro extructo. Ouidius in Faſtis: Primi ſollicitos faſti tenuere Quirites, Quum fuerat uiduo rapta Sabina uiro. Tunc neq; marmoreo pendebant uela theatro: Nec fuerant ſparſo pulpita rubra croco.

Circus max.

Deinde ait Liuius libro I. Tarquinius Priſcus Circum maximum deſignauit, loca diuiſa partibus, equitibusq́;, ubi ſpectacula ſibi quiſq; faceret, fori appellati. Spectauere furcis duodenos ab terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes. Ludicrum fuit equi, pugilesq́; ex Hetruria

Ludi Romani Magni Circenſes

maxime acciti. Solennes deinde manſere ludi, Romani, Magniq́; uariè appellati. Hæc ille. Dicuntur & Circenſes. Tranquillus in Cæſare, ſic ait: Circenſibus ſpatio Circi ab utraq; parte producto, & in gyrum euripo addito, quadrigas, bigas, & equos deſultorios agitauerunt nobilißimi iuuenes.

Troia

Troiam luſit turma duplex, maiorum & minorum puerorum. Idem in Auguſto: In Circo aurigas, curſoresq; & confectores beluarum, & unumquemq; ex nobilißima iuuentute produxit: ſed & Troiæ ludum edidit frequentißimum maiorum minorumq́; puerorum. Idem in Caligula: Edidit Circenſes plurimos à mane uſq; ad ueſperam, interiecta modo Africanarum uenatione, modo Troiæ decurſione. minio & chryſocolla conſtrato Circo, nec ullis niſi è Senatorio ordine aurigantibus. Idem in Claudio: Circenſes frequenter etiam in Vaticano commiſit, nonnunquam interiecta etiam per quinos miſſus uenatione. Circo uerò maximo marmoreis carceribus auratisq; metis, quæ utraq; & tofina & lignea prius fuerant, exculto: propria Senatoribus conſtituit loca promiſcue ſpectare ſolitis, ac ſuper quadrigarum certamina Troiæ ludum exhibuit. Huius autem ludi originem Verg. in V. deſcribit.

Ludi Troiani

Hunc morem ſacrorum atq; hæc certamina primus Aſcanius, longam muris quum cingeret Albam Retulit, & priſcos docuit celebrare Latinos, & quæ ſequuntur. Equi fuerant in orbem ſe inuicem petentes: nunc torneamenta uulgus appellat. Equorum uerò agitatio duplex fuerat, aut

Deſultorij

Deſultorij, quos Græci celetas uocant, ſinguli uidelicet equi ſine ephippijs cum ingenuis aſſeſſoribus currentes, aut bigæ quadrigæq́;, quarum quatuor

Quadrigarū factiones

erant factiones, Ruſſati, Albati, Praſini, Veneti: quibus aurati & purpurei & linthei additi à Domitiano extitere. Hi enim colores pannorum quibus illi induti fuerant, quorum ſimilitudinem quandam Florentiæ Calend. Maij in ludicro haſta concurrentium cernere licet.

Circi deſcriptio

Circus autem maximus cuius adhuc Romæ ueſtigia uiſuntur, lōgitudine trium ſtad. latitudine unius fuerat. Ipſam uerò longitudinem diuidebant in partes VII, unam dabant anfractui, quo in dextro Circi ſpatio in ſiniſtrum certantes ad ultimam migrarent metam. Deinceps uerò alias metas per lineam mediam ita diſpertiebant, ut per longitudinem Circi æquis inter ſe ſpatijs diſtarent, & caperent totius longitudinis ſeptimam ſepties: ducebaturq́; à meta ad metam ueluti crepido alta pedes nihil minus ſex: erantq́; Circi lateribus gradationes, ubi ſpectatores conſiſterent. Hæc ex Leonis deſcriptione, qui fuit optimus uetuſtatis indagator. Caßiodorus autem in epiſtola in hanc ſententiam.

Alba linea

In Circo alba linea currentes coërcebantur, ut quadrigis progredientibus inde certamen oriretur, quod ſeptem peragitur metis numero planetarum. Ipſæ uerò metæ ternas obtinent ſummitates, inter has duo ſunt obeliſci, ſacra priſcorum Chaldaicis ſignis quaſi literis indicantes.

Mappa ſignū

Mappa uerò quæ ſignum Circenſibus datur, tali caſu fluxit. Quum Nero prandium protenderet, & celeritatem (ut aſſolet) auidus ſpectandi populus flagitaret, ille mappam qua tergendis manibus utebantur, iußit abijci per feneſtram, ut certaminis poſtulati poteſtatem faceret. Hinc igitur tractum, ut oſtenſa mappa permitterentur.

Miſſus XXIIII.

Totum certamen mißibus XXIIII. expediebatur, ex horis diei computatis. Quatuor uerò factiones, anni etiam tempora totidem notabant. In hanc ille ſententiam. Varro autem miſſus XXV. ponit, ultimumq́; ærarium appellari, quod de populi collatione exhiberetur. Miſſus autem hi apud nos hodie brauia ſunt ſeu præmia, ob quæ toties currebatur. Domitianus (teſte Tranquillo) centum miſſus equeſtres exhibuit, eosq́; quo facilius peragerentur à ſeptenis ſpatijs ad quina corripuit. Non autem ſepties currebant, nec infra metas omnis circumuertebant, ut quidam putant: nam ſic nunquam tot miſſus abſoluiſſent, uel eo modo circumuertēdo ſingulas, nulla ſpectatoribus fuiſſet uoluptas, ſed omnes eas tantum ſemel obibant. Domitianus autem, ut citius peragerentur ad metæ quintæ ſpatium uertere iußit.

Colūna belli

Prope Circum columna fuit unde Imp. ad bellum profecturi haſtam iaciebant. Ouid. Faſt. libro VI. Proſpicit à tergo ſummum breuis area Circum. Eſt ubi non paruæ parua columna notæ: Hinc ſolet haſta manu belli prænuntia mitti, In regem & gentes quum placet arma capi.

Circus flaminius

Circus quoq; Flaminius hodie notißimus, inſtar Circi max. fuerat cum totidemq; metis: circum quas, ut ait Varro, ludis taurijs equi currebant deſultorij. Currus uerò teſte Caßiodoro in epiſtola, ab Auguſti Mauſoleo nunc notißimo ſex portis dimittebantur, qui per campum Martium Circum fla. cucurrerunt.

Equiria

Dicitur enim Equiria (ut autor Varro) ab equorum curſu, quòd eo die ludis currunt in Martio campo. Ouidius quoq; libro II. Faſt. Ex uerò poſitum permāſit Equiria nomen, Quæ Deus in campo præſtitit ipſe ſuo. Hæc nunc uia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ædificijs occupata, ubi nunc S. Maria in Equiria nomen adhuc retinens adſpicitur:inde poſtea rectà tẽdebatur in Circum.

Ludi Apollinares

Fiebant & in Circo max. Apollinares ludi:quos Liuius libro x x v. uotos fuiſſe dicit in honorem Apollinis ad expellendum ex Italia Annibalem poſtquàm ille Tarentum ceperat. Macrobius quoq; in Satur. ait ex libris Sibyllinis bello Pu. I I. ſuadente Cor. Ruſo x. uiro inſtitutos fuiſſe in Circo, ac populum coronatum ſpectare iuſſum, ſtipemq́; Apollini dare quantum commodum.

Ludi ſeculares

Ludi autem ſeculares (ut ait Feſtus) in honorem Apollinis & Dianæ inſtituti centeſimo quoq; anno. Præco clamabat: Venite ad ludos, quos nemo mortalium uidit, neq; uiſurus eſt. Capitolinus in Gordiano ſcribit hos à Val. Publicola ob exactos reges centenis quibuſq; annis ab urbe condita ordinatos. Celebrauit eos Philippus Imp. anno Vrbis milleſimo, in quibus fuiſſe tradit elephantos x x x. alces x. Tigres x. Leones manſuetos x L. Leopardos manſuetos x x x. Cebum I. Hyenas x. Gladiatorum fiſcalium paria mille. Hippopotamum & Rhinocerotem. Arcolcontes x. Camelopardales x. Onagros x x. Equos feros x L.

Ludi Taurij

Taurij ludi appellantur in honorem Deorum inferorum facti. Inſtituti autem uidentur hac de cauſa. Regnante Tarquinio Superbo, quum magna incidiſſet peſtilentia in mulieres grauidas, quæ fuerat facta ex carne diu uendita populo taurorum, ob hoc dijs infernis inſtituti ſunt Taurij ludi. autor Feſtus. Hi ex omnibus Romæ in hodiernum diem durant apud portam Trigeminam: prius teſte Varrone in Circo Flaminio.

Ludi plebei

Ludos plebeios exactis regibus pro plebis libertate fecerunt, ſeu pro plebis reconciliatione poſt ſeceſſum in Auentinum.

Ludi piſcat.

Piſcatorios prætor urbanus trans Tyberim menſe Iunio faciebat pro Tyberinis piſcatoribus, quorum quæſtus non in macellum peruenit, ſed in aream Vulcani. Fertur quòd id genus piſciculorum uiuorum ei dono pro humanis animabus datur. autor Feſtus.

Ludi Diti

Ludi Diti apud Tarentum ex præcepto Sibyllinorum anno primo primi Pu. bel. ab Vrbe autem L I. uoti. Liu. x L I x.

Munus gladiatorium

Munus gladiatorium Cic. dicit inſtitutum fuiſſe ob iuuentutem, quæ planè cædem ac dimicationem ſpectando, aſſueſceret in bello non expaueſcere.

Laniſta

Laniſta gladiatorum familias nutriebat, eorum paria iuſſu Prætoris in Amphitheatrum exhibebat.

Retiarius Mirmillo

Ipſius pugnæ modus, Retiarius & ſecutor erat qui Mirmillones ſequebatur, quos Feſtus ſic deſcribit: Retiario pugnanti aduerſus Mirmillonem cantatur: Non te peto, piſcem peto, quid me fugis Galle. Quia Mirmillonicum genus natione Gallicum: & ipſi Mirmillones antea Galli appellabantur, in quorum galeis piſcis effigies erat. Hoc autem pugnæ genus à Pyttaco uno è ſeptem ſap. inſtitutum uidetur, qui aduerſus Phrynonem dimicans ob finium controuerſias, quæ erant inter Atticos & Mitylenæos, rete occultato eundem cepit. Ludorum quoq; alia cauſa fuerat, quum Imperatores in periculis, uel in bello eos quandoq; uouebant, ex annis imperij computatos. uerbi gratia: Galienus Decennalia celebrauit deuictis in Aſia Syris:

Vicennalia Tricennalia

& Theodoſius uota Vicennalia & Tricennalia edidit, id eſt, ludos totidem annorum quot præfuere imperio: quod indicant marmora inciſa & antiqua nomiſmata ex ære ſub hac figura. uotis x x. uotis x x x.

Ludi Scenici

De ludis Scenicis, Cicero ait: Liuium Andronicum primum fabulam populum docuiſſe anno poſt Vrbem conditam D. x I I I. Liuius libro v I I. T. Sulpitio Petico, & C. Licinio Stolone Coſs. ob peſtilentiam ludi Scenici inſtituti, noua res populo bellicoſo & ſtatim pergrata fuit: ſine carmine ullo, ludiones ex Hetruria acciti, ad tibicinis modos ſaltantes, haud indecoros motus modo Tuſco dabant: imitari deinde eos iuuentus cœpit, nec abſoni à uoce motus erant: & quum hiſter Tuſco uerbo ludio uocetur, nomen hiſtrioni inditum: qui non ſicut ante Feſcẽnino uerſu ſimilem modum incompoſitum iactabant, ſed impletas modis ſatyras deſcripto iam ad tibicinem cantu motuq́; congruenti peragebant. Hæc Liuius. Idem libro x L v I I I. ait: Quum locatum eſſet à Cenſoribus theatrum ut extrueretur, P. Cor. Naſica autore tanquam inutile & publicis moribus nociturum ex S. C. deſtructum eſt, populuſq́; aliquandiu ſtans ludos ſpectauit. L. Mumius primus theatro temporario ludos in ſuo triumpho edidit, hiſtrionibus ab Hetruſcis accitis. Deinde Scaurus eum ſecutus: poſtremo Pompeius theatrum gradibus manſuris perpetuum primus ædificauit: quare publice accuſatus, uitioq́; datũ illi fuit.

Theatrum Amphiteatrũ

Alia deinde extructa theatra & Amphitheatra. Primi Amphitheatri molẽ in campo Martio Iulius Cæſar poſuit, teſte Tacito in geſtis Neronis, quam Tranquillus imperfectam poſtea ab Auguſto mauſoleum ædificaturo deſtructam dicit. Idem in Cæſare teſtatur Statilium Taurum aliud ædificaſſe. Tertium cœpit Veſpaſianus, quod & Titus abſoluit. In theatro ludi Scenici fiebãt, in Amphitheatro gladiatorium & uenationes, quibus homines aut conducti aut damnati adhibebantur: ſeu etiam ambitioſi ad oſtendendam audaciam. In Circo curſus, uenatio, naumachia, pugillatus. In ludis à principe, aues, uarijq́; generis miſsilia ſpargebantur, aderatq́; larua quædã appellata Ciceria, quæ ut ait Feſtus, ingens oblongis malis, ac grandibus buccis Manduci ſpeciem præbebat.

Manducus

Plautus: Quid ſi me ludis pro Manduco locem? Amphitheatrum, ſicut & Circus, arena ſubſtratum erat quo mollius caderent. Operiebantur uarijs coloribus, ut ſuprà monſtratum, quum de theatro inter ædificia dixi.

De Scenica leuitate

Scenicæ leuitati minime olim uiris grauibus dignatæ, Cato procul à theatris magnum præbuit teſtimonium, nec minus Naſicæ ſeuera repugnatio, & Pompeij damnata laſciuia: de quibus paulò antè mentionem feci. Sed & apud Ciceronem Scipio Aemylia. ſic ait: Quum autem ludicram ſcenamq́; totam in probro Romani ducerent, genus id hominum tribu amoueri cenſoria nota uoluerint. Ariſtoteles item in Proble. Scenicos artifices, quos Græce Dionyſiacos technitas uocat, mẽte improbos magna ex parte teſtatur eſſe. Et Labienus eques Ro. ſeſe per epigramma excuſat à Cæſare coactum in hiſtrionicam inuitum deſcendiſſe. Nero quoq; princeps infamis ob eandẽ cauſam fuit. Sed quid nunc de fece huius ſeculi dicam? quum uirtutem ac gloriam ueterum imitari nullo pacto ualeamus, uitia tamen omni ſtudio imitamur. Iam ſcena ubiq; renouata eſt, ubiq; comœdias ſpectat uterq; ſexus, quodq́; longe impudentius, ipſi ſacerdotes & præſules, quorum erat officium omnino prohibere. Multo igitur ſeueriores in hac parte Græci, qui omnis ſuos comicos iamdiu aboleuerunt, præter unum Ariſtophanem, quòd is moribus minime officeret.

DE LVDO DIVERSO QVO ſummi uiri quandoq; occupati fuerunt.

Anagallis Pila

LVDVM uerò ſingulari appellatione diuerſum genus dicimus, ſicut pilæ, cuius inuẽtrix fuit Anagallis puella Cercyrea, quam dono dedit Nauſicaæ Alcinoi regis Cercyrei filiæ. autor Aelianus. Plinius uerò Pythum quendam: Herodotus autem Lydos eam ſimul cum alea & teſſera inueniſſe tradunt. Hac igitur Phæacia iuuentus, ut narratur Odyſſeæ libro v I I I. primum luſit, quos uerſus hoc modo conuerti. Ille pilam dextra miſſurus ad aſtra reflectit Terga retro: rurſuſq́; ad magnum protinus ictum Conſurgens terram procumbit pronus ad imam. Noſtra ætate Manzus Florentinus qui quæſtum ex ea factitabat, ſumptuſq́; domi multorum famulorum tolerabat, parẽ nullum ſeu uictorem inuenit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

inuenit. Deinde latronum ſeu latrunculorum. Martialis:

Inſidioſorum ſi ludis bella latronum
Gemmeus iſte tibi miles & hoſtis erit.

Latrunculi

Seneca: Latrunculis ludimus. Proximo ſeculo Mangiolinus item Florentinus adeo in hoc ludo fuerat exercitatus, ut memoriter per alium luderet minime reſpiciēs, aduerſario & uidente diligentius & perdente.

Alea

Aleam uerò Palamedes in caſtris Græcorū contra Troianos repperit, dū otia miles ageret, ut autor Philoſtratus in Heroicis. Alea totus eſt ludus.

Alueolus
Phimum

Alueolus & Phimum ipſa tabula luſoria uocatur. Eſt enim tabula luſoria inter Martialis lēmata ſub hoc diſticho:

Calculus

Hic tibi biſſeno numerātur teſſera puncto: Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Erat enim tabula in qua & alea exercebatur teſſerā iactando, & latrunculorū ludus, quos calculos in alio ſuprà lemmatæ appellauit. Ipſa uerò teſſera duodena omnino puncta (ut carmen demōſtrat) retinebat: in quibus Senio ſeu Venus felix punctū: aduerſus uerò canicula, infauſtū. Perſius. Quid dexter Senio ferret. Damnoſa canicula quantū raderet.

Turricula
Pyrgos

Turricula ſeu fritillus, idem quod apud Græcos pyrgos dicebatur, inter lemmata item Martialis ſub hoc diſticho. Quærit cōpoſitos manus improba mittere talos. Si per me miſit, nil niſi uota facit. Erat enim paruum turriculæ modo uaſculum, quo incluſæ teſſeræ, ſiue tali ad tollendam ludētis fraudem iactabantur.

Tali

Tali enim nequis erret teſſeræ non ſunt, quamuis eodem ferè modo quo teſſeræ iacerētur. Oſsiculi ſunt iuxta pedis uertebrā, quos Græci aſtragalos uocāt: quibus Apollonius in Argonauticis puerum Cupidinem ludentem ponit.

Aſtragali

Ludunt & his hodie in Germania & trans Padum.

Par impar

Ludere quoq; par impar ex Horatiano carmine morem etiam fuiſſe apud ueteres deprehendimus.

Nucibus
Chartæ
Sortes

Nucibus uerò uti & nunc, etiam ex Perſiano uerſu: Nucibus facimus quæcunq; relictis. Chartarum uerò & Sortium diuinationis ludi priſcis additi ſunt, ab auaris ac perditis inuenti, non ſolū noſtro dogmati, ſed publicis uiterū moribus unà cum alea reiecti, cæteri ceſſationis gratia uiros uel ſummos quādoq; occupatos habuere. Quapropter Scæuolam ex Valerio cognouimus optime pila ludere ſolitum: ſed & Hercules ipſe dicitur labores ſuos interdū cum pueris ludēdo leuaſſe. Quod Euripides monſtrat. Παίζω μεταβολὰς τ̃ πόνωρ ἀεὶ φιλῶ. Socrates item deprehenſus cū Alcibiade puero quandoq; colludere. Ageſilaus Lacedæmonius cum arundinem forte cum filio paruo adequitaret, ridenti amico, ait: Tace quouſq; fueris pater. Architas Tarentinus uir philoſophus ſimul & politicus, plures habēs ſeruos, cum eis earumq; filijs uiſus erat ludere, ac in conuiuio lætari. autor his omnibus Aelianus. Aetate autem mea Coſmus Medices iam ſenex ac princeps nepotibus paruis colludebat: inſtantiq; uni auenam aptauit olim in medio foro, mirantibusq; cunctis: Bene, inquit, ſucceſsit, quòd à me non contendit ut eam inflarem.

DE MAGISTRATIBVS GRAECORVM ET ROMANORVM.

Prytanes

GRAECI formam reipub. & magiſtratuū Romanis oſtenderunt, Athenienſes primi Prytanes, poſt reges ſicuti Romani Coſs. habuere. At Prytanes, ut ait Pauſanias lib. I. erant numero L. decima uidelicet pars Senatus quingentorum hominum, qui exequebantur quæcunq; Senatus decernebat. Locus autem ubi conueniebant, Prytanium uocabant, quaſi Pirytanium, quòd frumentum ibi ſeruaretur.

Ephori

Lacedæmonij autem Ephoros creabant numero X. perpetuos, qui uitæ neciſq; haberent poteſtatem. Regem item perpetuum, qui tantum bellorum tempore dominaretur.

Harmoſtæ

Harmoſtæ quoque quoquo uerſus diſcurrebant per ditionem, quorum erat officium, collapſa ædificia, urbes, mœnia, portus reſtituere.

Coſmi

Cretenſes ſimiliter Coſmos magiſtratus ſuos appellatos perpetuos habebant: quos omnis Ariſtoteles in l. I. Politicorum reprehendit, ac temporarios maluiſſe ſe ſcribit. Thebani quoque & ipſi poſt reges ſtatim ſeſe reipubli. accommodauerunt: quo tempore maxime & opibus & gloria floruerunt. Hæc priſca Græciæ magiſtratus conditio. Poſtquàm uerò res ad imperium deducta per Conſtantinum, qui primus Bizantij imperauit: tunc hos uſque ad extremum habuit magiſtratus, ſiue munera, ſiue officia ſub ipſis principibus.

Deſpotæ

Filij Imperatorum Deſpotæ uocabantur, præcedebantq; honore & fratres & generos Imperatorum, etiam deſpotas.

Sebaſtocrator
Cæſar

Ipſi autem & Sebaſtocrator & Cæſar nullum habebant certum munus, niſi belli tempore exercitibus præficerentur.

Magnus dux

Magnus dux claſſi Imperatoriæ præerat, cui parebat magnus Drungarius & Admiratus & Protocomes, cæteriq; claſsis curatores.

Magnus Domeſticus

Magnus Domeſticus poſt Cæſarem erat: Spatham ante Imperatorem ferebat, quo honore functus eſt Canconzenus apud Andronicum iuniorem.

Magnus Comeſtabulus
A poculis
Paracœmomenus

Magnus Comeſtabulus caput erat togatorū Francorū. Pincerna ſiue à poculis, Paracœmomenus cubilis, Decurio cubiculariorum erat, ſeruat palatiū, abſente principe, fert Spatham eius. Domeſticus menſæ & à menſa, præerant, menſæ imperatoriæ. Primicerius aulæ, in conſeſſu, magiſtratus omnis pro dignitate loco ſuo diſponit, ac ordine ſedere iubet, quaſi magiſter ceremoniarum apud Pontificem.

Magnus Drungarius

Magnus Drungarius claſsis eundem habet locum apud magnum ducem, quem Magnus Drungarius Biglæ apud magnum Domeſticum.

Protocyneg.

Protocynegus præeſt canibus quando Imperator equitat, cui donari ſolet ab ipſo quicquid ueſtium ei ſanguinis ferinus polluerit.

Scuterius

Scuterius fert ſcutum ante Imperatorem quocunque proficiſcatur.

Ameralius

Ameralius præeſt claſsi maritimæ uniuerſæ, ſubeſt autem magno duci.

Magnus interpres.
A memoria

Magnus interpres præeſt interpretibus omnibus. A memoria hi erant qui deſcribebant eos qui uel in bello uel alibi pulchrè ac cum laude ſe geſſerint, eoſq; Imperatori commemorabant, ut ex hoc præmijs dignis afficerentur, ſed hoc poſtea munus uacauit.

Protoieracarius

Protoieracarius præeſt uenatoribus ferentibus aut nutrientibus accipitres.

Magnus ſtratopedarcha
Magnus Hetæriarcha
Acoluthus

Magnus ſtratopedarcha eſt curator exercitus neceſſariorum & commeatuum. Magnus Hetæriarcha recipit undecunque exules & ſodales & amicos imperiales. Acoluthus ſequitur Imperatorem quocunque ierit, ſicuti ſcuterius præcedit. Orphanotrophus olim curabat orphanos, poſtea ceſſauit.

Protonotar.

Protonotarius nomine ipſo manifeſtus, nam & notariorum ſeu pragmaticorum primus erat. Domeſticus murorum, curam habebat caſtrorum aut murorum reficiendorum ſi quid his opus erat.

Prefe. cubili

Præfectus cubili curam habet cubilis imperialis, præeſt quoque cubicularijs. Subditus tamen & ipſe Paracœmomeno. Præfectus ueſtiarij, imperij curat uectigal, datiq; & accepti rationes.

Veſtiarius

Veſtiarius Imperatorem per mare ſequitur, curamq; habet eius inſtrumenti ac ueſtium.

Protocomēſis

Protocomenſis in mari præeſt omnibus curatoribus. Præfecti & caſtrophylaces ciuitatibus præſunt, quiſque pro dignitate.

Domeſtici orientalium thematum

Domeſtici Orientalium thematum ſimiliter curant res eorum populorum. Stratopedarcha Monocaballorum qui præerat monocaballis. Erant enim locis ſecundum themata ordines phoſati, quorum alij Tricaballi, alij dicaballi, nonnulli monocaballi dicebantur. Similiter Stratopedarcha murtariorum, & Stratopedarcha Zaconorum & Zangratorum curam habet in caſtris cuſtodum, qui Zaconi uocantur. Protoſtrator qui per abſentiam magni Domeſtici fert Spatham Imperatoris, & eo adequitare uolente tenet equum uſquequo ſit tempus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Tunc comes equorum exceptum ab eo ducit ad quintũ aulæ palatinæ gradum. Inde rurſus magnus Chartularius excepiens ducit ad portam ubi adequitet. Idem quoque cum deſcendit ordo ſeruatur. Comes præterea equitatum pompæ imperatoriæ in itinere diſponit, ireq́; iubet ordine quo ſibi placet. Habet etiã dona regia: Ephippia, habenas, omnemq́; equi imperatorij ueterem ornatum, ſingulis annis, quod eadem omnia in Reſurrectionis dominicæ celebritate iterentur. Protoſtrator etiam poſt exercitum adequitat, ac ſi quos uidet inordinatos ire corrigit. Erant & alia præter hæc honorum nomina quæ antiquitus certa obibant munera: poſtea tantum titulo tenus habita. hæc ſunt Panyperſebaſtes. Protoueſtiarius, magnus Primicerius, Logothetes, qui idem ferè

Logothetes

quòd ſcriba: & magnus Logothetes qui erat ſupra magnũ Stratopedarium, quo munere functus eſt. Theodorus Metochites ſub Andronino primo Palæologo Ariſtotelis commentator.

Magnus Papias

Magnus Papias magiſter equitũ, magnus Drungarius Biglæ, magnus Hetæriarcha, magnus Chartularius,

Domeſticus ſcholarum

Logothetes, Genici, Dromi, Domeſticus ſcholarum, magnus Drungarius claßis, Protoſpatharius, magnus Zauſius, Prætor populi, magnus Logatiaſtes. A libellis ij erant qui ſupplicationibus à noſtris appellatis præerant.

Coeaſter
Iudex phoſati

Coeaſter, Logothetes expeditionis, Logothetes turmarum, Iudex Phoſati, Diœcetes, id eſt, adminiſtrator. Logatiaſtes aulæ, magnus Myrtheta, Patricius.

ROMANI MAGISTRATVS.

Dictator

DE Romanis autem hæc cõperimus. Primũ Dictator pluribus de cauſis dicebatur. Aut rei gerundæ, id eſt, belli cauſa grauioris. Primusq́; fuit T. Largius cum L X. populi Latinorũ aduerſus Rom. coniuraſſent: autor Dionyſius Halicarnaſſeus. Deinde claui figendi cauſa, quum graui morbo peſtilentiæ ciuitas affecta eſſet, ſenatus L. Manliũ Imperioſum dictatorem claui figendi cauſa dici iußit. Isq́; clauus in æde Iouis in capitolio in dextro latere fixus eſt, autor Liu. Sed & ob aliquã aliam calamitatem clauus affigi etiam ſolitus. Comitiorũ item conſulariũ cauſa, ut Conſul dictatorem diceret, ſi contingeret utrunq; aut per bellũ, aut aliã neceßitatem ab Vrbe abeſſe. Aut quæſtionis exercendæ. Quando Q. Cincinnatus dictator factus, ut Sp. Melij regnum affectantis temeritati reſiſteret. Aut legẽdi ſenatus, numero deficiẽte, ut M. Fab. Butheo. Modus autem hic fuerat. Conſul dictatorem dicebat, dictator magiſtrũ equitum, noctuq́; tantũ dicebatur, & in ſolo Romano quòd Italia terminabatur. Sexq́; tantũ menſes durabat. Et ex patricijs C. Marcius Rutilius tantum de plebe in bello Faliſcorũ dictus, qui & ipſe de plebe hominem L. Plauciũ magiſtrum equitũ dixit. Procedebat cum lictoribus X X I I I I. ac totidem ſecuribus, à quo prouocatio non erat. Magiſtratũ hunc Romani ab Albanis acceperant, apud quos Metius Suffetius dictator

Tribuni numero X.

inuenitur prius fuiſſe. Tribunorum plebis creandorum cauſa, ſeceſſus plebis fuit in montem ſacrum à ſenatu grauatæ. Inde per Menenium Agrippam reducta, dato exemplo uentris ad mẽbra. Tribuni duo primũ creati: deinde per aliã ſeceßionem tres, mox quinq; alij, fuereq́; tandem numero X. Sacroſancta uocabatur poteſtas, nec ſicuti aliæ per dictatorem unquam ceſſabat, Abſq; iudicij diſcußione in exiliũ carceremq́; mittebat. Curiã non ingrediebatur, ſed in ſella ante ueſtibulum permanebat dum S.C. fieret, quòd ſi probaret

T. litera tribuni ſignum.

T. litera annotabat, ſi minus, intercedebat. Ab Vrbe nec per unũ diem abeſſe licebat. Domus eius die noctuq́; apertis foribus patebat, ut auxilio plebi omnibus horis (ſi quando opus) foret. Præterea de plebe tantum fuerat, & qui patrem uiuũ non haberet: ex quo Seruilius tribunatum faslò geßiſſe creditus, quòd pater eius quem deceßiſſe opinio erat, uiuere ferebatur. Inter ſe quoq; dißidebant, plusq́; poterat unus qui prohibuiſſet, quàm reliqui qui rem aliquam probaſſent. autor Plutarchus in Catone. Capitis etiam diem & dictatori & Conſuli poſt magiſtratum dicere poterant. Nec purpurã, nec ſellam curulem, nec lictores ut Coss. & prætores habebant, ſed tantum unum uiatorem.

Tribu. militares

Per aliam plebis diſcordiam quæ delectum pati non poterat, neceſſe fuit Tribunos cõſulari poteſtate creare, creatiq́; ſunt ex patribus, A. Sempronius Atratinus, L. Attilius, & C. Cæcilius. autor Liuius. Hi duorum generum erant. Comitiarij, qui in comitijs fiebant. Et Rutilij ſeu Rufi qui in caſtris. Nam Rutilius Rufus legẽ tulit de eis in exercitu creandis, ut autor Feſtus.

Prætores X V I I I.

Prætores numero X V I I I. fuere, habebant ſellam curulem & lictores ſex, trabeam item, reliquaq́; conſularia inſignia. Ab

Præ. urbanus

initio unus tantum Prætor urbanus fuit, qui in urbe ius diceret, omnemq́; publici ac priuati iuris poteſtatem habebat,

Præ. peregri.

equis item albis utebatur. Alius deinde Prætor peregrinus factus, qui inter peregrinos ius dicebat. Deinde adauctus paulatim numerus, qui & urbanis & prouincialibus rebus adeſſent: Sylla quatuor, Auguſtus duos, Claudius totidem adiecit. Inter minores magiſtratus etiam ius dicebant. Abſentibus Coss. Prætor urbanus ſenatum & comitia habere poterat. In prouincijs non ſolum ius dicebant, ſed res gerebant. Quæſtores ſub ſe habebant, qui uice eorum fungerentur cum opus, ſicuti Dictator magiſtrum equitum, & Conſul legatum.

Proprætores
Quæſtores

Proprætores prætoria poteſtate prouincias etiam adminiſtrabant. Quæſtores uetuſtus magiſtratus. Gratianus Iuriſconſultus in eo libro quem de poteſtatibus ſcripſit, ipſum etiam Romulum & Numam duos habuiſſe Quæſtores, quos non ſua uoce, ſed populi ſuffragio creatos, ſcriptum reliquit. Deinde Tullum Hoſtilium ſine dubio Quæſtores etiam habuiſſe. Dictos autem à quærendo: quorum officium, partim ærarij & urbanæ pecuniæ curam agere, partim prouincias exigendis uectigalibus ſortiri, quandoq; in ſenatu occupari: & hos candidatos principis eſſe dictos: nonnullos in exercendis quæſtionibus uerſari: alios Quæſtores parricidij dictos, qui ut capitalibus rebus præeſſent, à populo conſtituebantur. Hæc ex libris Digeſtorum. Reperio quoque apud Valerium Quæſtorum fuiſſe curam, legatos reges'ue Romã uenientes pro dignitate populi Romani excipere ac honorare, obuiamq́; proficiſci. Nam legati primum in ædem Saturni petebant ubi ærarium erat, ibiq́; mos erat, ut à Præfectis ærarij ſcriberentur eorum nomina, traderenturq́; Quæſtoribus, qui & eos donis proſequi, & ægrotos curare, ac demum mortuos ſumptu publico ſepelire ſolebant.

De ærario

Aerariũ enim apud Saturni prius ædem fuit. Hic libri elephãtini ſeruabantur, in quo X X X V. tribus conſcriptæ, tum ſenatuſconſulta omnia fuerunt. Libros autem linteos Pontifices retinebant, in quibus annales conſcribebant. In ipſo quoque ærario locus erat ſecretior, ubi uigeſima uectigalium ſeruabatur. Liuius X X X V I I. Cætera expedientibus quæ ad bellũ opus erant Conſulibus, aurum uigeſimarium, quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſeruabatur, promi uiſum eſt. prompta ad I I I. mil. põdo auri.

Fiſcus

Fiſcus deinde ærarium appellari cœptus à fiſcella, id eſt, crumena, ubi ſeruabantur pecuniæ, ut ait Varro. Primum fiſci aduocatum inſtituit Hadrianus princeps,

Vectigal Popu. Roma.

ut teſtatur Spartia. Vectigal Popu. Roma. inter alia fuit uigeſima reddituum omniũ rei frumẽtariæ in Italia: præterea ſal à ſingulis exigendũ, Salinatoris cõmentum. Qui uectigalia redimebãt, publicani appellati, & mancipes publicanorũ principes, ut ait Pedianus.

Senatores

Senatores primũ à Romulo centum inſtituti: Patres appellati: ex his geniti Patricij dicti: qui uerò poſtea per reges ac alios additi fuere, patres conſcripti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſcripti, & minorum gentium uocati apud Gellium. Fuereq́; uſque ad mille, quem numerũ Auguſtus poſtea minuit. Qui non uti nunc mercedem aut ſtipendiũ aliquod à repub. ſumebant, ſed gratuitam exhibebant operam, quod ſanè ex nonnullorum ſenatorum paupertate maximè declaratur. Liberalitas tamen principum multis prouidit. Auguſtus item teſte Tranquillo Senatus cenſum ampliauit, ac pro D C C C. Duodecies L L S. taxauit, ſuppleuitq́; non habentibus. Et in Veſpaſiano ſcribitur: Expleuit cenſum ſenatorum. Conſulares inopes quingẽtis ſeſtertijs annuis ſuſtentauit. Senatores libertinos in ſenatum Commodus teſte Lampridio adſciuit. Cæſar etiam Gallos. Heliogabalus Senatulum mulierum in Colle Quirinali inſtituit. Auguſti quoque conſtitutione Senatores priuſquam conſiderent, uino & farre ſacrificabant ei Deo, in cuius ædem conuenerant, nec ultra quàm bis in menſe plerunq; cogebantur. Ante ortum aut poſt occaſum ſolis Senatuſconſultum irritum erat. Ante annos X X V. in curiam ingredi non licebat poſt caſum Papirij Prætextati. Senatores ex lege poſt annos L X. non citantur, ut autor Seneca ad Paulinum. Citatis uerò ex lege non uenientibus pignora auferebantur, ut uidere licet apud Ciceronẽ de Oratore libro I I I. Duobus tantum exceptis caſibus, cum ſupplicatio uidelicet aut triumphus alicui decernendus. Nam tunc uti placerent, libẽter omnes ſponte minimeq́; coacti properabant. Cicer. Philipp. prima. De ſupplicationibus referebatur, quo genere Senatores deeſſe non ſolent.

ſcon-

Senatuſconſultum tribus modis fiebat, ſententia, uerbo, diſceßione. De quibus teſtatur Liuius X X X V I. Liuium Salinatorem, inquit, olim damnatum in Senatum uenire, & tondere, ſqualoremq́; ponere Cenſores iuſſerunt, ſed tum quoq; aut uerbo adſentiebatur, aut pedibus in ſententiam ibat, quos modos ſanè deprehendimus fuiſſe ignobilium Senatorum, præcipuorum uerò ſententiam dicere.

Pedibus in ſententiam ire

Pedibus ibant mouendo ſe in locum illius cuius ſententiam probabant. Vnde pedarij Senatores dicti ſunt.

Pedarij Senatores

Gellius uerò etymi cauſam dicit, quòd pedibus in Senatum irent, ad eorum differentiam qui curru uehebantur, in quo ſella erat, quòd curulem iam dignitatem obtinuiſſent. In ſententia uerò dicenda is ordo erat, ut ait Gellius, ante legem de Senatu habẽdo. Princeps Senatus primum à conſule rogabatur, deinde Coss. deſignati. deinde reliqui præcipuæ exiſtimationis. Cæſar conſul Catonem rogauit, dicentemq́; non placita in carcerem duci iußit, ſequenteq́; eum ſenatu pudore motus prohibuit. Quem uerò ordinem, ut ait Tranquillus in Cæſare, Calen. Ianua. Conſul ſeruaſſet, toto anno ſeruabant. Sententia inſuper ſi quando non tota placeret, diuidebatur. Cicero in epiſtola ad Lentulum. Poſtulatum ut ſententia Bibuli diuideretur. Pedianus in oratione pro Milone. Cum aliquis dixit quòd non probaretur, poſtulabant ut diuideretur, & de ſingulis referretur. Seneca in epiſtolis. Quod fieri in Senatu ſolet, iubeo illud diuidere, & ſententiam ſequor. Et hæc quidem de ſenatu.

Conſules

Conſules primi poſt exactos reges Luc. Iun. Brutus, & Luc. Tarquinius Collatinus quibus dati X I I. faſces ac totidem ſecures cum lictoribus, ita ut apud unũ tantum eſſent ne timor duplicaretur. Isq́; maior Conſul appellaretur. Valerius Publicola eis ſecures ademit, dum prouocandi poteſtatem à Conſulibus dedit. T. Largius Dictator reſtituit, ita tamen ut minime in caput Romani iniuſſu populi ualerent. Addita his ſella curulis, purpurea trabea, prætexta: quæ omnia ab Hetruſcis teſte Liuio accerſita ſunt. Plebes deinde per ſeditionem alterum de ſuis obtinuit. Alterum item Campani ſuperbi per Annium petierunt. Conſulem Campanum, quem Torquatus paulò minus quin è curiæ gradibus præcipitem deiecerit: Prima hæc poſt dictatorem poteſtas, Ciues in carcerem mittendi, non tamen necandi autoritatem habebat.

Proconſules

Proconſules autem (ut narratur in libris Digeſtorum) ſex lictores ac tantum in prouincia ius habuere, ingreßi urbis portas amittebant. Legatos & ipſi conſtituebant, qui accepta ab eis facultate adminiſtrabant.

Candidati

Candidati & honores petituri in campum ad Comitia deſcendebant, ubi in ſeptis ouilibusq́;, locis uidelicet eorũ ſimilitudine factis.

Comitia

Comitia cõſularia, calata, tributa, centuriata, curiata. Calata à calãdo, id eſt uocãdo per lictorem. Curiata tantum ex curijs ciuium, quæ X X X. fuerant, conſtabant. Centuriata frequentißima per Cornicinem ex cenſu & ætate accerſabantur. Tributa uerò ex omnibus regionibus urbis & tribubus. Accedebant prærogatiuæ iuniorum ſeu ueteranorum, hoc eſt ex omnibus qui militarent iuuenibus & ueteranis. Centuriæ ad ſuffragia deligebantur. Conſul uerò ſortiebatur quæ pro uno quoque candidato prærogatiua iuniorum prius ad ſuffragia mitteretur, quàm & præco citabat in montem citatorum dimiſſa. Claſſes uerò in centurias diſtributæ fuerant. Dabantur ſuffragia duobus modis. Primo, mos fuit ſententijs ab utraq; parte dictis. Deinde tabellis, ut dẽprehenditur in Cicerone legum I I. In ea, inquit, ſum ſententia qua te ſemper fuiſſe ſcio, nihil ut fuerit in ſuffragijs uoce utilius. Quis autem non ſentit, autoritatem optimatum tabellariam legem abſtuliſſe: quam populo libero nunquam deſiderauit, in oppreßis dominatio & potentia principum flagitauit. Quandoq; non in comitijs Conſules, ſed per interregem ad hoc factum legebãtur, ob cãdidatorum tumultum & arma. Liuius I I I I. Per interregem creati Coss. ac pronunciati, Luc. Val. & M. Horatius, acta res in Flaminijs pratis. Pompeium quoq; ſolum creatum Cos. per Sulpitiũ interregem legimus apud Plutarchum in Pompeio, Collegæq́; poteſtatem ei attributam fuiſſe. Candidati ueſte induti alba ſine toga, ut ait Plu. ne munera ad corruptionem abſconderent: ciues rogabant, prenſabantq́;, merita commemorabant. Naſica uir ſanctißimus bis candidatus repulſam habuit Cæ. Metellus ſemel in Conſulatu, qui poſtea Macedoniam patriæ ſubiecit. Cato quoque ſemel & Quin. Aelius Tubero uir ſtoicus in prætura ob menſas pellibus hœdinis Popu. Roma. paratas.

Cenſores

Cenſores primi L. Papyrius Mugillanus, & L. Sempronius Atratinus: anno urbis C C C X. per quinquennium ab initio facti: deinde ob eorum inſolentiam per Mamercum Aemylium dictatorem ad annum & ſex menſes redacti, ut autor Liuius I I I I. Alteroq́; defuncto ſe etiam alter magiſtratu abrogabat, totidemq́; fiebant. Cenſum agebant Ciuium Roma. luſtrumq́; condebant: quem prius Seruius Tullius inſtituit rem ſaluberrimam, ex quo belli paciſq́; munia, non uiritim, ut antè, ſed pro habitu pecuniarum fierent. Cenſu perfecto edixit, ut in campo Martio omnes ciues quiſque cum ſuis centurijs prima luce adeſſent: ibi inſtructum exercitum omnes, ſue, oue, tauriſq́; luſtrauit, idq́; conditum luſtrum appellatum, quia in cenſendo finis factus eſt. Milia L X X X. eo luſtro ciuium cenſa dicuntur. Bello I I. Pu. cenſa fuere ciuium capita C X X V I I. milia, & C V I I I. ex quo numero apparuit quantum hominum Pœnus abſtuliſſet. Liuius X X V I I. Idem lib. L I X. dicit ſub Q. Pompeio & Q. Metello Cenſ. ſtatim poſt I I I. bellum Pu. cenſa fuiſſe capita C C C X I X. milia, & D C C C X X X I I I. præter pupillos & uiduas, quo nunquam maior numerus. Præterea diſciplinam ordinum, morumúe curam habebant: Senatum legebant, ab eoq́; indignos amouebant. Quorum tanta ſeueritas fuit, ut oſcitantem paulò altius ciuem Ro. in publico ignominia adfecerint: & equiti Romano qui equũ ſtrigoſiorem haberet, ſe autem pinguẽ, mollius ut curaret equũ admonuerint. autor Gellius.

Prefec. urbi

De Præfecto urbi ſic ſcribitur in libris digeſtorum. Omnia crimina quæ per totam Italiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

liam admittebantur (ut in epiſtola diui Seueri ad Fabiū Cilonem cautū eſt) præſectura urbi ſibi uendicat. Initio uerò eius epiſtolæ, ſic ſcribitur: Quum urbem noſtram fidei tuæ cōmiſerimus, quicquid intra urbem admittitur ad Præfectū urbi uidetur pertinere. Sed & ſi quid intra centeſimum lapidem admiſſum ſit, Præfecti urbi ad cognitionem pertinet. Si ultra, Præfecti urbi notio non erit. Curā præterea habet tutorum, curatorū non proborū, ſed & nummulariorū, ut ab illicitis abſtineant. Macellū quoq; ac forum boarium, ſuarium, piſcarium, olitoriū curat, ut iuſto ueneant res precio.

Præf. annonæ

Præf. uigilum

Præfecti annonæ frumentū prouidere urbi habebāt, emereq; à ciuibus quod uictui ſupereſſet. Præfectos uigilū, ut ſcribitur in digeſtis, Auguſtus primū conſtituit ad incendia reprimenda, quod erat antea officium triumuirorū: nam cohortes opportunis urbis locis diſpoſuit, quibus Præfectos conſtituit, qui furum, incendiariorū, raptorum, receptatorū

Præfec. Præto.

crimina uindicabant. Præfectus prætorio, ut in eiſdē ſcribitur libris, erat apud Imperatorem, qualis magiſter equitū apud Dictatorem. Nam diſciplinæ publicæ præerat, à quo ex Cæſarum priuilegio prouocare non licebat: ſecundū poſt

Aediles plebei et Curules.

Imperatorem locū obtinebat. Aediles Plebei & Curules ſatis nomine ipſo diſtinguuntur. Hi ludos curabant, aquas, cloacas, publicaq; ædificia. Quicquid etiam rerū uitioſarum pro ſyncero, fractumq; pro integro ueniſſet, Aedilitio edicto redhiberi ſolet. Petitis per legatos & allatis Atticis legibus, ad eas proponendas X. uiri, inter quos Appius Claudius, & T. Genutius principes fuere, pro Conſulibus ſine ullis alijs magiſtratibus creati, à quibus non eſſet prouocatio: anno ab urbe condita CCCI. Hi deſcriptis legibus quum modeſte ſe geſſiſſent, in alterū quoq; annum eundem eſſe magiſtratum placuit. Quo tempore quum plura impotēter feciſſent, magiſtratum deponere nolentes in tertium annum detinuerunt, donec inuicto eorū imperio finem attulit Appij in Virginiam libido, ad quem ſumma rerū referebatur: quo facto Plebes incitata occupat Auentinū. Decemuiros ſe magiſtratu abdicare coëgit: ex quibus Appius & unus collegarum, qui præcipue pœnam mœrebantur in carcerem coniecti, cæteri in exiliū acti. Inſtante igitur Virginij accuſatione, & ex altera parte Claudiorum omnium deprecatione, Virginij lacrymæ iuſtiores uiſæ fuerūt. Itaq; antequàm dies

III. uiri capitales

adeſſet Appius ſibi necē conſciuit. Liuius lib. III. III. uiri capitales cauſas criminū capitalium cognoſcebāt. Ab initio duo fuerant. iam inde concreati ad iudicandū Horatium illum qui ſororem interfecerat rediens à uictoria Curatio-

III. uiri Coloniæ deducēdæ

rum. III. uiri coloniæ deducendæ, ad hos pertinebat, ut agros nouis deductis colonis diuiderent, urbes deſignarent, ædificare uolentibus areas partirentur, cōmodis regionibus ciuitatem diſtinguerent, legibus, magiſtratibus ſiſterent, &

III. uiri reip. conſtituendæ.

ad ſpem optimæ gubernationis rēpub. effingerēt. III. uiri reipubl. conſtituendæ. Hi fuere M. Antonius, Octauianus, &

II. uiri ſacrorum

M. Lepidus. II. uiri Sacrorū, ſacris libris legendis, carminibus Sibyllæ, fatiſq; populi interpretandis præerant, ut ſi quid in urbe portenti accidiſſet, lectiſternijs ad puluinaria deorum factis eorum minas aueruncarent, præterea templa

VII. uiri Epu.

dedicarent. VII. uiri Epulonum, genus erat Sacerdotij, additum Pontificibus, qui epularū conuiuiorumq; ſacrorum & pontificaliū cerimonias curarent. Quum magiſtratibus horis ueſpertinis in publicum conuenire fas non eſſet, ut habetur in libris Digeſtorū, creati V. uiri cis Tyberim, & totidem ultra, qui poßint pro magiſtratibus fungi. Erant &

V. uiri

V. uiri qui minuendis publicis ſumptibus iudicio Senatus cōſtituti erant. autor Cæcilius II. lib. epiſtolarū. Et item V. uiri

Pont. Max.

menſarij, de quibus poſtea dicam. Pontifex maximus ſupra omneis Pontifices, omniaq; ſacra erat, penes quem libri rituales, lintei, elephantiniq; erant, ubi annales ſcribebant.

Tantaq; pollebant autoritate, ut Metellus Cæcus Pont. Maxim. A. Poſthumium Cos. ad bellum properantem, quòd is flamen Martialis eſſet, nō ſit paſſus à ſacris recedere, ut Li-

Rex ſacrificulus

uius XIX. teſtatur. Rex ſacrificulus exactis regibus creari cœptus ad obeunda quædam ſacra ſolis regibus fieri conſueta, quod populus ægre ferebat diminutam propterea religionem, & numerum ſacrificiorū, Iu. Bruto, & M. Valerio

Flamines

Coss. Flamines Numa inſtituit, id eſt ſacerdotes, quaſi filamines, quòd lanam in capite quandam geſtarent, duos Marti, unum Quirino, & alium Ioui, qui flamen Dialis diceretur, omnibus ſuperiorem. Idem & Salios XII. Marti,

Salij

quòd ſaltando per urbem irent dictos. Mamurramq; uoca-

Ancylia

bant, fabrum uidelicet Ancyliū ad ſimilitudinem illius quod è cœlo delapſum fuit. Quæ inſtitutio diſcrepare non uidetur à modo ueteris legis. Dauid enim legimus ante arcam

Potitij Pinarij

fœderis ſaltando proceßiſſe. Potitij, & Pinarij, Herculis ſacerdotes ab Euandro inſtituti, quæ familiæ tunc nobiles ea loca tenebant, Potitij diutius remanſerunt, ſublati tandem utriq; ab Appio Claudio Cenſore his inſenſo familijs: ob id

Fœcialis Pater patratus

creditur, ira deorū luminibus orbatus. autor Liuius. Fœcialis ſacerdotium & Patris patrati idem ferè & in eiſdem rebus fuerat, in feriendo cum hoſte fœdere & bello indicen-

Modus fœcialium

do iam uſq; à tempore Tulli Hoſtilij. Forma autem fœderis feriendi huiuſcemodi à Liuio ponitur. Fœcialis, inquit, regem Tullū ita rogauit. Iubésne me rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubente rege: Sagmina, inquit, te rex poſco. Rex ait, pura tollito. Fœcialis graminis herbam puram attulit, poſtea regem ita rogat. Rex facis'ne tu me regium nunciū Populumq; Rom. Quiritum? Rex reſpondit, quod ſine fraude mea Quiritummúe fiat, facio. Fit ergo tunc fœdus, multiſq; id uerbis peragit. Legibus deinde recitatis. Audi, inquit, Iuppiter, audi pater patrate populi Albani: audi popule Albane, audi ut illa palàm prima poſtremáue ex illis tabulis ceráue recitata ſunt ſine dolo malo, utiq; ea hic hodie rectißime intellecta ſunt, illis legibus Popu. Roma. ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam, tantoq; magis ferito quanto magis potes pollesq;. Id ubi dixit porcum ſaxo ſilice percußit. Eodem modo pars altera per ſuos

Indicendi belli ratio.

ſacerdotes ſuumq; Dictatorem peragit. Cum autem bellum per Fœciales indicunt, hoc more utuntur: Fœcialis haſtam ferratam præuſtam aut ſanguineam ad fines eorū quibus bellum indicit, defert, nec minus puberibus tribus præſentibus hæc adijcit. Quod populi Priſcorum Latinorū, hominesúe priſci Latini aduerſus Popu. Rom. Quiritum fecerunt, deliqueruntq;, Populi Roma. bellum cum Latinis priſcis fiet: ob eam rem ego populuſq; Roma. populo Priſcorum Latinorum hominibuſq; Latinis bellum indico, facioq;. Id ubi dixit, haſtam in fines eorum mittit, ex quo bel-

Virgines Veſtales

lum eſſe intelligitur. Virgines Veſtales Numa inſtituit, quæ ſacra in Italiam per Aeneam adducta fuerunt. Virgilius. Sic ait, & manibus uittas ueſtamq; potentem Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem. Antiſtius Labeo ſcripſit: minorem quàm annis ſex, maiorem quàm X. natam negauerunt capi fas eſſe: præterea quæ ex ſeruis nata ſit, aut corpore ſenſuúe diminuto. Neque illa hæres cuiquàm inteſtato, neque inteſtatæ illi quiſquam eſt, ſed bona in publicum redigebantur. Carpento uehebantur, magiſtratuſq; illis adſurgebant, magnuſq; apud hos illarum reſpectus fuerat: ſi quando pro reis aut damnatis precabantur. Iul. Cæſar Trāquillo teſte, per Veſtales apud Sullam meruit ueniam impetrare. Ignem perpetuum ſeruabant, quæ autem per negligentiam extingui ſineret, flagris à Pontifice Max. cui ſuberant, cædebatur. In ſtupro deprehenſa uiua defodiebatur, eoq; die in urbe publici nihil fiebat. Nuper ſub radice Palatini e regione Coſmi & Damiani templi multa. Veſta-

lium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Cœlia lium monumenta reſoſſa:in quibus ſtatuæ olim fuerũt,ex his duo tantum ponam. Cœliæ Claudiæ V.V.maximæ ſanctiſſimæq́;,cui egregiam ſanctitatem, & in deos infatigabilem operationem meritis ſuis laudis æternam adhibita grauitate, numen quoq; Veſtæ comprobauit.Sacerdotes ſacri urbis,in dextro latere. Dedicata Calen. Mart. M. Iunio Max. II. & Velleio Aquilio Coss.curante Fla.Martiano & B. Fictore. V.V. Et in altera,Fla. Maniliæ V.V.Max.cuius egregiã ſanctimoniã & uenerabilem morũ diſciplinam, in deosq́; perui gilem adminiſtrationẽ,Senatus laudando cõprobauit: Aemy lius Rufinus frater, & Flauij Siluinus & Irenæus ſororis filij ob eximiã eius erga ſe pietatem præſtantiamq́;,in latere dextro.Collocata XII. Cal. April. C.Veraio Attico, & A. Aſinio Prætextato Coss. Augurum diſciplinam ab Actio Nauio,ubi de eo diximus,proceſsiſſe narraui: unde collegiũ inſtitutũ,cui tanta fuit autoritas,ut nihil magni in rep.fieret inaugurato,inauſpicatóue.Reges, Conſules, aut Dictatores qui uitio creati per augures cenſebantur, redeuntes retractabantur:in monte conſiſtebat augur,manum ſupra caput eius qui inaugurabatur tenebat,cum lituo in altera manu, id eſt,recuruo baculo,ſeptentrionem à ſiniſtra, meridiemq́; à dextra ſtatuẽs,oculis regionem præfiniebat, uerbaq́; quædã ad Iouem dicebat,atq; ita inauguratus diſcedebat.

Manilia — Augures — Lituus

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM
VRBANORVM
LIB. XXX.

DE PRINCIPE PRAECEPTA NOBILIVM AVTORVM.

Dionis præcepta de Principe

QVANDO autem princeps cõmuni ſocietati,bonoq́; diuinitus datur,de hoc item ac ijs quæ ad eum pertinẽt, dicam.Dion qui Romanã ſcripſit hiſtoriam, ponit Auguſtũ quandoq; de reſtituenda rep.cogitantem, ad conſilium Agrippã & Mecœnatem adhibuiſſe.Igitur alteri tuendi imperij,alteri Mecœnati dimittendi uitæq́; priuatæ partes tradit,magnis utrinq; rationib. Scripſit etiam ſeparatim de Regno tris libros. In his primũ præceptum Regi, ut deos colat atq; ueneretur: quos ſi quis impune præterire poſſe putat, is eos aut prauos aut ſtultos opinatur. Deinde homines curet atq; amet,ſi & ipſe redamari cupit.Nam ueriſimile non eſt nec natura patitur, diligentem non diligi,cũ uideamus canes equosq́;,magiſtros, curatoresq́; ſuos circunludere, eisq́; blandiri. Poſt hæc labores amplectatur, ſpernatq́; uoluptatem, quæ inter cætera mala poſsidentẽ ſe non diu perfrui ſinit.At labor diutius laborantem ſuſtinet atq; adiuuat. Milites cõmilitones appellet, hominumq́; ſe magis patrem & paſtorem quàm Dominũ uocet. Domini appellationem non ſolũ inter liberos, ſed etiã inter ſeruos fugiendam cenſeat. Seſe magis multitudinis naturæ quàm ſuæ accommodet. Præterea liberalitate præditus exiſtat,nec uereatur benigne faciendo ſibi defuturũ aliquid: cũ ea ſit conditio donantis,ut magis gaudeat quàm qui accipit. Præter omnia ſit ueritatis ac ſimplicitatis amicus,eamq́; uti regiam uirtutem conſectetur. Aſtutiã uerò ac fraudẽ uti ſeruilia putet. Nã uilia animalia ea potiſsimè ſunt quæ inſidiantur. Laborantiũ circa ſe hominum præſertim militũ rationẽ habeat. Ad bellũ omni tẽpore paratus exiſtat. Sic enim ipſius in ſua magis fuerit poteſtate. PLATO in Critone regnũ probat unũ totius orbis,ad Dei ſimilitudinem,ita tamẽ ut in alijs locis dicat : Senatus autoritas ad conſilium adhibeatur. Ratio,quoniam nulla eſſent bella,nulli tumultus,dum unus omnium potiretur. Debet & paſtoris modo præeſſe. Sicuti apud Homerũ ſcribitur,qui uocat Agamennonem ποιμένα λαῶν, id eſt,paſtorẽ populorũ. Nam & mitẽ & ferè æqualem ciuibus ſe præbere debet,tantũ iuſtitia ac prudẽtia ſuperiorem. Quod ſi quis reperitur huiuſmodi, etiam ſi priuatus ſit,à Deo eſt rex cõſtitutus. Nã non populus cauſa gubernatoris,ſed contrà gubernator cauſa populi ſit. Præterea uti bonus muſicus debet in rep.ciues inſtituere, ut inter modeſtiam,fortitudinemq́;,quandam ſeruẽt mediocritatem, ueluti acuti grauisq́; nerui concentũ ſimul cõmixtum ac cõtemperatum:ut ne per nimiã modeſtiã imbelles adeo reddãtur, ut quũ opus fuerit patriã uiribus & audacia nõ poſsint defendere,& ne rurſus adeo audaces, ut pacis ſtatum ferocitate perturbẽt. Ariſtoteles in Politicis etiã ex omni rep. Monarchiã probare uidetur,adhibito Senatu. Hæc ego cũ alio in loco dixerim hîc repetere ſuperſedebo. Iſocrates orator uitã priuatam ac principis duabus orationibus elegãter expreſsit,ad Demonicũ & Nicoclem regem. Ex hac ultima huiuſmodi ſunt uerba cõuerſa. Amicos tibi delige,nõ omnis, ſed nec cũ quibus uoluptaria,ſed optima regni perficias. Tales præpone negotijs quæ ipſe non cognoſcis, ut pro eis quæ illi gerunt ſis redditurus rationem. Fidos puta nõ eos qui tibi blandiuntur,ſed qui caſtigant. Da ſapientibus loquendi libertatem,de his quæ ipſe ignoras. Diſcrimen habe eorũ qui tibi cum beneuolentia obtẽperant, plus quàm qui cũ adulatione,ne plus improbi à te ferant quàm boni. Ama eos homines non qui in publico cum timore obtẽperant tibi, ſed qui priuatim ſecũ tuum magis animũ quàm fortunam admirantur. Sis exẽplo modeſtiæ cæteris. Nam τὸ δὲ πολέως ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι, id eſt,principibus ſimilis eſt mos ciuitatis. Quam Plato ſententiam expreſsit. Tales ſolent eſſe ciues,quales in repub.principes. Hos imitatus epigrãmatiſta. Et domini mores Cæſarianus habet. Proſequitur Iſocrates. Pluris exiſtima bonam famam præ multis diuitijs. Simile & huic Salomonicũ: Melius nomen bonũ,quàm diuitiæ multæ. Salluſt.uerò non longè ab his. Diuitiarum & formæ gloria fluxa atq; fragilis eſt, Virtus clara æternaq́; habetur. Proſequitur etiam Iſocrates: Quæ dicis aut recipis te facturum, tanquàm rem ſacram obſerua. Amicos tibi beneuolentia ac liberalitate para. Inimicos animi magnitudine ſubige. ἡγεμὼν ἔσο ἡδονῶν οὐκ ἀγόμενος ὑπ' αὐτῶν. id eſt, Ducas,non ducaris à uoluptatibus. Ex omni repub.meliora ad imitandũ tibi delige. Nihil iratus facias. Peccata citra merita plecte.

Ariſtoteles — Iſocrates

Xenophon. Sunt qui putẽt principem ſumptibus: & uictu & lautitia præſtare oportere: Ego potius eum & prudẽtia & diligentia laboreq́; cæteros antecellere debere exiſtimo. Idem: Præſtat regem gratiarũ quàm trophæorũ hæreditatem relinquere. Diotimus: Tria regi oportet eſſe, Religionem,iudicium,& exercitũ. Primum ad ſe probandũ. Secundum ad ſuos continendos. Tertium ad hoſtes propulſandos. Homerus duo præcipua tribuit Agamemnoni, hoc eſt, ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. Geſsit utrũq;,bonus rex,idẽ & in agmine fortis. Quod carmen Alexander Macedo ſemper commemorare ſolebat.

Xenophon — Diotimus

Thales: Principis felicitas,ut ſenex ſecundũ naturã in ſuo lectulo moriatur. Anacharſis: Si ſapiẽs fuerit. Cleobolus: Si nihil his qui proximi ſunt,credat. Chilo: Si non curauerit timeri. Pyttacus: Si ita ſubditos diſponat,ut timeãt non ipſum, ſed quæ ſunt ex ipſo. Socrates : Si ſibi ipſi prius ſciat imperare. Solon: Si Monarchiam democratiæ proximam ciuibus reddat. Demetrius Phalereus hortari ſolebat Ptolemæũ Philadelphũ,ut libros plures de regno cõſcriptos perlegeret,quòd in ipſis plura reperiret, quorum amici reges uererentur

VII. Sapientum dicta de Principe — Demetrius Phalereus

uereren

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uererentur admonere. Cæſar quoq; Auguſtus, huic ſimile teſte Tranquillo excogitauit. Ex omnibus enim autoribus utriuſq; linguæ tantũ ea quæ ad remp. adminiſtrandã pertinerent excerpere ſolebat. EGO VERO tot ſapientiũ dictis, quæ & ipſe ſentio, quæq; ex uſu uidi, adijcere non uereor. Duas maximè res in his qui præſunt cæteris eſſe oportet, bonitatem, & doctrinam: prima præſtat, tantæq; uirtutis erit, ut ſi per ſe non ſapit, uiros adhibeat ſapiẽtes. Huiuſmodi fuit Alexander Imper. qui quanquàm puer iuriſcõſultos & matrem prudẽtiſſimam rebus præfecit: præter ea tot ſancti Principes in noſtro dogmate, alioqui idiotæ, reipubl. utiliter præfuere, ut Hẽricus, Stephanus, Ladislaus, Leopoldus, alij innumerabiles. Ipſa quoq; citra bonitatem doctrina nõ nihil etiã proderit, magnumq; in augẽdo auxiliũ ſuppeditabit. In hoc genere extiterunt, Cæſar ipſe & Claudius princeps, quorũ alter quanquã tyrannus, alter uerò ignauus, præter hiſtorias ab ſe ſcriptas, utilia multa edidere, ac publica monumenta. Hadrianus item, & Dionyſius Syracuſanus. Inter Pontifices autem, Bonifacius VIII. uir doctus, alioqui ſeditioſiſſimus, multa & præclara ab ſe geſta reliquit. Sixtus IIII. Theologia munitus quamuis bellis continuo inutilis orbem uexauerit, tot tamen pia tẽpla reſtituit, totq; ad hominum uſum faciẽtia geſſit. His uerò qui utrunq; præſtant, nihil in rebus humanis perfectius optatur, ut Auguſtus fuit & Titus & M. Antoninus & Iuſtinianus. Inter Pontifices, Damaſus, Gregorius, alijq; plurimi. Qui autem neutrum retinent, hi omnino poſtremiſſimi hominum. Ex his Sylla crudelis legitur fuiſſe, quem unum Cæſar admirari ſolebat principem reipubl. ſine literis extitiſſe. Deinde Nero, Caligula, Heliogabalus, Commodus. Et quando utrunq; ſeculum connectimus, apud nos Paulus II. Innocentius VIII. Alexander VI. à quibus in ſuas cupiditates complura erogata, nullum ad uſum reipubl. Chriſtianæ publicum extat monumentum. Hæc quidem commemoraſſe non ab re fuerit, ut hi qui quoquo modo præſidentes hominibus deligunt, ſciant quantum piaculi admittant, quantumúe extremo iudicio ſint obnoxij, ſi libidini potius quàm conſcientiæ ſeruierint, quum non unum hominem, ſed innumerabiles quandoq; populos ſimul cum re Chriſtiana præcipitent.

DE TYRANNIDE EX XENOPHONTE.

DEINCEPS de Tyrãnide, quæ eſt exceſſus legitimæ Monarchiæ. Ad hunc igitur locũ uiſum eſt mihi Xenophontis libellũ de Tyrãnide ex Græco breuiter opitomare, ubi tota Tyranni uita conſpiciatur. Simonides poëta uenit ad Hieronem Siciliæ Tyrannũ, quem nactus otioſum, his aggreditur uerbis: Dic quæſo Hiero, Tyrãnus an plus cæteris gaudeat in his quæ ſenſum attingunt. Negat ille, dicens magis dolere, minusq; gaudere his, qui uitã ducant mediocrem. Tunc Simonides incredibile, ait, ſi ſic res habeat: quonã modo multi hoc adſectant & extollũt? Tunc Hiero utriuſq; uitæ inexperientiã accuſat, infertq; quod tantũ extrinſecus tyranni putentur beati. Nam quod ad uiſum pertinet, nos ob ſuſpicionem & metum ſpectaculis multis & celebritatibus priuamur, ad quæ uos acceditis ſecuri. Et quanquã pauca ex multis quãdoq; domi uidemus, ea quidem cara, magnoq; à nobis empta ſunt, Simonides. Si in ſpectaculis damnũ facitis, at auribus oblectamini, ſemper ueſtras cõtinuo laudes, nullumq; contumeliæ uerbũ audiendo. Nemo enim tyrannũ coràm accuſat. Hiero. Ecquid putas nõ audiẽdo male, propterea lætari, quando quis manifeſte uideat quod tacentes malè ſentiant? Laudes uerò ſi quæ proferũtur, ex adulatione prouenire? Deinde Simonides. At in hoc priuatis ſuperiores eſtis, quòd epulis lautioribus gaudetis. Nec hoc quidẽ, Hiero ait, quando ſatietas ocyus ex ciborum ſuperfluitate irrepat, adeò ut faſtiditi quãdoq; priuatorũ exoptent frugalitatẽ & famem. Multoq; magis proximi & circa nos adſtãtes ſecuri ex hac lautitia gaudẽt. At in uenere, inquit Simonides. Huius etiã in uita uoluptate priuamur, Hiero ait, quòd amore (quo ſine nihil eſt delectabile) minimũ capiamur. Non enim amor in paratis ſed magis ſperatis uerſatur uoluptatatibus, haud aliter quàm ſi quis ſine ſiti bibat, ſic ille uoluptate quidem fruitur ſine uoluptate. Tunc Simonides: Illa ſaltem quæ cogitatis celerius adſequimini, quæ multa ſunt & uaria, præſtantis equos, arma pulcherrima, ornatus mulierũ, domos magnificas, præterea poſſe amicos facile iuuare, inimicis uerò officere. Ad hoc Hiero: multa quidem à nobis poſſidentur, quæ admirabilia & aſpectu pulchra uidentur: attamen noſtris animis grauia, per quæ felicitas longè ab hominibus abeſt. Præterea pace ſummo hominis bono carent, ac bello ſummo item malo abundant. Priuatis enim per pacis fœdera bellũ deſinit, At Tyrannis nunquam. Nulla enim pax inter eum & ſubditos interuenit, non fœdera quibus confidere poſſint. Et paulò pòſt ſubdit, quòd firmiores ſunt priuatorũ amicitiæ ac beneuolẽtiæ inter ſe, & maiore charitate neceſſitudines ſeruant quàm Tyranni, quorum plerosq; uideas filios necantes, aut fratres inter ſe de regno decertãtes, nullis legibus aut fœdere aut humana ratione teneri. Quin fide, maximo inter mortales bono, priuantur, cum minima ſit omnibus ſub eis degentibus: quippe qui neq; potui neq; cibis etiam prægustatis confidere ſatis queunt. Cumq; leges alibi cædem prohibeãt, contaminatisq; ea propinquare ac congredi: Tyrannos tantũ qui interficiunt, non ſolũ non expelluntur, ſed magis honorantur, & in ſacris etiã locis ac templis ciuitatũ, eorum imagines collocantur. Neq; quòd paulò antè dixeras adſentior, uidelicet omnia citius à Tyrãnis perfici. Nam & priuatus aut agrũ aut ſeruũ aut his ſimile optabit: Tyrannus autẽ ciuitatem aut regionem uel arcem munitiſſimam, quæ difficilia ſunt obtentu. Sed & pauperes priuatos pauciores adſpicias quàm tyrãnos, ſi nõ ad numerũ diuitias, ſed ad uſum & indigentiã iudicamus. Nã ſi plura quàm indigeas habeas, multa poſſides: ſi uerò pauciora, parum. Tyrannus enim quanquàm multa poſſidet, minus tamen ei ſufficiunt quàm neceſſarij ſumptus priuato. Cui etiam de quotidianis impenſis remittere aliquid interdum licebit. Tyranno autem nequaquàm ſine periculo. Deinde quid opus miſereri eorum ut pauperum, qui poſſunt ex honeſte partis tantum * uiuere, & ea facile habere, quorum indiget uſus? Qui uerò ob egeſtatem coguntur aliquid turpe committere, quomodo nõ hos miſeros & uere pauperes putabis? Hi tyrãni ſunt, qui omnia coguntur expilare & capere ob neceſſarios & maximos ſumptus, ſemper pecuniam quæritantes. Neceſſe quippe habẽt erogare in cuſtodias, aliaq; his ſimilia pro tuenda dominatione; uitandisq; periculis. Graue etiam illud, quòd uiros bonos quos amare cuperent, timere neceſſe eſt: fortes ne quid audeant, libertatis gratia, prudentes nequid aduerſus machinentur, iuſtos ne cupiant ab illis populi gubernari. Denique tantum improbis in uita tyrannus diligitur, qui per eius mortem ſcelerum ſub eo perpetratorum pœnas ſe daturos timent. At honores, inquit Simonides, qui maximè hominis ſunt, & deorum, uos retinent. Nec hoc quidem Hiero ait. Cum hi maximè honores oblectent, qui ex amore gratiaq; non ex metu procedant, ſicuti ſuprà de uoluptate Venereq; dixi. Quid quæſo, Simonides inquit, in his ſponte perſiſtitis malis, neque tyrannidem relinquitis? Et miſerum præter omnia, Hiero ait. Cum ſoli tyranno nec tenere rem malam: nec dimittere conducit. Quomodo enim tot cædes, rapinas, exilia, totq; facinora compenſare

Simonides & Hiero

Qui tyranni

penſare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

pen∫are aut per∫oluere priuatus ∫ine periculo po∫∫et? Et
Plato hæc quidem Xenophon. Plato in IX. de rep. Tyranni ui-
uunt tanquàm uinculis quibu∫dam deuincti formidinum o-
mnium & armorum, ∫olis'que in ciuitate minimum datur
egredi, aut peregrinari, aut quicquàm eorum quæ alij li-
beri ∫olent. Domi præterea totos dies more fœminarum re-
Phalaris ∫ident, uerentes ciuium inuidiam. Phalaris in epi∫tolis.
Veniam quidem do tibi monitionum, quippe qui tyrannus
nunquàm fui∫ti, tyranno con∫ulis ponere tyrannidem, ne-
∫cius quòd tenere imperium ∫ecurius e∫t quàm ponere. Si
uerò alterutrum ∫it optandum, malim ego me ∫ub tyran-
no quàm tyrannum e∫∫e, quòd unum tantum timerem, à
cæteris malis omnibus liber. Tyrannus autem metuit tam
Demo∫thenes externorum in∫idias, quàm eorum per quos ∫eruatur.
Demo∫the. Οἶμαι, ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννὶς ἄπιστος,
καὶ ὁ βασιλεὺς ἢ τύραννος ἅπας ἐχθρὸς ἐλευθερίᾳ καὶ
νόμοις ἐν αὐτῷ. Puto enim tyrannidem in∫idam e∫∫e rebus
publicis, omnemq́; regem aut tyrannum inimicum per ∫e
Ari∫tippus libertati ac legibus exi∫tere. Ari∫tippus ait regem à ty-
Diony∫ius ranno di∫tare, ut libertatem à ∫eruitute. Huic cum Dio-
ny∫ius dixi∫∫et, nihil ex eius philo∫ophia iuuari, nihil'que
utilitatis ferre: Vera inquit, loqueris. Si enim te iuui∫∫em,
Antigonus tyrannidem iam diu po∫ui∫∫es. Antigonus ad Vetulam à
qua beatus dicebatur ait. Si ∫cires ∫ub hac ue∫te quam fe-
ro quot lateant mala, nunquàm eam in cœno iacentem
Pto. Philadel. tolleres. Pto. Philadel. dicebat, cum tyrannus multa fe-
rat incommoda, tum illud præcipuum, quòd cogitur eos,
qui minime nocuerunt, utilitatis gratia quandoque inter-
ficere. Ari∫tot. in Politicis nullam ait tyrannidem annos
centum exce∫∫i∫∫e.

DE HIS QVI CONTRA TYRANNOS CONIVRANT.

Philo∫ophi PHilo∫ophi plures patrias tum ∫uas tum alienas liberare
à tyrannis tentauerunt. Quod nequaquàm laudi tri-
buendum, ut qui ∫pecie uirtutis ∫uam potius gloriam quàm
populorum commoda quæ∫iuerint. Ego Philo∫ophorum in
primis putauerim in otio & quiete, doctrina populos
potius iuuare, & ad uindicandum in libertatem ani-
mos magis quàm corpora admonere. Nam ∫i tam uetera
quàm noua repetere uoluerimus, inueniemus male plerun-
Plato que huiu∫cemodi uiris eueni∫∫e. Plato in Siciliam ∫tudio eam
liberandi profectus, infelicem habuit exitum, dum uix ip∫e in-
Zeno columis eua∫it. Zeno Eleates Nearchi My∫ij tyrannidem
euertere tẽtans, depren∫us, dum uarijs ∫upplicijs torqueretur,
∫ocios coniurationis minime prodidit, ∫ed eos qui tyranno
erant fidi∫∫imi calumniatus, ut illi morte damnerentur effecit.
Dion Dion item in Diony∫ium coniurando po∫tremo & ip∫e pe-
Python rijt. Ab eodem quoque Python exul Rheginus benigne exce-
ptus, cum Rheginis con∫ilia per literas manife∫taret, di-
Apollonius Tyaneus ro ∫upplicio ab∫umptus e∫t. Apollonius quoque Tyaneus
à Domitiano, contra quem cum Nerua coniurauerat, in
Gallus compedes coniectus. Gallus & Lucanus poëtæ ob eandem di
Lucanus uer∫o tempore cau∫am periere. Deniq; hi qui Cæ∫arem in-
Interfectores Cæ∫aris ter∫ecerunt, quanquam uoti compotes, nõ toto uertente an-
no cuncti (te∫te Tranquillo) extincti ∫unt. Hoc uerò ∫eculo ut in
hi∫toria ∫uprà o∫tentimus, quãmultas talium infelicitates con-
∫peximus. Feliciter tamen res hæc nonnullis, auxilio patriæ,
ciuiumq́; ∫ucce∫∫it, ut Armodio & Ari∫togitoni Hippia ex
Athenis ∫ublato. Sic demum Saturninus, Gracchi, Flaccus, in-
terfecti: quod Sylla metuens, ut ∫ecurius (∫icut ip∫e dicebat) dor
miret, unus omnino e∫t au∫us adreptam ∫emel tyrannidem po-
nere, dictatura ∫e abdicando: quibus profecto exemplis diuina
illa præcepta magis ac magis audire admonemur. Dominis
non tantum bonis, ∫ed etiam dy∫colis Chri∫ti cau∫a e∫∫e ob-
temperandum. Seruis fieri liberos minime curandum, deniq;
Cæ∫ari quæ ∫unt Cæ∫aris reddenda.

DE RE MILITARI. ET PRIMVM DE OFFICIO DVCIS EX XENOPHONTE.

EXenophontis libello Ἱππαρχικῷ, id e∫t, de officio magi Officium ducis
∫tri equitũ. Ante omnia Deos orare oportet, uti nobis ea
dicere ac facere tribuant, quæ & nobis & amicis tum patriæ
∫aluti, ac gloriæ ∫int. Po∫t hæc equites recen∫ere. Quod ni∫i ∫e-
dulo faciamus, ∫æpe numerus intercidit aut ∫enio, aut alia de
cau∫a. Deinde equos prouidere uti boni ∫int ac laboris patien-
tes, neu ∫trigo∫i, neu calcitrones, qui inter alios inutiles ∫unt,
quod ∫æpe cũ res agi oportet turmas di∫∫ipat, ordinesq́; rũ-
pit, equitem quoq; bonum inuutilẽ reddit. Neu ince∫∫u tardus,
ob hoc firmos habeat pedes. Eius indicium, cum alij alia, ego
id o∫tendam, uti egre∫∫us præ∫epe in uiã lapidibus cumulatam
de indu∫tria ducatur, in ea neq; con∫i∫tere neq; quie∫cere po-
terit. Tum alterum ∫ignum, ut pedes habeat oblonga rotundi-
tate figuratos. Po∫t equos equites in∫piciendi ∫unt, uti boni con
∫cribantur, corporis uiribus ac facultatibus idonei, naturaq́; di
cto audientes, quo ∫ine nihil præclarum geri pote∫t. Præterea
pacis tempore exercenda iuuentus ac docenda, uti in equum
quàm apti∫∫ime ac uelociter in∫iliat, quod magnũ præ∫tat bel-
lo adiumentum. Deinde in equum in locis ∫alebro∫is & aditu
difficilibus ire ad∫ue∫cat. Ip∫e eques ∫imulacra belli flectendo
& reflectendo excitet, nunc pro∫equendo, nunc ∫e recipiendo,
nunc in orbem ∫imul con∫i∫tendo, ∫icut in celebritatibus deorũ
ac Theatris. Iaculum ex equo quã longe iacere cõ∫ue∫cat. De-
niq; ∫eq́; ac equum armis idoneis contegat. Populus enim A-
then. XL. talenta quotannis erogat, uti paratos habeat equites,
quando u∫us aut nece∫∫itas ingruit. Ip∫i propter hoc iu∫ta exer
citatione uacare non debent. Tempore belli oportebit magi-
∫trum equitum in itinere prouidere, ut exercitus moderatum
faciat iter: tũ loca equis oportuna capere, curandiq́; corpora,
militibus ∫patium dare. Si quando loca adire angu∫ta contige-
rit, exercitum in cornua di∫ponere: ∫ic tutius ibit: cũ largior
∫e uia præbebit frontes dilatare. Cum uerò in campum aper-
tumq́; locum peruenitur, in phalanges exercitum in∫truere. Si
uerò ∫u∫pecta itinera locaq́; difficilia declinanda, quoad fieri
pote∫t in aliam ∫emitam & in partes cohortesq́; procedere.
Cuiq; autem cohorti mini∫tros ad∫ignare, ne ∫i forte u∫us aut
nece∫∫itas rei militaris uenerit, equitatus di∫∫ipetur aut ab∫ce-
dat. Præterea ultimi qui ∫equuntur ∫emper expectandi, ne ip∫i
occa∫ione con∫equendi magi∫trum equitũ nimio labore equos
adficiant ac conterant. Occultos præter omnia exploratores
habere, qui omnia referant, tum etiam cu∫todias. Ip∫um magi-
∫trum equitum peritũ regionis e∫∫e oportebit, quòd pacis aut
induciarũ tempore facere poterit. Valde enim refert, ip∫e ne,
an per alios iter faciat. Quod ignorauerit, à mercatoribus ex
proximis ciuitatibus exploratores capiat. Nam huiu∫cemodi
genus fidele ob ∫pem lucri aduenitẽtium fuerit. Nec tamen ita
fidat quãuis amicis, ut agmen propterea non iubeat intentum
ac paratum procedere, ac ∫i præ∫entem ho∫tem haberet. Nam
multa po∫∫unt accidere præter ∫pem in bello, quæ ∫ubito indi-
geant auxilio, interdum dimicatione. In di∫ce∫∫u utilius fuerit
per denuntiationem principum exercitus, & illorum ad ∫ub-
ditos moneri, quàm per præconem, ne ho∫ti con∫ilia pateant.
Præter autem omnia illud præcipiendum, ut inuigilemus in-
∫idijs, ∫iqua ho∫tem uia aggredi, aut o∫citantem aut impruden-
tem, aut ∫ine ordine ac cura profici∫centem. Nam his artibus
∫æpe animalia rationis expertia, maiora ∫e petũt ac conficiũt:
ut mu∫tella & miluus cortales aues, & lupus ingẽtes tauros

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ac armenta, cum ante prouiderint quà ſeſe tuto recipiant, tutoq; aggrediantur. Optimum item fuerit conſilium, partem ſemper hoſtium debiliorem aggredi, quamuis longe ſepoſitam: præſtat enim maiorem aliquantulo ſubire laborem, quàm cum fortioribus maiore periculo pugnare. Nunquam enim cum potentiore agmine aut hoſte congrediendum. Oportebit enim ſimulatione interdum uti, hoſtemq; uana ſpecie deludere: uidelicet cum pauci ſunt uideri plures, cum plures rurſus uideri paucos. Item cum diſcedimus uideri præſentes. Præſentes autem cum ſimus, uideri abſentes. Denique cum maxime debiles ſumus, metũ incutere hoſti. Cum uerò potentiores, metum ſimulare. Quæ omnia intento ac diligenti magiſtro facilia factu erunt.

Vt pauci plures uideantur
Vt plures pauci

Primo nanq; ut pauci plures uideantur, confertim eſt ambulandum ac procul ab hoſte, ſic enim puluerem maiorem excitabunt. Præterea cum haſtis longis aut ſimilibus haſtis in manibus: peditum uerò turbam pedibus colludere, ex motus enim uarietate res maior apparebit: tum iumentis alijsq; huiuſcemodi ſimul ingredi. Vt uerò plures pauci uideantur: Si uiarum receſſus & obtorta fuerint, partem exercitus in his occultare. In campis uerò apertis ſparſim ac palantes incedere, utilius & lanceis uti rectis ac breuibus. Præliaturi ſeſe ad curſum & labores exerceant, ut poſſint militibus neceſſaria ſuppeditare, foſſas tranſilire, muros tranſcendere, flumina tranare diſcant, tanto excellentius, quantum peritus ab imperito, ac uidens à cæco differt. Id autem cauendum ne equis ad curſum aut prædam utantur ſaginatis aut ſaturis, ne labore abſumantur. Magiſter equitum ephippijs & habenis ad uſum equorum abundabit: parua quidem impenſa facultatem opemq; præbens militibus indigentibus opportunam. In congreſſu uerò hoſtium adhuc illud moneo (Sunt enim quidam qui cõtra eos quos inferiores uiribus putant, cum mediocri conatu & imbelli turba occurrendum arbitrãtur. Ex quo illud quod inferre cogitant, ſæpe ipſi reportant. Rurſus uerò contra eos quos putant ſuperiores, toto conatu atque omni exercitu procedunt. At ego contra iudico) Aduerſus illos qui inferiores putantur eundẽ omni ui ac conatu, neq; enim quenquam pœnitet nimis feciſſe cum uincit. Item aduerſus illos qui ſuperiores exiſtimantur cũ paucis atq; melioribus congrediendum. Nam pauci melius proſequentur & diligentiores erunt. Et ſi quid accidat, melius ac celerius ſe recipient. Non enim dico quòd pauci ſint ideo laborioſiores & celeriores, ſed quòd facilius fuerit paucos reperire quàm multos, qui curent equos ut oportet, ac ſeipſos ſolertes ad equitandum præbeant. In magna uerò multitudine magna confuſio. Siquid accidat, alter alterum trudit, difficilius ſe recipiũt, ac alius quidem ex equo male ephippiato corruit, alius ob equi tarditatem nõ ſubſequitur, alius item ob loci iniquitatem peribit. Adde quòd non multi ſunt, qui terrorem incutiunt in bello, ſed tantum ſtrenui. Si autem cum paribus congrediendum, exiſtimauerim non inutile ut ex cuſtodijs duæ acies fiant, & alteri Tribunus præſit, alteri is qui poſt eũ magis ſtrenuus uideatur. Hi cum tribuno exercitus caudã ſequatur, & cũ hoſtis propinquet ſtatim primus prouolet. Sic enim ex inſperato ruens perterrefaciet hoſtem: ſi pedites utriq; habuerint, ij occultẽtur poſt equites, ſimul ipſi ex inſperato unà corruent. Videntur enim mihi longe maiora ea uideri ſiue bona ſiue mala, quæ inexpectata ueniũt. Ex quo quis conſiderare poteſt, quòd qui in ſedibus ſuis inuaduntur quamuis plures numero ſint, magis pertimeſcunt. Meliores enim partes ſicuti actoris ſunt quàm rei, ſic præmeditati quã impræmeditati, & inuadentis quàm inuaſi. Pugnantes etiam inter ſe hoſtes primis quidem diebus timidiores ſunt, procedente tẽpore nequaquàm. Illud præterea difficillimum reperire equites fortes ac utiles ad decertandum. Signa uerò ſunt, ſi pulchrum aliquid, aut fortis uiri geſtum, & cum laude coniunctum audire geſtiant, ac dicto audientes ſint: ij enim perferre ac tolerare facile poterunt, quæ cognoſcunt. Præterea ſi celeriter quis perſequatur inimicos, aut celeriter ſe recipiat, maxime hoſtẽ infeſtat, & ipſe tutus erit. Tum ſi ex ordinibus aliquos ſibi ſumpſerit, & de improuiſo excurrat, ac eos qui ſe recipiant inuadat. Hæc & his ſimilia oportebit ſæpe & legere & ſcribere. Tum meditari ſi quid accidere poſſit, quod nõ eſt aliud quàm futura præuidere. Maximam enim commẽtationem arbitror, ut quæ quis eſſe utilia nouit, cogitet quonam modo ea exequi poſſit. Recte enim cogitata neq; in agricultura, neq; in re nauali, neq; in imperio aliquid proderunt, niſi meditemur, quomodo ea perficiamus. Equitatus mille equitum congruens numerus & facilis ordinari, & inter ſe concordiam habet. Ex peregrinis uerò totum aut ex parte cõſtare maxime probatur. Peditatus his utilis magnopere qui adſiſtat. Hæc igitur (ut in exordio dixi) Deo iuuante ac fauente fieri debent, nec mirum ſi id ſæpe repeto. Quoniam adire periculum extra bellum haud mirandum ſanè. Sed in bello ubi hoſtium uerſantur inſidiæ, quæ occultæ hominibus ſunt, dijs autem manifeſtæ, is maxime potietur, qui ab his potiſſimum diligetur, aut per ſacrificia, aut omina ſiue ſomnia. Et hæc quidem Xenophon.

DICTA DVCVM.

Agesilaus

NVnc dicta Ducum quorundam ſubijciã. Ageſilaus dicebat oportere ducem habere tria: erga quidem inimicos audaciam, erga ſubditos beneuolentiam, erga temporũ opportunitates rationem.

Epaminondas

Epaminondas uidens pulchrum exercitum ſine duce, uideo, inquit, pulchrã beſtiã ſine capite.

Philippus

Philippus ſolebat dicere ſe malle exercitum ceruorum cui præeſſet leo, quàm leonum, cui præeſſet ceruus.

Iphicrates

Iphicrates belli dux cum in ſociorum regione contra hoſtes uallum firmaret, foſſamq; faceret, cuidam dicenti quaſi hæc ſuperuacanea quid timemus: reſpondit, turpe eſſe ducem (ſi quid accideret) dicere, non putaueram: quod dictum Cicero Scipioni Africano tribuit.

Annibal

Annibal pollicenti cuidam philoſopho de arte militari docere, cum nunquam fuerit in acie, non opus inquit, exercitu ſine tuba. Cicero Phormionem hunc fuiſſe ait, qui coram Annibale auſus eſt de re militari diſputare. At ille interrogatus quid de tanto philoſopho iudicaret: Se ait uidiſſe deliros multos, ſed nullum magis delirare quàm Phormionem. Idem cum apud Antiochum à Scipione qui eò legatus fratri uenerat, interrogatus quos duces præcipuos cenſeret, reſpondit Alexandrum, deinde Pyrrhum, tertium ſe: Quid, inquit ille, ſi me uiciſſes. tunc ait, & Alexandro & Pyrrho me prætuliſſem. Liu. lib. XXXII.

Timotheus

Timotheus interrogatus quid differret ars militaris à Rhetorica, quantum inquit, pax à bello.

Lamachus

Lamachus dux cum Præf. cohortis peccanti iraſceretur, illeq; nõ amplius hoc faciam diceret, reſpondit illud prouerbium Οὐκ ἔστιν ἐν πολέμῳ δὶς ἁμαρτάνειν. Non eſt bis in bello peccare.

Alexander

Alexander interrogatus quo nã modo tam breui tempore orbem ſubegiſſet: Conſilio, inquit, & uiribus, & arte, ubi opus eſſet noua.

Xenophon

Xenophon in III. Commentariorũ probare nititur, quod boni ducis, & boni Oeconomi officia penè ſimilia ſint: Reddhere primum ſubditos ad obtemperandũ faciles, malos caſtigare, bonos munerare, præſentẽ ſubſtantiam cuſtodire, diligentẽ ac laborioſum eſſe ad obeũda officia: præterea decertare quando opus eſt: Oeconomiã maxime iuuare.

Demades

Demades captus in bello apud Cheroniam à Philippo, interrogatus ab ipſo inter epulas dum mentio de generoſitate Athenienſium incideret: Quàm bene inquit, ſe res haberet, ſi Philippus Athenienſibus, & Chares Macedonibus imperaret. Chares enim dux fuerat in bello, ubi ipſe captus. Hæc ex Stobeo.

Thucydides
Demosthenes

Thucydides. Pulchre certantibus tria eſſe oportet, uelle, erubeſcere, & obtẽperare. Demoſthenes.

Οὐκ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Οὐκ ὁμοίως οὐδεὶς ὑπέρ τε τῆς πλεονεξίας πολεμήσειε ἄμ, καὶ τῆς ἑαυτοῦ. ἀλλ' ἑτέρως μὲν ὡς ἂμ μὴ ἐλαττῶνται μέχρι τῆς δυνατοῦ πάντες πολεμοῦσι, ὑπὲρ δὲ τῆς πλεονεξίας οὐκ ὁμοίως. ἀλλ' ἐφίενται τε μὲν, ἐάμ τις ἐᾷ. ἐάμ δὲ κωλυθῶσι οὐδὲν ἠδικηκέναι τοὺς ἐναντιουμένους ἡγοῦνται. Non enim ſimiliter quis in adipiſcẽdo, ſicut in ſe ſuaq́; tuendo pugnauerit, ſed longe aliter. Nam uel omnes ne ſua perdãt, uiribus omnibus quibus poſſunt utentur: In acquirendo autem tantum quis cupit quãtum permittitur ab hoſte: ſi autem prohibetur, nihil amplius moleſtare aduerſarios putat. Cæſar in commentarijs Pompeium imperitiæ militaris accuſat, quòd in acie Pharſalica in cõgreſſu ſuis ne ſe mouerent imperauit, ſed expectarent impetum hoſtium. Nam innatum dicit eſſe ardorẽ quendam in animis hominum, ut clamore motuq́; magis excitẽtur.

C. Cæſar

PARALLELA STRATEGEMATA.

PEr diſsimulationem quandoque hoſtes uti deſperent, aut terreantur. Apud Caſilinum poſt lõgam obſidionem rapa prope mœnia ſerebant, ut hoſti deſperationem deditionis facerent. Vicinioribus ſeculis Ladislaus rex Pannoniæ inter Sanctos connumeratus, aduerſus Polonos & Cracouiam pugnans, poſt diuturnam obſidionem ut oppidanis opinionẽ copiæ faceret, montem uicinum farina cõſperſit. Rati illi regem non deſiturũ, ſeſe dediderunt. Iuſtus quoq; & ipſe ſanctus Præſul Volaterranus, ut Manlius de capitolio Gallis, ſic in obſidione Vandalorum dicitur panes de mœnibus iecisse. Sed hæc eis de nõ Chriſtianis licuere. Seſe etiã quãdoq; principes aſtutia à periculis ſubtraxerunt. P. Rutilius Rufus, ut autor Cicero in oratione pro eo, cũ à Mithridate Mitylenis oppreſſus eſſet, crudelitatem regis in togatos ueſtitus mutatione uitauit. Alexan. III. Pont. Max. habitu ſerui Venetias fugiens manus Friderici ſubterfugit. Iſidorus card. Rutenus, Græcus homo, Conſtantinopoli legatus, dum ciuitas à Turcis caperetur, habitu uillici ſumpto, ſe XXX. aſperis, paruo admodum, captum redemit. Boemundus Roberti regis Siciliæ frater, ab expeditione Hieroſolymitana rediens tranſiturus neceſſario per loca Alexij imp. inimici, ſe loculo clauſum uti mortuum ferri iuſsit, eoq́; modo euaſit. Nicolaus Picininus dux Philippi uicecomitis in oppugnatione Brixienſi profligatus per hoſtium caſtra tranſire coactus, in culeo incluſum à lixa ſe transferri mandauit incolumen. Annibal item apud Liuium, ut inuidiam Fabio crearet, poſſeſsiones ſeruaſſe ſcribitur. At ille ut ſuſpicione careret publicaſſe. Idem Vrbini dux Fridericus Laurentio Medici noſtra ætate in bello Florentino fecit. Non tamen ille ut Fabius. Prodigia inſuper, & rerum euentus in bonam uertuntur de induſtria partem. Scipio apud Frontinum cõtra Annibalem proficiſcens, cum in deſcenſu in littore corruiſſet, teneo te inquit, Africa. Quod Tranquillus Cæſari adſcribit.

Chabrias

Chabrias Athenienſis fulmen de cœlo ueniens in caſtra, Iouis optimũ ſignum dixit. Sulpitius Gallus eclipſim expaueſcẽtibus militibus cauſam naturalem adduxit. Philo Hebræus cum legatus Romæ cauſa excidiſſet, pro qua uenerat, turbatis omnibus Iudæis ait, Nunc fratres optime ſperandum de Deo, qui tunc maxime adeſt, cum hominum æquitas & auxilia deſunt. Demoſthenes autem in oratione, re male contra Philippum geſta, ad rurſus animandum cauſam in negligentiam Athenienſium traduxit, maximeq́; ſperandum, ſi officio diligentiaq́; utantur, dixit. Specie etiam ſuperſtitioſa turbæ continentur, ut Sertorius Cerua: Maumethes uaticinijs, & hodie Sophi apud Perſas uelata facie more Moſis turbas alloqui dicitur, præireq́; exercitum, ac omnia uincere. Dies quoque belli apud nonnullos obſeruati. Ariouiſtum decreſcente luna pugnare nolentem Cæſar uicit. Qui mos etiã Lacedæmonijs fuerat, ut autor Lucianus. Titus Veſp. item Iudæos teſte Ioſepho Saturni die ſuperauit. Quidam ab hoſtibus in loca iniqua imprudenter adducti: ut M. Craſſo accidit à Surena deducto apud Parthos. Viriatus quoq; Luſitanus fugam ſimulans exercitum Romanum ad confragoſa perduxit.

Philo

Sophi

MOS ANTIQVAE MILITIAE.

VErbenas teſte Feſto, & ſagmina, hoc eſt, gramen ex arce Capitolina cum ſua terra auulſum, legatus qui Verbenarius uocabatur, ad hoſtes clarigatum, id eſt, ad res repetendas ferebat. Ab his enim ſagminibus Martianus iuriſcon. Sanctum appellari dicit, quod eſt ab hominum iniuria defenſum.

Verbena
Sagmina

Fœcialis item cum patrepatrato ad indicendum bellũ mittebatur. Caduceator uerò contra is erat, qui pacem adferebat, aut nuntiabat. Feſtus item. Sub corona ueniebant in bello capti, id eſt, coronati. Nos hodie hanc conſuetudinem in equis ſeruamus Romæ, ut uænales fronde capiti impoſita circunducantur. Idem ait ſub haſta uendere, cum haſta in foro fixa, bona damnatorum aut proſcriptorum ad præconis uocem uæniebant. Hic memoratur Plutarcho, cum quondam Auguſtus ad hãc auctionẽ diu adſediſſet, Mœcenas cui res illa indigna principe uideretur, tabella inſcripſit Græcis literis: Surge carnifex, quam ſublatam in turba cum Auguſtus inſpexiſſet, Mœcenatis ſcomma eſſe exiſtimans, ſtatim ſurrexit. Idem in Proble. Qui ſacramento non tenebantur, licet in caſtris uerſarẽtur: nec hoſtes in prælio laceſſere, nec ferire ius erat. Quod Cato ſenior in quadam epiſtola oſtendit, ad filiũ ſcribens monet. Si miſſus factus ſit, ad urbem redeat. Aut ſi in exercitu maneat, uelit ab imperatore impetrare, ut ſibi aduerſus hoſtẽ pugnare, ac eum interficere liceat. Liuius. Romani in obſidione Veiorum Camillo duce ſub pellibus primum hyemare cœperunt. Idem lib. IIII. ſcribit populum Rom. ſupra CC. annos proprijs ſumptibus militaſſe. Deinde Cor. Coſſo. C. Fabio Ambuſto L. Valerio Potito Tribunis Mil. Conſulari poteſtate, Anxure capto, decreuerunt patres, ut ſtipendium miles acciperet, Frumentũ quoq;, & ueſtem, ultra pecunias dabãt, equiti etiam equum. Dicebãturq́; delecti & auctorati. Poſtremis uerò tẽporibus Matriculati & Solidati. Caſsiodorus, Vegetius & Frontinus Solidatum fuiſſe in militia ſcribunt eum cui ſtipendia ab imperatore promiſſa erant, unde uocabulum hodie Soldatorum eſt. Miſsionum tria erant genera, ut ex Marcello & Vlpiano iure conſultis colligitur. Honeſta quæ tempore militiæ expleto datur. Cauſaria, cum uitio animi uel corporis minus idoneus militiæ renuntiatur. Ignominioſa, cum quis ob delictum ſacramento ſoluitur. Mercenario autem & externo milite primum ſunt uſi Scipionibus in Hiſpania res gerentibus, Celtiberis in amicitiam receptis, ut autor Liuius. Capitolinus inſuper in Balbino inquit, Ro. Imperatores exituri ad bellum prius Nemeſi ſacrificabant, & munus gladiatorium dabant: primum quòd dea Fortunæ ſit Nemeſis, ſecundum quòd milites iam ſanguini adſueſcẽtes domi, hoſtem foris non expaueſcerent.

Fœcialis
Caduceator
Sacramentum militiæ
Auctorati
Matriculati
Solidati
Miſsionũ tria genera

DE DISCIPLINA, AC POENIS, ET PRAEMIIS MILITARIBVS.

DIſciplina quoque prima in exercitando Tyrone fuerat uarijs quidem modis, aut ambulatione ferendo onera, aut cum armis curſitando, aut in ligneum equum inſiliendo, præter omnia uerò ad palum. Erat autem palus imago lignea ſuper terram fixa, quam haſta ſiue enſe petebant, & tanquàm cum hoſte certatim congrediebantur, ſcuto uiminео, & interdum claua grauiore, ut in uera pugna poſtea ſolutiores, aptioresq́; eſſent: aut ſcopo præ-

Pali uulnera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

fixo, id eſt, aliquo faſce uimineo uel aliquo ſigno; arcu exercebantur. Hæc ex Vegetio. *In milite autem corrigendo legitur apud* Liuium L V I I I. Scipio Aemylianus *omnes delicias in obſidione* Numantiæ, *uinum ſcortaq́; amouit: militem in opere quotidie habuit: quem extra ordinem deprehendit, ſi* Romanum *uitibus, ſi externum uirgis cecidit. Iumenta omnia ne exonerarent militem, uendidit,* X X X. *dierum frumentum ac ſeptenos uallos ferre cogebat.*

Peſcennius Niger

Peſcennius Niger *teſte* Spartiano, *prohibuit piſtores exercitum ſequi, ut omnes bucellato in locis pacificis accepto eſſent contenti, quærentibusq́; uinum: Num habetis inquit, Nilum uicinum?* Alexander *quoq́; Imperator expeditionis tẽpore melius putauit, ut annonã milites in manſionibus acciperent: nec cibum* X V I I. *dierum portarent, uti ſolebant. Ex quo patet quantus eſſet cuiuſq́; labor, ut nec plures duceret uti nunc ſolent ſeruos, aut iumẽta. ſed ipſemet legionarius partim dorſo, partim ſuper haſtam neceſſaria ferebat, ut in columna* Traiani *uidere licet. Pœnæ fuerant: Exautoratio citra munera meritorum præmiorumq́; Ignominia cũ ex ordine mouebatur, aut hordeo paſcebatur miles, uel equiti equus adimeretur.*

Decimatio

Præter omnes autem Decimatio, cũ decimus quiſq́; ſeu legionis, ſeu cohortis capite plectebatur. Cicero pro Cluentio. *Statuerunt enim ita maiores noſtri: ut ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdã animaduerti, ut metus uidelicet ad omnis, pœna ad paucos perueniret. Idem quoq́; in uniuerſum pœnas octo connumerat, damnum, uincula, uerbera, talionem, ignominiam, exilium, ſeruitutem, mortem. Exempla ſeueritatis inter cætera uide* Papirij *in* Fabium, *&* Torquati *ac* Pauſaniæ *in liberos.*

Præmia militum

Præmia uerò coronæ fuerant diuerſæ, aureæ, murales, uallares, quernæ, gramineæ, ordinum promotio, cognomentorũ inſignia, quandoq́; & ſtatuæ, præterea æs donatiuum. Poſtremo militiæ uacatio, quæ poſt annos L. *ex lege ueteranis dabatur, ut autor* Seneca *ad* Paulinum. *Inſuper & bene meritis ager.* Cæſar *ſuis ueteranis agrum* Stellatẽ *diuiſit. Ex quo res fuit non ſolũ utilitati, ſed ambitioni, ut ſocietas ea* Stellates *uocarentur, repertumq́; iam in marmoribus & ſepulcris qui ſe ſtellatem inſcripſerit.* Sulla *ſuis item militibus* Volaterranũ, Arretinumq́; *agrum.*

DE CELERITATE IN BELLIS.

Cæſaris pons

CEleritatis, qua nihil in bello utilius, plura ſunt exempla. Ante omnis ipſe Cæſar *in commentarijs teſtatur, in* Arari *uno die pontem conſtituiſſe, alium item ſupra* Rhenũ *mira arte ac celeritate militum opera decẽ diebus abſoluiſſe.*

Claſſes ſubito armatæ

Claſſem contra Maßilienſes *nauium lõgarum* X I I. *die triceſima ab exciſa materia armaſſe. Claßis item* Romanorum *contra* Hieronem *regem quæ* C X X. *nauiũ fuerat teſte* Plinio, *quinto & quadrageßimo à ſecuri nauigauit. Claßis etiam* Scipionis *proficiſcẽtis in* Africam *die quadrageſimo. Ipſe quoq́;* Cæſar *Centena paſſuum milia quandoq́; uno die peregit. Sæpe nuntios de ſe præuenit.*

De Nuntiorũ celeritate

Xerxes

Hanc mittendorum nuntiorum celeritatem, primus apud barbaros Xerxes *excogitauit, ut tradit* Cleomedes *de circulis cœleſtibus* Græcus *autor. Hic enim bellum* Græciæ *inferens, ita frequentes toto itinere ſtationes conſtituit, ut uoce alteri ab altero perlata horis* X L I I I I. *è* Græcia *in* Perſidem *noua perferrentur. Apud* Romanos *primus*

Auguſtus

Auguſtus: *teſte* Tranquillo. *Qui ut ſciretur uelociter quid in prouincia quaq́; gereretur, modicis interuallis per militares uias iuuenes primo qui ſub manu uoceq́; nũtiarent, deinde uehicula diſpoſuit. Commodius id uiſum, ut qui perferũt literas, interrogari quoq́; ſi quid opus poßint. Noſtris uerò ſeculis*

Vicecomites

diu neglectam hanc conſuetudinem in Italia Vicecomitum *familia renouauit, diſpoſitis ac paratis in itinere equis ſæpe cõmutandis: eoq́; res peruenit, ut uix credibile auditu diebus* X I I I. *nuntius frequens ex* Britannia Romam *ueniat.*

Cecinna Irundines

Cecinna Volaterranus *portentoſo inuento irundines, quod ad eandem domum ſint redire conſuetæ, nuntias in bello ciuili mittebat.*

D. Brutus columbas

Hircius *conſul ad* Decium Brutum Mutinæ *ab* Antonio *obſeſſum, columbas tenebris fameq́; prius diſtentas. Illæ lucis cibiq́; auidæ mœnia alta petentes, loca eſcis aſſueta, ab eo cum literis collo adligatis deprehendebantur. Autor* Frontinus. *Traduntur & nuntiatæ diuinitus uictoriæ eadem hora, ut de* Perſeo *teſte* Valerio, *&* Domitio Aenobarbo *à* Caſtore *&*

Domitius Aenobarbus

Polluce. *Proditumq́; in hiſtoria* Florentinorũ *de uictoria quã illi cõtra* Gibellinos *exules in* Aemylia *habuere, & item* Innocentio V I I. *de ea quam tunc contra hoſtes habuit uictoria, teſte* Poggio *qui aderat, ſimiliter eueniſſe ex incertis nuntijs.*

Modus occulte ſcribendi

Vſus etiam apud Priſcos *belli tempore, aut ob aliquam ſuſpicionem, per notas ſcribere,* Cæſaris *primum inuento* Trãquillo *teſte, ſic ſtructo literarũ ordine ut nullum uerbũ effici poßit.*

Scytala Laconica

Habebant & ſimile quiddam Lacedemonij *in ſua* Scytala: *quæ autẽ ſit, aut quomodo, in prouerbijs narraui. Noſtra uerò ætate* Baptiſta Leo Florentinus, *facilem ſuper hoc artem breuibus rotulis excogitauit, quam* Friderico *duci* Vrbinati *dicauit, mihiq́; item oſtendit. id genus uulgò nunc* Cyphram *appellant.*

DE ORDINIBVS, ET MILITVM EXERCITATIONE.

Armigeri, ſeu Triarii

DE ordinibus autem circa bellum Cyrillus *hos ponit,* Armigeros, Peltatos, Pſylos *pedeſtris pugnæ omnes: hac tamen differentia quod* Armigeri *grauis erant armaturæ ſecundum ritum* Macedonicum *rotundo ſcuto & longa haſta utẽtes. Hi* Triarij *apud* Romanos *dicebãtur: poſtremiq́; erãt, ac ſpes ultima tanquam murus. Vnde prouerbium in periculis, res ad* Triarios *redacta.*

Pſyli ſeu leuis armaturæ

Peltati

Pſyli *leuis erãt armaturæ, utebantur arcu & iaculis, & ſaxis iactis manu uel funda.* Peltati *uerò inter utrumque ſe habebant. Nam pelta utebantur, quæ ſcutum admodum paruum eſt, & haſtis longe leuioribus ac minoribus quàm armigeri.*

Ferentarii

Hi Ferentarij Romanis *apud* Vegetium *appellantur, qui etiam ait pedites olim ab urbe cõdita uſq́; ad* Gratiani *principis tempora: non ſolum ſcutatos, ſed cataphractos & galeatos fuiſſe poſtea ob inertiam militũ hæc nimis grauia uiſa, ſcuto tantum & enſe aut haſta fuiſſe armatos. Totidem et equeſtris pugnæ differentiæ. Aut equitatus aut currus.*

Equites Amphippi

Cataphracti

Acataphracti

Doriphori

Hippotoxotæ

Hippacõtiſtæ Acroboliſtæ

Equites rurſus aut Amphippi *ſunt, id eſt, qui alterum iuxta equum deſultorium habebant, in quem cum uſus eſſet tranſire poſſent. Aut* Cataphracti, *id eſt, armis undiq́; cooperti. Aut* Acataphracti, *id eſt, minime cooperti. Et hi aut eminus pugnabant haſta: &* Doriphori, *id eſt, haſtati uocabãtur: aut ex arcu, &* Hippotoxotæ *appellati. Aut* Hippacontiſtæ *ſeu* Acroboliſtæ, *id eſt, haſtam eminus iacientes. Cominus autem pugnabant* Xyſtophori *&* Cataphracti. Elaphri *apud nos* Velites *dicti, equites erant leuiter armati, qui diſcurſu faciles erant, mißiliaq́; ſeu ſagittas iaciebant.*

Officia in exercitu

In exercitu officia, Signifer, Vragus, Accenſus, Princeps, Commentarienſis, Cornicularius, Præco, Tubicen. *Lixæ quoque ac* Calones, *quorum alteri ab aqua ferenda dicebantur, quòd lixam ueteres aquam, unde* Lixiuium *uocabant. Alteri à lignis conuehendis: ut autor* Feſtus. *Miles Centurioni ſuberat, Centurio Tribuno, Tribunus legato, Legatus autem Conſulis parebat imperio, Conſul poſtremo Dictatori.* Ordinarij *dicuntur qui ordinibus præerant Trib. aut principales,* Auguſtales *qui his ab Imperatore adiuncti fuerãt.* Accenſi *quaſi accedentes, qui miniſterio ac ſeruitio publice adijciebantur legionibus: cum fas non eſſet milites qui ueſte & pecunia publica alebantur cuiquam ſeruire.*

Ordines militum

Matriculæ autem apud eundem ſunt militum ordines. Ordines uerò, Ala, Manipulus, Acies,

Cohors,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Cohors,Turma,Primum pilum qui ex tribus uexillis cõſtat.
Vexillum autem CLXXXIII.hominibus. Horũ primum
Triarios habebat,ueteranos & ſummæ uirtutis.Secundũ Ro-
rarios fiduciæ paulo minoris.Tertiũ accenſos,qui minimi ro-
Cohors boris in poſtremam plerunq; partem reijciebãtur. Cohors
autẽ,alia miliaria, quæ M.D.V.pedites, Equites uerò XXX-
II.habebat. Alia quingentaria,quæ ex D.L.V.peditibus, equi-
tibus uerò LXV.conſtat. Huius generis X.cohortes iuſtam le
Legio gionem implebant. Erat enim legio diuerſa.Romuli tempo
re primum ex equitibus CCC.peditibus tribus milibus fue-
rat.Deinde aucta uſq; ad ſex milia peditum.Equitũ uerò DC.
autor Plutarchus,qui numerus etiam quandoq; diminutus: ut
apud Liuium conſtat.Singulis quoq; quatuor legionibus Trib.
Centuria Decuria Mil.XVI.præerant. Centuria ex CX. peditibus. Decu-
ria ex denis equitibus:quibus præerãt Cẽturiones & Deca-
Manipulus ni. Manipulus leuis ex XX.militibus:ideo leuis quod haſta
miles non geſa non armis muniretur. Huius generis XV. in
prima acie fuerant:ubi tyrones & flos pubeſcentiũ iuuenum
Turma aderant. Turmæ ex equitibus,plerunq; cõſtabant ex tribus
Celeres Decurijs.Romulus prius tris cẽturias ſcripſit celerũ equitũ,
Tatienſes Ramnenſes Tatientiũ,Ramnẽſiũ,& Lucerũ.Ideo celeres ut expeditos ha
Luceres beret.Feſtus autẽ apellatos à Celere Remi interfectore: qui-
bus & Tribunos præfecit,fuereq; numero CCC. eo quòd ex
ſingulis curijs quæ XXX. erant X. adſciuerit: autor Liuius.

Romanorum robur totum in legionibus ac peditibus fue-
rat:ut inquit Vegetius:nec ultra duas Conſul ſecum extra du
cebat.Hi lecti & iurati erant,quibus auxilia adijciebãtur ex
ſocijs.Milites Prætoriani,Cohors prætoriana et Prætori ad-
ſiſtebant:muneribus cæteris uacabant.Hac primum uſus Sci-
pio Africanus eſt.Inter principes uerò uiolentius eſt uſus pri
mum Tyberius, qui eam in uia Appia ad duo paſſuum milia
retinebat loco munito: ubi nunc caput bouis appellatur.

DE SIGNIS, TROPAEIS AC TRIVMPHIS.

Teſſera SIgnum militare,quod Teſſeram dicebant, Ducis erat ſi-
gnum,quo proceſſui,aut receptui,aut ad caſtrorum meta
tionẽ,ſeu diſceſſum diſponi milites iubebantur.Teſſerarij ue-
rò qui illud in contubernijs nuntiabant.Eratq; ut ait Vegetius
triplex. Vocale, ut Victoria,Triũphus & his ſimilia uerba:
aut ſemiuocale,ut tubæ uel buccinæ ſonus:ſeu mutum,ut ele-
uatio dextræ, haſtæ inclinatio & ſimilia. Ex his autem uti-
lius mutum cenſet Onoxandrus Græcus autor, qui ad Ge-
rannium ſcribit de re militari, eo quòd inimicos lateat, &
ſuis magis innoteſcat, ob linguarum diuerſitatem uerba non
omnibus intelligẽtibus.Eſt & Teſſera apud Plautum ſignum
inter duos.Hic inquit mihi hoſpitalis teſſera:& alibi, Teſſe-
ram amiſi.Erant præter hæc & ſigna quæ ordines præibant,
Aquilæ, Dracones,Vexilla,Pinnæ, Criſtæ, quiq; ea ferebant
Aquiliferi,Draconarij, ſigniferi : hi enim ſimul & Centu-
riores pellem leonis ad terrorem in capite geſtabant. Sunt
Signa ſphragitica & ſigna Sphragitica, eſt,ſignatoria, quæ tabulis tabellis'que
adponebantur:hæc in annulis expreſſa fuerant. Sulla Iugur-
thæ à Bocho traditi imagine utebatur,Cæſar Alexandri, Au-
guſtus Sphingis, alio quoque alij. Vno tantum annulo ute-
bantur,ſolumq; equeſtris ordinis,in digito leuæ manus quem
annularium appellabant : quod inde teſte Gellio uena cordis
Vaſa conclamata procederet. Præterea ſigna diſceſſus, uaſorum concla-
matio,ad eam uocem ſe ſumptis rebus præparabant.Signa ue
rò quæ hodie paſſim omnibus propria uidemus,ab inſequen-
tibus Imperatoribus poſtea magnis uiris ob merita donari
conſueuerunt, paulatimq; ambitio hæc ad operarios uſque
transfuſa,& quod longe deteſtabilius,ad ſacerdotes, quos po
tius crucis aut alicuius religioſæ imaginis pictura decebat.
Quid enim alienius uiro religione aut doctrina prædito, quã
dimidia animalia aut teſſellas aut lineas ſeu pilas,ſiue his ſimi
les nugas,ſuorum ineptias maiorũ imitando,nulla ſæpe ſigni-
ficatione præferre? Sed hæc alterius loci. Nunc ad militaria
redeamus.Vegeſius item ait moris Romanorũ fuiſſe,donatiui
dimidium apud ſigna deponere:quòd hoc genus hominũ ple-
runq; prodigũ eſſet, præterea ut fidelius tuerentur eos apud
quos eorũ ſcirent eſſe ſubſtãtiam. TROPAEA Spolia'ue De Tropæis
hoſtiũ templo dicabantur:quæ ut ait Plutar.in Proble.pio Ro
manorũ inſtituto uetuſtate obſoleta ſarciri non permitteban-
tur:ut uidelicet ea ſimul cum inimicitijs quandoq; interirent.
Nec laudat Græcorum morem qui ænea ea conſtituerunt ad
captorum ſimilitudinẽ.Cæſar potitus uniuerſa Gallia, cum in
Aruenorũ templo enſem ſibi ab hoſte raptum ſuſpenſum ui-
diſſet,hortantibus etiam amicis, auferre noluit, quaſi eius ibi
reſtaret memoria ſempiterna. Clipeorũ etiam magna fuit De Clipeis
ambitio,in quibus argumenta rerũ uariarũ antiquitus inſcri-
bebãt,ut Homericus & Virgilianus clipeus:etiam ab Heſio-
do deſcriptus.Romanorũ primus Appius Claudius qui Cos.
cum Seruilio fuit,an.urbis CCLXX.clypeum in æde Bello-
næ dicauit.Poſt eũ M.Aemylius Cos.cum Q.Luctatio in ba-
ſilica Aemylia.Q.Mart. qui Scipionibus in Hiſpania ſucceſ-
ſit,aliũ ſupra fores Capitolij. TRIVMPHANTIBVS De triũphantibus
quoq; hæ fuerũt leges,ut nullus ante triumphũ urbem ingre-
deretur,ſed in æde Bellonæ exceptus de rebus ab ſe geſtis diſ
ſerebat,triũphusq; ei decernebatur ſi Cos.Prætor'ue aut Di-
ctator exercitum integrũ reportaſſet:una acie V.milia hoſtiũ
fudiſſet.Poſt hæc in territorio triumphali ad ædẽ Apollinis,
ubi obeliſcus in C.Neroniſq; principũ Circo conſpicitur iu-
xta Petri Baſilicam,portaq; triumphali quæ iuxta pontẽ fue-
rat, nunc ſublatũ è regione S.Spiritus uſq; ad S.Celſum. Inde
conuerſa in dextrã per uiã eam nunc celeberrimã, ac Floræ
campum ubi Pompeij ædificia fuerant,tendebat:rectaq; ad S.
Angelũ ac theatrũ Marcelli uſq; in uelabrũ ſpectabat, ubi S.
Georgius.Inde poſtrema cõuerſa cliuum aſcendebat Capito-
linum,rupemq; Tarpeam ad templum Iouis Capitolini, ibiq;
ſacrificabatur. Curru bijugo ſeu quadrijugo uehebatur triũ-
phans, quali ſæpe in marmoribus uidemus. Equis currus filij
ſeu nepotes inſidebant:ipſe ſeruũ iuxta retinebat iocularia ia-
ctantem,qualem Cæſari Tranquillus fuiſſe dicit.Ioſephus autẽ
Tito alatam dicit iuxta fortunam ſeu uictoriã adfuiſſe, qualem
in arcubus hodie conſpicimus triumphalibus.Epulum poſtri-
die triumphans po.Ro.dabat:ubi & Coss.inuitabat : nec ue-
niebant, præterea uenationes & ſpectacula. Celeberrimum
omniũ Pauli Aemylij de Perſeo rege fuiſſe Plutarchus tradit
trium dierũ pompa.Vltimus Probi principis de Germanis et
Boemis. Ouatio uerò longe inferior triumpho: procedebãt Ouatio
enim myrtea corona qua ouantes donabantur, qui ſine cæde
& ſanguine rem facile geßiſſent. Inſuper pedibus non curru
ueniebat:nec militibus comitatus,ſed tamen ſenatu obuiã pro-
cedente.Triumphantes autem milites cum ferculis,hoſtiumq;
ſpolijs præcedebant,currum captiuis ſequentibus.

DE CASTRIS METANDIS.

DE Caſtris autem metandis Hyginus libellum edidit
nuper inuentum, quem Gromaticon appellauit. Eſt
enim Groma (ut ipſemet in eodem declarat) ratio metan- Groma
di caſtra, & loca in bello capiendi opportuna. In eo enim
uerba ſunt obſcura: partim etiam uetuſtate corrupta, ut
paruus admodum ſenſus elici ex pleriſque poßit. Loco emi-
nenti iubet fieri caſtra ut regioni dominentur : neu palu-
dibus interluantur, præſertim porta decumana.Secundum
locum habent quæ in plano conſtituuntur. Tertium quæ in
colle. Quartum quæ in monte. Quintum quæ in loco ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ceſſario:unde et neceſſaria Caſtra dicũtur.Præcipue obſeruari debet uia quæ lateribus caſtrorũ ſuperſit. Caſtra quocunq; latere flumẽ ſeu fontẽ habere debebũt in qualicũq; poſitione.

Nobiria

Iniqua loca quæ à prioribus Nobiria appellãtur, omni modo uitari debent:ne mons caſtris immineat, per quẽ ſuperuenire hoſtes, aut perſpicere poßint quid in caſtris agitur. Ne ſylua cælatura hoſtes adiaceat,ne'ue foſſæ ſeu ualles per quas obruti caſtris occũbere poßint:ne uicini fluminis torrẽs ſubita tempeſtate caſtra inũdatione obruat. Meminiſſe oportet in hoſtico aſcenſus ualli duplices & frequentes facere, & tormentis tribunalia extruere circum portas in coxis:in loco contrariũ maxime inſtruendũ erit uallũ tormentis ab eo latere qua Nobiria,ſi uitari nõ poterunt. Hæc igitur ex Hygino. Quæ autẽ manifeſtiora nobis apud alios autores comperimus,hæc ſunt. Caſtrorũ forma uaria fuerat,quadrata,triangularis, rotunda, hemicycla. Portarũ etiam uarius numerus:ubi amplißima caſtra quatuor tantũ fuerant:minora et anguſtiora,duabus portis muniri tantum ſat erat. Prima Prætoria fuit, quæ oriẽtem ſpectare & è conſpectu hoſtiũ dirigi conſueuit:unde in omnẽ tumultum acies educi & præſto & parata eſſet. Secunda decumana à tergo caſtrorum conſtituta, ex qua deſertores aut facinoroſi milites in quos militari diſciplina animaduertendũ erat,extra caſtra educebantur ad pœnam. Tertia principalis cognominata,ex qua principem ordines tradere, & ad edictum conuenire ac ſuorum ducum imperium exequi oportebat. Quarta poſt prætoriam ſita. Quinta dicebatur per quã commeatus in caſtra & uenalia deducebantur. Inde etiã merces exportari & importari ad uſum conſueuerunt.

DE MAGNIS EXPEDITIONIBVS AC MODIS BELLI VARIIS.

DAres Phrygius qui bellum ſcripſit Troianum ait,apud Ilium ex Argiuorum claſſe conueniſſe hominum milia DCCCLXXXVI. ex Troianis DCLXXVI. Carinas circiter mille:ut autor Homerus in Catalogo. Hanc ſuperauit Xerxis claßis apud Græciã, quæ teſte Herodoto nauiũ triũ miliũ,ubi fuere hominũ Myriades XXIIII,id eſt, CCXL. mil. Terreſtris autem fuere eodem autore CLXX. Myriades: equitum uerò VIII. Exercitus ſub Moſe fuit DC. & tria milia,reliqua multitudo imbellis DL. Tota ſumma, mulies mille & CL. Sub Ioſue DC. & tria milia tantũ. Seſoſtris regis Aegyptiorum exercitus DC. Miliũ peditum, equitũ XXIIII. Curribus armatis XXVIII. Gallorum nuntiato tumultu Romani ſine Tranſpadanis ad LXXX. milia equitum, & DCC. millia peditum armauerunt, L. Aemylio Paulo, & C. Attilio Regulo Coss. paucis annis antequam Annibal Alpes tranſiret. Qui & ipſe non amplius quàm XXXVII. milibus armatis in Italiam traiecit: ut autor Polyb. Alexan. Macedo. exijt in Aſiam cum milibus armatorum non amplius XLVIII. In Hieroſolymitana expugnatione autore Ioſepho ferro, fameq; interiere undecies centena milia. Poſt hanc in Cannenſi pugna cædes memoratur, ubi annulorum modius inuentus. Cæſaris item in Gallia contra Heluetios ad CCC. mil. Marij contra Cimbros, Claudij ſecundi contra Gothos. Aetij ducis ſub Valentiniano contra Attilam apud Aquileiam, Caroli Marcelli contra Saracenos in Aquitania. In quibus omnibus prælijs non minus quàm CCC. milia conſumpta.

De modis belli uariis

Modus inſuper belli uarius externis fuit. Lacedæmonij teſte Thucydide procedebant in aciem tibiaria modulatione. Cretenſes uerò Citharæ. Maſſagetæ tunica induti rubra pugnant, ne ſociorum ſanguis cæteros deterreat. Parthi fugiendo poſt terga ſagittas iaculantur. Galli certantes, ut ſcribit Pauſanias in X. ponè duos præſto ſeruos cum equis habent: ut ſi forte equus domini conciderit, alium præbeant: ſi dominus, equum ſeruent: ſi uterque,pro domino pugnæ ſuccedant.

DE MACHINIS BELLICIS.

Aries

ARietem teſte Vitruuio inuenere prius Carthaginienſes cum caſtellum apud Gades captũ demoliri conati ſunt: tignum manibus ſuſtentantes,murum uerberabãt. Deinde alia alij addiderunt.

Scorpio
Balliſta

Scorpio quoq; & Balliſta reperti. Hæc ſaxa,ille ſagittas emittebat. Scorpio quo lõgiora habet brachia, eo mollius ducitur, non minus quàm à duobus hominibus leuabatur,qua Vitruuij deſcriptione ſatis conſtat noſtram eſſe balliſtam,uerum aliquãto maiorem. Vegetius autem ait antiquas balliſtas nõ ſolũ ſaxa, ſed ſagittas grauiores ac ſcorpione maiores emittere.

Arcuballiſta
Carroballiſta

Eſſeq; præterea Arcuballiſtas & Carroballiſtas quæ paruis curriculis ferebãtur:ex his aliæ uectibus, aliæ ſucculis poliſpaſtis,aliæ ergatis,quædam etiam tympanis torquentur:noſtri bricolas uocãt. Inſuper alia plura in expugnationibus ponit opera.

Vineæ

Vineas quæ ex tabulis leuiora machinamẽta erant ad expugnanda mœnia, noſtri baſtias uulgò appellãt.

Turres

Turres uerò inſtar turriũ ex trabibus ligniſq; ingentibus fiebãt. Vrbes quoq; altitudine quantalibet æquabant, eaſq; mobiles ac mœnibus propinquãtes cõſtituebant.

Muſculi

Muſculi minores machinæ ad turriũ miniſteriũ ſimilitudine piſciculi qui Balenã præit ac regit.

Teſtudines

Teſtudines diuerſæ,aliæ quæ arietẽ protegebãt,aliæ ad euertẽdos muros,aliæ ad foſſas replendas,hoſtes à propugnatoribus mœniũ ſuperne defenſitabant.

Plutei

Plutei,ut ait Feſtus,crates erãt corio crudo & intẽto operti qui hoſtibus opponebãtur,uocabanturq; Plutei militares. Sed & tabulæ quibus aliquid præſepiunt, Plutei dicũtur.

Onager

Præter hæc ab eodẽ Vegetio ponitur Onager, per quẽ ſaxa grauiora emiſſa non ſolũ homines elidebant,ſed hoſtiũ machinamenta diruebant.

Plumbatæ
Scalæ
Sambuca
Exoſtra
Telenon
Malleoli

Plũbatæ itẽ pilulæ plũbeæ ſunt,quas pedites ſcuta ferentes manu iaciebãt. De Scalis quoq;,Sãbuca, Exoſtra,& Telenone apud eundẽ leges. Quæ omnia ſi quis animaduerterit,in ueterũ monumẽtis Romæ cognoſcet. Malleoli erant mißilia quæ arcu iaciebantur,materiã ad comburendum habentia. Liuius XXXVII. Aliqui uenerant ferentes ſtupam,picẽ,& malleolos. Marcellinus lib. XXIIII. eos qui eſſent declarat,

Elipolis
Poliorcete

Elipolis & Poliorcete duæ bellicæ Machinæ ad muros expugnandos Vitruuio exponitur, altera à Chabria Arcade, altera Poliorcete quæ Demetrij fuerat à Diogneto Rhodio, Architectis reperta. Vbi obiter notandũ, male apud eundẽ autorẽ ſcribi Lepidolim pro Elipoli. Tryphon Alexandrinus:cũ obſideretur Apollonia ab hoſte, iußit ſpecus plures excauari,qui ultra ciuitatis muros aliquantulũ procederent,ſuſpendiq; crebra per loca ipſius uaſa ærea, ut tumultus hinc & ſubterraneos hoſtium ingreſſus præſentitos uia anguſta occurrẽtes oppidani ſuperarent,quod euenit. Et hæc quidẽ de machinis,in quo genere multa quidẽ poſteritas adiecit. Nam à Germanis plura de his arte reperta ſimul & uſu,ut nihil tam firmũ,nullaq; tanta uis quæ non his hodie debilitari aut uinci poßit. Etenim Scorpio quã nunc baliſtam uocamus,citius torquetur ab uno tractata, quã prius à duobus.

Bombardæ inuentio

Loco uerò onagri ſimul & arietis,æreas machinas, quas ex ſonitu Bõmbardas uocant:ingentis ponderis ſaxa, igne impulſas euomentes habemus. Quæ quidem machina primũ à Germanis dono Venetis data,quum hi apud Clodiam foſſam Genuenſes obſiderent. Innumerabiliaq; alia,quæ nunc apud Gallos potißime cernimus. Sunt tamen qui huiuſcemodi apud priſcos etiam fuiſſe uelint ex uerſibus Vergilianis.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis & ſonitus imitatur Olympi.
Quatuor hic inuectus equis & Lampada quaſſans
Per Graium populos,mediæq; per Elidis urbem

Ibat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Ibat ouans: diuumq́; ſibi poſcebat honorem
Demens qui nimbos & non imitabile fulmen
Aere & quadrupedum curſu ſimularet equorum.

Nauigia
Et quando ad bellum faciunt nauigia percurram Marcello memorata. Horia, faſelus, lembus, lenunculus, lintres, celox, cymba, ſcapha, piſcatoria omnia paruaq́;. Velocia uerò ſunt, nauis rhodia, actuaria, liburnica, myoparum quod piratarum.

Vehicula
Tarda autem corbita, oneraria, piſtris, circerus. Vehicula quoq;, currus, eſſeda, petoritum, pilentum, carpentum, carruca, ciſium, arcena.

DE NVMMIS ET MENSVRIS.

Aſsis Libra Pondus
Aſſis ſiue libra, ſiue pondus, in partes XII. Vncia, ſextans, quadrans ſiue teruncius, triens, quincunx, ſemis ſiue ſexunx, ſeptunx, bes ſiue des, dodrans ſiue nonunx, deunx ſiue dextans: poſtremo aſſis. In his igitur tota hæreditas diducebatur. Feſtus. Aſſes ſextantarij in uſu eſſe cœperunt ex eo tempore quo per bellum Punicum II. decreuere patres ut ex aſſibus qui tunc erant librarij, fierent ſextantarij, per quos cum ſolui cœptum eſſet, & populus ære alieno liberaretur, & priuati quibus debitum publicum ſolui oportebat, non magno detrimento afficerentur. Plin. quoque lib. XXXIII. cap. III. idem teſtatur, additq́; poſtea Annibale urgente Q. Fabius Max. dictator aſſes triunciales fecit. Semiunciales inſuper lege Papiniana idem eſt autor eſſe percuſſos. Varro dicit quadrantem prius dictum triuncialem, quod de tribus uncijs aſſis

Teruncius
eſſet: quæ eſt pars totius ex quo eum Teruncium quaſi triuncium uocant Varro & Cicero ſæpe. In ære autem erat Saturnus cum roſtro nauis quæ alea dicta eſt, qua ille olim aduectus hoſpitio exceptus eſt. Ouidius.

At bona poſteritas puppim formauit in ære
Hoſpitis aduentum teſtificata Dei.

Obolus
Aſſem igitur pro Quadrante & Teruncio Latini accipiunt, pro eo item quem Græci obolum uocant: ut Vitruuius eſt autor. Martial.

Si plebea Venus gemino mihi uncitur aſſe.

Pollux. Obolos habet VIII. chalcos. Erat & apud antiquos ſemiobolum, diobolum, triobolum, tetrobolum, quod duas habebat noctuas ſignatas: Diobolus uerò unam tantum, ex altera parte Iouis ſimulacrum. Nam Athenis noctua erat publicum

Stateres aurei
inſigne. Idem. Stater aureus Mna permutabatur. Erant ſtateres Darei, Philippei, Alexandrei, aurei omnes. Ex quo cum aureos forte dixeris, intelligendum ſtateres: cum ubiq; ſtater ſit aureus: quamuis Alexandrides ſemiaureos appellet. Theopompus Statericum dixit, id eſt, ſtatere dignum permutari.

Chryſius, qui & Aureus.
Erant tamen eodem teſte autore, ſtateres etiam argentei, quorum X. Chryſium, quem nos aureum & aureolum dicimus, ualebant. Horum LXXII. quondam ut in iuris ciuilis libris apparet, libra expendebantur: nunc uerò XCV. Ex quo

Symbolum
cernere licet, quantum maior aureus antiquus. Symbolum

Polus Corinthiacus
paruum nomiſma permutabatur diobolo. Polus: ut idem refert, nomiſma Corinthiacum, quod Pegaſum habebat inſcul-

Core Athenienſe
ptum. Idem. Core nomiſma Athenienſe, ut eſt apud Hyperidem: erat enim tetradrachmum.

Chelone
Chelone aliud à figura teſtudinis, unde prouerbiũ, τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικάντι χελῶναι.

Collyrium Drachma Attica
Collyrium aliud tenue nomiſma. Idem. Drachma Attica denarij argentei habet pondus, eademq́; ſex obolos ualebat. Erat & didrachma, tridrachma, tetradrachma, pentadrachma, penticontadrachma. Drachma Aeginenſium maior Attica, X. obolis permutabatur, quam Athenienſes craſſam drachmam uocabant, ut non Agineam uocarent odio

Drachma, idẽ & nummus & denarius
Aeginetarum. Drachma, & nummus, & denarius uocatur, ut ex Celſo & Plin. deprenditur: propterea Caſsiodorus, Sex, inquit, milia denariorum faciunt ſolidum. Centum drachmis, hoc eſt, denarijs centum argenteis æquari libram, quum alij, tum Plutarch. in Pompeio tradit Minam uocans eam. Plin. lib. XXXIII. cap. IX. E libris, inquit, argenteis ſignari denarios LXXXIII. iuſtum erat. Cleopatra quoq; ait: Libra drachmas habet LXXXXVI. Dion drachmas pro aſſibus intelligit. Seſtertius, inquit, nummus drachmas quaternas facit, hoc eſt ut Plin. & Feſtus, aſſes. Vitruuius drachmas in ære ſignatos uti aſſes, quos Græci obolos uocant, diuerſos eſſe ait lib. III. Mna Attica habet drachmas centum ſecundum Pol- Mna Attica
lucem. Drachma uerò quælibet ſex obolos. Italica quadraginta, uocatur & Hemina. Bos, ut ait Pollux, antiquum apud Bos Athen.
Athenienſes nomiſma, quod bouem ſignatum habeat, commutabatur duabus drachmis Atticis: hinc prouerbium βȣ̃ς ἐπὶ γλώττῃ βέβηκε, id eſt, bos in lingua uenit, in eos qui argento corrupti ſunt. Hoc Homerus nomiſma ſignificare uidetur uoluiſſe, dum loquitur de permutatione boum loco pretij, ἑκατὸν βοίων καὶ ἐννέα βοίων. hæc Pollux. Seſtertium à ſemiſ- Seſtertium
ſe tertio uidetur appellari, quia uidelicet non duos aſſes tantum, ſed ſemiſſem quoq; tertij continebat aſsis. autores Vitru. & Feſtus. Fuit id tractum à Græcis, qui, ut ait Pollux, τρίτον ἡμίδραχμον, hoc eſt, tertium ſemidrachmum uocabant, pro duabus drachmis ac ſemiſſe. Poſtea tamen ſeſtertium quaternos aſſes ualuit: ſemper tamen quarta pars erat denarij: nam quum denarius initio decuſſem ualebat, quarta pars ſanè dipondius & ſemis: quum uerò ſex aſſes ualere cœpit denarius, quarta pars erant quaterni aſſes. Cæterum Columella pretium ſeſtertij nummum facit, quando ſingula iugera inculti ſoli uenire tradit milibus ſeſtertijs. Apud Lampridium uerò ita legitur. Heliogabalus nunquam minus centum ſeſtertijs cœnauit, omnibus ſupputatis quæ impenderet. Idem, Cœnas inquit, & Vitellij & Apicij uicit. Scribebatur autem ſeſtertium apud antiquos hac nota, L L S. Seſquiplum Græci Hemiolum: Vitruuius & plerique ſequialterum pro ſeſquiplo utuntur. Et ſeſquitertium quod tertiarum, & Epitriton Græci, & ſexquiſextum, quod ephecton apud Vitruuium legitur. Quandoque autem ſine comparatione ad alterum dicitur: ut ſeſquilibra, ſeſquipes, ſeſquimenſis. Talen-
tum Atticum, ut Varro & Plin. autores, XVI. ſeſtertia uale- Talentum Atticum, Aegyptium, Aphricanum
bat, hoc eſt pondo XL. Aegyptium pondo LXXX. Cleopatra pondo CXXV. talentũ facit, hoc eſt, ſeſtertiorum quinquaginta. Aphricanum uerò pondo LX. Quapropter Græci talentũ hac nota inſcripſerunt ♃, quod ea litera eundem numerum ſignificet. Libræ enim, id eſt, pondo, apud alios & alios diuerſitas, talenti quoq; differentiam facit. Pollux, Talentum, inquit, pro aureis nummis tribus commutabatur. Nummus aureus Nummus aureus
pro drachmis tribus Atticis. Erant ergo talentorum multa nomina, Ptolemaicum, Syrum, Tyrium, Antiochenum, Atticum. Nam hoc æquale Tyrio fuerat, ſed plus ſeſquitertio, quàm Syrum, & Antiochenum. hæc Aphricanus. Aelianus autem Babylonium talentum duo millia ſeptingenta mnas Atticas ualuiſſe tradit. Vitru. quoque de talento uariat. Strabo & Euboicum celebrat: alij minimum libris quinquaginta. maius LXXII. maximum CXX. faciunt. Athenæus talentum ſex milium nummûm permutari tradit. Nummum autem drachmam eſſe, hoc eſt, denariũ, ex Plinio, Celſo, & Cleopatra ſupra dixi. Pollux autem ſic ait, Talentum erat maius & minus teſte Demoſt. qui πεντηκοντάλαντα dixit. Ex quo ditalentum, & tritalentum, & decatalentum, & hecatontalentum, & ſemitalentum dicimus. De ſemitalento Homerus, ἀλλά τοι ἡμιτάλαντον χρυσȣ̃ ἐγὼ ἐπιθήσω. Præterea Polytalẽtus pro diuite, & polytalẽta res pretioſa ponitur. Valuit aureũ talentũ tris aureos Atticos, argenteũ uerò LX. mnas Atticas. Aurei talenti Homerus mentionẽ facit, κεῖται γὰρ ἐν μέσσοις δύω χρυσοῖο τάλαντα. Quod autem ipſius tempore non multum ualuerit, ex eo demonſtrat, quod in curſus certamine apud eum tertiũ præmium eſt lebes, quartũ duo auri talẽta ex uerſu prædicto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Menſuræ

Menſuræ autem ex Paulo Aegineta hæ ſunt. Mna Græca habet uncias X V I. Romana X X. libra habet uncias X I I. Vncia drachmas V I I I. Drachma autem grammata tria. Gramma obolos duos. Obolos ceratia tria, & calchos V I I I. Ceratium chalcos duos, Cyamus Aegyptius grammata X I I. Chœnix ſextarios quatuor. Congius ſiue Chus ſextarios ſex, unde Sextarius dicitur, Culeus ſextarios quindecim. Cotyle dimidium eſt ſextarij, dicitur & alio uocabulo hemina, quaſi ἥμισυ, hoc eſt, dimidium, ut ait Feſtus. Cotyle habet Mytra magna I I I. Oxibapha I I I. Magnum uerò mytrum oxybaph I I I. Oxybaphum cyathos tres. Cyathus habet chemas longas, uel mytra parua duo. Acena habet orgyam unam cum dimidio, gradus quatuor, cubitos ſex, & paleſtas uigintiquatuor. Gradus ſimplex habet pedes duos: duplex quinque. Plethrum habet Acenas X. Orgyas X I I. pedes C. paleſtas C C C C. Sicla habet grammata I I I I. Medimnus habet amphoras duas. Amphora modios tris. Modius ſextarios X V I. Item talentum habet mnas L X. Mna ſtateres octo. Libra ſcrupulas X X I I I. C C. X X. obolos X L V. C C C C X L. Vncia ſiliquas X C. C C C L X X X. Stater drachmas quatuor, ſcrupulas X I I. obolos X X I I I I. ſiliquas X L V I I. Drachma ſcrupulas I I I. obolos V I. ſiliquas X I I. Scrupula obolos I I. ſiliquas I I I I. Obolus ſiliquas I I. Paraſanga apud Feſtum quinquaginta continet ſtadia. Ariſtides in Encomio urbis Romæ ὡδὲ δέκα παρασάγγαι λογιζομένω. Stadium, ut Heroni placet, habet pedes in longitudinem D C. Diaulus M C C. Miliare ſtadia V I I I. Dolichus ſtadia X I I. Plethrum pedes C. Idem Paulus ait, Pondus grauitate, menſuram uerò uacuitate uaſis metimur. Vas autem uel ſicci

Notæ menſurarum

quanti eſt uel humidi. Idem docet menſurarum characteres ſiue adnotationes hoc modo. Drachma ≺ quæ idem & olche eſt. Sed olche notatur hoc ſigno ℨ libra ⅄ uncia ꞩº Mna μ̇ Modius μ̊ Cyathus ℞ Medimnus μ̇ Ceramium κ̈ Ceratium ℞ Chalcus χ̊ Choa χ̊ Chœnix χ̊. Cotile ℞ Tryblium τ̊ρ. Seſtarium ξε. Oxybaphum ξο. Hemina Ημ. Gramma γϟ. Apud noſtros Obolus ✳

De menſuris agrorum

tali nota reperitur. Menſuras limiteſq́; agrorum nunc attingam ex Iul. Frontino, & M. Iunio Nypſo, quem figuris pulcherrime adnotatum mihi tradidit uir ornatus, omniſq́; uetuſtatis ſtudioſiſſimus Angelus Colotius. Limites urbis duos aruſpicum olim diſciplina (ut ait Varro) poſuit: unum ab

Decumanus

oriente in occaſum, quem Decumanum uocauerunt, quod is longior ſit: nam decumana omnia principalia uocabant: al-

Cardo

terum à ſeptentrione in meridiem quem Cardinem dixerunt, quod ſub axe ſeptentrionis mundus ſicut in cardine uertatur.

Decumanus item deztram habet orientem & ſiniſtram occidentem, ex quo ager dextratus & ſiniſtratus dicitur. Cardo autem habet ultra ſeptentrionem & citra meridiem, ex quo ultratus & citratus dicitur ager. Ab his duobus omnes agri partes nominantur, reliqui limites fiebant anguſtiores, & inter ſe paribus interuallis diſtabant. Quum autem ſcire cupis in qua parte agri ſis, reſpice ſcripturam lapidum terminalium: ſi enim numeri ab oriente incipient, & in occidentem creſcent, Decumani erunt: ſi creſcit in partem ſeptentrionis, erit in parte ultrata & dextrata: ſi in meridianum & cardines in parte occidentis, erit

Lapides terminales

pars ſiniſtrata & ultrata. Ipſi autem lapides terminales diuerſa fuerant figura: Orthogoni, Iſopleuri, tetragoni, hexagoni, heptagoni, pyramides, rombi, ſemicirculi, cultellati ſpatulæ, triuertini, archifinij, centuſiati, ſyginati, ſemitali. Is eſt ille qui in agris ſemitas cuſtodit Pani, Herculi, & Cereri

Limites

ſacer. Nomina uerò limitum hæc ſunt, Decumani, cardines, actuarij, interciſiui, linearij, ſextani, nonarij, qui ſolis curſum ſequuntur: Præfectuales, montani, qui angulo ſubiacent: Vſtrenales, undecumani, ſolini, Græci, regulares, ſubruncini, quintani, ſcutellati, temporales, qui lunæ curſum ſequuntur, Diabonales, diſpotenſales, gallici, chronici, perpetui, paſſiui, limites qui per antica & poſtica diuiduntur. Agrorum au-

Agrorum nomina

tem nomina: centuriatus, dextratus, ſiniſtratus, citratus, tetratus, ultragonus, normalis, Neronianus, Podimatus, Cæſarianus

Menſuræ

Adſignatus, Nigrius in quinquagenos: Meridianus in X X V. Commutatus ex beneficio Auguſti. Subſiciuus, Teſſellatus, epiponicus, Solitrius, Syluanus. Menſuræ nomina in agris ſunt Digitus, uncia, palmus: Sexta ſiue Dutrans, pes, cubitus, paſſus, gradus, decempeda, actus, ſtadium, miliarium.

DE NOMINIBVS.

PLato in Cratylo nomina ab antiquis non fruſtra rebus impoſita exiſtimat, magnamq́; in his animaduerti obſeruationem, & Etymum apparere, ac quaſi uaticinio nonnullis futurorum eſſe. Vbi Græcæ hiſtoriæ plura recenſet nomina: ut Oreſtes qui matrem interfecit atque inſanijt: ab Oris, id eſt, montibus auſpicium traxit, eius montanam atque

Propria nomina uirorum.

agreſtem ſignificando naturam. Agamemnon, qui & apud Troiam, & apud omnis inuictæ fuit perſeuerantiæ, & in laboribus tolerantiæ: dicitur ab agan, quod eſt ualde & epimone patientia. Atreus quaſi Ateron, quod Græci ueteres noxium & indomitum & contumelioſum dicebant. Pelops quaſi prope uidens, quòd in Myrtili cæde non prouiderit, quanta toti orbi immuneret calamitas ex connubio Hippodamiæ: unde ortum bellum Troianum ex nepotibus. Tantalum quoq; quòd miſerrimus fuit, quaſi Talantaton dixerunt.

Alij quòd principes naſcuntur aut futuri ſunt, ut Aſtyanax, Agis, Ageſilaus, Archepolis. Alij quòd fortes in bello, ut Polemarchos, Eupolemus, Polydamas, Leo, Leontopolis.

Alij quòd medicinæ profeſſores, ut Aceſimbrotus, Iatro-

Dii

des, Iaſius. Dij quoq; uocati ſunt, quaſi Thin, id eſt θεῖν, hoc eſt currere, quòd ueteres more barbarorum primum ſigna cœleſtia uenerati ſunt, ut ſolem lunam, cœlum, aſtra, quæ ſunt in curſu perpetuo: ex his poſtea paulatim reliqui eandem re-

Dæmon

tinuerunt appellationem. Dæmon priſca lingua Daimon, id eſt, ſciens, quòd omnia intelligat, quod ſecundum Heſiodum boni uiri, poſt fatum Dæmones, id eſt, felices, & omnia

Heroes

intelligentes erunt. Heroes dicti, uel ab Erin, id eſt, dicere,

Deorum propria nomina

quod facũdia & rhetorica cæteros antecellãt: uel eros amor, quod ex amore alterius parentis immortalis nati ſunt. Iouẽ zena, id eſt, ζῶα, hoc eſt, iuuantem dixerunt: & dia, id eſt, cauſam per quam uiuitur. Saturnum quoq; cronon quaſi coron, id eſt ſaturitatem: noſtri autem hunc quaſi ſaturum annis illũ uerò quaſi iuuantem patrem uocant. Rhea quaſi ῥεῖν, id eſt, fluere, quòd ſecundum Heraclitum omnia fluãt, ſintq́; in perpetuo motu, neceſſeq́; eadem aqua rurſus ablui. Quod ſane ſenſiſſe uidetur Homerus: & Heſiodus dicit Oceanum & Tethydem parentes eſſe deorum: primumq́; Oceanũ coniugium cũ Tethyde germana iniuiſſe. Tethydem dictam quaſi διαττόμενον καὶ ἠθούμενον, quòd per duo hæc uidelicet ſcaturiẽs & tranſiliens, fontis imaginem præ ſe ferat. Neptunus Poſidon quaſi ποσὶ δέσμον, id eſt, pedibus uinculum habeat, quia euntem ipſum maris natura detinuit, nec progredi ulterius ſiuit. Pluto ex diuitijs dictus, quòd ex terræ uiſceribus eruantur. Perſephone quaſi Pherſophone, quòd ſapientiam præ ſe ferat, ob quam diligitur à Plutone. Ceres δημητήρ, quaſi διδοῦσα μήτηρ ob frumenti largitionem. Apud nos Feſtus ait quaſi Geres à gerendo frumento. Iuno item à iuuando Græce ἥρη appellata, ἐρατεινή, id eſt, amabilis ob amorem quo Iupiter in eam adficitur: uel quaſi ἀήρ contrarijs inter ſe literis dicta. Venus à ſpuma maris dicta ἀφροδίτη ſecundũ Heſiodũ, Latine à ueniendo ſecundũ Ciceronẽ, quòd omnibus ob uoluptatẽ ueniat. Pallas ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id eſt, uibrare & cõmouere, quod in bello ſaltationẽ ſignificat, uel aliquid manu iaccre, uel efferre quod ad bellũ pertineat, Minerua Athena dicta

à Græcis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

à Græcis,prius Theano ab Homero quaſi θέα νόησις, id eſt, diuina intelligentia, uel diuina meditans, quòd ſapientia & anima Dei ſit. Vulcanum quem Epheſtum dicunt, quaſi φάεως ἴςορα, id eſt, luminis præſidem. Mars quaſi mas: Græce ares quaſi ἄῤῥην, id eſt, maſculus & uirilis. Mercurius Hermes ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, quod interpretari dicimus. Sol quòd ſolus ſit pulcherrimus inter aſtra, ac maximus. Græce Elios ἀπὸ τοῦ εἰλεῖν, id eſt, uoluere quòd circumuoluatur terram. Luna Selena dicta, quaſi noctis iubar.

Aſtrum
Iris

Aſtrum quaſi Aſtrape,id eſt,coruſcatio. Iris quòd nũcia deorum ſit, ἀπὸ τοῦ εἴρειν, id eſt,dicere. Pana Mercurij filium, & gemina figura merito faciunt, quod uerbum Pan, id eſt, omne ſignificat: uerum uidelicet & falſum. Et uera quidem ſuperna & diuina ſunt, falſa inferiora & humana. Ex quo Panos ſuperiora hominis ſunt ac pulchra, inferiora autem ferina & hircina. Dionyſius quaſi per iocum dictus διδοίνυσος, id eſt, δοὺς οἰνὸν, hoc eſt, dans uinum. Diana quaſi diem ob lucem præ ſe ferens, apud Græcos artemis quaſi ἄνδρα μισοῦσα, id eſt, uirum odiens, ob caſtitatem. Apollinis nomen & Medicum, & Vatem, & Iaculatorem, & Muſicum: quatuor hæc refert. Medicum primo, ἀπολούων & ἀπολύων, id eſt, abluens à malis ſoluẽsq́;. Quod uates ἀπλοῦς, id eſt, Aplus dicitur. Quod ſimplex idem & uerus dicitur ſecundum Theſſalos. Quod iaculator ἀποβάλλων, id eſt, longe iaculans: quod Muſicus quaſi ἀπολῶν, id eſt, ſimul uertens dicitur, quod ex conuerſione mutua polorum & orbium cœleſtium muſica conſtet ſecundum mathematicos. Nã A, quandoq; apud Græcos pro ſimul accipitur, ut ἄκοιτις uxor quæ ſimul cubat, & ἀκόλουθος, qui & ὁμοκέλευθος, id eſt ſecutor, & ſimul iens. Atq; hæc omnia quæ ad Græca pertinent nomina ex Platone. Apud etiam Latinos palã eſt nihil eſſe fruſtra poſitum. Nam plurima ex ſono uocis,ut ferè

Etyma Latina
Etyma Italica

omnia animalia, puerorum etiam. Mammas enim atq; tatas matrem ac patrem infantes uocant, & buas atq; papas bibere; uidelicet ac edere,ut ait Cato de nu.pu. Nonnulla per antiphraſim,ut bellum lætum. Quorum multas Varro Ciceroq́;, & alij etymologias narrant, quas commemorare ſuperuacaneum fuerit. Sed & illud admirabile, quod ne ipſa quidem ruſticorum uocabula Italicorum temere ſint, nec ſolum ab

Ex Græcis

ipſis Latinis autoritatem ſibi uendicant, ſed pleraq; ex Græca grammatica: quod maximo eſt argumento, ipſam Italiam olim ex magna parte à Græcis habitatam fuiſſe. Nos ex multis pauca commemorare ad hoc propoſitum non ab re exiſtimauimus. Baſtazon portans ſeu baiulans dicitur. Romæ uerò nunc uulgò Baſtazus. Item Tios & Tia auunculus & matertera dicitur Romæ,& plurimis Italiæ regionibus idem ſignificatur. Mactra Romæ Mactera locus ubi cernitur farina, & panis conficitur. Phrattin obturare ac ſepire. Romæ Phractam ſepes appellant. Chiros, id eſt χοῖρος. Hetruſcus ſuarius agmen cogens Chir chir exclamat. Vas autem illud quo ſolet eos quandoq; paſcere Trogum appellat, Græci autem Trogin comedere dicunt. In Hetruria item alijsq́; locis, Chalare dicunt id eſt, flectere, Græci Chalao, deprimo, ſubmitto. Quod uerò loquuntur ubiq; Battere, non aliunde putauerim ueniſſe, quàm à uerbo Blattin, quod eſt nocere. Quod autem Hetruſci Schizam uocant partitum lignum, illi etiam eodem modo à uerbo Schizo, quod eſt findo & diduco. In eadem Hetruria Aporiam faſtidium animi appellant, quo uocabulo Græci dubitationem & animi ſuſpenſionem dicunt. In Italia Tranſpadana bugnonem appellant ſuppurationem in inguine præſertim: illi bubona inguen uocant, & item Phymata, quæ multi Phignola, id eſt, tubercula aut tumores ſuppurantes. Hetruſci item tettas mammas uocant, illi Tittas nutrices dicunt. Appellant & Gaſtadam amphoram uentroſam: illi Gaſtera uentrem. Et Carapham Ceraphium. Maltham in Tranſpadana dicunt terram glutinoſam aqua madefactam. Item illi Malthen cæram liquentem, & omne ferè liquidum glutinum. Collam omnes appellant Itali,quod Latini glutinum, Græci uerò collam. In Hetruria ſi quid uile notauerint, dicunt, piſtachij non facere. Eſt enim piſtachium apud Dioſcoridem fructus paruus ſimulis nucleis pineis,ex Aſia ueniens. Romæ Bubulcum Buterum dicunt, quod græca grammatica Boum cuſtos ſignificat. Bicarium item illi,quod omnes ferè Italici Bicherium, & Baucalium quod Bocale. Romani item Cupellum uas aqueum curuum. Homerus etiam Depas Cupellon, id eſt, pateram curuam uocat. Damas Hiſpani, itemq́; Italici matronas honoris gratia uocant. Græci ſimul & Homerus Damar uxorem dicunt. Nundina Romanorum dea à nono die naſcentium nuncupata, qui Luſtrarius eſt. Eſt enim dies luſtrarius, quo infantes luſtrabantur, ac his nomina imponebantur, maribus quidem nono, fœminis octauo: cauſa forſitan,quòd in maris conceptione plus eſſet temporis, iureq́; ſeptimum diem præteriſſe expectabant, quòd is maxime periculoſus eſſet,nec ante eum terminum umbilicus reſolueretur, ante quem homo propior eſt plantæ quàm animali. Autor Plutarchus in Problem. Feſtus quoque idem de luſtrario die teſtatur.

Nundina dea
Dies luſtrarius

In nominibus quoque magnos uiros errare contigit, ut Plinium inter alia Octauium pro Popilio ponendo. Ipſum denique Ciceronem in libro de gloria, teſte Gellio Vlyſſem pro Aiace.

In nominibus magnos uiros errare

Nomen quum & dictionem ſignificet, & debitum, & famam, hanc quamplurimis Deus eripit, conceditq́;, ut ait Heſiodus,

Nomen

Ὅν τε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε &c. id eſt,
Cur homines ignoti,& quidam nomine clari,
Dicti ac indicti? cauſa eſt Iouis alta uoluntas.

Magnum ſanè argumentum Deum hanc gloriolam tempore ruituram ridere, quòd improbos tanquam eorum portione frequentius quàm bonos exornet. Nam ſi recenſere hucuſque tempora uelimus, innumerabiles uiri ſanctiſſimi, inſuper & martyres, quorum nomina ſcripta ſunt in libro uitæ, iacent ſine ulla fama, quum tot ſceleratiſſimi per ora hominum quotidie uolitent. Nomina uerò ipſius Dei altiſſimi Dionyſius de diuina notitia exequitur, quæ in unaquaque lingua uim maximam habent, non ſolum ex autoritate noſtrorum, ſed ipſius Platonis.

Chriſtus

Chriſti autem Chriſtianorumq́; nomen, quanto magis ab ipſis inſectatoribus depreſſum, tanto magis nobis illuſtre conſentaneumq́; redditum. Cuius rei teſtimonia plura adducuntur, Tertulliano teſte in Apologetico, Tyberius quum è Syria à Pontio Pilato Chriſti diuinitatem accepiſſet, detulit ad ſenatum cum prærogatiua ſuffragij ſui. Senatus, quia non ipſe probauerat reſpuit. Cæſar in ſententia manſit comminatus periculum accuſatoribus Chriſtianorum.

Tyberius

Ad Traianum Plinius Secundus ſcribit Bithyniæ procurator, cuius adhuc extat epiſtola, eiuſq́; meminit etiam Tertullianus. Imperatorem conſulit quid de Chriſtianis quotidie oblatis agendum, quum in his nil mali reperiatur, niſi Chriſto antelucanos hymnos canere: an qui eſſe deſierint uenia donandi. Cui ille reſpondit, Inquirendos quidem non eſſe, uerùm oblatos puniri oportere. Hadrianus de eo adorando referendoq́; in deos cogitauit. Alexander in ſuo larario depictum habuit.

Alexander

Eunapius Græcus autor, nec tamen Chriſtianus, in libro ſophiſtarum ſcribit, Conſtantinum ſub quo ipſe fuit, deorum delubra in Chriſtianorum templa commutaſſe.

Conſtantinus

Eius denique & Tacitus uterque in Neronis uita, & Ioſephus libr. antiquitatum x x. mentionem faciunt, quorum teſtimonijs innumerabilis ardorem multitudinis conſpicere poſſumus, ut iam nobis turpe ſit his maiora deſiderare prodigia.

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

DE FORTVNA QVOMODO A GRAECIS EXPRIMATVR.

Fortuna CEbes philoſophus in libello qui adhuc extat, Fortunam fœminam cæcam pingit, furenti ſimilem, ſupra rotundum ac uolubile ſaxum conſtitutam, eius uidelicet inſtabilitatem ſignificando: circaq́; comites puellas habere, uoluptatem, adulationem, inconſiderationem. Bupalus, ut ait Pauſanias libro quarto, primus apud Smyrnæos ſtatuam Fortunæ fecit cum polo ſupra caput, & altera manu Cornucopiæ: ex quo Pindarus φερέπολον eam uocauit. Apelles interrogatus, cur fortunam ſedentem pinxiſſet, Nondum inquit, ſtetit. Teles Bion fortunam comparare ſolebat poëtriæ cuidam ac ſcænæ, ubi hiſtriones diuerſas induti perſonas, qui primos, qui ſecundos actus agit, quiq́; ſerui & domini perſonam agunt: haud aliter diuitum pauperumq́; ordo quiſque ſuos actus ac perſonas tueri exequiq́; debet. Socrates Theatro ſimilem dicebat uitam, ubi indigni ſæpe meliora capiunt loca: & qui in rebus ſecundis nimis alta ſapiunt, ſimiles eſſe his qui in ſtadio currunt uia lubrica. Euripides, ὡς οὐ τις ἀνδρῶν ἄπαντ' εὐδαιμονεῖ. Quod Horatius eleganter conuertit. Nemo ex omni parte beatus. Idem: Nihil eſt in hominibus æquale, nihil firmū, nec adeo quis felix ut nō poſſit eſſe infelix. Heſiodus.

Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ.
Lux quandoque parens, alia eſt quandoq; nouerca.

Theocritus. Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.
Iupiter interdum pluit, interdum ſerenus. Sophocles

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν
Εἴδωλα ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.
Ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν ἅπαντα
τἀνθρώπινα. τοὺς δὲ σώφρονας
Θεοὶ φιλοῦσι καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς.

Quinq; ſunt ſenarij.

Video nanq; nos nihil exiſtentes aliud,
Quàm idola ſiue umbram quicunq; uiuimus.
Dies enim inclinat rurſusq́; refert
Mortalium facta, ſapientes igitur
Amant dij tantum, odoreq́; non probos.

Virgilius haud longe ab hac ſententia.

Multa dies, uariusq́; labor mutabilis æui
Retulit in melius, multos alterna reuiſens
Luſit, & in ſolio rurſus fortuna locauit.

Nam magnos legimus uiros paruis cunabulis emerſiſſe: multos etiam expoſitos quos Aelianus de uaria hiſtoria huiuſcemodi commemorat, Cyrum à cane nutritum, Telephum à cerua. Peliam Neptuni & Tyrus filium ab equa. Paridem ab urſa. Aegiſtum Tyeſtis à capra. Romulum & Remum à lupa. Pindarus fortunam unam in parcis facit. Dionyſius Tyrius: Nullus mortalium antequam moriatur felix. Auguſtinus noſter ſimiliter, Lauda poſt mortem cum peruenerit ad triumphum. Archilochus, Dij ſæpe homines humi iacientes ex malis erigunt, Sæpe etiam reſupinant. Diphilus.

Ἀπροσδόκητον οὐδὲν ἀνθρώποις πάθος,
Ἐφημέρας γὰρ τύχας κεκτήμεθα.
Nullum hominibus inexpectatum malum.
Fortunas enim in dies poſſidemus.

Iſocrates ad Demonicum: Nihil rerum humanarum magnum puta: ſic neq; ſecundis lætaberis, neq; aduerſis dolebis.

DE FORTVNATIS IMPROBIS AC STVLTIS.

AEſchylus. ἢ βαρὺ φόρημα ἄνθρωπος εὐτυχῶν ἄφρων ἐστί. μωρία μάλιστ' ἀδελφὴ δὲ πονηρίας ἔφυ.
Quàm graue onus homo felix inſipiens.
Nam ſtultitia germana eſt iniquitatis. Theognis.

Πολλοῖς ἀχρήστοισι θεὸς διδοῖ ἀνδράσιν ὄλβον
Ἐσθλόν, ὃς οὔθ' αὐτῷ βέλτερος οὐδὲν ἐὼν
Οὐδὲ φίλοις, ἀρετῆς δὲ μέγα κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.
Diuitias Deus ignauis dedit ipſe frequenter,
Quis melius nec eis, nec charis eſſet amicis:
Nobilis at uirtus æterna in ſecula durat.

Euripides. Φεῦ φεῦ, ὅταν δαίμων κακοῖσι διδῷ καλῶς, ὑβρίζουσ' ἀεὶ πράξοντες εὖ. Heu heu cum fortuna malis bene tribuerit: qui enim ſemper agunt feliciter, iniquè agunt.

Idem: Cum improbi feliciter nimis agunt, quando non putabunt pœnas dabunt.

Idem: Omnium optimum non cogere deos, & amare præſentem ac propriam fortunam: amor enim difficilium, ſtultos induxit præſentis fortunæ ac ſui obliuiſci.

Demoſthenes pro Cteſiphonte. Οὐ γάρ ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀδικοῦντα καὶ ἐπιορκοῦντα καὶ ψευδόμενον δύναμιν βεβαίαν κτήσασθαι. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ καὶ βραχὺν χρόνον ἂν τύχῃ. τῷ δὲ χρόνῳ δὲ φωρᾶται, καὶ περὶ αὑτὰ καταρρεῖ. ὥσπερ γὰρ οἰκίας, οἶμαι, καὶ πλοίου, καὶ τῶν ἄλλων τοιούτων, τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ, οὕτω καὶ τῶν πράξεων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις, καὶ δικαίας εἶναι προσήκει. Non eſt, non inquam eſt, ô uiri Athenienſes, iniuſtum & periurum & mendacem uim habere firmam ac perpetuam: uerum ei felicitas breuis continget, temporeq́; defluet. Exiſtimo enim, ſicuti domus aut nauigij, uel his ſimilium inferna firmiſſima eſſe oportet: ſic actionum principia ac ſubiecta, uera ac iuſta eſſe oportere. Idem τὸ εὐπράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν ἀνοήτοις γίνεται. αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύπτειν καὶ σκιάσαι τὰς ἁμαρτίας ἀνθρώπων. εἰ γάρ τι πταίσῃ, τότ' ἀκριβῶς ἀνακαλύπτεται πάντα ταῦτα. Feliciter euenire præter merita, ſtultis quidem eſt occaſio male ſentiendi. Bona enim fortuna peccata mortalium apta eſt abſcondere atque adumbrare. Quod ſi forte corruerit, omnia quidem illa facile apparebunt. Contra uerò, & ſi ſapit, ſtultus cenſebitur infortunatus. Cicero pro C. Rabirio Poſthumo. Conſilia euentis ponderamus, ut ſi bene quid ceſſit, multum illum præuidiſſe: cui autem ſecus, nihil ſenſiſſe dicamus.

NON ESSE OBIICIENDAM FORTVNAM.

DEmoſthenes item pro Cteſiphonte. Ὅστις ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώπῳ τύχην προφέρει, παντελῶς ἀνόητον ἡγοῦμαι. ἣν γὰρ τὰ βέλτιστα πράττειν ὅμοιον καὶ ἀρίστην ἔχειν οἰόμενος οἰκίαν, καὶ τοιαύτη διαμενεῖ μέχρι ἑσπέρας, πῶς χρὴ περὶ ταύτης λέγειν; ἢ πῶς ὀνειδίζειν ἑτέρῳ; Quicunque homo homini fortunam obijcit, prorſus eum ſine ſenſu exiſtimo. Eſt enim feliciter agere ſimile illi qui optimam poſſidet domum quæ tantum uſque ad ueſperam duret: quónam modo de hac adfirmare, uel quomodo probro dare alteri addecet? Iſocrates ad Demonicum. Nulli calamitatem obijcies, communis enim eſt fortuna. Heſiodus Μηδέποτ' οὐλομένην πενίαν θυμοφθόρον ἀνδρὶ τέτλαθ' ὀνειδίζειν. Pauperiem miſero caueas ne obieceris unquam. Cicero quoq; de Oratore præcipit ne cauillus aut ſcomma in miſerum iactetur.

QVOD CHRISTIANI FORTVNAM NON ADMITTVNT.

AVguſtinum in libro Retractationū pœnitet laudes cuiuſdam uiri nobilis ex fortunæ parte ſumpſiſſe, ut fortunæ tribuendo, quæ Dei prouidentiæ ſunt. Nec Iob conſolantes amici fortunam incuſant. Neq; Dauid in tot ærumnis quæritur ab ea preſſus, niſi diuino iudicio. Ex quo palā eſt Chriſtianos fortunam non admittere. Sed & ueterū Sapientes ei [illegible] tribuerunt.

buerunt. Salluſtius ad Cæſarem ſcribens inquit. Vt ait Accius in carminibus: Faber quiſque fortunæ ſuæ eſt. Et in procemio Iugurthini, Ignauos atq; ſocordes dicit, cum uirtuti ac diligentiæ deſint, falſo fortunam incuſare, ad eamq; fœlicitatem ſuam referre. Et Iuuenalis.

Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia, ſed nos
Te facimus Fortuna deam, cœloq; locamus.

QVOD A ROMANIS FORTVNA PRAECIPVE COLEBATVR.

PONebatur eius ſignum in cubiculo Imperatorum. Die uerò ſupremo in ſucceſſoris conclaue transferebatur, ut autor Spartianus. Romæ quoque plurima eius templa diuerſis appellata cognominibus fuiſſe accepimus. Seruius Tullus primus ædem ei ædificauit: adepto deinde regno, Fortis fortunæ, Primogeniæ & Maſculæ templa conſtituit. Deinde cum de Veientibus Caruilius Cos. triumphaſſet, ex manubijs Fortis fortunæ ædem quam Seruius Tullus uouerat faciundam locauit. Autor Liuius. Muliebris fortunæ fanum uia Latina quarto ab urbe miliario, quo loco Coriolanus matris precibus perſuaſus ab urbis obſidione diſceſsit. Viſcutæ etiam Fortunæ templum, quòd illecebris ac quaſi uiſco mortales capiat ac deuinciat. Fortuna equeſtris quæ iuxta Theatrum eſt. Fortuna Virilis iuxta lacum Nemorenſem, ubi uirgines templi ſacerdoti ſeſe nudas oſtendebant, ut ſi quid uitij eſſet in corpore, uiros futuros poſſent perpetuo cælare. Multis item antea tempeſtatibus conuertentis, & bene ſperantis, & uirginis Fortunæ templa conſtituta. Et intra portã Carmentalem rurſus Fortunæ, & in exquilijs Malæ Fortunæ uno ferè tempore poſita delubra.

DE PRONOEA. LOCVS EX XENOPHONTIS III. COMMEN.

SOcrates. Noſti Euthydeme quàm bene Deus rebus conſulat humanis. Primum lucem creauit ad quam aſpiciendam oculos nobis dedit, deinde noctem requiem laborum. Solem uerò luci præſidentem, ac omnia luſtrantem, qui horas temporaq; diſtingueret: nocti uerò aſtra præfecit, per quæ temporis etiam uarietatem motumq; dijudicaremus: deinde lunam, non ſolum noctem, ſed etiam menſes nobis patefacientem. Præterea quòd alimentis cibisq; egeremus, ea nobis ex terræ fœtibus procreauit, non ſolum ad neceſsitatem, ſed & ad uoluptatem. Deinde aquam quæ rebus plurimis utilis foret, plantis, telluri, terraq; naſcentibus omnibus: nobis denique ad potum ac nos omnibus nutrientibus: eaq; de cauſa palàm ac uulgò in magna copia cunctis patet. Ignem inſuper qui tenebras, ſimul & frigus pelleret, neceſſariusq; ad multas artes operaq; hominum foret: nam citra ignem minime egregium aliquid conficitur. Solis quoque curſus quàm apte diſpoſuit, ut ex eius adceſſu & receſſu omnia in terra producerentur: tropicosq; inſtituit, ne per nimium propinquantes ureremur, ne'ue per longius recedentes frigore corrumperemur. EVTHYDEMVS. Ita eſt profecto ut ais. Sed ſcire uelim hoc Deorum opus cuiuſnam gratia, an hominum ſit. Nam & cætera animalia uideo in horum quoque utilitatis partem uenire. SOCRATES. Nullum profecto dubium, quin hominum gratia ſint omnia. Nam quæſo, quæ animalia tot bonis fruuntur, quemadmodum homines? Etenim ipſa quoque ob nos facta non minus quàm terra naſcentia ſunt. Plures nanque populi terræ fructibus minime ueſcentes, tantum animalium lacte, carneq; ferarum ac uenationibus aluntur: tum plurima ex eis manſuefacta ad bellum, reliquosq; mortalium uſus magnopere ſuppeditantia ſunt: quo magis mirum uidetur, quòd cum uiribus ac robore ſuperent homines, ab eis ad omnem uſum ſubigantur. Quid de ſenſibus dicam, qui nobis additi, ut rerum differentias, uariarumq; rerum uoluptates exciperemus? Poſt hos & rationem ac mentem, qua ſenſibus obiecta potiſsima uideremus, bonaq; eligeremus ac mala euitaremus. Poſtremo oratio nobis data, qua inuicem diſciplinis erudiremur: hac etiam leges conderemus, reſpublicas adminiſtraremus, tum bona omnia communicaremus. Hactenus Xenophon. PRONOEAM quam nos prouidentiam dicimus, negat Cotta Epicureus apud Ciceronem. Cur ait tot ſecula dormierunt antequam foret mundus? An Deus Aedilis factus uoluit exornare ſideribus mundum? cur potuit hac uoluptate tanto tempore carere? Sed ut dicitur, factus eſt hominum cauſa. Quorum? bonorum, an malorum? Balbus Stoicus ex Cleanthis ſententia reſpondit. Deos eſſe, apud omnis in confeſſo eſſe: quales autem ſint, hoc tantum differre: nulla enim gens tam fera, tam barbara, cuius mens deorum opinione non imbuatur. Eos nanque prouidentiam habere, quatuor manifeſtis de cauſis dicit. Ob rerum futurarum uaticinium & præſenſionem. Deinde ob commodorum multitudinem, quæ ex cœli temperatione, terræq; fœcunditate percipitur. Tertio quòd homines fulminibus, tempeſtatibus, peſtilentia, cæterisq; malis terrenter. Quarto ob rerum ordinem ac perſeuerantiam, ſiderumq; pulchritudinem: quæ cum ſumma ratione diſpoſita perdurent, ſtultum eſt ea ratione ac prouidentia non regi exiſtimare, & id eſſe fortuitum quod ordine ſummo procedit. Itaque ex Ariſtotelis ait ſententia, ſi qui ſub terra Cimmeriorum more habitaſſent, ac tempore quodam ad ſuperiora ueniſſent, pulchritudinemq; cœli ac mundi ornatum, ſolis iubar fulgentis, cæterarumq; ſtellarum adſpicerent, ſtuperent omnino, nec niſi deorum hoc ingenio maximaq; ordinis ratione gubernari exiſtimarent. Deos deinde dicit eſſe rerum proprietates, ut quæque uim ad aliquid habeat: Iouem autem unum omnium patrem. Hinc cauſas reddit nominum, & etymorum deorum quæ nos alibi attigimus. Diogenem deinceps affert dicentem, quòd improborum res ſecundæ magnopere prouidentiam redarguunt: plures enim boni quibus male euenit, & contra: ut Marius, Sulla, Dionyſius tyrannus ſenex, Piſiſtratis, Phalaris, innumerabilesq; alij facinoroſi perpetua ſunt uſi felicitate. Paulus uerò Cannis cum exercitu trucidatus, Africanus in exilio mortuus. Catulus à Mario interfectus. Duo Scipiones in Hiſpania pereuntes, atque alij probatiſsimi fuere, quibus res male euenit. Sed quos ipſi uidimus Sigiſmundus Malateſta & Nicolaus Vitellius tot perpetratis cædibus, tot iuribus uiolatis, in omnibus bellis ac controuerſijs ſuperiores, tandem in patria ſenes inter ſuorum amplexus facili morbo perierunt. Verùm omnium exempla uicit Alexander Pont. cuius ſuprà memini, qui ita uſque ad extremum obſequentem habuit fortunam, ut in magnis ſemper periculis creuerit. Legatus quondam ex Hiſpania reuertens, quum innocens familia ferè omnis tempeſtate in mari periſſet, ipſe cum paucis euaſit, defunctorum hæreditatem conſecutus. In Pontificatu minas Gallorum non ſolum ſubterfugit, ſed eos præſto, paratos, obtemperantesq; habuit. Aduerſarios omnis ſuperauit, in bellis etiam ferè omnibus uictor. Quin ædibus olim fulmine ictis quum conclauis pars ſub qua erat corrueret, ruinaq; aliquandiu opertus, ac iam ab omnibus extinctus proculdubio putaretur, ſubito incolumis ac ſub trabe ſeruatus apparuit, nonnullis qui circa aderant uiris inſontibus exanimatis. Poſtremo quum omnes exitum expectarent malum, leui morbo annoſus, in ſuo lectulo inter oſcula filiorum deceſsit. Hic igitur Cicero cum hallucinetur,

Alexander Pontifex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tur, nec ſatis contra Epicurum inſtet, occaſio datur contentioſis, ut planè prouidentiam eſſe negent. Verum adſertorem in medium fas adducere Auguſtinum. Is in libro de Ci. Ciceronem reprehendit, qui cum res duas tueri non poſſe ſibi uideatur, uidelicet humanarum actionum liberam poteſtatem, ac futurorum certam in Deo ſcientiam, quæ libertatem tollere uidebatur: ut primum concedat quod magis hominibus prodeſſe ad tuendas reſp. conſeruandamq́; inter ſe ſocietatem putaret, deos omnino rerum inſcios ac ignaros facit: quod ſi ignari, neque dij putandi. Ipſe igitur utrunque ponit, ac rationibus contendit diuinam præſenſionem minime noſtrarum actionum libertati officere. Quod autem de improborum felicitate, bonorumq́; aduerſitate ſuprà memoratur, idem cauſas facile aperit. Quod bona quæ uidentur hominibus, uera bona non ſunt: nec mala, quæ uidentur mala. Et in alio loco ait. Quod hæc omnia nobis reguntur incognita, Deo autem notiſſima, atque in incertum reſeruantur, in fine quandoq; nobis in cœlo manifeſtanda. Duplicemq́; eſſe prouidentiam, unã quæ generatim rebus conſulit humanis, alteram quæ priuatim bonis omnibus, qui pietatem iuſtitiamq́; ſectantur, quorum numerus cum orbis fine ſimul explebitur. Eos quoque qui in uia perfectæ uirtutis conſtiterunt, laboribus quandoque exercet, ut patientia feliciores eo ſint poſtea futuri. Imperfectos autem & adhuc ex rerum cupiditate anhelantes incommodis, aut corporis, aut externorum, ſiue etiam repulſis & ignominijs mulctatos, purgatiores in poſterum reddit. Deploratis uerò plurima facile concedit, ut ſi forte in uita facinoroſa aliquid bene geſſerint, præmium nunc ferentes iuſtius perpetuo crucientur. Quoniam uerò utrunque genus in omnibus exiſtit, hi tantum boni putandi ex autoritate Origenis in epiſtolam Pauli ad Rom. quibus bona malis præponderant, mali uerò quibus mala. Gregorius autem de his luculentius. Externa, inquit, cum de medio ſint genere, malis ſæpe Deus concedit tanquam non uera bona: bonis uerò quandoque tanquam ea non mala eſſe demonſtrando, quibus uti liceat bene.

DE DIVINATIONE.

ET quoniam præſenſionem rerum ad Pronœam facere à Cicerone commemoratum eſſe dixi, pauca de uaticinijs ſubijciam. Plato, Platoniciq́; omnes oraculis uaticinijsq́; auſcultant. In Phædro quidem humanam ſapientiam præ illa quæ ab oraculis furoribusq́; diuinis habetur nihili pendet. In Timæo dicit eatenus de rebus diuinis adfirmandum, quatenus diuinis oraculis confirmentur. In apologia autem Socratis defenſionem ab oraculis uaticinijsq́; auſpicatur, dicitq́; totam eius uitam ad Apollinis oraculum, & cuiuſdam dæmonis uaticinium inſtitutam. Nam Socratis dæmon notiſſimus, cuius ipſe inſtinctu apud Platonem agitur. Igitur quæ apud eundem Mantia, apud nos mania rectius uocata, diuinatio nominatur, ut ait Cicero, qui eam dicit eſſe, aut ex natura ut ſomnia & uaticinia, aut ex arte ut aruſpicium, auſpicium, augurium, Aſtronomia, magica, coniectura ſapientum. Plato diuinam primam dictam eſſe ait. Secundam uerò humanã. De ſomnijs idem ſcribit, quoties quis ſapienter ac ſobrie ſe habet, in ſomnium uenit, excitans partem rationis participem ueritatem attingit, minimeq́; errat. Homerus Ody. XIX. de Somnijs. *Homerus Ody.*

Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων.

& quæ ſequuntur. Sex enim uerſus ſic conuerti poſſunt.

Sunt geminæ ſomni portæ, quarum una uocatur
Cornea, apud Stygios pariter, ſed & altera eburna.
Hac penetrans ſomnus uerba imperfecta reportat.
At quicunq; uenit portæ de limine primæ,
Vera refert, dulci correptis membra ſopore.

Ea uerò quæ ex uatibus ſiue prophetis eſt, ſi data diuinitus, ſemper eſt uera. Si minus, etiam quandoque uera ut placet Auguſtino qui Virgilium in ecloga Pollionis de Chriſto uaticinatum eſſe dicit, & Caipham pont. de liberatione populi. Aſinam quoq; Balaam locutam. Ipſum uerò præter Balac Moabitis mandatum Hebreorum populo benedicentem Numero XXII. Mantia quondam plurima leguntur priſcæ ſuperſtitionis, apud Mopſum Ciliciæ, apud Telmeſſum Cariæ, apud Elidem Iamidarum & Glutidarum, apud Delphos Apollinis, apud Ammonem in Libya, apud quercus Dodonæas. Vates uerò Tyreſias, Mopſus, Idmon, Amphiaraus, Calchas: quibus oppoſiti noſtri facile indicant quantum inter mendacium & ueritatem interſit, ut illis Pindari ſententia uera contingat ὡς τῶν μελλόντων τυφλῶνται φράσεις. Quàm cæcæ ſunt futurorum prædictiones. Diuinatio autem quæ ex arte uenit, & primum ex mathematica, falſa etiam deprehenditur, non ſolum ex euentu rerum & experientia ipſa, ſed ex autoritate philoſophorum, & aſtrologorum: primum Diogenis Stoici qui aliquid quidem prædictionis in ea concedit, ut qualis ſit quiſq; naturæ, & ad quam potiſſime rem generatim ſit aptus: cætera negat ſciri poſſe. Eudoxus aſtrologus negat adhibendam eſſe fidem Chaldæis. Archelaus item & Caſandrus eiuſdem facultatis periti, qui ætate Panætij philoſophi fuere, hoc genus prædictionis omnino reijciunt. Noſtri doctores item. Verum Thomas Aquinas, ſicuti & Diogenes quem ſuprà nominaui, nonnihil ei concedit. Corporis uidelicet diſpoſitionem, motum ſenſuum ad res uarias, partim etiam horum ratione intellectus. Nam corruptis ex aliquo aſtro ſenſibus, intellectus etiam patitur. Voluntas autem nullo pacto attingitur, liberaq́; ſemper & incolumis permanet. In hanc ille ſententiam, quæ quidem fuit plurimorum philoſophorum: tum ipſius quoque Ciceronis, qui fatum quod Græci εἱμαρμένην, id eſt, Imarmenen appellant, omnino tollit, Stilponis Megarenſis & Socratis exempla adlegando, qui naturam prauam & uitioſam, in officioſam diligentia commutarunt. Noſtra ætate Mathias Pannoniæ rex, & Fridericus Vrbini dux, graues alioquin homines, mathematicæ addicti fuere, eamq́; profitentes undecunq; alebant. Nuper uerò Ludouicum & Aſcanium Mariam Vicecomites, magnorum cenſores ingeniorum, nihil propterea ex hac diſciplina qua tantopere delectabantur, feliciores fuiſſe uidimus. Quod autem ad magicam pertinet, à Zoroaſte primum cœpiſſe Plinio placet, ultimam uerò fuiſſe Cypriam puto ob Barnabam Cyprium, & quod ibi ab initio frequentes fuerint Chriſtiani, de religione noſtra uelit dicere. Neronem quoq; teſtatur eius rei ſtudioſiſſimum, nullam ueritatem inueniſſe: ex quo magis miror ea quæ de Simone Mago qui fuit eius tempore, uulgò traduntur, nullo certo autore. Nam Euſebius nulla eius magicæ miracula ſcribit, ſed tantum hæreticum, proq́; Deo cultum. Veritatem tamen ei ſubeſſe quantam Deus permiſerit, nefas Chriſtiano uiro credere non fuerit, quin potius nefas non credere quæ de Pharaone portenta in ſacris uoluminibus leguntur. Hinc quoque & illa dependere uidentur, Hydromantia ex aqua, Geomantia ex terra, Necromantia ex mortuis, Coſcinomantia ex cribro, Cleromantia ex ſortibus, Lecanomantia ex pelui. Strabo Lecanomantas & Hydromantas in Perſide frequentes eſſe ait. Phyſiognomia ex natura membrorum. Chiromantia ex manibus, ſicut ab Vxiorum genere de quibus in Geographia dixi. Aſtrognomia ex aſtris ut à Babylonijs & Chaldæis. Botanomantia ex herbis, ut à Theſſalis fœminis, quæ Latinis ſagæ dicuntur. Gaſtromantia ex amphora uentroſa quæ à puero ſolet inſpici, etiam apud ueteres. Hoc Cicero forte intelligit in libro de Diuinatione, quum dicit auſpicia militum per acumina: niſi de lapide ſyderite intelligat, cuius eſt ea uirtus teſte Orpheo

Balaam

Hydromantia Geomãtia &c. Chiromantia Aſtrognomia Gaſtromantia

de lapid

de lapidibus, ut noctu uelatus ad lucernam expiatis mente introſpicientibus moueri, reſponſaq; dare uideatur. Eſt & apud Aegienſes in Achaia teſte Pauſania lib. ſeptimo templum Cereris, ubi fons in quem peracto ſacrificio introſpicientes in morbo uident ualetudinis euentũ.

Augurium

Aruſpicina

Præterea Augurium ex auibus. Cuius inuentor Accius Nauius, & Aruſpicina ex extis, cuius repertor Tages Etruſcus, de quibus in Anthropologia narratur. Oſcines aues quæ ore canunt, quod non felix ſemper ſignum.

Soliſtimũ tripudium

Soliſtimum tripudium ſemper felix, quando uidelicet è cauea pultem ita paſcunt aues, ut ex ore pars cadens terram pauiat, id eſt, feriat, quaſi terripauium. L. Papirius quòd non feliciter aduerſus Samnites pugnauerat, à Pullario admonitus, ad repetendum auguriũ Romam reuertit.

Faſcinatio

Incantatio

Faſcinatio poſt hæc & Incantatio inter portenta referuntur dæmonica, quorum ultimam non ſolũ inter repentina uulnerũ remedia in caſtris, ſed pſalmi teſtimonio ualidam uenefici incantantis ſapienter adſpicimus. Alterã nonnulli lætis rebus inſidiari putauerũt, ut in matrimonijs uenerẽ tardare, & pulchritudini tum pueris præſertim officere. Quapropter infantiæ coralliũ & his ſimilia pro amuleto adligantur. Deſpui quoq; cõſuetudo eſt, quod ab antiquis obſeruatũ etiam animaduerti, ut in Theocrito Polyphemus pulchritudinem ſuam apud Galateam iactans ait. ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. Deſpui & ipſe ſinum ter, ne quis forte noceret. Ouidius etiam, Deſputat in molles & ſibi quiſq; ſinus. Nonnulli præterea creduli uanis rerum quarundam auſpicijs, ut ſternutamento uerbis interueniente probari ſermonis ueritatem putant: ſicut in Ody. Penelope ſomnia recitante, Telemachum ſternutaſſe bonũ omen putatum. Et fulgetra popiſmis, id eſt, paruis ſibilis adorari ſeu placari cõſueta Plin. refert. His ſimilibus ualde mouebatur Auguſtus, Tranquillo teſte, Cæſar uerò minime. Prodigia quoq; formidata uates ſæpe interpretabantur. Duumuiri ad hoc creati procurabant, eorumq; aueruncandorũ, id eſt, auertendorũ gratia ſupplicationes ad omnia puluinaria decernebãtur, thus, uinumq; publicè præbebantur.

Phyſiognomia

Phyſiognomia corpus ex Ariſtotele tum alijs conſiderat. Quadratum uitæ longitudinem pollicetur, breue ac delicatũ ingenium & bilem, quòd cor propius ſit capiti ac cerebro, ut ait poëta quidã. Ingenio pugnax corpore paruus erat. Nam laudatos plerunq; uiros infra mediocrem magnitudinem fuiſſe accepimus. Oculi extantes eminenteſq; ac etiã albicantes temeritatem indicãt, in receſſu cauo malignitatem, minimè conniuentes impudentiã, ſæpe leuitatem, nigri dolũ & aſtutiã. Frons breuis ingeniũ, lata ignauiam, rotunda iracundiã. Auriculæ magnæ hebetudinem tarditatemq;. Dentes rariores uitæ breuitatem, denſi multiq; longitudinẽ, Supercilia protenſa mollitiem, incuruata ſeueritatem.

DE CONIVGIO, QVIS IN EO VETERVM RITVS.

MOX De iuſtitia, quæ Oeconomia domeſticos quoq; attingit, ac primũ de Coniugio, in quo diuerſa gentiũ conſuetudo conſpicitur. Apud Romanos, ut ait Feſtus, nubentem deducebant patrimi & matrimi pueri tres, id eſt, qui patrem & matrẽ uiuentes haberent. Vnus qui facẽ præferebat ex ſpina alba quia noctu nubebant. Duo qui nubentem tenebant. Plutar. in Problem. nouæ nuptæ noctu quinque faces quæ ex teda erant dicit accendi ſolitas. Ante uiri congreſſum ignis & aqua dantur attingenda, quòd his elemẽtis purgatio contineatur, ſignificando caſtam ac puram futurã. Ouid. in Faſtis alium adducit morem. Ne pigeat tritum niueo cum lacte papauer Sumere, & expreſſis mella liquata fauis. Quum primum cupido Venus eſt deducta marito, Hoc bibit, ex illo tempore nupta fuit. Pro quibus nunc mel Romæ deguſtandum tribuunt. Tum ſuprà caput haſtam de corpore gladiatoris eductam adhibebant. Cuius loco nunc ſanè enſem adhibent. Alex. in problem. Noctu tantũ, non interdiu noui coniuges cõgrediebãtur, ob uirginei pudoris reuerentiam. Sequebatur ſponſam mundus muliebris. Græce anacalypteria, quoniã diſcoopertus ferretur. Dicuntur & parapherna, quòd pherne dos appellatur: noſtri uerò legulei corrupto uocabulo paraphrena nunc dicunt. Sponſa introducta dicere iubetur, Vbi tu Caius & ego Caia, id eſt, ubi tu frugi fueris, ego item: exemplo Caie Tarquinij uxoris, frugaliſſimæ fœminæ quæ & Tanaquil dicebatur, ſtatuamq; in templo meruit.

Talaſſus

Talaſſi quoq; nomen ſæpius inuocatur, ut operum matresfamiliâs ac lanificij Græco uocabulo admonerentur, aut quòd in raptu Sabinarum Talaſſo uiro optimo ſorte uirgo obtigerit, unde auſpiciũ nuptæ ſumpſere. Ipſum quoq; limen tranſcendere non permittitur, ſed tranſportatur ut coacta pudicitiam amittere uideatur. Vir ab uxore uiua dono aliquid accipere prohibetur, quod ſuſpicione minime careat ne uiri donationem & ipſa expeteret. Ex quo Solon ſcripſit morientiũ legationes ratas eſſe oportere, niſi forte ab uxore lenocinijs perſuaſus. Qui uxorem habebant, ſiue ex agro ſiue peregre redirent, aduentus ſui nuncios domum mittebant, uti ſeq; domumq; ornarent, ſi qua eſſet (ut moris eſt pudicarum quæ ſine uiro agunt) negligentia.

C. Carbilius primus Rom. uxorem repudiauit

C. Carbilius primus Ro. ſterilitatis cauſa uxorem repudiauit. Hunc ſecutus Sulpitius Gallus, idcirco uxori nuncium remiſit quòd eam in caput ueſtẽ deducere animaduertiſſet. Idem quoq; fecit P. Sempronius, quòd eius uxor ludos funebres ſpectaſſet. Cæſar item uxorem Pompeiam, quam alioquin pudicã eſſe exiſtimaſſet, quòd in ſacris Bonæ deæ quæ illa celebrabat, Clodius fœminæ habitu fuerit inuentus, repudiauit, dictitans Cæſarum domum etiam ſuſpicione probri carere oportere. Hæc Plutarch. diuerſis in locis. Mos etiam fuerat tam Græcis quàm Romanis uirginibus faſcia genitalia ſuccingere uſq; in diem matrimonij. Homerus Ody. XI. de Tyro uirgine à Neptuno compreſſa, Λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην κατὰ δ' ὕπνον ἔχευεν. Et Martialis. Qui zonã ſoluit diu ligatam. Durauit Romæ uſq; ad Honorij tempora.

S. Alexius

Nam legimus S. Alexiũ Romanum clam ex urbe fugiturum nouæ ſponſæ balteum inſigne pudicitiæ uſq; ad reditũ cuſtodiendũ tradidiſſe. Balteum hoc quod Græci Ceſton uocant Veneri attribuunt, quo ſexum amore cõiungit. De conſuetudine uerò exterorum, Strabo inquit mos Scythis prius nautis proſtitutas in littus ducere. Corſis item. Liburnis, ut ait Strobeus in collectaneis cõmunes eſſe uxores ac liberos uſque ad annos V. deinde illi cui ſimiliores eſſent reddere, eoſq; parentes putare. Aeliano Lydis uirginibus amatores ante coniugium habere, poſtea uerò caſte agere. Aſſyrijs nubiles pulchriores in forum ducere, uiriſq; in matrimonium uendere. Hodie quoq; Arabibus & Saracenis mos emendi uxores æs pro arabone tribuentes. Quæ quidẽ emptio apud Romanos item ueteres reperitur. Feſtus enim ſic ait: Nubẽtes Romanæ aſſes tris ad maritum ſolebant ferre, unum in manu quem ſtatim ei dabant tanquam ementes uirum. Alterum in pede quem foco larium familiarium offerrent, quod etiam hodie in Italia ferè tota ſeruatur. Tertium in Saccipperone, quem certo tempore ſolebant reſignare. Ex quo Virgilius ait, Teq; ſibi generum Tethys emat omnibus undis. Maximam uerò laſciuiendi licentiam præbebat in nuptijs Feſcenina locutio ab oppido tracta: autores cũ plurimi tum Catullus in epithalamio.

QVI NVPTIAS VITVPERANT.

AN VERO præſtet uxorem ducere, utrinq; plures reperiuntur adſertores. Hipponactes duos dixit uxo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ris dulciſſimos dies, nuptiarũ uidelicet, & mortis. Alexandrides nuptiarũ diem multorum malorũ initium. Si pauper diuitem duxeris, dominam nõ uxorem acceperis: ſi pauperẽ, onus uitæ ferre non poteris, cum pro uno duos ſis nutriturus. Si turpem, dolebis: ſi pulchram, cõmunem habebis, Philemon. Ἀθάνατον κακὸν ἀναγκαῖον γυνή. Immortale malum neceſſariũ uxor. Menander. ὦ τρὶς κακοδαίμων ὅς ὢν πένης γαμεῖ. O ter infelicem qui pauper ducit uxorẽ. Idem. Habere te uxorem, eſſeq́; patrẽ, Parmeno, curas uitæ multas adfert. Diphilus. Γυναῖκα ἀγαθὴν ἐπιτυχεῖν οὐ ῥάδιον, In uxorem incidere bonã nõ facile. Cheræmon. Vxorem præſtat efferre quàm ducere. Theodectes. Coniugem ſimile ſenectuti: utrunq; enim adſequi cupimus, adſecuti tandem dolemus atq; angimur. Thales Mileſius rogante matre ut uxorem duceret, Nondũ tempus ait: ætatis quoq; proceſſu, non amplius tempus inquit. Epaminondas Thebanus interrogatus, quid ei melius eſſet quòd uxore & liberis careret, Non dubitare, inquit, pro patria mori. Lycurgus dicebat, quando uxor cum uiro in diſcordia eſſet, uitam reliquam minime uiuendum eſſe. Hipponax. Habet enim fœmina quiddam natura indomitum: quod ſi quidem quotidie dirumpatur, ſicuti arbores tandem concidere. Romanus quidam dicenti quòd bonam pulchramq́; duxiſſet, calceum extendens, & hoc inquit pulchrum, ſed neſcis ubi me angit. Socrates dicebat uiros ciuitatis legib. coërceri debere: fœminas uerò uirorum cohabitantium diſciplina. Simonides interrogatus quid eſſet uxor, uiri inquit naufragium, domus tẽpeſtas, quietis impedimẽtum, uitæ captiuitas, pœna quotidiana, pugna ſumptuoſa, beſtia cõtubernalis, canis ornata, malum neceſſarium Heſiodus.

Vxor quid ex Simonide

Ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ᾽ ὅγε φιλήτῃσι.

Quiſquis confidit mulieri, frondibus hæret.

Homerus idem ferè.

Ἀλλ᾽ οὔποτε καὶ σὺ γυναικὶ περ ἤπιος εἶναι,

Μηδ᾽ οἱ μῦθον ἅπαντα πιφαυσκέμεν ὅν κ᾽ εὖ εἰδῇς.

Vxori quanquam, ſemper confidere noli,

Neu facilis referas uerbum quòd noueris omne.

Nam & Vlyſſem ponit nunquam ſe Penelope quanquã fideliſſimæ niſi poſtremo manifeſtaſſe. In Theogonia item Heſiodus ex Pãdora ab Epimetheo ficta, dicit peſſimũ genus fœminarũ fluxiſſe, felicemq́; uocat expertẽ coniugij. Idem in Ergis ait: dictam Pandorã ex omniũ deorũ dono. Nam Mercurius ei ingeniũ & aſtutiã dedit, Pallas artes muliebres, Venus ornamẽta, monilia. Cumq́; homines felices & abſq; malis ullis prius degiſſent, ex ea nata mundo cõcupiſcentia & omniũ labes malorum: quæ mala Iupiter in dolio incluſerat, quo ab illa detecto irruerunt in orbem præter Spem, quæ in ſummo ore remãſit. Quæ ſi quis animaduerterit, multam in hac fabula Euæ ſimilitudinem inueniet, à qua initiũ cœpiſſe peccati accepimus. Veniam ad noſtros. Origenes in Euangeliũ Cananeæ centum hoc genus epithetis confixit. Chryſoſtomus. Qui uxoris, inquit, tulerit improbitatem, mercedem à Deo magnam expectet. Hieronymus in tota ferè ad Euſtochium epiſtola incommoda matrimonij enarrat. Denique ex Salomonis ſententia decernit, præſtare in loco deſerto habitare quàm cum uxore litigioſa. Et alibi ex bono autore. Qui non litigat, inquit, cœlebs eſt. Huic igitur propoſito ueterẽ monumẽti inſcriptionem adijciã, quæ hodie in uia Tyburtina cõſpicitur. Heus uiator commodũ, Hic uir & uxor nõ litigant. Qui ſum nõ dico. At ipſa dicã. Hic Bebrius ebrius, ebriã me nuncupat. Hei uxor adhuc mortua litigas.

Pandora

QVI NVPTIAS LAVDANT.

SED CONTRA plurima ſunt. Xenophontis Oeconomicus, quem conuerti, multa diuinitus de matrimonio dicit, & quamobrem ſit inſtitutũ, quæ facile uidere eſt. Ariſtoteles item in Ethicis ait uiro politico ducendam eſſe uxorem, non ſolum liberorũ, ſed uictus auxilij gratia, primamq́; hanc inter omnis ſocietatem. Fœminæ nanq; ætatem ſtatuit XVIII. uiro XXXVI. Ante hos annos non ſolidam eſſe generationem. Quinetiã in Politicis cogendũ eſſe ad matrimonium dicit. Athenæus ex autoritate Hieroclis philoſophi ait, Genus hominum ſociale eſſe, ipſius autem ſocietatis elementum quaſi quoddam & principium coniugium: ſine quo neq; ciuitates conſiſtere, neq; domũ perfectam eſſe poſſe, ut inquit Homerus de Proteſilao Iliados II. Τοῦ δὲ καὶ ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος φυλάκῃ ἐλέλειπτο, Καὶ δόμος ἡμιτελής. Muſonius. Summi enim philoſophi, Pythagoras, Socrates, Crates, qui etiam ſine domo & ſupellectile fuit: uxores duxerunt, eiſq́; cohabitauere, nec impedimento philoſophiæ eſſe putauerunt. Quid enim magis officium philoſophi quàm ſecundũ naturam uiuere? Quid autem magis ſecundum naturam, quàm uxorẽ ducere? Democrates. Amicas uoluptatis gratia, ancillas miniſtras corporis, uxorem domus & omniũ quæ intra domum ſunt fideliſſimam cuſtodem habere inquit oportet. Theognes. Οὐδὲν δὴ ἀγαθῆς γλυκύτερόν ἐστι γυναικός. Cõiuge nanq; proba nihil extat dulcius uſquã. Euripides. Οὐ δ᾽ ὄλβος, οὐδέ τι μηδὲν τοσοῦτον ἔχειν ἡδονὰς ὥσπερ ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ γυναικὸς εὐσεβοῦς. Nec diuitiæ nec quicquam aliud tantũ uoluptatis habent, quantum uir & uxor boni. Heſiodus. Οὐ μὲν τοι γυναικὸς ἀνὴρ ληΐζετ᾽ ἄμεινον τῆς ἀγαθῆς. τῆς δ᾽ αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο. Nil melius uiro quàm cum uxorem fuerit nactus bonam: nil contrà cum malã. Suadet præterea uirginem ducendã quam moribus poſſis inſtituere annorum XIIII. uiro XXX. Deinde haud longè abs te, quam melius noueris, ne alijs uiciniſq́; potius quàm tibi ſit gaudio. Themiſtius Athenienſis filiam locaturus, uirũ bonũ ac iuſtum diuiti præponebat, dictitans ſe quærere uirum pecunia potius indigentem, quàm pecuniam uiro. Athenæus ait. Lacedæmonij tris de coniugio leges tulere. Prima damnabant eũ qui uxorem non duceret. Secunda qui ſero. Tertia qui non bene. M. Val. Max. & Iu. Brutus Bubulcus Cenſores bona eorũ qui ad ſenectutem cælibes peruenerant, fiſco tradebãt, Metellus Numidicus apud Romanos de maritandis ordinibus legem tulit. Quem imitatus deinde Auguſtus eam renouauit, cum inueterata paſſim licentia per bella ciuilia quiſque pro libidine uagaretur, ut autor Tranquillus.

DE MORIBVS MVLIERVM, ET de ducenda quid præſtat.

DEINCEPS de moribus. Theano Pythagorea, ut tradit Athenæus, interrogata quam potiſſime uxorem commendaret, reſpondit illud Homericum. Ἱστὸν ἐποιχομένην, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν. Id eſt, quæ telæ uacaret, & uiri lectum diligeret. Eadem ſilentiũ in muliere magnopere laudabat. Hac de cauſa Phidias apud Eleos Venerem concha condecoratam pinxit, quòd in mulieribus ſub tecto curam & ſilẽtium ſignificaret. Sophocles quoq; ait, Γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Silentium mulieri ornamentum parit. Euripides. Fas mulieres ſapientes officia uirorum obire. At uirgines in turba conſpici nefas. In quo notandum, apud Græcos matronas mulieres uocari quod Latini uſurpant. Cicero interrogatus cur ſenex uirginem duxiſſet: cras, inquit, mulier erit: autor Macrobius. De mulierum item modeſtia Democrates. Κόσμος ὀλιγομυθίη γυναικί, καλὸν δὲ κόσμου λιτότης. ἀπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις ἀνδρὶ ἐσχάτη. Mulieris ornamentum ſermonis & item ornatus parſimonia. Præterea uirum à muliere dominari, ſummum eſt probrum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

brum. Athenæus. Philonis philoſophi uxor in cœtu matronarũ interrogata, cur auream coronã ſicuti cæteræ nõ ferret: reſpondit, quòd uxor ſatis habet ornamenti uiri uirtutem. Euripides. Vxor quæ ſapit ſerua eſt uiri, quæ non ſapit eum ſpernit. Plutar. Vir philoſomatos, id eſt, corporis amator laſciuam reddit uxorem ac uoluptariam. Philocalos autem, id eſt, honeſti amator continentem & ornatam. Varro, Qui caſtigat uxorem, eam meliorem reddit: qui uerò tolerat, ſe probatiorẽ facit. Diodorus, Preſtat uxorem ducere bene educatã gratis, quàm malè cum pecunia. Theognes in hypothecis. Κριοὺς μὲν δὴ καὶ ὄνους διζήμεθα Κύρνε καὶ ἵππους εὐγενέας. καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν κτήσασθαι. γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει. Cyrne canes & equos generoſa è gente paramus. Cura boni nuſquam coniugis eſt generis. Paritas in hac re maxime laudatur. Menander. Quoties aliquis pauper ob diuitias uxorem ducit, nubit ipſe, non illa: quem imitatus Martialis ait, Vxori nubere nolo meæ. Plato tamen de rep. iubet potentiores cum humilioribus iungi ad æqualitatem ciuiũ ſeruãdam. quæ res Romæ inter patres ac plebem diſcordiæ quondã cauſa fuit.

Exempla laudatarum fœminarum

EXEMPLA quoq; laudatarum plurima ueteribus prodita, earũ mulierũ præſertim quæ pudicitia fideq́; in uiros pollerent. Euadne Capanei, Alceſte Admeti, Laodamia Proteſilai, Penelope Vlyßis. Inter Romanas, Caia Tarquinij, Lucretia Collatini, Porcia Bruti, Sulpitia Paterculi, Aemylia Tertia Scipionis, Iulia Pompeij. Extraneæ etiam Sabinæ Teutonicæq́; ſub Mario. Vaticinio decoratæ, Theano Metapontina, Themis, Manto, Caſſandra Priami, Sibyllæ. Fortitudine Amazonum genus, Camilla Volſca, Hypſicratea Mithridatis, Artemiſia Mauſoli, Lacenæ, quæ uirorum obeunt munera ſeſe in gymnaſio, in bello, in uenatione exercentes, ut tradit Aelianus. Thomyris etiam regina & uniuerſæ Scytharum fœminæ. Semiramis Nini, Gatis Illyrica. Proximis uerò ſeculis Margarita Henrici VI. Britanniæ regis coniunx aciem uiri deficientem reſtituit. Et puella Gallica ſub Carolo V. rege Gallorum regnum collapſum. Frugalitate Hiſpanæ, quæ teſte Nicolao Damaſceno iuſſæ ſunt quotannis telas ab eis textas in mediũ populis ſuis adferre, certorumq́; iudicum ſententia quæ plus laborauerunt magis honorantur. Habent præterea ſingulæ zonam uentri adligatam certa menſura, ne turpe aliquid admittant. Poſt has Lydæ, quæ à flumine redeuntes urnã aquæ in capite geſtant, infantemq́; ſiniſtra, ac colum tenent nentes obiter, dextraq́; loro adligato trahunt equum: ut autor Aelianus. Gaditanæ à partu ſtatim ſurgunt, miniſteria domus obeunt. Liberalitate & hoſpitio inſignes, Ebuſa Paulina apud Venuſiam, Beſtia Appia apud Capuam. Theſpienſibus Glycerium, Romanis Flora ex teſtamento facto. Matronæq́; omnes quæ aurum & ornatum contulerunt in ædem Apollinis dedicandam, quam Camillus ob captos Veios uouerat: & item bello Punico II. ut autor Liuius. Apud Hebræos uerò Raab meretrix. Artibus inſignes ac primum penicillo, Martia Varronis, Timarete Myronis, Ariſtarete Nearchi, Irene Cratini, pictorum filiæ ſimul & diſcipulæ. Literatura uerò Corinna, Sappho, Aſpaſia Periclis, Leontium meretrix, Arete Chryſippi, Cleobulina Cleobuli, Zenobia Palmyrenorum regina, Aedeſia Alexandrina, Erophila Erythrea, Pamphila, Cleopatra. Inter Romanas Hortenſia, Cornelia: Læliorum, Mutiorum, Liciniorumq́; fœminæ omnes, ut autor Quintilianus & Cicero. Præterea Pompeia Paulina Senecæ, Pollia Lucani. Inter noſtras uerò Catherina uirgo & martyr Alexandrina: proximo ſeculo Baptiſta Malateſta. Sed & magnorum quandoq; cauſa malorum fuere. Siquidem poſt Helenam Ilienſium fatum, Romæ Lucretia atque Virginia bis ſtatum immutauere. Octauia deinde repudiata ciuilis initium belli fuit. Vicinioribus uerò temporibus Luchini uicecomitis uxor, ob Vgolini Gonzagæ adulterium, maximi Mantuanorum Mediolanenſiumq́; cauſa belli extitiſſe memoratur.

Paulus de matrimonio

QVOD in ſumma, noſtrorũ Senatuſconſultum uideamus. Apoſtolus indulget, non imperat matrimonium bonis: ocioſis uerò, aut libidine, aut auaritia, ambitionéue occupatis potius imperat: quum hoc præſtet quàm nihil aut non ſancte agere. Ipſemet fragilitatem conſiderans ait: Volo adoleſcentiores nubere, iam multæ poſt Sathan abieruut. Et item: mulier ſeruabitur per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide cum caſtitate: quod ut ait Hieronymus minimè præcepiſſet, niſi metus incontinẽtiæ cauſam addidiſſet. Nam bigamiã ipſe in euãgeliũ ſeminis potius uituperat: à fructu quoq; triceſimo arcet, quum in bonã tellurem non cadat, ſed inter uepres: quapropter illam uulpi inter eas latitanti comparat: cui animali Herodem bigamũ ac ſceleratißimum ait Dominũ æquiparaſſe.

Hieronymus

Ambroſius

Ambroſius item eam nec laudat nec uituperat. Filijs etiam ex bigamia prouenientibus haud eſſe feliciter ſæpe conſpicimus. At primis nuptijs quanquàm triceſima palma tribuitur, plures in his legimus & principes & priuatos perſancte degiſſe, ac ingentibus uitæ meritis cum uirginibus centeſimam adæquaſſe: aliquos longo tempore, nõnullos ſemper thoro abſtinuiſſe: quoſdam prolis tantum cauſa congreſſos, quorũ etiam nonnulli regno liberis incolumi relicto, ita in delicijs citra delicias, pie, ſobrie, caſteq́; agitarũt, ut aure obſtructa per loca ſirenarũ tranſeuntes, ob terrenam ſubſtantiam non amiſerint æternam.

EX LIBERIS BONA MALAQVE.

PALAM eſt ignauos ſæpe filios claris ortos eſſe parentibus, ut de Cicerone legimus, Scipione, Herode Attico. Cauſam Ariſtot. in probl. adfert. Mentem uiri præſtantis magis à natura ſenſus carniſq; remotam ac quaſi ſuſpenſam, inopem ingenij conceptis genituram præſtare. Contra uerò claros ex ignauis, & improbis bonos ſæpe genitos uidemus, ut tot ſanctos uiros ex crudelibus & nefarijs. Plerunq; tamen Græcum prouerbiũ ſolet euenire: Κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν, hoc eſt, mali corui malũ ouum. Plato felicem dicit fieri genituram ex utriſque bonis, malam uerò ex utriſq; malis. Bonam nãq; intelligit, ut in Politicis legibusq́; differit, ex concordi diſcordia prouenientem: ut uidelicet acriora ingenia mitioribus copulentur, uehemẽtiora remiſſioribus. Talia in Zodaico ſigna maſculina fœminis cõiugata conſpicimus: ſic lunam cum ſole, Venerem cum Marte: ſic & harmonia acutum cum graui. In VI. etiam legum utrunq; ſobrium eſſe in coitu iubet, ut ſobrius extet partus. Tradit Ariſtot. in Politicis, parentes liberis domi, non ut dominos ſeruis, ſed legitimi regis more qui patrem refert, imperare debere. Liberos uerò eos tãquam deos colere ac uereri oportere.

De genitura

Apud Delphos tria ſcripta

Hieronymus ſe comperiſſe ait apud Delphos tria hæc fuiſſe ſcripta. Deos colendos, parentes uenerandos, & à carnibus abſtinendum. Theophr. Oportet ante omnia dijs nõ tam multa quàm frequẽter & piè ſacrificare. Deinde parentũ alere ſenectutem eorumq́; cõſilijs uitam accommodare: qui autem hæc neglexerit, cõtra naturæ & iuſtitiæ leges aget. Vxoris igitur & filiorũ curam ſuſcipiendam, ut ab ipſis in ſenectute uices recipiamus. Menander. Εὐδαιμονία τοῦ πατρὸς υἱὸς νοῦν ἔχων. uerba ſunt ferè libri Sapientiæ. Lætitia patris filius ſapiens. Cheræmon. Γένοιτο μοι χάριτας ἀποδοῦναι πατρί. Liceat mihi gratias parenti reddere. Pythagoras in aureis carminibus. Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας. Ipſe parentes, atq; tuos uenerare propinquos. Agatho. ὡς ἡδὺ τῶν φυσάντων πείθεσθαι τέκνα. Quàm dulce genitoribus filios obtemperantes habere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

bere. Anaximenes. Τί γὰρ δικαιότερον ἢ τὸ σοῦ γενέσεως καὶ παιδείας αὐτοὺς αὐτοῦ εὐεργετεῖν, Quid iuſtius quàm generationis & eruditionis autores remunerare? Iſocrates. Τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γίνεσθαι τοὺς παῖδας. Talis eſto erga parentes, quales erga te futuros eſſe cupis liberos tuos. Huiuſcemodi enim in pa-

Threpteria

rentes pietatem, tum ſuſtentationem Græci θρεπτήρια uocāt.

Hinc apud Homerum adoleſcens in bello cadēs queritur non potuiſſe threpteria, id eſt merita nutritionis reddere. Traditur mulieris exemplū apud Valerium, illius quæ parentem in cuſtodia fame necādam clam ingreſſa ubere alebat, Sed & feras hæc charitas excitat: ut apud Aelianum Ciconiæ parentes in ſenectute alimentis ſuſtentant. Parentū interfectoribus nullam priuatim pœnam maiores ſtatuerunt (ut inquit Cicero) quòd non ſana mente hominibus id accidere putaſſent. Alcmeon & Oreſtes matricidæ ambo in fu-

P. Malleolus

rorem uerſi traduntur. P. Malleolus teſte Liuio LXVIII. matre interempta primus omniū inſutus culeo in mare præcipitatus eſt. IGITVR hic felicitatis humanæ cēſuram agere licet, qua nulla maior in terris liberorū ſucceſſu putatur. Hac de cauſa Metellus felix appellatus, à quatuor filijs Conſularibus elatus. Diagoras Rhodius ob duos Olympionicas filios. Mater quoq; illa Ro. quæ lætitia concidit, ubi filium redeuntem quem apud Cannas interfectum acceperat, adſpexit. Quibus ego prætulerim felicem miſeriam matris,

Mater Maccabæorum. Felicitas

quæ VII. liberos ſub Ptolemæo rege iuſſos edere porcinā, morientes pro patria lege conſpexit. Et alterius nomine Felicitatis, quæ totidem filios ad ſupplicium rapi non ſolum uidit, ſed adhortata eſt. Numerum uerò non addere proſperitatem Priamus eſt exēplo, & poſt eum Artaxerxes Mnemon CXV. ſuſceptis liberis, quorū magnam partem ei inſidias parantem de medio ſuſtulit. Proximis quoq; temporibus Barnabas Vicecomes XXX. relictis, quorū nemo regnauit. Verum numero cunctos ſuperauit Conradus, qui ante hos annos deceſſit ex regia Poloniæ domo Maſouiæ dux LXXX. ſuſceptis: ex quibus tantum quatuor legitimi, ſuperſtites uerò paulò plures. Vnam ego Thyeſteam domum noſtra ætate referam Franciſci Buſali ciuis Ro. nobilis ac prædiuitis, qui duos filios mutuis uulneribus ſe petentes uidit, totidem ob ſeditionem ſecuri percuſſos: alium nouercam interficientem, filiā uerò apud uirū ſeſe ueneno necātem. Ex quo Euripides ait bonū eſſe incognitū, carere liberis: quod ſanè uerbum noſter Bern. uſurpauit: cauſam ambo uiderunt, quòd ob liberos ſæpe mœremus, ſæpe inuitū, ſæpe inhoneſtū aliquid facere cogimur: ualdeq; his aduerſari uidentur qui intuendæ ueritati cœleſtiq; amori ſe totos tradidere: alioqui ſi cupiditatibus adhuc ardemus, liberorum ſanè cupiditas cunctis inter mortales eſſe honeſtior uidetur, magnaq; merces rempublicam Chriſtianam augere, populis per prolem conſulere. Ea de cauſa Lacedæmonij iura trium liberorum habentes militia uacabant, per quatuor uerò etiam libertatem adſequebantur. Quod & Romani ex parte poſtea ſunt imitati. Florentiæ uerò nunc duodena uir prole ab omni immunis uectigali efficitur.

DE PARENTIBVS ERGA LIBEROS.

MOX de indulgentia patrū. Compertum quemadmodum efferatiora animalia, ut ait Aelianus, ſunt magis philotecna, id eſt, filiorum amantia, ut Tigris, urſa: eadem & hominū ratio. Praui crudelesq; uiri, ac natura iniuſti charitatem erga liberos, præter alios maximā retinent. Cauſa eſt quòd humana natura quæ amore uacare nō poteſt, ſeq; ſuaq; eo uehemētius diligit, quo per iniuſtitiā & iniquitatē magis expers charitatis in cæteros fuerit, quam totam in ſe retinet. Viri autē boni quo meliores eò comiores ac in omnibus moderatiores: tum ita adficiuntur, ut eorū cauſa ab honeſto nō diſcedant. Improbi uerò cum nihil penſi habeant, nihil eis potius quàm liberorū gratia ſceleri omni rapinæq; inſeruire. Quapropter indulgentiores etiā ſunt, eis omnia permittentes nulla ſeruata diſciplina. Heli legimus de ſella retror- Heli

ſum cecidiſſe, quòd filios ollas deuorantes non ab ſe expulerit. At contra bonorū plura ſeueritatis in filios exēpla ſunt: apud Rom. Brutus & Torquatus, & alter Torquatus, qui Torquatus

Silanū filium publice accuſatū damnauit. Apud Græcos Epaminondas uictoris etiā filij interfector: & Zaleucus Locrenſis qui ob ſeruandas leges oculū filio extudit. Hac demū de Zaleucus

cauſa Romani ſuos liberos fratribus educādos dabant, quòd apud eos & charitas eſſet generis, & indulgētia paternæ nimiæ dilectionis abeſſet. Cic. pro Cœlio. Fuit in hac cauſa pertriſtis quidā patruus, Cēſor, magiſter obiurgauit. Hora. Ne ſis patruus mihi. Perſius. Quū ſapimus patruos. Auguſt. de Vid. Nec ideo laudo quòd liberos habes, ſed quòd eos uirtutibus erudire ſtudes: ut enim ibi naſcerētur, fœcūditatis fuit: ut uiuerent, felicitatis: ut bene educarentur, uoluntatis.

DE SERVIS COMMODA ET incommoda, & quomodo manu mittebantur.

CAIVS Marius qui uitas ſcripſit Imperatorū, ait eos omnis probos fuiſſe principes, qui quanquam ipſi mali, probos apud ſe libertos ac ſeruos adminiſtratores haberent. Contra uerò bonos natura principes, nequaquā bene regere ubi malis rem cōmitterent, Quod etiā proximis accidit tēporibus: Bonifacio IX. & deinde Eugenio IIII. & Caliſto III. ſedentibus optimis uiris omnia peſſumibāt. At ſub Paulo poſtea, nequaquā cum illis uita conferendo, quod Marcus S. Marci Cardinalis cuncta diſponeret, omnia melius. Menander ait. ὅταν τύχῃ τις καλοῦ οἰκέτου, οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον βίῳ. Cum quis incidit in ſeruū bonum, nulla eſt poſſeſſio melior. Duo ſunt ſenarij. Euripides quoq; ait Magis ſeruū oportet habere ſapientem, quàm ut ipſe ſapias. Bias bonos omnis quanquàm ſeruos liberos eſſe dicebat. Improbos & ſi liberi ſunt, ſeruos eſſe multarum cupiditatum. Ariſto. eos eſſe ſeruos in rep. qui inſcitia rerūq; ignoratione tenentur: qui uerò ingenio præſtāt, naturaliter dominos. Inſuper nonnullorū fides egregia memoratur. Paduanos quōdam dominos teſte Val. ob imperatam à Pollione pecuniam latitātes, propoſita libertate qui prodere uellet, ne unus quidem inuentus. M. Antoniū oratorem accuſatū ſtupri ſeruus captus minime prodidit. Ex quo Plau. ait, Superbū eſſe decet fidelem ſeruū apud Dominū ſuum. Popu. Rom. in clade Cannenſi captos redimere nullo modo uoluit: cumq; in ſummam penuriā eſſet redactus, ergaſtula ſoluit, ſeruorū XI. millium auxilia quæſiuit, ciuiū contempſit. & exiſtimauit eos potius tueri libertatē qui nunquam habuiſſent. At cōtrà ex infidelibus multa incōmoda. Volſinienſes cū ſeruos temere omnes manumitterent, ab eis poſtea oppreſſi ſunt, multaq; indigna paſſi: quibus auxilia petētibus miſſus Decius Mus libertinos Decius Mus

omnis partim necauit, partim dominis in ſeruitutem priſtinam reſtituit: ut autor Cæcilius. Seruile bellū in Sicilia terrorem Romanis attulerat, niſi celeriter per Perpennam, & rurſus renouatū per M. Aquiliū confectum fuiſſet. Euripides. Οὐκ ἐχθρὸς μείζων, οὐδὲ δώμασιν κτῆσις κακίων, οὐδ᾽ ἀνωφελέστερος οἰκέτου. Domi nullus maior inimicus, neque peior poſſeſſio, neq; inutilior ſeruo. Democratus. Δοῦλος ἀναγκαῖον, οὐχ ἡδύ. Seruus neceſſaria poſſeſſio, non autem dulcis. Plau. in Pſeudulo naturas eorum eleganter expreſſit his uerbis. Plagigera hominū genera, quorū haud quicquam in mentem uenit ut rectè faciant. At cum eſt occaſio data, te-

ne.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ne,clepe,rape:hoc eſt eorũ opus,ut maelis lupos apud oues relinquere,quàm hos domi cuſtodes. Plato de legi. Nimia ſeruitus & libertas omnino mala, Moderata uerò utraq; bona. Exẽplo nobis dij ſunt qui inter ſe utranq; mediocriter exercent. Cicer. Dignitate domini minus turpis eſt fortuna ſerui. Stultũ eſt in eum locũ ſcientem uenire,ubi libertatẽ ſis amiſſurus,ut Platoni in Sicilia cõtigit, & Calliſtheni apud Alexandrum. Demetrio item Phalereo in Aegypto. In manumiſſione autẽ ſeruorũ,ut ait Plutarc. in libello de ijs qui ſero puniuntur à Deo,feſtucam eorũ corpori inijciebant. Plautus in milite. Quid ea ingenua an feſtuca facta, ſerua an libera. Præterea circumagebãtur, ut oſtenderetur licere eis agere pro ſuo arbitratu. Seneca in epiſtolis. Non differtur in diem qui ſe philoſophiæ ſubijcit; ſtatim circumagitur, id eſt, liberatur. Manumittebatur autem à Prætore, cui ſeni lictores apparebant. Perſius. Non in feſtuca lictor quem iactat ineptus. Pileo inſuper ornabantur & uindicta, undæ uindiciæ. Sumebant patroni nomẽ,ut autor Artemidorus Epheſius de ſomniorũ coniecturis. Tertullianus quoq; in libro de reſurrectione,Seruos patroni nomine honorari dicit.

Seruorũ manumiſsio.

QVOMODO SERVI SEV MINISTRI TRACTANDI.

PLATO de legibus, Seruos ait minus adficere contumelijs debemus quàm pares,quòd illi recõpenſare iniuriam, aut uindicare ſe nequeant, Deinde ob metũ & obſcuritatem magis iuſtitiam colunt. Quapropter in iudicio eorum caſtigatio fieri debet. Ariſto. in Politicis ſeruorũ miſereri oportere ait,quòd quanquã ingenioſi natura, minis aſſiduis & continuo metu uim ingenij conſiliumq́; amittunt. Seneca in epiſt. XLVII. plurimis uerbis cõmendat eos qui familiariter cum ſeruis uiuũt, illosq́; & cõſilijs & ſermonibus tum menſæ adhibẽt,ac tanquã cõtubernales putant, & humiles amicos: uituperatq́; eorũ adrogantiã qui prouerbiũ hoc iactant,totidẽ hoſtes domi habemus quot ſeruos. Non enim hoſtes inquit habemus,ſed facimus:dum magis timeri,quàm coli uolumus: dum eis ut iumentis utimur,& immoderate imperamus. Sic igitur cum inferiore uiuamus,quemadmodũ nobiſcũ ſuperiorem uiuere uolumus. Seruorũ nomen bellorum quondam leges attulerunt,ubi capti eſſent. Nunc autem Dei benignitate ac prouidentia omnes liberi ac fratres in Chriſto ſumus. Sed quid dicam de noſtri ſeculi impudentia: quãdo non ſolũ reges,ſed ſacerdotes miniſtros domi ſeruos appellãt,moreq́; mancipiorum tractant. Inter quos uiri ſunt quandoq; doctrina ac moribus præſtãtes:tum etiã Præſules: qui pares officio ac fratres à ſummo Pont. appellantur:inſuper domini uocari pari ratione uolunt, dominationemq́; iactant & profitentur:quæ quidem apud Latinos haud aliud quàm tyrannidẽ notat,quũ maiores doctoresq́; noſtri patres olim dicerentur,appellariq́; iuberẽt. Nam Domini nuncupationem non ſolũ Chriſtianis diuinitus prohiberi,ſed Romanis quondam rerum dominis inuiſam fuiſſe legimus. Auguſtumq́; ita abhorruiſſe,ut ne dominũ etiã ſe uel à domeſticis uocari pateretur. Dion quoq; Græcus autor inter præcepta de principe,Cauendã ante omnia inter ſubditos huius nominis inſolentiã dicit,patremq́; potius & paſtorem populorũ ſeſe Princeps uocet,more Homerici Agamemnonis quẽ ille ποιμένα λαῶν appellat,Quid igitur,nos quota portio? Verum quod magis ridiculum, heros famulosq́; nunc dominos uocari nullo diſcrimine uidemus, quæ labes & adrogantia à Barbarorum moribus in urbem potius quàm à Romana grauitate deducta. Sed tam duræ militiæ utinam eſſet emeritis locus aut digna expectatio. At ſi fortè gratiſſime cum eis agatur, ſacerdotia tribuuntur mercedis loco,ſpiritalemq́; theſaurum quæſtui habent ac negotiantur.

Prouerbium in ſeruos.

Contra dominationem

DE PATRIAE CHARITATE.

PATRIAE parentibusq́; ſecundũ Deum magnopere debemus,ac eis precipue fruimur. Quapropter Homerus in Odyſſ. Οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος, οὐδὲ τοκήων γίνεται, εἴπερ καί τις ἀπόπροθι πίονα οἶκον γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευθε τοκήων. Dulcius eſt patria nihil atq; parentibus uſquã. Illi præſertim qui longè à finibus errans Forte domus propriæ,peregrina in ſede uagatur. Idem. Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. quo etiã Cic. utitur in epiſtolis ad Atticũ. Pro patria certare omen perfectius unum. Euripides. Μακάριος ὅστις εὐτυχῶν οἴκοι μένει. Beatus qui felix in patria manet. Idem. Homini etſi mala contingunt,nihil dulcius tamen nutriente ſolo. Sophocles. Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα. Domi manere oportet eũ qui pulchrè ſit felix. Cuidam à Seripho Athenieñſis patriæ ignobilitatem obiecerat. At ille, Mihi patria, Tu patriæ dedecori es:autor Diogenes. Vlyſſes deniq; apud Calypſo patriã prætulit immortalitati,quod Cic. uſurpat in orationib. At ſi uos quid patria ueſtra delectat Quirites,cuius eſt tantus amor ut Ithacam uir præſtantiſſimus,nidulumq́; illum adfixum ſaxis immortalitati prætulerit. Multi tamen extra patriã melius rem geſſere:ut ait Medea tragica ad Corinthios, uſurpatũ item ob eodẽ. Inter quos uiri præclari fuere qui domi tyrãnidem ſponte fugerunt,ut Pythagoras Syloſontis apud Samios dominationem,ut Herodotus Lygdamum Halicarnaſſi tyrannum,ut Dion Syracuſanus Dionyſium,ut Solon Athenis Piſiſtratũ. Inter Romanos uerò Marcellus Cæſarẽ, & Scipio populum ingratũ. Nunc exempla ſubijciã pauca eorũ qui pro patria quandoq; priuatas poſuerũt ſimultates. Plutarc. περὶ τῶν πολιτικῶν παραγγελμάτων, ſcribit quòd Cretinus Magneſius cum Hermia priuatas gerens inimicitias ſuperueniente bello Mithridatico aſcẽdit in concionẽ,conſuluitq́; Hermiã Imperatorem cõtra Mithridatem diligendum,eius uirtutes cõmemorando: ſe interim profeſſus iturum in exilium, ne quid tumultus ob eorum diſcordiam oriretur:quòd ſi ipſum Cretinum mallent, Hermias exularet. Hoc audiens Hermias permotus inimici modeſtia,libenter ei ſpõte ceſſit, atq; in exilium abijt. Romæ quoq;, ut autor eſt Cicero de prouincijs conſu. M. Lepidus Pont. Max. cum M. Fuluio collega aliàs inimiciſſimo,ſtatim Cenſor cum eo factus redijt in gratiam,ut commune officium communi uoluntate defenderent. P. Seruilius & M. Lucullus priuatas ſimultates in adminiſtratione reipub. reliquerunt. Tib. Gracchus Gracchorum pater, L. Scipioni,cui & fratri Africano erat inimicus, triumphanti auxilio fuit.

Exempla

DE FELICITATE OPINIONES.

FELICITATEM aliã alij ſuopte ingenio iudicauere. Ariſtot. in x. Ethic. in uirtute primũ,adiunctis corporis externisq́; bonis. Stoici in uirtute tantum. Epicurus in uoluptate quæ tantũ dolore careat. Ariſtippus in corporis uoluptate:quos omnis commemorat Cice. de Fi. Socrates felicitatem appellabat ἡδονὴν ἀμεταμέλητον, id eſt,uoluptatem abſq; pœnitentia. Felices autem quibus mens bona & ratio fuiſſet. Diogenes autem uere lætari,nec unquam ullóue loco aut tempore mœſtum eſſe,animumq́; ſemper in quiete & hilaritate continere. Iamblicus, Quod Deo ſimile ſit, perfectum,ſimplex,purum,exemptumq́; à malis humanis. Hippodamus Thurius, Eam non ſine uirtute: uirtutem uerò non ſine habente rationem. Selerius, Sanum quidem eſſe,homini mortali ante omnia putat. Deinde, hominem eſſe bonum. Tertio diteſcere ſine dolore. Quarto, florere cum tibi charis. Theogenes. Dulciſſimum eſt, eo modo ſe feliciter habere quo quiſque cupit. Idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν οὐδ' εὔχομαι, ἀλλά μοι εἴη
Ζῆν ἀπὸ τ' ὀλίγων μηδὲν ἔχοντι κακόν.
Non amo diuitias, non opto magna, ſed adſint
Parua, unde ipſe queã uiuere & abſq; malis. Sophocles. Κάλλιστον ἐστὶ τ' ἔνδικον πεφυκέναι, Λῷστον δὲ ζῆν ἄνθρωπον, ἥδιστον δ' ὅτῳ πάρεστι τέρψις, ὧν ἐρᾷ καθ' ἡμέραν. Pulcherrimum iuſtũ eſſe genitũ, Optimũ uiuere hominem, Dulciſsimum delectationẽ adeſſe eorũ quæ quis quotidie cupit. Idem. Εὐδαίμονες εἰσὶν οἱ κακῶν ἄγευστ' ἀεί. Felices ſunt qui ſemper malis uacant. Callimachus. Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν. Citra uirtutem res nullum extollere neſcit. Menãder. Beatus qui diuitias ſimul cũ mẽte poſsidet, quib. pulchrè in his tantũ quæ oportet utatur. Idẽ. Infortunatus natura credulus eſt: ſemper enim proximũ ſapere magis putat. Idem. ἔξωθεν οἱ δοκοῦντες εὐτυχεῖν, τὰ δ' ἔνδον εἰσὶ πᾶσιν ἀνθρώποισι ἴσοι. Qui extrinſecus uidentur feliciter agere, intrinſecus ſunt omnibus hominibus ſimiles. Idẽ. Πάντα μὴ προσδοκωμένοις ἔκστασιν φέρει. Cuncta non expectantibus adferunt admirationem. Heraclitus, ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων. Mos homini numen. Xenophon. Felicitatẽ puto multa poſsidere & erogare. Democ. Εὐτυχὴς μὲν ὁ ἐπὶ μετρίοις χρήμασι εὐθυμεόμενος. δυστυχὴς δὲ ὁ ἐπὶ πολλοῖσι δυσθυμεόμενος. Felix qui ad moderata diuitias bene optat. Infelix qui ad plura & ſuperuacua, male optat. Menãder. Qui nihil adfert in uita boni, hic minime felix. Idem. Μικρὰ γὰρ ἀπαρχὴ ἥτις κακῶς πράττει. Parua eſt occaſio qua quis male rem gerit. Eurip. ſenarijs v 11. probe monſtrat fragilem huius uitæ felicitatem Ὡς εἰς τὸ μηδὲν ἥκομεν φρονήματος τ' πρὶν στερράτες. εἶτα δῆτ' ὀγκούμεθα ὁ μέν τις ἡμῶν πλουσίοις ἐν δώμασι, ὁ δ' ἐν πολίταις τιμίοις κεκλημένος. Τάδ' οὐδὲν ἀλλ' ὡς φροντίδων βουλεύματα, γλώσσης τε κόμποι. κεῖνος ὀλβιώτατος, ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακῶς. Quàm miſeri ex faſtu ad nihilum reuertimur bonis fortè amiſsis. Quid ergo tumidi amamus: hic quidem in ſuperbis domib. alius inter ciues honoratus aſpici? Cum inaniũ hæc tantum curarũ commenta ſint, & linguæ faſtus. Ille beatiſs. cui mali quotidie nihil cõtigerit. Seneca. Ad tuendam ex fortuna felicitatem, alia felicitate eſt opus, & pro ipſis uotis uota nuncupanda. Ciceronis de Fin. aurea uerba ſubnectam, Omniũ rerum principia parua ſunt, ſed ſuis progreſsibus augẽtur. Virtutis enim beatæq; uitæ, quæ duo maxime expetenda ſunt, ſerius lumen apparet: multo etiam ſerius ut plene qualia ſunt intelligantur. Præclare enim Plato beatum ait, cui etiam in ſenectute contigerit, ut ſapientiam uerasq; opiniones adſequi poſsit. Plato autem in Philebo ſummum bonum ex ſapientia & uoluptate compoſitum ponit, quorum ſubiecta ſunt intellectus & uoluntas: ex his uerò intellectum ſapientiamq; ut adfectuum moderatorem præferre uidetur.

Ciceronis aurea uerba

DE AVTARCIA, ET VERA FELICITATE.

NOnnulli in ea quam Græci αὐτάρκειαν uocant, id eſt, in ea uita quæ tantum paruo & neceſſario contenta ſit, felicitatem ponunt. Inter hos ſunt qui procul ambitione in agro uiuunt: ut ait Horatius. Beatus ille qui procul negotijs, Vt priſca gens mortaliũ, Paterna rura bobus exercet ſuis. Et Vergil. O fortunatos nimium ſua ſi bona norint Agricolas: quibus ipſa procul diſcordibus armis Fundit humo facilem uictũ iuſtiſsima tellus. Pindarus in eadem eſt opinione his uerſibus. ὑγίεντα δ' εἴ τις ὄλβον ἄρδει ἐξαρκέων κτεάτεσσι, καὶ εὐλογίαν προστιθεὶς, μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι. Sanam ſi quis ſubſtantiam amauerit, ac neceſſarias uitæ poſſeſsiones, addita boni nominis fama, Is nec Deus eſſe quærat. Omnes quidem Metellũ illũ ac Syllam, qui ambo felices dicti ſunt: præterea Auguſtũ ad hanc cenſurã uocant: ſed ſi uerũ facere iudiciũ uolumus, mortaliũ nemo eſt felix, quũ tantulus dolor, quo nullus uacare poteſt, cum omni uoluptate præterita non ſit compenſandus. Sed fac ut uacare poſsit: dum ſe profecto mortalem quiſq; ſentit, nec perpetuo bonis fruiturum, facile contemnit omnia: ut ait Hieronym. Quapropter nos Chriſtiani aliũ expetimus felicitatem, eã uidelicet quæ ab Ambroſio de officijs ponitur. Beatam inquit, uitam efficiunt tranquillitas conſcientiæ, & ſecuritas innocentiæ. Auguſtinus autem de doctrina Chriſtiana. Beatitudo eſt diuinitatis perfecta ſcientia ac contemplatio. Idem ſuper Geneſim. In ipſo autem homine nũc lætitia quædam conſcientiæ paradiſus eſt. Idem de Sp. & be. Tanta eſt conditionis humanæ dignitas, ut nullum ei bonum niſi ſummum ſit ſatis.

Mortaliũ nemo felix.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM

LIB. XXXI.

DE LABORE.

DE FORTITVDINE iam par erat ex lemmate preſumpto me dicere, ſi extra triuiũ aliquid expiſcatus fuiſſem: uerũ unam tantũ eius partẽ ac potiſsimã attingã, quæ in laboris dolorisúe tolerantia cõſiſtit: ac uiri eſt proprie, ut ait Biõ in Bucolic.

Μόρφα θηλυτέρῃσι πέλει καλὸν, ἀνέρι δ' ἀλκά.
Forma decus fragili ſexu, roburq; uirili eſt.

Heraclides Lycius, ut ſcribit Philoſtratus in uita Sophiſtarum, unum librũ laudibus laboris dicauit, ſine quo dicebat nihil in rebus humanis frugiferũ geri poſſe: adeoq; probari, ut caſſus etiã labor (modo nõ uitioſus) ſit otio ac delicijs anteferendus. Quid autem inter utrunq; interſit, Xenophon Cõmentario ſecundo probe indicat, ubi Herculem Prodiciũ inducit de uitæ genere deliberantem: ac inter cætera dicit, nullam eſſe uerã uoluptatem citra laborem. Nã ſi ſomni aut cibi aut potus appetitũ præuenias, nihil dulce ſentiri: Labore autem exercitatis omnia dulcius ſuppeditari. Ex quo Socrates dum corpus ambulãdo ſeu quiduis aliud agendo exercebat, obſonare famẽ dicebat: quod item noſtris religioſis ante cibum præceptũ eſt. Idem opus conferre dictitabat ad hominis bonitatem, otiũ uerò ad uitiũ. Bonos igitur in opere eſſe quanquã otioſi uiderentur: Improbos autẽ, qui aut alea aut opere aliquo turpi ſiue etiã plus æquo ambitione ſeu quæſtu occupati appareant, otioſos eſſe. Idem cum laboraret circa citharã, dicẽti cuidam: Iam ſenex diſcis? reſpondit, κρεῖττον ὀψιμαθῆ εἶναι ἢ ἀμαθῆ. Id eſt, præſtat tarde diſcere quàm nunquã. Laſſus Hermioneus interrogatus à quo ſapientiam didiciſſet, à labore & experientia inquit. Diogenes aiebat, Medeam non pharmacidã, ſed ſapientem fuiſſe: ea ſi quidem homines delicijs corruptos, in gymnaſijs & pyriterijs per exercitationẽ interpolabat, ac laboribus robuſtos reddebat. Inoleuiſſeq; opinionem quòd ex aheno recoctos elixatosq; iuniores reſtitueret. Pythegoræ quoq; ſentẽtia fuit, legendã eſſe ab initio uitã optimã ac laboribus quàm maxime exercitatam. quã cõſuetudo paulatim ex aſpera dulcem redderet. Laborem nanq; uoluptatẽ quoquo modo ſemper comitari. Si bona ſit uoluptas, ille præcedit, Si autẽ mala, labor ſubſequitur. Muſonius. Cum ſæpe pro uoluptate & pecunia aut alia re, nulla cum laude labores maximos ſubeamus: quid mirũ ſi pro gloria, pro æquitate eoſdẽ adeamus, exẽplo coturni-

cum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cum & gallorum, qui quanquam rationis expertes, adeo pro gloria certant, ut ad extremum ſpiritum inuicem pugnent? Euſebius: Corpus uitium corrumpit, animum uerò earum rerum negligentia quæ ad diuinam faciunt contemplationem. Hactenus philoſophi.

NVNC poëtæ. Epicharmus.

Τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τ' ἀγαθὰ θεοί.

Laboribus omnia nobis dij uenditant bona. Euripides.

Τὰς τύχας ἐκ τῶν πόνων θηρᾶν ἀνάγκη.

Fortunas ex laboribus uenari oportet. Idem.

Πόνος, ὡς λέγεται, εὐκλείας πατήρ.

Labor ut dicitur gloriæ pater. Idem.

Τῶν γὰρ πονούντων θεὸς συλλαμβάνει.

Laborantes Deus adiuuat.

Ἡ δ' ἀρετὴ βαίνει διὰ τῶν μόχθων.

Virtus per ærumnas uenit.

Idem. *Labor ſolus citra fortunam ſumptus (ut in prouerbio) mortales adhuc minime adfligit.*

Labores audent boni, timidi nihil unquam adſequuntur.

Ex laboribus gratia prouenit hominibus.

Nullo modo quis citra laborem felix eſſe, neq; gloriam adſequi ullam nihil agendo poteſt.

Ex qua Euripidis ſententia Ciceronis eſt illud prouerbium. Omnis laus in actione conſiſtit. Idem.

Ἀργὸς οὐδεὶς θεοὺς ἔχων ἂν ἀνὰ στόμα, βίον δύναιτ' ἂν συλλέγειν ἄνευ πόνων.

Otioſus nullus, quanquam Deos habens in ore, uictum ſine labore parare poſſet. Sophocles.

Μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.

Laborem ſubire oportet eos qui ſibi feliciter eſſe uolunt. Idem.

Ἀπ' αὐτοῦ ζητοῦντος εὑρίσκει πόθος.

Deſiderium ex ipſo quærente inuenit. Idem.

Θεὸς δὲ τοῖς ἀργοῦσιν οὐ παρίσταται.

Deus otioſis non adeſt. Menander.

Ἁλωτὰ γίγνεται ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ ἅπαντα.

Cuncta & labore & diligentia deprehendi poſſunt.

Idem. Ἀργὸς δ' ὑγιαίνων τοῦ πυρέττοντος ἐστὶ ἀθλιώτερος. διπλάσια γὰρ ἐσθίει μάτην.

Otioſus qui ualeat longe miſerior eſt febricitante: quippe qui duplo plura cibaria fruſtra conſumit.

Idem. *Nullam omnino rem oportet uiris deſperare benefacientibus.*

Philemon. *Quàm mihi dulcia ſunt priora mala. Niſi enim tunc laboraſſem, nunc minime gauderem.*

Alexis. *Cuncta ab initio dij hominibus monſtrarunt: uerum diligentibus & inquirentibus melius patent.*

Democrates. Οἱ ἑκούσιοι πόνοι τὴν τῶν ἀκουσίων ὑπομονὴν ἐλαφροτέραν παρασκευάζουσιν.

Labores uoluntarij inuoluntariorum tolerantiam leuiorem præparant. Heſiodus.

Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖο,
Καὶ θαμὰ τοῦτ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.
Si modico iugiter modicum ſuperaddere perges:
Nempe breui magnus ſurget tibi tempore aceruus.

Idem. Πολλὰ δ' ἀεργὸς ἀνὴρ κενεὴν ἐπὶ ἐλπίδα μίμνων,
Χρηΐζων βιότοιο κακὰ προσελέξατο θυμῷ.
Spem uanam ignauus nihilum dum ſpectat agendo,
Indigus adſpexit mœrens mala plurima uitæ.

Idem. Τὴν μὲν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐστὶν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως. ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι. Μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον. ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.
Ad uitium facilis uicinaq; ſemita cunctis
Panditur: at uirtutis iter poſuere remotum
Cælicolæ, durumq; prius, ſed uertice ſummo
Dum fuerit, planum ſe offert quærentibus illud.

In eandem quoque ſententiam litera Pythagoræ *deſcribitur in forma* Y. Litera Pythagoræ

Litera Pythagoræ *diſcrimine ſecta bicorni*
Humanæ uitæ ſpeciem præferre uidetur.
Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem,
Anguſtum primo, ſed late in fine patentem.
At læua ad uitium tendens, perducit in arctum.

Sed Latinos attingam. *Ennij uerba pulcherrima ad hoc propoſitum ſcribit* Gellius, *quæ in choro* Iphigeniæ *ſcripta dicit.* Otio *qui neſcit uti, plus negotij habet quàm cum eſt negotium in negotio. Nam cui quod agat cōſtitutum eſt, nullo negotio id agit, ſed ibi mentem & animum oblectat ſuum.*

Idem *autor uerba ex* Catonis *oratione ad milites refert. Mementote ſi quid unquā recte per laborem feceritis: labor ille cito à uobis abſcedit: benefactum autem ſemper remanebit.* Si *quid uerò nequiter per uoluptatem, uoluptas repente abibit: nequiter illud factū apud uos ſemper extabit.* Virgil. *Labor omnia uincit.* Cicero. *Ad omne officium cōtentio animi eſt opus.* Idem pro Archia. *Nullā enim uirtus mercedem laborū periculorumq;, præter hanc laudis & gloriæ deſiderat: qua quidē detracta, quid eſt quod in hoc tā exiguo uitæ curriculo tantis nos laboribus exerceamus? Certe ſi nil animus præſentiret in poſterū, nec tantis ſe laboribus frangeret, nec tot curis uigilijsq; angeretur.* Nunc *inſidet quædā in optimo quoq; uirtus, quæ noctes atq; dies admonet, non cum uitæ tēpore dimittendam commemorationē noſtri nominis, ſed cum omni æternitate adæquādam.* In *ſacris itē libris* Salomon *pigris exemplū ac prouidētiam formicarum proponit.* David. *Tu domine laborem & dolorē conſideras. Dominus uerò ipſe eum qui talentum per ignauiam & deſperationē fodit, & otioſos in foro ſtantes, & uirgines dormitantes reprehēdit.* Greg. in M. *Sicuti in malis præſens ſecuritas parit dolorē: ſic in bonis præſens labor perpetuā inducit ſecuritatem. Et alibi pulcherrimus eius locus. Deſidioſus, inquit, ſæpe ingenium accipit, ut iuſtius negligentia puniatur, quòd ſcire cōtempſerit quæ ſine magno labore adſequi poterat bonitate naturæ. Contrà uerò ſtudioſus tarditate punitur, ut eo maiora præmia ferat, quo magis laborauerit.* Deniq; Sophocles, Plato, Iſocrates, Hieronymus *etiā noſter, & alij complures qui diu uixerūt uſq; ad extremam ſenectam ſcribentes, labores ſubierunt, finemq; diſcendi cum uita fecerunt. Ad quam rem multum faciet alienæ imitatio uirtutis. Nam quiſq; bonus aliena gloria magis excitabitur.*

Thucydides *puer quum audiſſet* Herodotum *ſenem ſuam hiſtoriam recitantem, collacrymaſſe dicitur.* Demoſthenem *fabrorum antelucana diligentia excitare ſolebat.* Themiſtoclem Milciadis *tropæa ſomnum capere non ſinebant.* Alexander Achillis, Cæſar Alexandri *conſpectis tumulis, laudis æmulatione ingemuiſſe feruntur.*

DE OTIO.

QVum *duplex ſit otium, illaudatum & laudatum, primum uoluptariorum & ignauorū eſt, aduerſumq; labori, cuius ſuprà mentionē feci.* In *quo uiuentes* Seneca *ſtultos uocat, ſemperq; uiuere incipientes.* Talem *dicit* Vaciam *illum fuiſſe, qui ruri in deſidia agebat.* De *hoc item* Greg. in paſt. *ait. Plerunq; piger dum agere neceſſaria negligit, quædam ſupra ſe difficilia proponit, quædam uerò incaute formidat, & dum quod iuſte metuatur inuenit, oſtēdit quod in* Duplex otiū

Otium laudatum

otio iuſte torpeſcat. Alterũ otium laudatũ, literatorũ eſt ac cõtemplantium ueritatẽ. De hoc Cato dicebat, uiro nobili quemadmodum negotij ſic & otij rationẽ extare oportere. Hoc item Seneca in epiſtolis amplectendũ ſuadet honeſto ac prudenti uiro, quò ex actionũ tumultu tanquam in portum ſe tandẽ recipiat: ubi ſeſe primũ, deinde humana pariter ac diuina dignoſcat. Nam ſemper negotioſis, inquit, tempus furtim labitur, & hos eſſe qui ambitione uel auaritia iugiter occupati, breuitatẽ temporis querũtur, & improuiſos ſe ad mortẽ trahi, nihil omnino uixiſſe putantes. Ariſtoteles in libro de anima inquit, animã ſedendo & quieſcẽdo fieri prudentiorẽ. Plutar. Sapientẽ decet quietem & otiũ in ſcientiæ & prudẽtiæ exercitatione ponere. Non dico eam uenalẽ ac forenſem, ſed maximã quæ nos Deo cõiungat. Socrates dicebat ita inſtituendã eſſe uitam, ut ex te, nõ ex alijs uoluptatem capere poſsis. Euripides, ὁ πλεῖστα πράσσων, πλεῖστα ἁμαρτάνει βροτῶν. Qui agit plurima, plurimũ peccat. Quod ambitioſis & auaris maxime accidit. Ea demũ ratio, quòd improbi probis rerũ experientia ſimul & ſolertia præſtant: quam enim quis diligit artẽ, in hac ſe libenter exercet: quam uerò exercet, hãc & probe nouit. Deniq; ex Auguſtini ſententia in lib. de ciui. nemo bonus negotium quærit, nemo improbus in otio cõquieſcit. Otium, inquit, ſanctũ quærit charitas, negotiũ iuſtum ſuſcipit neceſsitas charitatis: quã ſi nullus imponit, percipiendæ uacãdum ueritati. Gregorius in Ezechielem.

Cõtemplatiua uita

Contemplatiua uita eſt charitatẽ Dei ac proximi tota mente cõplecti, ab omni terrena actione quieſcere, ſoli deſiderio cõditoris omnibus poſthabitis curis inhærere. Idẽ in eodem loco triplicẽ eius gradũ ponit. Primum quum ſe ad ſe colligit: alterum ut ſe collectũ qualis eſt uideat: tertium ut ſupra ſemet inſurgat. Idem. Sicut enim grauioris eſt culpæ, inter bonos improbũ eſſe: ſic maioris fuerit laudis, inter improbos bonũ ſe præſtare. Idem in Reg. Quanto quis in rebus mortalibus occupatior, tãto à Deo remotior. Iſidorus de ſummo bono. Quãto quiſq; curis maioribus occupatur, tanto magis uitijs premitur. Mundi enim amatores non ſolum ſtulti ex eo quod infima pro ſummis appetant, uerumetiam miſeri quòd ea cum ærumnis cõſequantur. Bernardus. Otiũ eſt uacare Deo, imò negotium negotiorũ, ubi nullum admittitur otium. Seneca in epiſtolis. Crede mihi, plus agunt, qui nihil agere uidentur. Neceſſarium tamen huiuſcemodi uiris Ariſtotelis ſententia, rerum adminiſtratorẽ aliquem prope habere, qui res obeat ac curet, ut Socrates Critonem, Epicurus Metrodorũ, Apollonius Damidem. Ipſe quoq; dominus noſter Iudam negotio præfecit. Apoſtoli item alios alij. Vt autẽ monachos attingam, Origenes Ambroſium, Hieronymus Cromatium habuit. Bernardus fratrem Viterbij defunctum deflet, ut paternæ domus præſidium, curarumq́; ſuarum leuamen. Deniq; Franciſcus Helia ſuo quanquã flagitioſo, ob rerum experientiam carere non poterat.

QVID AB OTIO HONESTO RETRAHIT, QVID́VE INDVCIT, ET DE SOLITVDINE.

SED ut facile uidemus, ab hoc otio multos præſtanti ingenio repellit metus amittẽdæ dignitatis & exiſtimationis, quam negotiũ nutrit & auget. Quapropter Cicero & otium cũ dignitate, & negotiũ ſine periculo, in proœmio de oratore exoptat, duo quaſi difficilia. Et Virgilius ex eadem cauſa ſuum otium literarũ ignobile appellat. Ad idẽ rurſus otium pleriq; ob calamitates inducũtur, ut accidit imprimis

Ptole. Philadelphus

Ptole. Philadelpho, qui cũ podagra diuturnoq́; morbo laboraret, ad fouẽdas artes liberales ſe cõuertit: accerſitis undiq; ingenijs, & bibliotheca illa nobili conſtituta.

Hieron. Syracuſanus

Hieron item Syracuſanus tyrãnus in grauem incidẽs morbum, uocatus Simonide alijsq́; poëtis, philoſophari cœpit. Aphricanus maior poſt accuſationẽ illam relicta reipub. cura ſe in Liternũ cœpit. Nonnulli uerò naturali quadã philoſophia res humanas peroſi,

Diocletianus & Maximi.

ut Diocletianus & Maximianus principes, rem nouã auſi, relicto imperio in uitã ſe priuatam redegerũt. Vt & mea ætate Amurathes Turca ex Othomanis, pater Mahumetis, qui Cõſtantinopolim cepit, relicta penitus filio regni cura. Religionis autem & Chriſti cauſa innumerabiles, inter quos Lotarius Caroli Magni nepos: itẽ Petrus Angliæ rex, qui dimiſſo ſuis regno Romam uenit, ubi in paupertate priuatus uixit. Duces quoq; Venetorũ nonnulli, ut in eorum hiſtoria narraui. Ex Pontificibus uerò Cœleſtinus V. ſeſe penitus abdicãdo. Ex Cardinalibus ipſe Hieronymus, quando inter hos iã uulgo receptus eſt. Præterea Petrus Damianus, proximis quoq; annis Ardicinus Delaporta Cardinalis Alerienſis iam grandis natu, qui ſignãdis libellis præerat, relictis ſtatim omnibus, Hetruriæ ſe cœnobio addixerat, ſi per Innocẽtium VIII. qui eum paulò pòſt reuocauit, licuiſſet. Sunt qui hanc ſeceſsionẽ in media ambitione & magiſtratu aggredi ſunt auſi, ut proxime cõtigit Eugen. IIII. qui Aloiſio patriarchæ uiro ſolerti rerum cura delegata, ſeſe totũ literis tradiderat: quod minime laudi tribuendum. Qui enim huiuſcemodi ſunt animo, ſubeſſe potius quàm præeſſe debẽt: ſed gloriã expetunt, gloriæ tamen põdus ac faſtidium detrectant.

Solitudo

Solitudo enim huic uitæ generi neceſſaria, cui nonnulli agrũ delegerunt. Menãder. Ἄριστος ἀρετῆς καὶ βίου διδάσκαλος ἐλεύθερος ἀγρός. Et uirtutis & uitæ liberæ magiſter optimus eſt ager. Idem. Ὡς ἡδὺ τῷ μισοῦντι τοὺς φαύλους ἡ ἐρημία. Quàm dulce improbos odienti ſolitudo agri. Plutar. in Mo. Solitudo enim philoſophiæ uacãs, non ut in ciuitate cõſiſtentes, multis ac paruis ſe implicat, ſed alte uolat in mundi cõtemplatione. Quapropter maiores noſtri tẽpla in locis remotis & deſertis dedicauerunt: maxime Panos, muſarum, nympharũ, Apollinis, & qui muſarũ duces ſunt. Hieronymus contra Io. Multi philoſophorũ relinquunt non modo urbes, ſed agros ingẽtes, & amœnos fontes, uocalesq́; auiũ modos, ne per abundantiã animæ fortitudo langueſcat. Pythagorei in ſolitudine & locis deſertis habitauere. Platonici quãdoq; in tẽplo & locis ſacris uerſabãtur, ut admoniti auguſtiore habitaculi ſanctitate, nihil aliud quàm de uirtute cogitarẽt. Idẽ. Inuenti Platonici qui oculis ſe ſpõte priuarẽt, ut nihil aliud quàm ſolã ſcientiã meditarẽtur. Idem cõtra Iulianũ, ſecedere & in ſolitudinẽ ſe recipere tutius eſſe dicit. Nolo inquit, ſpe uictoriæ pugnare, ut uincã aliquãdo. Idẽ ad Ruſticũ Mo. Si Paulus caſtigat corpus, quãto minus te poſſe exiſtimas ſine lapſu uitã ducere? Si in cœlo peccatũ fuit, quãto magis in terris? Si delictũ in ijs qui corpore carebãt, quãto magis qui in fragili ſunt corpore cõſtituti? Caſsianus de anima. Turba uitiorũ ſine certamine proculdubio uincitur ab eo cui ſolitudo gratiã ſuffragatur. Greg. in Mo. Quid prodeſt ſolitudo corporis, ſi ſolitudo deficit mẽtis: Qui enim corpore remotus, & tumultibus humanæ cupiditatis angitur, in ſolitudine nõ eſt. At cõtrà, ſi quis in turba ſit, nec ullos curarũ ſeculi tumultus mẽte patiatur, in urbe nõ erit. Nam Loth in peruerſa ciuitate iuſtus fuit, in ſeceſſu peccauit. Illud præterea obſeruatione dignũ, ꝙ ſanctorũ hominũ diuerſum cernimus à reliquis otiũ: cæteri ſiquidẽ ſapiẽtes poſt exantlatos labores, poſt adminiſtrationẽ reipub. ac res geſtas otiũ quaſi debitũ eis mollioris uitæ ac ſolitariæ adſumẽtes, in uirtute theorica ſibi uiuere cœperũt, quorũ exẽpla ſuprà memoraui. At Chriſtiani perfecta ſapiẽtia præditi, exordiũ perfectæ uirtutis à ſolitudine auſpicãtur: ubi aliquãdiu ſeſe lectionibus abſtinẽtiaq́; exercẽtes ante omnia probẽt. Deinde cõfirmati, quod ſoli hauſerũt, reliquis cõmunicant, ad actiones uarias cõuerſi. Sic dñs Ieſus poſt habitationem deſerti loci,

ac ieiu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ac ieiunij tolerãtiam, ad docẽdos homines prodijt. Sic Paulus poſt an. XIIII. quibus didicit ab apoſt. Euangeliũ, ad gẽtes proficiſcitur. Sic Hieronymus, Frãciſcus è ſaltibus & locis ferarũ poſt aliquot annos prodeũtes, alios cõfirmauerũt.

DE TEMPORE ET OCCASIONE.

Horæ — OTIVM ſimul & negotiũ tẽpus metitur, quapropter de hoc pauca, ac primũ de horis & horologijs. Horas Homerus cœli foribus aſsiſtere dicit, quadrigamq; & equos ſoli prodeũti mane præparare. Has mathematici equales & inæquales ponũt. Inæquales etiã chronicas uocãt. Quoniam totidẽ ſigna tã æſtate quàm hyeme, tã interdiu quàm nocte ſemper ſupra hemiſphæriũ apparent: totidẽ etiam horas uoluerunt, id eſt, XII. interdiu, noctuq; totidẽ: uerũ inæquales ideo dictæ quod ſecũdum rationẽ aſcendẽtium ſignorũ hyeme minores interdiu ſunt, nocte uerò lõgiores: æſtate autem cõtrà. Aequales autẽ æquali inter ſe ſpatio omnes XXIIII. inter diem noctemq; cõmixtæ: dictæ quoq; & æquinoctiales, quod ex æqualitate æquinoctij ſignis aſcẽdentibus pares ſint: cuilibet uidelicet ſigno duas adſignãdo horas. Martialis ſatis indicat quid actionum Romani cuiq; tribuerent: — Romanorum actiones horis accõmodatæ

Prima ſalutantes atq; altera continet hora,
Exercet raucos tertia cauſidicos.
In quintam uarios extendit Roma labores:
Sexta quies laſsis: ſeptima finis erit.
Inde ſequens dabitur nitidis octaua palæſtris.
At iubet extructos frangere nona thoros.

Græci eleganti diſticho diuidunt horas.

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται, αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
Γράμμασι δεικνύμεναι ζῆθι λέγουσι βροτοῖς.
Sex horæ tantum rebus tribuuntur agendis,
Viueq; poſt illas, litera zeta monet,

Hoc eſt, poſt horas ſex negotijs datas accũbe & uiue, quod oſtẽditur per Z. literã in horologio, cuius numerũ ex ordine literatũ notant. Z enim ſeptimus numerus eſt, quæ uiue apud Græcos ſignificat. Horologiũ ſolariũ teſte Plinio, primus Pap. Curſor Romæ in colũna ſtatuit. Varro tradit, — Horologium
Primo bello Pu. M. Val. Meſſala Catina capta deportauit horologiũ gnotericũ, ſiue gnomonicũ ſiue planũ: quod poſtea diligẽtius adornauit Martius Philippus, qui cũ L. Paulo cẽſor fuit: nec tamẽ per umbelicũ diſcurrebat, donec Scipio Naſica aqua diſtinxit, idq; horologiũ ſub tecto dicauit: tã diu apud Ro. indiſcreta lux fuit. Steſimus Alexãdrinus, ut ſcribit Vitruuius, primo horologia excauata in auro & gemma caua cõpoſuit. Scaphium inuerſum, quod ab artificibus tholus ſiue tympanũ dicitur, aliaq; uerſatilia ſupra habebat. In his etiam in columna aut paraſtatica horæ diſtributæ, quæ ſigillatim egredientes ab ima uirgula ſignificant in diem totũ. Poſteri uerò cõmodius horas diſtinxerunt, & tintinnabulo quo abſentes longe admonerẽtur: & umbelico ſiue obeliſco numeris addito: quo tẽpore omni horæ adſpiciẽtibus diſcerni poſſint. De diebus. Paulus iuriſcõſultus de Ferijs. Dies more Ro. à media nocte incipit, & ſequẽtis noctis media parte finitur. Gellius ait Græcos ab occaſu ſolis ad alterũ occaſum accipere, Vmbros à meridie. Sunt dies faſti, nefaſti, feſti, profeſti, atri, perendinarij. Apud Mathematicos, Aegyptij, fauſti, intercalares, natales, naturales, artificiales. Diem quoq; pro tẽpore accipiebãt, ereptus ante diem, uenire ante diem, trahere ante diẽ, prope diẽ. Noctẽ item in quatuor diducebãt partes, appellabantq; primã, ſecũdam, tertiã, & quartã uigiliã: eius cuſtodes uigiles dicti, Præfectuſq; uigilũ: diei autẽ excubiæ. Potior autẽ pars diei eſt matutina. Heſiodus. — Dies; Nox

Ὄρθρου ἀνιστάμενος, ἵνα τοι βίος ἄρκιος εἴη.
Ἠὼς γὰρ τ' ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν. Hoc eſt,
Mane tibi ſurgendum ut uitæ ſuppetat uſus,
Tertia nanq; operis fuerit pars mane ineunti.

Iuriſconſ. autẽ de uerborum ſignificat. ait pluſquã dimidiam eſſe partẽ: eaq; de cauſa operã in æquas diei partes diuidi nõ poſſe, uocatq; matutinas bonas horas. Mẽſes Numa duos præpoſuit antiquis qui tãtum decẽ erant, Ianua. & Febr. nõ habita tamẽ ratione intercalaris. Cæſar uerò omnia reſtituit, annumq; ad curſum ſolis adcommodauit. Cuius opus alieno ingenio factũ non habemus. Menſi cuiq; ruſticatio ſua Columellæ deſcribitur. Menſibus horiſq; Aegyptij, Chaldæi, Babylonij, & pleriq; orientales carent: tantum ex lunæ ſoliſq; curſu & aſpectu uiuẽtes. Quidam narrãtur certis anni diebus ægrotare, ut teſte Valerio, Antipater Sidonius poëta in die natalis ſui: ſicut hodie uidemus accidere Oliuerio Carafæ Cardinali Neapolitano, qui mẽſe Maio ſemper in ualetudinẽ certam incidit. Obſeruatum & Romæ mortes Pontificũ in Auguſto mẽſe plerunq; cõtingere. Quibuſdã euenire felicitates: ut eſt autor Aelianus de Athenienſibus, qui mẽſe Thargilione, id eſt, Februario uictorias maximas eos adſecutos fuiſſe dicit. Piſanis olim ter uictoria de inimicis die S. Sixti contigit, adeo ut ei templum extruxerint, Omnia tamẽ prouidẽtia regi ordine nobis incognito, ait Auguſtinus. Aetates animalium Græci hoc epigrammate ſcribunt. — Menſes; Aetates animalium

Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
Ἀνδρῶν ἡβώντων, ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος,
Τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται, αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ
Ἐννέα τοὺς κόρακας, δέκα δ' ἡμεῖς τοὺς φοίνικας
Νύμφαι εὐπλόκαμοι κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.
Nempe nouem cornix hominum prope tempora uiuit.
Cornicum quater & ceruus, trini quoq; cerui
Coruus: itemq; huius pertranſit metra nouena
Phœnix, quam decies ſuperamus tempore nymphæ.

Hominis autẽ æuũ Cẽſorinus de natali die per hebdomadas diſtribuit. In ſecũda pubeſcere datur, quod Ariſtot. de animali. τραγίζειν uocat, nos hirquitallire ab hirco male olẽte: in fineq; cuiuſq; periculũ uitæ ponit: præſertim XLIX. ubi numerus ſeptenarius quadratus uenit, uocãturq; anni huiuſcemodi Climaterij, quòd ad eos quaſi gradatim ueniamus.

Plato uerò apud eundẽ autorẽ hos Climaterios ex nonario cõſtare uoluit, quapropter LXIII. magnã eſſe uim, quòd ex utroq; numero multiplicato cõſiſtat: in quo anno periere Ariſtoteles & Cicero: maxime autẽ ſenes plerũq; LXXXI. non præteriere, in quo deceſſerunt Plato, Dionyſius Heracleotes, Diogenes Cynicus, Eratoſthenes geographus, & Xenocrates Platonicus. His uerò qui hũc terminũ prætereunt ex pſalmi etiã autoritate, labor & dolor. Diua genitrix quãquam extra ſortẽ eſt humanã, ac ſpeciali Dei prouidẽtiæ reſeruata, annũ ipſum undequinquageſimũ non exceſſiſſe, apud receptũ autorẽ inueni ex Heliſabetæ uirginis ſanctæ de Sconãgia cõmẽtario, quæ an. MCLX. emicuit. Hæc in diuina contẽplatione eam annũ poſt filiũ & quicquid eſt ultra uſq; ad eius aſſumptionẽ uixiſſe clare cõſpexit, quod mihi ueriſimile fit. Neq; enim aſſentior his qui multis dicũt eam ſuperſtitẽ annis, quũ Diony. teſte omnes apoſtoli in eius funere conuenerint: ipſi uerò palàm eſt quòd non tot annis, quot uulgò dicũt illã ſuperſtitẽ fuiſſe, ſimul fuere. Optare ſenectutẽ in ænigmate eſt. Res una uidelicet quæ potiſsimũ ab omnibus deſideratur habitã uerò omnes ſpernũt & ab ſe reijciunt. Eam uerò contra mortaliũ omnium opinionẽ amplectendã Cic. in Catone ſuadet, cõfutatis quatuor quæ ſolẽt impugnare cauſis. Sunt autẽ huiuſcemodi. Auocatio à rebus agendis, infirmitas corporis, priuatio uoluptatis, uicinitas mortis. Hier. in Amos prophetã. Senectus bona multa, multaq; item mala ſecũ adfert. Bona, quòd nos ab importuniſsimis dominis liberat uoluptatibus, modũ gulæ imponit, libidinis impetum frangit, auget ſapientiam, prudentiam quoq; — Climaterij anni; Diuæ uirginis ætas; Heliſabeta uirgo; De ſenectute

ac con

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Annus magnus

ac conſilia ſuppeditat. Annum magnum Pythici octauum quenq; dicunt ob ludos, Olympici quintum: Romani item, quo tempore luſtrum agebant. Sed centeſimum maxime quo ludos ſeculares celebrabant. Mathematici XII. & VII. ob Iouis profectiones, magnasq́; in his mutationes fieri, ut ait etiam Plato de legibus. Quod autem legimus in ſacris uoluminibus, homines priores tamdiu uixiſſe, Auguſtinus ueros integrosq́; XII. menſium annos fuiſſe teſtatur, ac ex prouidentia factum, uti pauci tunc citius creſcerẽt: rerum inſuper cognitio commodius ex longa experientia deprehẽderetur. Annos Romani, ut ait Feſtus, domi quotannis in parietibus portarum clauo annali defixo notabãt. Sed & aliud tempus quod Græci καιρόν, nos occaſionem ſiue tempeſtiuitatem dicimus, quam ueteres teſte Calliſtrato pulchrum puerum ac Deum rotulæ fingebant ſummis digitis inſiſtentem, alatis talaribus, nouaculã in dextra, crinibus tãtum anterioribus, occipitio caluo, ut planè ſignificarẽt à breuitate, commoditateq́; temporis nos deſeri, nũquàm redituri. Quapropter omnibus bonis eſt curæ ne fruſtra labatur. Lacedæmonijs tãta fuit huius rei obſeruatio, ut nemini permitterẽt extra uirtutẽ ſibi uacare. Argumento id præter alia fuit, quòd Ephori quondã animaduertentes, quoſdam iuuenes ambulatione ueſpertina uti, præceperũt eis ut abſtinerent, ueluti nõ ſe exercentes, ſed in delicijs utilem diei partem cõterentes, tempore abuterentur: optare enim Lacedæmonios, non per ambulationes, ſed per gymnaſia & uirtutem, bonã corporis habitudinẽ, ac uires quærerent: autor Aelianus. Inter Romanos Cato ſenex dum ſenatus cogeretur, libellos quoſdã quos ſecum afferebat obiter lectitabat. Plinius teſte eius nepote in epiſt. Vulcanalibus uigilare incipiebat, quæ ſunt in fine Auguſti, noctibus literis, interdiu negotijs principalibus uacabat, quendã eius anagnoſten fruſtra parumper dum legeret interpellantẽ acriter reprehendit. Iulius Cæſar quaternas ſimul epiſtolas dictare ſolebat. Veſpaſianus dũ ſe amiciret & calciaret, legationes audire. Proximis uerò annis Siciliæ rex Alfonſus ſenior poſt tot bellicos labores utrunq; ſacrũ uolumen quindecies legiſſe fertur. Nullam occaſionẽ prætermittendo, iugiterq́; uigilando, magni uiri ſunt omnia conſecuti. Breue nobis ſpatiũ inquit Cicero, natura dedit: curſum uerò gloriæ ſempiternũ. Nihil tamen eſt quod de illa queramur. Longum ſatis tẽpus ad conſequendas omnis artes ſuppeditauit, ſed breue nos ipſi fecimus, in delicijs, iocis, uoluptatibus, ſodalitatibus, bonam æui partẽ abſumẽtes. At ſi forte pueritiam & ſenectam fruſtra cõſumimus ob debilitatẽ, media ſaltem ætas debet eſſe frugifera & parca tẽporis. Quod Heſiodus hoc uerſu allegorice ſatis mõſtrat. ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι, Μεσσόθι φείδεσθαι. Hoc eſt, Incipiẽte uini uaſe & in fine pota quantũlibet, ueluti non ita perfecto: in medio autem tanquam perfecto utere parſimonia.

De occaſione καιρός

Lacedæmoniorum mos

DE IRA EIVSQVE REMEDIO.

Pars iraſcibilis

Duplex ira

IRAM, inuidiam, dolorem, metumq́; mortis, pars continet iraſcibilis, quæ facile ſedabitur, ſi dictis ſapientum auſcultabimus. Iræ igitur prius naturam dicemus, Quæ gemina eſt, aut aperta, aut diſsimulata. Hæc poſterior longe deterior. Arrianus ſophiſta. Cauendum inquit, iram illorum qui paulatim eam concipiunt, lentiusq́; exardeſcunt, magis quàm illorum qui celeriter. Nam his ira breuior, illis diuturnior. In eandem ſententiam Homerus Iliados, α.

Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ,
Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ.
Nam melior princeps iratus forte minori eſt.
Quod ſi diſsimulat ſubitum tunc mente furorem,
Tempore poſt illum pœna grauiore rependet.

Ex noſtrorum quoq; ſententia, Deus tarditatem ſupplicij pœnæ grauitate compenſat. Ira uerò aperta ſine iurgio non eſt: admodum & ipſa uituperabilis. Plutar. Verborum leuiſsimam rem grauis pœna ſequitur ſecundum Platonẽ. Silentium autem ubiq; nullã reddere rationem habet. Theophraſtus. Iraſci quidem ſapientem ſiue ſeruis ſiue amicis non oportet, ſed ſedato animo agendũ, ne iudicium quod de alio appetimus ſubeamus, ne'ue culpæ potius rei quàm accuſatores, aut odio potius quàm cõſilio feciſſe uideamur. Euripides. Duobus litigãtibus alter ſemper uiſus altero qui non reſpondet ſapientior. Idem. Grauis quidẽ & implacabilis eſt ira, qua amicus amico iraſcitur. Idẽ. Σμικρᾶς ἀπαρχῆς νεῖκος ἀνθρώπου μέγα γλῶσσ' ἐκπορίζει. Parua quidẽ occaſione magnã lingua præbet contentionem. Idem. Πρὸς κέντρον μὴ λακτίζειν. id eſt, Noli cõtra ſtimulum calcitrare: uſurpatum quidẽ à multis prouerbiũ. Democrates. Θυμῷ μάχεσθαι χαλεπόν, ἀνδρὸς δὲ κρατέειν ἀλογίστου. Cũ irato animo cõtendere difficile, tũ uirũ ſine ratione ſuperare. Menander. Hic demũ optimus uir ô Gorgia, qui inter mortales ferre iniuriã poteſt. Philemon. Dulcius aut lepidius nihil quàm poſſe uerborũ contumeliam pati. Hoc enim pacto maiorem maledicus patitur. Pythagoras. Magnã puta diſciplinam, per quã ferre indiſciplinã potes. Glycon. Mãſuetudo ac patientia, maximũ ſignum, eſſe Deo acceptũ. Remedium iræ ſubitæ teſte Plinio, tẽpus interponere ſeu cibũ. Cibus enim impetũ animi magnopere lenit. De tẽpore teſtatur Plato, qui quandoq; in ſeruum iratus Xenocrati amico adſtanti ait, Accipito tu & uerberato. Nam ego iratus ſum. Præterea Muſica. Clinias enim Athenienſis uir Pythagoreus, ut ſcribit Aelianus de uar. hiſt. ſiquãdo in iracundiã incidiſſet, priuſquã ederet, cithara deliniebatur. Exẽplo quoq; ſe hoc dicebat Achillis Homerici facere, qui & ipſe irã hoc modo leniuit. Aliam quoq; medicinã Seneca oſtendit. Optimum quidẽ inquit, ſcire nolle quod quiſq; peccauit, tollendaq́; ex animo ſuſpitio, & omnia in bonam partẽ præſertim cum amicis accipienda, retinendaq́; in animo illa ſentẽtia, in quibuſdam rebus ſatius eſſe decipi, quàm diffidere. Cæſar enim poſt uictoriam incidẽs in epiſtolas inimicorũ, partim etiam eorũ qui neutrius partis uidebantur, eas cõbuſsit, maluitq́; eorum ignorare cõſilia, quàm per eas occaſionẽ iracundiæ dare. Et Alexãder Macedo, quum medicinã ſumpturo literæ ſuperueniſſent, ut à Philippo medico eius familiari caueret, ſumpto ſtatim poculo, medico literas oſtẽdit. Plutar. in Mo. alia inſuper adducit. Faciundũ, inquit, iracũdo, more gubernatoris, qui ob timorẽ (quum timor nõ ſit minor ira) non remittit de diligentia, quin in tranquillo omnia obeat munera, Sic animi naufragia uir quietus prouidere antea debet. Dicit quoq; patientiã domi paulatim ediſcendã cum ſeruis & uxore: ut planè foris ea poſtea utamur. Exẽplumq́; Socratis ponit, qui Xantippes uxoris cõuitia, inſolentiamq́; domi ex hac potiſsimũ cauſa ferebat. Cic. ad Qu. fratrẽ. Propediem ſi te iracundũ cognoueris, inquit, quotidie meditere reſiſtendũ eſſe naturæ: tum legẽ tibi ſtatue, qua iratus nõ nimium uideare, magis quàm omnino nõ iraſci. Nam illud eſt non ſolum non grauitatis, ſed interdũ lentitudinis: moderari uerò & animo & orationi cum ſis iratus, aut etiã tacere & tenere in ſua poteſtate motũ & dolorẽ: & ſi nõ eſt perfecta ſapientia, tamen nõ mediocris ingenij. Improborũ præterea maledicentiã magis æquo animo ferendã quàm aliorũ ſuadet. Euripides. Τὸ δ' ἀξίωμα κἂν κακῶς λέγῃ τὸ σόν, Πείσει· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν, κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει. Dignitati quanquàm uir improbus obtrectet tuæ, fer equo animo, namq; uerbũ idem à bonis exiens atq; ignauis haud idem poteſt. Quod Seneca item imitatus ait, uituperari à malis laudari eſt. Et in ſacris libris. Ne ſtulto reſpondeas ſecundum ſtultitiam ſuam, ne ſimilis ei efficiaris.

Iræ remediũ

Clinias

Achilles

Alexãder Macedo

Socratis patientia

EXEM

EXEMPLA MANSVETVDINIS ET PATIENTIAE.

TERTVLLIANVS librum de Dei patiētia elegātiſſimum ſcribit, ubi mōſtrat nihil in eo diuinius aut mirabilius, quàm cum facta mortalium improborum toleret ac miſereatur. Nullamq; in hominibus præſtantiorē ac commodiorem poſſe patientia reperiri uirtutē. Ad hanc igitur Vlyſſem ante omnis citat antiquitas, ut qui rem ſuā feliciter diſſimulando ſit adſecutus. Deinde Iaſonem: qui cum cæteri Argonautæ uim Aeetæ regi inſolenter reſpondenti adferre uellent, ſolus patientia reſiſtēs omnia ſuperauit. Patientiſſimus unus apud Athenienſes fuiſſe traditur Socrates, apud Lacedæmonios Ageſilaus, Apud Romanos Pōponius Atticus, ut Corne. Nepos ſcribit, qui iram omnino coercendā putabat, in eos præſertim quos diligeremus. Dauid quoq; inter Hebræos. Ariſtippus ad eū qui ob uerba in iram cū eo uenerat, Ne quæſo à uerbis propter irā diſcedamus, ſed potius ab ira propter uerba. Idem cuidā maledicenti ait: Tu maledicendi dominus, ego audiendi. Lycurgus Quis non miretur Lycurgū, qui teſte Plutarcho, priuatus oculo à quodā in cōcione iuuene: traditū deinde à ciuibus plectendū, interpolauit, erudijtq; in poſterū melioribus moribus? Deinde in theatro mirantibus omnibus, Iuuenē, inquit, Lacedæmonij mihi à uobis noxium ac ſontē traditū, nunc eruditū optima reddo diſciplina.

Fab. Rul. Fabius Rullianus Cōſul quum res cōtra Hetruſcos apud Ciminā ſyluam gereret, creſcēte hoſtiū metu legatis rogātibus ex parte ſenatus, ut L. Papiriū eius inimicum dictatorē diceret, uultū demiſit, nihil aliud reſpōdens: ſed nocte ſequēte ſeſe uincēdo eundē dixit, cui gratiæ ſunt actæ. Iulius Cæſar Iulius Cæſar nullā habuit, ut Cicero dicebat, uirtutē miſericordia admirabiliorē, cuius rei gratia putat Auguſt. Dei prouidētia clariſſimū in orbe nomē obtinuiſſe. Auguſti quoq; ſuccurrit exemplū, cuius uerba ex epiſtola hæc Trāquillus memorat. Noli mi Tyberi ætati tuæ nimiū in hac parte indulgēdo ſuccēſere, ut ſint qui de nobis male loquātur. Satis enim habemus ne quis nobis male facere poſſit. Mea uerò ætate Alfonſus Tarraconēſis Siciliæ rex nunquā iratus uiſus. Alterū nos uidimus Romæ Gabrielē Brixiēſem ordinis minorū Cardinalē Agriēſem, qui Mathiæ regis Pānoniæ res diu procurauerat: iurare ſolebat annos x x x. nulli mortaliū uel minimo ſeruo ſubcēſuiſſe, quæ res illū ad eum honorē perduxit.

DE IRA OFFICIOSA, ET QVOD ETIAM OPINIONE QVANDOQVE OFFICII ERRAT.

PERIPATETICI uirum negāt qui iraſci neſciat, cotemq; fortitudinis iram dicūt: per eam leges ſeruari, ius defendi, arma pro patria ſuſcitari: ut eſt autor Cicero in Tuſcula. Chryſoſtomus in Euāgelium in eandē ferè ſententiam, dicit iram eſſe neceſſariā ad tuendas leges, ad regendā diſciplinā, ad improbos coercēdos. Hieronymus in epiſtolis, Iraſci quidē hominis eſſe dicit: irā autē non perficere Chriſtiani. Zelus Hanc iram laudatā ſacri libri Zelū appellant, qualem habuiſſe Phineem legimus, quum ſcortū Madianite interfecit: qualē Moſen quum de monte deſcendēs ac animaduertēs uitulū conflatilem, tabulas decalogi perfregit. Neemiā quoq; quum populū audiſſet uociferantē ob fœnus quod optimates exigebant, uehemēter iratum accipimus. Heliſeum itē quum ille in Ioam regē inueheretur, quod terrā quinquies aut ſexies ſagitta minime percuſſiſſet, uti Syriæ regionē deſtrueret. Paulū deniq; in faciem Petro reſiſtentē legimus. Talia quædā & apud Romanos ſeueritatis, Brutorū, Torquatorum, Naſicæ, Metelliq; illius qui Cæſari expilāti ærariū, reſtitit. Errat tamē ira huiuſcemodi ſiue Zelus quandoq; opinione officij. Vt illi qui ſe zelotas Hieroſolymis belli tēpore appellabant, omnia permiſcētes, ut autor Ioſephus de bello. Zelotæ Ioſue Moſis famulus uidēs duos prophetātes in caſtris ait, Domine prohibe illos. Cui Moſes: quid, inquit, æmularis pro me? Abiſai cernēs duos ſeruos maledicētes Dauidi fugienti Abſalonē: ait, Ibo, interficiā eos, nec ab eo permiſſus eſt. Et Paulus æmulator paternæ legis. Diſcipuli quoq; domino dicētes: Ioānes trās Iordanē baptizat, & omnes ad eū ueniunt.

DE INVIDIA EIVSQVE REMEDIO.

XENOPHON lib. III. Cōmen. ex ſentētia Socratis dicit inuidiam eſſe triſtitiā quandam, non quidē in felicitate inimicorum, neq; in aduerſitatibus amicorū: ſed tantum mœrorē in amicorū proſperitate. Admirantibuſq; quibuſdam quòd inuenirentur qui amicis inuiderent, reſpōdit: Profectò ſic res habet. Multi enim eos qui male rem gerunt miſerātur & iuuant, quibus ſi forte res ſecūdæ cōtingerent, inuiderent, ægroq; animo ferrēt, quod minime ſapientis eſt. Heſiodus probe mōſtrat inuidiam inter pares reperiri. Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων, Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ. Inuidet aut figulus figulo, uel egenus egeno, Siue faber fabro, dulciſq; poëta poëtæ. Ex eadē ferè cauſa ætate quoq; imparibus minime inuidemus, ut ait Plutarchus, ueluti ſenibus & pueris. Inuidiæ hoc ſolū bonum, teſte Ariſt. quod maximū malum habētibus eſt. Menāder. ὁ φθόνος αὑτοῦ πολέμιος καθίσταται, Αὐθαιρέτως γὰρ λυπεῖ ἀεί. Inuidia ſibijpſi inimica exiſtit. ſponteq; uolentes ſemper adficit dolore. Democrates. ὁ φθονέων ἑαυτὸν ὡς ἐχθρὸν λυπέει. Inuidus ſeipſum ut inimicū cōturbat. Scribit quoq; Virgilius elegās de huius natura hendecaſſyllabū, quod extat inter eius opera. Huius filia maledicētia eſt atq; Inuidiæ filia obtrectatio, quæ calumnijs aggreditur atq; adlatrat: unde Vlyſſes Palamedem cōficta cauſa inſectatur. Ariſtophanes quoq; apud corruptos Dionyſijs & ebrietate Atheniēſium animos, Nephelas comœdiam, contra Socratē ſcomma excogitauit, unde inuēti poſtea qui auſi ſunt eum publice accuſare. Quin & mortuis ac abſentibus obtrectat: cū quibus ait Plautius Laruæ luctātur. Quapropter urſis eam antiqui adſimilauere cadauera petētibus. Leonibus nequaquam qui reſiſtētes inuadunt. Stellioni etiā, quem nunc Tarantulā uocant. Præterea Cancro inſidioſiſſimo animali, quod is Herculis uigilātem metuens olim uirtutē, dormientē eſt aggreſſus. Quoniam uerò, ut ait Socrates, inuidia gloriam uelut Inuidiæ remedia umbra ſolē ſequitur: maxime eam uitabit ſi quis uirtute aut potentia ſeu etiā fortunis præditus modice ſe habuerit, minimeq; adroganter: ex Horatiano carmine. Iam tacite paſci ſi ſciret coruus, haberet Plus dapis inuidiæq; minus. Ex Apologo Aeſopi tractū prouerbiū. Qua etiā de cauſa, ut ſcribit Aelianus de uar. hiſt. Athenienſiū proceres qui rerū geſtarum gloria florerēt, quòd nō poſſent ex æquo cum cæteris uiuere, ad declinandā inuidiā, atq; ut liberius uictitarēt, extra patriam ſponte agebāt: ut Iphicrates in Thracia, Conon in Cypro, Timotheus in Leſbo, Chabrias in Aegypto, Chares in Sigæo. Inter Romanos uerò Pōpeius teſte Plutarcho, poſt tot triūphos & imperia libēter domi aut ruri ſe cōtinebat, raro in publico cōſpectus. Idē in imperio facilis ante omniū ora uerſabatur, ut ait Cic. de Imperatore deligendo. Nā legitimi principis, ſeu in magno ſacerdotio, ſiue magiſtratu conſtituti, cōtraria ratio. Is enim maxime collaudabitur, proculq; ab inuidia fuerit, ad quē fores ac cōmunicatio cūctis pateāt, quod memoria patrū Alfonſo Aragoni regi Siciliæ, ac Martino v. Pontifici obſeruatū diligētiſſime fuit, turba ſine diſcrimine admiſſa. Nam huiuſcemodi uiri qui in penetralibus latitāt Epicuri ſectatores, ſibi tantū conſulunt,

offic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

officium in uita deſerentes: aut certe, ut ait Apoſto. ſemetipſos deſperantes impudicitiæ omniq́; libidini tradiderunt.

DE DOLORE.

EXERCENTVR inſuper patientia, maximeq́; pollent in doloris mortisq́; contemptione, quapropter Euripidis primum dicta ſuper hoc adferam. In Oreſtis principio ſic orditur.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος,
Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος,
Ἧς οὐκ ἄραιτ' ἂν ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

Tres ſunt ſenarij à Cicerone hoc modo conuerſi.

Nulla eſt tam difficilis fando ratio,
Neu fors nec ira, neu tam inuictum malum,
Quod non natura hominis patiendo ferat.

Idem. Is eſt diues qui mala quæ contingunt tantum æquo animo ferre poteſt. Malis quæ eueniunt ſuccenſere minime debemus. Tãtum recte agamus, bene rem gerimus. Cicero hanc ſentẽtiam in epiſtolis ſecutus, nullũ malum, nihilq́; dolendum, præter culpã dixit. Idem in Hecuba. φέρω τὸ δ' ἄλγος. ἐν κακοῖσι δ' οὐ ῥᾴδιον βροτοῖσιν εὐφημεῖν στόμα. Fero dolorem: namq; in malis bene loqui haud facile fuerit.

Idem ἄγαν φρονεῖν σοφοῖσιν ἄλγος ἐστίν. Sapiẽtibus ualde ſapere pœna eſt. Idẽ. ἀνὴρ ἄριστος ἐν ταῖς συμφοραῖς ἐλπίσι πέποιθε ἀεὶ, τὸ δ' ἀπορεῖν ἀνδρὸς κακοῦ. Aurea eſt ſentẽtia. Vir, inquit, optimus in calamitatibus ſemper ſperat. Nam dubitare uiri eſt improbi. In candẽ ferè Apollodorus. Οὐκ ἀθυμεῖν τὸν καλῶς πράττοντα δεῖ, τὰ βελτίω δὲ προσδοκᾶν ἀεί. Nõ oportet eum dolere qui bene agit, quin ſemper potius expectare meliora. Sotacus. Dolor & triſtitia procul à te erit ſi recta ſectatus fueris. Lex Deus eſt, hunc uenerare, improbos euita, ubicunq; bene uixeris, ibi agas, beneq́; tibi erit. Omnia obſerua imitareq́; bona. Præcepta ſermonesq́; bonos cuſtodi. Quietẽ ubiq; ſerua. Bonã ualetudinem deos expoſce. Antiphon, λύπη μανίας ὅμορος ἐστί. Triſtitia uicina eſt inſaniæ. Omne etenim contriſtans morbus eſt homini, nomina uera plura retinens. Idem. Vita triſtis ac mœſta uti malus pictor colores primũ de corpore aufert. Idem ferè ſacra uolumina. Animus gaudens ætatem floridam facit, Spiritus triſtis deſiccat oſſa. Democrates. Optima eſt uita plurimũ lætari, minimum dolere: hoc tãtum aſſequi poteris uoluptates in rebus mortalibus ſpernendo.

Vir optimus in calamitatibus ſemper ſperat

Simile illud Salomonis, Bonũ facere & lætari. Pyttacus Mityleneus, Prudẽtis eſſe ait, curare ne ueniant mala: Fortis uerò, ſi ueniãt tolerare. Thucydides huic ſimilẽ ſentẽtiam pulcherrime expreſſit. ὅσοι πρὸς τὰς ξυμφορὰς γνώμῃ ἥκιστα λυποῦνται, ἔργῳ δὲ μάλιστα ἀντέχουσι οὗτοι ἄριστοι. Qui in calamitatibus animo minime dolẽt, opera nihilominus ac diligentia obſiſtunt, hi optimi putandi ſunt. Metrodorus. πρᾶγμ' ἐστὶν ἐπὶ πόνων προσδοκᾶν, Difficile in laboribus expectare. Prouerbiũ eſt Græcum. ὅπου τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὸν νοῦν ἔχει. ubi quis dolet, ibi & mentem habet. Thraces teſte Plinio dies infauſtos nigro calculo, fauſtos albo notabant. Horatius. Threſſa ne careat pulchra dies nota: quanquam ex uſu creſſa legatur, librariorum errore manifeſto.

DE DOLORIS NECESSITATE ET REMEDIO.

SOCRATES interrogatus quonã modo minime doleremus, Hoc fieri dixit nullatenus poſſe. non enim eſſe quempiã qui ciuitates aut domos inhabitet, aut cum hominibus cõuerſetur, qui nõ triſtitia quãdoq; adficiatur. Philomenes. Nullus eſt uſquam mortalium cui nõ aliquid accidat aut acciderit: qui autem minimi facit illud, hic ſapit & felix eſt. Menãder μηδὲν πράττων κακῶς, λίαν ἀθυμήσῃ ποτέ. Nihil unquam infeliciter gerens, etiam quãdoq; ualde dolebis. Idem. Malorum faciem tãtum ne adſpice, ſed quæ intus latẽt bona. Etenim nulla bona niſi admixta malis ſunt. In hãc igitur ſentẽtiam Cratis Cynici Græcum epigramma conuerti. Quod uitæ genus expoſces? fora turbida ſectãs, Iurgia, difficilesq́; ipſe ſequeris opes. Multa domi anxietas, ruri dolor, horror in alto: Inq; bonis dubiũ ſi quid habebis erit. Si pẽdes animo, durum: ſi uxorẽ duxeris, ibis Sollicitus, triſtis ſi ſine cõiugio. Pœna patri, dolor eſt orbis, ueſana iuuẽtus Deſipit, & mẽbris fracta ſenecta uenit. Ergo exoptandũ eſt aut nũquàm in luce fuiſſe, Ocyus aut tolli de medio genitũ. Verum hæc ultima ſentẽtia noſtris doctoribus aduerſatur, qui dicũt præſtare uel in miſeria eſſe quàm nihil eſſe. Home. Iliad. ω.

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
Δώρων, οἷα δίδωσι κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων.
ᾧ μέν κ' ἀμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος,
Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.
ᾧ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ, λωβητὸν ἔθηκε.
Καί ἑ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει.
Φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖσι τετιμένος οὔτε βροτοῖσιν.

Bina Iouis ſummi dicunt in limine dudum
Vaſa, quibus ſortem Deus ipſe emittit utranq;:
Ille miſer cui ſors fati contingit amara.
Heu quantos etiam gemitus, quàm dura uidebit
Exitia, atq; omnem mixtam mœroribus atris
Vitam aget, hunc homines odio ſuperiq́; ſequentur.

Duo dolia in limine cœli

De Pãdora uerò poſtea dicã, qua ex dolio mala retegẽte, ad omnes ea peruenire neceſſe fuit. Plutarch. de cõſolatione ad Apolloniũ ſcribit. Cum Philippus Macedo treis eodẽ tẽpore felices nũtios habuiſſet, duos de uictorijs, tertiũ de filio nato, ſciens quòd aliquis dolor ſemper læta ſequeretur, deos rogauit ut alicuius moderati caſus tẽperamento fortunæ inuidiã minuerẽt. Theramenes quoq; unus è XXX. tyrãnis Athenienſibus, domo corruente in qua accũbebat cæterisq́; cõuiuis pereũtibus, quũ ſolus euaſiſſet, protinus exclamauit: Quò me fortuna reſeruas? nec diu poſt ab eiſdẽ tyrannis interfectus fuit. Paulus Aemylius, ut idem autor in eius uita teſtatur, à Perſei uictoria reuertẽs quum filiũ iamiam morientẽ offenderet, proximo die in ſenatũ uenit, gratiasq́; deis egit, quòd tãtæ reipublicæ per eius uictoriã felicitati metuẽs, ne quid publicũ malum (ut ſolet res ſecũdas comitari) eueniret, id priuatim orbitate ſua potius uidiſſet. Remediũ tamen ſapienti cõtra dolorẽ fuerit, non expectare tẽpus obliuionis patrẽ, cuncta mitigantẽ: ſed omni ſtudio præueniendo cũcta prius mala præmeditari. Ex quo Theſeus in Euripidis tragœdia, inquit: Futuras mecum cõmentabar miſerias, aut mortem acerbã, aut exiliũ, ſeu aliquod magnũ malum, ne me imparatum cura laceraret recens. Poſt hæc alienas calamitates reſpicere. Nam Cicero itemq́; Plutarchus de Cõſolatione teſtantur, Socratẽ dicere ſolitũ: quòd ſi malorũ aceruus omniũ foret, & quiſq; ſuam ex eo partẽ auferret, nemo non exiſtimaret minora ſua portione ea eſſe quæ ferret. Ex quo Antimachus poëta elegiã in Lyden coniugẽ ſuam defunctã faciens: in ea ærumnas omneis heroum heroidumq́; cõmemorat, quas infra ſuã eſſe dicit. Quamobrẽ patientia in his maximum leuamẽ: unde Plautina ſentẽtia: Animus æquus in re mala, dimidium mali eſt. Pyrrhonij dolorẽ & uoluptatem in opinione ponũt, quum ea quiſq; ſuapte iudicet ſentẽtia: nam quod alijs dolori, nobis uoluptati forte fuerit. Inuenti propterea qui mortes ſuorũ nihil curare ſunt uiſi, ut ſuprà de Paulo memoraui: ut de Xenophõte legimus, audito de filio nũtio, nõ ceſſauit à ſacrificio quod peragebat. Cato nihil cõmotus in eodẽ caſu, ſe moriturũ genuiſſe tantũ dixit. Plutar. in eodẽ tractatu: Animi dolorẽ toleratu lõge faciliorẽ corporis dolore exiſtimat, quod cruciati ſenſus quũ abſq; ratione ſint,

Philippus

Theramenes

Paulus Aemylius

Antimachus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſint, mentē rationemq́; præcipitem agunt, ac de ſtatu per uim dimouent. Animus autē ſapientis ab omni liber exteriore impulſu, quum ſui tantum ſit arbiter, ſibi melius imperabit: eoq́; magis quòd exempla ſint plurima eorum qui etiam corporis pœnas prorſus contempſerint: ut Marius, quum ſecarentur uarices immobilis permanſit. Scribit Liuius de eo ſeruo qui Aſdrubalem ſororium Annibalis in Hiſpania interfecerat, tot cruciatibus preſſum ſemper ridentis ſpeciem præbuiſſe. Inſtitutio quoq; ab incunabulis, & in delicijs non fuiſſe educatum quàm maxime refert. Pueri nanq; Lacedæmonij uerberū dolore laniati minime ingemiſcunt. Priſci item Latini teſte Virgilio, natos ad flumina primū Deferimus, ſæuoq; gelu duramus & undis, Omne æuum ferro teritur. Vita inſuper ambitioſa & cupida quot mala libenter patitur? quot barbaræ gentes in bellis mortes ſumma animi alacritate perferunt? Febres nihilominus ac morbos non æque. Multi uerò contra in morbis patientißimi, in armorum congreſſu timidißimi atq; molles. Sed præter omneis, noſtri potißimum martyres teſtimonio ſunt, quàm ſit animus probe inſtitutus, imperator uitæ mortalium. Ex quo uita beata & cum uirtute non ſolum in uiola & roſa, ſed in tormentis & eculeo erit. Eſt enim Eculeus id pœnæ genus, quā hodie noſtri funem appellant. Quod ſanè ex autoritate Senecæ in epiſtolis deprehendimus. Doloribus, inquit, diſtortus, & in eculeo longior factus.

Lacedæmonii

Latini

Eculeus

DE MORTE, QVOD BONIS MINIME EXPAVESCENDA.

QVum patientia cōmentatioq́; mortis ſit omnis uita ſapientis, is erit felix qui ita ſeſe accommodabit, ut illam & ſi non cupiat, minime tamē expaueſcat aut curet. Apollodorus philoſophus: Hi qui cum uirtute uixerunt, ſi liberis carent laudes immortales eorū loco dimittunt. Qui liberos habent, eis optimam dimittunt hæreditatem, hominū & patriæ gratiam. Epictetus Τοῦ γὰρ κακῶς ζῆν τὸ τεθνάναι κρεῖσσον. Præſtat mori quàm male uiuere. Plato in Phœdone triplicem ponit mortem. Quū per moralem actionem uitia in nobis extinguntur, deinde cum per contemplationem cum Deo coniungimur: poſtremo cum anima per corporis mortem ſeparatur. Bonis & mors, & uita, dulcis eſt: hæc ob benefactorum memoriam, illa ob præmiorū expectationem. Facinoroſis autem neutrū, quapropter illis mors potius imprecanda. Quod eleganter Homerus Ody. χ. duobus carminibus expreßit.

Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.
Τούσδε μοῖρ' ἐδάμασσε θεῶν καὶ σχέτλια ἔργα.
Hos lugere nefas, qui dijs ultoribus ipſis
Ob ſua dementes perierunt impia facta.

Bonis mors & uita dulcis

Seneca quoq;, Non cito moritur qui uicturus amplius nō fuit.

Cic. pro P. Quintio, Mors honeſta ſæpe uitam turpē exornat: uita turpis ne morti quidē honeſtæ locū relinquit. Gymnoſophiſtæ apud Indos caſte & cū uirtute uiuentibus, mortis diem natalem putant. Idem & Auguſtinus apud nos adfirmat. Qui etiam ait, neq; naufragium, neque cædem aut ullam aliam uim inter mala eſſe. Hæc omnia martyres ſunt paßi.

Deniq; malam nullā putandam eſſe mortem quam bona uita præceſſerit: ſicuti nec contrà, ullā bonam his qui flagitioſe uixerint, uel pœnitentibus: quod pœnitentia & ſenibus & alijs iamiam morituris raro ſit uera, cum hi peccata non deſerant, ſed ab illis deſerantur. Sed iam illam Socratis diuinam orationem in apologia ſua audiamus. Mihi, inquit, hora diſcedendi iam morituro, uobis autem uicturis: utri autem noſtrum uenient in rem meliorem, incertū omnibus præterquam Deo. Non enim uiuere, ſed bene uiuere plurimi faciendum: diſſoluta iam anima redit ad locum ſuum, corpus mutum remanet, nec enim amplius homo. Nos enim animal immortale ſumus, mortali concluſum in cuſtodia. Ciceronis uerò in Tuſcul. pulcherrimus etiam locus atq; ediſcendus. Si à Deo denunciatum uideatur ut è uita exeamus, læti & agētes gratias pareamus, emittiq; nos è cuſtodia atq; leuari uinculis arbitremur. Si autem nihil denunciatum fuerit, eo tamen ſimus animo, ut illum horribilem diem alijs, nobis fauſtum putemus: nihil in malis ducamus, quod uel à dijs immortalibus, uel à natura parente omnium conſtitutum. Non enim temere nec fortuitu facti & creati ſumus: ſed profecto fuit quædam uis quæ generi conſuleret humano, ne id gigneret inter cætera, quod cum exātlauiſſet omnis labores, in mortis malū incideret ſempiternum: paratum nobis perfugium potius putemus, quò utinam paßis uelis tendere liceat: ſi autem reflantibus uentis reijciamur, tamen eodem paulo tardius referri neceſſe eſt. Ex quibus profecto uerbis ſatis docemur, ne iniuſſu Dei de uita decedamus. Itidem Chriſtianis præceptum: quanquam nonnullas ſanctas uirgines ſeruandæ gratia pudicitiæ ſeſe necantes: nō item cæteris conceſſum ut ait Aug. qui mortem Lucretiæ & Catonis animi potius paruitati adſcribit. Socrates in uita dicebat tanquam in theatro perſiſtendum, donec ſpectaculum operū delectabile contingat. Poſtremo magnum argumentum nullum eſſe in morte malum, quod boni plerunq; tanquam Deo dilecti de medio tolluntur, raroq́; ad ſenectutem perueniunt, idq́; frequenter & uſu uidemus & legimus: quapropter duo à ueteribus poſita exempla adducam. Trophonius & Agamedes templum Delphicum facientes, ab Apolline præmium petierunt. Is uerò ſe daturum ſeptimo die reſpondit, atq; eodē perierunt. Cleobis & Biton fratres, quum Cydippe Iunonem pro filijs præcaretur quod optimum factu eſſet, ſeipſos coniungentes, matrem in templum adduxerunt, atq; ilico extincti ſunt: autores Plutar. Herodo. in 1. & Cic. in Tuſ.

Trophonius Agamedes

Cleobis & Biton

DE VITAE FRAGILITATE ET DEFVNCTORVM MEMORIA VENERANDA.

IN hac uita breui Herodotus inquit, nullus adeo felix, quem mala multa nō circunſtent. Ipſæq; & calamitates & morbi adcedentes uitam ipſam quamuis breuem, longuam uideri faciunt. Quem Martialis imitatus dixit: Si computentur febres & mali dolores, pueri ſumus & ſenes uidemur. Seneca uerò, Non diu uixit, ſed diu fuit. Apollodorus. Βραχὺς βίος εὐπράττοντι, δυστυχοῦντι δὲ μακρός. Breuis uita fortunato, infortunato autem longua. Homerus quàm multa in hoc genere.

Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.
Non homine enutrit tellus confractius uſquam. Idem.
Ἴσχεο μηδ' ἀλίαστον ὀδύρεο· οὔ τι πρήξεις,
Οὐδέ μιν ἂν στήσης. Θλητὸν γὰρ θυμὸν θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισι.
Deſine nec doleas, nil ſemper proficis uſque,
Nec ſemel extinctum lacrymis reuocabis ab orco.
Fata dedere homini patientius omnia ferre. Idem.
Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακλῆος φύγε κῆρα,
Ὅς περ φίλτατος ἔσκε Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι.
Vis etiam Herculea haud potuit depellere fatum.
Quamuis ipſe Ioui fuerit charißimus unus.

Et Apoſtolus apud nos inquit, Qui proprio filio non pepercit. Euripides,

Οὐκ ἔστιν θνητῶν ὅστις ἐξεπίσταται μέλλουσαν εἰ βιώσεται.

Quod Horatius imitatus ait,

Nemo tam diuos habuit fauentes
Craſtinum ut poſſet ſibi polliceri.

Plato in Gortia. Grauis uita: neq; enim miror ſi Euripides in Threßis dicat hoc modo, Quis nouit ſi uiuere eſt mori, aut mori ſit uiuere? ego

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

enim à ſapiētibus audiui quòd nos morimur, & quòd corpus eſt nobis ſepulcrū. Pyrrho unde Pyrrhonij qui omnia contradicunt, & in incertū reuocāt: dicebat, nihil differre uiuere aut mori: dicentiq; cuidā, cur igitur non moreris? quoniā inquit, nihil differt. Memoriā quoq; defunctorū uenerari, omnes ſcriptores ferè præcipiūt. Demoſthenes. Τοῖς ζώοις πᾶσι ὑπέστι ἢ πλεῖον ἢ ἔλαττον φθόνος. τοὺς τεθνεῶτας δ' οὐ τῶν ἐχθρῶν τις ἀτιμάζει. Cuncta quidem animalia inuidiam aliquam ſiue paruā ſiue magnā ſubeunt, Mortuis etiam inimici parcunt. Timocles: Mortuis miſericordia Deusq; propitius optādus, uiuis innocua inuidia. Steſichorus. Θαντόνος ἀνδρος οὐ πᾶς ἀπολείπετο χάρις. Morientē hominē non omnis gratia deſerit. Archilochus Οὐ γὰρ ἐσθλὰ καταθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν. Ne mortuorū hominū bonis obtrecta.

Quæ quidē res maxime damnatur. Ex quo Sophocles queritur. Φεῦ φεῦ, τοῦ θανόντος ὡς ταχὺς βροτοῖς χάρις διαρρεῖ. Heu heu quàm cito mortuorum gratia mortalibus defluit.

Homerus de corpore Hectoris dehoneſtati.

Κωφὴν γὰρ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων.

Quid niſi iam mutam fœdat moribundus arenam?

Moſcion eandem ſecutus ſententiam: Vanum, inquit, defuncti hominis umbrā laceſſere. Et Plautius ait non niſi laruas cū mortuis luctari, quum Pollio orationem aduerſus eū ſcriptam reſeruaret poſt mortem edendam. Zoili Homeromaſtigis noua ineptia, unde cognomen epiſcopo. Is librum in Homeri uituperationem Ptolemæo Philadelpho dicauit: quumq; diu præmiū fruſtra expectaſſet, petere cœpit: An, inquit Ptolemæus, egere potes? qui maior ſis Homero, ac uiuus? quum ille te inferior ac mortuus tot hominum milia diu paſcat?

Plautius

Pollio

ZoilusHomeromaſtix

DE MODO FVNERANDI.

FVnerum autem diuerſa ratio. Funerare in bello corpora, ut teſtatur Aelianus de uaria hiſtoria, primus Hercules monſtrauit: quum antea hoſtiū corpora proijcerentur, teſte Homero. ἑλώρια τεῦχε κυνέσσιν Οἰωνοῖσί τε πᾶσι. Hæc auibus prædam tribuit canibusq; cruentis. Euſtathius in Homerum dicit conſuetudinem fuiſſe apud Græcos ut cum magno uiro mortuo XII. hoſtes ſepelirentur. Sic Patroclo Troianos contumulauit Achilles: quem morem ſecutus Vergilius Pallāti extincto tribuit: ſi nona diem mortalibus almum. Nam nona die tumulabatur: octaua prius comburebatur. Septē uerò dies in domo plorabatur. Ex quo Horat. Nouēdiales diſſipare cineres dixit. Fiebant & ludi funebres totidem diebus: quorum autor item Hercules, Pelopi atauo primum eos inſtituendo. Aelianus etiam ſcribit: apud Tauros cum rex moritur, chariſſimi quiq; ſimul ſponte commoriūtur. Sindi tot piſces in ſepulcrum mittunt, quot hoſtes interfecerunt. Phryges marmoribus pro ſepulcro ſuſpendunt. Hircani canibus tradunt ad hoc nutritis. Maſſagetæ eos qui morbo pereunt tanquā impios, canibus item dant: in bello extinctos, aut quoquo modo interfectos honorant. Perſæ & Aegyptij mortuos minime comburunt, quòd Perſæ Deum ignem dicant, quem non fas ſit cum homine commiſceri. Aegyptij uerò quòd ignem animal putant, ne attingantur ab animali, ſub dio iacentes dimittunt ſolibus ſiccandos & abſumendos: autor Herodotus. Apud Ro. ipſe mos comburendi à Sylla cœpit, teſte Plinio, uerito talionē, eruto C. Marij corpore. Deſijt autē in Antoninis. Vngebantur quoq; corpora & cum aromatis condebantur, tanta cura, ut nos Romæ teſtes ſimus ante paucos hos annos fœminam in tumulis Albanis fuiſſe effoſſam: ſupra M.CCC. annos defunctam, ut è ueſtigio ſepulcrorū animaduertimus, integrā membris: craſſo opertā unguento. Quidā auſi Tulliolam dicere, quòd eodem prope loco multa Tulliorū memoria, & Herenniorū, & Tulliolæ reperta fuerint. Modum funerādi Imperatores uide apud Herodianum in Cōmodo. Eius moris quiddam hodie in ſummis Pont. & Cardinalibus ſimile ſeruari cōſpicimus. In alijs uerò defunctis præficæ ad plorandum conductæ, Næniā, id eſt, carmen funerale canebāt. Cupreſſo fores ornabant, quòd hæc arbor Diti ſit ſacra: cadauera ueſtibus albis amiciebāt, fœminæ quidem: atris autem uiri, ut autor Plu. in Probl. In arca deinde conditis, ſacrificia manibus offerebant, quæ & inferiæ, & parentalia, & iuſta, & februa dicta ſunt. Fiebant autē tribus rebus, ſacrificando Diti, ſpargendo flores tumulo, ac ludos & epulum dando, quæ Pollinctura dicta eſt: cui Pollinctores, id eſt, hi qui corpora ungebant præerant, annonamq; flagellabāt carius omnia ementes: ex quo, ad Pollinctum emere, prouerbium. Hæc igitur tria in teſtamento marmoreo Flauij Salutaris leguntur, quod in Anthropologia in eius nomine poſui.

Præficæ

Nænia

Cupreſſus

Pollinctores

DE CVRA SEPVLCRORVM ET LAVDANDIS DEFVNCTIS.

SVnt quibus uiuentibus curæ ſepulcri pompa ſit, ut Soloni dicenti: Mors mea non careat lacrymis: linquamus amicis mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu. Contra uerò Ennius: Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit, cur? uolito docta per ora uirum. At pudeat noſtros Chriſtianos præſertim ſacerdotio dicatos funeris ac ſepulcri pompā expetere: nec etiam ſatis pendentis luxuria marmoris, ſed etiam æris cœpta, quum Petri & Pauli, præterea Stephani, Laurentij, Hieronymi, Gregorij totq; aliorum ſanctorum etiam martyrum corpora uideamus humi Romæ iacere, nullis in aëre pendentibus mauſoleis. Sed ne hāc tantum noſtris modeſtiam cōuenire dicamus, uideamus quid Cyrus moriens apud Xenophontem loquatur. Meum corpus pueri quū deceſſero, nolite neq; in auro, neq; in argento, neq; in aliquo lapide collocare, ſed terræ ſtatim reddite. Quid enim beatius quàm terræ commiſceri, quæ tot pulchra nutrit ac parturit? Ego autem cum cæteris uiribus homo ſim, libenter nunc quoq; mihi uideor cum ea communicare, quæ benemerita ſit. Hæc ille. M. Aemylius Lepidus qui princeps ſenatus ſextis iam cenſoribus fuerat, antequam expiraret præcepit filijs, lecto ſe ſtrato ſine linteis, ſine purpura efferrēt, in reliquum funus ne pluſquam æris denos conſumerent, imaginum ſpecie non ſumptibus nobilitari maximorum uirorum funera ſolere. Liuius lib. XLVIII. Cicero de legibus excitari uetat ſepulcrū altius quàm quinque diebus abſoluatur, nec lapide condi pluſquam capiat laudem defuncti inciſam, nec pluſquam quatuor uerſibus elegis. Humare mortuos ſemper uel in ueteri lege religioſum fuit. Iacob moriens, ut ad patres ſuos transferretur, ne inter Aegyptios prauos homines tumularetur, Ioſepho filio mandauit. Moſes item ex Aegypto fugiens, ipſius Ioſephi oſſa ſecum tulit. Laudatur Tobias qui ſepeliendis mortuis uacabat. Iudas Maccabæus poſt prælium cōtra Gorgiam commiſſum, iuſſit proſtratorum corpora mandare ſepulturæ. Iehu rex Iſraël Iezabelem ſuam hoſtem iuſſit ſepeliri, eo quòd eſſet de ſtirpe regia. Ex his uerò qui Deū ignorauerunt, Alexander Darij interfecti corpus uxori matriq; liberaliter tumulandum dedit. Pauli Aemylij Annibali hoſti perquiſitū cadauer, & humaniter ſepultum. Auguſt. de Cic. Sepulcrorum memoriam, ſumpuſq; funeris, magis uiuorum conſolationem dicit eſſe quàm defunctorum utilitatem. Ambroſius in ſermone: Quid proficit, inquit, ſepulcrorum ſuperbia? damna ſunt potius uiuentium quàm ſubſidia mortuorum. Viris igitur ſapientibus, ut in ueteri prouerbio πᾶσα γῆ τάφος, hoc eſt, omnis terra ſepultura. Laudare defunctos uetus eſt conſuetudo, cœpitq; apud Græcos: iam inde à Pericle, qui teſte Thucydide, prius defunctos in bello Peloponneſiaco pro cōcione laudauit. Apud Ro. uerò Val. Pub. primus collegam ſuum Brutum, ut eſt apud Liuium. Græci epitaphiū uocant quando uel unum, uel etiam plures comprehēdat. Monodiam uerò quando unum tantum. Epicedium plærunque fit carmine.

Cyrus

Aemylius Lepidus

Pericles

Val. Pub.

Epitaphium

Monodia

Epicedium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIB. XXXII.

DE MODESTIA, GRAECIS SOPHROSYNE DICTA.

RELIQVA ſunt quæ ad modeſtiã temperãtiamq́; pertinent, quam Græci ſimul & pudicitiam uno uocabulo σωφροσιώλω uocant, magnopere'que cõmendant. Menandri nonnullos conuerti ſenarios.

Ego uerò nihil antiqus puto modeſtia,
Quam ſemper in bonis admixtam cernimus.
Ne dixeris mihi diuitias, Deum,
Nullatenus colo, neque in cœlo puto,
Quem intemperans uir poßidet atque improbus. Idem.
Heu heu diuinitus hoc omnibus malum eſt,
Quando bonum uidet ſi quis nec eligit.
Quid nempe nobis eſt opus niſi duo,
Cibus Cereris, & paruus aquæ cantarus? Idem.
Ταμεῖον ἐστὶ ἀρετῆς ἡ σωφροσιών.
Promptuarium uirtutis eſt modeſtia. Sophocles.
Σώφρονας θεοὶ φιλοῦσι καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς.
Modeſtos dij amant, odereq́; malos.

Antiphon. Qui nullis tangitur aut mouetur uoluptatibus, modeſtus aut abſtinens dici non poteſt. Deeſt enim materia uirtutis & exercitationis ad ipſum honeſtandũ. Plato in Lachete. Temperantia facit ne ex homine præcipitemus in bruta. Fortitudo autẽ ut ex homine ad deos perueniamus. Hypſeus. Magnum puto uectigal modeſte quotidie uiuere. Menedemus iuueni dicenti, maxima res eſt adſequi quod optas, ait, multo maior optare quod deceat. Epictetus dicebat: Quemadmodũ in conuiuio uerſari modeſte debemus, ut ad ea quæ nobis oblata ſunt in menſa manum modice protẽdamus, ea uerò quæ nos prætereunt minime attingamus, quæ nondũ uenerũt nõ auide expectemus: eadẽ eſt & in cæteris uitæ modis ratio, & in diuitijs, & in imperio: ſic eris dignus deorum conuiua. Euripides. Βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς εἰς ἀεὶ τίκτει λύπην. Breuis uoluptatis delectatio triſtitiam parit ſempiternam. Idem ad natum admonitio. Aequam in primis mẽtem habe, neq; partem locupletibus trade, qui in alterum propendent, alterum uerò odio perſequuntur. Iniuſtam pecuniam ne poßide, ſi cupis eam diuturnã eſſe domi. Amicos minime blandos, minimeq́; tuæ auſcultantes uoluptati poßide. Sed & penetralia domus tuæ uiris grauibus pateant, cũ ſenioribusq́; tantum cõgredere. Iſocrates ad Demonicum: A quibus autem detineri turpe, ab his te contine, lucro, ira, uoluptate, dolore. Quod profectò abſequeris ſi potius lucrũ putabis ex his quibus maxime laudaberis, quàm quorum abundabis. Iram ſuperabis, ſi hanc ita in delinquentes exercebis qualem ipſe ab alijs ferre dignum putas. Voluptatem uerò, ſi turpe exiſtimabis à ſeruis dominari, ac ſeruire libidini. Dolorem poſtremo, ſi reſpexeris aliorum aduerſitates, teq́; hominem eſſe memineris. Maxime autem ad pulchra peragenda excitaberis, ſi conſiderabis quòd ex illis uoluptas nobis maxima prouenit. Contra uerò ex deſidia atque luxuria dolores. Nam uirtuti ſemper incumbere, caſteq́; ac modeſte uiuere, id demum perpetuam iucunditatem firmißimamq́; præbet.

EXEMPLA MODESTIAE.

Perſarum reges

PErſarum reges, ut autor Stobeus in collectaneis, ante cibum ac potum de modeſtia diſputant: ante ſacrificium, de iuſtitia: ante bellum, de fortitudine. Sic Socrates antequam decederet, de animæ immortalitate diſſeruit: quem poſtea Cato Vticenſis imitatus eſt, dum ſibi manum intulit, perlecto prius Platonis lib. Magis enim ad opus uirtutis excitari uidemur, ſi de his prius aut nobiſcum meditando, aut cum alijs loquendo diſſerimus. Apud Plutarchum in tractatu περὶ τῶν πολιτικῶν παραγγελμάτων hæc legimus: Themiſtocles in uictoria quadam cum hoſtem iacentem torquatum armisq́; nobilibus indutum uidiſſet, amico ſe ſequenti ait: Hæc accipe ſpolia: nam tu Themiſtocles non es. Honeſtum igitur quandoque amicos ditare, dũ ſumus in potentia, nos autem minime. (Themiſtocles) Pyttacus Mytileneus ex agro quem reip. ſua uirtute parauit, populo ei quantum uellet concedente, tantum ſumpſit quantum haſta percurreret. (Pyttacus Mytileneus) Apud Romanos P. Claud. in ſimili cauſa quantum uno die araſſet. Quod honoris ſignũ uerbis publice oblatum, non ad quæſtũ, ſatis eſſe debet. Cato nullam ſibi paſſus eſt ſtatuam poni ob modeſtiam, dicens, malo uti poſteri interrogent cur Catoni nõ poſita eſt ſtatua, quàm cur poſita eſt. Aelianus de uar. hiſt. ſcribit, quòd Archelaus Macedoniæ rex cum in menſa à quodam poëta x. talenta dono peteretur, Euripidi qui & ipſe præſens aderat dedit, dicens, Tu dignus accipere, hic autẽ petere. M. Fabius Cos. deuictis Veijs triumphum ſpreuit ob fratris & collegæ mortem, dictitans in luctu ciuium lauream non accepturum: autor Liuius libro II. (M. Fabius) Alter ex eadem familia cenſuram renuit, quòd eundem honorum in domum ſuam ſæpe nimis collatum uidiſſet. Pompeius oblatam ſibi ab Hebræorum rege menſam & ſedem auream, ut uſui ſuo foret, in ærarium deferri iußit. Fabius Gurges, Fabius Pictor, C. Numerius, Q. Ogulnius legati ad Ptolemæum mißi munera quæ ab eo priuatim acceperant in ærarium antequã quicquam retulerunt: quibus Senatus merita liberalitate per Quæſtores omnia diſtribuenda cenſuit: ut autor Valerius de Modeſtia. Noſtra memoria Zacharias Barbarus Romæ legatus Venetorum equum præſtantißimũ quo à Xyſto Pont. donatus fuerat reipublicæ ſuæ miſit, illa uerò eidem libenter remiſit. Q. Cincinnatus dictator ſex menſium factus deuictis Equis XVII. die ſe magiſtratu abdicauit: (Q. Cincinnatus) quod & L. Sylla etiam ſponte fecit. Idem imitatus eſt Cn. Plaucius in cenſura, collega Appio Claudio contra legem & uolũtates omniũ perſeuerante. Claudij Neronis moderatio Liuio prædicata, quòd equo ſit paſſus Liuium triumphantem ſequi, quum plus operæ ad uictoriam de Aſdrubale contulerit: res tamen in Liuij prouincia ſit geſta. Illa quoque alterius generis, in eadem tamen uirtute exempla, quòd ſe nonnulli inferioribus patriæ cauſa ſubiecerunt. Duo Fabij Maximi: alter filio Fab. Gurgiti, cui ob male rem contra Samnites geſtam ſenatu de eo remouendo agente, ſe legatum proficiſci pollicitus eſt: alter Q. Fabio item filio in Apulia res gerenti. Africanus etiam L. Scipioni fratri contra Antiochum miſſo. Et ante hos omnis Val. Publicola M. Valerio fratri in bello Sabinorum, quorum legationibus & conſilijs Conſules feliciter pugnauerunt. At contrà immodeſtiam adrogãtiamq́; indicauere, M. Horatius, & M. Valerius Publicolæ frater qui contra ſenatus autoritatem duobus diebus triumpharunt. Cæſar Iulij filius XX. ann. Senator & Cos. quanquam honores ante tempus nonnullis etiam modeſtißimis ob uirtutem conceßi, M. Vale. Coruino annorum XXIII. Conſulatus, Scipioni Aemyliano item Carthaginem petenti. Et demũ Pompeio ante annos triumphanti. Cæſaris quoque geſta pleraq; tyrannica, præſertim dum peteret abſens conſulatum, ac prouinciæ tempus prorogari, quamuis & hæc omnia abſentibus quibuſdom ſponte quandoque data. Nam metu belli Hetruſci creſcente, ut autor Liuius libro x. Q. Fabius, P. Decius conſules, App. Claudius Prætor abſentes creati ſunt, & L. Volumnio qui Conſul ante Samnites uicerat, ex S. C. in annum prorogatum imperium. Fabio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

deniq; ob egregie domitam Hetruriam conſulatus continuatus. Sed & in alio genere laudati Scipio Aemylianus Aeliano, & Pomponius Atticus Cornelio Nepote teſtibus, qui nec unquam emerunt quicquam, nec ædificauerunt. Pompeius agrum uicinum nunquam mercatus eſt. Auguſtus forum anguſtius fecit, non auſus poſſeſſoribus domos extorquere: quem mea ætate imitatus Coſmus Medices, unus omnia potens, quum domum uicinam Lucianorum ſuas ædis maxime incommodantem nullo precio obtinere poſſet, nihil unquam ex honoribus humili familiæ detraxit.

Scipio Aemylianus

Pomponius Atticus

Coſmus Medices

DE VERECVNDIA, ET PVDICITIA.

AD modeſtiam uerecundia pertinet, quæ Ariſtot. adfectus magis quàm uirtus ponitur, quòd diffuſa in corpore exiſtat. Menander. Πᾶς ἐρυθριῶν χρηςὸς ἐνάι μοὶ δοκεῖ. Omnis qui uerecundatur, bonus mihi uidetur in primis eſſe. In hac repulſæ ſunt plurimorũ, qui mihi ſupra in magiſtratibus commemorantur. Cato inter alios duas tulit: alterã cõſulatus: alteram uerò præturæ cum Vatinio uiro infami. Idem bis in carcerem duci iuſſus, à Cæſare, et à Trebonio Trib. Pleb. quòd legem impediret, quæ prouincias Cos. Cæſari, Põpeio & Craſſo dabat. Virginia quòd L. Volumnio de plebe Conſuli qui Samnites uicit nupta fuiſſet, ex templo pudicitiæ patriciæ, ſacriſq́; eiecta fuit. At ipſa aliam ædẽ plebeiæ pudicitiæ extruxit. Liuius x. Simile huic apud Hæbreos Anna ob ſterilitatem eſt paſſa. Pudicitia uerò ipſa quanquam ſit mulierum præcipua, uiros etiam ſæpe uel non Chriſtianos honeſtauit: quorum aliquot exempla ponit Aelianus de uaria hiſtoria. Eucrates Chalcedonius philoſophus manibus uerẽda nõ attingebat.

Eucrates

Amœbeas citharœdus, & Diogenes tragœdus caſtitatem ſeruantes, ab uxoribus perpetuo abſtinuerunt. Clitomachus Pancratiaſtes canes concumbentes ſe ne uideret auertebat. In cõuiuijs uerba impudica & obſcœna dedignabatur. Democles puer ob formam cognomento Pulcher, Athenis Demetrij libidinem, in feruentẽ lebetem ſeſe proijciendo uaſtauit. Apud Romanos adoleſcens in caſtris C. Marij, ut Cicero pro Milone teſtatur, tribunum uim ſibi adferentem interfecit. Facere enim probus adoleſcẽs periculoſe, quàm perpeti turpiter maluit. Publius itẽ adoleſcens Papyrij creditoris libidinem ſimul & crudelitatẽ ad ſenatũ detulit. Spurina item alius Romæ, ne ob formã uexaretur, gladio ſibi faciem dehoneſtauit. Inſequentibus uerò temporibus duos audiuimus ob Veneris abſtinentiam in morbis perire maluiſſe, Iſacium Comnenum imperatorem Conſtantinopolitanum, & alterum quem uidimus, Iacobum Luſitaniæ cardinalem, è ſtirpe regia, ſub Pio Florentiæ decedentem, uirum utrunq; ſumma modeſtia ac probitate.

Amœbeas

Diogenes tragœdus

Clitomachus

Democles

DE IIS QVI BONA HABVERVNT INITIA, TVRPEM VERO FINEM, ET CONTRA.

NOnnullos uerò laudatos fuiſſe adoleſcentes accepimus: illaudatos uerò ſenes, ut Metellũ Pium, qui cætera uita continentiſſimus, conſul ad extremum in Hiſpania, iam ſenex uarijs ſe dederat uoluptatibus. Idem & Hortentio, Lucullóq; euenit. Et apud Græcos Soloni Athenienſi ſapientiſſimo, ut eius indicant carmina:

Metellus Pius

Solon Athenienſis

Dum propero ad ſenium diſcere multa libet,
Grataq́; ſunt Veneris nobis, & dulcia Bacchi,
Quæq; uiris Muſæ munera grata ferunt.

Alcibiades quoq;, Antiochus Magnus, Xerxes, alijq́; complures in eiuſdem albo cenſuræ: qui excuſatione fere remiſſionis ab omnibus conceſſæ, poſt labores exantlatos utentes, nimium ad otium & luxuriam prolapſi, famam priſtinæ frugalitatis ultima incontinentia amiſerunt. Aliqui uerò cõtrà: lapſi in iuuentute, alios poſtea mores ſumpſerunt, ut accidit Protagoræ philoſopho, & Alexãdro ſophiſtæ. Cicero pro Cælio: Multos audiuimus in hac ciuitate, qui totam adoleſcentiã uoluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliquãdo, & ſe ad frugem bonam, ut dicitur, recepiſſe: grauesq́; homines, atq; illuſtres fuiſſe. Auguſtinus item: Nonnullos legimus & uidimus, qui aut adoleſcentiæ uanitate, ſeu ignorantiæ cæcitate decepti, uario peccatorũ genere tenebantur obnoxij: deinde ocyus ab errore conuerſi, maiora adhuc opera fecerunt iuſtitiæ, quàm antea peccata admiſerant. Ad hoc igitur multum faciet bona natura. Quapropter Euripides ſic ait: Profectò res mira, ſi terra quidem mala, bonam nacta tẽpeſtatem fuerit, ſatis dabit ſegetũ. cõtrà uerò bona ſi ea deſint quæ circa ſunt opus, fructum adferet malum. In hominum autem genere quiſquis ſemel malus, nunquam erit aliter quàm malus. Bonus uerò ſemper bonus: neq; ob aliquod damnũ naturam mutabit quin ſit bonus.

Diligentia tamen cunctis in rebus ſemper aliquid proficit: ut ait Quintilianus: naturæq́; ac fortunæ ex parte reſiſtit. Ex quo idẽ poëta poſtea ſubdit: ἔχει γέτι καὶ τὸ θρεφθῆναι καλῶς. Refert, inquit, nõnihil bene educatum fuiſſe. Igitur, ut inquit Hieronymus, uitæ præteritæ minime credẽdum, ac cum uitijs uſque ad extremum & caſtrorum euerſionem pugnandum: ſi quis autem per licentiam paulum de animi contentione remiſerit, inimicis de ſe diu expectatam uictoriam non auferre quidem, ſed differre uidebitur.

Diligentia

DE AMORE IMPVDICO.

THeophraſtus, amor eſt, inquit, animi concupiſcentia, quæ celerem habet ingreſſum, tardũ uerò regreſſum. Plutarchus autem aliter: Amor neq; nos ſtatim, inquit, nec uehementer ab initio quemadmodum ira inuadit, neq; facile ingreſſus diſcedit, quamuis alatus: ſed ſenſim ingreditur ac molliter: manetq́; diu etiam in ſenibus: qui quãquam diſcedit, aut tempore, aut ratione uictus, non penitus liberam relinquit animam, remanetq́; in ea ueſtigium, ueluti ſyluæ exuſtæ, aut fumãtis, nec penitus ex oſſibus eijcitur: ignoraturq́; quid ſit, unde ueniat, quomodo ingreſſus. Hieronymus contra Iouinianum in hanc ferè Plutarchi ſententiam: Amor, ait, in multis eſt inſuperabilis, extinctus accenditur, & poſt copiam rurſus eſt inops, & ob pertubationem quam ſuſtinet, aliquid cogitare non ſinit. Idem ad Amantium preſbyterum: Omne peccatum poſt factum pœnitentia ſequitur, ſola uoluptas in ipſo pœnitentiæ tempore præteritos ſtimulos patitur, ut ex hoc quod corrigere cupimus, rurſus ſit materia delinquendi. Plautus in Ciſtellaria amoris inſaniam pulcherrime deſcribit:

Amor impudicus

Amoris inſania ex Plauto

Credo ego primùm amorem apud homines carnificinam commentum.
Hanc ego de me coniecturam facio domi, ne foris quæram,
Qui omnis homines ſupero, atq; antideo cruciabilitatibus:
Iactor, crucior, agitor, ſtimulor, uerſor ĩ amoris rota: miſer
Exanimor, feror, differor, diſtrahor, diripior: ita
Nullam mentem animi habeo: ubi ſum, ibi nõ ſum: ubi non ſum: ibi eſt animus.
Ita mihi omnia ingenia ſunt: quod lubet, non lubet iam id continuò.
Ita me amor lapſum animi ludificat, fugat, agit, appetit,
Raptat, retinet, iactat, largitur. quod dat, non dat, eludit.
Modò quod ſuaſit, diſſuadet: quod diſſuaſit, id oſtentat.
Maritumis moribus mecum experitur, ita meum
Frangit amãtem animũ, neq;, niſi quia miſer ne eo peſſum.
Mihi nulla abeſt iam perdito pernicies.

Theophilus dicit, Amorem cœlo à dijs, quòd ſeditionem inter illos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

illos agitaret, expulſum fuiſſe, effractis alis, ne rurſus ad ſuperiora uolaret. Menander:

Φύσει γὰρ ἔρως τοῦ νουθετοῦντος κωφός.

Amor natura ſurdus admonenti.

Plato in Phædro, animam comparat geminis equis: alteri bono, rationis: alteri malo, appetitus: peioremq; concupiſcentiæ quàm iræ appetitum eſſe. Ariſtoteles ait, amantes ad oculos protinus reſpicere ante omnia in quibus pudor continetur. Theocritus:

Νῦν ἔγνων τὸν ἔρωτα, βαρὺς θεός. ἦ ῥα λεαίνας
Μαζὸν ἐθήλαζε, δρυμῷ τέ μιν ἔτραφε μήτηρ.

Virgilius hunc æmulatus ait,

Nunc ſcio quid ſit amor, duris in cotibus illum
Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Non noſtri generis, nec noſtri ſanguinis edunt.

Idem Theocritus uno uerſu eius exprimit inconſtantiam:

Καὶ φεύγει φιλέοντα, καὶ οὐ φιλέοντα διώκει.
Sectantem refugit, conſectatur fugientem. Et alibi:
Πολλάκις γὰρ ἔρωτι τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.
Sæpe haud pulchra ſatis, ſat pulchra uidentur amori.

Ex quo, ut ſcribit Pauſanias, apud Aegyram urbem Achæorum, amor cum fortuna ſub eodem tecto colebatur, quoniam ad amorem conſequẽdum plus poſſet fortuna quàm pulchritudo. Alexis: ὅστις αὖθ' ἀλκῆς τῶν σωμάτων ὁρᾷ, τῆς ἡδονῆς ἐστὶ οὐχὶ τῶν φίλων φίλος. Qui uires corporis amat, uoluptatis non quidem amicorum amicus eſt. Cheremon tragicus ait: Sicut enim uinum dilutũ, ſic amor mediocris gratus: intenſus uerò & immoderatus, moleſtus. Theſpienſes Erotidia celebrabãt ſicuti Olympia. Lacedæmonij ante pugnam amori ſacrificabant, uelut in amore certantium & certa amicitia uictoria conſiſteret. Cretenſes in prælijs optimos ac pulcherrimos amore deuinctos ſecernebant, ac per eos annua ſacra fiebant. Apud Athenienſes ſacra cohors appellata ex amatis & amantibus conſiſtebat: ut tradit Alexis, in qua ſumma erat fiducia. Ex Athenæo. Nunc ad proceres noſtros: Gregorius in moralibus, Luxuria ſenſum hebetat, confundit intellectum, memoriam obturat, euacuat ſenſum, obnubilat uiſum, reddit hominem pallidum ac fœdum, ſenectutem inducit, mortem denique maturat. Chryſoſtomus in Matthæum: Luxuria eo plus augeſcit, quo magis frequentatur, fugiendo fugatur. Hieronymus ad matrem & filiam in Gallia commorantes. Ferreas mentes libido domat, ac eo plus in uirginibus, quo dulcius eſſe putatur quod neſcitur. Idem, Difficile inter delicias ſeruare caſtitatẽ. Idem, Qui luxuriam perfecta uicerit continentia, ſanctior erit Dauid, ſapientior Solomone, fortior Sampſone. Nam quum nihil ſit uilius quàm à carne uinci: nihil tamen glorioſius quàm carnem uincere. Idem ad Nepotianum dicit, præteritæ caſtitati non eſſe confidendum. Bernardus rem hanc tripliciter euitandam ſuadet, actione, ſenſu, oculis. Et quando amor & uolũtas ſunt actionum principia, merito Auguſtinus animam citra amorem uocat extinctam: nec eo uacare poſſe pudico uel impudico. Pudet commemorare ſapientes plurimos infra ſuam appellationem ob uoluptatem conſtitiſſe, ut literas etiam quæ perficere ingenium & mores debuerant, infament. Vt à Græcis ordiar. Nec tantum Clario Lyde dilecta poëtæ: Nec tantum Coo Bacchis amata uiro. Philetas enim de Bacchide poëma fecit, & Callimachus de Lyde apud Clarium Ioniæ urbem ortus, quamuis è Cyrene originem ſuorum duxerit. Has ſequutæ ſunt Leſbia Catulli, Delia Tibulli, Cinthia Propertij, Corinna Naſonis.

Erotidia

Sapientes plurimi ob libidinem infra ſuas appellationes

Duces etiam corruperunt, Lamia Demetrium, Phryne Timotheum, Philippum Græcæ puellæ amores, Annibalem Campanæ, Cleopatra Cæſarem, Flora Pompeium. Ducta inſuper in matrimonium ſcorta, Pericli Aſpaſia, Pſamnitico regi Aegyptio potentiſſimo Rhodope, Antonio Cleopatra. Nos Andream Palæologum Peloponneſi Deſpotum ex tanta nobilitate ſuperſtitem, Græcum ſcortum atque uiliſſimum ſibi connubio iunxiſſe uidimus. Sed utinam ſexum non mutaremus: in hac parte multo feris nocentiores, quum illæ naturæ legem cuſtodiant. In gymnaſijs Græcorum hæc reperta ſunt uitia. Primi enim Lacedæmonij, teſte Thucydide, puerorum corpora ad palæſtram nudauerunt, ſic poſtea nulla priſcorum societas hac caruit nota. Inter Argonautas, Hylas Herculi dilectus, qui quum aquas haurire deſcendiſſet apud Arganthonium Bithyniæ raptus nymphis dicitur: quem Hercules quæſitum exiens, & ipſe non amplius ad naues redijt. Nireus, qui ad Troiam uenit, pulcherrimus unus ponitur Iliados β. Euryalus Virgilianus, Parthenopeus Statianus. Sic deinde uarijs uarij adamati, ut Bathillus puer Siculus Anacreonti, Magnes Gygi Lydorum regi, Harmodius Hippiæ, Aſter Platoni. Q. Catulo Roſcius, Piſo Galbæ, Antinous Hadriano. Nec Pindarum poëtam hæc infamia liberauit, qui, teſte Valerio, in gymnaſio in gremio pueri adamati, obdormiſcens expirauit. Duos quoque Romanos equites Plinius libro ſeptimo ſua ætate dicit in Venere Pantomimi Mythici forma præcellentis obijſſe. Huiuſcemodi etiam fatum exitium'que Cor. Gallo prætorio, & Q. Heterio equiti Romano diuerſis temporibus contigiſſe. Quin & bruta ſæpius adamata, ut à Cratide paſtore capra. Amati & homines à beluis, ut à delphino puer Corinthi. Apud Solos puer Zenophontis à cane. Alius à graculo apud Spartam. Ab anſere quoque Cithariſtria. Hæc Aelianus. Vidimus & nos huius generis his temporibus exempla: primum quod accidit puero Romæ dum adequitaret, forte cercopithecus de maiore genere è feneſtris uicecancellarij conſpiciens, illico eum conſectatur uerſus Adriani pontem, metu quoque adcelerantem, & ipſe inſiliens tandem in equum capite collo'que horrendo ſpectaculo complexus eſt: ille penè exanimatus concidit, ductus'que in proximam tabernam: fera perſeuerauit eo modo, aliquandiu nihil aliud prorſus agendo, dein proſilijt. Poſtremo loco, quod omnibus incredibile fortè fuerit, referam recentiſſima hiſtoria, ut illud iactare carmen poſſimus,

Sexus mutatio

Lacedæmonii

Bruta adamata

Credite Romani Dictæo credite tauro:
Vidimus, accepit fabula priſca fidem.

Siquidem ſub Pio tertio in Hetruria puella quædam cum cane quem maxime amabat rem habens, grauida'que ex eo facta, ſemicanem peperit, hoc eſt, pedibus, manibusq;, ac auriculis caninis, cætera hominem: res expiationis gratia ad pontificem delata. Inuenti quoque qui inanimata dilexerunt, ut iuuenis Athenienſis ſtatuam Fortunæ in Prytaneo conſiſtentem, quæ quum ei negaretur precio mercari uolenti, apud eam ſe noctu interfecit. autor Aelianus. Plinius item de ſigno Veneris ſcribit, quòd quum iuuenis deperiret, ſæpe cum eo congreſſus, turpitudinis ſigna apparuerunt. Oenomanthi denique ſophiſtæ inſaniam, uerba'que in imaginem pueri dilectam Philoſtratus ponit: quam referre ob turpitudinem ſuperſedeo. Vitandæ libidinis duo maxima remedia Ouidius his carminibus ponit:

Qui inanimata dilexerunt

Vitandæ libidinis remedia

Otia ſi tollas periere Cupidinis arcus.

Et in alio loco: O nimis exitio nata theatra mẽo.

Quapropter ſoleo mirari grauitatem Romanam ſpectacula permiſiſſe Veſtalibus. Nam Auguſtus contra prætoris tribunal, eis locum in theatro adſignauit. Tertiũ addit omnium præſtantiſſimum Hieronymus ad Ruſticum monachum: Sacrorum uoluminum, theologiæq; ſtudium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

DE AMORE PVDICO.

ORpheus in carminibus, amorem quem φάνητα uocat, principium ponit rerum humanarũ. Zeno ſtoicus amorem dicit amicitiæ & concordiæ, libertatis quoq; inſtrumentum: ideo ad ſalutem reipublicæ plurimum conferre. Sapientes alij, ut ait Athenæus, eum procul ab omni turpitudine iudicabant: & in gymnaſijs unà cum Mercurio & Hercule ſtatuerunt, cui ſacrificabant. Nam amorem, honeſtamq; uoluptatem, quæ ex uirtute prouenit, deliciæ corporis infamauerunt: ut Seneca teſtatur in epiſtolis. Neq; uoluptas, inquit, cauſa uirtutis, more Epicuri: ſed acceſio eſt. Virtus enim non quia delectat, placet: ſed quia placet, delectat. Plato triplicem ponit amorem: diuinum, ferinum, & humanum. Primus occurrente pulchro aſpectu ad diuinorum contemplationem animum extollit, ab omni procul labe remotus. Secundus belluarum more coinquinat. Humanus autem inter utrunq; conſiſtens: ſenſus quidem quadamtenus oblectat, uitium tamen refugit. In Sympoſio quo quiſq; ex ordine conuiua de amore ſermonem habet, geminam ponit Venerem cum gemino amore: primam ſine matre cœleſtem & pudicam, quam ſequitur amor pudicus: ſecundam ex utroq; ſexu procreatam impudicã, ex Dione, quã item amor ſequitur impudicus. Amici inſuper in partem honeſti ueniunt amoris: de quibus legendis, præter Ariſtotelem in octauo, Xenophon commentario ſecundo Socratem differentem introducit. Dicit enim minime eligẽdos eſſe, qui in reddendis beneficijs, alijſq; uitæ officijs fuerint negligentes: præterea auaros omnis qui tantum proprio commodo ſtudent: mendaces inſuper ac ſubdolos, uoluptarios uentri, ſomno ac Veneri nimium indulgentes. Tales enim nihil boni in commune officium amicitiæ conferre petunt, ſed eorum potius commercium fugiendum. Nam bonus ignauum cuius facta minime probat, nullo pacto diligere poterit.

Triplex amor ſecundum Platonem

CONTRA DIVITIAS GRAECORVM DICTA.

PLutarchus. Prouerbium eſt, Μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν. id eſt, non gladium puero. Ego autem dico nec puero diuitias, nec uiro ineruditionem. Bion dicebat ridiculos eſſe homines, qui ſtudeant diuitijs quas fortuna præbeat, illiberalitas cuſtodiat, probitas auferat. Diog. Neq; in ciuitate, neque in domo diuite uirtutem poſſe habitare. Fauorinus. Homines quandoque dignos riſu, quandoq; miſericordia, interdum odio. Riſu, quum ob inſolentiam maiora, quàm eis cõueniant, appetant. Odio, quum ea adſequantur. Miſericordia, quum non adſequuntur. Pythagoras. Neque equum ſine freno, neque opes ſine ſapientia retineri diu poſſe. Socrates. Diuitias exiſtimandas eſſe, ſi ſaltem uoluptatem parerent. Sed qui uti uelit pereuntes uidet, tum uoluptate deſidiaq; marceſcit: qui autem cuſtodire, curis uritur: qui uerò poſſidere, aſsidua cupiditate. Neque auratus lectulus ægrotum leuat, neque bona fortuna ſtultum. Appetitus natura frenari difficilis, adiunctis uerò diuitijs penitus inſanus. Inſatiabilis animus, furioſa res eſt: quum mœreat ſæpe nondum auſer, ſpe plura conſequendi conſequuta negligat, deſideret abſentia, deſpiciat præſentia, neque ita amet uti ſperat. Atque haud uideo utrum miſerius poſſideat an expectet. Poſſeſsis enim non utitur, expectatione laborat. Bonum igitur exiſtimabimus cuius nullus ſit finis, ac res adepta principium ſit cupiditatis alterius? Nullus enim ita locuples eſt, qui minora uotis non poſſideat. Oportebit igitur in rebus ſecundis in eum qui utitur non adeo ſecundis, in aduerſis uerò in eum qui magis aduerſis utitur, intueri. Quod ſi fortè aut in proſperitate longe fortunatiorem, aut in calamitate minus calamitoſum reſpexeris, ſemper mœrebis. Simonides interrogatus, utrum eligendum magis, diuitias an ſapientiam: Num uides, inquit? Aſpicio enim ſapientes ad diuitum ianuam uenientes. Hactenus ex Plutarcho: deinceps ex Platone de republica. Mihi autem non amare pecunias magnopere uiſus eſt, quod ſolet accidere his qui non poſſident eas: qui uerò poſſident, duplo quàm cæteri diligunt: haud aliter quàm poëmata uel patres filios, adeoq; tenentur eo ſtudio, ut in conuerſatione moleſti ſint omnibus, nihil aliud laudari, nihil aliud fieri ab hominibus cupientes. Vera, inquit, ais. Certe ego inquam. Sed hoc enarra, quod præſtare putas, frui'ne multa ſubſtantia? Moderata, inquit ille, & reliqua quæ ſequuntur. Idem. Pecunia quid opus hominibus, niſi fortè ut morbis medicus, ut tantum utilitatem adferat? Nam χρήματα chremata ex hoc pecunia dicitur, quaſi utilia.

Idem ualde diuitem non poſſe felicem eſſe probat hoc modo: Felicem ſimul & bonum neceſſe eſt eſſe, ualde autem diuitem & bonum eſſe non licet, non ergo felicem & diuitem.

Valde diuitẽ non eſſe felicẽ

Idem. Qui nimium intenti parandæ rei ſunt, quanto hoc putant honoratius facere, tanto uirtutem inferiorem exiſtimant. Virtus & opes haud aliter quàm duo in trutina pondera, quorum altero degrauante eleuatur alterum. Sic in ciuitate tanto boni uirtuteq; prædıti ſine honore ſunt, quanto magis in precio diuites. Mox ex Iſocrate, πλοῦτος κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτης ἐστί, ἐξουσίας μὲν τῇ ῥαθυμίᾳ παρασκευάζων, ἐπὶ δὲ τὰς ἡδονὰς τοὺς νέους παρακαλῶν. Diuitiæ uitij magis quàm uirtutis miniſtræ, licentiã inertiæ præparant: ad uoluptates quoq; iuuenes traducunt. Idẽ. Qui diuitijs uti neſciunt, ſimiles ſunt his qui pulchrum poſſident equum, neſciunt autem equitare. Idem. Præſentem ſubſtantiam duabus de cauſis noli deſpicere: nam & magnæ calamitati facile medentur, & ſtudioſum hominem, alioquin minime fortunatum iuuant. Idem. Non enim accipere lucrum, aut erogare damnum, putatote. Neutrum eorum ſemper eandem habet uim: quum tempore uirtuteq; fit, utrunq; poſſidentes iuuat. Euripides. πολλῶν τὰ χρήματα αἴτια ἀνθρώποις κακῶν. Pecunia eſt hominibus multorum cauſa malorum. Simile illud apoſtolicum. Radix omniũ malorum eſt cupiditas. Item: Melior uita mediocris, innocuaq; ſubſtantia, quàm domus impijs referta diuitijs. Simile illud Dauidicum: Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Idem. Male partam pecuniã à tua domo expelle, ea ſiquidẽ perniciem adfert, ac breui tẽpore dilabitur.

Hunc imitatus Salluſtius eleganter expreſsit. Male parta male dilabuntur. Idem: Opes ea moderatione adipiſci ac retinere oportet, ne quis earum cauſa poſtea mœreat. Idem. κακῶς οἴκους εἰσελθόντ' οὐκ ἔχει σωτηρίαν. Quæ male domũ ingrediuntur, minime ſalutem habent. Sophocles. χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους, αὖθις δὲ τιμάς. Pecunia inuenit hominibus amicos pariter & honores. Vſurpatũ & ab Ouidio. Dat cenſus honores Cenſus amicitias. Lycurgus. οὐ τὸ πλουτεῖν καλῶς, ἀλλ' ἐκ καλῶν. Non enim pulchrũ diuitem eſſe ſed è rebus pulchris. Heſiodus. χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι. Eſt anima heu miſeris nummus mortalibus ipſe. Præterea ea deteſtãda quæ cauſa malorũ ſunt, ac inferẽdi belli. Quapropter Demoſthenes in Philippicis ait. δεῖ μὲν δὴ χρημάτων, ἄνευ γὰρ χρημάτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων. Opus pecunia, nec ſine pecunia quicquã fieri licet ex his quæ oportet. Cicero in ſimili cauſa neruũ belli pecuniã appellauit. Muſonius. Diuitẽ tantũ & ſapientem putamus eũ qui neceſsitatẽ ubiq; ferre poteſt. Antiphanes. Præſtat egere, quàm turpiter ditari: hoc uituperationem, illud miſericordiã parit. Hypſeus. Nullus enim quòd diues, ſed quòd procul à turpitudine uixerit, laudẽ cõſequitur. Hierax. Diuitiæ biſariã inſidiantur: primũ potentioribus per inuidos, deinde pauperibus per potẽtiores: quod igitur poſſidẽtes

Pecunia inuenit hominibus amicos & honores

inuidio

inuidioſos facit & iniuſtos, quam poteſt cum uirtute ſocietatem habere? Ariſtonymus. Diuitum uita, ueluti qui altum nauigium tenent: pauperum uerò qui iuxta littus adnauigant. Vt enim uinum quoſdam ebrios & iratos reddit, quoſdam mente ſalubriore & mitiore, ſic diuitiæ. Theognis. Qui ſua uult latere uitia, diuitias quærit. Diuitiæ tantum expetuntur ad ambitionem, libidinem, & gulam: quæ fati ſunt ſæpe cauſa celerioris. Ex quo idem autor ait: Πολλῷ τοι πλέους λοιμῶ κόρος ὤλεσεν ἄνδρας. Plures mortales gula quàm peſtis dedit orco. Democrates. Qui animum curat, ſeipſum curat: qui corpus, non ſe ſed ſua curat: qui pecuniam, non ſe nec ſua, ſed ualde aliena curat.

DE OFFICIO DIVITIS.

Diuitis officiũ

IGitur longe difficilius fuerit, ut ait Plutarchus, diſpenſare opes quàm parare, quòd hoc cuiuſuis eſt, illud ſapientis tantum. Multiq; propterea in tenui fortuna beatius, quàm in opulenta degunt: ex quo Auguſtus, teſte Tranquillo, quibuſdam ciuitatibus libertatem, ea uti neſcientibus ademit. Et quando ad cenſuram liberalitatis, omnes philoſophi diuites uocant: ſæpe euenit, ut auariſſimi quiq; famam lautitiæ, uictuſq; ſplendore tueantur. Nam ita fit, ut qui præter officium ſumptuoſi exiſtunt, præter etiam officium præparci ſunt, ut olim Mileſij, qui mollibus ornati ueſtibus, domi ſordidi habebantur, nunc item Neapolitani: ſeu ſi ad omnia prodigi, rapaces. uti C. Cæſar, & omnes ferè qui caſtra ſequuntur. Contra hos Hieronymus ad Pammachium ait: Pythagoræ præceptum eſt. Per uiam publicam ne ambules, hoc eſt, ne uulgi ſequaris errores: quicquid agas, æternæ cauſa mercedis agas: cunctaq; non ad laudem, neq; opinionem, ſed gloriam reuoces ſempiternam. Idem ad Nepotianum: Nonnulli diuites templa ædificant, columnis ac marmoribus ornant: non damno, non uitupero, unuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet, ſunt tamen meliora quæ agant. Si igitur in operibus ſacris nimium ſumptuoſi minime laudantur, quid dicemus in profanis, ac ſuperuacuis ædibus, aut arcibus? Cæterùm in fortuna unum cuncti hoſpitium extollunt. Nam cætera ſi dantur copiæ ſignum, uel quandoque non diligentis erit: in hoc etiam excipientis charitas laudatur: unde multi uel ignobiles apud poſteros nomen meruerunt, ut Molorchus ille paſtor in Nemea ſylua, qui Herculem à leonis cæde redeuntem excepit: Ianus Saturnum, Euander Aeneam, Canuſinæ & Campanæ mulierculæ Romanos à clade Cannenſi, Raab apud Hebræos Dei populum. Græci olim Ioui Xenio, teſte Pauſania, templum conſtituere, quòd nulla re magis illum placari putarent. Heſiodus loco fratris hoſpitem dicit eſſe. Gregorius pontifex, multiq; proceres ex noſtris domi uocatis miniſtrabant, quum poſſent hoc officium foris delegare. Res hæc uitio contrario prælucet. In hoſpitales primo omnium Thraces, Polymeſtoris proditio, & Diomedis ſtabula declarant. Deinde Aegyptios aræ Buſiridis, & Pompeij cædes. Deinde Scythas infamis olim ara Dianæ. Aethiopum quoq; multos anthropophagia. Quibus non multum ceſſit hoc tempore Piſanorum ſimul & Bononienſium noua crudelitas, qui inquilinos omnis iam penè ob antiquitatem ciues expulere. Hi ob annonæ charitatem, ex quo paulò pòſt terræmotu ſunt ingenti periclitati. Illi quum à Florentinis deſciuere, direptis etiam bonis. Vnde in hunc diẽ in maximis agunt ærumnis. Quod nec quidem à priſcis Romanis didicere, qui quondam expulſis Tarquinijs bona etiam reddere decreuerant, ſi per eorum compertam proditionem licuiſſet. Cæſar quoque nonnullis transfugis etiam apud ſe relicta remiſit. Populus Romanus reges ac legatos omnis per quæſtores ſumptibus excipiebat.

Mileſii

Pythagoræ præceptum

Hoſpitium

Thraces inhoſpitales

Aegyptii

Scythæ

Sed fortunatis quum ex dominica ſententia res ardua ſit, tria Apoſtolus præſentanea remedia, ut Hieronymus innuit, proponere uidetur, quæ his uerbis compendio dicuntur: Diuitibus huius ſeculi præcipe, non altum ſapere. Facile tribuere. Non ſperare in incerto diuitiarum ſuarum. In primo frugalitatem, modeſtiamq; in moribus ac uictu, citra ſuperſtitioſum ſplendorem & ornatum præcipit: cuius rei gratia diues damnatur epulo, laudatur Lazarus. Deinde benificentiam ac liberalitatem in pauperes: qua de cauſa illius qui bona ad multos annos congregauerat, nocte ſequente repetita eſt anima, & Zacchæus probatus. Nam quum omnes morum ac doctrinæ perfectam laudem conſequi non ualeant, hi maxime in ſecundis conſiſtent, qui tales demerebuntur. Quod Auguſtinus ad propoſitum euangelicæ Mammonæ mirari ſolet tam adpoſite à Virgilio dictum: Quiq; ſui memores alios fecere merendo. In tertio modum cupiditati, honeſtæq; rei ſtatuere, & ne ſemen à ſpinis obruatur ex ambitionis auaritiæq; ſollicitudine, ad ueram philoſophiam quandoq; quiſq; pro ingenio ſuo ſe recipiat: quod principes multi fecere, qui ſuprà mihi memorantur.

Diuitum tria remedia ex Apoſtolo

PRO PAVPERTATE.

PAupertas tribus de cauſis amplectenda: quòd curas remittat: quòd ad philoſophandum aptior: quòd meliores uiros reddat. Fauorinus, ut ſcribit Stobeus in collectaneis, duplicem ponit paupertatem: ex fortuna, & ex ſententia. Primæ mederi exercitationem, liberalitatem, alienam quoq; fortunam Secundæ nihil mederi, quoniam minime indiget. Illa quidem indiget & quærit. Xenophon in Sympoſio: Quid eſt ô Charmides? Quænam res tibi maximæ curæ eſt? Mihi, ait, paupertas. Certe, inquit Socrates, res quidem gratiſſima, minimeq; inuidioſa, minime contentioſa, incuſtodita ſeruatur, neglecta fortior. Diphilus: πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν ἀτυχέστερον, τὴν γὰρ ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν οὐ προσδοκᾷ. Paupere uiro nihil fortunatius, commutationem ad peiora non expectat. Epictetus: Corpus menſura poſſeſſionis, ſicuti pedis calceus: qui ſi intra eius menſuram conſtiterit, induentem iuuat: ſi laxior, moleſtat. Hypſeus: θεράπευε τὸ φοβεῖσθαι, καὶ μὴ φοβήσῃ πενίαν. Cura timorem, nec timebis paupertatem. Menander: αἰσχυνόμενος αἴσχιστα πενίαν φέρεις. Turpiſſime fers paupertatem ſi pudeat. Apollonius philoſophus ait: Egere probrum non eſt. Sed ob turpem cauſam egere, uelut Iro illi Homerico contigit. Antiphanes: Fames omnia dulcia præter ſeipſam facit. Seneca in epiſtolis: Si ad naturam reſpicias, nunquam eris pauper: ſi ad opinionem, nunquam diues. Idem: Nullum maius lucrum, quàm carere his quæ poſſides. Quod autem, ut ab initio propoſui, ſit aptior ad philoſophandum: Diogenes, Stobeo item teſte, paupertatem dicere ſolebat, philoſophiam eſſe αὐτοδίδακτον, id eſt, ſine præceptore, ſponte edoctam. Nam quod philoſophia perſuadere uerbis multis contendit, hoc præſtare paupertas cogit. Prouerbium quorundam eſt, ut ait Teles: ἡ πενία χωλὸς πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν. Paupertas clauda ad philoſophandum. Quod ille quidem negat. At non uides, inquit, quòd plerunq; pauperes philoſophantur, Diuites uerò in otio male uiuunt? At inquiunt Ariſtotelis protrepticum ad Themiſonem Cypri regem eſſe hortantis ad philoſophiam, quum nulli magis commodum quàm ei ſit, ob opes quas ad hoc opus impendere poteſt, inſuper & gloriam. At hoc pauper præſtare melius poterit, quod minus occupetur negotijs, quã diuites: quos non ſolum ſibi, ſed & alijs uacare oportet: minus etiam ob modicas facultates uoluptatibus uacet. Præterea gloriam non minus quoque pauper præſtabit. Videmus enim ſæpe honoratiores in hoc genere homines in ciuitatibus eſſe. Ariſtides in conſtituendis uectigalibus omnibus prælatus

Duplex paupertas

Paupertas idonea philoſophiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tus fuit, cuius gloriam Callias ea tempeſtate, quanquam ditiſſimus, æmulabatur. Lyſander etiam apud Lacedæmonios. Et Euripides dicit, quendam pauperem adoleſcentem plures honores adſequutum apud Argiuorum ciuitatem. Hæc Teles.

Paupertas induſtria & ingenioſa

Paupertas inſuper magis induſtria, & ingenioſa. Nam Architas, ut ait Plutarchus, legens Eratoſthenis Mercurium, carmen illud magnopere laudare ſolebat.

Χρειὼ πάντ᾽ ἐδίδαξε, τί δ᾽ οὐ χρειὼ κεν ἂν εὕροι.
Vſus cuncta docet, quid non inuenit egeſtas?

Virgilius hoc imitatus ait. Labor omnia uincit
Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.

Maxime ſapientes pauperes extiterunt.

Maximum poſtremò argumentum in diuitijs uirtutem non eſſe, quòd tam apud Græcos quàm Latinos optimi uiri, maximeq; ſapientes, omnes pauperes extiterunt. Hic igitur Apulei locum, quòd in apologia ſua cauſam paupertatis pulcherrime declamare uidetur, adducam: Paupertas, inquit, philoſophiæ uernacula eſt, frugi, ſobria, paruo potens, æmula laudis, habitu ſecura, conſilio beneſuada, cultu ſimplex: neminem unquam ſuperbia inflauit, neminem in potentia deprauauit. Ciuitatum eſt conciliatrix, omnium artium repertrix. Eadem in Ariſtide iuſta, in Phocione benigna, in Epaminonda ſtrenua, in Socrate ſapiens, in Homero diſerta, eadem pop. Rom. imperium ab initio fundauit. C. Fabritij, Cn. Scipionis, Manij Curij filiæ de publico dotatæ ad maritos ierunt, portantes gloriam domeſticam pecuniam publicam. Publicola regum exactor & Agrippa populi reconciliator collatis ſextantibus à pop. Rom. funerati ſunt. Attilij Reguli agellus ob ſimilem penuriam publica pecunia cultus. Hæc ille. Socrates dicere ſolebat, paupertatẽ paruam eſſe modeſtiam. Prouerbium eſt Græcum apud Plutarchum: οὐδέποτε λιμὸς ἐγέννησε μοιχίας. Nunquã fames adulteria genuit. Plato in legibus ait: Pauperum peccata ob huius uitæ incommoda, leuius apud inferos puniri, diuitum uerò grauius. Cui conſentire uidetur Chryſoſtomi ſententia in ſermonibus: Habet & paupertas martyrium ſuum ſi patienter toleretur. Ambroſius in pſal. Quanto quis in hac uita ignobilior aut abiectior, tanto erit in futura excellentior.

Chryſoſtomus

COMPARATIO VTRIVSQVX EX XENOPHONTE.

Pheraulas & Sacas

XEnophon quoq; in dialogo quodam pulchre oſtendit diuitiarum ac paupertatis comparationem his uerbis. An putas Saca, Pheraulas ait, eo me iucunde uiuere, quòd plura poßideam, ſcito me non ſecure deguſtare, aut bibere, aut dormire æque, atq; quum eram pauper. Nam quo plura adſunt, plura cuſtodire, plura oportet diſtribuere, curas etiam plures admittere, negotiáq; tractare. Serui multi multis indigẽt, ac hi uictum, illi ueſtes, alij medicos requirunt. Diuerſis è locis nuncij proruunt mali, aut oues à lupis abreptas, aut boues è rupe præcipitaſſe, aut morbum aliquem armentis agriſq; incidiſſe. Minime, inquit Sacas, iſta puto. Quum potius ſaluis rebus plurimis, animum magis gaudere oportet. Tu uerò, inquit Pheraulas, Saca noli putare pecuniam, curas, aut triſtitiam ex animo poſſe diſcutere. Nullum enim uidere licet, aut diuitem quiete ſomnum capere, aut hæc ſpernentem eſſe irrequietum. Atqui, Sacas ait, iſta concedo diuitibus euenire quæ memoras, ſi quando eos erogare, ſumptuſq; facere grauate contingat. Quod ſi fortè impenſis æque ut poſſeßis oblectarentur, nimia profecto diuites felicitate pollerent. Neceſſe, inquit Pheraulas, ô Saca, multa poßidentem, multa erogare, In deos, in amicos, in hoſpites. Quicunque igitur in acquirenda pecunia gaudet, is oportet ualde in diſtribuenda mœreat. At ego, Sacas ait, putauerim non minori eſſe uoluptati, multum poßidenti diuitiarum, multum facere impenſarum. Et quæ ſequuntur. Apud Ariſtophanem quoque utrunque ſimul differentem probe legimus: πλοῦτον καὶ πενίαν. Quumq; Plutus paupertati incommoda extrema, miſeriamq; ultimam obiectet: At illa non, inquit, mea ſunt iſta, ſed mendicitatis. Quod lepide Martiali exprimitur. Nam Cinna non eſt pauper, habere nihil: ut planè innuatur ſtatum inter utrunque optimum, ferè ex noſtrorum etiam ſententia. Paupertatem & diuitias ne dederis mihi.

CONTRA AVARITIAM DICTA GRAECORVM.

HErodes Atticus, ut eſt apud Philoſtratum in eius uita, auaros comparabat Aloidis, qui Marti quem ceperant, & in uinculis retinebant, nihilominus ſacrificabant. Sic illos pecuniam, quaſi incompedibus retinere, ſimul & uenerari. Ariſtonymus in hiſtoria: Auari uitam pollincturæ, id eſt, cœnæ mortui comparat, ubi quum adſint cætera, lætitia deeſt. Apollonius Tyaneus apud Philoſtratum, dicit, magis eſſe fugiendam auaritiam ſapienti & philoſopho, quàm luxuriam, aut aliud crimen, quòd ex auaritia & quæſtu cætera dependeant. Idem Platonem accuſabat, qui ad Dionyſium in Siciliã, auaritiæ cauſa profectus ſit. Similiter & Eudoxum in Aegyptum, ſpecie philoſophiæ. Speuſippum quoq; Athenienſem, qui in Macedoniam uſque profectus, in Caſandri nuptijs poëmata frigida recitauit. Timon, qui Miſanthropos cognominatur, duo dicebat malorum principia: auaritiam, & ambitionem.

Bion ſophiſta, eam tantum omnis uitij originem ac matrem. Socrates: Neque à mortuo ſermonem expectes, neque ab auaro gratiam. Idem: Nullo unquam tempore tibi uel decepto fas alium decipere. Pittacus: ἄπληστον τὸ διὰ παντὸς κέρδος. Inſatiabile ſemper lucrum. Periander: κέρδος αἰσχρὸν βαρὺ θεμέλιον. Turpe lucrum graue fundamentum. Xenophon: Non enim tam durum non accipere, quàm priuari ſolitum accipere. Sophocles: φιλάργυρον μὲν τὸ τῶν βαρβάρων γένος. Auarum omne barbarorum genus eſt. Heſiodus: χρήματα δ᾽ οὐκ ἁρπακτὰ θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω. Raptæ diuinitus conceſſa pecunia præſtat. Idem: μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσα ἄτησι. Turpe lucrum fugias, damni nanque inſtar habetur. Apollonius philoſophus: excuſatio auaritiæ, & proprij moris eſt, cumulare pro filijs. Diphilus: εἰ μὴ τὸ λαβεῖν ἦν, οὐδ᾽ εἷς πονηρὸς ἦν. Niſi lucrum eſſet, nemo quidem improbus foret. Diogenes eos qui immenſas opes cumularent, μεγαλοπτώχους, id eſt, magnificos pauperes appellabat. Theopompus. Qui multas poßidet fortunas, ac cum triſtitia degit, is omnium mihi uidetur & præſentium & futurorum infelicißimus. Hanc mutuatus Martialis ait:

Triſtis es & felix, ſciat hoc fortuna caueto.
Ingratum dicet te Lupe ſi ſcierit.

Euripidis ſenarij quatuor aurei ſequuntur:

Εἰ δ᾽ ὄντυχῶν τις βίον κεκτημένος,
Μηδὲν δόμοισιν τῶν καλῶν πειράσεται,
Ἐγὼ μὲν οὔποτ᾽ αὐτὸν ὄλβιον καλῶ,
Φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων εὐδαίμονα.
Si quis uitam in fortunis uixerit,
Neq; pulchrum aliquid domi tentauerit,
Ego hunc diuitem aut beatum nullo modo,
Sed cuſtodem pecuniæ felicem dixero.

Exempla inſuper auaritiæ ex Plauti aulularia pulcherrime auſpicari licet. Notatur & Simonides poëta, ut autor Aelianus de uaria hiſtoria. Is enim rogatus à quodam, ut encomium ei ſcriberet, gratiamq; ſe loco muneris habiturum: Plauti Aulularia Simonides

Reſpond

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Reſpondit, duas ſe habere arcas: unam gratiarum, alteram argenti: Hanc quum aperiret, communem plenamq; : illam uerò uacuam ſolamq; reperire. Idem in ultima ſenectute, cur auarus eſſet, interrogatus: Quoniam, inquit, inimicis malo diuitias relinquere moriens, quàm amicos uiuens fruſtra rogare, deteſtans plurimorum quum opus infidas amicitias. Dum Brennus dux Gallorum Senonum obſideret Epheſum, uirgo quædam Demonica nomine ſollicitata ſpecie barbari cum eo pepigit, ſe Epheſum prodituram mercede monilium, ornamentorumq; quæ Galli ferebant: quo facto Brēnus ut promiſſa præſtaret, ſimulq; & eius ulciſceretur auaritiam, iuſſit aurū omne in eam congeri, uſq; adeo ut uiua ſupprimeretur. Idem ferè exemplum & Tarpeiæ Romanæ prodita arce Tatio duci Sabinorum. Semiramis, ut item ſcribit Aelianus, in ſuo ſepulcro inſcripſerat: Si quis rex pecunia indiget, monumentum diruat. Dareus igitur quum id demoliretur, nihil pecuniarum inuenit, ſed tantum hoc ſcriptum, Niſi eſſes inſatiabilis, nunquam ſepulcrum mortuorum attigiſſes.

Semiramis

DE MENSIS AC CIBIS, DEQVE HIS QVAE AD EA PERTINENT: AC PRIMVM QVIS PRISCORVM CIBVS.

ANtiquitus nondum Cerere præbente uictum, alijs alium fuiſſe cibum ſatis conſtat. Glandes Arcadibus, Pyra Argeis, Ficus Athenienſibus, Pyra ſylueſtria Tyrinthijs, Palmulas Carmanis, Milium Meoticis ac Sarmatis, Cardamum Perſis. Mox apud Aegyptios ab Iſide frugibus inuentis: apud Græcos, à Triptolemo: apud Romanos, à Saturno: mitior ſanè cultus ingreſſus eſt, ut paulatim etiam obſonia fuerint expetita. Autor Aelianus de uaria hiſt. Obſoniū uerò, ut ait Athenæus, omnis cibus eſt qui per ignem præparatur. Pulmentum autem omne iurulentum ac ſubliquidum. Scripſere de obſonijs, teſte Polluce, Pantaleon Mithecus, Zopyricus, Sophon, Egeſippus, Paxamus, Epænetus, Heraclides Syracuſanus, Tyndaricus Sycyonius, Simonactides Chius, Glaucus Locrenſis, ſophiſtæ omnes. Athenæus inquit, Erat prima & ſecunda & tertia menſa, & tripodes quibus innitebantur menſæ appoſitæ, quæ nunc Magades uocantur. Meminit Sophocles ἐν χρύσῃ, τὰς ἑκατίας μάγαδας δόρπου. Menſas nominabant & epulas in ipſis poſitas. De tripode menſa Ariſtophanes τράπεζαν ἡμῖν φέρε τρεῖς πόδας ἔχουσαν, τέσσαρας δὲ μὴ ἐχέτω, καὶ ποτ᾽ ἐγὼ τρίπουν τράπεζαν λήψομαι. Apud Romanos uerò, teſtibus Varrone & Feſto, quadratis menſis in caſtris utebantur, quas cibilas à cibo uocabant. Domi rotundas habebant. Lauti etiam ex citro. Cn. Manlius, Aſia deuicta primus, ut Plinius ſcribit, ſuo triumpho monopodia, abacos, & triclinia ærata in urbem inuexit. Monopodia enim, quæ uno tantum pede ſuſtentabantur menſæ. Monopolia uerò merces, tota eiuſdem generis ab inſtitore uel ſocietate coempta. Abacus, ubi argentea inſtrumētūq; mēſæ locatur. Eſt & omnis forma quadrata. Vnde bancum uulgò dictum, & abaculi. Eſt & tabula, ubi numeri ſcribuntur. Perſius: Aut abaci numeros.

Obſonium
Pulmentum
Qui de obſonijs ſcripſerūt
Quot menſæ
Monopodia
Abacus

DE CONVIVIS.

TRis tantum adhibere conuiuas mos fuit ex numero Gratiarum. Deinde nouem ex numero Muſarum Pauſaniæ. Athenæo uerò quinq;. Archeſtrato quatuor uel quinq; his carminibus ponuntur ἔστωσαν δ᾽ ἢ τρεῖς ἢ τέτταρες οἱ ξένοι ἅπαντες· ἢ τῶν πέντε γε μὴ πλείους. ἤδη γὰρ ἂν εἴη μισθοφόρων ἁρπαξιβίων σκηνὴ στρατιωτῶν. Cyrus ut apud Xenophontem, conuiuas ab latere ſiniſtro locabat honoris gratia, utpote ab latere cordis, chariores, Plutarchus in problematis ſcribit. Imperatores poſt uictoriam pop. Rom. triumphali cœna in loco publico accipere fuiſſe moris, deinde ab eo deduci domum. Conſules uerò ad conuiuium inuitare, uerum poſtea ne accederent rogare, quum is honor deducendi præſentibus ipſis tribui non poſſet. Idem ait, uetere inſtituto nemo foris cœnabat ſine liberis, qui ætate eſſent puerili. Cauſa, quòd ſenes pudentiores reſpectu filiorum eſſent, & filij modeſtiam uoluptatum iam inde capere coram patribus didiciſſent. Inſuper quū ex alijs tum ex Ciceronis in Vatinium autoritate deprehēdimus, minime atratos accumbere ſolitos. Quis enim, inquit, non ſolum in publica lætitia, ſed etiam in luctu domeſtico aut funere amici accubuit unquam cum pulla toga?

Mos in cœnis triumphalibus

TEMPVS EDENDI ET APPOSITA MENSAE.

COenare noctu ſemper conſuetum fuiſſe Athenæus teſtatur ob Lunam, quæ uim habeat ad concoctionem præcipuam. Quo magis miror Martialem in quodam carmine hora nona accumbere ſolitos dixiſſe. Nam ſi prandium, nimis tarde: ſi cœna, nimis cito. Quod autē Gregorius in homilia quadam in concordandis euangeliſtis, quum alter prandium, alter cœnam dixiſſet: Nona ſemper ait hora ueteres edebant, quapropter prandium cœnam uocabant. Inuenimus tamen & prandere & cœnare ſolitos. Apud Trogum, Prandete milites hodie apud inferos cœnaturi. Et Celſus hyeme dicit, utilius ſemel accumbere, præter quàm aluo adſtrictis. Et Iſchomachus apud Oeconomicum Xenophontis dicit ſe leuiter prandere, ut cœnæ det locum. Quapropter horam hanc nonam non ſatis intelligo. Ordo autem is fuerat ex eodem autore. Vt in principio & fine menſæ, propoſim ſiue propomaſim darent, modicum crati, id eſt uini meri, uocabantq; bonum dæmonem in Bacchi honorem. Ponebant item primo piper, phyllida, myrrham, cyperum, unguentum, turdos, aliaſq; aues. Olus etiam, quod acetaria uocabant Latini non ab aceto, ſed accipiendo ut acetabula in polypis. Plinius ait, expedita res et eſt parata. Inde acetaria dicta. Græci autem hæc ἡδύσματα uocant. Hodie apud uulgum ex Sale nomen habent. Secundæ menſæ quas tragemata illi, nos bellaria uocamus, conſtabant ex cocco, cicere, faba, chondro, caſeo, melle, ſeſamide, hoc eſt ſeſamo confecto, quod Iugiolinam nunc uocant. Romæ uerò ex nucibus auellanis nuceatam. Menſam item uacuam non ſinebant, teſte Plutarcho, ſed quum omnino aliquid ſupereſſet. Cauſam ipſe adfert, quòd urbanum putarent comprimere appetitum, quum adhuc uoluptate perſpui liceret. Sic enim abſentia minus cupiūt, qui præſentibus ac paratis abſtinere conſueuerunt. Athenæus quoque in lautis cœnis, ait, uaſa cum epulis mutari morem fuiſſe. quod Plinius etiam libro trigeſimo tertio, capite decimo teſtatur: eaq; conuiuis donari ac uocari ἀποφόρητα. Alexander in probl. ait: Poculorum diſcrimen in eadem menſa fuiſſe, ac à maioribus initium: cauſam adfert ne ſaturitatem primo menſæ ingreſſu inijciant. Cicero in Verrinis, poſcunt maioribus poculis. Et Plautus. Incipere à ſummo, id eſt, à maiore poculo. Panes inſuper hi Iulio Polluci probantur, Cribanitæ, qui & obeliæ, collices, collabi, naſti, amyli, collyræ, zymetes, ſigamitæ, chariſis, cancridæ, mazæ, pellini communes omnibus, uocati à figura bouis, melitluti, hyglea, anthema, thridacine, phyſte, œnutta, ephieras, dandalis, lolodica, comon, lupe. Placentarum ſpecies, ames, ametidais, pyramus, ſeſaminus, erichytus, erithrya, ſtrecta, cotyliſcus, phthœdia crepis quæ erat ex farina & melle. Plinius autem libro decimooctauo, panis genera ponit: Ab obſonijs oſtrearios, à delicijs artolaganos, à feſtinatione ſpeuſippos, à coquendi ratione furnaceos & artopteſios. Præterea nauticos, qui contuſi ſunt & iterum cocti. Siligineos cunctis præſtantiores. Secundarios hordeaceos.

Tēpora cœnæ
Ordo menſæ
Bonus dæmō
Acetaria
ἡδύσματα
Tragemata
Bellaria
Apophoreta
Panes laudati
Panes iterum cocti

Cibarios,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Cibarios, qui paſtoribus & uulgo dantur.

Panis Martius

Qui autem hodie panis Martius dicitur, ἀπὸ τῆς μάζης putauerim dictum. Eſt enim maza, teſte Athenæo, panis offa madefacta, ſeu libū, ſeu placenta. Supra etiam Polluci memorata maza inter lautitias panis.

De Vaſis

Vaſa quoq; ob menſam reperta, idem Pollux ponit oxybapha, lecanias, quod nos lancem, ſeu patinam, embaphia, celaria, triblia, canaſtrum idem & caniſtrum: chytram, nos ollam: chalchea, nos ahena. His addi poſſunt patina, cacabus, ubi aqua caleſit, concha, mortarium, harpago, ſartago, ſitula, hydria, urna, lebes:

Lebes

Homero manibus leuandis ponitur, apud nos peluis ſeu trulla, quod teſte Nonio, uas eſt aquarium. Labrum uerò pedibus leuandis balneis adhibebatur.

Gutturnium

Gutturnium unde aqua manibus deſcendit. Addita fiſtula ſipo dicitur

Epiſtomium

& epiſtomium. Seneca ad Lucillium duodecimo: Niſi aquam argentea epiſtomia fuderint.

Dolium

Vinaria uaſa dolia fictilia fuerant, & picata, cum inſcriptione notarum. Relinebant uerò quum primum attingebant. Nos Sixti tempore in reficiendis ædibus pontificijs in Vaticano effodi uidimus eius generis ingentia, quæ in domum ſuam traduxit Ioannes Iacobus cardinalis Parmenſis. Nam dolijs ligneis tantum in Alpibus ſicuti & nos Plinius ſuo tempore teſtatur homines uti cœpiſſe.

Dyota

Dyota apud Horatium, dolium, quod duas utrinq; anſas ueluti aures, unde nomen ſumpſit, habebat. Cadus inſuper, amphora, congius,

Baucalium

baucalium, quod nunc boccale uocant. Tinarum etiam illis uſus fuit ut nobis, teſte Nonio. Feſtus autem tinia uaſa uinaria uocat. Cantharus, urceus, orca, fidelia, cortina, lacus, præla, infundibulum.

Cupa

Cupa, uas ligneum idem ferè quod dolium, quod nos uegetem uocamus: ut ex Feſto deprehenditur, & Lucani carmine. Namq; ratem uacuæ ſuſtentant undiq; cupæ. Nam cupis in mari naues ſuſtentantur quum reſarciuntur. Hinc cupellum parua ueges, quæ uidelicet barilis menſuram capere poterat: quod adhuc uocabulum apud Romanos reſtat, ex Græco etymo, κύπελλον enim curuum dicunt. Homerus, Δέπας ἀμφικύπελλον.

Decupa

Propola

Decupa, qui uinū minutatim uendit. Cicero, Vinum à decupa & propola quotidie ſumit. Sunt qui menſuram dicant.

Cupedia

Cupedia uerò auiditas lautiorum ciborum eſt; à cupiditate dicta. Cicero, Mulieroſitas, liguritio, temulentia, cupedia. Inde cupedinarij, qui coctos ac lautiores uendunt cibos, ut in popinis. Gellius cupedulas etiam dixit. Ad cœnulam, inquit, non cupedulas ciborum, ſed argutias quæſtionum.

Poculorum genera

Deinceps poculorum genera ex Athenæo.

Acatium

Acatium poculum, ſimile acatio. phiala, xylmon, miſſum, quod uno hauſtu bibitur, calix, crater, patera, arymillus, argyris, aryſus, beſſa poculum Alexandrinorum inferius latum, ſuperiore parte anguſtum. Baucalis ſopatrus, baucalis tetracalix, quæ quatuor calices capiebat.

Bicus

Bicarium

Carcheſium

Bicus poculum, & bicarium diminutiuum, uulgo nunc cognitum. Dactylotus, carcheſium, poculum oblongum, coniunctum in medio leniter, aures habens ad prendendum. Calpeon, coleba, & lebes, ubi libum ponebatur. Ceras inſtar cornu poculum. Nam priſci Græci in cornibus bubulis potare conſueuerunt.

Quare Dionyſius cum cornibus

Ex quo Dionyſius cum cornibus cernitur, & taurus etiam uocatur, ac apud Cyzicum tauri ſpecie colitur. Hinc uini mixtionem cum aqua κεράσαι dicimus: & uas in quo miſcetur, crater, quaſi cerater, quod in cornu prius infundebatur. Xenophon in ſexto: Bibebant autem in poculis ceratinis. Præterea cernos, cortacis, cotyle, ciſsirion, labronia, lepaſta, leſbyon, lycurgis, phyala eſt à Lycone facta, ſicuti & cononius à Conone, toreutis.

DE MENSARVM SVMPTV AC POLYPHAGIA.

Cœnæ triumphales

Pontificales

Funerales

ERant maximi ſumptus cœnæ triūphales quas ſuprà commemoraui, præterea pontificales & ſaliares. Funerales quoq; ubi pollinctores erant, qui corpora ungebant, cariusq; omnia emebant, ac lautius, ex quo ad pollincturam emere &

Pollincturæ

pollincere dicebatur, ubi annona flagellabatur. Plautus: Hodie pollinctura eſt. Teſte quoq; Plinio cauebatur, ne piſces qui non eſſent ſquamoſi ad pollinctum emerentur. Pollux τιμιοπώλας eos appellat, quòd carius omnia emerent. Veniam ad externos ex Athenæo.

Antiochus

Antiochus cognomento Gryphos apud Daphnen ciuitatem amœniſsimam celebritatem inſtituit: cœnasq; ſumptuoſiſsimas adhibuit, cum epulis omnifarijs animalium omnium, coronisq; aureis. Exercitum integrum epulo excipiebat adeo copioſo, ut præter abſumpta quilibet ex reliquijs animalium omnium integrorum aliquid referret.

Demetrius

Demetrius Phalereus, cum mille & ducenta talenta quotannis in ſua haberet poteſtate, parum admodum in adminiſtratione Reipublicæ conſumpſit. Reliquum in delicijs luxurioſiſsime uictitando inter ſcorta.

Alcibiades

Alcibiades uictor in Olympia omnes quotquot aderant conuiuio excepit.

Empedocles

Empedocles Agrigentinus, qui è ſecta Pythagorea animalibus abſtinebat, bouem ex precioſis aromatibus confectum, omnibus qui in Olympia conuenerant diſtribuit.

Pytheas Bithynicus

Pytheas Bithynicus, qui platanum auream, uitemq; illam nobilem Dareo regi donauit, Xerxis copias, hoc eſt, ſepties octingenta octo millia hominum excepit epulo. Stipendium quinque menſium, frumentumq; inſuper pollicitus, ut è quinque liberis ſenectuti ſuæ in delectu unus concederetur. Hactenus Athenæus. Ad Romanos redeam. In cœna aduentitia data Vitellio principi à fratre, ut refert Tranquillus, fuere duo millia lectiſsimorum piſcium & ſeptem auium adpoſita. Hanc ipſe poſt ea princeps in dedicatione patinæ ſuperauit. Heliogabalus princeps nunquam minus centum ſeſtertijs eſt epulatus.

Polyphagi

Gatis regina

Polyphagi deinceps plures memorantur. Gatis regina Syriæ, ut ſcribit Antipater Tarſenſis, edixit ne quis piſcem ſine ipſa ederet. Quare pro Gatis Atergatis appellata eſt, quòd Ater Græce dicatur. Sacerdotes eius loci in feſto ſacrificium parant oblato prius Atergatidi piſce argenteo. Menſas omnis generis piſcium refertas deuorant, eleganti legis diuerticulo. Hæc poſtea regina piſcibus deuoranda eſt data.

Hyperides orator

Hyperides orator, teſte Timochare, fuit obſophagus, his uerbis in quadam oratione. ἰχθυοπώλας οὗτος ἡμῖν πλουτεῖ. Hic nobis Cetarios ditat.

Philoxenus poëta

Philoxenus poëta Dithyrambicus edit polypum duorum cubitorum, præter caput, ut eſt autor Machaon Comicus.

Siculorum luxus

Ariſtophanes poëta Syracuſanorum menſas & Sybaritarum luxus notat. Plato ſcribit in epiſtolis, Quòd ueniens in Siciliam nequaquam uitam eorum adamauerit, utpote bis in die ſaturum fieri, & nunquam cubitare ſolum: Qui enim in hac licentia adſueſcunt, nequaquam (præſertim ſtudioſa iuuentus) aliquid mente præclarum excogitare poſſunt. Aelianus de uaria hiſtoria hæc refert.

Ariſtoteles decoctor

Ariſtoteles philoſophus ab initio, autore Timæo Taurominio obſophagus ac decoctor fuit.

Xerxes

Mithridates

Xerxes nouum genus gulæ, aut uoluptatis inuenientibus, præmia propoſuit. Mithridates, teſte Nicolao Damaſceno, certamen polyphagiæ & polypoſiæ ſtatuit.

Alexander

Hercules

Alexander Macedo per Dionyſia præmia de bibendo propoſuit. Hercules denique cum Leprea rege, de gula contendit, uicitq; tauro toto paulatim deuorato. Hec ille.

Saturitatis templum

Annarus rex

Athenæus item hæc ſcribit. in Sicilia templum Saturitatis fuit. Annarus Babyloniæ rex ſtola & ornatu muliebri uidebatur, dum cœnaret centum quinquaginta puellæ ſaltatrices ac canentes aderant, quum prius eſſet ſeruus. autor Cteſias.

Ageſilaus

Ageſilaus Lacedæmonius dux dum gereret apud Peloponneſum bellum, uideretq; Aſiaticos quoſdam in exercitu ſuo obſophagos, uentriq; deditos, ornatos inſuper ueſtibus, corpore uerò minime ualentes, iubebat nudatos à præcone palàm incedere per ignominiam, ueſtes autem militibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

bus quorum uirtus laudata eſſet, tradebat ut hoc excitati præmio fortius pugnarent, illi uerò hac irritari ignominia frugalius uiuerent. Syrorũ luxus De Syris etiam dicit, eos continuo eſſe in conuiuijs, balneis & unguẽtis. Ariſtippi ſcomma De Ariſtippo item philoſopho, qui cum reprehenderetur à Platone quòd tanquam obſophagus magno piſcem emiſſet, reſpondit, minime, ſed duobus obolis. Quumq; ille reſpondiſſet, ſe tali pretio empturum etiam fuiſſe: Num uides, ait Ariſtippus, quòd non ego obſophagus, ſed tu auarus es? Sardanapali autem nota uita & inſcriptio ſepulcri. Pruſias Huiuſcemodi moribus fuit ille rex Bithyniæ Pruſias, in luſtris, propiniſq; ſemper agitans, ut tradit Liuius. Idem & Dionyſius tyrannus, quum Corinthi exularet. Fabius Gurges Apud Romanos uoraciſsimi memorantur, in primis Fabius ille Gurges Fabij Rulliani filius, qui ob deuoratum patrimonium nomen inuenit: ut autor Cæcilius. Apitius Apitius deinde qui, teſte Suida, longas regiones piſcium cauſa obibat. Clodius Albinus Maximinus imperator Clodius Albinus, & Maximinus imperator. Hic quadraginta carnis libras una menſa edebat. Ille Clodius centum ficedulas, centum perſica campana, totidem ficus Labicanas, & decem melones Oſtienſes: ut apud Spartianum legimus. Ante hos Lucculliana conuiuia & nomina cœnationibus adhibita, & ſæpe mille ex improuiſo exceptos hoſpites, turdosq; per æſtatem adpoſitos, iam qui legerit eius uitam, facile nouerit. Sed ad hæc uſq; tempora, is furor impenſarum penetrauit. Memoria patrum noſtrorũ Galeatius, Ioannis Galeatij primi Mediolani ducis pater, in filiæ nuptijs, ubi adfuit & Petrarcha poëta, ad centum millia nummum aureorum dicitur erogaſſe: conuiuis ad omnis intermiſſus ingentibus donis muneratis. Vidimus & ipſi præfectum urbis, Sixti quarti pontificis fratris filium, qui Friderici ducis Feretrani filiam duxerat, pop. Rom. ad nuptias inuitaſſe: theatro ligneo apud ædes Apoſtolorum cõſtituto. Sed hæc honeſtum ex parte tuentur. Illud ſanè Deo hominibusq; inuiſum, quod in Petro ordinis minorum cardinale ſancti Sixti cognouimus, duobus annis quibus ſub eodem pontifice in potentia uixit, trecenta aureorum millia in luxu nugisq; conſumpta. Secundis familiæ triclinijs, argentea ac epulas principales quotidie adhibitas. Verum horum memoriam facile obliterauit nouus nuper luxus Cæſaris Alexandri pontificisq; filij, qui quotidianis epulis ducentos aureos dicauit. Paraſitis quandoq; ueſtes duorum milium donauit. Exercitum inſuper non minus octo millium hominum alere continue, uiuente patre, ſolebat.

DE SVMPTIBVS ALIIS.

Alexandri tabernaculum

SEd quando cœpimus, ſumptus etiam non neceſsarios nonnullos repetam, quoſdam etiam liberales. Alexander Macedo præter patrimonium omne amicis donatum, tabernaculũ in itinere mirandum inſtituit: quod ad hunc modum Aelianus de uaria hiſtoria deſcribit. In eo lecti centum ſternebantur, aureæ columnæ uerticem ſuſtentabant aureum uarijs textum ornamentis. Perſæ in eo mille uocati Melophori à ſtolis melinis & purpureis conſiſtebant. Sagittarij mille Macedones, item quingenti cum ſcutis argenteis. In medio autem tabernaculo aurea ſella fuerat, ſuper quam ſedebat Alexander ſtipatoribus circumfuſus. Extra uerò in peribolo eius quo circundabatur, aderant Macedones mille, & totidem Perſæ. Muri Babylonii Sed & muros Babylonios bitumine conditos, duorumq; curruum inter ſe aduerſe concurrentium capaces. Templum Dianæ Epheſiæ à tota Aſia c x x. annis factum. Alexandriæ Pharum, Mauſoleum Artemiſiæ, reliquaq; orbis miracula, inter ſuperuacua poſuerim. Inſuper Athos ſolo adæquatus. Iſthmos perfodi à diuerſis cœptus, nec perfectus. Fucinus lacus x l. annis x x x. hominũ millibus exſiccatus. Totq; Thermæ & aquæ ductus à Romanis extructi. Villaq; Lucculliana ubi exciſo monte Euripus maris admittitur. Præterea Milonis æs alienum quem d c c. millia ſeſtertia debuiſſe Plinius tradit. Theatrum temporarium unius menſis cum columnis erectum. Poſtremo Neronis & Heliogabali dementia, quorum alter ſoleis multarũ argenteis, ac retibus aureis utebatur: præter domum Romam factam, & Milliariam porticum. Alter Heliogabalus nunquã lintea, aut ueſtem, aut mulierem iterauit, recte ſuperiori narratæ inſaniæ adijcientur. Quæ ſunt liberalitatis Ion Chius Illa uerò liberalitatis potius fuerint, quæ Athenæus commemorat de Ione Chio, qui uictor Athenis in tragœdia uiritim Athenienſibus Chiũ fictile diſtribuit. Tellias Tellia item Agrigentino, qui exceptos quondam hoſpitio milites exercitus patriæ, per brumam uiritim lorica & ueſte donauit. Atticus Atticus, Herodis ſophiſtæ pater, ut eſt autor Philoſtratus, mnam quotannis ex eius redditibus uiritim Athenienſibus teſtamento legauit. Superior ſanè Cæſaris teſtamento, qui & ipſe ſtipem ſigillatim pop. Rom. largiendam dimiſit. Nicomedes Attalus rex Vtrunq; tamen Nicomedis Bithyniæ & Attali Aſiæ regum tabulis præpoſuerim, quòd illi ſucceſſoribus carentes, regna Romanis dimiſerunt: hi uerò filios relinquentes quàmplurimis alijs benefici fuere. Iam uerò Beſtiæ Appiæ, & Fauculæ apud Capuam: ac Paulinæ apud Canuſium, in excipiendis Romanorum exercitibus liberalitatem ac ſumptus, qui Liuium legunt, facile noſcunt. Pop. Rom. Populus autem Romanus, teſte Plinio, ſtipem ſpargere cœpit Sp. Poſthumio, & Q. Martio conſulibus, tanta pecunia erat, ut eam L. Scipioni conferret, ex qua is ludos fecit. Portorijs quoq; & tributo plebes liberata, ut diuites conferrent oneri ferendo. Pauperes ſatis ſtipendij pendere ſi liberos educarent. autor Liuius I I. idem libro V I I. V. uiri mẽſarii Quinque uiros menſarios creatos dicit, poſt cladem à Gallis illatam, qui menſis in foro cũ ære poſitis ex publico, populum æris alieni onere leuarent. Cæſar Auguſtus Iulius Cæſar, & item Auguſtus Congiaria ſæpe populo dederunt quadragenos & quinquagenos nummos uiritim, Tranquillo teſte. Erat enim pecuniæ tum etiam eſculentorum diſtributio publica. Auguſti rurſus pietatem non præteribo. Is nanq; ex bonis damnatorum ſiquid pecuniæ ſupererat, in populi neceſsitate ob bella diſtribuit, cuius his qui in duplo cauere poſſent uſum gratuitum dedit.

DICTA CONTRA PRODIGOS AC SVMPTVOSOS.

Menander MEnandri ſenarios quatuor contra prodigos conuerti. Stulte ſua prodigentes uiri, cauſam dant omnibus audiendi male. Nam qui propriam uitam neſcit domi regere, quonam pacto hic alienam ſeruauerit? Zeno Zeno his qui prodigalitatem excuſabant, quòd ex his quæ ex neceſſarijs ſupererant, tantum prodigere diebant: Hoc pacto, inquit, ignoſcendũ & cocis, ſi ſalſa nimiũ ſint obſonia, quòd copiam ſe dicant habere ſalis. Socrates Socrates uidens quendam, ſine delectu & modo omnibus dantẽ ac gratificantem ait: Κακῶς ἀπόλοιο, ὅτι τὰς χάριτας παρθένους οὔσας, πόρνας ἐποίησας· hoc eſt, Male pereas, quòd gratias uirgines exiſtentes proſtitueris. Diogeni roganti quendam prodigum mnam: Cur me, reſpõdit ille, mnam rogas: alios uerò triobolos? At Diogenes: Quòd ab alijs, inquit, iterum ſpero, à te uerò non amplius.

DE VINO AC PRIMVM DE REPERTORIBVS EIVS.

NIcandrus Colophonius in carminibus uinum appellari dicit ab Oeneo qui primus muſtum in pateram expreſsit, uocauitq; ex ſuo nomine οἰνόν, id eſt uinum. Plato in Cratylo dicit Oenum uinum appellatum quaſi οἰόνησιν hoc eſt exiſtimationem, ſiue iudicio mentem replens. Alij uerò Icarum Penelopes patrem apud Athenienſes id reperiſſe, moxq; pœnas dediſſe, à colonis ebrijs interfectum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

interfectum.Propertius. Icare Cecropijs merito iugulate colonis.Nonnulli Dionyſium dicunt,cui nomen dicatum.Itali Saturnum,Hebræi ac ſacræ literæ Nocum. Athenæus autem ex autoritate Hecatei dicit uitem primum repertam apud Aetnam hoc modo. Oreſteus Deucalionis filius uenit regnatum Aetnam, & canis eius forte in eo loco ramum euulſit, quem iuſsit defodi,unde nata uitium germina, Oenumq; à canis nomine appellauit.Ex quo ueteres Græci uites,Oenas uocabant. Idem quoq; ex autoritate Hellanici dicit uinum apud Plithinã Aegypti ciuitatem fuiſſe repertum. Ideo Dion Academicus,
Aegyptii
Aegyptios philœnos,& philopotas eſſe dicit, inueniriq; apud eos pauperes qui uino careant,ex hordeo factum bibant quod
Zitus
zitum uocant.Quod uino ſint dediti,illud eſt argumẽto quod braſsicam omne ſerunt,quæ locũ uino dulciori procreando diſponit.Ex quo etiam Sybaritæ,ut autor eſt Taneus,ante potũ
Braſsica
braſsicam edũt.Eubulus in quodam loco dicit. Γυῶαι ῥάφανον μὲ νομίσασ᾽ εἰς ἐμὴν κραιπάλην ἐθέλειν ἀφεῖναι.Raphanum enim Græci ueteres braſsicam uocabant.Hæc Athenæus.

VINI PARSIMONIA APVD VETERES.

OMnino moderatus uini uſus laudatur, qui in tanta apud ueteres fuit obſeruantia, ut Heſiodus ſic ſcribat. τρὶς ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτρατον ἱέμεν οἴνου. Id eſt, Tris lymphæ partes quartæ fas addere uini.Et hoc etiam cum exhilaratur animus in feſtis fieri iubet.Athenæus etiã dicit Græcos duos uini cyathos ad quinq; aquæ dilutos bibere ſolitos, uel unam ad tres.Ex quo Nicolaus adludens ad Bacchum ait. χαῖρε πέντε καὶ δύω.Et Amepſias:Ego Dionyſius,inquit,omnibus uobis quinq; & duo. Apud Anacreontem inuenitur unum uini ad duas aquæ, qui & meracam Scythicam potionem uocat:ex quo Lacedæmonij quando uolunt meracius bibere
Scythizo
Scythizare dicunt,quòd Scythæ aqua minime in uino utantur. Eu
Tres tantum crateres.
bulus introducit Dionyſium, dicentem: Tris tantum crateras his qui ſana ſunt mente propino. Primum ſanitatis.Secundum uoluptatis.Tertium ſomni:ulterius probri eſt & luxuriæ. Idẽ ferè apud nos Apuleius. Qui fermè numerus ſacris etiam canonibus præſcribitur, qui prohibent ſacerdotes ultra tertium poculum attingere. Veteres Græci merum aquæ non aquam mero addebant ut facilius miſceretur,uini quàm minimum, ut autor Theophraſtus.Panyaſis qui de obſonijs ſcripſit,primam potionem diſtribuit gratijs,horis & Dionyſio. Secundam Veneri & item Dionyſio.Tertiam probro & damno.Sed & ad numerum & memoriam amicorum antiquitus bibebant,nonnulli gratiarum,aliqui muſarum. Vini parſimoniam paucitatemq; fuiſſe apud Romanos etiam illud eſt argumento, quod L.Papirius,ut ſcribit Plinius,in uictoria Samnitum uini pocillum Ioui uouit, & Galli apud Liuium uini dulcedine adlecti in Italiam ab initio traiecerunt. Et uini mercede Mezentius Turno contra Aeneam auxilium tulit.

DE ABSTEMIIS.

PLato de Legibus iubet pueros uſq; ad ætatem XVIII. annorum à uino abſtinere, quòd non ſit neceſſe ignem igni addere.Inde uerò uſq; ad XL.modice uti.Poſt eam ætatẽ ſe pluſculum inuitare,ad uitæ tædium leuandũ.Præterea mancipia omnia,fœminas,magiſtratus,oratores qui conſulunt Rei publicæ. Coniuges item primo nuptiarum die, reliquo etiam tempore modice dum proli uacant. Cui nocet uino grauem eſſe, partusq; ignauos reddit. Quod etiam probare uidetur Ariſtoteles, ubi dicit ebriorum genituram eſſe infœcundam. Item Plato uacantes doctrinæ & ſapientiæ à uino excludit, concedit nihilominus poſt annos XVIII. in feſtis tantum & ſacrificijs,cum ſenioribus licentius uti,ut mente exhilarati reliquo tempore ſe contineant. Romanis quoq; mulieribus ſimul & ſeruis interdictum. Aegrotis item.Cicero lib.IIII.de Natura deorum ait:Vinum ægrotis quia prodeſt raro, nocet ſæpiſsime:melius eſt non adhibere, quàm ſpe dubiæ ſalutis in apertum periculũ incurrere.Locrenſes Zephirij, ut eſt autor Locrenſes
Athenæus,ex lege Zaleuci uino uti capitale ducebant. Vt hodie quoq; Saraceni non tam ex lege Mahumeti, quàm ex anti Saraceni
qua gentis Arabumq; conſuetudine. Inter Romanos unus ex omnibus ſobrius Cæſar etiam inimici Catonis cõfeſsione apud Cæſar
Tranquillum. Inter Græcos Demoſthenes, quamobrem & Demoſthenes
moribus & orationis uehementia prælatus Aeſchyni ebrio fuit. Alexander in Proble. ait:Aquæ potores uiſu eſſe & cæ- Alex.in Problematis
teris ſenſibus acutiores, uinum nanq; copioſum ſpiritalibus uijs ſenſus magnopere obſtruere. Deniq; in noſtro dogmate nullũ celerius iter ad arduas uirtutes conſequendas quàm per uini carniſq; abſtinentiam, cum pluribus in locis ſacrorum uoluminum aquæ diuina ſapientia comparetur.

DE VIRIS CLARIS QVI VINO DEDITI FVERE.

VInum inſuper multorum egregias uirtutes legimus obſcuraſſe apud Athenæum. Inter quos Lyſander eſt dux Lyſander
Lacedæmoniorum, uir alioqui cæteris in rebus frugi.Antio- Antiochus magnus
chus magnus dies totos dormire ſolebat ob uinolentiam,ueſperi excitabatur. Ieiunus pauca uidere dicebatur, ebrius multa uaticinari. Ideo duos habuit regni rectores, Ariſtonem & Themiſonem Cyprios fratres, quos maxime amabat. Cum bellum cum Romanis ſumpſiſſet, captus amore puellæ Chalcidenſis cum iamiam pugnaturus eſſet,nuptias celebrauit,hyemeq; tota cum ea uino ueneriq; pariter indulſit.Ex quo ſuperatus aufugit Epheſum.Inter uini amatores etiam Demetrius qui Romæ obſes fuit.Itẽq; Olophernes Cappadociæ rex.Ale- Olophernes
xander Macedo ab ebrietate duos dies totidemq; noctes dor- Alexander
miebat,quare in re ueneria imbellis erat,quod teste Ariſtotele uinolentorum genitura aquoſa ſit. Theophraſtus quoq; ait eum haud bene circa ueneria diſpoſitum. Ex quo Olympias mater,ut ait idem Athenæus,queſta apud Philippum,ſcortum Theſſalicum pulcherrimum cum eo cubare iuſsit rem periclitando.Cœnans idem apud Mediam Theſſalum XX. conuiuis ſolus propinauit,totidẽq; ab eis pateras accepit, grauiſq; uino paulopoſt dormitauit. Ex quo Menander ait. Ἀλεξάνδρου πλέον πέπωκας τοῦ βασιλέως.Plus quàm Alexander rex bibiſti. Dario illi, qui magos ſuſtulit in epigrammate ſepulcri inſcriptum erat.ἠδυνάμην καὶ οἶνον πίνειν πολὺν καὶ τοῦτον φέρειν καλῶς. Potui, & multum uini potare & hoc probe
ferre. Vinolentus erat & Dionyſius minor tyrannus,ex quo Dionyſius minor
corruptos habuit oculos:auream coronam bibentibus propoſuit,quam uicit Xenocrates philoſophus. Alexander præmio etiam Indos, qui maximi potores erant, inuitauit. Quidam Choas dicitur bibiſſe, talentumq; tuliſſe, ac biduo tantum uixiſſe. Mithridates item polyphagiæ ac polypoſiæ argenteũ talentum propoſuit.Ex omnibus heroibus Neſtor ab Homero ponitur potor:& item Agamemnon ut οἰνοβαρής, id eſt,uino grauis ab Achille inceſsitur. Vt poëtas quoq; attingam, & alios uiros doctos, Anacreon & Alcæus lyrici & Ariſtophanes Comicus in ebrietate multa ſcripſere. Aeſchylus itẽ, ideo Aeſchylus
Sophocles cauillans in eum dicit.O Aeſchyle, εἰ καὶ τὰ δέοντα ποιεῖς, ἀλλ᾽ οὐκ εἰδὼς ποιεῖς. Si ea quæ conueniunt facis, non tamen cognoſcens facis.Timocreon Rhodius poëta ſimul Timocreon
& Athleta epigramma.

Τῆδε γε πολλὰ πιὼν καὶ φαγὼν, πολὺ κερτομέων δὲ
Ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.
Multa bibens tum multa uorans, male deniq; dicens

Multis:

Multis: hic iaceo Timocreon Rhodius.

Hactenus ex Athenæo. Plato in XI. legum ait Lydos, Perſas, Iberos, Thracas, Scythas, Gallos maximè uini potores eſſe, qui uel in ueſtibus uinum perfundere felix putant auſpicium. Lacedæmonij eundẽ calicem in cõuiuijs circum agere ac potare conſueuerunt, prius amicorũ, nomine inuocato cui bibere ſe dicebant, quod propoſim uocabant. Nonnulli gratiarum, alij muſarũ numero bibebant. Inter Romanos uerò (Ennius) idem ebrietatis uitium Ennio poëtæ tradunt. Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma uenerat. Præterea M. Antonio Triumuiro, M. Ciceroni M. filio, Catoni Vticenſi. Et (Nouellius Tricongius) apud Tranquillum in Tyberio: Nouellio Tricongio Mediolanenſi, tribus uno ſpiritu amphoris uini epotis. Mea uerò ætate Nicolao Pontifici, uiro alioqui laudatiſsimo. Erat enim apud ueteres quoſdam inſanos opinio, ut nihil niſi in uino præclarum ab ingenioſis aut poëtis ederetur, ut patet ex hoc diſticho Demetrij poëtæ:

Οἶνος τοὶ χαρίεντα φέρειν ταχὺς ἵππος ἀοιδῶν,
Ὕδωρ μὲν πίνων χρηστὸν ἂν οὐδὲ τέκης.
Dulce merum muſis equus eſt in carmine uelox.
Si quis aquam potas, nil bene parturies.

Quod omnino falſum, cùm plerunq; contra eueniat. Horatius: Abſtinuit Cerere & Baccho. Et Iuuenalis: Ac toto uinum neſcire Decembri. Et apud Plinium, Protogenes in Ialyſo pingendo plures dies lupinis tantum madidis uixit.

(Minos) Minos legem à Ioue accepturus, apud Homerum, nouem dies in cauerna ſumma eſt uſus abſtinentia: apud Hebræos Moſes dies quadraginta.

DE VINI IMMODICI DAMNIS.

IN eius malignitate illud in primis apud Athenæum legimus: Quod ſanos quidem homines inſanire facit, ſtulte loquendo, aut nihil reticendo: ex quo prouerbium apud ueteres, Οἶνος μὴ ἔχειν πηδάλια, uinum non habere calciamenta, quòd ebrius pateat, omniaq; tanquam ſpeculum reddat perſpicua. (Duo tripodes conſtituti) Vnde Tripodas duos conſtituere, Apollinis, & Bacchi. Nam ex tripode loqui dicimur, cum uera enarramus. Et uinum cùm uera loquitur tripodem proprie ueritatis habere dicebatur: hic ex ebrietate, alter ex uaticinio. Aeſchylus poëta ait, Aes formæ, uinum autem mentis ſpeculum. Et Dionyſius Liber ex eadem cauſa eſt appellatus. Hactenus Athenæus. Plato, mores cuiuſq; manifeſtari in uino maxime dicebat. Theognes:

Ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες
Γιγνώσκουσ' ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον.
Igne probant homines aurum argentumq; periti:
Aſt hominis uinum monſtrat aperte animum.

Plutarchus in libro de erudienda fœmina, Dionyſio, inquit, Lethargum & obliuionẽ conſecrabant, quòd in uino delinquentes officij penitus obliuiſcerẽtur, ac admonitionis egerent puerilis. Selerius. Quàm intolerabilis uir temulẽtus eſt aut iratus: ſemper enim ſecure agit apud ſeipſum, apud alios morbidus. Plinius. Vinum ad procinctum tendẽtibus (Androcides) impedimento eſt. Eodem teſte autore, Androcides ſcribit ad Alexandrum: Memẽto rex quum uinum potas ſanguinem (Cicutæ uenenum, uinum) terræ te bibiturum: nam cicuta homini uenenum eſt, cicutæ uinum: hoc eſt, uide quanta ſit uini uis, ut ueneni uenenum ſit. Nam & idem lib. XXV. dicit Cicutam uenenum eſſe: remedium antequam ſumatur bibere, quòd uini natura ſit excalfactoria. Hieronymus in epiſtola: Vinolentos ſacerdotes, inquit, & Apoſtolus damnat, & lex uetus dicẽs, Qui altari ſeruiunt, uinũ & ſiceram non bibant. Sicera enim apud Hebræos eſt omne quod adfert ebrietatẽ. Idem ad Euſtochium, Vinum uirginibus uenenum eſt. Ariſtoteles in Problem. ait: Pueros cum non minus calidi quàm uiri ſint, minus tamen ſitire: quòd ipſorum calor humidus, uirorum uerò ſiccus eſt. Idem in libro de ebrietate inquit, uinum paulatim epotũ minus capita tentare, quòd uis eius mora potationis frangatur. Dicit item ſeniores ac pueros citius tẽtari: hi exceſſu, illi defectu caloris, quaſi natura debilitata. Ex animalibus quoq; quoddam genus: tum coruos ex herba, quam Oenoctam uocant ebrietatem inducentẽ, adfici. (Oenocta) Pythecum etiã & clepſam bibere uinum. Ideo uenationes fieri ex Pythecis & coruis ebrijs: alteris ex herba, ex uino alteris. Ipſe quoq; uidi Romæ urſum ex Vrſinorũ ædibus cellas uinarias paſsim quas poterat per urbẽ ingredientẽ, doliaq; exhaurientẽ. Ebrietas igitur ſemper habuit adſertores ac dijs conſecrata. Nam & Romæ uinalia fiebant ſacrificia. (Vinalia) Athenis quoq; teſte Athenæo Dionyſia ludi erãt Gymnici in theatro in Bacchi (Dionyſia) honorẽ, ubi uinum circumferebatur, magnaq; bibẽdi licẽtia. Idem ait, libare pocula, quod dijs in primis debetur, Cortalum puerum Siculum primum amatoribus ſuis inueniſſe.

VINI MODERATI COMMENDATIO ET VTILITAS.

VInum Aſclepiades magnopere commẽdauit, nec ægrotis negauit, cuius proximã dijs naturam dixit. Eius laudibus & uirtutibus librũ etiam dicauit. Homerus. Οἶνον τε μάκαρες θεοὶ ἄριστον ἀνθρώποισιν ἀνασκέδασι μελεδώνας. Vt pellant homini curas dij uina dedere. Mneſitheus ait: Vinũ modice ſumptũ animæ corporiq; robur addere: Secus uerò præter modũ. Ideo Dionyſium medicũ uocant. Vnamq; ex eius nymphis Hygien ex ſanitate appellari. Socrates apud Platonem laudat uinum in conuiuio modicè ſumptum: quòd haud aliter quàm Iouis imber plantas leniter irrorãs uegetiores facit quàm impetu deſcendens: ita merum moderatum uirtutem excitare, alacrioremq; animum ad officia reddere, immodicum uerò obruere. Neq; enim pollincturæ funeralesq; epulæ alia de cauſa inuentæ, quàm ut per uini cibiq; recreationẽ, defuncti deſiderium ex eoq; mœſtitia comprimatur. Paulus Timotheo iubet, ut ſtomachi tenuis gratia modico utatur uino. Defectis autẽ inedia purgationibusq; conſumptis corporibus ſaluberrimum eſt. Inflammationibus omnibus inimicum. Omnino autem rarus breuisq; potus in tuto eſt: ex Hippocratis oraculo illo ἀδιψίη ἀνυπόθετος ἐστί, id eſt, nihil ſitire ſeu bibere nullam debet rationem. In hac enim re uoluptati magis aut conſuetudini quàm neceſsitati indulgemus. Hominem enim omnino potu poſſe carere docuit Iulius Viator eques Romanus, qui ob intercutis morbum nihil penitus bibere paulatim adſueuit. Viuit etiam Romæ nunc mihi notiſsimus, qui plures in anno impotus omnino tranſigit dies.

VINA LAVDATA AVT FACTITIA.

GRæca quondã uti nunc in pretio fuere. (Vina Græca) Eius cyathum tantum in conuiuijs, teſte Plinio, dabant. Methymnea in Leſbo. Maronea in Thracia quæ rubra erant, ut autor Homerus: uocat enim αἴθοπα οἶνον ἐρυθρόν. Aethopa uinũ rubrum. Quare Aethopa dicat, Athenæus declarat: quòd ſic uocetur unus ex equis Solis qui uim habet in fructus autumnales, præſertim uuas maturandi. Chia quoq; & Maruiſia ex monte in Chio inſula cognominata, quæ adhuc priſcũ retinent nomen. Ex Creta eius generis nunc optima ueniunt. In Italia palma Campaniæ regnoq; Neapolitano datur. Inter quæ Aminea præſtant nunc, uti ſuprà diximus, Seuerinatia dicta, deinde Setina, nũc Latina. Falernum & Calenum immutata natura ſoli deſierunt. Pompeiana prope Veſuuium,

nunc Græca appellantur: proxima in Hetruria Trebiana uocitata, deinde Geminianẽſia, quæ ambo in œnophoris amphoriſq; translata fiunt præſtantiora, ac longius exportantur. Lucenſia nigra molliſſima firmaq;. De uino factitio Factitio inſuper uino ex frugibus præparato diuerſis modis multi utũtur populi, diuerſis etiam nominibus. In Aegypto Zithũ appellant, ut ait Columella, in Hiſpania Cerea, in Gallia Ceruiſia, ut Plinius libro XXIII. quæ adhuc uulgò retinent nomina.

Mulſum quoq; ex melle & aqua, cuius loco noſtri medici Ioleb barbaro nomine utũtur è Saccaro liquido loco mellis præparato. Aqua mulſa alſioſis prodeſt, & his qui ſunt humilis & præparci animi, quos Græci μικροψύχους uocãt. Plinius. Mulſo item Pollio Romulus dixit Auguſto ſe centeſimum annũ proſpera ualetudine ſuperaſſe. Paſſum ex uua fit quæ diutius in uite ſolem paſſa durauit, unde nomen ei ut autor Varro. Græce γλυκύ. Sapa ad ſecundam partem muſtum decoctum. Defrutũ ad tertiam. Murinum ex unguento uinum præparatũ, ut etymum demonſtrat ἀπὸ τοῦ μύρου. Quod apud Plautum pro dulci ponitur, ac inter uini delicias. Quomodo item præparetur Cydonite, Apite, Daphnite, Cedrinum, Cypariſſinum, aliaq; complura: uide apud Græcos Dioſcoridem, apud Latinos Columellam.

DE FRVGALITATE ET ABSTINENTIA DICTA NOBILIVM AVTORVM.

SOphoclis primũ quatuor ſenariolos ad hoc propoſitum conuerti. Quotquot philoſophantes excudunt aliquid, Ante omnia uentri ut dominentnr decet. Quo ſine nihil eſt pulchrum dicere aut facere. Magiſtra conſiliariorũ eſt frugalitas prudẽtium. Xenophon Xenophon in primo Commen. de Socrate loquens, Diæta animum corpuſq; inſtruxit, minimoq; uiuebat ſumptu, pane tantũ cum lacte ueſcebatur: uocatus ad cœnam (quod difficile pleriſq;) ultra neceſſitatem nõ edebat, nec extra tempus. Cur putatis, inquit, Circen ſocios Vlyſſis in porcos uertiſſe, niſi ob incontinentiam fictum eſſe, qua illi in hoc cibi genere uſi fuere: Vlyſſem autem cõtinentia uſum monitu Mercurij minime mutatum fuiſſe? Dicebat præterea abſtinendum eſſe à uenereis, quibus qui tangerẽtur, non facile ſapiẽtia poſſe uti. Muſonius Muſonius de cibis ſolebat ſæpe diſſerere ualde quidem ordine, ut de re non admodum parua. Putabat enim cibi potuſq; cõtinentiam, principium ferè totius ſapientiæ. Et ea quæ inuentu ſunt facilia ac omnibus in promptu, pluris eſſe facienda in uſu, quàm quæ precioſiora remotioraq;, nec animalibus his præſertim ueſcendum, quæ utilia ſunt uitæ humanæ. Promptiſſima eſſe dicebat omnia quæ igne non egerẽt, ut caſeum, mel, lac, fructus pro tẽpore: præterea olera, cerealiaq; omnia etiam cocta. Carniũ omnino cibũ abominabatur, ferarumq; potius dicebat eſſe, quàm hominum. Deinde ob grauis cibi ad ſuperna euaporationem grauare ac à ſapientia retrahere. Oportere hominem more deorum terreſtrium, quibus cõſanguineus eſt, leuiſſimo ſimpliciq; uti cibo. Nam & illi aquæ ac terræ humore nutriuntur tantum. Sed eò uenimus delitiarum, ut artem huic uoluptati adhibeamus, ſcriptiq; de gula & obſonijs libri reperiantur. Igitur Zeno ſapientius, qui nec in morbis putabat nihilominus utendũ eſſe delicijs ciborum, quàm utãtur ſerui qui his carerẽt, quibus turpe putaret in hac parte inferiorẽ eſſe. Neq; indulgendũ ſibi uel tantiſper in hac re exiſtimabat Voluptas aut blandiendũ, quod huiuſcemodi eſſet natura uoluptas, ut paulatim illecta & ſubrepens quotidie maiores campos acquirat, priuſq; totũ occupet, quàm ex parte ſentiatur. Hæc Pythagoras ille. Pythagoras dicebat hominẽ ex homine non alta cogitare, hoc eſt hominem incontinentẽ & luxui deditum. Totius enim honeſti ducem & fundamentũ continentiæ, laborem in primis eſſe. Anaxagoras Anaxagoras apud Diogenẽ. ὁ ἐλαχίςων μὲν δεόμενος, ἔγγιςα ἐςὶ θεοῖς. ἥδιςα ἐσθίων, ἥκιςα ὄψου προσδεῖται. Qui minime indiget, dijs proximus eſt, Qui ſuauiter edit, minimũ eget obſonij. Charis poëta Charis poëtæ quatuor item ſenarios lepidos cõuerti, Ventris habenas oportet tute regas. Solus enim accepti nunquam habet gratias. Pluſq; neceſſe quàm ſit ſemper expetit. Huic indulgens malorũ ſentiet mala. Plinius hanc furatus, Venter ait inſtat ut creditor, nec accepti gratiã habet. Anacharſis Anacharſis Scytha apud Ciceronẽ. Mihi pulpamentũ fames, cubile ſolum, ueſtis Scythicum tegmen. Epictetus Epictetus apud Arrianum. Quòd ſi te uoluptatis phãtaſia forte rapuerit, eam alijs dele phãtaſijs, ut ſpatio interpoſito diuertas. Reminiſcere utriuſq; tẽporis, cum uidelicet uictum quãdoq; à uoluptate magnopere te pœnituit: & cum abſtinueris, magnum fuiſti gaudium adſecutus. Si autẽ uoluptas aderit tolerabilis, ea ſic utere, ut tui ſis compos, habenaſq; manibus teneas. Epicurus Epicurus apud Diogenẽ frugalẽ uictum pane aquaq; contẽtus amabat, non ut aduerſus uoluptati, ſed quòd maiorẽ uoluptatem in minima uictus cura reperiret. Sumptus enim & delicias animi dolores ac moleſtias gignere. Idem dicebat gratias naturæ agendũ eſſe quæ neceſſaria fecit ut eſſent præſto parata omnibus, nõ neceſſaria autẽ inuentu difficiliora. Euſebius Euſebius: Continẽtia corporis ualetudinẽ conſeruat, & animi pudicitiã. Pudicitia uerò quietã præparat uitã. Hieronymus Hieronymus ait, Athletas qui multa ueſcũtur carne non diu uixiſſe. Plutarchus Plutarchus περὶ τῶν ὑγιεινῶν παραγγελμάτων. Vinũ enim & caro uires quidẽ maiores faciunt, uerum mẽtis impediunt actiones. Idẽ. Si ad bellum eligere uelimus uirũ à quo maxime ſeruemur, cum minime indulgentem uino ſomnoq; ac cibo eligamus: uel ſi in morte liberos noſtros ac uirgines alicui cõmendare, huiuſcemodi uiro nõ autem ſeruo cõmittamus. Incontinentiũ hominum diuerſa ab auaris ratio: hi ex iniuria aliorũ ſibi utilitatem adferũt, illi & alijs nocent & ſibi multo magis, ſi nocere eſt nõ ſolum domum ſed proprium corpus corrũpere. Igitur abſtinentiam fundamentũ totius uirtutis exiſtimare oportet, ſine qua nec honeſtum aliquando aut meditari aut agere poſſumus. Deinde paulò inferius. Neſcis quòd qui dulce bibũt, aut edunt, minimũ obſonij aut potus indigent. Validiores quanquã natura debiles ſunt, corpus per cibi abſtinẽtiam curãtes, quàm qui robuſti per luxum naturã debilitantes. In rebus autẽ publicis quis conſilio utilior, quis commodior? In bello quis inexpugnabilior, obſidionẽq; pati aptior, qui paucis eget an qui multis ad uictũ? Sic igitur exiſtimo, diuinũ eſſe illud quod nullius indiget, proximũ huic qui paucis. Ad Latinos ueniã. Cicero Cicero de officijs. Si cõſiderare uelimus quæ ſit in natura excellẽtia & dignitas, facile perſpiciemus quàm ſit turpe defluere uitijs, & molliter ac delicate uiuere, quamq; pulchrũ continenter, caſte, ſeuere, ſobrie. Idẽ pro Flacco, Hæc animi magnitudo in maioribus noſtris fuit, ut in priuatis rebus minimo cõtenti eſſent, in imperio atq; in publica dignitate omnia ad gloriã & ſplendorẽ reuocarent. Quæritur igitur in re domeſtica cõtinentiæ laus: in publica, dignitas. Et alibi, Populus Ro. publicã munificentiam diligit, priuatã odit. Idem cœnas aut cõuiuia frugi, Phiditia Lacedæmonia Phiditia uocat more Lacedæmoniorũ, quorum frugalis uictus & apparatus erat, ἀπὸ τοῦ φείδεσθαι, id eſt, parcere. Cœnæ antelucanæ Cœnas autẽ ſumptuoſas antelucanas appellat. Hieronymus Hier. cõtra Iouinianũ. Non poſſumus è delicijs trãſire ad delicias, hic uentrẽ implere, illic mentẽ. Miſeriæ nanq; delicijs, & deliciæ miſerijs cõpenſantur. Adamus donec ieiunus, in paradiſo fuit: ſatur eiectus eſt. Et qui uirgo permãſerat, uxorem ſubito duxit. Moſes ieiunus in monte legẽ accepit. Populus uerò ſatur uitulum cõflatilẽ fecit, ſeditq; mãducare & bibere, & ſurrexit ludere.

Acab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Acab rex impius euerſionẽ domus, Niniuitæ iram Dei ieiunio uitarunt. Anna uxor Helcanæ inanem cibo uentrẽ filio meruit impleri. Daniel ieiunus reſponſa Dei accipere, lacumq; leonũ ſuperare meruit. Ipſe deniq; Chriſtus baptiſmũ antea XL. dierum ieiunio celebrauit. Ambroſius: Lothus Sodomitas ſobrius uitauit. Idem ebrius filiabus concubuit. Noeus in arca ieiunus ſeruatus eſt, extra uerò potãs perijt. Idem in epiſtolã ad Corinthios. Qui ab illicitis abſtinet, laudem habet: qui à licitis, præmium quærit. Idem in Apologia, Cogitur ſummopere ut qui ſe illicita cõmiſiſſe meminerit, à quibuſdã licitis ſtudeat abſtinere. Dauid quondã alienam cõiugem cõcupiuit, poſtea ſitiens uehemẽter aquam deſideratam expauit, quam ſciebat à tribus fortibus uiris cum uitæ diſcrimine apportatam: exemplum ſimul dando, ut exercitus etiam ſitim tolerare diſceret, ac ne cui regum bibendi uſus alienis periculis eſſet. Gregorius in Moralibus triplicem ponit gulæ exceſſum. Quãdo hora præuenitur, Quãdo lautiorem appetit mẽſam, Quando cibos quoſcunq; nimio cupit ſeu uorat appetitu. Quibus omnibus uetus nobis lex exẽpla proponit. Primum in Ionata primi Reg. XIIII. Secundum in Iſraëlitis, Numeri XI. quãdo carnes appetebant. Tertium in filijs Heli, primi Reg. II. quum ollas carnium deuorarẽt. Auguſtinus in ſermonibus, Qui enim ſic à carnibus abſtinet, ut alios cibos ſumptuoſiores appetat, nõ abſtinere uidetur, ſed luxuriam mutare. Quod igitur de ſolito ſumptu ac cibo lautitiæ remittitur, id egẽtibus diſtribuatur. Præterea auiditas nimia exſaturatioq; cibi qualiſcũq; fugiẽda. Eſaus enim primogeniturã non ob offam aut lautũ cibum, ſed ob lentem perdidit. LEGES ſumptuariæ ex hoc conditæ. Primam dum Cato cenſor eſſet tulit C. Orchius Trib. pleb. de ſenatus ſentẽtia, qui numerum conuiuarũ præſcribebat, & ut ianuis cœnarent patẽtibus: ex quo Iuue. Quis fercula ſeptẽ Secreto cœnauit auus? Poſt hãc annis XXII. Lex Fannia ſubſecuta non conuiuis tantum, ſed cõuiuijs quoq; modum ſtatuebat uſq; ad aſſes centũ. Lex Didia deinde non ſolum Ro. ſed etiã Italiã his legibus ſubiecit. Licinia quam Craſſus diues tulit, erat: ut Calẽdis, nonis & nundinis cuiq; liceret XXX. tãtum aſſes in cibis cõſumere. Reliquis autẽ diebus ne amplius adponeretur quàm carnis aridæ pondo tria & ſalſamentorum libra: & quod è terra, uite, arbore'ue natũ eſſet. Leges etiã in hac re tulere M. Lepidus & Antiſtius Reſtio, quæ minime ſeruatæ. Reſtio tãtum ne ſuæ aduerſari uideretur, quãdiu uixit foris minime cœnauit. Sylla uerò pretiũ rebus uænalibus imminuit. Licinius Stolo, ne quis plus quingẽtis agri iugeribus poßideret. C. Oppius ornatus mulierũ compreßit. Deinde per Val. Flaccum Cenſorẽ abrogata, Catone collega cõtradicente. Lege Cincia, munera, & dona ſunt prohibita, quòd miſera plebes iã uectigalis ſenatui eſſe cœperat, ut autor Liuius lib. XXXIIII. Res igitur hæc non animos tantum, ſed corpora quoq; magnopere iuuat: ut ex his patet qui ex abſtinẽtia diu ualentes uixerũt. Apud Philoſtratũ ponitur Porus rex Indorũ longo robore mirandus, tantum aqua & pane ſe ſuſtẽtare ſolitus. Maſiniſſa rex, teſte Cicerone, iã nonagenarius ſine pulmẽto uictitabat. Mithridates iã ſenex & ipſe detecto capite, ac pedibus in uenationibus ſeſe exercebat, minimeq; accũbere, ſed ſtans ueſci ſolebat. Viriatus Luſitanus, cui Romanis toties reſtitit, ubi bellũ cœperat, neq; accũbere neq; in lecto dormire niſi eo confecto cõſueuit. Annibal, teſte Liuio, neq; ſomni habuit diſcriminata aut certa tẽpora, ſed quæ tantum à negotijs ſupereſſent. Auguſtus, ut eſt autor Trãquillus, facilis ac breuißimi cibi fuit, ſæpeq; ad medias epulas ueſcẽtibus iam cõuictoribus ueniebat, eisq; relictis ſæpe primus è mẽſa ſurgebat. Lacedæmonij ex Lycurgi legibus nullã abſtinentia potiorẽ habuere diſciplinam. Apud quos, ut autor eſt Athenæus, mos fuit: ut Ephori corpora iuuenũ nuda dies aliquot inſpicerẽt, ſi quid in his inuſitatæ pinguedinis & inhabilis ad certamina gymnaſiaq; eſſet, uictus abſtinentia & exercitatione caſtigari iubebãt. Idem ſcripſit Dionyſiũ Heracleotam tyrannũ uaſtam obeſi corporis craßitudinẽ, partim abſtinẽtia, partim crudis adpoſitis noctu lateribus dũ quieſceret humorẽ paulatim exhauriẽtibus emendare ſolitũ. Diodorus Siculus eſt autor Aegyptiam iuuentutẽ ex lege Amaſis regis breui cibo adſuetam, nec prius ueſci quàm CLXXX. ſtad. percurriſſet. Platonẽ frugalibus etiam cœnis uti cõſueuiſſe autor eſt Cicero in Tuſcul. Timotheus, inquit, cum apud eum cœnaret, cœnæ tuæ Plato nõ ſolum in præſentia, ſed etiam poſtero die iucũdæ ſunt. Idem & Plutarchus repetit in tractatu de præceptis bonæ ualetudinis. Chriſtianorum autẽ exempla ſuperuacuum recẽſere. Hieronymus ipſe ſit ſpectaculo quanã uitæ duritie annos prope XC. tolerauit. Hilarion XV. primũ aridis ficubus ac modico poſtremo pane, decrepitos uidit incolumis annos. Nec defuere noſtro ſeculo quos in hac uirtute prioribus obijcere poſſumus. Nicolaus quidã inter Heluetios in receſſu nemoris degere paucis ante annis dicebatur, ſine ullo penitus cibo, cõſpicua ſanctitatis fama. Peruſiæ quoq; Colũba uirgo ſanctiſſima ante hos annos deceßit, quæ cõſtituto uirginum cœnobio, præter aliquid fructuũ aut pomorũ idq; raro, nihil uiſa eſt edere: quam etiam miraculi gratia Alexander Pontifex dum in eam ciuitatẽ ueniret, adire, ac ſalutare uoluit. Sed hæc diuinæ quis tribuat opi aut muneri. Illud ſanè nõ minus admirandũ, quod ex ipſo naturæ prouenit robore, aduenam quendam anno Iobilei à Nicolao V. celebrato Romã ueniſſe, iuſſuq; Pontificis cuſtodiæ traditũ, quòd fama eſſet cum nũquam edere: poſt octauum tãtum diem cibum petijſſe: edentem haud ſanè multum: aliquot uiri nobiles ſimul & matronæ, inter quas mater noſtra fuit, quæ mihi hoc retulit, ſpectauere. Ad ieiunium & ſtomachi inanitatem panis recẽtis à furno olfactum magnopere facere compertum. Quo uſus Demetrius Cydonius uir Græcus doctrina atq; abſtinentia ſingulari, multorum dierum famem tolerare uiſus fuerat.

Ambroſius

Triplex gulæ exceſſus

Leges ſumptuariæ

Exempla frugalitatis

Porus rex

Maſiniſſa rex

Mithridates

Viriatus Luſitanus

Auguſtus

Lacedæmonii

Dionyſius

Plato

Hieronymus

Hilarion

Nicolaus Heluetius

Colũba uirgo

DE RISV ET FLETV.

Riſus ac fletus indices etiam modeſtiæ, ac duo humani adfectus intrinſeca ſigna, contraria quandoq; aguntur natura ſapienti, ut in rebus mœſtis rideamus, in lætis interdum ploremus, ut ait Vergilius.

Spem uultu ſimulat, premit altum corde dolorem.

Alexander (teſte Plutarcho) initurus prælium cum Dario periculoſißimum, ubi de ſumma rerũ agebatur, ut animi fiduciam oſtenderet, inter familiares paulò ante iocabatur.

Alexander

Scripſit Liuius, cùm Carthaginiẽſes aduenìẽte tẽpore quo Romanis penderẽt tributum, mœſti omnes & lugẽtes erãt, ſolus Annibal riſit, quod iã ab initio præuiderat calamitatẽ, cùm factio Barchina ei ſupplemẽta in Italiã mittere negaſſet.

Inuẽtus itẽ Romæ in Theatro, teſte Plinio, gladiator, qui cùm ſub alis uulneraretur, ubi ſenſus titillatio eſt, ridẽdo moreretur. Brutus Romæ frequẽti riſu ſimulauit inſaniam.

Democritus quoq; perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat, quẽ Abderitæ ut melãcholicum curaturi Hippocratem accerſiuere. Qui ueniens nõ inquit, Democritus delirat, ſed præter alios lõge ſapit. Ridebat enim ſecũ hominũ ineptias.

Democritus

Greg. in Dialogo ait: uirũ quendã alioqui ſanctißimũ, uitio tamẽ nimij riſus teneri, nec uincere ullo pacto naturã potuiſſe: reſponſum tandẽ, diuinitus id ei permitti, ne reliquis eius ac claris actionibus extolleretur. M. Antonius triũuir licet in mole bellorũ ciuiliũ magniſq; periculis uerſaretur, etiã in ipſa fuga nunquã iocos aut ſolitos riſus luſuſq; intermiſit. Eiuſdem penè & Demetrius Poliorcetes naturæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

De uituperatione riſus

His etiam proximis annis Alexãder Pontifex. Dion in Moralibus ait, Riſus continuus & magnus apud amicas & pueros impudẽtes reperitur. Ego uerò multo magis hominẽ ornari lacrymis puto quàm riſu. Nam in his maximè morũ oſtenditur diſciplina, in illo uerò intemperantia. Præterea flẽs nullũ prouocat ad ſui cõtumeliam, ridẽs auget. Ephrẽ Syrus, grauis autor atq; ſanctus, de riſus uituperatione ſcripſit: ubi ponit nequaquã cum ad hominẽ ſapientẽ pertinere, bonaq; animi euacuare, intemperãtiam augere, temeritatem adrogãtiamq; alere. Dicitq; dominũ nunquã riſiſſe, fleuiſſe autẽ quandoq;. Sed neq; apoſtolos. Salomõ quoq; adcedẽdum ad domũ luctus potius quàm lætitiæ iubet: quòd in ea finis cunctorũ admonetur hominũ, & uiuens cogitas quid futurus ſis. Baſilius in Hexameron. Iocus ſiue riſus mollem efficit animã, ac in diuinis præceptis negligentem, ut ne admiſſorum præteritorũ facile reminiſci ſinat. Præterea bonis omnibus priuat. Auguſtinus. Puer à fletu incipit propheta futuræ calamitatis, lacrymaſq; fundit nõdum loquẽtis miſeriæ teſtes. Simile huic Plinius. Homo inquit, à fletu uitã auſpicatur.

L. Craſſus Agelaſtus

Inueniũtur qui à riſu omnino tẽperãt: ut L. Craſſus pater Craßi diuitis ſemel in uita traditur riſiſſe, ex quo Agelaſtus cognominatus. Cato ſenex nũquam. Philippi Cæſaris filius in hoc etiam ſeuerißimus, patremq; in Theatro quondam liberius ridentem dicitur rigido uultu reſpexiſſe.

De laudibus fletus

Fletum autem & eiulatum de mortuis, præſertim uiris, prohibitũ eſſe lege XII. tab. Cicero teſtatur. At noſtri magnopere collaudant. Lacrymæ, inquit Chryſoſtomus cœlum pulſant, crimina delent, conſcientiam lauant, homines deniq; Deo proximos faciunt. Gregorius in L. Regnum cœleſte Deus noſtris fletibus uult rapi, quod meritis non debetur.

Ambroſius in Lucam. Si ipſe flebis, minime fleberis. Auguſt. de Pa. Qui ſe per cordis impuritatem inquinauerunt, oportet lacrymis ſaltem mentis abluantur: nec eſt quòd doleat fonte lacrymarũ carere cum in rerũ amißione & calamitatibus eiulet. Ambroſius item in epiſtola. Vnica ad ſanitatem perfectamq; ſapientiam uia, lacrymarum gratia.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM

LIB. XXXIII.

DE SCIENTIIS CYCLICIS. ET PRIMVM DE GRAMMATICA.

Etymologia
Analogia

GRAMMATICAE ratio apud Velium in tris omnino diducitur ſpecies, Etymologiã, Analogiam, & Orthographiam. Etymologia eſt uerborum in uſu credibilis enũtiatio. Vnde ab Etymo, id eſt uerò, nomen ſumpſit. Analogiam Græci ſic definiũt. Συμπλοκὴν ἀκολούθων. id eſt, connexum orationum conſequentium. In declinatione partium orationis Ariſtophanes grãmaticus quinq; obſeruationes tradit, per quas poſſent inueniri ſimilia. Vt eiuſdẽ ſint generis, caſus, exitus, numeri, ſyllabarumq; ſoni. Vt canis, funis, finis: Legere, credere, reddere, & his ſimilia. Ariſtarchus his adijcit differẽtiã: ne ſimplicia cũ cõpoſitis cõparemus. Alia grãmaticæ diuiſio quadrifariã, in literas, ſyllabas, dictiones, & orationes. Nam de orthographia quæ eſt recte ſcribẽdi ratio, poſtremo loco dicã.

DE LITERIS.


Literarum inuentores

Literas alij aliũde ducũt. Plinius Aſſyrias eſſe, quod Epigenes Babylonius obſeruationes ſyderũ annorũ LXX. miliũ lateribus coctilibus inſcriptas tradit. Diodorus Aegyptias à Mercurio. Plato à Teutate quodã Aegyptio Deo repertas, Quidã è Phœnicia Cadmum eas adduxiſſe numero XVI. Quibus Troiano bello Palamedem addidiſſe quatuor, θ. ξ. φ. υ. Totidem quoq; poſt eum Simonidem Melicum, ψ. ζ. η. ω. Quarum omnium uis ſimul & character in noſtris cognoſcitur. Ariſtoteles XVIII. teſtatur & duas ab Epicharmo additas. De Phœnicibus etiam Lucanus adfirmat.

Phœnices primi, famæ ſi credimus, auſi
Manſuram rudibus uocem ſignare figuris.

Eupolemus apud Euſebium primam literarum inuentionem Moſi tradit, qui ætate ſuperior Cadmo fuit. Itaq; ex Iudæis, qui ijdem cum Syris ſunt, ad Phœnices deueniſſe. Philo Abraamo tribuit, qui Moſem etiam longè præceßit. Ioſephus uerò multo antiquius ad Adami filium Seth gloriam hanc refert, qui ait in primo antiquitatũ, in duabus cum columnis rerum cœleſtium diſciplinã conſcripſiße. Græcis uerò dicit nullum fuiſſe literarũ uſum ante bellum Troianum aut Homerum. Sed hoc manifeſto falſum Euſebius eſſe oſtẽdit in Præparatione euangelica, ubi ante Homerum Linum ponit, Philemonem, Thamyram, Amphionẽ, Orpheum, Muſeum, Epimenidem, Ariſteum, Sybillam. Diodorus item Aethiopum literas antiquißimas facit, ab hiſq; dicit Aegyptios ſuas ſumpſiſſe. Græcas uerò ueteres fuiſſe eaſdẽ penè, quæ Latinæ nunc ſunt: indicio eſt Delphica tabula ænea quæ Romæ in palatio Mineruæ dicata in bibliotheca conſpiciebatur Plinij (ut ipſe teſtatur) temporibus, In Latium attulerunt Pelaſgi ubi diu incorruptæ permanſerunt. Deinde à Latinis interpolatæ, poſtremo per inſecutã barbariem Longobardorum corruptæ, ut in eorum adhuc monumentis ac libris uidere licet. Idem ut in noſtris ſic in Græcis accidit fatum, proximo Illyrico literas eorum corrumpente. Quapropter in hunc uſq; diem Delmatæ & Illyrici his utuntur characteribus, quos à Græcis acceptos dehoneſtauerunt.

Igitur Catalecti VII. totidemq; literarum genera repe- Catalecti
riuntur. Aſſyrij ſiue Babylonij, ut diximus, antiquiores. Deinde Arabes: Iudæi non ualde ab Arabibus charactere literarum linguaq; diſtantes, Aegyptij uerò & Aethiopes quãuis antiquißimi: alteri tamen figuris animalium aliarumq; rerum, uerius quàm literis, quas hieroglypha uocãt, nulli adhuc cõperta: Aethiopes uerò Babylonijs literis ſunt uſi uſq; in hodiernum diem. Poſt hos Græci, deinde Latini. Poſtremo Dalmatæ ex corruptis (uti ſuprà diximus) Græcis. Vi- Hieroglypha
di etiam Armenica libros lingua cõſcriptos: qui tamen cum Chaldæis ferè conueniunt in paruo diſcreti. Saraceni item hodie Tartari ac Turcæ quamuis diuerſo inter ſe paululum catalecto, Arabicis tamen omnes utũtur literis. Turcæ etiam Græcis quibus dominantur, Sicuti ex epiſtola ad Innocentium Pontificem proximis annis indicatur. Sed & refoſſa nuper Volaterris multa ueterum Hetruſcorum monumenta cum literis Hetruſcis, quæ olim Liuio, Plinioq; teſtibus apud Rom. in pretio fuere: nunc autem penitus incognitæ. Ex his igitur unam ponere ſtatuæ inſcriptionem mihi uiſum eſt.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

DE SYLLABIS ET PEDIBVS.

QVum igitur literæ inter Vocales Conſonãtes & Liquidas diſtinctæ ſint, Græci indifferentes habent, α. ι. υ: longas, η. ω: breues, ε ο. Nos autem noſtras indiſcretas.

Syllabæ item Breues, Longæ, Dichronæ.

Pedes ex his qui certis menſuris & tẽporibus terminantur, paucißimi ex duabus, maiores ex ſenis ſyllabis. Vniuerſi autem numero XXVIII.

Ex his diſſyllabi quatuor: Pyrrhichius ex duabus breuibus: Spõdæus ex totidẽ lõgis: Iambus ex breui & lõga: Trochæus (quẽ Chorion uocant) ex lõga & breui. Triſſyllabi VIII. Dactylus ex lõga & duabus breuibus: Anapæſtus ex duabus breuibus & longa: Creticus ex lõga breui & longa: Amphibrachus ex breui & lõga & breui: Bacchius ex duabus longis & breui: Antibachius ex breui & duabus longis: Moloſſus ex tribus longis: Tribrachus ex tribus breuibus.

Igitur ſimplices duplicati faciunt cõpoſitos pedes ſexdecim, qui ſunt hi. Ex ſpondeo & pyrrhichio Ionicus ἀπὸ μείζονος, id eſt, à maiore: ex pyrrhichio & ſpondæo Ionicus, ἀπὸ ἐλάσσονος, id eſt, à minore: ex chorio & iãbo Choriãbus: ex iambo & chorio Antiſpaſtius: ex trochæo & pyrrhichio Pæon primus: ex iambo & trochæo Pæon ſecundus: ex pyrrhichio & iambo Pæon tertius: ex duobus trochæis Ditrochæus: ex duobus iambis Dijambus: ex duobus ſpondæis Diſpondæus. Ex duobus pyrrhichijs Proceleumaticus: ex iambo & ſpondæo Epitritus primus ex trochæo & ſpondæo Epitritus ſecundus: ex ſpondæo & iambo Epitritus tertius: ex ſpondæo & trochæo Epitritus quartus.

Syzygia

Ergo cum unus pes ſimplex bis poſitus compoſitum pedem fecerit: Græce συζυγία, Latine Coniugatio dicitur.

Hi rurſus cum duos ſimiles pedes iungunt, ταυτοποδία, id eſt, Tautopodia, cum diuerſos Diopodia dicitur.

Monometron Dimetron Trimetron Tetrametron Pentametron

Hi igitur præter dactylum uſq; ad pentametrum procedunt. Eſt enim prius Monometron habens duos, Dimetron quatuor, Trimetron ſex, Tetrametron octo, Pentametron decem. Qui omnes greßibus alternatim quaſi incedunt, & per uerſus mouentur.

Sublatio Depoſitio quadruplex

Hic eſt motus & ingreßio quam Græci βάσιν uocant, quæ Sublatione conſtat & Depoſitione: ut, armaui: ar ſublatio eſt temporis unius. maui depoſitio temporum duum.

Pedes qui ex utraq; parte paria tempora habent πάρισοι, qui inæqualia πέρισσοι uocantur.

Brachycatalectum

Depoſitionis genera quatuor: Aut enim Brachycatalectũ quando pes deficit, ut in dimetro. Quis hic manum tenet.

Catalectum

Catalectum quum ſyllaba tantum deficit: ut, Quis hic manum tenebat.

Acatalectum

Acatalectum quum nihil deeſt carmini: ut, Quis hic manum tener capit.

Hypercatalectum

Hypercatalectum quum ſyllaba tantum excedit: ut, Quis hic manum tener decorat.

Has omnis ſpecies inueniemus in his metris, quæ per ſyzygias ingreßionẽ habent. In dactylico autẽ cui nec pes neq; ſyllaba poteſt in ingreßione deeſſe: quippe cũ eius ſimplicibus pedibus baſis cõſtet, non niſi acatalectũ inuenire poterimus. Ideo in dactylico ſolo ſimplicibus pedibus ingredimur, quoniã & dactylus & ſpõdæus æqualitatẽ temporũ habent, alij uerò pedes ſyzygias diuerſæ poteſtatis. Spondæus enim ratione tẽporis in dactylum reſoluitur. Ideo indifferẽter u-terq; ponitur, præterquã in fine tantum ſpõdæus euphoniæ gratia, ne uelocitas ſequẽtis carminis per dactylũ impediatur. Quandoq; tamẽ dactylus ponitur in fine uocaturq; carmen acatalectũ, ut cui nihil ad perfectionẽ deſit. Virgilius,

Inſeritur uerò ex fœtu nucis arbutus horrida.

Hypercatalectum uerò aut brachicatalectum nunquam.

Metrum

METRVM idem & Verſum & Syllabã dixerunt. Ex quo Hexametron Pentametron Trimetron. Ergo & ſyllaba à quo pes, & pes à quo ῥυθμὸς, rhythmos à quo cõma, uel colon à quo uerſus naſcitur, Metrum dicimus.

Rhythmus

Inter Metrum & Rhythmũ hoc intereſt, quòd metrum circa diuiſionem pedum uerſatur: Rhythmus circa ſonum. Metrum etiam ſine plaſmate prolatum proprietatem ſuam ſeruat: Rhythmus nunquàm ſine plaſmate ualebit. Eſt etiã Rhythmus & in corporali motu: quum enim hiſtrio indecenter ſignum aliquod expreßit, Arhythmos dicitur: quum uerò decenter, Eurhythmos. Item ſi fuerit æqualitas corporis modice temperata Eurhythmos: Inæqualis uerò & toris quibuſdam confuſa, Arhythmos appellatur. Ex quo Vergilius: Tum longo nullus lateri modus. Toris enim extantibus & interrũpentibus latera, arhythma latera ſunt facta.

Colon

Colon eſt pars, ſiue partes uerſus integris pedibus perfectæ: ut Defeciſſe uidet ſua. Habet enim tres pedes integros.

Comma

Comma eſt pars, ſeu partes uerſus imperfectæ. Vt, Arma uirumq; cano. Habet enim duos integros pedes & dimidiũ.

Quapropter Colon dictũ, à corpore abſciſſum integrum membrum. Comma quaſi trunca pars membri, à corpore amputata. Nos Cæſuram dicimus.

Metra

Metra uerò principalia, à Græcis Prototypa & Archogena dicũtur. Cætera ex his nata ſunt, quæ mutilata per cola & cõmata aut partibus agglutinãtur ſibi, aut ſola ponũtur.

Sumunt quoq; nomina, ex pedibus, quibus conſtant: ut, Dactylica & Anapæſtica: ab inuẽtoribus, ut Phaleutica uel Sotadica: ab his qui maxime ea frequentarunt, ut Ariſtophania & Aſclepiadea: ab uſu, ut Priapea: à numero ſyllabarum, ut Hendecaſyllaba: à numero pedum, ut uerſus Senarios Octonarios dicimus: à numero ſyzygiarum, ut Trimetros Tetrametros: à paßionibus, ut Coluros & Scazontes: à tempore, ut Saturnios: quòd eodem tempore primum in Italia uſurpati ſunt, quo Saturnia urbs erat.

Igitur originalia ſunt numero IX. Dactylicum, Iambicum, Anapeſticum, Trochaicũ, Ionicum à maiore, Ionicum à minore, Choriambicum, Antiſpicium, Pæonicum.

De Dactylico

Dactylicum ex his princeps carmen, quod & Heroicũ & Hexametrum, Græci etiam Deliacum & Pythicum uocant, quòd ex his reſponſa darentur: unde ipſum originem habuit, teſte Plinio. Ennius uerò longũ appellat. Et Cicero in Piſonem longiuſculis pedibus, Dactylicũ intellexit: qui & Spõdaicus dicitur, quando in quinto ſpondæum retinet.

Pentemimeris

Vltima ſyllaba Adiaphoros eſt, ſimul etiam ſyllaba quæ partem orationis finit. Et hoc, aut cum Pentemimeris eſt: id eſt, cũ prima pars duos pedes habet & ſyllabam partẽ orationis finientem, quaſi πέμπτης ἥμισυ μερίδος: ut, Omnia uincit amor. Or eſt adiaphoros ſyllaba. Aut ἑπτημιμερὲς, Heptemimeris, quando cæſura fit in ſeptima ſyllaba: ut, Heptemimer.

Et furijs agitatus amor, & conſcia uirtus.

In nona Catullus:

Iam ueniet uirgo iam dicetur Hymenæus.

In tertia, ut item Virgilius,

Inualidus etiamq; tremens etiam inſcius æui.

Quòd niſi huiuſcemodi fiant cæſuræ, Carmen dactylicum nullum habet ſplendorem. Priſcianus Cæſuram Semiquinariam & Semiſeptenariam uocat.

Dactylicum Priapæum

Aliud genus dactylici, quod Priapæum uocant, cùm tertio pede partem orationis finit. Vt,

Hunc lucum tibi dedico, conſecroq; Diana.

Glyconium

Aliud item quod Glyconium, cum in duas partes æquales diuidit Dactylicum: ut,

Cui non dictus Hylas puer & latonia Delos.

Quo prius eſt uſus Homerus: ut

Κυρῆτες τ' ἐμάχοντο καὶ αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Bucolicum Aliud genus Bucolicum, cùm quarto pede partem orationis finit : ut,

Ab Ioue principium muſæ : Iouis omnia plena,

Theocritus hanc metri legẽ cuſtodit, Vergilius contempſit.

Iambicum Iambicum in Tragicis & iambicis locis imparibus tantum Iambum recipit. in comicis uerò licentioſior. Hunc Homerus primus tentauit. Græci nanq; comici & tragici diligentius hæc ſecuti & reliqua cuſtodiere : noſtri uerò plus erant habituri gratiæ ſi & intra legem hanc ipſi conſtitiſſent. Perfectior item quum ex puris conſtat iambis: ut,

Mala ſoluta nauis exit alite.

Si autem penultima in hoc longa fuerit Scazon ſiue Choliambus efficitur, quaſi claudicans Iambus: ut,

Apollinarem conueni meum ſcazon.

Horatiana uerò carmina pedum conſtant uarietate iam cognita, quorum pleraq; aut ademptione, aut adiectione, ſeu in aliqua parte commutatione legitimi carminis fiunt: ut,

Mecœnas atauis edite regibus.

Pentametrum eſt catalectum : ſi in extremo addatur ſyllaba legitimum fiet. Idem in IIII.

Trahuntq́; ſiccas machinæ carinas.

Trimetrum eſt etiam catalectum: aliter quoq; in alijs.

Monoſtropha appellauere, quòd prima ſtrophe duobus uel tribus colis explicata cæteras ſequentes ſimiles habeat, nec in aliqua parte interueniente epodo cola mutentur.

Colon quid ſit iam dixi, id eſt, integrum membrũ genusq́; carminis, à quo monocola, ut Ode prima : & Dicola, ut eſt ſecũda. Sed & Tricola ſiue Tetracola dicũtur hæc carmina.

In cantionibus autẽ Lyricis legitime ſcriptis, hoc eſt monoſtrophis, hæc tria inueniri neceſſe eſt, Strophẽ, Antiſtrophen, Epodon: olim enim carmina in deos ſcripta cõſtabant. Circumire arã à dextra Strophen uocabãt, redire à ſiniſtra Antiſtrophen : poſt cùm in cõſpectu Dei cõſiſtentes cantici reliqua peragebant, Epodon. Hinc translatum nomen in hos epodos qui binos uerſus impares habẽt. Nam ut illic Epodus canticũ finit: ita hic uerſus ſecundus ſenſum. Hoc eſt enim in epodis legitimũ. Ergo ſecũdum & hæc elegia epodicũ carmen. Hæc igitur cantio Lyrica, quæ tres has partes habet, Periodos appellatur, eadẽ Trias, ſi ex rebus his cõſtat. Solet enim abundãtior & plenior cantio habere Antiſtrophen, Proodon, aliquãdo & in medio, hoc eſt inter ſtrophẽ & antiſtrophen Meſodõ. Inueniuntur autẽ in ſtrophe cola uel cõmata aliquot ex uoluntate ſcribentis uaria lege metri finita. Huic antiſtrophe redditur totidẽ colis iiſdẽ metris. Tertio additur Epodos iã quolibet metro: hoc eſt, ut dixi, quã uocãt Triada. Sed hæc accuratius Græci poëtæ ſeruauerũt. Cætera uerò quos requirũt pedes, quæ'ue ad carminis rationem pertinẽt: ſi uberius ſcire cupis, uide apud Græcos Epheſtionem: apud nos uerò Terentianũ & Veliũ Longũ, antiquos ſanè grãmaticos, ex quibus omnibus hæc pauca decerpſimus.

Diphthongi Inter ſyllabas diphthongi ſunt numero VII. Tris Græcas quas uſurpabimus adnumerando; αι; ει; υι. ſcribiturq́; in antiquis uoluminibus, Harpyia, Minyiæ: quæ omnes apud Græcos etiam producuntur. Sunt autem Dichronæ cum uocalem ſequentem habent, quod & Latini interdum uſurpant: ut, Inſulæ Ionio in magno. Sed & omnis uocalis ante uocalem : ut, Credimus an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt. Et ſub Ilio alto. Et in una dictione: ut, Dextraq́; prehendit.

DE DICTIONE ET ACCENTIBVS.

Accentus Dictio quoq; pars orationis tertia : ea ſiquidem accentibus regitur. Sunt autem accentus tres, Acutus, Grauis, & Circunflexus ex utroq;. Reliqui quatuor, Longus, Breuis, Tenuis, Adſpiratio, tenores potius, quàm accentus ſunt dictionis exiſtimandi. Nam omnis ſyllaba quæ aliquid trium ſuperiorum ſibi uendicat, utiq; aliam ſibi ingenitam habet, aut longitudinem, aut breuitatem, aut tenuitatem, aut aſpirationem: quæ ſi accentus eſſent, pariter duæ ſyllabæ in unum conſtare non poſſent. Longum accentum tranſuerſa linea notat: ut, Dederītis, pro dederitis. Breuem uerò ſurſum erecta, ut Fulgĕre. Sed hi tẽpora quoq; diſtinguunt. Aſpirationem uerò dictio cum h ſcripta præſtabit. Si autem adſcripta non erit, ſiccitatem hac figura'.

His addunt tris alias notas. Hyphen, quum duo uerba quæ in unam pronũtiationem colligimus, inflexa ſubter uirgula iungimus. Vt, Turnus ut ante‿uolans. Apoſtrophen, quum uocalem ultimã ſubtrahimus, quam notat inflexa uirgula ad caput eius cõſonantis cui ſubtracta eſt: ut, Tãton'me crimine dignum Duxiſti. Diaſtolen unioni contrariam, quæ orationem, ut apud nos nota diſtinguit hoc modo'. Hyphen Apoſtrophe Diaſtole

Apud Græcos item ultimæ acuũtur. Apud Latinos uerò nequaquã, præterquã in aduerbijs quibuſdam, ut Feré pené.

Illud præterea catholicũ in hoc genere animaduertendũ, apud Latinos accentus quãtitates ſyllabarum minime ſequi. Antiqua tamẽ ſiue poëtarũ ſiue grammaticorũ licẽtia multa utriuſq; linguæ modo accentuq́; pronũciamus & ſcribimus, præſertim quæ nihil immutantur, ut Philoſophi, Comœdia, Tragœdia, præterea Euripides, Darius. In quibus omnibus penultimã dichronam facimus. Sidonius poëta. Orcheſtram quatit alter Euripides. Si ratio itẽ ſequẽda, producemus Darium, Alexandriam, & Antiochiam, Trigonũ, Idolũ, Paracletum, quæ licet Græca licẽtia aut metri cauſa interdũ corripiantur, tutius tamen ac obſeruãtius noſtris utimur ſyllabarum tẽporumq́; legibus, niſi autoritas uſus'ue refragetur.

DE ORATIONE.

QVo ad orationẽ uerò partes aſsignantur octo. Verum à Priſcis inter quos Theodectes fuit, ut ait Dionyſius Halicarnaſſeus, tres tantum ponebantur, Nomen, Verbum & Coniunctio, quòd in uerbis uis ſermonis : in nominibus uerò materia ineſſet. Quoniam alterum eſt quod loquimur, alterum de quo loquimur. Paulatim deinde adiectæ aliæ partes ab Ariſtarcho primum, deinde à Palæmone Vicentino, qui memoria Quintiliani fuit (ut ipſe teſtatur) donec numerus ſupradictus expleretur. Reliqua uerò quæ ad orationem pertinent in parte Rhetoricæ dicam.

DE ORTHOGRAPHIA.

NVnc ad orthographiã ex ipſius Velij, tũ Victorini autoritate deſcendã, partim quoq; ex ijs quæ ipſe in marmoribus annotaui. Orthographia enim Orthoepia lõge difficilior, cùm hæc haud quærat quemadmodum ſcribendum ſit, at ad legem etiam uocis orthographia eſt adligata.

Diphthongis primum nonnulli ueterum non utebantur, ut ex marmorũ inſcriptionibus aliquorũ apparet, ex quibus unam in C. Pompeio Euſcomo in Anthropologia annotaui. Diphthongi

Oe, diphthongo tripliciter ueteres ſunt uſi pro e, ut plerunq; pro u, ut ex monumentis adhuc aſpicimus plurimis, his uerbis, Faciundũ cœrauerunt: pro, curauerunt. Pro i, apud Ciceronem iij. de na. Canephorœ pro canephori. Et in antiquis uoluminibus Solœ pro Soli urbe. Oe

Ai item diphthongo dupliciter, diſiuncta: ut, Aulai in medio. Rurſus coniuncta pro e, more Græco: ut in marmoribus, Aimylius ſæpe reperitur. Ai

Ei pro i, ſæpe in genitiuis ſingularibus & nominatiuis pluralibus ſecundæ declinat. ut, Captiuei. Præterea in his dictionibus, Heic, illeic, iſteic. Ei

B, litera pro V. Sic enim Romæ in antiquo lapide, Bixit annis XXV. Quod ex Græco more prouenit. Nam illi per B ſcriptam dictionem, per u pronuntiant. B, litera

C, itẽ affinitatẽ cũ g, retinet, ut Secobrica & Secobriga. C, litera

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Sp.Carbilius Nec mirũ, nam g, literã primus Romæ repperit Sp. Carbilius grãmaticus libertus Sp. Carbilij illius qui primus uxorẽ abdicauit, quũ prius C pro G paßim uterẽtur: autor Plutar.

D,litera D, inſuper habet cum T, communitatem, nam Alexanter pro Alexander (teſte Quintiliano) ſcribebatur. Et apud Lucianum Græcũ autorem in dialogo quodam D, litera cũ T, contẽdit, queriturq; ab ea uſurpari. Hic monſtratur grammatici cuiuſdam noſtri temporis error de Endelechia & Entelechia, quæ uaria putauit, quũ pro eadem ab illis quos allegat autoribus ponatur, Græcam in hoc imitando conſuetudinem, quum illi D, pro T, pronuncient. (Endelechia)

I literam geminatã raro inuenimus, ut in lapidibus licet aſpicere, Aerari, Iuli, Fabi, argentari. Inuenitur tamen, ut in Obeliſco Vaticani nunc legitur. Diuo Cæſari, Diui Iulij. F. Auguſto Tybe. Cæſari, Diui Auguſti. F. Sacrum. Et idem numero plurali, ut Coss. Faciundũ curauerunt, ijdemq; reprobauere. Virgilius. Iidem uenturos tollemus in aſtra nepotes.

In medio item dictionis inijcere, proijcere. Dis pro dijs.

Inuenitur & ij duplex pro e, in nonnullis Romæ locis, ut extra portam Vaticanam huiuſmodi inſcriptio. Licinio Clijminti. L. Coccijus Gaionas alumno. Qui uixit annis V. Mijns VII. Diijs XI. Tranſit etiã in conſonantem, ex quo Cic. Maijam & Aijacem per ij, duplex ſcribẽdum putauit. Quidam per iij. ut coniijcit, ut ſit coni. deinde ſequentium altera conſonans, altera uocalis. Sed & hoc exoletum. Næuius enim & Lenæus quum longa ſyllaba ſcribenda eſſet, duas uocales ponebant præter quàm quum in i, literam incidebant. Hanc enim per e, & i, ſcribebant.

K, literam non duxerunt, ſed notam, qua multi religioſe utuntur, ut in epiſtolis ſcribant kariſsime, ſicut & in lapidibus ſæpe inuenitur. Eadem & Græci ueteres ſunt uſi ante χ literam à Simonide repertam.

P quoq; litera ante inuentum φ. Itaq; σπαῖραν dicebãt, & Spinga. Addita deinde aſpiratio eſt, ut nos quoq; & ſphæram dicamus, & Spinga. In quibuſdã reijcimus ut Tropæa, Calpurnius, Scapus: ſcapha tamen aſpiratum.

Q, literam multi excludunt, inter quos Licinius Caluus fuit, dicentes nihil aliud eſſe quàm C, & V. Et ideo nõnulli, Qis pro quis, & qid quid. Loquutionem Antoninus Rufus qui de orthographia ſcripſit, per q, dicebat ſcribi oportere, quòd à loquẽdo deriuaret, cæteri omnes per c. Quum pro tempore per q, & u, ſimplex ſeu geminatum antiquitus poſitũ. Pro præpoſitione uerò cum, per c. Cottidie item rectius quàm quotidie, quòd à continente ueniat: non autem à quoto die: & ſecutus & cocus, quãuis à ſequẽdo procedãt. (Quum; Cottidie)

S literam, de qua Meſſala (teſte Quintiliano) unum librum edidit, inter duas uocales geminabant, ut frequenter in marmoribus, cauſſa, diſsignator. Sed & alias quoq; literas, ut Paullus, Salluſtius. Victorinus autem dicit quòd quodam tempore nullas geminabant literas, ut Anius, Luculus, Memius. Sed ſupra quam geminari oportebat, notabant hac figura c, quod erat geminandi ſignum, ut in quibuſdam adhuc ueteribus libris apparet. Idem ait quòd iuxta non ponebant cm. Ideo nec alcmenam, ſed alcumenam dicebant, donec Cæſar correxit. Item ſ pro r. ut Valeſius, Fuſius, pro Valerius & Furius. Primus autem qui r, literam inuenit Appius Claudius Centimanus fuit, ut teſtatur Põponius lib. I. digeſt. Græci quoq; loco duorũ ρρ. ρσ ponebãt, ut Tyrſenus pro tyrrhenus, & pyrſos pro pyrrhos. Pro duobus item σσ geminũ ττ: ut θάλαττα: apud nos uerò ſ pro t. ut à nepet, non nepetinus, ſed nepeſinus dicitur. Item ex Rhamnunte rhamnuſius, ex Acheronte acheruſius. (R; T)

G quoq; in c, ut uiceſimus & triceſimus: uicenos & tricenos. Reliqua uerò numeralia g, ſeruant.

V, litera loco o, poſteris eſt poſita. Nam priſcis ſeruos conſol ſcribebatur, ſed per u pronũciabatur. Item funtes & frundes ſcribebant tantum, Pronunciabant uerò & ſcribebãt quædã pinguius: uidelicet u, loco i, ut optumus, maxumus, artubus, partubus, portubus. Sic Auguſto placuiſſe Longus teſtatur. At contrà Cæſar ſicut in eius titulis uidere eſt elegantius, ſicuti & nos i, pro u, utebatur. Item pro conſonante ponitur, ut uinũ, uitium, in cuius loco antiqui Digamma æolicũ conſcribebant: uidelicet F. Præterea uerba hæc unguo & tinguo, pro ungo & tingo. Deniq; loco y Græcis in omnibus apud Latinos cõuertitur u, μαρσύπιον Marſupiũ, μαστύλοι maſſuli, λύκος lupus, ἴντυβον intubũ. In quibuſdã nõ mutatur, ut Labyrinthus: autor Verrius Flacc.

Ad mutatur ſecundum literam ſequentis conſonantis, appello, applico, accelero, attingo, aggrauo, aggero. In marmoribus tamen antiquis d retinent atq; ita obſeruatur, ut in pleriſq; uidemus. Adplico, adcelero, adgero. Item apſtulit, apſtinet, apſyrtus, apſis, loco b imitantes literam ψ. Ad

Inluſtris etiam & inlicitus, inlepidus, opſonium, optineo. N ſemper ante D. F. Q. S. Vt eandem, Lanfrãcus, tanquã, monſtrum. Quamquam tamen per m. Eam uerò ſicut alias quaſdam leuitatis gratia ſcribere recuſabant, quapropter in uetuſtatibus frequenter aſpicimus coiugem pro cõiugem. Et Cicero Foreſia & magaleſia ſine n, libẽter dicebat, ut uerbis ipſius utamur, Poſmeridianas quadrigas inquit, libentius dixerim, quã poſtmeridianas. His adijciendũ toties, & trapoſuit, & tramiſit, pro totiens tranſpoſuit & tranſmiſit.

Ab, Abs, & A, præpoſitiones diuerſis modis ponebant. In rationibus & auferendo dicebant pecuniã acceptam non A Lentulo, ſed ab Lentulo Cicero dicit religionẽ hanc ſcribendi apud paucißimos ſuo tẽpore remanſiſſe. Antiquos tamen ſcimus Abs te, dixiſſe, & Abs re, frequẽter: Ab Lẽtulo aũt, & Ab Lucio ſemper. Nos tantũ Ab præponimus uocalibus. Ab, Abs, A,

Illa quoq; per geminatas literas: Apenninus, Cherſoneſus, Peloponneſus, Millia, milliarium, ex inſcriptione portæ Næuiæ. Relligio, rettulit, repperit, relliquiæ, reliquũ tamen & repertum. Per ſimplices autem iminent, amittit. omen, comodum, proicit, inicit, flama. Neptunus, comune: hi & his. Paucioribus quoq; nongenti mihi nihil. Pluribus autem monſtrare, exſpectare, exſaturari. Illa inſuper utroq; modo Aelius & Helius, Hetruria & Aetruria, Hereticus & Ereticus, quòd alterum ab hærendo, alterum ab eligendo ducatur.

In nonnullis diuerſa ſcriptio poteſtatem uariat, ut Oechalia & echalia. Aemonia & emonia, Thetis & Thetys, Aſopus & Aeſopus, Hadrianus & Adrianus ex Adria.

Nulla præpoſitio t, litera terminatur: ex quo Apud dicitur, non Aput: Sic & nulla coniunctio d, litera finitur: ex quo Set, non Sed, dici oportebat, quamuis uſus præualuit, ut Sed, dicamus. Set

Illa etiã per T, ſcripta in marmoribus reperimus, Otiũ, negotium, mitto, potius, ratio, littus. Per C, lictor, Accius, Minucius, Sulpicius, Marcius: Accerſo quoq; & arceſſo idem: nam r, in c, cõuertitur. Errantq; qui putant accerſere uocare, arceſſere autem remouere, quaſi ab arceo. Otium

Interdum etiam aliud ſcribimus, aliud pronunciamus, ut, Hoc erat alma parens. Nam ſi enũciationi reſponderet ſcriptio, oportebat ſcribere, Hocce erat gemino c c.

Item tẽptare & Contẽptus ſcribitur, dũ à Contẽno uenit.

Authorem quidã recentiores ſcribũt, quòd ἀπὸ τοῦ αὐθέντου, id eſt, Principe & rectore ueniat: in antiquis tamen monumẽtis auctorem ſemper ſcriptũ reperimus: ut eſt in hortis apud Apoſtolos: Ex auctoritate Turci Aproniani: & alibi. Ex auctoritate Imper. Cæſar.

Cœna item, & Cœlum per œ: quòd ex Græcis ueniant. Cœna Cœlum

Acheron tamen, quaſi ſine gaudio, abſq; diphthongo, quã- Acheron

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uis à Græca diphthõgo ἀχαίροντ@ ueniat. Cætera Græca non uariant, ut Alcman, Alcmeon, Alcmena, Dictys, dictyotetõ, Xenodocheũ, Pandocheũ, Dyſcolus, Syphax, Labyrinthus, Lilybeum, Siſyphus, Xyſtus etiam pro nomine proprio, Hypſipyle, Alcinous Alcyone, Hylas, Hyacinthus. *Grecanica*

Cyrcus Cyrculus Cyrcus etiam & Cyrculus per y. quod ἀπὸ τοῦ κύκλου ueniat.

In latinis uerò & barbaris nominibus Græcos nõ ſequimur, nam & illi Teudatũ, & Teuderichum, & Gotthos & Cointũ ſcribũt: nos autem Theodatũ, Theodoricũ, Gothos, Quintũ: ut ex Latinis carminibus, et marmoribus indicatur.

Illa quoq; diuerſa Hortẽſius & Horteſius, Atratinus & Atracinus, Viturius & Vitruuius, qui de architectura ſcripſit ex inſcriptione Veronæ extante. Item Delmatia & Delmata ex Delminio oppido, ut Longo placet.

Eſt etiã nõnullorũ in quibuſdã peculiaris ſcribẽdi modus. Cn. Põpeius dicebat & ſcribebat Cadamitatis. Nigidius Figulus in cõmentarijs ſuis nec K, poſuit, nec Q, nec X. Idẽ H, literã nõ aſpirationis notã eſſe tradit. Licinius Caluus Q, litera nõ eſt uſus. Idẽ Senaticõſultũ dicebat: Cæſar uerò Senatuſconſultũ. Auguſtus genitiuo caſu huius domos ſcribit. Meſſala, Brutus, Agrippa pro ſumus ſomus dicebant.

De aſpiratione documẽta. In aſpiratione uerò hoc obſeruatum, ut nomina è Græcis prouenientia, in principio quæ per y ſcribũtur omnia aſpirentur, ut Hypotheſis, hypoſtaſis, Hyperboreus, hyperbole, hyperion: & quæ ex Hippo, ut Hippolytus, hippodromos.

Cõſuetudo tenet ut multa cũ aſpiratiõe ſcribãtur, quũ nõ ſit neceſſe, cuius gratia Catulli extat epigrãma lepidiſſimũ, Chommoda dicebat, ſi quãdo cõmoda uellet dicere: & hinſidias. Vt etiã harena, hortus, cohortes, quũ aſpirari minime debeant, quòd ab oriendo & cooriendo proueniant.

H. loco F. Habet & aſpiratio cum F. conſanguinitatem, ut eius loco ponatur, Sic hædus aſpiratur, quod antiquitus fœdus diceretur: & Hircus, olim fircus.

Vtimur & aſpiratione interpoſita, ut traho, exhibeo, cohibeo. Reperitur & coheo, & cohitus in marmoribus.

Quodã etiam tempore detrahebant, itaq; elegantius trao, exibeo, coibeo ſcribimus, & his ſimilia: ex quo etiam aduc, ſicut iſtuc, & illuc.

Pulchrum uerò ſemper aſpiratur, & ſepulchrum, & ſimulachrum, & Gracchus & Cethegus, teſte Cicerone. Poſt g, autem nunquam.

Præterea ex Græcis uenientia, quæ per θ. aut per φ, aut χ, ſcribuntur cõtinuo, ſiue etiam per ρ. in principio dictionis aut in medio per geminum ρρ. ut Thetis, Philippus, Chriſtus, Rhadamantus, Pyrrhus.

Nomina quoq; Hebræa & itẽ barbara ob pinguedinẽ nõnulli aſpirãt, in utriſq; cauendũ in ultimo. Græci aũt huiuſcemodi nomina omnia inflectũt minimeq; aſpirãt. Dicunt enim Abraamum, Adamũ, Noeum, Ioſepũ, Iſacium, Eliſabetam.

Claudius princeps (ut ait ipſe Longus) nouam quandam literam excogitauit ſimilem ei notæ, quam pro aſpiratione Græci ponunt, per quã ſcriberentur illæ uoces, quæ neq; ſecundum exilitatem literæ, neq; ſecundũ pinguedinem ſonant, ut uiro & uirtute: Neq; rurſus ſecundũ latum literæ ſonum enunciarentur, ut in eo quod eſt legere ſcribere.

DE ORTHOEPIA, ALIISQVE OBSERVATIONIBVS.

Enclisis IN pronunciando uerò ἔγκλισις, id eſt, Encliſis, in utraq; lingua pariter ſeruatur, ut hominũq; deumq;, ἕτερόν τε.

Aſpirationes etiã pinguius enunciandæ, ut ex uerſu Catulliano ſuprà narraui. Item l. m. n. r, liquidæ geminatæ uehementiore ſpiritu, ex quo orationem uerſumq; frequentatæ magnificant: à Græcis Hygra uocantur, quòd l. & n. molliter enunciantur.

Sed & quod nulli neotericorum adhuc animaduerſum, C, & ſimplicẽ & coniunctam cum e, aut i, Græcè pronunciandã doctiores exiſtimauere modo K: ut, Cicero, & Cecinna, haud aliter quàm & genus, & gignere, ſi analogiæ auſcultamus: ex quo K, litera (uti ſuprà memoraui) ſuperflua putata.

Græce item per, ει. diph. ſcripta biſariam enunciamus, ut Alexãdria & Alexãdrea, Antiochia & Antiochea penultimis productis. Itẽ per αι. dipth. Argæi & Argiui, Achæi & Achiui, Pithagoræi & Pithagorici, Epicuræi & Epicurij. Item per η. terminantia fœminina, Methona, & Methone, Arithmetica & Arithmetice. Per on, uerò & um. anthedon & anthedum. Poëma uerò & ſtemma & emblema ac his ſimilia in os, & in is, genitiuum emittunt, in plurali poëmatis & poëmatibus.

Deponentia amans, excellẽs, & quæ ſunt huiuſmodi, ablatiuum in e, & in i, emittunt.

Nominatiua autem in is, ſiue er. & neutra in e, in i, tantum, ut celeber, omnis, terreſtris, Hiſpanienſis, & huiuſcemodi deriuata. Apud Ouidium uerò tantũ bis inuenitur Cœleſte ſagitta.

Gemino quoq; genitiuo dicuntur amãtum & amantium, ſic murium & murum, larium & larum.

Cariſius cuius commentaria ad nos peruenerunt, nullum uult Latinum nomen in c, terminari, ex quo non lac, ſed lacte dicendum, ſicut & ſoracte, & bibracte.

Nomina inſuper Romana nulla in eus, ſed eius terminantur, ut Pompeius, Septimuleius, Petreius, Canuleius.

Illa quoq; apud nos utroq; modo Silignus, ilignus, quernus, faginus: iligneus, querneus apud Plin. & fagineus apud Ouid. Nec me faginea qui tecũ nocte iacebam. Ex quo Valla indoctè falſoq; Hieronymum ab arbore ficulnea pro ficulna male ſcripſiſſe reprehendit.

Item plebs, & plebes: Proprætor & proprætore: Proconſul, & procõſule: Apes, & apis. Sic feles, & felis. Item celeber, & celebris: & ſaluber, & quæ ſunt huiuſcemodi tertiæ declinationis.

Applicui, & applicaui: incubui, & incubaui. Sunt & in ſecũda & tertia cõiugatiõe fulgeo, & fulgo: moueo, & mouo.

Sed ut & alias quoq; partes attingam: Comparatiua alijs *Comparatiua*
quàm ablatiuo interdum iunguntur, ut Salluſt. I I. hiſtoriar. Nulla arte cuiquam inferior. Ex quo indocte rurſus Valla Hieronymũ reprehendit. Horũ autem maior eſt charitas, id eſt, ex his tribus. Quãdoq; abſolute poſita minuũt, ut Ter. Aliquantulũ ad rẽ auidior. Et Virgi. Triſtior & lacrymis.

Participia præſentis indicatiui & caſibus ſuorum uerbo- *Participia*
rum & genitiuo iunguntur, ut abundans copijs. Cicer. pro Cor. Et niuei quàm lactis abundans. Virg. Scientem iura & iuris ciuilis. Cicer. Amantem tui & te.

Requirit & genitiuũ hoc nomen animus, ubi cætera ablatiuum, ut animi pendeo. Plaut. Præſtans animi iuuenis. Virg. Egregiuſq; animi. Salluſt. Incertus animi.

Requirunt ablatiuum pariter & accuſatiuũ huiuſcemodi. Os oculos patri ſimilis & ore. Item Cretenſis genere & creſſa genus. Virg. Imitamurq; in hoc Græcos. Sic & illi loquuntur. ὧδε γένει καὶ τὸ γένος ἀθηναῖος.

Præpoſitiones inſuper ſæpe ornatus gratia iterantur, ut *Præpoſitiones*
ad, Adſidet ad illum, & illi. Adplicauit ſe ad amicitiã, Cicer. *Ad*
in Vergil. Et terræ adplicat ipſum. Virg. Adgredior ad crimen. Cicer. Et talibus adgreditur Venerẽ. Virg. Accedo ad ſcopulos, & ſcopulos. Adire ad urbẽ, & urbem. Adeſſe ad cauſam, Cicer, & cauſæ, Adſuetus ad menſam & menſæ.

Ab. Abducere illam ab uiro, Cic. Et gremijs abducere *Ab*
pactas. Virg. Abhorrere à nuptijs. Teren. At abhorrebat illum. Auertit ab urbe impetus in Galliam. Cicer. in Phi.

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Nec poſſe Italia Teucrorum auertere gentem, Vir.

Ex Ex. Expello ex patria & patria. Cic.utrūq;. Ex æde exceßit, Ter. Exceſſere omnes adytis. Vir. Expedio me ex hac turba. Ter. & hac turba. Cicero.

De De. Detrahere de illo, & illi. Cice.utrunq;. Decedere de uita. Cic. Sera decedere nocte. Vir. Cœlo deiecit ab alto.

In Idem. Inducit in animū. Cic. Inducite animū. Ter. Incubuit in ſpongiā. Incumbite remis, Virg. arma ſua quiſq; incubuere. Sal. In amore hæc omnia inſunt. Te. In illa bona inuadere. Cic. Hic thalamū inuaſit natæ. Vir. Inſilire in equū & equū: ſicuti, Deſilire equo, & de equo & ab equo.

Per Per. Per omnes gentes peruagatū eſt. Cice. Per caput hoc iuro. Item maria aſpera iuro. Virg.utrunq;.

Sub Sub, pro prope cū gemino caſu. apud Virgiliū. Sub noctē cura recurſat. Itē. Euridicēq; ſuā iam luce ſub ipſa reſpexit.

Super Super, pro de, apud eundem. Multa ſuper Priamo. Et pro ſupra, ut Sæua ſedens ſuper arma.

Præpoſitiones itē duæ ſimul, ut uſq; ſub extremū brumæ.

Aduerbia Aduerbia quoq; uarie ponuntur. Ergo, igitur, itaq;, etenim, enimuerò, in orationū principijs apud receptos inueniuntur. In os etiam Græca aduerbia recepta, ut apud Vitru. organicos, coloſſoteros.

Plus una nocte. Cice. & plus ſeptima ducitur æſtas. Virg.

Propius abſolute. Et propius uirtutem. Cicer. Et propius tectis. Virgilius.

Ritu. id eſt, modo. Crebra niuis ritu. Virg.

Qui cum: cum quo. Duntaxat, id eſt, ſolum apud Cic.

Poſt interpoſitum Poſt interpoſitum ablatiuo iungitur: Vt, Lōgo poſt tempore uenit. Sal. in Cat. Multos poſt annos. & Terē. in Hecy. Poſt duobus menſibus dixit.

In præſentia, & impræſentiarum apud Cicer. In præſens uerò apud Salluſtium.

Indies pro cottidie, apud Cice. In diem, in futurū. Ad diem, ad tēpus conſtitutum. Diem de die, propediem, cito.

De die, ex tempore. Cice. in Phi. Mon ſolum de die, ſed ad diem uiuere. Terent. Apparare de die conuiuium.

In tempus, proceſſu temporis. In tempore, opportune: apud Sal.utrunq;. Tempore idem: apud Cicer.

Potis eſt, pro poteſt. Peiore res loco non potis eſt eſſe.

Reapſe nō ratiōe præceptio, Cic. de rep. id eſt, de re ipſa.

Verba cū uarijs caſibus Verba etiam nōnulla geminos admittunt caſus, ablatiuū, uidelicet & accuſatiuū. Vtor, abutor, fruor, ludo: ut Ludere quæ uellem: &, Verſibus incomptis ludunt. Et laceſſo, ut curſuq; ictuq; laceſſunt. Paſcor. Et carice paſtus acuta. Item, mala gramina paſtus. Habito. Atq; humiles habitare caſas. &, habitabant uallibus imis. Induo, indutuſq; hoſtilibus armis. Virg. XII. Exuuias indutus Achillis. Induitur loricam humeris. Egredior: Eſt urbe egreßis tumulus. Virgil. Raro egreſſa fines ſuas. Sal. Subeo quoq; & ſuccedo tecta & tectis. Saturor. Antiquum ſaturata dolorem: Et odijs exaturata quieui.

Accuſatiuum quoque & genitiuum Obliuiſcor, reminiſcor, & memini. Vt, Et dulces moriens reminiſcitur Argos. Alternos muſæ meminiſſe uolebant. Et, Nec ueterum memini lætorue malorum.

Rurſus genitiuum & ablatiuum: Lætor, impleo, abūdo, egeo, indigeo, potior, Diues, indignus, Vt lætorue malorum, & læta laborū, & læta deum partu. Item Iouis omnia plena. Vir. Implentur ueteris bacchi. Et plenamq; ſagittis: & Si ueris implet Apollo. Item. Diues pecoris: & Africa terra triūphis Diues alit Item indignus repub. & reipub.

Genitiuum præterea & datiuū poſcunt & amicus & ſimilis. Amicus Lepido & Lepidi: Et delphinum ſimilis, & illum indignanti ſimilem.

Nonnulla cum præpoſitione & ſine, ut genitus ſeu natus ex parente, & parente: Dijs geniti potuere: Ex nato atq; ex matre magus naſcatur oportet. Liber à ſpe, metu & odio. Salluſt. Et tum libera fati claßis. Virgil. Et fato liber dicitur. Quæ ponūtur cū præpoſitione & ſine

Caue illos, & caue ab illis, & caue facias. Recordor de te. Cic. Et uocem Anchiſæ uultumq; recordor, Vir. Certo item & concurro & congredior Antonio & cū Antonio, Ter. Sperat ſe à me auellere. Virg. Auulſum humeris caput.

Alienum uita & à uita. Queror de te Cice. Nec plura querentē Paſſa uenus. Virg. Item Do, Mitto tibi & ad te.

Item aptus, accōmodus, bonus, Idoneus bello & ad bellū.

Offendo: Si quid in me offendiſtis, in meo capite, luite. Itē. Quid me apud equites pop. Ro. offendiſſe dicebā. Ci.utrūq;.

Quedam etiā abſolute & cū caſibus, ut Attendite & attendite animū. Ter. Abnuo. Abnuerā bello Italiam concurrere Teucris. Vir. Et neq; illi ſenatus de ullo negotiū abnuerit. Item nihil ſibi abnuturos. Sal. Item deſine mordere, & Deſine Menalios, Et apud Ter. Te deſinit & deficit. Requieſco etiā abſolute, Et mirata ſuos requierūt flumina curſus. Doleo, & doleo caſum: Et dolerent tibi oculi. Cicero. Quæ abſolute & cū caſibus

Pergo ire, & pergo iter. Noſſe & ſcire Græce & Grecā linguā. Ardeo, ardet amans Dido, & Corydon ardebat Alexim. Et Spoliorū ardebat amore. Gratificatus abſolute: Et populo aliena ac ſua gratificatus. Cicero.

Audio quoq;, Accipio, Diſco. Emo à te elegātius, & ex te dicemus. Studeo: Student ſeſe præſtare cæteris: Et eadē ſtudent. Sal.utrunq;, Item Student conſulatui, Cicero. Studeo

Nonnulla utroq; modo æquè poteſtatē habēt, ut Comito, & comitor: Populo, & populor: Reuerto, & reuertor: Sic & apud Græcos ποιῶ καὶ ποιοῦμαι, & alia complura.

Aliqua inſuper lepide iterantur: hoc modo, Seruitutem ſeruire, uitam uiuere, citharam citharizare, cantionem cantare, facetias facere. Et noſtro doluiſti ſæpe dolore. Virgil. Dixi unum dictum Plaut.

Quædam caſibus hoc modo commutantur: Impertio tibi bona, & impertio te bonis: Dono tibi lancem, & dono te lance: Delego tibi curam, & delego te curæ.

Eadē quoq; ſignificātia diuerſis iunguntur caſibus, ut ferax frugū & fertilis frugibus, Doctus cithara, & citharā, & peritus citharæ. Miſerere laborū, & miſeratus amantem. Digredior à te. Egredior aūt & progredior portu, & aggredior ſcribere & aggredior opus. Decet nos & nobis. Terē. Ita uobis decet. Itē pudet illius, & apud Teren. Nō te hæc pudēt? Itē piget, Non te hæc pigēt Geta? Terē.

MODVS SCRIBENDI APVD VETERES.

ET quando de ratione ſcribēdi ſcribere cœpi, modū ſcriptionis ueterū non præteribo. Scribebāt enim ex altera tantum parte. Hinc Iuuen. Scriptus & in tergo necdū finitus Oreſtes. Quapropter Hopiſtographi appellantur utrinq; ſcripti. Cæcilius in epiſtolis. Electorūq; cōmentarios CLX. mihi reliquit hopiſtographos. Et Vlpi. Chartæ appellatio ad nouā refertur, & ad deletitiā proinde Hopiſtographam. Eſt enim Deletitia quā Cice. Palimpſeſtū uocat, ut in epiſtola ad Trebatiū, id eſt, raſam & rurſus ſcriptā. Qui igitur cōponētes aut reſcripturi rurſus aliquid ſcriptitabant, hopiſtographus, id eſt, ex utraq; parte chartas implebāt. Scribebāt inſuper principes ſicuti pleriq; hodie reges trāſuerſa charta. Primus Iulius Ceſar (teſte Trāquillo) epiſtolas in forma memorialis libelli reduxit, cū prius Coss. & duces tantū trāſuerſa ſcriberēt charta. Præterea calamo nō penna utebātur, ut Cicer. in epiſt. Quicunq; calamus ad manus uenerit, eo pro bono utor. Interdum & ſtylo ferreo cum pugillares in itinere notabant, qui ex cæreis tabellis ſeu ligneis erant, ut legitur apud Cæciliū. Breuiare inſuper dictiones (ſi Senecæ credimus

Hopiſtographi libri

Deletitia charta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

credimus) primus reperit Cice. quũ Cos. in ſenatu Catonis orationem, quam contra coniuratos habebat, uelociter ſcribi iuſſit, ita ut litteræ dictiones referrent. Sed iam diuina prouidentia ingeniorum immortalitati conſultum, quando nouo portento reperit hoc ſeculum non deſcribere libros, ſed fingere, ex æneis caracteribus atramẽto ſcriptorio perfuſis pagina torcularibus expreſſa. Autores duo è Germania fratres Romæ cœperunt anno M. CCCCLXV. Primiq́; omnium Auguſt. de ciuit. Dei, & Lactantius prodiere.

Ars impreſſoria & eius authores

DE POETICA.

Poëtæ

POëtæ tam apud Græcos quàm Latinos haud ſemper in honore fuere. Plato in primis à ſua rep. lib. II. eos ac præſertim Homerũ reijcit, ob pugnas cõtentionesq́; deorum. Cato probro dat M. Nobiliori (ut ait Cicero) quòd is Ennium poëtam in prouinciam duxiſſet. In noſtro item dogmate nullo in numero ſunt. Auguſtinus lib. II. de ciuita. Dei. Platoni Græco potius palma danda eſt, qui cùm ratione formaret, qualis eſſe ciuitas debeat, tanquàm aduerſarios ciuitatis poëtas cenſuit urbe expellendos. Multos tamẽ oblectant multorumq́; tenent aures, præſertim principũ. Nam duo Alexandri, unus Macedo, alter Imper. Roma. hic Virgilij ſtudioſiſsimus traditur fuiſſe, ille Homeri, ut nulla unquam die ab eorum lectione uacauerint. Ariſtoteles totũ hoc genus in tris diuidit, in Epicos, Lyricos, Dithyrambicos. Sub quibus reliqui facile continentur. Aſmatici, Melici, Satyrici, Tragici, Comici, Elegi, Iambici, Hymnographi, Epigrammographi. Epicos enim Heroici carminis ſcriptores appellat, cuius inuentio oraculo pythico debetur, teſte Plinio: ubi ſi quid altius canitur, Rapſodia uocatur, ut eſt illa Homeri. Qui in hoc excelluere quinque apud priſcos Græcos nominati. Homerus ipſe, Heſiodus, Panyſis, Antimachus, Pyſandrus. Inter Lyricos decem illi nominantur uulgò cogniti: Steſichorus, Bachylides, Ibicus, Anacreon, Pindarus, Simonides, Alcmã, Alcæus, Sappho, & Corinna: hi taurum in certando palmã ferebant. Inter Dithyrambicos uerò Philoxenus Corinthius præcipuus. Dithyrãbici enim lyrici ſunt (ut ait Zezes) uerum aliquantulũ altiores: & ad honorem Bacchi canebant, unde nomen auſpicati ſunt. Dithyrambus enim Dionyſius, quòd διὰ δύο θύρων, id eſt, per duas portas prodierit in lucem: ex uentre uidelicet Semeles, & femore Iouis, ut patet in eius fabula.

Epici

Lyrici

Dithyrambici

Accipiebant in concertatione palmam Tripoda. Dithyrambicorum chorum primum Corinthi ſtatuit Arion Methymnæus, ſecundũ Laſſus Herminæus. Hoc genus Latini non habent. Inter Lyricos apud nos tantũ Horatius, qui ſimul & Catullus iambum interpoſuere. Apud Græcos Iambici tres tantum clari, Ananias, Archilochus, Hipponax: quanquã & Homerũ cœpiſſe Iambum in grammatica ſuprà prius diximus. Hic acerbitatis cauſa inuentus. Trimetrum Græci uocãt, nos Senarios ex numero pedũ. Elegia in luctu reperta, in qua excelluit Callimachus, Mimnermus, & Philetas, apud nos Tibullus, Propertius, & Ouid. Inter epigrammographos Græcos Simonides antiquus: cuius meminit Herodotus, & Alcæus iunior Veſpaſiani tempore, Athenæus, Proclus, Palladas, Agathias, innumerabilesq́; alij.

Iambici

Epigrammographi

Hymnographi deorũ ſcribebant laudes, ut Orpheus, Homerus, Heſiodus, & Aſclepiades. Poëtas item Melicos Demetrius Phalereus cõmemorat. Automedẽ, Demodocũ, & Lærim Corcyreos, & Phemiũ Ithacẽſem. Ex noſtris in hoc genere nullũ habemus præterquam in ſanctorũ hymnis & Sedulium & Prudentium poëtas. Qui ſcripſerint Epithalamia apud Græcos Agomeſon nominatur, & Heſiodus, qui in Pelei & Thetidis nuptias hoc exordio.

Hymnographi

Melici

Epithalamia

Τρὶς μάκαρ αἰακίδη, καὶ τετράκις ὄλβιε Πηλεῦ,
Ὃ τοῖς ἐν μεγάροις ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνεις,

Apud Latinos Catullus, in Ptolemæi & Bernices nuptijs.

Claudianus item in Mariæ & Stiliconis, & Auſonius ex Centonis collectũ edidit. Qui uerò ſcripſerint Epicedia in mortuos, inuenti etiã, & qui Monodias. Hæc ab Epicedio ſiue Epitaphio differt, quòd Monodia ſuper uno tantum, illa etiã in plures. Vſurpatur tamen Monodia ad omnem materiam modo unius ſit, ſicuti Lycophron Monodiã de Alexandra ſcripſit, ut autor Zezes in Lycophronem.

Epicedia Epitaphia Monodia

Comœdiã deinceps, Tragœdiamq́;, ac reliqua attingam pœmata, ex Græcis enarratoribus. Comœdiã inuenerunt ruſtici, qui iniuriã paſsi à ciuibus ex agris in urbẽ uenientes noctu medijs uijs quæ paſsi fuerant recenſebant. Vicini itaq; experrecti mane ſimul memorantes quæ audiuerant, illi qui fuerãt in cauſa reddebãtur meliores, tali uerecũdia coërciti: itaq; uiſum hoc utile remediũ moribus compeſcendis: uocati ruſtici in theatrũ & hominũ frequentiam, coacti ſunt media luce eadẽ facere, ora fæcibus peruncti. Quod poſtea officiũ poëtæ uſurpauerũt, nulla hominũ reuerentia ſeruata. Quorum primus Suſario quidã hoc exordio prodijt. Spectatores aduortite. Suſario hæc dicit, Turpes fœminæ quarũ nullius eſt ſine probro domum habitare. Multi igitur ſecuti ſunt eum poſtea improbos homines inſectari. Poſtquã uerò potentium luxuria ac uitiũ cõualuit, res minime placuit. Paulatimq́; interdictũ comicis apertè ac nominatim de ipſis loqui, ex quo per ænigmata reprehendebãt: procedente autem tempore, nec ſic etiam loqui permiſsi. Quare omiſsis diuitibus poëtæ in aduenas & pauperes cauillabantur.

Comœdia

Vnde comœdia in tris diuiſa partes: In antiquã, quæ manifeſte reprehẽdebat: In Mediã, quæ per ænigmata: In Nouã, quæ in ſeruos & pauperes cauillabatur. Fuere autẽ primæ Ariſtophanes, Eupolis, Cratinus, Secundæ Plato, Nouæ Menãder. Dicti ſunt enim comici uel ἀπὸ τῶν κωμῶν, id eſt, uicis unde ruſtici ueniebant: uel ἀπὸ τοῦ κώματος, quod eſt ſomnus, quoniam ſomni tempore hæc recitarentur.

Comœdia diuiſa in tris partes
Antiquam
Mediam
Nouam

Tragœdia uerò ἀπὸ τῆς τρυγὸς, quod eſt uindemiæ fæx, quòd ea fæce peruncti agerẽt: uel τράγος, quia hirco donarentur. Eſt enim Comœdia humanarũ imitatrix, uitæ correctrix per riſum & iocũ. Differt enim à Tragœdia, quòd illa hiſtoriam & rem geſtam, hæc figmentum continet: illa in luctum ſpectatores mouet, hæc riſum.

Tragœdia

Differt autem noua à uetere, tempore, lingua, metro, diſpoſitione. Tẽpore quòd noua magni Alexãdri ætate cœpit antiqua per bellum Peloponneſiacũ floruit. Lingua quòd illa dulciore plenioreq́; Atticiſmo, antiqua altiore & grauiore. Metro, quòd noua plerunq; iambico, altera uerò multimodo utitur uerſu. Diſpoſitione, quòd in noua chorus non interuenit, in altera frequentius. Rurſus antiqua ab ea differt, quòd circa Suſarionis tempora perſonæ ſine ordine ueniebant. Cratinus autem ſuccedens conſtituit in comœdia tris perſonas, eiq́; decorem ordinis addidit, comœdiamq́; magna ex parte correxit, donec Ariſtophanes maiorem ei tribuit ſplendorem.

Cratinus

Cæterùm comœdia cum uerborũ tum rerũ ſex modis elegantiam habet: Verborũ aut ex Homonymia, quã æquiuocationem Latini uocãt, cùm plura eodẽ uocabulo ſignificãtur.

Ex Synonymia cũ idem diuerſis dicitur nominibus, ut eo, accedo, adeo, cõtendo. Ex Loquacitate laſciuiaq́; loquẽdi, quã Græci ἀδολεσχίαν uocãt, cum quis eodẽ nomine ſæpius utitur. Ex Denominatione, cũ proprio nomini aliquid extra feſtiuitatis gratia adijcitur, ut ſi minax uocatur Midas.

Ex Diminutione, ut Socratidiũ, Euripidiũ. Ex Mutatione, ut δεῦ pro ζεῦ. Rerum uerò modi omnino duo: aut per Deceptionẽ, ut cũ Strepſiades credit uero eſſe de animo ſermones apud Ariſtophanẽ: aut per Similitudinẽ, ut Xanthus

Socratidium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

thus Hercules aut Hercules Dionyſius putatus.

Traditum memoriæ Alexãdrum Aetolũ & Lycophronem Chalcidenſem à Ptolemeo Philadelpho interpolandis ſcenicis libris fuiſſe delegatos: Alexandrum uidelicet Tragicis ac Satyricis: Comicis alterũ. Reliquis uerò poëtis Zenodotum & Ariſtarchum grammaticos, quãquam Homericos longe antea L X X I I. grammatici iuſſu Pyſiſtrati tyranni interpolauerunt: Quorum principes Orpheus Crotoniata, Zopyrus Heracleotes, Onomacritus Athenienſis, & Epicyclus fuere. Poſteris deinde tẽporibus ſucceſſere & alij qui ſcenicos reliquosq; poëtas diligentiſſime enarrauerunt. Didymus, Tryphon, Apollonius, Herodianus, Ptolemæus Aſcalonita, inter quos & philoſophi, Porphyrius, Plutarchus, Proculus & ante hos omneis Ariſtoteles.

Sed ad Comœdiã redeo antiquam, quæ (uti ſuprà cõmemoraui) cauillos habebat apertos uſq; ad Eupolidem: qui poſtquàm Alcibiadem Athenien. ducem notare cœpit, iratus ille ut qui in expeditione nauali eſſet & exercitũ paratũ haberet, ſtatim iuſſit eum ad ſe trahi: quem alij dicunt repente mari proieciſſe, alij capiſtro tractum ad littus ac paulatim ablutũ cum huiuſmodi uerbis. Eupoli qui in ſcena totiẽs me tinxiſti, nunc te ſalſis tinguo lymphis. Ex illo cõſtat Cratinum, Pherecratem, Platonem, & Ariſtophanem per figuras & ænigmata, dimiſſa apertè notandi licentia, mordere ſolitos fuiſſe.

Comœdiæ proprium cauillus cum riſu: Tragœdiæ luctus & mortes hominum.

Satyra uerò (ut exiſtimant quidam) ex luctu in gaudium finiebat, ueluti Euripidis Oreſtes & Alceſte, ueluti etiã Sophoclis Electra. Sed perpetuũ riſum eleganti, ſcenicoq; modo habebat: ut apud Euripidem Hercules emptus à Sileo tãquam uillicus & ſeruus mittitur in agrum ad uineam fodiendam: ille magnis uiribus ſumpto ligone uites eradicat, easq; in uillam humeris comportat. Cum ueſcitur panes ingentes frangit, ingentemq; bouem mactat, fores cellæ uinariæ diruit, easq; pro menſa portat, optimum doliorũ relinit, alterum ſeruum qui agro præerat toruũ aſpiciens iubet ei poma ex arboribus adferre. Deniq; cõſurgens uicinum flumen in habitationem introduxit, quo cuncta deleuit. Satyra ergo huiuſcemodi utitur modo.

Euripidis Hercules

Lyrici autẽ & Dithyrambici Athletas in certaminibus, aut Dionyſium, aut aliquem ex dijs, laudibus extollunt.

Diuiſio comœdiæ ĩ quatuor partes

Sciendũ præterea ſecundum Dionyſium & Cratem, & etiam Euclidem grammaticos, in partes quatuor comœdiam diuidi: in Prologũ qui uſq; ad chori principiũ durat. In chori melodiam. In Epiſodium, quem Latini ingreſſum dicunt, quod inter duos choros dicebatur. In Exodium, quod circa chori finem pronunciari ſolebat. Egreſſionis uerò partes, quas Græci παραβάσεις uocant, V I I. Septies nanq; chorus ſaltabat poſtquàm uenerat in orcheſtram, quam Græci λόγγον appellant, Prima ſaltatio Cõmation, quam nos particulam dicere poſſumus: ſecunda congreſſio, homonyma cum ſuo genere: tertia longum, quarta cantus & conuerſio, Græce ᾠδὴν καὶ στροφὴν. Quinta Epirrhema, Sexta & Anticantus & anticonuerſio, quas illi ἀντῳδὴν καὶ ἀντιστροφὴν dicunt. Septima Antipirrhema. Chorus enim ſi ex urbe theatrum accedebat, è ſiniſtra fornicis parte ingrediebatur, in ſcenamq; reſpiciebat: Si uerò ex agro è dextra, quadrangulari ordine conſtituebatur, & ad ſolos reſpiciebat hiſtriones. Illis uerò diſcedentibus ad utranq; populi partem ſe uertens ſedecim Anapeſticos uerſus tetrametros pronunciabat. Et hæc Cõuerſio uocabatur. Dein ex altera parte totidem, quam Anaſtrophen nominabant: utraq; uerò antiquitus Epirrhema appellabatur.

Chorus

Probatur inſuper Scena uerno tempore cum ædificijs & habitationibus triplicibus inſtructis culminibus, parapetaſmatis, tapetibus, lintheisq; cãdidis, atq; in agris ornata. Additæ & ſonantes pelles, ignesq; manibus excuſſi, cauernæ quoq; ſubterraneæ ac putei, figuræ maris, tartari, fulminũ, tonitruum, noctis, cœli, diei, regiarũ, prætoriorum, ingentes aulæ, fornices ad uiarum ſimilitudinem.

Dramata Græce cõpoſitiones & Comœdiæ & Tragœdiæ & Satyræ uocãtur: quorũ decus ac omne ferè põdus in hiſtrionibus cõſiſtebat, qui in Tragœdia & Satyra X V I. numero interueniebãt, in comœdia uerò X X I I I I. Qui ſimul coacti in quolibet horũ genere unamq; rem agentes Chorus uocabatur. Diuiſi in duas partes Semichoria, abuſiue autem chorus ſigillatim quoq; ac per ſe cõmuni uocabulo Hiſtriones dicti ſunt. Hi uerò in partes plures diuidebantur: in eos qui prologũ dicebant, in Nuncios, in Exploratores, in Cuſtodes, in Seruos, in Heroas, in Deos, & alios complures.

Dramata

Chorus

Mimus ultimus ſtatim in Orcheſtram ueniẽs primum ad alios mimos, qui loquebãtur: diſcedentibus autẽ illis, ad populum ſeſe uertebat, nunc dextrorſus nunc uerò ſiniſtrorſus, & aliquid pronunciabat, deinde exiens finem faciebat.

Mimus

Dramata item Practica erãt: & Logica: Practica in ipſo corporis motu cõſiſtebant, in quatuor deducta partes. in acceſſionẽ, conuerſionẽ, antiſtrophẽ, & Exodũ. His motibus totidẽ orationis modi reſpondebãt, ac Logica appellabãtur: acceſſioni prologus, cõuerſioni itemq; antiſtrophæ oda. Exodo demũ ἐξιτήριον, id eſt, egreſſiuũ, quod ultimo loco pronunciabatur. Practica, his erant tantũ Conuerſio, Antiſtrophe, & Exodus, Logica, Oda, Antoda, & Epodus. Primæ duæ æquales habebãt numeros. Epodus autẽ ab illis diuerſus & numero & qualitate. Dicebãt enim Lyrici ad utrãq; populi partem ſtatim ſine prooemio reſpicientes Oden primũ, deinde antoden. In fine uerò tanquàm epilogum aut ultimum cantum, qui precibus plerunq; ſermonem clauderet Epodum pronunciabãt. Hæc ex Græcorum commentarijs conuerſa. Deinceps ex noſtris.

Dramata

Donatus in actus quinq; comœdiam diuidit. Partes uerò primas & ſecũdas & tertias. Primas, qui primo ſæpiusq; in ſcenã ueniebat magno ſpectatorũ fauore agebat, ut ait Cicero, quòd animos primus occuparet, etiam ſi cæteri melius dicãt. Secundarũ partium actores ſummiſſe agunt, ut autor Porphyrius, & itẽ Cice. de diui. ut in actoribus Græcis fieri uidemus, ſæpe illum qui eſt ſecundarũ aut tertiarũ partium, cum poſſit aliquãdo clarius dicere quàm ipſe primarũ, multum ſummittere, ut ille princeps quammaxime extollat. Terentius in Phormione de primis partibus. Quia primas qui agit, is erit Phormio paraſitus, Pantomimus.

EX HESIODI THEOGONIA.

De Sobole autem deorum, heroumq;, quòd hæc pars ad poëticam pertineret, nihil duxi potius quàm Heſiodi Theogoniam in breue deducere proſæ Latinæ. Nam is Varrone & Auguſtino teſtibus, primus in hoc genere autor fuit. Sic enim exorditur: Ab initio nanque Chaos fuit. deinde Terra lata omnium firma ſedes deorum, Tartara quoque nigra in terræ penetralibus late: poſt Amor qui optimus inter deos ſoluit membra, omniumq; deorum atque hominum domat in pectoribus mentem & ſanum conſilium. Ex Chao uerò Erebus & nigra Nox genita eſt. Ex nocte rurſus Aether & Dies procreantur complexu Erebi prægnãte. Terra autem genuit ſimile ſibi Cœlum ſtelliferũ, ut ipſam circum omnia operiret, & ut eſſet beatis dijs ſedes ſecura perpetuo. Genuit & altos Montes Nympharũ gratas ſtationes, genuit & immenſum Pelagus ac Pontum ſine concubitu: ſed deinde cœlo concumbens peperit Oceanum, Cœum, Crium, Hyperiona, Iapetum, Rheam,

Chaos
Terra
Tartara
Amor
Erebus
Nox
Cœlum
Oceanus
Crius
Hyperion
Iapetus
Rhea

Themin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Themis
Memoria
Phœbe
Tethys
Saturnus
Cyclopes
Titani
Cotus
Briareus
Gyges

Themin, Memoriam, Phœben, Tethym, Saturnum nocentiſsimum omniũ, qui odio perſecutus eſt filios, poſt hos Cyclopas ſuperbum genus, Brontem, Steropen & Argen, qui Ioui dederunt tonitruũ, fabricaruntq́; fulmina. Hi ſi quidem cæteris dijs ſimiles erant, unum tantũ oculum in fronte gerebant. Cyclopes illis nomen propterea fuerat. Alij quoquē cœli & terræ filij Titani. Cotus, Briareus, & Gyges, torui atq; inſandi, centum quibus ab humeris manus pendebant, ceruices autem cuilibet L. ex humeris ſurgebant. In diris membris, inſuper robur impotens. Hi fratribus ac patri infenſi fuere ab initio. Quapropter cœlum eos in terræ penetrali bus abſcondit. Atterra mater anxia doloſam excogitauit artem, genus produxit candentis ferri, ex quo falcem tradidit filijs ad iniuriam ulciſcendam: quibus facinus reformidantibus Saturnus cæteris audacior falce arrepta ſeſe clàm in ſinu terræ monitu abſcondidit. Venit autem cœlum noctem afferens, circaq́; terram amore complexum extenditur ubiq;. Hic autem ex inſidijs conſurgens, læua cœlum, dextra falcem corripiens chari genitalia patris incidit, in mareq́; proiecit. Ex cuius guttis terra Erynnes genuit, & magnos gigantes, nymphasq́;, quas Melias uocant: ex ſpuma uerò genitalium puella orta, quæ concha Cytheron ſacram adnauigauit: deinde Cyprũ: quapropter & Aphrodytam & Cy-

Cypria
φιλομμέδεα

priam nominant, & Philomedeam, id eſt, riſum & lætitiam amantem. Quòd hanc amor & honeſtum deſiderium ſecuti ſunt. Nox autem nulli concumbens genuit horribilem Mortem & magnum Fatum & Somnum ac Inſomnia: præterea Opprobriũ & Heſperidas, quibus ultra Oceanũ aurea ma-

Parcæ

la curæ ſunt. Deinde Parcas Clotò, Lacheſim & Atropon, quæ hominibus naſcentibus dant habere bonum & malum. Peperit & Nemeſim & Fraudem & Amorem, Senectutem perditam, Litemq́; ac Laborem, Obliuionem, Famã: ac flebiles Dolores, Pugnas etiã & Certamina, Mortes hominis, Contentiones, Mendacia, Loquendi amphibologias, Tranſgreſsionem legum, Damnum, Iuſiurandumq́;, quod maxime

Pontus

incommodo mortales adficit ſi quis ſponte peierat. Pontus Nereum genuit antiquiſsimum filiorũ, quem Semen uocant, optimum quidem, mitemq́; ac æqui ſeruantiſsimum. Deinde terræ concumbens Thaumanta & ingentem Phorcyn, Ce-

Nereides

tò pulchram Euribiemq́;. Nerei uerò filiæ Nymphæ plurimæ marinæ fuerunt: ex quibus nominatæ ab autoribus (ut reliquas ab Heſiodo commemoratas prætercam) ſunt, Amphitryte, Tethys, Glauce, Cymothoe, Melite, Doris, Pano-

Thaumas
Iris

pea, Galathea, Cymodoce. THAVMAS ex Electra Oceani filia uelocem genuit Irim & Harpyas, Phorcys ex Ceto genuit Serpentem, qui aurea mala cuſtodit: præterea

Gorgones

Pephrido, Enyo, & Gorgonas quæ habitant ultra Oceanum ad occidentis extrema: ubi Heſperides canoræ: Tenò Eurialem, & Meduſam. Hæc quidem mortalis, illæ duæ immortales. Huic ſoli concubuit Neptunus in molli prato & floribus

Chryſoar
Pegaſus

uernis. Ab hac Perſeus ut caput abſcidit, exilijt Chryſoar magnus & Pegaſus equus: ſic illi nomen fuit, quòd iuxta Oceani fontes genitus eſt. Chryſoar uerò quòd Chryſon, id eſt, aurum haberet in manibus, Geryonem primum genuit quem Hercules interfecit, genuit & Hydram monſtrum, mediam Nympham, mediumq́; ſerpentem, immortalem nun-

Orcus

quamq́; ſeneſcentem. Hæc ex Typhone Orcum, Cerberum inferni canem ferrea uoce, L. ceruicibus monſtrum pudendum: præterea hydram Lernæam quam nutrijt dea Iuno Herculi irata. Et hanc quoque Hercules interfecit ſi-

Hydra

mul cum Iolao, conſilijs diuæ Mineruæ. HYDRA uerò peperit Chimæram ſpirantem ignem, cui tres inerant ceruices, una Leonis, altera capræ, tertia Serpentis, Prima Leo, poſtrema Draco, media hiſpida capra. Pegaſus hanc necauit & bonus Bellorophontes. Hæc ex Typhone genuit

Sphinga pernicioſam Thebanorum peſtem, Nemæumq́; leonem, quem Iuno nutriens ſaltibus Nemæis peſtem hominibus immiſit, Herculea quoq; tandem uis edomuit. Tethys

Oceanus et
Tethys
Flumina

ex Oceano peperit in primis fluuios ingentes, Indum, Nilũ, Alpheum, Eridanum, Strymonem, Mæandrum, Iſtrum, Phaſim, Rheſim, Peneũ, Caicum, Sangarium, Ladona, Parthenium, Euenum, Scamandrum, Simoenta, multosq́; alios.

Genuit inſuper Nymphas numero tria milia. Inter quas ſunt memoratæ, Electra, Doris, Vrania, Erato, Calypſo, Styx. Hyperion unus è cœli & terræ filijs ſuſcepit ex Au-

Hyperion

rora Solem & Lunam. Creo ſiue Creio alter filius ex Eurybia Nympha Aſtreum magnum & Pallanta. Aſtreus ex

Aſtreus

Aurora genuit Ventos: præterea Phoſphorum aſtrum, aſtraq́; reliqua licentia. Styx autem ex Pallante genuit

Styx
Luna

Zelum, Victoriam, Potentiam, Vim, ſine quibus non eſt domus Iouis, nec ulla ſedes, neq; iter ubi Deus illis non imperet, ſed ſemper apud Iouem conſident. Ex conſilioq́; Stygis Iuppiter omnis deos in cœlum uocauit, ac his qui contra Titanos ſecum eſſe auxilio uellent recepit ſe priſtinum honorem redditurum, quem ab initio amiſerunt à Saturno ſimul cum eo eiecti. Quapropter Iuppiter Stygem dilexit atq; honore proſecutus eſt, ipſam deorum iuramentum ſtatuendo, eiusq́; filios in perpetuum ſecum habitaturos pollicendo. Phœbe ex Cœo Noctem genuit, nonnulli Obliuionem legunt, dulcem hominibus, ac dijs, & ſimul Aſteriam. Hæc uerò ex

Hecate

Perſe Hecaten, quam præter omnis Iuppiter honorauit, donauitq́; tribus numinibus, terræ, maris, ac poli. Ipſa in primis inuocatur dea quæ felicitatem præbet uenatoribus, nauigationibus, certaminibus, prædis, mercaturis. Deniq; cuſtos ac nutrix Auroræ poſita, ut poſt illam lumen oculis Auroræ fulgidum conſpicerent. Rhea ex Saturno genuit

Rhea

Cererem, Iunonem infernam quæ ſub terra habitat: Neptunum, & Iouem diuum atq; hominum patrem. Saturnus

Saturnus

autem cum ei fatum ſentiret, ut à filijs regno pelleretur, eos

Iuppiter

quum primũ naſcebantur necari iuſsit. Rhea uerò Iouem pariens clàm miſit in Lycton Cretæ locum, ubi in antro cõditus eſt: Saturnoq́; ſaxum deuorandum pro filio obiecit.

Iuppiter quum primũ auctus eſt opibus, patrem expulit, fratres uinculis liberauit. Saxũ quod ille euomuit, ſub Parnaſo in memoriam rei ſempiternam ſtatuit. Iapetus unus ex

Iapetus
Atlas
Prometheus

cœli & terræ filijs ex Climene Oceani filia genuit Atlantẽ, Menœtium, Prometheũ ingenio callidũ, & Epimetheũ cul-

Pandora

pæ obnoxiũ, qui malum in primis miſeris peperit uiris: Pandoram è limo fingendo uirginem. Athlas humeris Cœlũ ſuſtinet in terræ finibus ad heſperios. Promethea ad columnam Iuppiter Caucaſi firmis obligauit uinculis, aquilamq́; adhibuit quæ eius hepar ederet, tãtundemq́; noctu creſceret quantũ interdiu conſumeretur: qua ille peſte ab Hercule tandem Ioue cõſentiente liberatus eſt. Hic enim bouem diduxit, mentemq́; Iouis furatus, pelli ſimul cũ carne & intraneis incluſit, imaginemq́; alterã bouis cum oſsibus nudis conſtituit: Iouiq́; arguenti, ait, tolle quẽ mauis. At ille ſciens multa mala hominibus eligenda, imaginem manibus adripuit. Iratusq́; ex eo facto Menti ſubreptæ ignẽ negauit, quem & Prometheus in ferula clàm abſtulit. Rurſus Iuppiter ut ſe uindica-

Fœminarum
uituperatio

ret: Virginem è terra finxit, omniq́; cultu ornauit, ex qua genus fœminarũ pernicioſum & peſtilens prodijt, quæ ueluti fucus inter apes, ita uirorũ opera delet. Ex quo ſi feneſcere cupis, minime ducẽda uxor: ſi bona, malũ hoc aliquantulo bono compenſabis: ſi mala, perpetuo dolebis. Iuppiter

Briareus
Cotus
Gyges

igitur poſt hæc Titanos, Briareũ, Cotũ, & Gygem eorũ uaſtitatem & ſuperbiam ueritus ſub terram relegauit. Verum eoſdem poſtea cũ cæteris dijs quos Saturnus genuit ex Opi, conſilio terræ inlucem ex terra reſtituit. Titani autem bellum deinde Ioui dijsq́; intulere. Hic Heſiodus ordinem

belli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

belli multis refert carminibus. Tandem eos fulminatos à Ioue ac ad inferos demiſſos dicit poſt annos x. Infernumq́; deſcribit & eius æreas portas ubi excubat Dies: & Nox: altera extra mouet, altera nox intus ingreſſa diem reuertentem expectat. Noctis filij Mors, Somnus; ad quos minime ſol penetrat. In inferno etiam Canis cuſtos, qui arte doloſa utens uenientibus blanditur, ingreſſos exire prohibet, conantem deuorat. Hic & Styx Oceani filia antiquiſſima, quæ ſeparatim ab alijs inclitas tenet domos argenteisq́; cathenis ad cœlum libratur. Iuxta eſt Iris Thaumantis filia pedibus uelox nuntia. Hic & Tartara nigra, quæ uel dij timent, & portæ beatæ, & lapideum pauimentum. At poſtquam ex cœlo Titanos expulit, terra immanem genuit Typhoea ex Tartaro. Cui manus pro ſcuto fuerant, pedesq́; Martis, ac centum capita, linguæ ſerpentibus micantes. Ignis ex oculis flagrabat, uoces totidem ex oribus. Igitur & ipſe à Ioue fulminatus ſub Peloro ſepultus iacet: unde uenti dicuntur ruere diuerſi, qui terram mareq́; infeſtant.

Dies & nox ad inferni portas

Typhoeus

Iuppiter & eius progenies

Vbi uerò ſubacti Titani, diuiſus dijs honor omnibus. Iuppiter rex omnium cepit primam uxorem Metim, præ omnibus ſapientem. Nulli ſunt liberi nati, ne pro Ioue alius regnaret. Sed ex ſuo Iuppiter capite Mineruam excuſſit. Cui primum ſapientiam & conſilium & mentem dedit. Secundam duxit uxorem Themidem, hæc Horas peperit, Iudicium & Pacem, quæ mortalium opera honeſtant: Parcas inſuper quæ hominibus bonum & malum tribuunt. Poſt hæc ex Eurynome Oceani filia tris ſuſcepit gratias, Aglaen, Euphroſynam ac Thaleam. Dein ex Cerere Perſephonen, quam Pluto Ioue concedente rapuit. Poſt hanc ex Memoria Muſas nouem, quibus delectatio cantus & melodia data eſt. Deinde ex Latona Apollinem & Dianam. ex Iunone Heben & Martem & Dianam. Ex Amphitrite Neptuni filia Tritonem, qui profunda Maris timens prope parentem reſidet. Iuno autem ſine Ioue Vulcanum arte fabrili præditum præ omnibus dijs. Mars è Cytherea Timorem & Tumultum: qui cum Marte diras in bello promunt ac quatiunt acies. Harmoniam quoque quam Cadmus duxit uxorem. Poſt hæc Iuppiter ex Atlanta Mercurium deorum interpretem, è Semele Cadmi filia Dionyſium, ex Alcumena Herculem. Vulcanus quoque Aglaen gratiarum unam duxit. Dionyſius Ariadnam Minois filiam. Hercules uerò Heben. Sol ex Perſeide Circen & Aeetam regem, qui ex Oceani filia Medeam genuit. DEINCEPS Heſiodus inuocatis Muſis incipit enarrare, quot deæ mortalibus nupſere. In primis Ceres ex Iaſio Plutum, id eſt diuitias. Harmonia ex Cadmo Ino, Semelem, Agauen & Autonoen quæ nupſit Ariſteo apud Thebas. Callirrhoe Oceani filia ex Chryſaore Geryonem. Aurora ex Titono Memnonem Aethiopem & Aemathiona reges. Eadem ex Cephalo peperit Phaetontem, quem in ætatis flore in mare præcipitatum Venus excitauit, numenq́; conſtituit nocturnum ac propitium nautis. Iaſon Medeam duxit iuſſus à Pelia Iolchon adnauigare & certare, ex qua Medum ſuſcepit. Quem Chiron Phyllirides in montibus nutrijt. Filiæ quoque Nerei Dei marini altera Pſamathe Phocum ex Aeaco, altera Thetis Achillem ex Peleo genuit. Venus ex Anchiſe Aeneam apud Idam Troiæ. Circe quoque Solis filia ex Vlyſſe Latinum, qui Thuſcis imperauit. Calypſo item ex Vlyſſe Nauſithoum Lyſinoumq́;. Atque hæ quidem deæ quæ mortalibus nupſerunt. Deinceps Muſas inuocat, ut narrent fœminas mortales immortalibus nuptas, nec ultra ſequitur, cum uetuſtate deperditum reliquum non habeamus. HAEC AB HESIODO breuiter, tum à me breuius repetita plura conſequuntur: Phyſiologia primum ſiue Tropològia, quum fabulæ inuentioni rerum pondus ac ueritas quædam ſubijciatur.

Gratiæ Iouis

Harmonia

Quæ deę mortalibus nupſerunt

Quam cum aliam alij enarrant ſuopte quiſque ingenio, faſtidium explicandi uitauimus, tantum ſcire ſenſum occultiorem cupientes ad autores, Fulgentium, Leontium & Palephatum relego. Nunc de Dijs & Heroibus quædam præterita, aut non ſatis explicata rurſus ex alijs autoribus adducam: Genealogiamq́; reliquam repetam, ac in primis Cœli & Terræ genus.

COELI ET TERRAE PROGENIES.

Titanos Cœlum ac Gigantes ex terra genuit. Qui manibus magnum reſcindere cœlum Aggreſſi, ſuperisq́; Iouem detrudere regnis, ut ait Virgilius: montes montibus impoſuiſſe dicuntur. Fulminati denique omnes & ad inferos deiecti, pars ſub Aetna monte ſepulti. Gigantum nomina non extant. Titanorum hæc ſunt, Hyperion, Briareus, Ceus, Tiphoeus, Enceladus, Aegeon, Aurora, Iapetus, Aſtreus, Alœus, Pallenes, Lycaon. Genuit Rheam & Saturnum.

Titanorum nomina

HYPERION igitur Solem genuit & Horas, quas Homerus adſidere cœli ianuæ dicit cum clauibus, eamq́; Soli aduenienti recludere. Sol uerò Miletum, Aeetam & Phaëtontem. Fœminas uerò Dircen, Circen, Paſiphaen & Angitiam, infortunatas omnis & impudicas, Veneris ultione, quòd à Sole cum Marte deprehenſa, ſit uiro manifeſtata. de Dirce alibi: ſed de Circe in Vlyſſe. De Paſiphae in Minoe. Angitiam dicunt ad Marſos in Italiam ſeceſſiſſe prope lacum Fucinum, ibiq́; ueneficijs & herbarum uiribus doctam pro dea coli. Macrobius Angeronam hanc uult eſſe, quæ digito dea Silentij dicebatur, in ara Volupiæ collocata, quòd uidelicet qui linguam comprimit, magna ſentit commoda. Circe ad Circeium delata montem in Italia, ueneficijs & ipſa Vlyſſis ſocios in feras commutauit: Scyllam Glauco dilectam in monſtrum: poſtremo Picum Pomonam adamantem in auem.

Hyperion
Horæ
Sol
Phaëton
Dirce
Paſiphae
Aeeta
Angitia
Angerona

Miletus ex Cyane Mæandri fluminis filia Caunum & Byblidem, quæ fratrem Caunum adamauit, ac diu fugientem inſecuta in fontem uerſa eſt, autore Ouidio. Aeetam Colchidis regem, & uellus aureum, & Medeam, & Apſyrtum eius filios, uide in genere Aeolidarum. Phaëton cum regendos currus à patre impetraſſet, neſcius regendi combuſtus in Padum cecidit, quem ſorores flentes in populos uerſæ ſunt. Hic Lygum genuit, qui poſtea Lyguribus imperauit. CEVS Alius Titani filius Latonam & Aſteriem. LATONA ex Ioue prægnans Iunonis ira nullo loco conſiſtere ualebat Pythone ſerpente immiſſo: tandem in Ortygia ſiue Delo oliuæ innixa peperit Dianam & Apollinem. De Apolline in Iouis genere dicam. Dianæ perpetuo attributa uirginitas & uenatio. TYPHOEVS & Typhon dicitur alius Titani filius ſub Inarimem inſulam Campaniæ à Ioue detruſus. Virgilius:

Miletus
Caunus
Byblis
Aeeta rex
Phaëton
Lygus
Ceus
Latona
Aſterie
Diana
Typhœus

Tum ſonitu Prochita alta tremit durumq́; cubile
Inarime Iouis imperij impoſta Typhœo. Et Lucanus:
Vndat apex Campana fremens cui ſaxa uaporat
Conditus Inarimes æterna mole Typhœeus.

Enceladus autem ſub Aetna. Virgilius:

Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentemq́; inſuper Aetnam
Impoſitam, & quæ ſequuntur.

IAPETVS Titani filius Heſperum, Atlantem, Prometheum & Epimetheum. Atlanti, teſte Diodoro, loca ad Oceanum poſita ſorte euenerunt, qui & populos & montem de ſuo nomine appellauit. Ferunt aſtrologum fuiſſe, deq; ſphæra mundi inter homines diſſeruiſſe: qua ex re uiſus eſt orbem humeris ſuſtinere. Hæc ille libro IIII. libro autem V. dicit: duos in Heſperia fuiſſe fratres, Heſperum & Atlantem: hos in hor-

Iapetus
Atlas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tis decora habuiſſe poma, quæ ob pulchritudinem aurea mala
Heſperis ſunt à poëtis appellata. Ex Atlãte & Heſperide Heſperi fratris filia genitæ ſunt VII. filiæ quæ à patre
Atlantides Atlantides, à matre
Heſperides uerò Heſperides dictæ ſunt. Ouidius autem ſcribit Atlantem à Themide uate accepiſſe, ne quem hoſpitio Iouis filium exciperet, ſi ſe ac hortum cum pomis ſaluum eſſe uellet: quod ille minime faciens Perſeum excipiendo cum Meduſæ capite in montem ſui nominis eſt mutatus. Ex eodem (ut
Hyas idem tradit autor) geniti ſunt HYAS, Hyades & Pleiades. De primo ſic ait:

Nondum ſtabat Atlas humeros oneratus olympo:
Quum ſatus eſt forma conſpiciendus Hyas.

Hyades Dicit tandem à leæna in uenatione occiſum. HYADES & Suculæ eædem ſunt VII. nymphæ in cœlo.

In capite tauri ſeptem radiantia flammis:
Nauita quas Hyadas Graius ab imbre uocat.

Nonnulli Hyadis dicunt filias. Ortus earum pluuiam porten-
Pleiades dit: unde etymologiam habent. Pleiades totidem ſunt nym-
Virgiliæ phæ in genu tauri à Pleione matre dictæ, eædem & Virgiliæ. Ouidius:

Pleiades incipiunt humeros releuare paternos.
Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.
Seu quod in amplexum ſex hinc uenere deorum.
Nam Steropen Marti concubuiſſe ferunt.
Neptuno Alcyonen, & te formoſa Celeno:
Maiam & Electram Taygetamq; Ioui.
Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit.
Pœnitet, & facti ſola pudore latet.

Nam Mathematici dicunt unam obſcuram eſſe, nec clare ap-
Prometheus parere. Prometheus Pandoram fœminam primam è limo finxit, ignemq; de cœlo in ferula furatus pectori ſubdidit: unde ſpiritus illi. Quapropter Iuppiter iratus apud Caucaſum eum religauit ferreis uinculis, cuius hepar continuo renaſcens paſcatur ab aquila. Liberatus demum ab Hercule. Aeſchy-
Iſis lus Tragœdiam Prometheum fecit. Hic Iſidem genuit & Deu-
Deucalion calionem. Qui cum Pyrrha Epimethei filia matrimonio iun-
Epimetheus Pyrrha ctus humanum genus dicitur poſt diluuium reparaſſe: hic lapides ex Parnaſo poſt terga iactando mares, illa fœminas edi-
Aſtreus diſſe. Aſtreus Titani filius ex Aurora Aſtream genuit &
Aſtrea uentos teſte Lactantio. Aſtream Virgilius uirginem caſtam ac iuſtam in cœlum abiiſſe dicit: quam uirginis dicunt plerique ſignum, Manilius uerò poëta Erigonem dicit Icari filiã.

Boreas Boreas uentus Thraciæ rex ex rapta Orithya Zetum &
Zetus & Calais Calaim genuit, qui inter Argonautas fuerunt, Harpyaſq; à menſis Phinei fugauerunt, ut alibi dixit. Genuit etiam Boreas
Harpalice Harpalicen, quæ nupta Phineo regi Arcadiæ cauſa fuit, ut
Phineus rex ille priuignos excæcaret, ex quo & ipſe deorum ira oculis captus eſt, & infeſtas ac fœdas menſis Harpyias habuit. Hæc inſuper patrem ab hoſte oppreſſum traiecto Hebro uelociter dicitur liberaſſe, teſte Vergilio: Nonnulli Lycurgi filiam
Zephyrus dicunt. Zephyrus uentus Chlorim Nympham adamauit, ut
Chloris refert Ouidius: præmiumq; complexus ut floribus Floræ no-
Flora mine præeſſet ei tribuit. Hanc Floram Lactantius meretricem fuiſſe dicit ditiſſimam, quæ populum Romanum hæredem reliquit. In cuius poſtea memoriam Floralia inſtituta,
Aloeus ut alibi narraui. Aloeus Titani filius, cuius uxor Iphime-
Otus & Ephialtes dia à Neptuno compreſſa Otum & Ephialtem genuit. Qui tamen Aloidæ dicti ſunt. Hi monſtroſis corporibus Iouem detrudere regnis aggreſſi. Virgilius apud inferos ponit. Hinc & Aloidas geminos, immania uidi Corpora. Dicuntur Martem etiam cepiſſe, & in uincula conieciſſe, cui nihilominus ſacrificabant. De his Homerus in Odyſſea lib. XI. ſic ſcribit:

Τὴν δὲ μετ' Ἰφιμέδειαν Ἀλωῆος παράκοιτιν
Εἰσίδον, ἣ δὴ φάσκε Ποσειδάωνι μιγῆναι.
Καί ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδε, μινυνθαδίω δὲ γενέσθην,
Ὦτόν τ' ἀντίθεον, τηλεκλειτόν τ' Ἐφιάλτην.

Lycaon Titani filius Arcadiæ rex cum Iouem hoſpitio exce- Lycaon
piſſet, ut eius diuinitatem tentaret, hominem coctum diſmembratim ei adpoſuit. Iuppiter regiam eius ſtatim incendit immiſſo cœlitus igne: ille ob metum in ſyluas abiit, in lupumq; uerſus. Caliſto eius filia ſeſe Dianæ comitem addixit. Com- Caliſto
preſſa deinde ab Ioue, utero in balneis apparente dum ſimul lauaret, ab ea repulſa Arcadem in ſyluis peperit: ipſa in cœlum relata in ſeptentrione fulget arctos appellata, quòd in Vrſam à Iunone uerſa fuerat. Arcas uerò Ionium genuit pa- Arcas Ionius
trem Nicoſtratæ, quæ ex uaticinio Carmenta eſt appellata: Nicoſtrata
Euandrum ex Mercurio filium domi ſeditionibus agitatum Euander
impulit, ut in Italia montem peteret iuxta Tyberim. Hic Pal- Pallas
lantem genuit, qui pro Aenea contra Turnum pugnans occubuit: cuius cadauer Henrici III. Imperatoris tempore prope Romam uillicis fodientibus repertum tantæ magnitudinis, ut mœnia adæquaret, cum maximi uulneris cicatrice atq; hoc epigrammate:

Filius Euandri Pallas quem lancea Turni
Militis occidit more ſuo, iacet hic:

Autor Martinus in Chronicis. Connumeratur & Tityus Tityus
inter Terræ filios ab Homero: hic Latonam tentauit, apud inferos porrectus per iugera nouem. Sic enim in Odyſſ. XI.

Καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱόν,
Κείμενον ἐν δαπέδῳ, ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα.
Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον,
Δέρτρον ἔσω δύνοντες. ὁ δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσί,
Λητὼ γὰρ ἥλκυσε Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν.
Πυθώδ' ἐρχομένην διὰ καλλιχόρου Πανοπῆος.

SATVRNI PROGENIES.

SAturnus unus ex Cœli & terræ filijs ponitur ab Heſiodo: ac Cœlo patri uirilia abſcidiſſe & in mare proieciſſe, & ex Rea ſorore, quam eandem Opim & Veſtam & Cybelem uocent, filios editos deuoraſſe. Iouem autem clàm educatum, pro eoq; ſaxum oblatum. Hic demum à Ioue pulſus in Latiũ uenit. Pingitur ſenex & cum falce, Cronos à Græcis uocatus, quaſi tempora deuoret. Trigis utitur, id eſt trium equorum curru. De ipſius templo Romæ diuerſæ ſententiæ. teſte Macrobio. Tullus Hoſtilius quum bis de Albanis & ter de Sabinis triumphaſſet ex uoto fanum ei conſecrauit. Satur- Saturnalia
naliaq; tunc primum inſtituta. Varro autem dicit ipſius ædem à Tarquinio locatam in foro faciundam; ac T. Largium dictatorem ſaturnalibus eam dedicaſſe. Gellius item ſcribit Senatum deuouiſſe ut ædes Saturno fieret. Hanc poſtea ærarium eſſe uoluerunt, quòd ſub illo nullum furtum fuit, nec alicui priuatum. Nec ſignare ſolum aut partiri limite campum Fas erat: in medium quærebant. Sed & ex L. Accij annalibus deprehendimus prius etiam apud Græcos eodem ferè modo ſaturnalia celebrata. Saturni liberi: Iuno, Iuppiter, Pluto, Neptunus, Ceres, Chiron, Picus: Ouidius ponit & Veſtam:

Ex Ope Iunonem memorant Ceremq; creatam
Semine Saturni, tertia Veſta fuit. Et inferius:
Nil aliud Veſtam quàm uiuam intellige flammam.

Iuno igitur eodem partu cum Ioue nata prima fuit: Iouis item Iuno
ſoror & coniunx. Matronis & partubus numine Lucinæ præeſt. Ex animalibus Pauonem habet conſecratum. Peperit autem ſine uiro Martem percuſſo flore quodam, & Heben commanducatis lactucis agreſtibus: quam deam Iuuentutis uocauit, ac miniſtrantem Ioui pocula conſtituit, Herculiq; uxorem locauit: quumq; forte in conuiuio deorum illa caderet retectis pudendis ſummota eſt, proq; ea Ganymedes raptus.

Ceres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Ceres — Ceres de qua Virgilius:

Prima Ceres unco terram dimouit aratro:
Prima dedit fruges alimentaq́; mitia terris.
Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus.

Proſerpina, Pluto — Hæc ex Ioue Proſerpinam genuit, quæ uirgo legens apud Ethnam flores à Plutone inferni Deo dicitur rapta. Ceres igitur facibus accenſis noctu per orbem eam quæritando ad inferos peruenit: ubi tribus ex horto Plutonis granis mali punici deuoratis ius repetendi filiam amiſit: uerum Iouis miſeratione factum, ut ſex menſes ſupra terram cum matre, totidemq́; cum Plutone apud inferos eſſet. In peregrinatione uerò Ceres cùm apud hoſpitem pauperem diuertiſſet, filium eius paruum ægrotum curauit, Triptolemumq́; uocauit, immortalitate illi donata, & curru conceſſo à ſerpentibus uecto, inſuper & arte ſerendi monſtrata, quam ille per orbem diſcurrens mortales docuit, ut autor eſt Ouidius. Nonnulli patrem Triptolemi huius Eleuſinum dicunt fuiſſe, proptereaq́; in patris honorem Eleuſinam urbem illum condidiſſe, Eleuſinaq́; ſacra Cereri primum inſtituiſſe, quæ Græci Themiſphoria appellant, Latini uerò initia. Plutoni autem regna inferna conceſſa: Græce Ditis uocatur: cui Romæ templum apud Tarentum, & apud Circum ſub terra, ad quod gradibus deſcendebatur, ſicuti & Conſo Deo Conſiliorum: ea ſignificatione, ut qui meditantur aut conſilium capiunt, abdita loca & ſecreta ad deliberandum petere debeant.

(Margin: Triptolemus; Themiſphoria; Conſus)

Chiron — Chiron Centaurus Saturni ex Phylira nympha filius ſemihomo ac ſemiequus, in antro educatus, iuſtiſſimus dicitur fuiſſe, Herbariam doctus & Lyram, Achillis præceptor & Aeſculapij. quum Herculem hoſpitio recepiſſet, ſagittasq́; eius attrectaret, ex una forte in pedem cadente morbum contraxit: cumq́; accepiſſet ſe immortalem ex deoq́; genitum eſſe, uitandi doloris gratia mortem precatus eſt, ex quo in ſignum cœleſte conuerſus. Ochiroe — Eius filia Ochiroe uates fuit ex Cayci fluminis nympha ſuſcepta.

Picus — Picus Saturni filius, ut autor Virgilius:

Accipimus, Fauno Picus pater ipſe parentem
Te Saturne refert.

Pomona — Ouidius Martium Circes dicit uirum, eumq́; dilexiſſe Pomonam, quamobrem in auem ſui nominis ab ea commutatum fuiſſe. Faunus, Senta Fauna — Regnauit in Latio, genuitq́; Faunum, qui Saturno auo (ut ait Auguſtinus) primus nefaria ſacra inſtituit, & Sentam Faunam ſororem & coniugem ſuam conſecrauit. Fauni, Satyri, Panes — Hic Faunos, & Panes, & Satyros, & Syluanos dicitur etiam genuiſſe, ſemideos à poëtis appellatos. Ouidius:

Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Fauni,
Et nymphæ ſatyriq́; & monticolæ ſyluani.

Vnum ex his in ſaltibus Aegyptijs diuo Antonio obuiã factũ ponit Hieronymus ea ſpecie qua pinguntur, cornibus in fronte, caprinis pedibus, interrogatumq́; reſpondiſſe unum ex Faunis Satyrisq́; ſe eſſe, quos ſtulta colit gentilitas. Eurimedon — Eurimedontem inſuper Fauni filium ponit Papinius partes Eteoclis iuuiſſe. Proximus Eurimedon, cui paſtoralia fauni arma patris. Forte cuiuſcunq; Fauni, quoniam agitabat in ſyluis. Peribia — Filiam uerò Eurimedontis Peribiam Nauſithoi matrem Homerus in Odyſſea ſcribit. Latinus — Latinus poſtremus Fauni filius apud Laurentum, ut autor Virgilius:

Rex arua Latinus & urbes
Iam ſenior longa placidus cum pace regebat.
Hunc Fauno & nympha genitum Laurente Marica.
Accipimus.

Heſiodus in Theogonia Latinum dicit Circes & Vlyſsis filium, quod monſtrare uidetur Virgilius, teſte Seruio, quum ait: Solis aui ſpecimen. Nam Circe Solis filia fuit. quamobrem Hygino credendum ipſe Seruius putat, qui plures Latinos fuiſſe dicit. Virgilium uerò licentia poëtica nominis ſimilitudine abuti. Lauinia — Lauinia uerò Latini filia ex Amata pacta Turno: deinde Aeneæ conceſſa, cauſa belli inter eos fuit. Hæc poſt mortem Aeneæ timens priuignum in ſyluas fugit, ubi Syluium Poſthumum genuit. Vnde genus Albanorum. Deinceps de Neptuno Saturni filio.

NEPTVNI PROGENIES.

NEptunus Iouis frater, ex Saturno & Opi, cui datum Maris imperium cum tridente loco ſceptri, à Græcis ἐνοσίγαιον etiam appellatus, quaſi terram commouens. Miniſtri eius Tritones, Cete, Phorcus, Palæmon, Glaucus, cæteriq́; à Virgilio deſcripti libro v.

Iunxit equos curru genitor, ſpumantiaq́; addit
Frena ferox, manibusq́; omnis effudit habenas.

& quæ ſequuntur. Multos dicitur habuiſſe liberos, inter quos Amycum, Phorcum, Dorum, Polyphemum, Meſapum, Buſyridem, Pegaſum, Nyctẽu, Peliam, Neleum, Cygnũ, Chryſaorem, Otum & Ephialtem, Aegeum, Oncheſtum, Nauplium Harpyas, Nauſithoum.

Aegeus igitur Athenarum rex qui Pandioni ſucceſſit, Theſeum genuit: cuius ſecundum Herculem labores memorantur, cum quo primum Amazonas ſuperauit rapta Hippolyte regina, Taurum Marathonium interemit, Scyronem & Procuſtem latrones Atticæ ſuſtulit: quorum alter de ſaxo hoſpites præcipitabat, alter Procuſtes, arboribus per uim retortis diſcerpebat. Minotaurum poſtremo arte Dædali monſtrum ſuperauit, filo ad oſtium Labyrinthi adpoſito. Quare Phædra Minois filia abducta uictor reuertens, oblitusq́; nigra uela quæ ſecum extulerat commutare, patri è ſpecula proſpectanti cauſa fuit, ut ille mortem filij ſuſpicans in mare ſe præcipitem daret. Aduerſus Centauros in nuptijs Perithoi amiciſſimi ſui pugnauit, cum illoq́; ad inferos ad rapiendam Proſerpinam profectus, Perithoo trucidato, uix ipſe euaſit beneficio Herculis ab inferis eum reducentis. Domi turbata omnia offendit: cum Phædram Hippolytum priuignum, quem ille ex Hippolyta ſuſcepit, caſtiſſimum iuuenem accuſantem audiret, eum curribus diſcerpendum mandauit. Populos Athenienſes in uicis antea diſperſos in unum congregauit. Tandem de Republica benemeritus à ciuibus pulſus extra patriam deceſſit, cùm regnaſſet annis XVIII. genitis ex Hippolyte Hippolyto, ex Phædra Mneſtheo & Demophoonte. — Aegeus rex, Theſeus rex, Scyron, Procuſtes

Hippolytus igitur, ut ſuprà dixi, nouercæ accuſatione, quòd interpellatus de ſtupro renuiſſet, peremptus dum fugeret patris iram à Phocis currus eius perterreficientibus, excitatus deinde ab inferis ope Aeſculapij, nomine Virbij quaſi bis uiri ſeceſſit in Latium prope Romam, ubi Dianam colebat. Virgilius autem eum Aritiam coniugem habuiſſe dicit, quæ oppido nomen dedit. ex qua Virbium filium ſuſcepit, quem pater contra Aeneam miſit in auxilium Turni: — Hippolytus, Virbius, Aritia

Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
Virbius inſignem quem mater Aritia miſit
Eductum Egeriæ lucis.

Mneſtheus patri Theſeo in regno ſucceſſit, Antigonus antea uocatus, qui ad bellum Troianum profectus Demophoontem fratrem iuuenem ſecum duxit: reuertens tempeſtate delatus ad inſulam Melænam, ibidem extinctus eſt. Demophoon quoque ex eodem bello rediens, uentis & ipſe in Thraciam delatus, à Phyllide Lycurgi regis filia hoſpitio eſt exceptus ſimul & lecto: à qua poſt aliquot annos defuncto fratre diſceſſit ad regnum paternum ſuſcipiendum, data ſpe redeundi, quod minime ſeruauit. — Mneſtheus, Demophoon

Medus Aegei etiam filius fuit ex Medea ſuſceptus, quam ille Iaſonem & Creuſam poſt ſcelus fugientem hoſpitio ſimul & matrimonio ſibi iunxit. — Medus

Nauplius alius Neptuni filius ex Amymone apud Eubœam — Nauplius rex

Palamedes — regnauit, in ultionem filij Palamedis ignes è turri prætulit, quos Græcorum claßis ſecuta naufragium in Euripum Capharei deducta fecit. De Palamede uide in ordine literarũ.

Hippomenes — Hippomenes Neptuni nepos ex patre Macareo, filio Oncheſti Neptuno geniti, Atlantam uirginem curſu ſuperauit. De quibus uide in Atlanta. Pelias — Peliam Neptuni filium ex Tyro, Acaſti patrem, uide in Aeolidis.

Neleus — Neleus Neptuni filius item ex Tyro, à fratre Pelia à regno Theſſaliæ pulſus ſeceßit in Peloponneſum, ubi Pylon condidit, Chloris — genuitq́; ex Chloride uxore liberos XII. qui Nelidæ ſunt dicti, Neſtor — teſte Ouidio, inter quos ſunt, Neſtor, Periclymenus, & Pero filia tantum nominati. Homerus in Odyſſeæ XI.

Καὶ Χλῶριν εἶδον περικαλλέα, τήν ποτε Νηλεὺς
Γῆμεν ἑὸν μετὰ κάλλος, ἐπεὶ πόρε μυρία ἕδνα,
Ὁπλοτάτην κούρην Ἀμφίονος Ἰασίδαο.
Ὅς ποτ' ἐν ὀρχομενῷ μινυείῳ ἶφι ἄνασσεν,
Ἡ δὲ πύλου βασίλευε. τέκεν δὲ οἱ ἀγλαὰ τέκνα,
Νέστορά τε, Χρόμιόν τε Περικλύμενόν τ' ἀγέρωχον.
Τοῖσι δ' ἐπ' ἰφθίμην πυρὼ τέκε θαῦμα βροτοῖσιν,
Τὴν πάντες μνώοντο περικτίται.

Neſtor apud Homerum tria ſecula ſe uidiſſe gloriatur, interfuiſſeq́; in bello contra Centauros in nuptijs Perithoi. Huic in bello Troiano partes eloquentiæ ac ſalubris conſilij dantur.

Antilochus, Piſiſtratus — Ex Euridice VII. mares genuit præter Pyro fœminam, inter quos Antilochus in bello Troiano perijt à Memnone in pugna interfectus. Piſiſtratus alter filius mißus à patre cum Telemacho Lacedæmona ad Menelaũ pro inquirendo Vlyſſe. apud Homerum. Periclymenum Nelei filium Hercules in bello interfecit. Huic à Neptuno auo conceſſum omnia fieri, ſiue in urſum, ſiue formicam, ſiue apem ſe uertere, ut Apol- Cromius — lonius & item Heſiodus poëtæ teſtantur. Cromius etiam inter filios Nelei in bello quod Pylij & Meſſenij cõtra Epios & Herculem geſſere occubuiſſe ponitur ab Ouidio.

Amycus rex — Amycus Neptuni filius Bebryciorum rex apud Cyzicum regnauit, pugil optimus & ludo cæſtuum quo tranſeuntes necare ſolebat: à Polluce demum ex argonautis, dum illac Butes — iter haberet, eodem ludo interfectus eſt. Butes eius filius, qui ob crudelitatem poſt obitum patris à regno pulſus, ſeceßit in Siciliam, ubi ex Lycaſte uirgine, quam ob pulchritudinem Venerem uocabant, Erycem genuit, qui ciuitatem in monte nomine Veneris Erycinæ dicauit. Hic etiam notißimus pugil: poſtremo & ipſe ab Hercule illac iter ex Hiſpania habente ſuperatus eſt.

Phorcus rex — PHORCVS Neptuni filius apud Sardiniam regnauit, quidam in Aethiopia dicunt. Nam Gorgonas genuit, quas Mela Gorgadas inſulas in Aethiopico oceano tenuiſſe dicit, quod Lucanus etiam teſtatur. Has tantum duas Ouidius fuiſſe dicit, nonnulli tres, quæ uno tantum oculo inuicem uteban- Meduſa — tur: inter quas MEDVSA crinibus anguineis in lapidem aſpectu mutabat homines. à Perſeo tandem ſcuto Palladis interfecta eſt reſciſſo capite: cuius guttæ per Libyam cadentes ſerpentibus regionem referſerunt: hæc ille. Atlantem in primis regem ac Gigantem in Libya dominantem mutauit in Scylla — montem. Scylla item Phorci fuit filia, Glauco dilecta, & à Circe ob zelotypiam in monſtrum mutata. Phorcus igitur cum in Aethiopia aduerſus Atlantem regem pugnaret nauali prælio ſubmerſus pro Deo marino colitur.

Pegaſus equus — PEGASVS equus alatus Neptuni filius Lactantio ex Meduſa; Ouidio autem ex Meduſæ ſanguine procreatus, pede Caſtalium muſarum fontem erupit. Hoc deniq; Bellerophon Chimæram ſuperauit, uti in Aeolidis diximus.

Polyphemus — POLYPHEMVS Neptuni filius ſimul & uniuerſi Cyclopes in antro Siculo Vlyßis ſocios abſumpſere. uide Virgilium in III. ſcribentem Achimenidem eſſe à ſocijs in antro relictum,

Immemores ſocij uaſto Cyclopis in antro
Deſeruere, domus ſanie dapibusq́; cruentis,
Intus opaca ingens, ipſe arduus altaq́; pulſans
Sidera. dij talem terris auertite peſtem.
Nec uiſu facilis nec dictu affabilis ulli:
Viſceribus miſerorum & ſanguine ueſcitur atro. Galateam nympham marinam dilexit.

Nycteus rex, Nyctimene — NYCTEVS Neptuni filius, ut ait Lactantius, rex fuit Aethiopiæ. cum Nyctimene filia concubuit, quæ in auem ſui nominis conuerſa eſt. Antiopa — Altera eius filia Antiopa Lynceo regi Thebarum Aegyptiarum nupta & à Ioue compreſſa eſt: quamobrem à uiro abdicata inducta Dirce Solis filia, quæ illam in uincula coniecit. Partus autem tempore à Ioue ſoluta, in Cytheronemq́; translata: Zetum & Amphionem genuit, qui Dircem curribus adligatam diſcerpſerunt, conuerſam poſtea in ſui nominis fontem prope Thebas Bœotias.

Nauſithous rex, Alcinous, Nauſicaa — NAVSITHOVS Neptuni filius Phæacum rex ab Homero ponitur ex Peribia Eurymedontis filia genitus, ex quo Alcinous, & ex Alcinoo Nauſicaa filia, hoſpites Vlyßis fuere, de quibus uide in Vlyſſe. Huic enim horti præcellentes feruntur extitiſſe.

Harpyiæ — HARPYIAE Celeno Aëllo & Ocypete dicuntur, & Neptuni filiæ fuiſſe fugatæ à menſis Phinei ad Strophadas à Zeto & Calai.

Cygnus — CYGNVS Neptuni filius, teſte Apollonio inuulnerabilis ex dono patris, fuit Cæycis gener: ab Hercule tandem unà cũ ſocero ſublatus cum claua & ſcuto à Vulcano fabricato. autor Heſiodus in Aſpide. De Oto & Ephialte, ſuprà narraui.

DE IOVE.

IOuem Saturni filium poſtremo loco reſeruaui, ut ipſius genealogiam longißimam ſine interpellatione narrarem. Hunc natum Saturno & Rhea in Heſiodo ſuprà narraui, occultatumq́; à Curetibus ne à patre uoraretur, educatumq́; à nymphis lacte capræ Amaltheæ. Cretenſes texere Iouem crepitantibus armis. Latini quaſi iuuantem patrem uocant. Græci uerò, Ζῆνα καὶ δία, quòd uitam cunctis impertiat, ut Orpheus in cratere, his uerſibus indicat:

Ἔστι δὲ τῶν πάντων ἀρχὴ Ζεύς. Ζεὺς γὰρ ἔδωκε,
Ζῶα τ' ἐγέννησε, καὶ Ζῆν' αὐτὸν καλέουσι,
Καὶ δία, διότι δὲ διὰ τοῦτον ἅπαντα τέτυκται.
Εἷς δὲ πατὴρ οὗτος πάντων τε βροτῶν τε θεῶν τε.

Heſiodus autem:

Ζῆνα δὲ κρονίδην πατέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Hunc etiam nomine unius ſummi Dei nobiles philoſophi, tum Plato colebant: quanquam diuerſa numina uulgus ſibi adſciſceret, proprietates, uiresq́; rerum à doctis intelligebantur. ut Cicero in natura Deorum plenius explicat. ubi & Ioues plures aliosq́; item Deos iteratos poteris animaduertere. Nunc autem filios ipſius recenſebo, ac primum Dionyſium.

DE DIONYSIO SIVE BACCHO.

Tres nomine Bacchi — DIonyſios tris Bacchi nomine Diodorus ponit. Primum ex Ioue & Io in Bœotia natum uineæ autorem, orbem quoq; obeuntem multas ſubieciſſe nationes ac planè mitiores reddidiſſe, docuiſſeq́; ubi uitem tellus non pateretur, potum cum melle quod nonnulli Zitum uocant. Bœotiæ urbes patriæ cauſa liberas eſſe iuſsit. In Indiam poſtremo cum exercitu penetrans, eam triennio ſubiugauit. Inde in Bœotiam reuertens primus omnium triumphauit Indico elephante inuectus. Ex quo Bœotij, cæteriq; Græci ac Thraces, in eius triump

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Trieterica *triumphi memoriam ſacra ei Trieterica inſtituere. Vnde & in multis Græciæ urbibus triennio Bacchides mulieres conueniunt: quas Mænades, & Bacchas, & Mimallones uocauerunt: Thyrſum ferentes, hymnos & cantus furentum more in eius honorem concelebrant. Hic ſuſtulit omnis in orbe impios, ſed maxime Pentheum & Lycurgum: hunc quòd uites incideret, & illum quòd Bacchas ſacrificantes rideret, ab eis diſcerpi iuſſum.*

Secundum uerò Dionyſium ex Ioue & Proſerpina natum multo priorem ætate fuiſſe: nonnulli Sebaſtum, id eſt, Auguſtum uocant: boues præterea primum iunxiſſe aratro, ſerereq́; eorum opera docuiſſe: ex quo illum cum cornibus finxere, eiq́; ſacra ob pudorem nocturna faciunt.

Bacchus iuuenis *Tertium ex Ioue & Semele natum poſteriorem ferunt, puerum molli corpore & delicijs addictum, imperfectum ex paterno crure abſolutum: exercitum quoq; mulierum circumduxiſſe cum Thyrſo:* Silenus *ſecutus eſt & Silenus pædagogus, optimorum inſtitutor ſtudiorum, qui plurimum illi ad gloriam & res bellicas profuit. In bellis utebantur pardaliorum pellibus, diebus feſtis ueſtibus floridis & delicatis. Aiunt præterea Dimetora uocatum, quoniam ex uno duo ſunt nati Dionyſij ex matribus duabus. Verum poſteriori prioris adſcripta ſunt geſta: quapropter qui poſtea ſecuti ſunt ueritatis ignari, nominis ducti ſimilitudine, unum extitiſſe credidere. Hæc Diodorus.*

Satellites Dionyſij, Satyri, Tityri, Sileni, ijdem ferè omnes. Eorum ueſtes amphimallos tunicas uocant, & Dionyſium Phlyona ἀπὸ τ̃ φλύειν, quod antiqui dicebãt multos fructus colligere. Præterea Protigona à uindemia, Staphilitẽ ab uuis, Omphacitem ab acerba uua. Hæc Aelianus de uaria hiſtoria.

Liber *Vocatur item ab alijs autoribus Liber ob uini ebrietatisq́; libertatem: & cornua habere, quòd ebrius feræ ſimilis fit: &* Iacchus *Iacchus, quòd uinum hiare facit: &* Euan *Euan interiectio laudantis Bacchum: & Briſeus, id eſt hirſutus: & Leneus, à pueritia & lenitate.* Bacchus barbatus & imberbis *Nam duas habebat ſtatuas, barbatam & imberbem. Baſſareus, à genere ueſtium, unde & Baſſarides Bacchæ.*

Tioneus, Thoas *Eius filij Tioneus & Thoas Lemni rex. Cui Hypſipyle filia pepercit ex omnibus hircus, quòd uitibus officiat, ei ſacer. Præterea thyrſus & hedera. Templum Romæ ſub Capitolio habebat, nunc Sergio & Baccho martyribus dicatum.*

DE HERCVLE, VENERE, MINERVA, MERCVRIO.

Hercules Iouis ex Alcumena filius. Cuius labores iuſſu Euriſtei toleratos Virgilius breui epigrammate complectitur: apud Græcos uerò Antipater. Si cupis & proſa oratione copioſius Diodorus libr. 5. Qui etiam tris eius nominis facit. Vnum Aegyptium antiquum pro Deo ab illis habitum, qui ſubacta magna orbis parte columnas in Africa poſuit. Secundum Cretenſem, qui olympicum inſtituit certamen. Tertium Thebanum ex Alcumena: cui nihilominus ex rerum geſtarum & nominis ſimilitudine tribuuntur Euriſtei labores, & columnæ in Europa fixæ, tanquam unus fuiſſet. Herodotus autem ait uetuſtum eſſe apud Aegyptios Deum Herculem putatum iam VII. annorum millibus. Itaq; recte Græcos facere qui templa Herculi colenda cenſuerunt, uni quidem immortali immolantes cognomine Olympio, alteri ut Heroi parentantes. Elenchus Græcus autor ſcribit Herculem, Briareum quondam uocatum, ad columnas quæ nunc ſunt Herculis penetraſſe, ibiq́; diu moratum. Poſtremo alterum Tyrium ueniſſe Delphos ad oraculum, reſponſumq́; habuiſſe, ipſum alterum Herculem eſſe. De hoc item apud Diodorum legitur, quòd ob honorem ei ab Latinis impenſum dixerit, quicunq; ei decimas bonorum darent uitam felicem uicturos. Hic Deus colebatur domibus, ac pingebatur, bono diuitiarum auſpicio.

Præeſt & ſortibus & inueniendis theſauris. Deniq; humanæ felicitati. Telephus *Inter plures eius filios Telephus fuit, ex Auge filia Alei Arcadiæ regis, qui aui iuſſu expoſitus in ſyluis, & à cerua nutritus: dein dono datus Teutranti regi Myſiæ, proq́; filio educatus Telephus eſt appellatus, quaſi à cerua nutritus, autor Diodorus in eodem libro.* Cypariſſus *Huius item filius Cypariſſus Syluano dilectus fuit: quumq́; eius cerua quam amabat ab illo imprudenter interficeretur, puer ob dolorem perijt, uerſusq́; in ſui nominis arborem.*

Venus VENEREM *Iouis filiam à ueniendo noſtri dicunt appellatam, quòd uoluptas libenter ueniat. Græci ἀφροδίτην, quòd è ſpuma maris è teſtibus Saturni proiectis ſit nata. Concha inſidentem finxerũt, quòd, ut legitur apud Stobeum, mulierem deceat præter omnia cura ſub tecto ac ſilentium. Triplicem eam & Amores geminos Cicero facit.*

Minerua MINERVAS *idem quinq; ponit, primam Apollinis matrem. Aliam ortam apud Nilum, quæ ab Aegyptijs colitur. Tertiam ex Iouis capite ſine matre. Quartam Iouis & Coryphes Oceanidis, quadrigæ inuentricem. Quintam ex Pallante, quæ patrem interemit uim ei adferentem. Pennatis ſcribunt talarijs, Græcis dictam, ἀθηνᾶν, & Palladem quum artibus præeſt, Bellonam Latinis quum militiæ. Homero quoque κούρη γλαυκῶπις, αἰγίοχος ab ægide, id eſt, ſcuto quod præfert. Amat oliuam arborem. Inter ciuitates uerò Athenas, quibus etiam nomen dedit. Perpetuam quoq; uirginitatem ſeruat, quòd ſapientiæ ſtudentes abſtinentia maxime ueneriorum deceat.*

Mercurius MERCVRIVM *Ioue & Maia genitum dicunt. cuius nepotem Auguſtinus Trimegiſtum illum Aegyptium, cuius extant nonnulla de philoſophia, facit. Numen eſt eloquentiæ, Mercatorum, Furum, Præſtigiorum. Præterea interpres deorum. Pileum gerit & talaria ac uirgam. Hac animas ille euocat orco, hac deducit.* Eudorus *Eius filij Eudorus ex Polymia, teſte Homero.* Myrtilus *Myrtilus auriga Oenomai regis.* Euander *Euander, de quibus alibi diximus.* Hermaphrodytus *Hermaphrodytus qui utrunque ſexum habuit.* Daphnis, Aethalis *Daphnis paſtor, & Aethalis præco: cui quandoq; inter mortuos, quandoq; inter uiuos eſſe licere conceſſum eſt, ut autor Apollonius primo Argon. ἄλλοθ' ὑποχθονίοις, ἄλλοτ' ἐς αὐγὰς ἠελίο.* Lares *Ex hoc item Lares, teſte Ouidio, & Lara nympha procreati, quæ & Mania dicta eſt. His ex reſponſo Apollinis Tarquinius Superbus iuſsit ut capitibus puerorum pro ſalute familiarum ſacrificaretur, quod Brutus expulſis regibus correxit, capitibus alliorum & papauerum oblatis: ſic reſponſo occurrens, dicenti capitibus ſatisfieri oportere.* Compitalia *Compitalia quoq; ſunt dicta, quòd ij ludi in compitis fierẽt, ibideḿq; Maniæ deæ effigies ſuſpenderetur. autor Macrobius, qui hanc correctionem ſimilem illi fuiſſe dicit, quam Hercules fecit de imaginibus præcipitandis in Tyberim, quæ Oſcilla dicta ſunt.* Oſcilla *ut & alibi commemoraui.*

DE APOLLINE.

Apollo *Apollines uerò quatuor Cicero ponit. Primum antiquum cuſtodem Athenarum: alterum Coribantis filium natum in Creta: cui de ea inſula cum Ioue fuiſſe certamen traditur. Tertium Ioue & Latona natum, qui ex hyperboreis Delphos uenerit, quamuis Euſebius illum antiquiorem deſcribat. Quartum in Arcadia, quem Arcades quòd illis leges dederit, Nomion uocant: deinde ob nimiam ſeueritatem regno pulſus ad Admetum Theſſaliæ regem confugit, & iuxta Amphryſum amnem eius armenta pauit. Quare à paſtoribus pro Deo colitur. Homero pluribus appellatur nominibus: φοῖβος ἀπόλλων, ἀργυρότοξος, ἑκηβόλος, ἑκατέος. Quòd uerò hæc dictio Apollo quatuor eius artes, uidelicet muſicam, medicinã, uaticinium, & ſagittas in etymo demonſtret apud Græcos: uide Platonem in Cratylo, & ubi nos de nominibus alio loco diximus. Eius filij præcipui, Aeſculapius, Linus, Ariſteus.* Daphne *Dicitur & amaſſe nymphas Cyrenem, & Daphnem Penei flu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

minis filiam, quam fugitantem in laurum conuertit. Præterea Hyacinthus Branchus *pueros. Hyacinthum, quem ludendo diſco peremit, quòd Boreæ magis parêret amori: & Branchum Theſſalum, ut ait Lactantius, interfectum adeo doluit, ut & ſepulcro ſacraret, & templo Branchiadis Apollinis.*

Aeſculapius

Aeſculapios tris Cicero ponit, uerum pro omnibus unum Latini colunt, Ouidius, Diodorus, alijq; dicunt Apollinis & Coronidis filium fuiſſe, traditum Chironi erudiendum, ac Hippolytum herbis in lucem reduxiſſe: ob quam cauſam fulminatum à Ioue. Hic Deus petitus à Romanis uigente peſtilentia è libris Sibyllinis per x. legatos Epidauro ubi colitur, anguem qui ſe in nauim eorum coniecerat, in quo ipſius numen eſſe conſtabat, deportauere, eoq; in inſulam Tyberis elapſo, in eodem loco ſedes ei conſtituta eſt. autor Liuius x i. Huius item filij Machaon & Podalirius in bellum Troianum unà cum alijs ducibus ab Homero commemoratis profecti ſunt.

Linum Apollinis filium Virgilius facit. Lactãtius item eius ex Pſamata Crotopij regis Argiuorum filia natum, qui à matre expoſitus apud fluuium Nemeum à canibus diſcerptus, fuit. Quare Apollo iratus, monſtrum in eam regionem immiſit omnia uaſtãs, quod deinde Corœbus interfecit. Papinus huius meminiſſe uidetur. Irradiant medio licijs intextus acantho Letiferiq; canis. Diogenes autem eum Thebis natum, Mercurio muſaq; Vrania ſcribit, qui ſolis & lunæ curſum, animaliumq; ac fructuum genera ab initio narrauit, quem & Anaxagoras poſtea philoſophus eſt imitatus.

Ariſteus

Ariſteus regnauit in Arcadia, ex Apolline & Cyrene genitus, rapta in eo loco, ubi Cyrene urbs ex eius nomine dicta eſt: à nymphis educatus fuit, mel, lac, & oleum in Sicilia conficere docuit: quamobrem uti deus eſt habitus. Regnauit in Arcadia, in Bœotiã deinde profectus ex Autonoe Cadmi Acteon *Acteonem genuit, qui diſcerptus à canibus poſtea fuit, ut autor eſt Diodorus libro v. Ariſteum Virg. in I I I I. Georg. ubi eius fabulam refert, ex Peneo flumine & Cyrene natum dicit. Heſiodus Apollinem paſtoralem eum uocat. Varro Aegarim appellatum apud Ceam dicit, quòd pecus ibi à peſte curauerit, ara Ioui dicata.*

VVLCANI PROGENIES.

Vulcanus

Vlcanus Iouis & Iunonis filius, ob deformitatem in Lemnum inſulam à parentibus deiectus ponitur ab Homero in primo Iliados, ut Ioui fulmina fabricaret: dum è cœlo caderet claudus effectus eſt. De quo Virgilius:

-Cui non riſere parentes:
Nec Deus hunc menſa, dea ne dignata cubili.

Veneris inſuper maritum dicunt, quam in adulterio cum Marte deprehenſam Sole monſtrante cathenis adligauit: inſuper Erichthonium, Cacum, & Ceculum genuiſſe. Erichthonius rex *Erichthonius nanq; ex eius genitura natus, in humum cadente, dum Mineruæ uim afferre uoluiſſet, pedes habuit anguinos: quapropter currum ad eos tegendos excogitauit, regnauitq; Athenis. Virgilius:*

Primus Erichthonius currus & quatuor auſus
Iungere equos. *cuius fabulæ cauſam uide in Auguſtino de ciuitate Dei.*

Pandion

Hic Pandionem, Procrim, Orithyiam genuit. De Procri uxore Cephali inter Aeolidas nati, alibi dicitur, ſimul & his, qui Harpyias à menſis Phinei ad Strophadas fugauerunt.

Progne Philomena

Ex Pandione Athenarum rege Progne & Philomena: quarum prima Tereo Thraciæ regi nupſit, qui dum Philomenã ſororem uiſendam deducit, in itinere uitiauit: eiq; ne facinus retegeret, linguam abſcidit. Re comperta, Progne indignata, reuertenti uiro Ithim communem filium in epulis adpoſuit, ex quo mutati omnes: ille in Vpupam, Progne in Irundinem, Philomena in Luſciniam.

Dædalus

Dædalus quoq; è genere Erichthonidarũ, ut ait Diodorus libro v. clarus architectura, Telen puerum diſcipulum ſuum Teles puer *interemit ob inuidiam, quòd figuli rotam reperiſſet, & ſerrã, inuenta ſpina piſcis ad eius ſimilitudinem formata: ob quam rẽ actus in exilium, uenit in Cretam in amicitiam Minois, eiq; labyrinthum conſtruxit. Paſiphaê quomodo tauro concũberet incluſa ligno monſtrauit: quam ob cauſam inde aufugit in Siciliam aptatis alis Icaro filio, qui cadens mari nomen dedit. Minoe igitur eum perſequente bello, à Cocalo rege ſpecie colloquij in Thermis retentus eſt donec æſtu ſuffocaretur. In cuius memoriam Cretenſes Minoiam ciuitatem in Sicilia poſtea ædificauerunt. Hæc Diodorus. Vnde prouerbium fluxit ex artificis excellentia, ut clara opera Dædala appellentur. Virgilio Dædala tecta. Homerus:*

ὃς χερσὶν ἠπίστατο δαίδαλα πάντα τεύχειν.

Cacus

Cacus monſtrum fuit igniuomens, qui ante Romam conditam in Auentino habitabat, terror omnium uicinorum: aduenienti Herculi ex Hiſpania cum armento Gerionis quatuor ſubripuit boues: ab eoq; propterea claua necatur. Hiſtoriam uide in Virgilio:

Hic ſpelunca fuit uaſto ſummota receſſu
Semihominis Caci.

Ceculus

Ceculus, de quo idem: Nec Prænestinæ fundator defuit urbis Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem Inuentũq; focis omnis quem credidit ætas, Ceculus.

MARTIS PROGENIES.

Mars Iunonis abſq; patre filius ab Ouidio ponitur, ex herba quadam quã ei Flora monſtrauit percuſſa. Apud aquilonem regnare dicitur Virgilio:

Gradiuusq; pater Geticis qui præſidet aruis:

Vnde gentes illæ feritatem præ cæteris auſpicantur. Inter eius liberos, Oenomaus ponitur, Tereus, Parthaon, Phlegias, Hyperius, Aetolus, Euadne, Hermione, Romulus & Remus. Oenomaus Parthaon

Oenomaus rex

Oenomaus apud Elidem regnauit, bello pulſus à Pelope qui eius etiam filiam Hippodamiam curſu ſuperatam eſt adſecutus, de quibus uide in Pelopidis.

De Tereo item Thraciæ rege, ac Progne, uide in Neptuno.

Parthaon Martis ex Meroe filius, nonnulli ex Meleagro dicunt patre, filium habuit Oeneum regem Calidoniæ, ex quo geniti, Deianira, Meleager, Tydeus & Menalippus.

Deianira Meleager Altea

Deianira Herculis fuit coniunx, de qua paulo inferius, ubi de Neſſo centauro. Meleager Oenei ex Altea Teſtio genitore nata filius, quum regno paterno ſucceßiſſet, ac omnibus dijs præterquam Dianæ ſacrificaſſet, aper ab ea immiſſus eſt, qui regionem omnem euerteret: ad quem perdendum uiros undiq; fortes acciuit, inter quos Atlanta fuit Iaſij Arcadiæ regis filia uirgo fortißima, quæ prima eſt aprum iaculata, ex quo eius capite Meleager eam honòrauit: quod eius auunculi eripere tentantes, ab eodem interfecti ſunt. Altea igitur mater indignata ob fratrum mortem, ſtipitem quem fatalem filio ſemiuſtum ex igne ſeruauerat, rurſus igni tradidit: ex quo Meleagri mors ſecuta. Meleagri hiſtoriam, uide plenius in Iliados lib. I X. quem conuerti, in quo hæc inter cætera referuntur de ipſo Meleagro: Atlanta

Alteæ matri grauiter ſubcenſuit, inde
Delicijs tantum Cleopatræ coniugis hæſit,
Olim Marpiſſa atq; Ideo genitore creatæ.
Ideus illorum qui hominum fortißimus unus
Coniugis ob cauſam in Phœbum direxerat arcum.
Hanc olim Alcyonem cognomine forte parentes
Dixere, Alcyonis quod fatum flebile mater
Filia quum rapta eſt fuerit miſeranda ſecuta.

Parthenopeus

Parthenopeus eius Atlanta filius, inſcia matre, uenit ad bellum Thebanum, in quo occubuit, admodum adoleſcens, forma præcellenti, quemadmodum à Statio ſcribitur.

Menalip

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Menalippus
Tydeus

Menalippus Oenei filius, dum in ſyluis aprum unà uenaretur Calidonium, à Tydeo fratre imprudenter atq; fortuitu occiſus eſt. Quapropter Tydeus ob metum fugiens, Argos nocte uenit, imbrēq; in atria Adraſti regis uitans, confugit, quo paulò antè Polynices exul à regno paterno confugerat: quumq; locus duorum non eſſet capax, ad arma uenerunt. Quorum ac totam Thebanam hiſtoriam, uide in Thebis, quas in Geographia deſcripſi. Scribitur autem à Statio corpore fuiſſe admodum paruus, ſed animo ſimul et audacia pugnaciſsimus.

Deiphile
Diomedes

Ex Deiphile Adraſti filia Diomedem ſuſcepit, qui in bello Troiano tertius uirtute poſt Achillem & Aiacem ab Homero deſcribitur. Nam equos Rheſi cepit, Palladiū ſuſtulit, Martem uulnerauit, inſuper & Venerem, quæ Aeneæ cum eo congredienti auxilium attulerat. Poſtremo reuertens ob adulterium Aegiales coniugis domum uitans, in Italiam apud Garganum conſedit: ubi plures condidit urbes, ut alibi diximus, ac mortuo templum ei Diomedeum, teſte Auguſtino, dicatum, ſocij eius in aues Herodios mutati.

Aetolus

Aetolus Martis filius, teſte Plinio, qui ait eius inuentum fuiſſe iaculum, Aetolis, ubi poſtea Oeneus & eius ſucceſſores regnauerunt nomen dedit.

Euadne

Euadne Martis filia ex Thebe, quæ Capaneum uirum extinctum in bello Thebano uidens, in eundem ſe rogū ob amorem moritura impoſuit. Genuit autem ex eo Stenelcum.

Hermione

Hermione Martis filia Cadmo Thebarum regi nupſit: cui Vulcanus monile precioſum fabricaſſe dicitur, infauſti ominis illud poſsidentibus. Nam ipſa primum in odium uiri ob zelotypiam uenit. Deinde ab Argia Polynicis poſſeſſum infelici uiri exitu: poſtremo Eriphyle dono ab ea datum cauſa fuit uirū Amphiaraū manifeſtaſſe, ex quo à filio interfecta. Hermionem aliā Menelai filiā Oreſtis coniugē in Aeacidis dixi.

Phlegias

Phlegias Martis filius, qui Ixionem genuit & Coronidem, quam ab Apolline uitiatam ſentiens, templū eius Delphis incēdit. Quamobrem Apollo iratus, eum ad inferos relegauit, ut ſub ingenti ſedeat ſaxo ruinam eius continuò mutuens. Virgilius:

> Phlegiasq; miſerrimus omnes
> Admonet, & magna teſtatur uoce per umbras,
> Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos,
> & quæ ſequuntur.

Ixion

Ixion eius filius in Theſſalia regno paterno ſucceſsit: qui quum cœli honore à Ioue dignatus eſſet, arcanorumq; eius particeps, Iunonem tentauit: illa in ſui ſimilitudinem nubem ei obiecit, ex cuius complexu Cētauros genuit. Iupiter indignatus eum fulmine ictum ad inferos deiecit, rotæq; uolubili ac ſerpentum plenæ adligauit, ut Ouid. Voluitur Ixion & ſe ſequiturq;, fugitq;, & quæ ſequuntur.

Centauri

Centauri autem monſtra fuerant, equi poſteriora, homines anteriora. Inter quos nominati tantum Hyeus, Pholus, Eurytus, Neſſus. Hic ultimus precio uiatores ad Euenum fluuium transmittebat, inter quos & Deianiram Herculis, quam in alteram traductam ripā uiolare conatus Herculis ſagitta petitur. Ex quo moriens ueneno tunicam infectam ſpecie amatorij, quo cum Hercule uteretur, Deianiræ dedit, quā illa per Lycam Herculi miſit, ex quo ipſe flagrauit, prius Lyca de ſaxo præcipitato.

Neſſus
Deianira
Lycas

Perithous
Hippodamia

Perithous Ixionis ex coniugio filius in nuptijs Hippodamiæ ſimul cum Centauris deos omnis præter Martem inuitauerat: quare ille iratus Centauros ebrios excitauit, ut rapere Hippodamiam conarentur, crateras poculaq; iacientes. In qua rixa ſuperati à Lapithis, ut ſcribit Ouidius fuere: hi tantum populi Theſſaliæ auxilio Perithoo uenerant. Poſthæc Perithous ad rapiendam Proſerpinam ad inferos cum Theſeo amiciſsimo deſcendit, ubi à Cerbero quamprimum trucidatus, Theſeus autem Hercule iuuante ſaluus fuit. Aliam Hippodamiam ſuprà narrauimus Oenomai regis filiam, Pelopis coniugem: Tertiam quam Achilles rapuit, Briſeida appellatam, in Aeacidis diximus.

Lapithæ
Duæ Hippodamiæ

Ceneus

In cœna item Perithoi quam ſuprà memoraui Ceneus eſt interfectus. Is enim ab initio Cenis uirgo fuit Elathei Lapithæ filia, quæ à Neptuno complexa, ſexus mutationem, ſimul & ſe eſſe inuulnerabilem impetrauit. Congreſſus autem cum cētauris quum multos ex eis interfeciſſet, ipſe demum ab eiſdem non ferro, ſed trabibus coniectis uſq; terram infixus eſt, in auemq; ſui nominis mutatus. Regnauit apud Gyrtonē, unde filius eius Coronus inter Argonautas apud Apolloniū ponitur. Filiam item habuit Atlanten, quæ quum ex reſponſo nulli uiro coniungi deberet, petentibus procis ea lege promiſit ſe coniugem futuram illius à quo pedum curſu ſuperaretur, uicto autem necem ſtatuit. Hippomenes Macarei filius ex Neptuni progenie eam uicit, iactis tribus aureis malis à Venere dono acceptis curſum puellæ morantibus. Sed dū in luco matris Deûum concubuere, in leones ambo mutati ſunt.

Coronus
Atlanta
Hippomenes

DE LACEDAEMONE ORIONE, ET PILVMNO.

Lacedæmon

DEinceps mortale genus Iouis. Lacedæmon, ut ſcribit Dictys Cretēſis, eius fuit filius ex Taygeta Agenoris filia, qui Lacedæmoniam condidit: ex hoc Amyclas genitus, aliam de ſuo item nomine urbem. Argulus exinde Amycla natus Oebalum genuit patrem Tyndari, qui ex Leda Caſtorē, Pollucem, Helenam, Clitemneſtram, Icarum edidit.

Amyclas
Argulus
Oebalus
Tyndarus

Icarus

Icarus inuentor uini fuit in Attica regione: à colonis deinde ebrijs iugulatus eſt, ut ait Propertius:

> Icare Cecropijs merito iugulate colonis.

Erigone

Cuius canis Erigonem filiam geſtu ad locum cædis duxit, quæ conſpecto patre præ dolore laqueo uitam finiuit, relataq; in cœlum cum cane inter aſtra uirginis nomine micat.

Penelope

Penelopen Vlyſsis coniugem Icari etiam filiam uulgò laudatam, Duris Samius hiſtoricus, & Lycophron poëta impudicam fuiſſe, cum procisq; omnibus concubuiſſe ſcribunt. Caſtorem & Pollucem cum ſororibus fabuloſitas Iouis in forma Cygni & Ledæ ex geminis ouis filios fecit, cum Tyndari ſint. Homerus in Odyſſea libro XI.

Caſtor & Pollux

> Καὶ Λήδην εἶδον τὴν Τυνδαρέου παράκοιτιν.
> Ἥ ῥ' ὑπὸ Τυνδάρεῳ κρατερόφρονε γείνατο παῖδε,
> Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.

Horum alter mortalis genitus domitor equorum fuit, cuius inter equos Cyllarus nominatur: alter Pollux immortalis ac pugil Amycum uicit Cyzici regem quum inter Argonautas eſſet. Ouidius dicit hos Phœben cum ſorore rapuiſſe, quæ Linceo & Idæ fratribus nuptæ fuerant: quamobrem orto inter eos bello Caſtorem occubuiſſe, Pollucemq; immortalitatem cum fratre Ioue permitente diuiſiſſe, ut ſex menſibus uiciſsim uiuerent in cœlo: proſpera ſunt nauigantibus ſydera.

Cyllarus

Helena

Helena bis rapta, à Theſeo primum, quam Caſtor & Pollux reduxerunt. Deinde à Paride cùm nupta eſſet Menelao: à quo poſt bellum Troianum in Aegyptum ducta, poſtremo Lacedæmoniam, ut Homerus teſtatur. Seruius de gemino raptu quonam modo fieri potuit miratur, quum tempora non conueniant.

Clitemneſtra

Clitemneſtra Agamemnonem uirum redem à bello Troiano, unà cum adultero ſuo Aegiſto, oblata chlamyde ſine capitis exitu, iugulauit: mox & ipſa cum eodem à filio Oreſte.

Orion teſte Ouidio de Faſtis, Iouis Neptuni & Mercurij filius fuit, qui cum ſimul peregrinarentur, recepti hoſpitio ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Hyreo paupere ſene ac cœlibe:cumq́; liberos optare diceret, illi hoſpitij mercede minxerunt in corio bubulo:ex quo deinde terra infoſſo menſe decimo puer apparuit, Orion ex urina dictus. Hic ſatelles poſtea Dianæ fuit, ingens corpore, ea arrogantia ut omnes feras ſe iactaret interfecturum: ictus demum à ſcorpione breui animali extinctus eſt, ac in cœlum relatus micat inter ſidera, infeſtum nautis ſignum. De hoc Hom. in XI. Odyſſeæ.

Orion

Τὸν ἢ μετ' Ὠρίωνα πελώριον εἰσενόησα,
Θῆρας ὁμῶ εἰλευῦτα κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα.

Virgilius, Sed quantus Orion ingreditur. Erat enim magnitudine gigantea.

Hippolochus
Dryas
Lycurgus

Huius filius Hippolochus Dryanta genuit, quem in bello Thebano Papinius fuiſſe ponit. Dryante uerò Lycurgus genitus Thraciæ rex, quum ſpernendo Bacchum uites incideret, crura ſibi ſuccidit. Lactantius dicit eum mari præcipitatum, eo quòd primus merum aqua miſcuiſſet. Hic Ancæum, Harpalicen, & Phyllidem liberos habuit.

Ancæus

Ancæus is fuit, ut autor eſt Aelianus, qui quum uites ſereret iam ſenex, deriſus à ſeruo, quaſi fructus non guſtaturus, adueniente uindemia ex eis calicem extollens ei plenũ oſtentabat: at ſeruus prouerbium illud iactauit,

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.
Multa inter calicem eueniunt labrumq́; ſupremum:

ac ſtatim aper nuntiatus agrum uaſtare, ille obuiam profectus ac diſcerptus eſt calice non deguſtato.

Phyllis

Phyllis in Ouidij epiſtolis ponitur: hæc quum Demophoontem à bello Troiano reuertentem hoſpitio & lecto excepiſſet, ab eodem abeunte & redire promittente decepta eſt.

Pilumnus

Pilumnum Iouis filium Virg. facit ubi Iuno loquitur:
Ille tamen noſtra deducit origine nomen,
Pilumnusq́; illi quartus pater.

Daunus

Daunus Pilumno genitus in Apulia regnauit, & ex Danae Acriſij patris iram illuc fugiẽte patrem alterius Dauni procreauit: cuius nomen apud autores nõ reperi. Hic Faunum ex Venilia ſorore Amatæ cõiugis Latini & Turnum genuit, qui ab Aenea in bello interfectus fuit, uir alioquin miræ fortitudinis Virgilio deſcriptus, cum in ſingulari certamine congreſſus ſaxum antiquum ingens, campis quod forte iacebat limes agri poſitus, in Aeneam contorſit. Apud Ardeam regnauit, Iuturnamq́; ſororem amantiſſimam habuit, quæ à Ioue uitiata ob mercedem ablatæ uirginitatis immortalitate donata, & nympha Numici fluminis facta eſt.

Venilia
Turnus
Iuturna

MINOIS PROGENIES.

Minos Iouis & Europæ filius in Creta regnauit, antiquiſſimus ſanè omnium quos legimus, claſſem præparauit maximam, partem maris quod Græcum nunc uocant tenuit, & inſularum Cycladum imperium primus: in earum pleriſq; colonias poſuit Caribus eiectis, filiosq́; ſuos conſtituit reges, primusq́; piratas è mari ſuſtulit, quum & Græcis & barbaris mos olim prædari fuiſſet, quod exemplum Hetruſci prius introduxere, resq́; laudi potius quàm uitio daretur. Quãobrẽ urbes procul à mari incolebant, metu latronum in altis plerunq; montibus, easq́; ſine mœnibus. In hanc ſententiam ferè Thucydides. Hic igitur imitatus Rhadamanthum regem ante iuſtiſſimum in ea inſula apud Gnoſum nouem annis quibus imperauit, in antrum deſcendebat, leges ſe ab Ioue accipere dictitans, ut autor Strabo. Homerus:

Rhadamanthus

—Ἔνθάδε Μίνως
Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

Androgeus

Filium habuit Androgeum, qui quum ob inuidiam ab Athenienſibus quòd in Athletica ſuperaſſet interfectus fuiſſet, cauſa belli contra ipſos fuit, ac primum in Megarenſes Atticæ uicinos, quorum rex Niſus crinem in capite purpureum patriæ fatalem habebat, quem Scylla filia Minois amore capta, patri dormienti abſcindens, noctu portis reſeratis ad hoſtem pertulit: ex quo ille uictor auerſatus facinus, eã in mare ſuſceptam demerſit, quæ in cirim auem ex Ouidij fabula lib. VIII. mutata eſt. Minos poſt hæc Athenienſes coëgit ad danda Minotauro certa iuuenũ corpora. Minotaurus enim ex Paſiphae cõiuge & tauro natus ei fuerat, cum quo arte Dædali ligneo incluſa ſimulacro illa concubuerat: ſimul & ei nato Labyrinthum fabricauerat. Theſeus igitur cum ex ſorte ad eũ nauigaſſet, monſtrante Phædra filo foribus adpoſito, Labyrinthi errorem ſuperauit. Victor igitur Phædram & Ariadnen filias Minois ſecum uolentes tulit. Ariadne in quadã inſula nocte ſilenti dimiſſa, à Baccho ex India adueniente adamata, atq; aſportata fuit, cui coronam dono dedit, quod in cœlo ſignum dicunt aſtrologi fulgere. Dædalus interea quũ patrato ſcelere iram Minois fugeret, Icaro filio aptatis alis in Siciliam peruenit: quo inſequentem Minoem habuit, qui demum apud Camarinen ciuitatem à filiabus Cocali teſte Ariſtotele in politicis, interfectus eſt. Poſt mortem ob iuſtitiam iudex fingitur apud inferos. Virgilius: Quæſitor Minos urnam mouet.

Niſus rex
Scylla
Minotaurus
Paſiphae
Phædra
Ariadne
Dædalus
Icarus

Glaucus alter filius eius & Deucalion ponitur ab Homero in Iliade, ille qui poſt diluuium genus reparauit. Deucalionis uerò Idomeneus deſcribitur, qui rediens à bello Troiano quum ex uoto filiam quæ ſibi primo occurrerat ſacrificaret, pulſus à ciuibus ob crudelitatem, uenit ad Salentinos in Italiã, ubi Petiliam condidit. Huius item Orſilochus filius cum capto Ilio prædæ pars ne Vlyſſi daretur maximè inſtaret, ab eodem interfectus eſt.

Glaucus
Deucalion
Idomeneus

Radamanthũ quoq; Minois fratrem ex Ioue item faciunt, ſimulq́; iudicem conſtituũt apud inferos: alij regem ante eum in Creta fuiſſe dicunt. Homerus in XI. Odyſſeæ.

Rhadamanthus

Ἔνθ' ἤτοι Μίνωα ἴδον Διὸς ἀγλαὸν υἱόν,
Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νεκύεσσιν.

PERSEI PROGENIES.

Perſeus

Perſeus Iouis filius ex Danae Acriſij regis filia, auum interemit, regnumq́; Argæorum Mycenas traduxit: de quo inter Argiuos in Geographia ſatis dixi. Gorgonem uicit: eiusq́; capite Atlantem uertit in montem, quumq́; Andromadem filiam Cephei regis ex Caſiopia uxore apud Ioppẽ monſtro religatam ſolueret, ex ea Gorgophonem genuit, hic uerò Electrionem Alcumenæ, & Alceum Amphitryonis patres procreauit. Amphitryo ex Alcumena Herculem, & Iphicleũ, de quo fabula apud Plautum Amphitryo. Quando Hercules Ioue conceptus gemina nox fuit, quod Iulius Maternus interpretatur ſolis eclypſim tunc fuiſſe. Nam eo tempore res magnas ſiue feliciter ſiue infeliciter portendi. Ex Iphicleo Iolaus genitus, qui quum uidiſſet eius filias ab Hercule uitiatas, aufugit in Sardiniam ibiq; imperauit. Perſei item filios Achemenidem & Erythrum Solinus dicit fuiſſe, quorum alter apud populos ſui nominis inter Perſas imperauit. Alter apud mare rubrum: Erythreumq́; ab eius nomine appellatum. Stenelus quoq; Perſei filius apud Homerum in Iliade ſcribitur, qui in regno Micenarum patri ſucceſſit. Hic & Euriſteum genuit, qui eo die quo Hercules natus eſt, quem quum ex fatis maxime formidaret, uarijs obiecit monſtris.

Andromade
Gorgophon
Electrio
Amphitryo
Iphicleus
Iolaus
Achemenides
Erythrus
Stenelus
Euriſtheus

EPAPHI PROGENIES.

Epaphus

Beli priſci progenies breuiter recenſenda. Hic Epapho natus Aegyptio rege Iouis & Iſidis filio, ſiue ut placet Euſebio Iſidis & Telegoni cuiuſdam: cui poſt Apidis mortem Iſis nupſit, regnante Cecrope, anno mundi M.DCCX. Priſcus dicitur ad differentiam Beli patris Didonis, & item alterius patris Nini regis, cui templum Babyloniæ ædificatum eſt. Ex Belo igitur Priſco Danaus, & Aegyptus, unde regio nomen accepit, & Agenor geniti.

Belus Priſcus
Belus Nini pater
Belus Didonis pater

Danaus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Danaus, Aegyptus — Danaus cum eſſent ei L. filiæ, & Aegypto totidem mares, reſponſum accepit, ſe à genero interfectum iri: quapropter ut nuptias recuſaret fratris, ſeceßit Argos, tandem cùm ad hoc cogeretur, filiæ monitione paterna, coniuges noctu omnis interſecerunt, præterquàm Hypermeſtra, quæ Lynceo uiro pepercit, à quo Danaus poſtquàm annos regnaſſet L. interfectus eſt: coniuges uerò quæ & Danaides & Belides à poëtis uocantur, dare criminis pœnas apud inferos ponuntur, aquis implere fracta dolia coactæ. — Belides

Lynceus, Abas, Iaſius, Acriſius — Lynceus igitur in primis genuit Abantem, Iaſium, & Acriſium. Ex Abante genitus Prœtus, qui filias habuit inſanas à Melampo poſtea curatas. Ex Acriſio Danaë uirgo quam in turrim relegauit, quòd acceperat ex ea nepotem ſibi fatalem oriturum. Ex Iaſio Atlanta uirgo, & Talao geniti. Atlanta hæc curſu pernix uocata eſt à Meleagro ad aprum Calidoneum, ac prima iaculum miſit, & ex Meleagro Parthenopeum peperit. Talao Adraſtum ſuſcepit patrem Argiæ, & Deiphiles, quæ Tydeo, & Polynici nupſerunt. — Atlanta, Talao, Adraſtus, Argia, Deiphile

Agenor — Agenor tertius Beli filius in Phœnicia regnauit, Cilicem, Phœnicem, Europam, Cadmum, Labdacum procreauit.

Cinara, Myrrha, Adon — Ex Cilice quarta generatione ortus Cinara, qui cum Myrrha filia ſua nutricis aſtutia ignarus concumbens Adonem ſuſcepit, qui à Venere dilectus cùm feras ſectatur: ab apro interemptus eſt, & in florem ſui nominis conuerſus.

Phœnix — Phœnix paternam Syriæ regionem de ſuo nomine appellauit, ut ait Euſebius, primus characteres literarum inuenit colore rubro conſcribendos, quem ab eius nomine Phœniceum, deinde Puniceum aiunt appellatum. Hic Phyliſthenem & Belum reliquit: primus natu minor Herculis ſacerdos relicto domi Sichæo filio, ipſe ad Hiſpaniæ littus tendens, Gadiram condidit ciuitatem. Ex Belo Pygmalion, Dido, & Anna procreati. Dido Pigmaleonem uiri Sichæi interfectorem ob auaritiam fugiens in littus Carthaginis, ibi'que mercata ſolum de nomine Byrſæ, id eſt, corij bubuli in tenues partes ſecti, Aeneam hoſpitio excepit, cuius amore, uti placet Virgilio, perijt. At Iuſtino Auguſtino'que ut pudica potius taxatur: ut Iarbæ uim afferentis connubium uitaret, quaſi Sichæi manes placatura, rogum conſcendens, gladio incubuit. Anna uerò ſoror poſt, eius fratrem aufugiens, tempeſtate maris ad littus Lauinium deuecta eſt, uiſa'que ab Aenea ac cognita, ab eo domi unà cum Lauinia nutrita: quam cum aduerſam ſibi ac zelotypam uidiſſet, in Numicium proximum amnem ſe præcipitem dedit. Eam poſtremo inquirentibus, uox Annæ exire uiſa, quæ ab Ouidio in Faſtis ponitur, — Phyliſthenes, Belus, Pygmalion, Dido, Anna

Placidi ſum Nympha Numici
Amne perenne latens Anna Perenna uocor.

Cadmus — Cadmus alius Agenoris filius miſſus à patre ad inquirendam Europam à Ioue raptam, iuſſusq; ſine illa non redire, ex reſponſo ſecutus bouem, Bœotiam ubi conſtitit regionem uocauit, Thebasq; ex nomine Aegyptiarum Thebarũ unde originem habuit, ciuitatem condidit. Socios inſuper eius cũ uidiſſet à dracone abſumptos, eius interfecti dentes ſeuit, ex quibus orti qui ſe mutuis uulneribus confoderunt. Ipſe tandẽ ab Amphione & Zeto pulſus in Illyricũ ſeceßit, quam hiſtoriã ſeu fabulam in Geographia Bœotiæ attigimus aliter enarratam.

Hunc Cadmum XVI. literas in Græciam attuliſſe Plin. dicit, ut alibi narraui. Huius quatuor fuere filiæ ex Hermione Martis filia. Semele quæ ex Ioue Bacchũ genuit imperfectum, ab ipſo fulmine icta, quòd aſtutia Iunonis, eius tãquam cum Iunone concubitũ rogauerat. Agaue ex Echione Cadmi ſocio Pentheũ genuit, qui ſacra Bacchi quæ à matre eiusq; ſororibus fiebant deridens, ab eiſdem in furorem uerſis diſcerptus eſt. Autonoe ex Ariſtæo Actæonem genuit. Ino ab Athamãte Learchum & Melicertam. De quibus etiam inferius dicetur. — Semele, Agaue, Pentheus, Autonoe, Ino

Labdacus — Labdacus ultimus Agenoris filius Laium genuit Thebarum regem Oedipi patrem, ex Iocaſta Creontis Thebani filia: ex Oedipo Eteocles & Polynices, ex Polynice Teſſandrus, quorum hiſtoriam in Thebis in Geographia plene attigimus.

AEACIDARVM PROGENIES.

AEacus Iouis filius apud Oenonem inſulã regnauit, quam de nomine matris Aeginam appellauit: ubi cum ob peſtem defeciſſent homines, Iouẽ orauit, ut formicas quas uiderat, homines faceret: exauditus eos Myrmidonas ex etymo appellauit. Deſcribitur tertius apud inferos iudex cum Minoe & Rhadamantho ob eius in populos iuſtitiam: ſuſcepit Telamonem, & Peleum, & Phocum.

Telamon — Telamon uerò Aiacem & Teucrum: ambo in bello fuere Troiano.

Aiax — Aiax cũ Hectore cõgreſſus ponitur ab Homero, ac pugna nocte ſuperueniẽte dirẽpta, gladio ab Hectore donatus, ille autem ab Aiace balteo, pernicioſißimis quidẽ donis. Nã Hector eo tractus ab Achille fuit. Hic uerò quum ob arma Achillis Vlyßi adiudicata inſanus efficeretur, ei gladio incubuit.

Teucer — Teucer quum ſine fratre reuertiſſet, non ſuſceptus in patriam, in Cyprum ſeceßit, ubi alteram condidit Salamina.

Peleus — Peleus autẽ alter Aeaci filius rebus magnis interfuit. Cum Perithoo ſiquidem aduerſus Centauros pugnauit: cũ Meleagro in uenatione apri Calidonei acceßit. Thetidẽ Atlantis filiam cepit in matrimoniũ, ubi omnes dij deæq; dicuntur conueniſſe præter Diſcordiam, quæ poſtea inter illas tris deas de forma contentionẽ miſit, unde natum bellum Troianum. A Thetide Iupiter abſtinuit, quòd in fatis erat filium ex ea uenturum patre maiorem: ex ea Peleus Achillem genuit. Poſthæc quum ipſe ac Telamon Phocum fratrem nothum interfeciſſent, patris ſeueritatem fugiẽtes: Telamon in Salamina inſulã ſeceßit: Peleus uerò in Theſſaliã ad Acaſtũ Magneſiæ regẽ peruenit, à quo lymphis fraterna cæde purgatus eſt: quũq; iuuenis eſſet formoſus ac caſtus, ab eius uxore de ſtupro tẽtatus renuit. Illa falſo apud uirũ ſe tẽtatã ab eo deferẽs, effecit ut ab Acaſto ad uenationem mitteretur, ut à feris diſcerperetur: quas dũ uirtute ſuperaſſet, domũ reuerſus Acaſtũ cum cõiuge interfecit eorũq; regnum inuaſit: autor enarrator Apollonij.

Achilles — Achillem uerò Iouis filium, ut ſcribitur Iliad. X. Thetis mater ut à Ioue accepit fato duplici natum, aut longa uita, ſed mortali fama, aut uita futurum breui, uerũ curſu gloriæ ſempiterno, protinus natum ſtygijs demerſit undis, ut inuulnerabilis eſſet, præter calcaneũ quo eũ tenebat, traditq; puerum fratri ſuo Chironi Centauro erudiendũ. A quo in antro citharam edoctus eſt, feramq;, ac omni labore, uitam exercere. Tãdem quum apud Troiam periturum audiuiſſet, eum apud Scyron inſulam inter filias Lycomedis regis in puellæ forma abſcondit. Inuentus demum Vlyßis aſtutia, qui obiectis diuerſis donis, puellæ colos & calathos acceperunt, ille uerò enſem & arma. Hac re deprehenſus ac ad Troiam profectus XII. in primis urbes euertit. Ex præda Lyrneßi Aſtinomen quam Chryſeida ex Chryſe patre nominat Homerus, Agamemnoni dedit: ſibi autem ex Pedaſo expugnato Hippodamiam, quam Briſeida ex Briſe patre idẽ appellat, ut autor Dictys Cretenſis. Sacerdoti uerò Chryſæ filiam repetenti iuſſu Calchãtis uatis reddidit Agamemnon, quũ per uim Briſeidam rapuiſſet: Achilles indignatus ſeceßit ad littus diu mœſtus. Exercitu itaque fruſtra eũ reuocare per oratores quærente, Patroclus à Neſtore perſuaſus ab Achille amicißimo arma ſaltem rogat, quibus impetratis inimicos irruentes perterruit, aciemq; Græcorum reſtituit. Poſtremo ab Hectore — Chryſeis, Briſeis, Patroclus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ctore interfectus, armiſq; ſpoliatus eſt. Achilles amici dolo
re percitus, ſtatim oblatis ei à matre Vulcani armis, denuo
in Hectorem irruens, eum interfecit, loroq; dies alioquot ante
Patrocli ſepulcrum traxit, uenienti demum ac oranti Priamo
conceßit. Præter hunc quoque ex Troianis interfecit Eu-
phemium, Hippotum, Plebeum, Aſterium, Lyconiū, Euphor-
bium, Memnonem. Hunc tollere de medio ſtatuens Hecu-
ba, filiæ Polyxenæ quam ille adamauerat, nuptias pacis pa-
ctione promiſit: qui prope mœnia in templum Tymbrei A-
pollinis nocte celebraturus hymen eum accedens, ibidem an-
te aram clam à Paride ſagitta in calcaneo appetitus occubuit,
Pyrrhus ſepultuſq; eſt in Troade apud Sigeum. Pyrrhum filium re
liquit ex Deidamia filia Lycomedis, quam eo tempore quo
inter eas fuerat uitiauerat. Hic igitur Neoptolemus appella-
tus, magna iuuenis audacia. Politē Priami filium, ac ipſum
deniq; Priamum iurgia iactantem ad aram trucidauit. Po-
lyxenam ad patris tumulū mactauit, & Aſtyanacte de turri
ab Vlyſſe præcipitato, Andromachen abduxit, quam poſtea
Heleno Priami filio ob uaticinij uirtutem in coniugem dedit
cum parte regni Moloſſorum, Hermionemq; ab Horeſte
abſtulit, à quo demum interfectus eſt.

AEOLIDARVM PROGENIES.

Aeolus AEolus Iouis filius apud Siciliam Aeolias tenuit inſulas,
cui poteſtas uentorum fingitur, quòd nautas ſigna tem-
Macareus peſtatis & rationem uentorum docuerit. Liberos habuit, Ma
Canace careum, & Canacen, qui ob amorem inter ſe concubuerunt:
Alcyone præterea Alcyonem, quæ nupſit Cæyci, Trachinæ regi, ac in
auem ſui nominis uerſa eſt. Poſt hos Cretheum, Salmonea
Cretheus Siſyphum, Cephalum, Athamentem. Cretheus autem ex
Tyro Salmonei filia Aeſonem, Alcimedontem, & Amyphao-
nem. Homerus Odyſſeæ x I.

Τοὺς δ' ἑτέρους Κρηθῆϊ τέκε βασίλεια γυναικῶν,
Αἴσονά τ', ἠδὲ Φέρητ' Ἀμυθάονά θ' ἱππιοχάρμην.

Aeſon Aeſon uerò Iaſonē, cuius fabula ſic ſe habet. Pelias patruus
Iaſon Neptuni ac Tyrus filius pulſo ex Theſſaliæ regno Aeſone
Pelias eius fratre uterino, filias tantum quaſdam & Acaſtum ſu-
ſcepit, de quo inter Aeacidas mentionem feci: in fatiſq; ha-
buit ut caueret quem altero pede nudo uenientem uidiſſet.
Dum igitur Neptuno patri ſacrificaret, ecce Iaſon qui à Chi-
rone magiſtro ad recuperandum paternum regnum pro-
perabat, alterum in flumine Anauro calceum ob celerita-
tem reliquit: quem animaduerſum Pelias, ut eum morti obij-
ceret, Colchos ad uellus aureum rapiendum iußit profici-
ſci, regno in reditu promiſſo. Igitur Argo naui fabricata
coactiſq; proceribus Colchos attingens, uellus ab Aeēta pe-
tijt, quod in inſula Martis cuſtodiebatur. Sed hoc pacto im-
petrauit: igniuomis prius tauris adactis ad iuga, draconis
qui uellus cuſtodiebat dentes ſereret: quod ille ſimul cum
Medea alijs laboribus ſuperauit, oſtendente pharmacum Medea,
cui in templo Hecates concubuerat, ex quibus dentibus na-
ti ſunt gigantes, quos ipſe demeſſuit. His igitur obitis, cum
uellere aureo & Medea per uarios errores reuerterunt:
Apſyrto fratre Medeæ membratim per uiam diſcerpto, ut
inſequentes à patre miſſos moraretur. Vbi Theſſaliā attige-
rūt, Aeſonem Medea in aheno recoctū priſtinæ iuuentuti re-
ſtituit: poſt hæc fingens cum Iaſone diſcordiam filiabus Pe-
liæ perſuaſit, ſi ſenectam patris reſtituere iuuentuti uellent,
cultris ſanguinem eius debilem exhaurirent, quod illæ cre-
dentes patrem interfecerunt. Deinde cum Creuſam Creon
tis regis Corinthiorum filiam Iaſon in matrimonium du-
xiſſet, illa uidens ſe relictam, quædam ſcriniola dono no-
uæ nuptæ miſit, quibus apertis flamma protinus exijt.
Creuſa quæ Creuſam cum tota regia combußit. Inde ſtatim fugiens
Athenas uenit, ac Aegeo regi matrimonio iuncta, pepe-
rit ei Medum filium qui Medis poſtea imperauit. Iaſon
filium Thoantem reliquit, quem ex Hypſipyle Thoantis re- Thoas
gis Lemni filia ſuſcepit, quum ad illo hoſpitio ſimul cum Hypſipyle
Argonautis receptus fuit. Nam de Lemniadibus fœminis
quæ mares interfecerunt, & conſeruato Thoante patre ac
Hypſipyle, in Geographia, ubi de Lemno tractaui, ſatis
dixi. Hic Thoas ponitur à Papinio in bellum Thebanum
unà cum Adraſto profectus, in ſylua Nemea Hypſipylem
matrem reperiſſe: quæ ob ſeruatum patrem eiecta è Lemno,
& à piratis capta, deinde Lycurgo regi Thraciæ diuendita,
fuit pro nutrice filio Ophelti: quum audirent eam caſus re- Opheltes ſeu
citantem ſuos Adraſto in ſylua, illam Thoantis eſſe matrem Archemorus
è ueſtigio cognouerunt. Quapropter iræ Lygurgi regis ob
male ſeruatum Opheltem puerum dum ipſa loqueretur, at-
que extinctum, ſubripuerunt. Pueri nomine Archemori in
memoriam feſta annua apud Nemeam inſtituta. Et hæc quidē
quoad Iaſonis omnem breuiter hiſtoriam.

Amythaon alius Crethei filius apud Homerum in Odyſſea Amythaon
legitur, ut uir fortißimus bello. Hic Biātem & Melampum Melampus
genuit, qui quum hærbariæ ſciens eſſet, filias Prœti regis
ab inſania liberauit, ac Theodamantem filium genuit, qui à
Papinio uates deſcribitur, & Amphiarao in bello Thebano
ſucceßit. Bias autem ex Pyro Nelei filia ſuſcepit Antiphan Bias
tem patrem Oicli, qui Amphiaraum uatem procreauit pa- Antiphas Oiclus
trem Alcmeonis & Amphilochi ex Eriphile cōiuge, quorum Amphiaraus
exitus in Bœotia attigimus. Alcmeon

Salmoneus Aeoli filius apud Elidem regnauit, qui ob ſu- Salmoneus
perbiam conatus eſt quodam æneo ponte fabricato Deum
ſe facere, ut Virg. in v I. Hic Tyro tantum filiam habuit, Tyro
quæ ex Neptuno Peliam & Neleum, ex Cretheo Aeſonem
& eius fratres ſuſcepit, ut ſuprà narraui.

Siſyphus Aeoli filius regnauit apud Ephyram Corinthum. Siſyphus
Dicitur deorum arcana, quorū ille conſcius erat, mortalibus
manifeſtaſſe, propterea ſaxum ingens apud inferos per-
petuo uoluere: alij latronem alioqui infamem deſcribunt.
Ex Merope Atlantis filia Glaucum & Creontem genuit. Glaucus
Glaucus uerò Bellerophontem, qui item apud Ephyram Creon
regnum tenuit, quo priuatus à Prœto Argeorum rege, Bellerophon
ab eodem'que ſeruus domi ſuſceptus, ac de ſtupro ab eius
uxore Anthia tentatus eſt. Qui, quod facinus auerſare-
tur, ab eadem apud uirum falſo accuſatus, cum literis
ad Ariobatum ſocerum miſſus eſt, quibus ſcribebatur uti
ille occideretur. Ariobatus itaque eum contra Chimæram
monſtrum miſit, qui equo Pegaſo adſumpto, illam è ue-
ſtigio ſuperauit: poſt hæc ad Solymorum bellum, po-
ſtremo ad Amazonas miſſus, uictor pariter redijt, pro
quibus meritis Ariobati filiā Achimenem duxit, ex qua filios
ſuſcepit, Iſandrū, Hippolochum, & Laodamiam. Iliad. lib. v I.

Ἡ δ' ἔτεκε τρία τέκνα δαΐφρονι Βελλεροφόντῃ,
Ἴσανδρόν τε καὶ ἱππόλοχον, καὶ Λαοδάμειαν.

Iſandrus aduerſus Solymos pugnans occubuit. Hippolo- Iſandrus
chus Glaucum alium genuit, illum qui in eodem libro Hippolochus
Iliados introducitur cum Diomede ſuam genealogiam nar- Glaucus II
rare, & ob iunctam amicitiam cum eo, arma aurea
mutaſſe cum armis æneis Diomedis multo uilioribus, ac
quaſi uti ignauus taxatur. Laodamia Proteſilai qui primus Laodamia
apud Troiam occubuit uxor, in uiri umbræ ei apparentis
amplexu expirauit.

Creon Siſyphi filius apud Corinthū regnauit, pater Creu- Creon
ſæ Iaſonis uxoris quem ſuprà narraui. Creuſa

Cephalus Aeoli filius Auroræ dilectus, eius conſilio Pro- Cephalus
cris uxoris Erichthei regis Athenienſium filiæ caſtitatē ten- Procris
tauit, mercatorem ſe fingens, ac eius concubitū auro paciſcēs.
Illa uerò re detecta, erubeſcens in ſyluas abijt, ubi uir forte
uenab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uenabatur,quæ ruſticũ putans inter uepres ſe abdiderat. Ce-
Athamas phalus igitur feram exiſtimans,eam iaculo interemit. Atha
mas Aeoli filius apud Iſthmõ regnauit,ex Nephele Phryxum
& Hellen ſuſcepit,qua in furorem acta,nouercam filijs indu-
Ino xit Ino Cadmi filiam:hæc cum ueneficio ſemẽtes in agris in-
feciſſet,inſtituit ut is nuntius qui ad Pythiã pro reſponſo mit-
teretur,falſa referret,rem hanc ſanguine filiorum placãdam.
Phryxus Expoſitis igitur Phryxo & Helle ad arã morituris,deorum
miſeratione aries aureo uellere apparuit, quo ambo ſuper-
Helle poſiti per mare tranſueherẽtur:ubi Helle forte excidẽs, Hel-
leſponto nomen indidit. Phryxus Colchos ad Aeetam perue-
nit,qui arietem Marti ſacrauit. Phryxus ab eo tandem inter-
fectus filium Cytorum reliquit,quem ex Aeetæ filia ſuſcepe-
Learchus rat. Athamas interea in furorem uerſus Learchum filium ſa-
gitta interemit. Ino autem mater perterrita cum altero filio
Melicerta Melicerta ſe in mare præcipitẽ dedit. Ipſaq; Matuta & Leu
Matuta dea
Leucothoe cothoe ex rupis nomine unde deſilijt: Melicerta uerò Palæ-
Palæmon mon appellati,ac eis ſacra Iſthmia in Neptuni honorem con-
ſecrata. Quidam dicunt ueniſſe Melicertam ad Iſthmon, ibiq;
ſacra Neptuno inſtituiſſe. Deæ Matutæ ſacra Romæ priua-
tim celebrata,ad quæ matronæ cum una tãtum ancilla ingre-
diebantur,ut autor Plutarchus in Probl. Et hæc quidem quæ
de Aeolidarum genere ſcribuntur.

DARDANIDARVM AC PELOPIDARVM PROGENIES.

Dardanus
Iaſius DArdanus Iouis filius ex Electra Atlante genita fratrem
habuit Iaſiũ,quo interfecto,è Coriti ſede Hetruriæ quæ
nunc Cortona eſt, in Samothraciam aufugit indignationem
populorum,ut autor Virgilius:

Auruncos ita ferre ſenes,his ortus ut agris
Dardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad urbes
Thraiciamq; Samum,quæ nunc Samothracia fertur.
Hinc illum Coriti Tyrrhena à ſede profectum.

Teucer
Erichthonius Inde uerò in partem Troadis,ubi à Teucro rege exceptus ac
Ilus gener adſcitus, genuit Erichthonium & Ilum. Erichthonio
Trous Trous,ex Troo Ganymedes raptus à Ioue, de quo latius in
ordine literarum dixi. Ex Ilo Laumedon, qui Neptunum &
Apollinem peracta mercede ædificatorum ab eis murorum
Eſione fefellit:quapropter peſte uexato, ex reſponſo Troiana uirgo
ex ſorte,monſtro marino religanda erat. Sors in Eſione eius
Laomedon filiam cecidit. Hæc poſtea dicitur liberata ab Hercule, dataq;
Telamoni uxor,ex qua Aiax & Teucer nati. Laomedon
igitur quum ſimiliter & Herculem pacto precio decepiſſet,
eumq; inſuper hoſpitio prohibuiſſet, ab eo ſublatus bello eſt,
Titonus pluribus relictis filijs, inter quos fuere Titonus Auroræ ma-
Priamus
Hecuba ritus,ac Priamus L. filiorum pater partim ex Hecuba Ciſſei
Aeneas regis Thraciæ filia,partim ex concubinis, quorum nonnullos
in Anthropologia dixi. Ex hac Aeneas ortus progenie,qui ſi-
mul cum Antenore,ut eſt autor Dictys Cretenſis, prodita pa
tria,in Latium nauigauit,genus unde Latinum, Albaniq; pa-
Pelopidarum
progenies tres,atque altæ mœnia Romæ. Pelopidas nunc dicam: Pe-
Pelops lops Tantalo Iouis filio genitus, à quo heroes plurimi fuere.
Tantalus Tãtalus enim,ut autor Euſebius,in Phrygia regnauit,qui cum
deos cõuiuio excepiſſet, Pelopem filium coctum membratim
appoſuit,ut eorum diuinitatem tentaret, illi facinus auerſati
membra reſtituere,præter humerum quem Ceres deuorauerat,cuius loco eburnum fecerunt. Tantalum uerò ad inferos
deiecere,ut inter flumina uſque ad ora merſus aqua prohibe-
retur,inter poma item conſtitutus, nullum attingere poſſet.
Homerus Odyſſeæ libro XI.

καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα,
Ἑσταότ' ἐν λίμνῃ, ἡ δὲ προσέπλαζε γενείῳ
Στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι.
Ὁσάκι γὰρ κύψει' ὁ γέρων πιέειν μενεαίνων,
Τοσάχ' ὕδωρ ἀπολέσκετ' ἀναβροχθέν.

Pelops igitur cum regno Phrygiæ ſucceſsiſſet, aduerſus Oe-
nomaum bellum mouens Elidis regem, regnum ipſius adſe-
cutus eſt cum Hippodamia eius filia adamata atque coniugio
negata. Fabula uerò dicit eam curſu uictam,corrupto Myr
tilo eius auriga Mercurij filio,quem poſtea de ſaxo præcipi-
tauit. Hic Polyſthenẽ,Atreũ,& Thyeſtem genuit. Atreo, Atreus
ut eſt autor Seneca in Tragœdia, Aries erat aurei uelleris,cu Aries
ſtos gregis,quẽ Thyeſtes frater ei abſtulit,conciliata ſibi Me-
rope eius uxore,ex cuius etiam concubitu filios ſuſcepit:qua-
propter expulſus à fratre:deinde concordiam ſimulans in re
gnum reuocauit,eiq; in cœna filios quos ſuſceperat adpoſuit:
quo facinore Sol dicitur in curſu refugiſſe in orcum. Thyeſtes Thyeſtes
ex Pelopia filia quam complexus eſt, Aegiſtum ſuſcepit, ut au Pelopia
tor Seneca in Tragœdia. Polyſthenes Agamemnonem & Polyſthenes
Menelaum filios paruos iuuenis decedens Atreo fratri com
mendauit:quapropter nulla patris habetur mẽtio,ſed tantum
Atridæ ab Homero appellati. Agamemnon poſt reditum à Agamemnon
Troia inſidijs Aegiſti adulteri à Clitemneſtra uxore dum ue
ſtem indueret ore præcluſo iugulatus eſt. Filios habuit, Ale-
ſum,Oreſtem,Iphigeniam,Iphianaſſam,Laodicẽ,Electram,& Oreſtes
Chriſothemin. Electra Oreſtem paruum poſt patrem in- Laodice
terfectum Strophilo Phocenſi commendauit, quæ quum ma- Electra
trem probri admiſſi redargueret,ab ea interfecta eſt:cuius no
mine Sophoclis extat Tragœdia, Electra appellata. Iphige- Iphigenia
nia apud Aulidem aris immolanda ex reſponſo ad placãdam Iphianaſſa
Dianam,deorum miſeratione cerua ſuppoſita liberata eſt, ac
in Tauricam regionem tranſlata apud Thoantem regẽ Dia-
næ templo ſeruiuit,cui humanis hoſtijs ſacrificabatur. Oreſtes
autem quum matrem & adulterum interfeciſſet, in furorem
actus,à Pylade Strophili filio comitatus,ſe itẽ cõtulit in Tau-
ricam,ubi interfecto Thoante, & ſubrepto Dianæ ſimula-
cro,unà cum Iphigenia ſorore in Latium uenit,apudq; Ari-
tiam oppidum ſimulacro collocato, templum conſtituit. Ex
Hermione Menelai filia Oreſtem filium genuit, qui paruus
admodum ſecedens,apud Epirum Oreſtas populos condidit. Oreſtes iunior
De quibus in Geographia late narraui. Aleſus autem alter Aleſus
Agamemnonis filius (quidam aurigam dicunt) in Hetruriam
uenit,ubi Faliſcos condidit populos. Ouidius autor.

VLYSSIS GENVS EX IOVE.

VLyſſem Ouidius ex Ioue genus ducere ait,ubi ſuam ipſe
contra Aiacem explicat nobilitatem. Nam mihi Laërtes
pater eſt, Archiſius illi, Iuppiter huic. Nonnulli Siſyphi nepo-
tem,aliqui filium faciunt,dicuntq; Anticleam eius matrẽ ante
nuptias Laërtis cum Siſypho concubuiſſe. Anticlea enim Anticlea
Autolyci Mercurio nati filia ponitur ab Homero Odyſ- Autolycus
ſeæ XI. Exemplar hic propoſitus mortalibus & patien-
tiæ ſimul & eloquentiæ. Quum fugeret bellum Troianum,
inſaniam ſimulauit ſalem ſeminando, cum aratro diuerſis
animalibus iuncto. Res à Palamede detecta, qui cum Te-
lemachum filium ante arantem poneret,aratrum ille ſuſpen-
dit. Fata omnia Troiæ ſuperauit. Nam & cinerem Laome-
dontis ante Scæam portam abſtulit, & Palladium cum Dio-
mede ex arce ſurripuit, & Achillem occultatum inuenit. De-
niq; Herculis ſagittas apud Philoctetem ex oraculo repperit:
ſine his enim rebus Troia capi non poterat. Rheſum poſt Troiæ fata
hæc primum uenientem interfecit,ablatis eius equis albis, ſi-
multates cum Palamede geſſit, arma Achillis eloquentia ad-
uerſus Aiacem obtinuit:poſtremo rediturus in patriam, de-
cennio naufragus errauit. Nam ut ipſe Odyſſeæ libro Alci-
noo Phæacum regi narrat, primo curſu ad Cicones delatus
eſt:quos quũ expugnaſſet, & Iſmarum euertiſſet in prædam,
ad Lot

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ad Lotophagos eiectus eſt:ubi quũ exploratores quos miſe-
rat loto guſtato reditum nõ curarent,ſe recepit in Siciliam:
ubi antrum Polyphemi Cyclopis cum duodecim ſocijs intra-
uit:ex quibus ſex ab eo deuoratis:ipſe eruto ei oculo præuſto
fuſte arietum pellibus inuolutus,cum ſuperſtitibus ſocijs exi-
uit. Inde Aeoliam uectus, ab Aeolo uentos in utrem coactos
obtinuit:in uia deinde,ſoluto utre à ſocijs,credentibus theſau-
rum eſſe, in Aeoliam aduerſo uento repulſus iterũ eſt:ex qua
ab Aeolo pulſus nauigans,die ſexto peruenit ad Leſtrigonas:
quos quum haberet aduerſos,perditis nauibus,ſocijsq́;,cum ſo
Circe la naue ſua peruenit ad Circen, quæ exploratores mutauit in
belluas. Idem à Mercurio ſuſcepto pharmaco, ad illam acceſ-
ſit impauidus:mortem ei minatus, niſi illos reſtitueret: quod
quum obtinuiſſet,annum cum ea moratus, ſuſcepto Telegono
filio,ſpretaq́; immortalitate quã ei ultro illa offerebat, ſi re-
Elpenor manere uellet:edoctus inſuper quæ agenda eſſent, relicto El-
penore ob ebrietatem lapſu ſcalæ defuncto, nauim ſoluit: &
ſecundo uento una nocte ad oceanum peruenit ubi peractis
ſacris à Circe monſtratis ad infernum deſcendit.Hic Anticliã
matrem,& Elpenorem nuper præcipitatum,inter alios inue-
nit:& futurorum multorũ à Tyreſia uate admonitus,reuer-
ſus ad naues,ac iterum ad Circen,Elpenorem tumulauit: in-
Sirenes deq́; in inſulam Sirenarũ aduectus,aures ſocijs obſtruxit: ſeq́;
malo nauis adligari iuſsit: atq; hoc modo tutus earum cantus
euadens,ad Scyllam & Charybdim perlatus eſt:unde uix in-
columis euaſit. Quumq́; ad loca ueniſſet ubi à nymphis Solis
greges ſeruabãtur,iuſsit ne quis eos uiolaret. Quo dormien-
te,quum Eurilochus ſocios impuliſſet ad rapinã gregis,nym-
pharum imprecationibus tempeſtas ſubſequuta: qua quum o-
mnes perijſſent ſocij,ipſe ſolus & nudus capto nauis malo no
uem diebus ab undis agitatus,ad Ogygiam tandem inſulã de-
pulſus eſt,ubi à Calypſo nympha ſuſceptus:ac ſeptẽ annis re-
tentus,tandem diſceſsit,ac nouis ab ea ſocijs, ac naui donatus
fuit:quumq́; Neptuno infenſus eſſet, iterum merſus ac nudus
natauit: ac cum uelo ei à Leucothoe fatum ipſius miſerante
oblato,die tertia ad littus eiectus eſt: atq; inde oſtia fluminis
Phæacum intrauit: ubi reiecto uelo inter nemorum frondes
conquieuit:ibiq́; à Nauſicaa Alcinoi filia compertus, ueſtẽ ac-
cepit:& Palladis ope uſq; ad Areten Alcinoi regis coniugem
deductus,ab ea meruit dona referre,ſociosq́; ac nauim:in qua
quũ dormitaret,excitatus à Pallade, ac præmonitus agendo-
rum,in ſenẽ mendicũ mutatus ad ſuos peruenit ſubulcos:apud
Telemachus quos Telemachũ ſuperuenientem ex peregrinatione eũ quæ-
rendi gratia uidit, & adloquutus eſt:tandem à Sybote ſuario
in patriam deducitur incognitus,ubi in propria domo à pro-
cis Penelopes ignominioſa multa paſſus eſt:& demũ ab Eury
clea nutrice dum pedes lauaret ex cicatrice cognitus: ſed an-
tea à cane fuerat,quẽ domi reliquerat.Inde ex cõpoſito armis
cũ filio,& duobus ſubulcis abſumptis,procos omnis peremit.
Laërtes Deinde Penelope ſeſe ad ultimũ manifeſtauit. Laërtẽ uerò in
uilla morantẽ,neq; ob ignauiã domũ aut procos curantẽ,ſalu-
tatũ profectus eſt,qui ante Vlyſſem triẽnio extinctus eſt. Ipſe
uerò Vlyſſes perterritus in ſomnis,ut à filio caueret: neſcius
Telegonus fati Telegono filio ad regnũ paternum uenienti ac repulſo,ut
ignoto obuiã haſtã iaculatur:ac ille rurſus in patrẽ ignotũ ia-
culum intendens,eum peremit, ut refert Dictys Cretenſis.

FLVMINVM FILII.

FLumina quoq; ex Oceano & terra orta dixerũt, filiosq́;
Phoroneus habuiſſe:ut Inachus Phoroneum Argeorũ regem, & Io,
Io quæ Iſis eſt appellata.Peneus Cyrenen & Daphnen, ambas
Cyrene Apollini dilectas.Cephiſus Narciſſum, qui ſe in undis conſpi-
Daphne ciens amauit:cõuerſus in florem ſui nominis. Acriſius Aceſtẽ.
Narciſſus Tyberis ex Manto Tyreſiæ filia Ocnum,qui et Bianor Ver-
Aceſte gilio dicitur:
Ocnus

Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicæ Mantus & Tuſci filius amnis,
Qui muros matrisq́; dedit tibi Mantua nomen.

Tyreſias enim Thebanus uates cæcus, in baculo ambulabat, Tyreſias
quòd Dianam lauantem uiderat:ut autor Callimachus in ele-
gia.Eius anima ponitur in x I.odyſſeæ,obuiam Vlyßi ueniẽs,
multaq́; ei prædicens. Aſopus item genuit Ipſeum & Aegi Aſopus
nam.Hæc inſulæ nomen dedit:& ex Ioue Aeacum genuit.Ille Ipſeus
ſecundum Papinium Eteocli aduerſus Polynicem auxilium tu Aegina
lit. Sperchius Meneſteum ſuſcepit ex Polydori Pelei filia,
qui Achillem ad Troiam comitatus eſt. Mæander Cyanem, Cyane
quæ ex Mileto Solis filio peperit Caunum & Biblidem, qui
ſimul in uenere coniuncti ſunt,Ouidio. Achelous deniq; Si- Achelous
renas aſpectu puellarum pubetenus,reliqua piſces,nautas can Sirene
tu decipientes.Acheloi autem ipſius Aetoliæ fluminis fabulam
Diodorus lib.v.ſic refert. Hercules Calidoniorũ gratia eum
amnem rapidiſsimum in campos diffundens, plurimos agros
eius irrigatione fertiles reddidit.Quapropter fingitur cũ eo
luctari in tauri ſpecie,eiusq́; cornu fractum dediſſe dono Ae-
tolis,refertum copia uuarum,malorũ,huiuſcemodiq́; fructuũ,
quòd uidelicet ex ea fluminis diuerſione agros rediderit fru-
ctibus feraciores. Ouid. autem in Faſtis aliam de Cornu co- Cornu copiæ
piæ fabulam narrat,Amaltheæ uidelicet capræ id fuiſſe cornu
quæ Iouem nutrijt,beneficioq́; eius talẽ dediſſe copiam.Græci
κέρας ἀμαλθείας appellãt. Orpheus Thrax genere Oea- Orpheus
gri fluminis ex Calliopea filius, doctrina,melodiaq́;,ac poëſi
anteceſsit omnis,cantus quoq; ſuauitate feras, arboresq́; dici-
tur adlexiſſe.Theologiæ gratia cui plurimum operæ impen-
debat,in Aegyptum nauigauit, unde ex eorum ſacerdotibus
plurima ad Græcos præcepta ac cærimonias contulit. Cum
Argonautis inſuper Colchos profectus eſt. Poſtremo Eury- Eurydice
dices uxoris cauſa ad inferos deſcendens,à Proſerpina cantus
ſuauitate impetrauit,ut defunctam ab inferis excitaret.Quod
& antea fecerat Dionyſius,quem dicunt matrem Semelem ab Semele
inferis quoq; eductam immortalitate donatam Theanem co- Theane
gnominaſſe. Hæc Diodorus libro v. Diogenes uerò de eo-
dem ſic refert.Orpheus Oeagri & Calliopes filius Theolo-
gus,interq́; argonautas unus,de dijs multa cecinit. Diſcerptũ
à mulieribus dicunt,quòd marium ſectaretur libidinem.Sui-
das item hæc ſcribit.Orpheus Ciconeus uel è Biſaltica Thra-
ciæ,uerſificator,fuit duas ferè generationes ante bellum Tro-
ianum,ſcripſit de fabulis,epigrammata, hymnos.Aelianus de
uaria hiſtoria dicit falſa tradi de huius Orphei ſapientia, quũ
Thracum ſit neſcire literas.Ouidius libro x I. Meta. ſcribit,
Orpheum uatem fœmineum amorem in puerorum uenerem
transferentem, à fœminis interfectum fuiſſe, lyra & capite
eius in Hebrum amnem proiectis.Fuit alius Orpheus qui ſcri
pſit argonautica:alius qui de lapidibus.

R. VOLATERRANI
COMMENTARIORVM VRBANORVM
LIB. XXXIIII.

DE ORIGINE, FINE AC VIRIBVS RHETHORICAE.

RHETORICAE primum in Sicilia Corax & Cteſias Syracuſani, ut ait Cicero,ſimul & procemiorum,& epilogorum,ac argumẽtationum, quas Græci agonas uocant, repertores fuere. Inde Athenas per Gorgiam Leontinum fluxit, cuius diſcipulũ Iſocratem Ariſtoteles tunc æmulatus, ſcholis pomeridianis cœpit præcipere, dictitans illud notum. Αἰσχρὸν γὰρ σιωπᾶν, Ἰσοκρά-

τlω

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

τὴν ἐὰν λέγῃ. Eodem ferè tempore Theodectes poſt hos Hermagoras & Hermogenes, qui etiã de arte ſcripſit. Inde Rhodum per Aeſchynem exulem ars peruenit. Poſtea deflo-reſcentibus iam Athenis, Alexandriã migrauit, quanquam celebriore philoſophiæ ſtudio ea urbs teneretur: poſtremo Maßiliæ per Antoninorũ tempora cum huius facultatis, tum reliquarũ artium uiguere. Apud noſtros uerò Romæ Ciceronis tẽporibus maxime floruit per Apolloniũ Molonem. Cic. initiũ orãdi cõditoribus urbiũ & legislatoribus tribuit, negatq; ante Periclem quicqnã in ea quod ornatũ habuerit reperiri.

Finis rhetoricæ

Finis eius, ut Ariſtoteli placet, non perſuadere, ſed tantũ benedicere, & ea noſſe quæ ſint ad rem perſuaſibilia: ueluti & medicinæ, non ſanitatẽ quærere, ſed bene mederi, & eò arte procedere quouſq; fieri poterit. Cicero idem in arte ſentit alijs uerbis: Finem his aptè dicere atq; adpoſite, quæ faciunt ad perſuadendũ.

De uirib' eius

Parem & hanc item uiribus dialecticæ Ariſtoteles facit, niſi quòd illa ſtrictior, hæc latior: ambarumq; nullius certæ ſcientiæ, ſed cõmunem quendam modũ omnium noſſe: aliarũ quidem artium præter has nulla inter ſe pugnantia ſyllogiſat. Huius igitur facultatis magna uis eſt, ut ait Quintil. nec ulli ueterũ ſatis pertractata, quam ſi quis ritè ſectatus fuerit, ungues tondere, aut capillũ reponere nõ exiſtimabit ad curã ſuam pertinere: quodq; mirum quum cæteræ artes iudicium doctorũ exquirant, hæc etiam imperitorum.

Pronunciatio

Quapropter ex Demoſthenis ſententia, nulla huic res magis quàm pronunciatio conferet, quæ corporis eloquentia putatur. Hac igitur una re uel indocti ſæpe dicendi famam quærunt: itaq; ubique clamant, ac dextram eleuant: multaq; uoce, anhelitu, iactatione corporis contendunt. Iam manum ad pectus reuocare, ferire caput, pede terram incutere, mire ad pullatum circulũ facit. In his uerò qui defecerit, uel doctißimus nihil ſcire putabitur. Quamobrem modeſtis tantum hæc facultas ediſcenda ut uirtutis, cæteris ut adrogantiæ inſtrumenta fugienda.

Archidamus Pericles

Archidamus Lacedæmonius interrogatus an eſſet Pericle potentior, reſpondit: Quamuis Pericles in bello ſit à me uictus: ea tamen præditus eſt facundia, ut quum de his ratiocinetur, non uictus ſed uictor appareat. Quidam qui philoſophiam ſimul cum eloquio profitebatur, à medicina alioqui alienus, Ariſtotelis phyſicam uerbis & oſtentatione iactabat, medicos non rite morbos curare monſtrando, quumq; arte inferior eſſet, uincere uulgò putabatur. autor utriuſq; Eunapius in ſophiſtis. Multi igitur uirtute modeſtia præditi, eloquentiæ ſeu naturæ defectu, inferiores nocentibus habentur. Cicero de adminiſt. prouin. ad Q. fratrem ad hoc propoſitum ait. Atque is dolor eſt, quum illi te innocentia non uincant, uincunt tamen artificio beneuolentiæ. Et in alio loco: Magis ineptijs quàm uolũtate peccat. Ex quo Euripides ait: τυραννικόν τι πολλ᾽ ἐπίσασθαι λέγειν. Tyrannicũ quiddam, multa ſcire dicere. Ego uerò collatis ueterum ac nouorum exemplis, quæq; audiui, quæq; legi, partim etiam uidi, adfirmare auſim paucißimos uiros bonos eloquentes inueniri. Hac præditi facultate homines in ciuitatibus plerunq; coniurant, ſeditiones agitant, decipiunt, blandiuntur, mordent, cauillantur, libidinem ſibi ac uoluptates conciliant. Demum ab orthodoxa fide plurimi eloquio confiſi deſciuerunt, ſectæq; ac ſuperſtitiones hinc pullularunt, ut non fruſtra ſibi conſcius Cicero dicat in lib. de orat. Si alterutrum optandũ, indiſertam prudentiam malim, quàm imprudentem mihi eloquentiam eſſe. Et Cato ex eadem cauſa oratorem uirum bonum uocabat: & Statius Cæcilius in ſuis poëmatis, ut Apuleius in apologia teſtatur, dixit innocentiam eloquentiam eſſe, quòd ſi cauſam hanc rationibus & exemplis, quibus poſſem declamare uelim, longius proueherer, ſed alterius fortaſſe loci.

DE IPSIVS MVLTIPLICI DIductione ex Ariſtotele, Hermogene, Cicerone, Quintiliano.

EOrum autem quæ perſuadent, fidemq; faciunt, aut ſine arte ſunt, & per nos non fiunt: ut teſtes, ſcripta, leges: aut cum arte, & per nos, hoc eſt, per artem & rationem noſtram fiunt. Et harũ rurſus tres ſpecies, aut per adfectus, adficiendo aliquo modo auditorem, aut per demonſtrationem, ſeu certo per apparẽtem demonſtrationem. Demonſtrationẽ faciunt Syllogiſmus, & Inductio. Voco autẽ ſyllogiſmum rhetoricum, enthymema: inductionem, exemplũ aliquod. Enthymematũ uerò quædam necaſſaria, quædam ut frequenter cõtingentia, quæ ex ueriſimilibus & ſignis conſtant. Veriſimile eſt factum ut plurimũ contingens: ſic ſe habens ad rem, ſicuti uniuerſale ad particulare. Signũ uerò ſic ſe ad illud cuius eſt ſignum, ut particulare ad uniuerſale.

Genera omnino tria ſunt: Deliberatiuum ſiue dialecticũ, Iudiciale, & Demonſtratiuũ ſiue epidicticon. Deliberatiui Hortatio & Dehortatio eſt: tempus uerò futurum: Finis autem utile & inutile. Iudicialis Accuſatio aut Defenſio: tempus præteritum: Finis iuſtum & iniuſtum. Demonſtratiui Laus & Vituperatio: tempus præſens: ſecundum enim præſentia laudant, aut uituperãt omnes, quanquam & facto & futuro adijciunt laudes: Finis honeſtum & turpe. hactenus ex Ariſtotele.

Hermogenes quæſtiones rhetoricæ Finitas & Infinitas ponit. Infinitæ, quæ remotis perſonis & temporibus & locis, cæteriſq; ſimilibus, in utrãq; partem tractantur, quas Græci θέσεις appellant. Cicero Propoſitũ. Alij quæſtio- θέσις nes uniuerſales ciuiles: alij philoſophicas. Hoc genus ſcientiã & actionem diſtinguit, ut ſit ſcientiæ, an prouidentia mundus regatur, Actionis, an ad rempub. accedendum.

Prius trium generũ eſt: an ſit, quid ſit, quale ſit. Sequens autem duorũ, quomodo adipiſcamur, quomodóue utamur.

Finitæ quæſtiones ſunt ex complexu rerum, perſonarũ, temporũ, aliorumq;: ὑποθέσεις à Græcis dicũtur: à noſtris ὑπόθεσις uerò Cauſæ. In his omnis quæſtio, quam alij negotiũ, alij cauſam dicũt, circa res perſonaſq; cõſiſtere uidetur. Amplior eſt ſemper infinita. Verbi gratia: infinita, an uxor ducenda: finita, an Catoni ducenda.

Cicero in primo rhetoricorum, materiam rhetoricæ in Theſim & Cauſas diuiſit: Theſim nihil ad oratorem pertinere contendit, ſed tantum ad philoſophos. Verũ ipſe poſtea hos improbat libros: & in libris de Oratore, & in Oratore, & in Topicis præcipit, ut à proprijs perſonis ac temporibus auocemus controuerſiam: quia latius dicere licet de genere quàm de ſpecie: & quod in uniuerſo probatum eſt, id in parte probari eſt neceſſe.

Status cauſæ, ut ait idem in eodem, & Quintilianus, in quo Status cauſæ res maxime uertitur: hanc στάσιν Græci uocant. Theodectes uerò κεφάλαιον γενικώτατον. id eſt, caput generalißimum, ſiue ſummam ad quam referuntur omnia: ut Feciſti, nõ feci. Status eſt an fecerit. In conſultatione, fit cum dicitur bellũ ſumendũ, non ſumendum. In demonſtratione, Adſecutus, an non adſecutus hanc laudem fuerit. Vtraq; in iudiciali ſtatu, noſtri hodie legulei Punctum iuris appellant.

Partes rhetoricæ ſecundũ Cicer. & item Quintil. quinq;. Rhetoricæ Inuentio, Diſpoſitio, Elocutio, Memoria, pronunciatio. partes quinq;

Oratoris officiũ, docendi, mouendi, delectandi. Ad docendum, expoſitio & argumentatio, ad mouendũ adfectus pertinent, qui in omni quidẽ cauſa in principio ac fine dominantur: nã delectatio quãuis in utraq; ſit, magis tamen proprias in elocutione partes habet. In deliberatiuis conſultans circa qualia uerſatur, id eſt, bona an mala, quorũ principiũ in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

nobis eſt, quæ poſſunt aut non poſſunt fieri. Hic præcipuè ſpectandũ, quis apud quem quid dicat. De quibus autem cõſultant homines in rep. ſecundũ Ariſtotelem quinq; exiſtimantur, de uectigalibus, de bello, de pace, de cuſtodia regionis, de exportãdis & importãdis, de legislatione. Laus autem cõmunem habet cum cõſultatione ſpeciem: nã quæ conſultationi ſubieceris, hæc mutato nomine laudes fuerint.

Iudicialium diuiſio

Iudicialium uerò cauſarũ aliæ in ſingulis, aliæ in pluribus controuerſijs conſiſtunt. Porrò omnis cauſa inficiatione duplici eſt: Factum'ne, an hoc factum ſit: præterea defenſione, altercatione conſtat. Quæſtio è ſcripto eſt aut ex facto. His accedit rerum fides, proprietas, qualitas, ſcriptum, uerborũ uis, aut uoluntas: in quibus uis tum cauſarum, tum actionum inſpici ſolet, quæq; aut ſcripti & uolũtatis, aut ratio naturæ aut ambiguitatis, aut rerum contrariarũ ſpecie continetur.

In omni porrò cauſa iudiciali quinq; ſunt partes, quarum exordio conciliatur audiens: narratione propoſita confirmatur, computatione aut memoria reficitur, aut animi mouentur: his argumentandi & adficiendi loci ſunt, ac genera quibus placari ac reſolui iudices oportet.

DE ELOCVTIONE, AC DICENDI GENERIBVS.

ELocutio uerò quã Græci φράσιν appellãt, pars orationis difficillima eſt, quæ proprie ad oratorem pertinere uidetur: nã M. Antonius aiebat ſe multos uidiſſe diſertos: eloquentem uerò neminẽ. Et Cicer. inuentionẽ ac diſpoſitionem prudẽtis hominis putat, eloquentiã oratoris. Noſtra præſertim ætate hanc tantũ uſui cernimus, cũ cæteræ iam exoleuerint: nã iudicia priſcorũ penitus ſublata, & modus alter introductus. Elocutione uerò utimur ad epiſtolas, orationes, cõſultationes, panegyrica, epithalamia, epitaphia, epitreptica. De quibus omnibus præcepta tradit Diony. Halicarnaſſeus, à Theodoro Gaza cõuerſa: nonnulla etiam Demetrius Phalereus & Abſines, quorũ libri ad nos uſq; peruenerũt. De hac igitur pauca ac magis neceſſaria dicam.

Dictio in primis uaria reperitur. Eſt enim philoſophica, uelut uirgo grauis & ſpecioſa, ut ait Cicer. nulla agitatione, aut cõtentione, quam Pythagoras & Plato retinuere. Hi & perſuaſione quadã in dicendo utuntur, ſemper eodẽ modo ſe habẽtes: nã pedeſtris & numeroſa Platonis oratio eſt exiſtimata. Secũda politica, in qua principes fuere Milciades & Cimõ, et Themiſtocles. Tertia dialectica, in qua excelluere Demoſthenes & Lycurgus, ubi de cõtrouerſia agitur facti.

Quarta ſycophãtica, quæ uerſatur in calũnia & maledicẽtia, in qua præſtitere Ariſtogitõ & Hegemon. Quinta adſentatoria, in qua nominantur Demades & Ariſtobolus,

Sexta ſophiſtica, quæ quòd plurimos habuit ſectatores, par eſt diffuſius aliquantulũ de ea ex Philoſtrato narrare.

De ſophiſtica ex Philoſtrato

Sophiſticam antiquã, philoſophantem rhetoricam dicere oportet, quũ de eiſdem ferè reb. diſſerãt ſophiſtæ atq; philoſophi: nã quæ illi interrogationes proponẽdo, circaq; quãlibet parua dubitantes ſe neſcire fatentur: antiqui ſophiſtæ uti certi loquuntur. Igitur exordium eis diſſerendi huiuſcemodi eſt. Hoc ſcio, hoc intelligo: item nihil homini ſtabile. Siue hic modus procæmiorum ſplendorem addat orationi, ſiue cõſtantiam, ſeu etiã per hoc manifeſta fuit, de quo diſputatur adſumptio. Conuenit ſanè uaticinio humano, quod Aegyptij & Chaldæi, ac ante hos Indi per aſtra inueſtigati ſunt. Conuenit & diuino, ſic Pythia loquente.

Noui ego arenæ iam numerũ metrũq; profundi. Item.
Lignea Tritoniæ dat mœnia Iuppiter almæ.

Tunc uerò & Oreſtes & Alcmeon matricidæ, ac pleraq; alia ueluti ſophiſtæ ſe ueteres exercebant, camq; longius ac planè mẽbratim oratorio more ampliatam exornabãt, ut de dijs, de heroibus, de iuſtitia, de fortitudine: interdum etiam altius de ipſa mundi forma diſſerebant. Noua uerò quæ potius ſecunda dici debet, quum illa uetus ſit: ſophiſtica, pauperes, diuites tyrannos, deniq; res geſtas omnis materiæ nominibus ſubijcit proprijs. Prima ſiquidem à Gorgia Leontino originem habuit. Secunda ab Aeſchyne Atrometi filio cum excideret repub. Athenienſium, traditis ab utroq; illorum præceptis: deinde ſuper his exercitationibus.

De extemporalitate

Extemporalis facundiæ fontem quidã à Pericle primum deriuaſſe adfirmãt, ex quo magnus ille linguæ potentia putatus eſt. Aliqui uerò à Pythone Byzantio, quem Demoſthe. ſolũ Athenienſiũ ut audacem in dicendo, longeq; fluentem taxat. Nonnulli autẽ ab Aeſchyne, qui primũ Rhodi Mauſoleũ Cariæ ſubita laude cõmendauit. Mihi autem uidetur, ait Philoſtratus, Aeſchynẽ ipſum & in legationibus, & in iudicijs, ac cõcionibus, multa ſanè ex tempore dixiſſe, ac tantummodo orationes ſcriptas reliquiſſe, ut in cura ac diligentia haud multũ Demoſthene inferior uideatur: attamen extemporalitatis inuentũ Gorgiæ trado.

Gorgias

Hic primũ Athenis prodiens, ingenioq; fretus: proponite, inquit, oſtentans ſe ad reſpondendũ ſubito paratũ, nihilq; penitus ignorare.

Prodicus Chius

Vnde poſtea Prodicus Chius excitatus, librũ ſcripſit, ubi uirtus ac uitiũ muliebri ſpecie Herculem circumſtetere, atq; hæc quidẽ uario elegantiq; cultu otium deliciaſq; offerre: illa uerò humili figura laborem triſtitiamq; polliceri: deniq; longo inter ſe ſermone cõtendere uidebãtur. Idem Prodicus demonſtratiuum genus primus inſtituit, ciuitates oberrans ac demulſcẽs, iuxta Orphei ac Thamyræ conſuetudinẽ: ex quo apud Thebanos in magnis fuit honoribus, maioribus etiam apud Lacedæmonios, à quibus ut hæc iuuẽtutẽ doceret, magnopere rogatus eſt. A Gorgia poſtea agitatus, quòd obſoleta ſæpiuſq; dicta tractaret: ad extemporalitatem ab eodem inductus eſt. Sed & ipſe Gorgias haud expers æmulorum dicitur fuiſſe.

Chærephon Athenienſis
Chærephon Buxeus

Erat ſiquidem Athenis Chærephon nomine, non quem comœdia Buxeum uocabat: ille uerò ob ſtudij laborem tabe adfectus fuerat: hic autem Gorgiæ ſtudia ſubodoratus: Quare, inquit, ô Gorgia, fabæ inflationem aluo faciunt, igni nequaquàm? Ille uerò haudquaquàm cõmotus: hoc, inquit, tibi ad cõſiderandũ relinquo: ego uerò illud iamdiu noui, quòd terra ferulas cõtra tales gignit. Eloquentiam animaduertentes ſophiſtarũ Athenieſes, foro eos prohibuerunt, tanquàm iuſtitiam peruertentes. Ex quo Aeſchines & Demoſthenes publice quidẽ alternas contumelias operimento iuſtitiæ prætexerunt: priuatim autẽ re uera famã ex his quærentes. Ipſumq; Demoſthenẽ ſanè conſtat gloriatũ olim apud amicos, iudicũ ſentẽtias ad ſuã ipſius uolũtatem quãdo liberet ſe poſſe cõuertere. Neq; Aeſchynes Rhodi docere potuiſſet, quæ neſciret: niſi in his prius Athenis exercitatus. Sophiſtas igitur antiqui non ſolũ claros oratores uocauere: ſed philoſophos copioſe, apteq; dicẽtes. Hæc Philoſtrati ex libro ſophiſtarũ ad hunc locũ cõuerti. Ariſtoteles autẽ x. Eth. ait: Scientiã gubernãdæ reip. ſophiſtæ profitentur: quorum nullus remp. gerit. Boetius ſophiſticã in malam accipit partẽ, cauillationemq; eſſe dicit. Alcinous cum à philoſophe differentẽ facit, quòd uideri potius quàm eſſe uelit.

Suidas oratorem ait illum eſſe mercenarium & deceptorem. Plato in Protagora, & pluribus in locis ſophiſtas exagitat, tanquã corruptores non profeſſores ciuilis diſciplinæ, quodq; uerbis magis quàm rebus cõtendant. Sed & in Gorgia maxime oratores nõ legitimos ridet, qui ueriſimilia uerò anteponentes, populum ac ſeipſos fallunt, illosq; cocis & adulatoribus cõparat, qui delectabilia potius quàm ſalubria proponũt, atq; offerũt, legitimos autem medicis. Appellat enim non legitimos, qui philoſophia, boniſq; artibus carent. Nã & philoſophi & dialectici præcipuũ officiũ indagandæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ueritatis, diuidẽdiq́;, & cõponendi. Et in Philebo perfectũ dicit dialecticũ, id eſt, metaphyſicũ, tanquam deum honorandũ eſſe: quapropter uerũ oratorem ſine his ſcientijs non eſſe.

DE PARTIBVS ELOQVVTIONIS.

CONſtabit igitur eloquutio partibus octo: Cõpoſitione, Dictione, Sentẽtia, Methodo, Colis, Pauſa, Numero, Figura. Cõpoſitio tris habet partes Quintiliani præcepto: ut ſit emẽdata, lucida, & ornata. Prima ad grãmaticos pertinet: ut barbariſmi ſolœciſmiq́; fœditas euitetur. In barbariſmũ incurrimus nõ ſolũ accẽtibus, ſed modo: ut lamdaciſmo, iotaciſmo, plataciſmo, cœloſtomia: quæ omnia in orthoepia cõſiſtũt. Dilucidã faciet orationẽ perſpicuitas: uerba Latina uſitata nõ peregrina, nec accerſita: non aſyndeta, id eſt, diſiuncta: cũ multa uerba ſine cõiunctione obſcurẽt ſenſum. Ornatus uerò ex figuris alijsq́; partibus cõſtabit: de quibus poſtea dicemus.

Locus ad componendum aptior

Ad cõponendũ præterea Quint. monet agrũ nõ utilẽ eſſe: eo quòd amœnitas aëris, auiũ cõcentus, uirẽtiumq́; iucũditas, ingeniũ diſtrahunt: magis autem ſeptũ, nec admodum laxũ ſub tecto habitaculũ eligendũ. Hinc ait Iuuenalis:

Qui facis in parua ſublimia carmina cella,
Vt dignus uenias hederis & imagine macra.

Dictione: ut ſit dictio Latina & uſitata, quemadmodum ſuprà dixi.

Sentẽtia multiplici poteſtate in oratione ponitur: ut Dianœa, Chria, Apophthegma, Adagium, ſiue prouerbiũ, Paradoxa.

Chriarum genera

Chriarũ plura genera eodẽ teſte autore: unum ſimile ſentẽtiæ, quod in ſimplici uoce cõſiſtit: ut alicuius dicti quod ad mores pertinet cõmemoratio, quæ à Græcis etiã ethologia uocatur: ut omnis laus in actione conſiſtit. Eſt etiam Chria genus exercitationis breui argumẽtatione ſententiam propoſitã demonſtrans, cuius plura exẽpla utriuſq́; linguæ autores ponunt, trahitq́; etymon ab uſu & utilitate. Verbi gratia. Fugienda eſt maxime corporis uoluptas: ea ſiquidem ob breue delinimentũ innumeros perpetuosq́; parit dolores, mentemq́; à rerum utiliũ commercio exercitationeq́; auertit, infamiam gignit, & animi corporisq́; uires euacuat. Voluptati præterea deditos nullius uidemus apud homines exiſtimationis. At contra eos qui cum ſobrietate ac caſtimonia uitã duxerint, maxime utiles reip. maximisq́; propterea honoribus adfici. Hæc etiã præcipue amatur à belluis, quibus deus diuerſam à nobis ignobilioremq́; tribuit naturã, ut quæ illas oblectant, nos fugere omnino debeamus. Et ſic reliquæ.

Apophthegmata

Paradoxa

Apophthegmata uerò dicta ſunt ſapientum. Paradoxa item, ſed præter opinionem aliorũ, ut omnes diuites ſerui.

Cola

Cola κῶλα ſunt membra orationis perfecta. Ex his breuia & aſyndeta, id eſt, ſine coniunctione, aptiora ſunt epiſtolis & ſermoni, longa & coniuncta orationibus.

Methodus

Stylus

Methodus ars eſt præceptioq́; ſtyli. Eſt enim Stylus quem Græci χαρακτῆρα uocant. Is imitandus qui maxime ſecundum naturã ſit, ex omnibusq́; autoribus nõ omnia, ſed præcipua melioraq́; ſumenda.

Aſianus

Atticus

Characteres

Aſiani exuberantius ſeu potius uerboſius, inter quos Ciceronẽ Brutus notauit, qui elixũ & exanguem eũ uocauit. Attici ſimplicius & elegantius, inter quos Caluus fuit: ex Græcis uerò Lyſias. De Characteribus antiquorũ ſcripſit Dionyſius Halicarnaſſeus, nonnulla etiam Dion, uterq́; Demoſthenis atticiſmum omnibus præferunt. Præcipit inſuper Quintilianus candidos maxime legendos & imitandos, ut Ciceronẽ & Liuiũ: nec omnia ſua nimis diligẽda Ouidij more, nec rurſus per moroſitatem omnia abijcienda, ſtatuendũq́; quandoq́; iudicij inuentionisq́; modum.

Celſus Albinouanus

Præter omnia cauendum in imitatione ab impudentibus furtis, in quo Celſi duo notati fuere. Primus Albinouanus cognomento, ab Horatio.

Quid mihi Celſus agit monitus multumq́; monendus
Priuatas ut quærat opes, & tangere uitet
Scripta Palatinus quæcunq́; recepit Apollo:
Ne ſi forte ſuas repetitum uenerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula riſum
Furtiuis nudata coloribus.

Corne. Celſus

De altero, cuius medicinã habemus Quintilianus ait: Græcinum tranſcripſit, eumq́; mediocris appellat ingenij, quo profectò poſt Ciceronem nihil legitur elegantius.

Commata nos inciſa dicimus, de quibus, deq́; Rhythmis in grammaticæ parte diximus.

Eſt rhythmus quo numeroſam facimus orationem. Res enim numeris augemus atque ornamus, numeros qualitas uerborũ facit, ſi tumida ſint, ſiue hiantia, ſiue depreſſa. Præterea ſi reſtringere forte periodũ uolumus, id iambo in fine faciendũ, ut Cicero. Quintilianusq́; tradunt: Seu uerbo proparaxytono, id eſt, quod accentum in antepenultima retineat. Verbi gratia: Diuturni ſilentij Patres C. quo his temporibus uſus eram, non timore aliquo, ſed partim uerecundia, partim dolore, finem hodiernus dies attulit. Epiſtolaris breuitas rhythmos omnino reſpuit.

Mora

Mora, ſiue pauſa Græce ἀναπαύσις, eſt animi requies, quæ reficit lectorem, ac ſenſibus lumen accõmodat.

Stigmæ

Telia

Hypotelia

Huius Stigmæ, id eſt, notæ ſiue diſtinctiones duæ: Telia, & Hypotelia, id eſt, perfecta & imperfecta. Prima quæ proprie Diſtinctio uocatur, eſt ubi tota ſententia requieſcit: ut, Optimè quidem ac pulcherrimè ueteres philoſophati ſunt. Altera quæ Subdiſtinctio dicitur, eſt conſtitutiua particularis ſententiæ perfectæ ſecundum dictionem quæ inferri aliquid ſignificat: ut Deus æternus eſt.

Schema maxima pars orationis, & quæ maximũ præſtat ornatum: uocaturq́; oratio ἐσχηματισμένη, id eſt, figurata: quæ autem minime figurata, ἀσχημάτιστος. De his plurimi ſcripſere autores, Cæcilius Dionyſius, Rutilius Lupus, Cornificius, Viſelius, Celſus.

Tropus autem, quem Caius, Ariſtarchus, & Proclus uerborum figurã appellauere, eſt ſermo à naturali loco in aliũ ornatus cauſa translatus. Figura eſt confirmatio quædam orationis remota à cõmuni ratione.

Tropi XXIIII

Primùm igitur Tropi XXIIII. ſolent poni. Allegoria, Metaphora, Catachreſis, id eſt, abuſio, Metalepſis, Metonymia, Aenigma, Synecdoche, Onomatopœia, Periphraſis, Hyperbaton, Anaſtrophe, Syllepſis, Parapleroma, Hyperbole, Eclypſis, Pleonaſmos, Antiphraſis, Exoche, Proſopopœia, Parabola, Anapodoſis, Paradigma, Antonomaſia, Ironia.

Schemata lexeos

Figuræ uerò aut ſententiarum, aut uerborũ Græcè Schemata dianœæ, & Schemata lexeon uocantur. Sentẽtiarum figuræ ſunt.

Synathreſmus, quando res multæ in unum caput coguntur: ut Populi tumultuantes, ciuitates rebelles, domus inter ſe diuiſa, coniuges diſcordes.

Epimone in eodem permanſio augmenti gratia.

Leptologia quando res minutatim narratur.

Proſopopœia quando ſermonem damus inanimatis.

Apoſiopeſis quũ quæ relinquũtur tacẽdo ſignificãtur: ut,
Quos ego, ſed motos præſtat componere fluctus.

Paralepſis, quando fingẽtes aliquid nolle dicere, nihilominus dicunt: hæc Occupatio in retorica ad Herenniũ dicitur.

Apoſtrophe, quando ab uno ad alterum uertimus ſermonem. Virgil. At tu dictis Albane maneres.

Diaporeſis quãdo de re una plures ſuccurrunt ſententiæ, quarum quæ uera ſit dubitamus. Hæc dubitatio dicitur ad Herennium.

Erotema breuis interrogatio: ut, Num nunc è tumulo fortunataq́; fauilla Naſcentur uiolæ?

Diatypoſis, quando ſub uno adſpectu uidentur agi res.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Metatheſis,quãdo ab una re cauſam in aliã trãsferimus.

Epanaphora repetitio eiuſdem dictionis. Hæc ad Herennium Repetitio dicitur.

Verborum uerò figuræ: Tautologia,idem ferè ſignificantium uerborum poſitio,ad rem augẽdam ſiue demonſtrandam: ut,Diruit,ſuſtulit,eripuit,auulſit.

Palilogia,repetitio eiuſdem uerbi.

Anadiploſis, Duplicatio dicitur ad Herennium: ut Ille meos tulit ille meos.

Antiſtrophe cõuerſa cõſcriptio:ut,Quibus cũ,quos inter.

Climacoton,Gradatio dicitur ad Herennium.

Pleonaſmus,& itẽ Eclypſis,contraria inter ſe: altera ſuperabũdat,altera deficit.Exẽplũ primæ,Seruitutẽ ſeruio, uitã uiuo.Exemplũ ſecũdæ,Cras in Tuſculanũ:ſcilicet ueniã.

Enallage,ſiue cõmutatio,ſiue alteratio,etiam Atticorum eſt,quando caſus pro caſu, tempus pro tempore ponitur: ut Hoſtis habet muros:& iam multos annos eſt.

Metabole eſt commutatio, quando idem diuerſis ſententijs replicatur.

Zeugma,quãdo diuerſa mẽbra una cõiungit dictio:Quintilianus. Synezeugmenon appellat:ut, Lictor pedibus, prætor equo,conſul curru uectus in urbem ueniunt.

Hypallage,ſiue Epanorthoſis, quando corrigimus dictũ: ut, Accuſabo ego non dico patientiam, ſed ignauiam. Hæc Correctio ad Herennium dicitur.

Iſoteleutõ,& Iſoptotõ,id eſt,ſimiliter deſinẽs,& ſimiliter cadẽs ad Herẽniũ uocata:quãdo uerba ſimiliter deſinũt.

Pariſon Philoſtrato,Iſocolon Quintil.ad Herenniũ uerò Cõpar dicitur,quãdo mẽbra nõ ſolũ ſimiliter cadunt,ſed & eundẽ numerũ et penè tẽpus retinẽt:ut,De hoſtibus uictoriã retulit,patriæ ſalutem attulit,ſibiq; magnũ decus contulit.

Aſyndeton,quando ob breuitatem ſine cõiunctionibus teximus orationem,quod epiſtolis conuenit.

Polyſyndeton,id eſt,ualde adligatum, contra primæ naturam:ut,Vnà euruſq; notuſq; ruunt.

Anthiteton cõtrarijs inter ſe ſententijs: fit enim pluribus modis.Hæc omniũ figurarũ pulcherrima frequentiorq;: ut, Hic probus in uirtute agẽdo ſemper eſt pauper: ille improbus in ſcelere ſemper fortunatus. Item: Crœſus tot opibus munitus,tã à ſuis dilectus,cito corruit:hic tyrãnus nulla ui ſeptus,ſuis maximè inſenſus lõgo tempore durare poterit?

Parãgelma, quando res magnas humili oratione,humiles uerò alta enunciamus.

Ecphraſis,à Latinis deſcriptio dicitur,inter progimnaſmata eſt, & genera exercitationis, quum rem aliquã aptè, ac floridè uerbis deſcribimus, & ante oculos ponimus: ut nemus deſcripturi dicimus, Arborum folia laſciuiunt tenui zephyro, Aues concentu murmurant, Riuus aquæ ſubterlabens umbroſos irrigat aditus,Molles herbæ dulces recumbentibus præbent thoros.

Prepon.cum cuiq; perſonæ propriũ adſignamus ſermonẽ pro dignitate ſtatuq; illius:quod poëtæ maxime cõuenit.

TROPOS autem,ut ſuprà dixi, figuras quidam uerborum dixere. Sunt autem,

Metaphora omnium pulcherrima & neceſſaria, quam translationem dicimus.

Allegoria quãdo ſub uerbis alienis latet alius ſenſus,perpetua enim metaphora allegoria eſt.

Aenigma uerò differt ab illa,quòd hoc maioris obſcuritatis.

Antonomaſia ſiue Metonymia, nomen pro nomine ponit:ut,Mars pro bello.

Synecdoche,quũ nõ plenè rẽ oſtẽdit,quaſi extra indigeat alia mõſtratione uocabuli. Fit pluribus modis: ut,Summa deſcendens aureus arce.Et,Triſtis thorus,lætæ nuptiæ.

Onomatopœia quæ rebus uocabula fingit: ut, Apiũ bombus,hinnitus equi,ranarum coaxatio.

Syllepſis,id eſt,cõprehenſio,cũ res plures ſub uno tẽpore aut caſu cõprehenduntur:ut, Boreas unà zephyruſq; ruunt.

Antiphraſis,cum cõtrario contrarium ſignificamus: ut, Lætum mors,bellum pugna.

Exoche excellentia: ut Poëta pro Homero, philoſophus pro Ariſtotele.

Parabola,ſimilitudo,ſiue comparatio.

Metalepſis, tranſſumptio.

Ironia,cũ per irriſionẽ quãdã cõtra quid ſentimus, ſignificamus.Huius partes quatuor:Canchaſmus, Mycteriſmus, Sarcaſmus, Aſtiſmus,i.cachinnatio,ſubſannatio,urbanitas.

SVNT præter hæc figuræ quædam dictionis, quas Græci πάθη uocant, quum aut augmento aut diminutione patiuntur: uidelicet.

Ectaſis quum ſyllaba breuis producitur,quæ apice diſtinguenda eſt ſecundum Quintilianum, ut uitam dederitis: & apud Homerum ἆρες ἄρες.

Syſtole quum longa corripitur:ut,Vnius ob noxam.

Epectaſis,quũ ſyllaba in medio augetur:ut apud Heſiodũ, ἐπιτελλάωρ,& ἐδὴ ἐδωδή. Apud Latinos Induperator.

Huic contraria Syncope,quæ de medio tollit: ut,amarũt.

Protheſis addit in capite, Aphæreſis cõtra tollit:ut,Stlites pro lites:& Temnere,pro contemnere.

Diaplaſmus,additio conſonantis in medio:ut,Rettulit:& apud Græcos ἐν ἔπεσι. Contrà Paraptoſis quando litera demitur, ut κάλιον pro κάλλιον. Apud nos uerò,Megaleſia pro Megalenſia.

Proſchematiſmus,additio ſyllabæ in ultima,ut Amarier, pro amari:& apud Græcos τουτοσί. Contrà Apocope: ut Mi, pro mihi. Apud Græcos δῶ pro δῶμα, & ἀπόλλω pro ἀπόλλωνα.

Diæreſis diuiſio uocalis,dictionis,aut diphthõgi: ut apud Ouidium Elegeia,pro Elegia: & apud Virgilium,Aulai in medio:apud Homerum uerò ἔπεϊ pro ἔπῃ.

Synæreſis cõtrà,quũ è duabus fit una:ut,Cõicio,pro Cõijcio, Antoni pro Antonij audit pro audijt: efficiturq; longa.

Apud Græcos aũt latè patẽt Synæreſiata,ut ποιέω ποιῶ.

HACTENVS quæ quantitate patiuntur dictiones, deinceps quæ qualitate:ſunt enim ſex,Synalœphe, Metatheſis, Metalepſis,Enallage,Metaſchematiſmus, Antitheſis.

Synalœphe,eſt duarũ ſyllabarũ per uocales unio. Fit autẽ apud Latinos uno tantũ modo,quũ ex duabus uocalibus una fit longa:ut,Di pro dij. Apud Græcos uerò pluribus modis: primùm ſimpliciter quadrifariã,per Ecthlipſim,id eſt,expulſionẽ,ut ἐπὶ ἐμοῦ, ἐπ᾽ ἐμοῦ. Per Craſim,ut τὰ ἐμὰ, τἀμά: quod accidit quãdo breuis excluſa producit ſequentẽ. Apud noſtros hoc etiã fit,præſertim comicos:ut Actũ eſt, actu'ſt. — *Synalœphe. Ecthlipſis. Craſis*

Per Synæreſim,ut νηρηΐδα,νηρῇδα. Cõpoſitæ itẽ totidẽ modis:primũ per ecthlipſim & craſim,ut καὶ ἐγὼ, κἀγώ. Expellitur enim i,unitur a:& e,breuis in a,longũ uertitur. Per ecthlipſim et ſynæreſim,ut ἐγὼ οἶδα, ἐγᾦδα. remouetur enim o, & unitur ω. Per craſim & ſynæreſim, ut ὁ αἰπόλος, ὠπόλος. cõnectitur enim o & α in ω. Cõiungitur inſuper ω, & ι, per ecthlipſim & craſim & ſynæreſim, οἱ αἰπόλοι, ὠπόλοι, amouetur enim i,ex diphthõgo,& cõglutinatur o in ω.

Eſt præterea quædam propria Synalœphe, quæ coniunctis duabus dictionibus uocalem ſecundæ dictionis in u,conuertit,ut τὸ ἔλεον, τοὔλεον. τὸ ὄνομα, τοὔνομα.

Eſt alia in hoc genere figura,quæ Metatheſis dicitur,ſiue Paragrãmatiſmus,quũ literæ ſeu ſyllabæ aliquæ mutãtur: ut, arceſſo pro acce rſo: & apud Græcos κάρτος pro κράτος. In literis tantũ Valeſij pro Valerij,& Fuſij pro Furij:apud Græ.uerò τύρσηνος pro τύῤῥηνος,& πύρσος pro πύῤῥος. — *Metatheſis ſeu Paragrammatiſmus*

SVNT itẽ quæ ad locutionem pertinent Progymnaſmata — *Progymnaſmata*

ſmata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſmata, id eſt, præexercitationes apud Hermogenē & Aphthoniū uidelicet μῦθος fabula, cauſa ueritatis alicuius inducta: partes eius Promythion ipſa fictio, Epimythion ſenſus.

Deinde διήγημα, narratio, quæ differt ab alia principali: hæc particularior in rebus quibuſdam, cuius uirtutes breuitas, perſpicuitas, uerborum proprietas.

Χρεία, Chria, dictum breue alicuius ſapientis, cum autoris adlegatione.

Γνώμη, ſnīa, idē quòd chria. ſed ſine autoris adlegatione:

Ἀνασκευή confutatio, & κατασκευή confirmatio ſeu probatio rei alicuius. ἐγκώμιον laus.

Ψόγος uituperatio, Σύγκρισις comparatio.

Ἠθοποιΐα Ethopœia, quū mores exprimūtur, & uerba introductæ alicuius perſonæ: cuius partes Idolopœia, quū iam mortuis datur ſermo, & Proſopopœia etiā rebus inanimis.

Ἔκφρασις, deſcriptio, quum aliquid deſcribēdo ante oculos ponimus.

Θέσις poſitio, & Hypotheſis, de quibus ſuprà dixi. Communis locus. Latio legis.

DE MEMORIA.

Memoriam quartā orationis partē ſummumq́; hominis bonū ponūt, cuius tāta uis eſt, ut Iarchas philoſophus Indus, ut ſcribitur apud Philoſtratū in uita Apollonij, eā ſecundū deos eſſe uoluerit, omniaq́; præter eā ſeneſcere dixerit. Hac maxime præſtitere, Themiſtocles, qui percontāti an uellet memorādi artem ediſcere: reſpōdit, ſe potius uelle obliuiſcēdi. Nicias itē Pyrrhi regis legatus, qui uno die nomina omniū ſenatorū edidicit. Carneades quoq; philoſophus. Mithridates qui XXII. linguas edidicit, quot gētibus imperabat. Cyrus rex, ut Quint. & Plin. autores, nomina militū cunctorā in exercitu tenebat: Hortēſius, teſte Cicerone, orationē iiſdē uerbis ſcriptitabat aut pronūciabat, quibus

Qui memoria exciderunt — meditatus eſt. Summi itē uiri qn̄q; excidiſſe in dicēdo legūtur, ut Demoſthenes apud Philippū legatus, & Theophraſtus Epheſius dicturus in cōcilio Ariopagi. Herodes Atticus corā M. Antonino. Heraclides Lycius ſophiſta corā Seuero principe, ut ait Philoſtratus. Noſtra uerò ætate uidimus Bartholomeū Sozinū Senenſem in iuris ſciētia principē apud Alexandrū ſextum nouū pontificem de more pro Senenſibus orantē, principio ferè orationis excidiſſe, nullumq́; inde uerbum pronunciaſſe. Detrimentū hæc pars animi præter omnia ſentit, aut ſenectute, aut morbo, ut Orbilio grāmatico, & Meſſalæ oratori, ac Hermogeni ſophiſtæ cōtigit: noſtra item ætate Georgio Trapezuntio, qui omnes literarum obliti fuere. Meſſala etiā ſui nominis in quodam

Artificialis memoria — morbo. Artificialem repperit Simonides Cæus poëta: nam dum cœnaret in Theſſalia apud Scopam diuitem uirū, cum conclauis ruina omnes præter eū periiſſent, dicitur ſepulcro mādare ſuos uolētibus, nomina mortuorū confuſe iacentium ex ordinis menſæ memoria dixiſſe, autor Cicer. de oratore.

ADAGIA GRAECORVM.

Vt igitur meditantibus res facile ſuccurrant, præter ea quæ ſuprà philoſophis dicta narraui, pauca nunc alia ex utraq; lingua, quaſi uiam ad alia cōquirenda, ſum afferre conatus, ac primū Græca adagia ex Tarræo & Didymo. Hi nonnulla in hoc genere ex autoribus excerpta poſuerunt: uerum quòd ea magna parte ſint poëtarum loci obſcuriores, qui ad rem minime pertinēt: ea tantum tam ex illis quàm aliis delegi, quæ uſui Latinis eſſent, tum ad elocutionem, partim etiam ad prudentiam facerent.

Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις. Delphinū natare doces. In eum, qui doctos docere uult.

Ὗς Ἀθηνᾶν. Sus Mineruam. Ex cauſa ſupradicta ponitur à Theocrito poëta.

Ἰλιὰς κακῶν, Ilias malorum. In ærumnis & laboribus. quod Cicero & Propertius uſurpant.

Πᾶσα γῆ πατρίς. Omnis terra patria. Reſponſum eſt Apollinis ad Meleum Theſſalum conſultantem de ſede.

Μία γὰρ χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. Vna irundo uer non facit. Apud Ariſtotelem in Ethicis.

Πενία σοφίαν ἔλαχε. Paupertas ſapientiam ſortita eſt. Apud Euripidem.

Εἰς ὕδωρ σπείρειν. In aqua ſeminare. In fruſtra laborātē.

Ὄκνου θώμιγγα συνάγεις. Ocni funē colligis ex eadē cum ſuperiore cauſa manauit, quod altius repetere oportet, uti res plures ſimul intelligātur. Apud Pauſaniā ſcribitur, quòd Polygnoſtus tabellā pinxit, ubi Ocnus appellatus ſedēs ſpartū torquebat, aſinamq́; prope ſpartū rodētem: quod ſignificare uolebat, fruſtra uirū laborare, ſi uxorē quā in aſina notauit prodigā habeat. Ocnū præterea dicit auē uocari de genere herodiorū, quæ cōtinuo uolādo ſollicitatur, aut quærendo. Meminere huius prouerbij & Propertius & Plin. Ocnus

Κέρας ἀμαλθείας, Cornu copiæ, tritum in omni copia.

Τὰ τῶν φίλων κοινὰ amicorum omnia cōmunia. Pythagoreorum prouerbium, quòd ita inter ſe uiuerent.

Γλαὺξ ἵπταται. Noctua uolauit. uolatus enim noctuæ apud Athenienſes uictoriam portendit. Nam hæc auis in magna eis ueneratione, ſignabatur & in numiſmate.

Εἰς ἀρχαίας φάτνας. Ad antiquū præſepe. In eos qui ad antiquam uiuendi formulam redeunt. Horatius eleganter hoc expreſsit. Vitæ me reddere priori.

Εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ. Vnus homo, nullus homo. Sicut illud. Ab uno tantum nihil bene fit.

Εἰς πάγας ὁ λύκος, Lupus in laqueos, in eūtes manifeſtū in periculū. De lupo itē apud Latinos, Lupus in fabula, aliquo ſuperueniēte de quo erat ſermo. Itē, Lupi Mœrim uidere priores. Virgilius & Plinius pro malo auſpicio ponunt.

Ἐλάφειος ἀνήρ. Ceruinus homo. in timidos.

Ἐλέφας μῦν οὐχ ἁλίσκει. Elephas murē nō capit. qui humilia deſpicit. De elephātino fœtu apud Pliniū aliud prouerbiū, ſi quid tarde fit. Apud Tranquillū item Auguſtus uſurpare ſolebat. Stipē elephāto porrigere: qui timide dat.

Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα. Inimicorū dona pnicioſa. Meminit huius Sophocles in Aiace Maſtigophoro.

Λαγὼς καθεύδων, Lepus dormiens, in eos qui dormire ſimulant, nam lepus oculis apertis dormit.

Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Dudū potentes erant Mileſij, Reſpōſum eſt Apollinis, poſitum ab Anacreonte & Ariſtophane: iactatur in eos qui de rebus deciderunt. Apud Virgilium uerò in eandem ſententiam & idem propoſitum, Fuimus Troes, fuit Ilium & ingens gloria Teucrorum.

Συβαριτικὴ τράπεζα ἢ συρακουσία. Sybaritica mēſa, uel Syracuſana, utraq; lautis & delicatis conuenit.

Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴενται. Boni ſponte ad bonorum conuiuia properant, Quo utitur Eupolis in Chryſogono, & Plato in Sympoſio.

Ἀφύας πῦρ. Aphyiæ ignis. Quādo uolociter ad finē alicuius rei peruenitur. Eſt enim Aphyia piſciculus, & breuiter pcoquitur. Hinc apud Trāquillū illud etiā in feſtinatione ab Auguſto dici ſolebat. Celerius quàm aſparagi coquūtur.

Ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους, Ex equis ad aſinos: quando exhoneſtis ad minus decora deſcenditur.

Βάλλ' εἰς μακαρίαν. Iace in Macariam. Locus enim in inferno dicitur. & apud Comicos, Βάλλ' εἰς κόρακας, εἰς ὕδωρ, εἰς ὄλεθρον. Noſtri autem Comici uſurpāt. Abi in malā crucē, in malam rem. In eos qui perditione ſunt digni.

Βοιώτιος νόμος, Bœotia lex. Quando quietum principium turbatus ſequitur finis, quod Bœotijs ſimiliter acciderit poſt mortem Lai.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Βομϐύλιος ἄνθρωπος. Bombylius homo: hoc eſt crabronius & inutilis. quòd crabro apis ſpecies in luto fauũ fingat.

Βελλεροφόντης γράμματα, Bellerophõtis literæ. Quãdo quis eſt cauſa necis propriæ: nota fabula. uſurpatur à Plauto, Bellerophontem me fecit.

Ἀντιπελαργεῖν, Pelargizare. Qui beneficiũ reddũt more Pelargorũ. i. ciconiarũ, quæ in ſenectute parentes nutriunt.

Ἄξιος τριχός. Pilo dignus. Qui nullius eſt pretij, uſurpatum à Catullo, apud quem Pili facio ſcribitur: Apud Plautũ uerò & Ciceronem, Teruncij facio. Teruncius quadrans & minima eſt moneta.

Ἄπληστος πίθος. Inexplebile dolium. Inſatiabili uentre hominibus, à dolijs quæ Belides apud inferos fruſtra implere conantur, nota fabula. Traducitur etiam prouerbiũ ad auaros. Cicero autem uocat huiuſcemodi homines Tritones piſcinarum, qui ob potentiam aut aliam facultatem in republi. partes aliorum uſurpant. Plautos uerò Lacones uocat paraſitos, ex uoracitate canum Laconum.

Ἀπὸ βαλϐίδος, à repagulo, hoc eſt, ab ipſo exordio bonũ aut malũ, ſeu quoduis aliud eſſe. Cic. ab ipſis unguiculis dicit.

Ἀπώλεσας οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ. Perdidiſti uinum infundens aquam. Polyphemi uerba ſunt ad Vlyſſem apud Homerum, ex quo in prouerbium uenit.

Ἀπὸ βραδυσκελῶν ὄνων ἵππος ὤρουσεν. Ex tardo aſino equus proſilijt: qui ex humili loco prouehitur, & etiam indignè promouetur.

Ἅπαντα τοῖς σοφοῖσιν εὔκολα, Omnia ſapiẽtibus facilia. Qui per prudentiam in rebus difficilibus proficiunt.

Ἀκέφαλος μῦθος, Fabula ſine capite, in eos qui nunquam perorant. Plautus. Vt orationem ſine capite relinquam, id eſt, ſine concluſione.

Ἄκρων ἅψασθαι τῶν δακτύλων, Summis attingere digitis. Qui non diligenter aut perfectè rem aliquam deprehendũt, aut eruditi ſunt. utuntur hoc Latini & etiam ſummis labris.

Ἀλλ᾽ οὐκ αὖθις ἀλώπηξ πάγαις, Non iterum uulpes in laqueos incidet. Intelligitur prouerbium de ijs qui ſemel ex inſidijs euadunt.

Ἄλλο γλαῦξ, ἄλλο κορώνη φθέγγεται. Aliud noctua, aliud cornix loquitur. Qui cum potentioribus certant, aut qui cum alijs non conueniunt.

Ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα. Cum uulpe uulpizare. Qui ſimiles aſtutia decipere contendunt.

ἀντὶ πέρκης σκόρπιον, Pro Perca Scorpio, ijs dicitur qui peiora pro potioribus eligunt.

Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον, Homo homini numen, qui ſubito beneficium aliquod ab aliquo adſequuntur. At Plautus contrà, Homo homini lupus, dixit.

Ἅμ᾽ ἔπος, ἅμ᾽ ἔργον, Vnà dicere, unà facere. Qui celeriter aliquid peragit.

Ἄμμον μετρεῖν. Arenam metiri. in rebus arduis & quæ minime perfici queant.

ἂν μὴ παρῇ κρέας τάριχον στέργεται. Vbi caro abeſt, ſalſamentum amatur. ijs qui rebus uilioribus coacti nõ ſponte utuntur. quod etiam uulgò iactatur.

Ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται. Neceßitati neque dij pugnant. quod à Latinis etiam uſurpatur, ut apud Laberium in epigrammate.

Ἄϊδος κυνῆ, Inferni galerus, ijs qui aliquid clam agunt ne uideantur. huiuſmodi enim pileo dicitur Perſeus minime uiſus Gorgonem interfeciſſe.

Αἴαντος γέλως, Aiacis riſus, Qui ſtulte ridet, ob Aiacem cui inſania ſimilis accidit.

Ἄχρι κόρου, Ad ſatietatem uſq; in rei copia & uehementia dicitur.

Ἄκαιρος εὔνοια οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει. Intẽpeſtiua beneuolentia nihil ab inimicitia differt. Hoc ſanè dixiſſe ferunt. Hippolitũ Phædræ profitenti ſe illũ præter omnes amare.

Ἀκαρπότερα Ἀδώνιδος κήπων, Infructuoſiora hortis Adonidis. In rebus inutilibus & parui fructus, erant enim hi horti in uaſis fictilibus, tantum uſq; ad herbam emittentes. Meminit eius Plato in Phædro.

Ἀκάνθιος τέττιξ, Acanthia cicada, id eſt, inter ſpinas. Dicitur uoce abſonis, propterea quòd hmõi cicadæ nõ canant.

Αἴθεις πέπλος, Ardens peplus. Qui malorum cauſa fuceſq; ſunt. Ex peplo miſſo à Deianira, qui Herculem cremauit, nota fabula. Latini ad hoc propoſitum utuntur: Equus Seiani, & aurum Toloſanum, quibus utentes incommodo adficiebantur. Gellius autor.

Χάριτες γυμναί, Gratiæ nudæ. uel quòd manifeſte gratificari oportet, uel quòd ingrati decore priuantur.

Αἰγιαλῷ λαλεῖς, Littus adloqueris. Inexorabilibus dicitur. Latini pro hoc uſurpant, Surdo fabulam narras.

Ἀγναμπτος βάτος αὖος, Aridus rubus inflexibilis. Duris dicitur & obſtinatis. apud Latinos dicitur, Pardus maculas non mutat.

Ἀετὸν κάνθαρος, Aquilam Cantharus. Aquilæ enim infenſi Canthari, ut numerum hoſtium minuant eius oua ſurripere quærunt.

Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα. Alia uita, alia uiuendi formula. ijs qui melius uitam inſtituunt. uſurpatur & à Terentio, Hæc ætas alios mores poſtulat.

Ἄλλοτε δ᾽ ἀλλοῖον τελέθειν καὶ χώρῃ ἕπεσθαι. Alibi aliũ eſſe, ac regionem ſequi, quòd locorum mores ubi uiuimus, ſequi debemus.

Ἄδακρυς πόλεμος, Bellũ ſine lacrymis. qui cũ facilitate rem agũt aut adſequũtur. Dicitur etiam ἀκονιτί, id eſt, ſine puluere: tractum ab Athletis, qui quãdoq; non pugnando ob metũ aduerſarij uincebant, Apud Enniũ uerò ſcribitur, Salmaci da ſpolia, ſine ſudore & ſanguine, Delicatis & ignauis.

Ἀδράστεια Νέμεσις, Adraſtea Nemeſis. Qui initia proſperitatis habet, exitum uerò infelicem, ab Adraſto, cui ſimiliter euenit.

Αἱροῦντες ᾑρήμεθα, Captantes capti ſumus, quum tenentur qui ſperabant alios tenere.

Ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ᾽ ἄρτον. Bona eſt offa ſecundũ panem. in ſecundis locis conſiſtenti dicitur.

Ἀθηνᾷ αἴλουρον, Mineruæ felem. Quando paruis magna inepte comparantur.

Αἴξ σκυρία, Capra Scyria, q̃ utilitatẽ adfert. q̃ capræ Scyriæ multũ ferũt lactis. Cuius meminere Pindarus et Alcæus.

Εὐαγαθὸς εὐαπάτητος, Valde bonus, ualde deceptibilis. Bionis philoſophi eſt prouerbium.

Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ. Veriora quàm ea quæ apud Sagram: uidelicet geſta ſunt. Huius prouerbij Menander meminit. Sagra locus ubi Locri Crotoniatas uicerunt. In quo bello dicuntur Caſtor & Pollux fuiſſe conſpecti: fama ergo eadem hora uenit Lacedæmoniam, neſcitur quomodo: per nuncium deinde adfirmata fuit.

Ἀντλεῖν ἀμφοτέροις, utriſq; haurire, intelligitur manibus, cum aliquid uehementer contendimus.

Ἄνθρακες θησαυρὸς πέφυκεν. Theſauri carbones facti ſunt. Quando quis ſpe fraudatur, eius meminit Lucianus. Carbones nobis theſaurus factus eſt. & rurſus. Carbones meum theſaurum planè oſtendis.

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ᾽ ὁ πλοῦς. Non omnis eſt adire Corinthum. ijs quibus deſunt facultates ad delicias. Quoniam Corinthi hoſpites facultatibus uiatici exhauriebantur ob illecebras multorum ſcortorum.

Μὴ σπεῦδ᾽, οὐ γάρ τοι πυρὶ θάλπεαι. Ne feſtina, nõ enim igne cremaris. Theocriti dictũ, cum properare nõ ſit opus.

Tis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Τίς τρίχας ἀντ᾽ ἐρίων ἐποκίξατο. Quis pro lana pilos attondit? Ab eodem poſitum.

Σφὴξ βομβῶν τέττιγος ἐναντίον. Fucus murmurans contra cicadam. Ab eodem, De ijs qui cum maioribus certant.

Τάκεαι ὀφθαλμὼς Corruperis oculos. ab eodem, in eos qui premuntur inuidia, aut concupiſcentia aliqua.

Πρῶκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ. Rore paſcitur ueluti cicada. Ab eodem in eum qui macie ingenti affectus eſt.

Ὀλίγον ἐστὶ τὸ τύμμα καὶ ἁλίκον ἄνδρα δαμάσδει. Tantulum tormentum, quãtum domat hominem. Ab eodem poſitum, de ſpina loquitur extracta.

Πῦρ ἐπὶ πῦρ. Ignis ſupra ignem, id eſt, malum ſupra malum. Huius meminit Plato. Simile aliquid & apoſtolus. Vince in bono malũ: Sic carbones ingeres ſupra caput eius.

Pyrauſta Πυραύστου μόρος. Aeſchyli poëtæ eſt, in eum qui ſibi ipſi cauſa eſt mortis, more Pyrauſtæ paruuli uolatilis, qui lucernam petentes uruntur.

Πρὸς κέντρα λακτίζειν. Contra ſtimulũ calcitrare. Euripidis dictũ, & etiam Aeſchyli. uſurpatur & in ſacris libris.

Εἰς τὸ δέον. In rem opportunam. Verbum eſt Periclis: quum enim Aſtyanacti Lacedæmoniorũ duci pecuniam daret, ut ex Attica, quam bello infeſtabat, diſcederet: redditurus impenſarum rationem, nec aperte rem manifeſtare uolens magiſtratibus, reſpondit uerba ſupradicta.

Ἐνδυμίωνος ὕπνος, Somnus Endymionis, in eos qui longo premuntur ſomno. nota fabula.

Γηράσκω δ᾽ αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. Conſeneo diſcens plurima ſemper ego. Ex Solonis elegiaco eſt.

Τὰ ἀπὸ τρίποδος, Hæc à Tripode, in rebus ueris. Latini & Plinius oraculum dicunt.

Ἀμεινόνων οἰωνῶν τυχεῖν, Auſpicijs uti melioribus. Qui ex aduerſis ad ſecunda ueniunt. Cicero ait. Meliora dij, ſcilicet dent auſpicia, cum alicuius mali mentio inciderit.

Ἀρχὴ ἡμίσεως πλέον τοῦ παντός, Principium eſt pluſquã medietas totius, prouerbium apud Ariſtotelem in Ethicis.

Κακῆς ἀρχῆς τέλος κακόν. Mali principij, malus eſt finis. Aeoli poëtæ eſt.

Τὸ λαβεῖν ἔλαττον, τοῦ μηδὲν λαβεῖν πλέον. Parũ accipere plus eſt quàm nihil omnino. Apud Menandrum.

Καλὴ κεφαλὴ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει. Pulchrum caput cerebro caret. in eum qui pulchro ſit corpore, ac parum ſapiat, Comici dictum.

Αἰὼν πάντα φέρει, Theocriti eſt à Virgilio conuerſum: Omnia fert ætas.

Ἀδώνιδος κῆποι. Adonidis horti, quando quis parum utilitatis refert, quòd in eis flores tantum metebantur non fruges. Platonis eſt dictum in Phædro.

Ἱστὸν Πηνελόπης ἀναλύειν, Telam Penelopes retexere. quando res facta deſtruitur, laborq́; perit. Ponitur apud eundem in Phædro.

Εἰς ὕδωρ σπείρειν. Seminare in aqua. cũ fruſtra fit aliquid.

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. Multa inter calicem exiſtunt labrumq́; ſupremum.

Ἀνερρίφθω κύβος. Iacta ſit alea. Cæſaris uerba in tranſitu Rubiconis poſita Plutarcho.

Γέροντι ἀωρότερον τρυφᾶν τοῦ πολιτεύεσθαι. Seni incommodius in otio & delitijs agere, quàm rempubl. adminiſtrare. Apud eundem autorem, uerba ſunt Pompeij de Lucullo.

Πρὸ τῆς ἀπολογίας τὴν ψῆφον φέρειν. Ante defenſionem iudicium ferre. Libanij in epiſtolis.

ADAGIA LOCIQVE ALIQVOT LATINORVM.

Ex Cicerone Apud Latinos nonnulla huiuſcemodi commemorantur, præſertim apud Ciceronem, inter quæ ſunt illa Primum pro Murena.

Cornicũ oculos cõfixit. De Cn. Flauio loquẽs, qui plus uiderat quàm qui prudẽtiores putabãtur, eisq́; ſpẽ ademerat.

Item pro Cor. Balbo: Duo fulmina noſtri imperij Cn. & P. Scipiones, quod Virgilius non eſt dedignatus imitari.

Item pro P. Quintio: Intus eſt equus Troianus, quum de inſidijs loquitur.

Prætorius candidatus, quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum currere uidetur. De eo qui ex minore conditione maiora tentat.

In epiſtolis ad Atticũ: Clitellæ boui ſunt impoſitæ, quum indigno aut non apto aliquid datur ſiue geritur.

In eiſdem. Bibulus cœpit laureolam in muſtacio quærere: hoc eſt, gloriam in re minima & nullius momenti. Nam, teſte Plinio, laurus muſtacijs ſubijciebatur, qui mos adhuc Romæ ſeruatur. Muſtacia

Item. Ille callipides adſiduo curſu cubitum nullum proceſsit: In eum qui multa tentat ſeu pollicetur, præſertim in itinere, ac parum præſtat. Eſt enim καλλιπίδης animal tardiſsimum, qui tota die ſe mouendo cubitum non procedit, ut ait Tranquillus in Tyberio. Callipides

Athenas noctuam mittam. Suos dicit mittere uerſus ei qui ijs abundet. Nam Athenis frequens eſt noctua, quæ publicum inſigne eſt. Ad hoc etiam propoſitum quædam alia dicit: ut, Lucernam ſoli adhibere: Teruncium, id eſt, quadrantem, adijcere Crœſi diuitijs.

Mitto Scitalã Laconicã, ſcribens in ænigmate ac breuitate. Nota res Scitala apud Lacedæmonios. Baculi duo ſimiles erãt: quum opus erat ſcribere ſecretum aliquod magiſtratibus, in eo baculo qui in urbe remanebat charta circũuoluebatur, ubi quod opus ſcribebatur: eaq́; mittebatur magiſtratui, qui & ipſe ſimilem ſecum habebat baculum: & hoc ne conſilia ab hoſtibus quoquo modo deprehenderentur. Scitala Laconica

Idem in orationibus: Abiecit haſtam, Quum quis decidit lite acceptis.

Item, Charta dentata & calamo temperato res agetur: quum accuratius aliquid ſcribere uolumus.

Et alibi. In hac cauſa aqua mihi hæret, id eſt, addubito, uereor, quod etiam in Italia pleriq́; uſurpant.

Idem Ibridam C. Antonium uocat, & puerum Iunonium, aureumq́; partum Cæſarem adoleſcentem. Ibrida

In Thuſculanis Græcum prouerbium: Quam quiſq́; nouit artem in hac ſe exercitat.

In Officiorum lib. III. Cum uelis & equis. Epicurus eiuſdem adiutor ſententiæ. In conatu dicitur. Cum uela non ſint ſatis, equi quoq́; ad trahendam nauim adhibentur.

Et ad Trebatium. Sero ſapiunt Phryges, in tarditate pœnitenda. Quod in tragœdia equi Troiani extremo loco conſcriptum eſſe dicit.

De diuinatione, Græcum erat prouerbium, Aut bibat aut abeat. Non enim oportet ſobrios ad ebrios uenire, aut ſi ueniant, cum alijs conueniant.

Item in oratione. Arcem è cloaca facere, id eſt, loco indigno aliquid ſumptuoſius ædificare.

Item ad Trebatium, Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus. Et Hierony. contra Io. Melius eſt quod dicitur Andabatarum more pugnare, quàm directa ſpicula clypeo ueritatis non repellere. Populi putantur eſſe qui conniuentes pugnabant. Andabatæ

Sed & alij quoq́; alia in hoc genere. Virgilius in taciturnitate, Lupi Mœrim uidere priores. Virgilius

Item in metu potentioris: cornu ferit ille, caueto. Ex Theocrito tractum, ille enim ait, τὸν τράγον φυλάσσεο μή τυ κορύψῃ.

In eandem Plutarchus ſententiam: Fœnum in cornu gerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Plinius Plinius autẽ in impudentia: Frontẽ perfricui. Quod à Seneca mutuatus eſt, ipſe enim hoc etiã alio modo elegãter expreßit: Vatinius, inquit, adſiduo cõuitio depudere didicerat.

Catullus Catullus de uiro inepto & ignauo: Satis cum hoc uappa frigora & famen pertuliſti.

Item, Scripta ueneni ac peſtilentiæ plena.

Probitatem uerò & malitiam eleganter colore candido & atro diſtinguit, de Cæſare loquens: Albus, inquit, an ater ſis. Quod proximis temporibus ſtudia partium nonnullarum in Italia uſurparunt.

Corn. Nepos manſuetudinẽ Attici perpetuam deſcribens: Cum matre, inquit, nunquam rediuit in gratiam.

Horatius Horatius: fauorem à ſuffragio transfert: Omne tulit punctum qui miſcuit utile honeſto.

Item. Propria delicta à tergo manticam appellat.

Et ſe ſuaq́; ſine riuali amare.

Coronas hominum collocutiones aut attentiones.

Colũnas itẽ pro locis publicis quò diſputãtes cõueniebãt.

In fauore item, premere pollices dicit: Vtroq; tuum laudabit pollice ludum. Quod & Plinius adfirmat libro XXVIIII. cap. II. pollices, ait, cum faueamus premere etiam prouerbio iubemur.

Et lib. ſermonum. Membra animumq́; tuum nabis ſine cortice ſic me. Nare enim ſine cortice, id eſt, ſine cucurbita aut aliquo appenſili artificio: hoc eſt, aliquid cum facilitate, & citra alienum adminiculum facere.

Perſius Perſius in cauenda deriſione, Poſticæ occurrite ſannæ: dixit.

Iuuenalis Iuuenalis: Dat ueniã coruis, uexat cenſura columbas. pulcherrima translatione puritatem fœminarum, impuritatemq́; Corui uirorum, per hæc animalia demonſtrans. Corui enim, teſte Plin. ore parere coireq́; putantur.

Præterea equus Seiani & aurum Toloſanum apud Gellium in prouerbium uenerunt infelicitatis, quòd hæc poßidentibus nunquam bene eueniret.

Auguſtus apud Tranquillum Ad Calendas Græcas ſe ſoluturum, feſtiue dicebat: id eſt nunquam: quòd Calendas Græci non habeant.

Apud Cic. in Verrem, ac apud Martialem: Attollere digitum: eſt ſe conductorem uel emptorem ex publica uenditione aut locatione ſignificare.

Idem in epiſtolis, humilem & ignotum ſignificare uolens, Quàm huic terræ filio, inquit, literas de tantis rebus dare.

Et Iuuenalis hoc idem alijs uerbis: Malim fraterculus eſſe gigantum. Nam gigantes terræ filij ſunt.

Ex Plauto Plautus uerò complura, ſi quis legat: Nam ſeruos improbos maſtigiam uocat, plagiarium, ſubiculum flagri, tritorem compedum, trium literarum hominem.

Præterea ſenes, Acherontium, capularem, pabulũ Acherontis, edentulum, mucoſum, uulturum cadauer.

In adoleſcentem frugi, In mare it, rem familiarem curat, parenti obtemperat, uxori ac liberis uacat. In perditum, Amatur, egetur, pluſquam res patitur ſtudet elegantiæ.

In meretrices ſellularias: Quæ olet ſellam & ſeßibulum merum, ſcortũ diobolarium, monſtrũ mulieris, ſalſa muriatica. In nobiles, Matrem uenuſtatũ, Veneres, Cupidinesq́;.

Mores earũ ſic explicantur. Negotium ſibi qui uelit comparare, nauem ac mulierem ſibi cõparet: Nam hæ duæ res nunquam ſatis ornantur. Dum comuntur, dum ornantur annus eſt. Fundis ornatæ incedũt per uias. Fundi noſtri calamitas. Viſcus merus ueſtra eſt blanditia.

Seneca Senecæ quoq; translationes audaces innumeræ ſunt. Glabros enim iuuenes ac miniſtros imberbes uocat. Lychnobij Lychnobios uerò quaſi lucernarios, qui totis noctibus uigilant, interdiu dormiunt.

In ſenectute quoq; Vaſa colligere, aut Receptui canere requieſcendum intelligit.

Item: In freto uiximus, moriamur in portu.

Et in altercatione, captioneq́; mutua uerborum, Latrunculis, inquit, ludimus.

Auctoratos item & Exauctoratos, obligatos & liberos appellat. Auctorati Exauctorati

Beneficium, ſeu quoduis aliud in calendario ſcribere ait, id eſt, fœnerari.

Sed nouatione uerborum cũctos facile ſuperat Apuleius: Ex Apuleio cuius quædam adponam, ut legẽtis ſit arbitrium ea cum iudicare, tum eligere. Loquitur de Cinædo, qui emaſculatoribus ſuis ad omnia infanda morigerus fuit. Emaſculatores Mox in iuuẽtute ſaltandis fabulis exoßis planè & eneruis. Sed ut audio indocta ac rudi mollitia, negatur enim quicquam hiſtrionis habuiſſe præter impudicitiam. In hac etiam ætate quæ nunc eſt qui iſtum deperdunt multi ſunt, domus eius tota lenonia, familia contaminata, ipſe propudioſus, uxor lupa, filij ſimiles prorſus, diebus ac noctibus ianua calcibus propulſata, feneſtræ canticis conſtrepitæ. Triclinium comeſſatoribus inquietum. Cubiculum adulteris peruium.

Item alibi: Dico Craſſum iamdudum ebrium ſtertere: Repotia cœnæ aut ſecundo lauacro ad repotia cœnæ obeunda, uinolentum ſudorem in balneo deſudare.

Et in oratione ad Claudium Procos. Euathlus poſtquàm cuncta illa exorabula iudicantium & decipula aduerſantium, & artificia dicentium, uerſutus alioqui ingeniatus ad aſtutiam facile prodidit.

Item antiquum prouerbium, Vbi uber ibi tuber, id eſt, Prouerbium nulla uoluptas non mixta aliquo dolore.

Itẽ: Pariter enim ut qui hærediolũ ſterile, & agrũ ſcrupoſum, meras rupinas & ſenticeta miſeri colũt, quoniã nullus in teſquis ſuis fructus eſt, ſed infelix loliũ & ſteriles dominantur auenæ, furatũ eunt, & uicinorũ flores decerpunt.

Item: Quis non laudauit hominem numeroſa arte multiſcium, tam iugi ſcientia magnificum, totũ utenſilium peritia Dædalum? fateor me ſellularias artes minus callere: ueſtem de textrina emere: baxeas iſtas de ſutrina præſtinare.

Item, Spelunca frondibus inumbrata, quercus cornibus onerata, colliculus ſepimine conſecratus, uel truncus dolamine effigiatus, uel ceſpes libamine humigatus, uel lapis unguine delibutus.

Item nomina hæc, honoripeta, lucifuga, tenebricola, multiforatilis tibia, ſcißile palliaſtrum, cibaria uoluptas. Inter nos uerbigeratum.

Item: Hyagnes pater, ac magiſter Marſyæ tibicinis pri- Hyagnes mus in canendo manus diſcapedinauit: primus duas tibias uno ſpiritu animauit.

Item, ut uetus prouerbium ait: Inter ſacrum & ſaxum Inter Sacrũ & ſaxum poſitus poſitus cruciabatur, quod in rerum difficultate ac dura deliberatione ſuccurrit.

Item: Mulieres candido ſplendentes amicimine, uario lętantes geſtamine, neruo florentes coronamine.

Item Baſia preſſula, meritricum poſcinummia, ſeu aduectorum negotinummia.

Item: Liberalibus cœnis ineſcatus, & humanis adfatim cibis ſaginatus, corpus obeſum pinguedine compleueram, corium aruina ſuculenta mollieueram.

Item: Piſtor dulciarius, qui panes & mellita concinnabat Dulciarius edulia. Alter cocus qui ſapidißimis nutrimentis pulmenta mollita uapore condibat.

Item: Eſtur ac potatur inconditè pulmentis aceruatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingeſtis: clamore ludunt, ſtrepitu cantillant, conuitijs iocantur, ac iam cætera ſemiferis Lapithis Centaurisq́; ſimilia.

De ſpe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

De ſpeculo autem pulcherrima ab eodem deſcriptio exprimitur: quippe in omnibus manu faciundis imaginibus opera diuturna ſumitur, neq; tamen ſimilitudo æquè ut in ſpeculis cõparet. Deeſt enim & luto uigor, & ſaxo color, & picturæ rigor, & motus omnibus qui præcipua fide ſimilitudinem repræſentat. Enimuero quod luto fictum, uel ære infuſum, uel lapide incuſſum, uel cæra inuſtum, uel pigmento illitum, non multa intercapedine temporis diſsimile redditur, & ritu cadaueris unum uultum & immobilem poſsidet: tantum præſtat imaginis artibus ad ſimilitudinem referendam leuitas illa ſpeculi fabra & ſplendor opifex.

Ex Cicerone

Nunc Ciceronis quoſdã ſubijciam locos, quos poſteri omnes, qui in ſecundis planè conſtiterunt ab eo uſurpare ſunt uiſi, mutatis tamẽ rhythmis ac numeris. Antithetis primũ in uerbis ac ſententijs omnia ipſius ſunt referta: quibus nihil magis lumen adfert orationi: ut ſunt illa: In negotio ſine periculo, In otio cum dignitate, In cõuiuio ſobrius, In ſobrietate facetus. Item: Honores ſine ambitione, diuitias ſine faſtu, copiam ſine luxuria poſsidebat: in otio de periculis ſolicitus cogitabat, in periculo rerum euentum ſecurus expectabat.

Plinius in epiſtolis hunc imitatus modum ait: In ſumma auaritia ſumptuoſus, in ſumma infamia glorioſus.

Item: Non uiuere ut edas, ſed edere ut uiuas.

Non poſsim ſi uelim, nec uelim ſi poſsim.

Non defuit auxilium, ſed ipſe auxilio defui.

Item illa feſtiuitatẽ ſimul & grauitatem habẽt, quæ quaſi hypothetice inferuntur: ut, Ego, ſi dignitas eſt bene de republ. ſperare, obtineo dignitatem meam: ſi autem in eo dignitas eſt, quod ſentias efficere, ne ueſtigium quidem ullum reliquum eſt dignitatis: agiturq; præclarè nobiſcum, ſi nos ipſos regere poſsimus, ut ea quæ partim iam adſunt, partim impendent, moderatè feramus.

Item, Me regem appellas: Ego, ſi regnum eſt ab omni cupiditate abſtinere, nulli libidini ſeruire, nullorum gratia ciuium aut hoſtium metu de recta ſententia decedere: fateor me regem eſſe.

Item, A nobis agentur omnia diligenter, ut neq; ſi quid obtineri poterit, non contendamus: neq; ſi quid non obtinuerimus, repulſi eſſe uideamur.

Item, Quem fauendo retinere non potuerunt, inuidendo abalienauerunt.

Item, Aut te in ſententiam meam adducam, aut certe teſtatum apud animum tuum relinquam quidnam ſenſerim.

Item, Sententijs, non animis diſſentimus. Naturæ non animi uitia, obiurgatione, non contumelia contendi.

Itẽ, Cũ nos florere oporteret, tũc maxime uiuere puderet.

Aut probare quæ fiũt oportet, aut tacere quæ nõ probes.

Dicendum quod nõ ſentias, aut faciundũ quod nõ probes.

Eſt enim res in eum locum adducta, ut quanquam multum interſit inter eorum cauſas qui dimicent, tamen inter uictores non multum interfuturum putem.

Sed planè animus qui dubijs in rebus fuerat infirmus, nũc deſperatis confirmatus eſt.

Nec temeritas cum ſapientia commiſcetur, nec ad conſilium caſus admittitur.

Non tam adlicere uolui, quàm alienare nolui.

Non tam pulchrum ſcire Latine, quàm turpe neſcire.

Scæuola iuriſconſultorum eloquentiſsimus, Craſſus eloquentium conſultiſsimus.

Quantum opibus tuis diuturnitas detrahet, tantum adfert laudibus.

Illa uerò maxime ad pœnam deprecandam faciunt. Et ſi aliqua culpa erroris humani, ſcelere certe liberati ſumus: non cupiditate aut prauitate aliqua lapſi, ſed opinione officij ſtulta fortaſſe, certè non improba: nec liberationem culpæ, ſed errati ueniam impetramus.

Quod autem ſequitur, ad palpandum. Satis te dicis uixiſſe, uel naturæ, uel gloriæ. Noli periculo noſtro ſapiens eſſe. Dimitte quæſo iſtam doctorum hominum in contemnenda morte diſciplinam: tua cautio, noſtra cautio eſt. Vide quæſo ne hæc tua diuina uirtus apud poſteros admirationis ſit plus habitura, quàm gloriæ: Nihil eſt omnino diu in quo eſt aliquid extremum, quod cùm uenerit, omnis uoluptas præterita pro nihilo eſt.

Omnes igitur ſupradicti loci, uim pithicam habent. Sed maiorem hoc quod ſequitur per interrogationẽ. De religionibus ſacris & cerimonijs concionatur P. Clodius? Publius inquàm Clodius religiones negligi, uiolari, pollui queſtus eſt? Nam & Catullus quaſi ſimile. Quid eſt Catulle, quid moraris emori? Curuli in ſella Struma Nouius ſedet qui conſulatũ petierat. Vatinius itẽ ille gurges helluatus ſanguinem reipubl. ad cœlũ tum extruxit uillam in Tuſculano uiſceribus miſerorum. Mihi meas ruinas aſpicere non licuit.

Item, Ille ab initio cupiditate & audacia pugnauit, hic ueritate & pudore, quod potuit reſtitit.

Sed illa partes habẽt integras, Vide quantũ diſtant argumẽta tua à re ipſa & ueritate: quod conſuetudine patres faciunt, quaſi nouum reprehẽdis: quod beneuolẽtia fit, odio factum criminaris, quod honoris cauſa pater filio, idẽ ſupplicij cauſa feciſſe dicis. Neq; tu hæc non intelligis, ſed uſq; eo quid arguas nõ habes, ut non modo tibi contra nos dicẽdum putes, uerum etiam contra rerum naturã, contra conſuetudinem hominum, cõtra opiniones omnium. Sed in hoc etiam maior ſpiritus adſurgit. Fero ego te Torquate, iam dudũ fero, & nonnunquã animum incitatũ ad ulciſcendum orationem tuã reuoco ac reflecto, permitto aliquid iracũdiæ tuæ, do adoleſcẽtiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti. Sed niſi aliquẽ modum uitæ tibi cõſtitueris, coges me oblitum noſtræ amicitiæ, habere rationẽ meæ dignitatis. Nemo me unquam tenuiſsima ſuſpicione perſtrinxit, quem non peruerterem. Sed mihi crede non his libentiſsime ſoleo reſpondere, quos mihi uideor facillime poſſe ſuperare. Tu noli hac mea noua lenitate abuti, noli aculeos orationis meæ, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari, noli id putare omnino à me eſſe omiſſum, ſi quid eſt tibi remiſſum atq; conceſſum.

Illa uerò potius deſcriptionis aptiſsimæ ſunt, quæ ſubijciam. Hic unguenti adfluens calamiſtrata coma, deſpiciens conſcios ſtupri & uexatores ætatulæ ſuæ, fœneratorum gregibus inflatus: alter ô dij boni quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aſpectu? exemplũ imperij, imaginem antiquitatis, columen reipub. diceres intueri.

Item, Pugnis & calcibus exturbare hominẽ poſſeſsione, cædem facere uicinorũ, ſpoliare fana ſacrorum, iura conatu & armis diſturbare, iudicia in bonis rebus contẽnere, in malis pugnare cõtra bonos, non reipub. cedere, nõ fortunæ ipſi ſuccumbere. Honeſtius hoc duce errare, quàm illo magiſtro erudiri. Animus eius uultu, flagitia parietibus teguntur.

Item. Leuem, imò grauiſsimum. Mobilem, imò conſtantem. Familiarem, imò alieniſsimum.

Item de urbe Roma. Hanc ſedem imperij, arcem populorum, lumen gentium, theatrum orbis terrarum.

Item: Neq; Catilina is es, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocent.

Veſtræ nunc bonitatis, ut huius inopia plus poſsit ad miſericordiam, quàm illius opes ad crudelitatem.

Item in reddenda cauſa pulchrum eſt illud: Plus uirtus tua dedit quàm fortuna abſtulit, propterea quod adeptus es, quod non multi homines noui, amiſiſti quæ plurimi.

Et rurſus: Mihi cõſilium iam diu captum eſt, de quo ad te, non quo cælandus eſſes, non antea ſcripſi, ſed quia commu-

nicat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

nicatio cõſilij tali tempore, quaſi quædã admonitio uidetur, uel potius efflagitatio ad communicandam ſocietatem.

Sed his quæ ſequuntur apte animi conceptus rerum multarum paucis explicat uerbis. Quare quid adſequi poßis non tam facile eſt nobis, quàm tibi cui prope in conſpectu eſt Aegyptus, iudicare: Nos quidem hoc ſentimus, ſi exploratum tibi ſit poſſe te illius regni potiri, non eſſe cunctandum: ſi dubium, non eſſe conandum: illud tibi adfirmo, ſi rem iſtam ex ſententia geſſeris, fore ut abſens à multis, cum redieris ab omnibus lauderis. Sed ego ut te ad certam laudem adhortor, ſic à dimicatione deterreo, redeoq́; ad illud quod initio dixi, totius facti tui iudicium, non tam ex conſilio, quàm ex euentu homines eſſe facturos.

Illa etiam quaſi paria inter ſe membra uim habent. Nihil tam uolucre quàm maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dißipatur.

Item: Negotiatoribus comis, mercatoribus iuſtus, municipibus liberalis, ſocijs abſtinens eram uiſus.

Item meorum conſiliorum ſocius, periculorum particeps, rerum quas in ſenatu geßi adiutor.

Item: Latrator fori, depeculator curiæ, tabernariorum concitator.

Item: Nolite fortunam conuertere in culpam, neq; regis iniuriam crimen putare, neq; conſilium ex neceßitate, nec uoluntatem ex ui interpretari.

Item: Profectionem amore proſequar, reditum ſpe expectem, abſentiam memoria colam.

Illæ quoq; ipſius ſententiæ præclaræ.

Fortunam ſi non æquo animo, ut fortiter feras.

Quod honeſtum initio cœperis, conſtantia proſequere.

Nihil in malis ponendum præter culpam.

Nihil turpius uanitate.

Mors non tam optanda quàm non timenda.

Mors honeſta uitam ſæpe turpem exornat, uita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit.

In bonis uirtus ſocia uitæ, gloria mortis comes.

In altero ne reprehendas, quod in te probes.

Inuidia uirtute parta, gloria non inuidia putanda.

Scommata

Scommata ſunt quæ in alterum cum ſale iactamus, ut Cicero teſte Plutarcho de coco, qui ad ordinem equeſtrem adſcitus fuerat: optimo iure hunc meruit locum, cum de iure culinæ intelligeret.

Mecœnas

Huiuſcemodi quammulta leges apud Macrobium, inter quæ illa duo Auguſti, qui inuitatus à Mecœnate ad tenuem cœnam familiariter, ut ille dicebat: Non putabam, inquit, me tibi tam familiarem.

Galba

Item Galba gibboſo apud eum cauſam orante, ac dicente: Corrige in me ſi quid uides: Ego uerò, inquit, monere poſſum, corrigere non poſſum.

Pruſias

Cum Romani legatos ad pacem inter Nicomedem & Pruſiam faciendam miſiſſent: & unus ex eis multis cicatricibus ſparſum caput haberet, alter pedibus eger eſſet, tertius ingenio ſocors haberetur: Cato eam legationem, nec caput, nec pedes, nec cor habere dixit. Autor Liuius lib. L.

In hoc genere quàmplurima ſparſim mihi dicta ſat erunt, ſi duo rurſus Auguſti recenſeam. Is cum ſimilem ſui quendam aſpiceret, interrogauit an eius mater Romæ unquam fuiſſet: At ille, Quin, ait, meus hic pater fuit.

Idem contumaci beneficium petenti, eius conſiderando ineptiam reſpondit: Redi prius mecum in gratiam.

Vnum adducam externum. Cum Annibal ab Antiocho, ad quem confugerat, interrogaretur, An exercitus magnus opulentusq́;, quem ei oſtenderet, ſatis eſſet Romanis: Ita, inquit, etiam ſi auarißimi eſſent. De clade uti contigit loquẽs: non ut ille putabat, de uictoria. Autor Plutarchus.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM

LIB. XXXV.

DE SCIENTIIS MATHEMATICIS, AC PRIMVM ARITHMETICA.

NVMERORVM ſcientiam, quam Arithmeticam dicunt, primus apud Græcos illuſtrauit Pythagoras, eorum ratione, ac caracteribus adinuẽtis, ac in tabula diſcipulis perſcriptis: quam poſteri deinde Abacũ, ut Boetius tradit, uocauere. Euclides dein quatuor libris eam complexus eſt, VII. VIII. IX. X. ex noſtris Boetius, & è recentioribus nonnulli libros edidere, ut Leonardus Piſanus, Blaſius Parmenſis, Ioan. de Sacrobuſco, Prodocinus Paduanus, Algoriſmus, Algebra Catainus, Ludouicus Eremita. Laudes eius inſuper Pythagoras nonnulliq́; adeò extulerunt, ut quantum categoriæ, ſubſtantiæ ſubeſſe contendant.

Plato quoq; in Epinomide ante omnia numeros edocẽdos pueros eſſe iubet, ſine quibus nec res propriæ, nec publicæ, ſatis cõmode adminiſtrari queant, omniaq́; in ſuorũ ipſorũ cum diſpoſitione, tum harmonia, facta mortalia uerſari.

Eorum diductio plurifariam. Species omnino VIII. Numeratio, Additio, Subtractio, Mediatio, Duplicatio, Multiplicatio, Diuiſio, Progreßio. Radicum extractio in numeris quadratis & cubis.

Alia quoq; diuiſio, aut Digitus eſt, ſic enim appellant, ut ſunt numeri ſoluti & ſimplices uſq; ad decẽ: uel eſt Articulus, ut X. XX. XXX. XL. & reliqui integri: uel eſt Cõpoſitus ex utriſq;: ut, XIIII. XXV. XXVII. & reliqui ſimiles.

Digitus

Articulus

Compoſitus

Deinde aut Par eſt uel impar, Græce ἄρτιος ϗ περιττός.

Par, uel impar

Paris rurſus numeri ſpecies ſex, de quibus Euclides in IX. diſſerit. Pariter par quum uſq; ad ultimum numerus in duas partes diuidi poteſt, ueluti LXIIII. cuius medium XXXII. & huius XVI. huius quoq; VIII. deinde IIII. & tandem II. Pariter impar quum numerus quidem par eſt, in partes tamen impares diducitur, ut VI. X. XIIII. & his ſimiles. Impariter par ex utriſq; ſuperioribus conſtat, quum numerus par in partes etiam diuiditur pares, ſed non uſq; ad extremum: ut, XXIIII. XXVIII. & his ſimiles. Aut item Diminutus quum partes eiuſdem integrales ipſum non adæquant: ut, VIIII. cuius partes IIII. II. I. conſtituunt ſeptem, qui numerus eſt inferior VIII. idem accidit numero X. Aut Superfluus eſt cũ excedit: ut, XII. & XXIIII. Perfectus uerò quum adæquat.

Pariter par

Pariter impar

Impariter par

Diminutus numerus

Superfluus

Perfectus

Impar autẽ numerus ſic ſe habet. Aut primus eſt & incõpoſitus: ut, III. V. VII. XIII. XVII. XIX. XXIII. qui quòd nullus eos præter unitatem metiatur, numeri dicuntur incommunicabiles. Aut ſecundus & compoſitus, quẽ non ſolum unitas, ſed alius quoq; metitur numerus, ut nouem per tres, XV. per V. XXI. per VII. & his ſimiles. His additur tertia diuiſio, uidelicet Abſtractus, quum à materia ſeparatur: Coniunctus quum eſt in materia, ut res numerata.

Impar primus & incõpoſitus

Secundus & compoſitus

Abſtractus

Coniunctus

Dimenſionibus quoq; geometricis & epipedis & ſolidis comparatur. Inprimis Punctum eſt unitas quælibet.

Comparatus geometricis dimẽſionibus

Puntum

Lineares ſunt numeri ſoluti & lineis deſcripti, uidelicet II. III. IIII. V.

Quadratus, qui in ſe ductus ſit: ut, XVI. quem quater quatuor conſtituunt: ut, IX. quem ter tria faciunt.

Quadratus

Cubus numerus, qui bis in ſe duplicatur: ut, XXVII. quẽ ternar

Cubus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ternarius numerus iteratus reddit, ut ter tria I X. ter uerò nouem X X V I I. Ipſe autẽ ternarius numerus radix dicitur.

Quadrata eſt cum ſemel reddit cubis cuba, quum ter relata, & hoc item modo reliqua quatuor.

Inſuper numerum Euclides in V I I I. lib. multis alijs præter eum quem diximus, tradit confici modis, cum uidelicet, aut numeri duplicantur: ut, unum duo quatuor octo: aut de ternario in ternarium: ut, unum tria quinq; ſeptẽ: uel ijdem numeri impares multiplicantur: ut, unum & tria, quatuor reddunt, huic additus quinq;, nouem conſtituunt: & eodem modo reliqua. Sed & triangulares & pentagonos & hexagonos, tũ ſolidos Pyramidales ſphæricos Euclides ponit.

Pyramidalis Sphæricus

Plato planos appellat, numeros qui prima multiplicatione numeri numerãtur: ut, bis duo I I I I. uel ter tres I X. Solidos uerò, qui non ſolum multiplicatione fiunt: ut, bis bis duo V I I I. & ter ter tria X X V I I. Aequilateres autem quum quilibet per ſe in ſeipſum multiplicatur, quales modo narrauimus. Inæquilateros quoq; ex multiplicatione numeri alterius per alterũ, ueluti in planis bis ter ſex, ter quater X I I. In ſolidis bis bis ter, uel bis ter tres X V I I I.

De ui, & poteſtate numerorum quorũdã

Mox de ui numerorũ. Plato numeris omnia tribuit, cœleſtia & humana: ſphæraſq; omnis, & uirtutes, harmonia contineri, ciuitates quoq; mutationes ex illis facere dicit.

Ante omnes ipſe Pythagorã imitatus Monadas & Dyadas celebrat, ut numerorũ principia. Ex his cõſtare dicit res humanas, uniuerſamq́; naturã. Nã per monada, id eſt, unitatem, eſſentiam, formamq́; res habẽt, & in quiete ſtatuq; ſunt. In motu autẽ per Dyada. Monas itẽ perfectũ aliquid ponit & abſolutum. Dyas imperfectum & infinitum.

Monas
Dyas

Dicitur & alijs uerbis. Idem & alterum ſiue diuerſum: nam quodlibet creatum unum & idem eſt in ſua eſſentia & perfectione, duo uerò ſeu diuerſum compoſitione: unum item energia, diuerſum ſeu plura poteſtate.

Quin in Parmenide tantã Vni tribuit diuinitatẽ, ut dicat unas ſolũ eſſe ueras & immortales ſubſtantias ac à materia diſcretas, ueluti Deũ, angelũ, quẽ mentẽ uocat & animam.

Trias

Trias autem alio quodam genere habetur optima, & in I X. de rep. magnopere extollitur quòd in primis quadratus ab eo numerus exeat, uidelicet nouem, dein ſolidus X X V I I.

DCCXXIX.

Poſtremo magnus ille ac fatalis D C C X X I X. Qui radicem habet I I I. dein I X. tertiam X X V I I. Trias ſola initium medietatẽ & finem retinet, quibus corpora augeſcunt. Interuallũ unum lineam facit, ſuperficiem, tria corpus, quod tribus etiam metimur, lõgitudine, latitudine, & ſoliditate.

Primus item impar eſt numerus, qui perfectior pari eſt, cum illum comprehendat, non ab eo comprehendatur. Præterea trianguli figuram continet, quæ omnibus præſtat. Siquidem in hanc ſolida cuncta & plana reſoluuntur. Proportionem in arithmetica refert ſeſquialteram: in muſica diapente: in philoſophia rerum principia, uidelicet materiam, formam, & priuationem. Secundum uerò Platonem, Deum, ſpecies, & hylen: apud uerò poëtas Gratias decentes.

Tetras

Tetras ante omnia ſecundum uim & potentiam in denarium reſoluitur numerum perfectum: ſi unum, duo, tres, & quatuor computentur. Pythagoreorum iuſiurandum:

Iuro ego per ſanctum pura tibi mente quaternum
Aeternæ fontem naturæ animiq́; parentem.

Nam noſtram dicunt animam ex quatuor conſtare: Mente, cui unitas comparatur, nam ſpecies rerum ſub unitate comprehẽdit: Scientia, quæ binario cum indefinita ſit, & ex alijs confeſſis demonſtratur: ternario autem Opinio, quæ ex pluribus originẽ habet, ac fallibilẽ: quaternario Senſus. Præterea parem & imparem continet numerum. Nam Duo, & item Vnum, Plato non tam numeros, quàm principia numerorum uocat. Proportionem habet in arithmetica epitritã, à nobis ſeſquitertiam appellatã. In harmonia diateſſarõ & tetrachordũ, ac diagrãma Pythagoreum, quo ille primũ in muſica cõcentũ inuenit. Totidẽ ſunt etiã corpora ſimplicia, & partes honeſti & in cœlo cardines: & quadratũ agmen ordinatũ & perfectum, & quadrigæ totidẽ equorum ſat ad certamen curſuſq́; palmam fuere: & quadrare accommodatum aptumq́; eſſe ob numeri huius concinnitatem dicimus.

Pentas

Pentas ſuas etiam retinet proprietates, ut medium decadis quæ cæteros includit.

Hexas

Hexas numerus merito perfectus iam habetur, quippe qui ſit æqualis his partibus ex quibus ipſe conſtat: habet enim dimidietatem in tribus: tertiam portionẽ in duobus, ſextam in uno: quæ ſimul & in unum collecta faciunt eundẽ. Præterea quadratum conſtituit, X X X V I. Senarius enim & Octonarius, uidelicet Ogdoas, perfectiores omnibus ab arithmeticis dicuntur eſſe: & qui terminant in illis. Qui uerò ab his defecerint imperfecti: ſemper enim & in infinitum hi duo diductionem æqualitatemq́; recipiunt. Auguſt. tamen Senarium præfert ob mundi creationem.

Ogdoas

Heptas

Heptas quoq; à Platonicis ſimul & Pythagoreis receptiſſima. Quæ hanc in primis proprietatem habet, quòd ſola neq; gignit ex ſe alium numerum infra decadem, neq; à quoquam ipſa gignitur. Etenim duo duplicata pariunt quatuor: tria ſex: quatuor & paritur à duobus duplicatis, & ipſe duplicatus octo parit. Rurſus Quinq; à nullo naſcitur, ipſe bis ſupputatus decem conſtituit: item Sex naſcitur quidem ex duplicato triente, parit autem infra decumanũ limitem nullum: paritur Nonus ex ter tribus, ipſe item nullum: eodẽ modo & Decem. Igitur quoniam Septenarius ab hac conditione immunis eſt, à ueteribus Minerua eſt cognominatus: quòd ſicut illa, uirgo perpetuo ſit, ac ſine matre. Multa inſuper quæ natura proueniunt huic ſunt accõmodata. Nam ſeptenarij menſis partus legitimi ſunt. Poſt partum deinde ſeptimo menſe dentes emittuntur. Septimo deinceps mutantur anno. Annorum quoq; hebdomada ſecũda poſt pubertatem, antiquitus pueris nomina imponebantur, cum antea dubiam putarent uitam. Secunda pubertatem utriq; ſexui defert: tertia adoleſcentiæ lanuginem: quarta uirilitatem. In morbis quoq; mutationes fieri experientia docuit. Hippo. in libris de hebdomadis enumerat ſenſuum omnium qui ſunt in capite ſeptenos meatus, oculorum, aurium, narium, atq; oris. Vitalia quoq; paris numeri, Lingua, Pulmo, Cor, Lien, Hepar, duo Renes. Lunæ etiam creſcentis & ſeneſcentis, ut in aſtrologia dicam, eodẽ numero notatur: ſiquando de obſcura creſcente lumine fiat & decreſcente eodem omnino ordine. Septem cœlum planetis cõſtat. & in muſica ex diapente ac diateſſaron ſymphoniam cõſtituit. In matheſi deniq;, teſte Iulio Materno, ſeptenarius quiſq; numerus, in genitura & annis magnos portendit effectus.

Heptas numerus Mineruæ appellatus

Enneas

In nonario, ſiue Enneade, idem Maternus dicit eadem, in annis item fieri mutationem. Sed & huic numero alia etiam conuenire inuenimus. Hom. ſæpe illius meminit, ἐννῆμαρ appellat, id eſt, nono die: cum uidelicet aut reſponſa ſunt danda, aut clades ſæuitura, aut leges condendæ: totidem enim annis dicit in ſpelunca Minoem à Ioue leges accepiſſe, totidemq́; diebus mortuos antiqui funerabant.

ἐννῆμαρ

Decas

Decas itẽ à Pythagoreis obſeruata, eo cunctis perfectior, quo cæteros ſingulatim includit numeros: ſupra decem non tam numeratio quàm eorundem numerorũ replicatio. Hanc igitur Pythagorei primã quadraturã appellant. Nam decẽ ex uno, duobus, tribus, & quatuor fit ſimul collectis.

Dodecas

Dodecas in octaua de rep. Platoni tanquã diuina celebratur, qui ait, eam ciuitatibus magnã portendere mutationem ſiquando multiplicari contigerit ac peruenire ad æquialterum ſuum planum, uidelicet C X L I I I I. Poterit autem in

melius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

melius mutari ſecundum diſciplinam : cum uerò ad ſolidum peruenerit, uidelicet M.DCCXXVIII. tanquam finem ſuum contigerit poſtea declinabit. Antea uerò non fatali numero, ſed imprudẽtia collabetur. Eiuſmodi mutationis cauſam Ariſtot. in lib. V. Politicorũ non negaſſe uidetur, Platonem allegando, ut in eius epitome libri diximus. In legibus item Plato eodẽ numero duodenario ciuitatẽ agrosq́;, cuſtodias, ac magiſtratus diſponit. In Phædro XII. adducit ordines diuinorũ. In Timæo XII. faciebus format mundũ etiam propter ſphæras mũdi XII. ſignaq́; totidem. In Critia plagis XII. antiqua ante diluuium regna deſcribit.

DE HARMONIACIS.

HArmoniæ rationẽm, quæ Arithmeticæ ſubijcitur, Ariſtoxenus Platonis æqualis ferè primus in lucẽ extulit, repertis etiam inſtrumẽtis. Deinde Ptolemæus, cuius muſicam negligẽtia poſteritatis ex magna parte corruptam Nicephorus Gregoras interpolauit, & paraphraſim ſimul quandã conſtituit, Nicomachus etiam in quibuſdam illuſtrauit. Commentatores his adceſſerũt Pappus, Theon, Alypius, Gaudentius, Iſacius. E noſtris uerò Apuleius, qui libellum ſuper his edidit, & Boëtius. Et Auguſt. qui magis pedum rhythmos quàm harmoniam eſt perſecutus.

Harmoniæ diuiſio

Triplicem eius cõſtituunt diuiſionẽ, primã uidelicet Senſus & Mentis. Initiũ enim à ſenſu, id eſt, auditu accipit, deinde mẽtis ratione ac iudicio abſoluitur. Cuius rei gratia uel imperiti de hac cenſurã agunt, cũ Harmonia numerorumq́; oblectatio & cõcinnitas æque omnis capiat, unde illud Virgilianũ, Numeros memini, ſi uerba tenerẽ. Non item geometriæ hoc euenit, cuius figuræ nemini ſunt curæ, an pulchræ apteq́; depictæ ſint, ſed tantum ſenſibus acceptæ.

Alia diuiſione triplicem faciunt : Coſmicam, qua mundus & ordo cœleſtium orbium mira concentus dulcedine conſtat. Alteram Humanam, qua homo conſtitutus eſt diſpoſitione ordineq́;, tum quatuor elementorum, tum animæ unà cum corpore harmonica coniunctione. Tertiam, quæ in uocis humanæ inſtrumentorumq́; ſonitu conſiſteret.

Tertia diuiſio Ariſtoxeni eſt, qui uocis rationem in Rhythmum, Melos & Metrum diduxit. de his Gell. libro XVII. Longior menſura uocis rhythmos dicitur: Altior melos : Metrum uerò per quam ſyllabarum longarum & breuium & mediocrium iunctura & modulus congruens cum principio geometriæ aurium menſura terminatur.

Adraſtus peripateticus pulcherrimè muſicæ principia dictionibus cõparat: Nam ut hæ literis & ſyllabis cõſtant, ſic illa Phthongis tanquam literis, & Diaſtematis, uti ſyllabis: poſtremò harmoniæ perfecta ratio ſimul in unũ coacta Syſtema dicetur, tetrachordũ, heptachordũ, octachordũ, & his ſimilia. Quæ tria totidẽ illæ dictiones (quas ſuprà narraui) exprimere uidẽtur, uidelicet rhythmus, melos, & metrum.

Phthongus igitur uox eſt non omnis, ſed cum taſi, id eſt, productione prolata in inſtrumento. Chorda dicitur phthongus apud nos, apud Græcos Dynamis.

Diaſtema, quod nos Interuallũ dicimus, eſt diſcrimẽ quo alter acutior, alter grauior phthõgus appelletur. Diaſtematũ differẽtiæ plures, Magnitudo, Genus, Melopœa, Cõpoſitio, Modus, Mutatio. Magnitudine primũ differũt maiora minoribus, ſicuti diateſſarõ, diapẽte maius, & hoc itẽ diapaſon. Superat Genere, ut diatonicũ, chromaticũ, enarmonicũ: de quibus inferius dicã. Melopœa quã uidelicet homophona, ſymphona, antiphona, paraphona, diaphona ſunt. Homophona, quæ grauitate aut acuitate nõ diſcrepãt. Symphona, diſsimiliũ cõcẽtus. Antiphonũ diapaſon uocatur quòd duo ſimul reſpõdeant. Paraphona uerò diateſſerõ & diapẽte. Diaphona aũt diaſtemata ſunt inferiora quã diateſſarõ, & in medio poſita. Quæ harmoniã p ſe nõ efficiũt ſola, ut Tonus, ditonus, hemitonus, dieſis. Eſt enim dieſis, quarta pars.

Compoſitione differunt diaſtemata, quando ſimul iuncta, ut in ſyſtemate, aut diſiuncta per ſe ſola connumerata.

Modi quoq́; uariãt diaſtemata, qui ſecundũ Ariſtoxenon XIII. ſunt, hypermixolydius, hyperphrygius, mixolydij duo. Acutior alter, qui hyperiaſtius uocatur, & grauior alter, qui hyperdorius dicitur. Lydij duo, quorũ grauior arolius uocatur. Phrygij duo, quorũ grauior dorius. Hypolydij duo, quorũ grauior hypodius. Hypophrygij duo, quorũ grauior hypodorius: poſtremo dorius omnium acutiſsimus.

Genere etiã diaſtemata mutantur, ut Diatonicũ, Chromaticũ, Enarmonicũ. Diatonicũ conſtat ſymphonia duorũ tonorũ, & hemidoni. Eius etymũ ex eo uenit quòd ſeu per tonos procedat, ſiue robuſtius aliquid & ualẽtius in ſe habeat quàm reliqua, inſuper & magis tritũ, ac in uſu. Eſt in eo differẽtia, ut molle diatonũ, aut ſyntonũ. Molle diatonũ per ſemitoniũ & tres dieſes procedit. Syntonũ ſimile eſt generi: nam per tonũ & tonũ & ſemitoniũ melodiam peragit.

Chromaticum ex eo dicitur, ut inquit Boëtius, quòd è diatonio in alium quaſi colorem mutatur, genus ſanè rarius & mollius, conſtatq́; ſemitono & ſemitono ac tribus ſemitonis.

Enarmonicũ uerò, quòd magis coaptatũ ſit, quod cãtatur in omnibus tetrachordis per dieſim & dieſim & ditonum.

Quapropter phthongi quinq́;, qui mutabiles dicũtur, eorum nomina in mutatione aſſumũt, ut cæteri ſtabiles ſint, ut Lichanos hypaton, Lichanos meſon, Paranete ſyneugmenõ, Paranete diazeugmenon, Paranete hyperboleon.

Ex his deprehenditur quòd mutationes faciebant in omni muſica quatuor. In genere, quando ex diatono in chroma uel enarmoniũ tranſitur. In ſyſtemate, quando ex ſynaphe in diazeuſim uel contra mutatio fit. In tono quando ex dorico in phrygium uel lydium, aut alium ex modis fit trãſitus. Nunc rurſus ratio ſymphoniæ ab initio repetenda.

Definitio ſymphoniæ

Eſt igitur Symphonia, duarũ uocũ ſeu pluriũ inter ſe iunctarũ dulcis cõcentus: nã nõ omne diaſtema ſymphoniã facit, ſicuti nec omnes literæ ſimul iũctæ ſyllabã aut dictionẽ, ſed quæ cõueniunt. Itaq́; omnis ſymphonia diaſtema eſt, nõ itẽ contrà. Symphoniæ in ſyſtemate perfecto & immutabili, hoc eſt, perfecta harmonia, ſex. Diateſſaron, Diapẽte, Diapaſon, Diapaſon & diateſſaron, Diapaſon & diapente, Bis diapaſon. Primæ tres ſimplices, ex quibus reliquæ cõſtãt. Prima habet duorũ tonorũ et ſemitoni diaſtema, quoniã tria interualla & uocũ quatuor cõſonantiũ recipiat: cui proportio reſpõdet, quæ apud arithmeticos Epitrita uocatur, quæ ſe habet ut tres ad quatuor. Secũda Diapẽte, triũ tonorũ & ſemitoni diaſtema habet, q quatuor cõtineat interualla & uocũ quinq́; cõſonãtiũ portione hemiolia, hoc eſt, ſeſquialtera, quæ ſe habet ut duo ad tres. Tertia, Diapaſon, cuius diaſtema duas priores cõtinet cũ tonis quinq́; & duobus ſemitonis, ad duplæ refertur portionẽ, quæ ſe habet ut duo ad quatuor. Vocaturq́; toniæum diaſtema, ob excellentiã quòd tonos & ſymphonias principales cõtineat. Quarta ſymphonia, Diapaſon & diateſſaron, phthongorũ XI. interuallorum X. proportione διπλασιεπιδίμοιρος : quæ ſe habet ut XXII. ad IX. Quinta, Diapaſon & diapente phthongorũ XII. & diaſtematũ XI. proportione tripla, quæ ſe habet ut ſex ad duo. Vltima, Bis diapaſon, è quatuor tetrachordis proportione quadrupla, quæ ſe habet ut octo ad duo.

Symphoniæ ſex

Tetrachordũ Pythagoræ

Diagramma quid ſit

Huius rationis autorẽ Pythagorã primum fuiſſe dicunt, tetrachordo primũ inuento, quod diagramma uocãt. Eſt enim Diagrãma in muſica figura plana, cõplectens phthongos ſiue chordas in melodia : nam, ut refert Boëtius, auditis quondam fabrorum malleis harmonia quadam & concentu ad ictum ſonantibus, accedens inueſtigaturus rationem con-

ſonæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſonæ uocis eos expendit, animaduertitq́; primum libris VII. alterum IX. tertium VIII. quartum VI. Ad hoc exemplum, quatuor in ligno eiſdem ponderibus neruis libratis ac pulſatis uidit totam ſyſtematis ſymphoniam ad concentum diaſtematum, quæ ſuprà narraui, reſpondere. Idem & in tibijs tentauit quatuor ſimul impari longitudine ac pari cauo coniunctis, hoc eſt, prima longa digitis XII. & deinceps reliquis eodem ordine numerorum. Sed inter tibiarum neruorumq́; naturam hoc differre uidit, quòd tibiæ longitudinis incremento fierent grauiores: nerui uerò ponderis incremento acutiores, utrobiq; tamen eandem portionem contemplatus eſt.

Ratio chordarum

Ratio chordarum eſt, quòd acutiſſimam Neten, quaſi νέατηρ: & nouiſſimam appellabant: grauiſſimam uerò Hypaten, id eſt, ſummam & principalem, initium tetrachordorum. Ante hanc uerò Proslambanomenos erat omnibus grauior & principium perfecti ſyſtematis. Parypate iuxta hypaten Lichanus (index digitus, Græce dicitur) appellata, quoniam in canendo ad eam chordam, quæ erat tertia ab hypate, index digitus inueniebatur. Quarta Meſe quòd inter ſeptem erat ſemper media. Quinta Parameſe, id eſt, iuxta mediam. Sexta, Paranete, id eſt, iuxta Neten & ultimam: uoces pariter omnes in acutiorem tendentes. His addebant quandoq; tetrachorda ſyneugmena, id eſt, coniuncta, & diazeugmena, id eſt, diſiuncta.

Synaphe triplex

Eſt enim Synaphe quam nos coitum dicere poſſumus, duorum tetrachordorum ſimul iunctorum tonus medius & communis, quæ triplex eſt, acutiſſima, grauiſſina & media. Diazeuſis, id eſt, diſiunctio, cum uidelicet phthongus non communis eſt inter tetrachorda. Duo igitur antiqui ſyſtemata faciebant perfecta, ſecundum ſynaphen quod minus, & ſecundum diazeuſim, quod maius erat: ad quod minus poſt chordam meſam tris addebant chordas, tritenſyneugmenon, paraneten ſyneugmenon, & neten ſyneugmenon uocabátq́; eas tetrachordum neton ſyneugmenon, quas neton, id eſt, proceſſus ad extremam acuitatem. Syneugmenon uerò, id eſt, coniunctarum, quoniam à chordis meſon non abſiſtit, ſed cum ea quæ meſa uocatur communi phthongo coniungitur. Dicebantq́; tertiam prope mediam, quòd eſſet tertia à fine paraneten. Deinceps ultimam neten ſicuti finem exiſtentem motus ad acutum, ut diximus.

In minore Syſtemate chordæ VI.

Sunt igitur in minore ſyſtemate chordæ VI. quæ referunt diapaſon & diateſſaron ſimul diaſtemata tria, uidelicet tetrachorda Syneugmena adinuicem ſecundum communes phthongos ab hypate Meſon ad mediam prætерito proslambanomeno. Suntq́; huiuſcemodi proslambanomenos, Hypate Hypaton, Parypate Hypaton, Lichanos hypaton, Hypate Meſon, parypate meſon, Lichanos meſon, Meſe, Trite ſyneugmenon, Neton, Paranete ſyneugmenon, Nete ſyneugmenon. In maiore autem Syſtemate, quod ſecundum Diazeuſim erat tetrachordum neton Syneugmenon non ponebāt.

A parameſe initium ſumebant tetrachordi, Neton diezeugmenon hemitonio quidem acutius quàm parameſe, Tertiam neton diezeugmenon, & deinceps paraneten diezeugmenon: & nete diezeugmenon, quam rurſus faciebant principium tetrachordi, paranete hyperboleon, nete hyperboleon, erantq́; omnes chordæ XV. hoc eſt, quatuor tetrachorda hypaton & meſon ſimul coniuncta et cōmunia: diſiuncta uerò ab his alia, uidelicet diezeugmenon & hyperboleon neton, uocaturq́; ſyſtema Ametabolum, id eſt, immutabile, quaſi abſolutum, quod mutari nequeat ad profectum.

Maximum ſyſtema chordarum XVIII.

Maximum uerò Syſtema ex omnibus tetrachordis fit, quæ ſunt numero quinq;, Hypaton, Meſon, Syneugmenō, Diezeugmenon & Hyperboleon, Chordæ numero XVIII.

In his eſt quicquid poteſt concentus aut in cithara, aut in tibijs.

ACCOMMODATIO HARMONIÆ humanæ naturæ, ac cœli rationibus.

REſtat ut harmoniacam uim naturæ humanæ, deinde cœlo accommodemus. Quem locum pulcherrime Ptolemæus in lib. III. de Muſica proſecutus eſt. Nos pauca ex eodem libro adducemus. Igitur cum initia rerum dicat ex materia ſecundum ſubiectum, ut ex quo, & motu. ſecundum cauſam, ut à quo, ac fortuna: ſecundum finem, ut cuius gratia conſtare: harmoniam cauſam ponit. Cum autem triplex cauſa ſit, Natura qua ſumus, Ratio qua bene ſumus, Deus quo ſemper ſumus: Harmoniam cauſam eam ponit qua bene ſumus, id eſt, ſecundum proportionem motuum. Proportio enim ſimpliciter & in uniuerſum eſt ordinis & ſymmetriæ mater. Eſt nanque prius in mente ſymmetriæ inuentio, harmoniæq́; iudiciū: Deinde in organica ſecundum artem monſtratione ſenſibus ſubiecta, addita ſecundum practicen experientia exercitationeq́;. Huius igitur proportionem & concinnitatem anima prius eius indagatrix in ſeipſa, ac ſuis motibus conſpicit. Nam cùm tres ſint eius partes: Ratio, Senſus, & Appetitus, hæ tribus muſicæ diaſtematis ac ſymphonijs reſpondent. Diapaſon ante omnia rationi, cum hæc pars ſicuti illa reliquas duas complectatur, Diapente uerò ſenſui, Diateſſarō appetitui. Vt enim diapente propior eſt ſymphoniæ diapaſon quàm diateſſaron ob excellentiam imparitatis: Sic ſenſus propior eſt rationi quā appetitus. Præterea in tonis etiam reſpondent. Vt enim diateſſaron tris habet tonorum mutationes, ſic appetitus augeſcēs primum uidetur, deinde ferueſcens, poſtremo ſeneſcens. At ſenſus quatuor (æquas numero ſpeciebus ſymphoniæ diapente) continet partes: Auditum, Viſum, Guſtum, Odoratum: nam tactum prætereo, tanquam communem omnibus, aliter alijs deprehenſum. Rationi uerò VII. numero æquales Diapaſon ſpecies, Phantaſia, Mens, Cogitatio, Memoria, Dianœa, Opinio, Scientia. Siue uelis aliam animæ diuiſionem, uidelicet Rationem, Iram, Concupiſcentiam: eaſdem partes reſpondere uidebis. Diateſſaron tres partes concupiſcentiæ uirtutibus ſimiles ſunt. Temperantia in uoluptatibus, Patientia in tolerantia neceſſariorum, Pudor in abſtinendo à turpibus. Pars rurſus iraſcibilis quatuor diapente retinet ſpecies: Manſuetudinē in ira, Conſtantiam ad uſus motus, Fortitudinem in periculis, Perſeuerantiam in laboribus. Pars rationalis item VII. ſecundum diapaſon ordinem. Celeritas, Ingenium, Anchinœa, Eubulia, Sapientia, Prudentia, Experientia. Totus itaq; perfectus philoſophi animus perfecto ſyſtematis diagrāmati comparandus.

Mores tonis & modis in ſyſtemate cōparati

Mores etiam ſecundum tonos in ſyſtemate aptabimus. Grauiores referunt Segnitiem & Tarditatem, ſecundū Hypodorium modum. Acutiores uerò ſecundum Mixolydion Celeritatem & Audaciam in homine referunt. Semitoni autem ſecundum Dorium Mediocritatem & Modeſtiam in rebus. nam & animi ipſi ſimile quid melodiæ patiuntur, & concordi quadam rerum geſtorumq́; inter ſe congruentia, cum lætantur, dolent, quieſcunt, ſilent, loquuntur. Ex quo Pythagoras dicitur aliquid incepturus ſeſe lyræ harmonia ad alacritatem, tum animū, tum corpus excitare ſolitus. His igitur Ptolemæi ſententijs Ariſtoxenus prius adhæſit, qui animā ex harmonia conſtare dixit, quem Plato quoq; ſecutus eſt. In eodem libro Ptolemæus, uti ſuprà commemoraui, cœleſtibus orbibus muſicam tribuit, quorum interualla diaſtematis phthongorum in lyra comparauit, ita ut Hypaten Lunæ tribuat, quæ ut uelocior curſu, grauiori phthongo ſimilis uidebatur, qui citius finitur. Et deinceps ultimum Neten Saturno.

Harmonia in cœlo

Zodiacum uerò Ptolemæus perfecti Syſtematis diagrammati ſimilem reddit in quo quatuor tetrachorda inueniuntur. Præterea ſymphoniæ in eodem ſimiles per aſpectus mutuos: primum Tetragoni,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quod diateſſaron comparat, Deinde Trigoni quod diapente, Diametri, quod Diapaſon, poſtremo uniuerſum circulum in ſe ductum Bis diapaſon referre imaginem monſtrat. Cumq; tris cœlũ habeat curſus, longitudinis, latitudinis, & altitudinis: mutationes in his tonorũ indicat oriens & occidens per longitudinem, principium & finem referũt chordarũ grauiorũ, quòd hæ partes obſcuriores nobis in ortu & occaſu ſignorum apparent. Obſcura uerò ſilentibus ſimilia. Grauis enim uox ad ſilentium propius accedit. Acutiores autem chordas meridiei per latitudinem aſsimilat, quòd hæc pars nobis manifeſtior & clarior: præterea meridies altior, nobis acuitatem refert. Oriẽs uerò & Occidens depreſsiores noſtro aſpectui uocis humilitatem & grauitatem repræſentant. Altitudo quoq; cœli ex eo notatur, cũ planetæ in eo in altiore, quod Græci ἀπόγαιον, barbari augem uocant, ſiue in humiliore, quod ὑπόγαιον itẽ Græci, barbari augis oppoſitum, ſiue in medio loco diſcurrunt. His tria melodiarum genera ſimilia facit, Diatonicum, ut altiori & maximo curſui, Enarmonium minori, Chromaticum uerò medio, quòd in hoc lichani media tetrachorda diducunt.

DE INSTRVMENTIS MVSICIS.

Lyra trichordos — INſtrumenta muſica aut pulſata aut inflata ſunt. Prima præfert Ariſtoxenus, ut ait Athenæus, quòd inflare tibias aut fiſtulam multi ſine præceptore ſciant. Lyram in primis Trichordon reperit Mercurius Aegyptius, ut autor eſt Diodorus Siculus, imitatus tris temporum mutationes, calidiſsimum, frigidiſsimum, & temperatum. Tres igitur poſuit phthongos. E duobus ſolſtitijs duos, acutum & grauem. E duobus uerò

Tetrachordũ — æquinoctialibus unum medium temperatum. Tetrachordi inuentionem Boëtius Mercurio tradit, ad quatuor elemẽtorum harmoniam accommodatum. Quintam chordam Corœbus Atyis Lydi filius. Hyagnis uerò Phryx ſextam reperit. Septimam Terpandrus exemplo VII. planetarũ. hæc ille. Apud

Heptachordũ — Græcos tamen autores ſic reperio. Heptachordũ primum inueniſſe Mercurium, Orpheumq; docuiſſe. Hic uerò Thamyrã & Linum, Linus Amphionem, poſt Orphei mortem lyram in mare proiectam à mulieribus Thracibus in Lesbum perueniſſe, inuentamq; à Terpandro Leſbio poëta delatam in Aegypto ſacerdotibus monſtratam. Ex quo nouus ille lyræ repertor eſt habitus. Verſus de ea ipſius Terpandri ſubijciam.

Ημεῖς τοι τετράγηρυν ἀποςρέψαντες ἀοιδὴν,
Επτατόνῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους.

Octachordũ, Enneachordũ, Decachordũ — Sed & Octachordum & Enneachordum & Decachordum poſtea uſurpatum. Ion poëta ſic ait:

Ἐν δεκαχόρδῳ λύρα δεκαβάμονα τάξιν ἔχοις ἄν,
Τὰς συμφωνούσας ἁρμονίας τριόδους.
Πρὶν μὲν δ' ἑπτάτονον ψάλλον διατέσσαρα πάντες
Ἕλληνες σπανίαν μοῦσαν ἀειρόμενοι.

Lyra, Cithara — Achæi autem tradunt lyram primum à Cadmo Agenoris filio in Græciam allatam. Cithara à lyra ante non diſtinguebatur aut parum. Lyra & plectro & digitis pulſabatur. Propertius:

Ille lyræ carmen digitis percuſsit eburnis.

Plectrum — Sæpe etiam plectro, quod ex caprarum ungulis, ut ait Pollux, fiebat, Noſtra tempeſtate hoc inſtrumentum interpollatum teſtudinea nihilominus forma, quamuis artem & modum mutauerit, utranq; tamen ſicut antiquitus requirit manũ.

Pedianus ſic ait: Citharistæ utriuſq; manu funguntur officio, dextra plectro utuntur, & hoc foris canere: ſiniſtra digitis chordas carpunt, & hoc intus canere. Leutum uocant, fortaſſe à leuore, & loco plectri penna percutitur. In quo excelluit Petrus Bonus Ferrarienſis. Pulſatur & digitis, inuento noſtra ætate Stephani Hiſpani, Aulici Ferdinandi Siciliæ regis excellentiſsimi lyriſtæ. Ex Polluce: Epigoneum ab inuentore Epigono pulſatur ſine plectro chordis XL. Toſinon chordis XXXV. Monochordum Arabum inuentum. Pentechordum Scytharum. Pſithyros Libycorum maxime Troglodytarum figura Tetragonum. Pſalterium in hymnis exercebatur, ſicuti Barbiton in lyricis. Ex Athenæo. Erat enim Barbiton tetrachordum Anacreontis poëtæ inuentum. Apollodorus ait: Quod nunc dicunt pſalterium, Magada olim appellabant, à Magado inuentore. Magadis enim per Anacreontem cithara eſt XXX. chordarum. Dicit enim: ψάλλω δ' εἴκοσι χορδαῖσι μαγάδιν ἔχων. Ion uerò Chius poëta de hoc tanquam de tibia uidetur loqui: dicit enim, λυδός τε μαγάδις αὐλὸς ἀγέσθω. Panætius philoſophus Magadum, & item genus eſſe tibiæ, ἀπὸ τοῦ μαντεύεσθαι, hoc eſt, ad uaticinandum & ueſtigandum aptum. — Epigoneus, Toſinon, Monochordum, Pentechordũ, Pſithyros, Pſalterium, Barbiton, Magades

Sambuca — Sambuca genus Tetrachordi erat acutiſsimi ſoni, maxime utebantur Parthi & Troglodytæ, à Sambuco inuentore appellata, qua prius eſt uſa Sibylla. Alibi dicit inuentum fuiſſe Ibyci poëtæ Regini.

Tripus — Tripus cuius meminit Artemon, inuentum hoc prius à Pythagora Zacynthio, inſtar Tripodis Delphici: præbebat uſum trium cithararũ, ut tres citharœdi uiderentur concordes pulſare. Cumq; tria eſſent eius inſtrumenti loca, tris habebat harmonias.

Phillis Delius commemorat Phœnicas, Pictidas, Iambos, Trigona, Clepſiambos, Scindapſos, Nouem chordas. Iambi dicebantur, ubi iambi canebantur, deprehendebanturq; ubi à metro declinabant. Trigon item in iambis exercebatur. Eſt enim Syrorum inuentum.

Cymbala, Crotala — Cymbala & Crotali manibus agitabantur.

Tybiæ — Tibiarum diuerſa genera ex Polluce. Cares Threnetica tibia utebantur ad luctus apta, Thebani ex oſſe ceruino eam factitabant, Scythæ & Melanchlæni ex aquilarum & uulturum oſsibus, Aegyptij ex calamo hordeaceo Oſyridis inuento.

Anthippus repertor in tibijs harmoniæ Phrygiæ, Doricæ, Lydiæ. Nicopheles Athenam inuenit, genus tibiæ Mineruæ ſacræ. Erat & Odontiſmus aliud genus, quatuor foraminibus. His etiam pluribus Diodorus Thebanus fecit obliquas aperiens ſpiritu uias. Gamelion quoq; inflationes duæ erant, altera magis quàm altera, uoce maiore. Parœniæ tibiæ in conuiuijs æquales erant, Spondaicæ hymnis aptæ, Pythicæ picis, Choricæ Dithyrambis, Parthenicæ Virginibus, Iuueniles pueris, Hypertelicæ uirorum choris. Paratretæ thrænis accommodatæ: Bombicorum impetuoſa & furioſa inflatio orgijs conueniens. Laconicum in bellis, Argolicum in Themoſphorijs. Maioreſq; & minores tibiæ cõcinebant, in theatris, in nuptijs, in funeribus, in ſacris.

Naulium — Naulium inſtrumentum. Sopatrus: Ναῦλα λαριγγοφάνους ἐκκεχόρδωται. Ouidius etiam poëta.

Diſce etiam duplici genialia naulia palma.
Vertere. Ea putantur, quæ nos organa appellamus.

Monaulium conuiuiorum inſtrumẽtum, Oſiridis inuentũ in Aegypto, ut eſt autor Athenæus. Sophocles. Οἴχωκεν κρότητα πηκτίδων δίμουσος λύρα μοναύλοισι.

Caulæ, Pelyx, Choraula — Caulas quoq; nominat Philemon, eas putauerim quam Cornumuſam hodie uocant. Pelyx etiam inſtar coni galeæ, unde nomen habet, inter inſtrumenta muſica ponitur Polluci. Choraula genus tibiæ quæ inflatur.

Fiſtula — Fiſtula ex cannis lino & cæra compactis Pana dicũt prius inueniſſe. Atheneus ait Marſyam tibiam prius in Celenis inueniſſe, ac fiſtulam κηρόδετον, id eſt, cæra compactam. Mercurium uerò ex Euphorionis autoritate fiſtulam monocalamum, polycalamum quoq; Silenum.

Cornua, Tubæ, Claſsicum — Cornua, Tubæ, Claſsicum, Buccina in bellis canebant. Buccinam tubam eſſe retortam Vegetius dicit. His hodie addimus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Tympanum mus Tympanum, ſonum etiam caſtrenſem, quem Galli antiquitus Matris Deum ſacerdotes in ſacris excitabant. Terga erant bubula prætenta à baculo pulſata, quibus nunc utimur.

Tubæ inuentor Piſeus Tyrrhenus. Hac præcones utebantur quorum erat officium indicere ſilentium, & in certaminibus, & in ſacrificijs, ac pacta recenſere, & Athletas nunciare in ambitionem uenire certandi in Olympia. Archias Hyblæus præconum primus tris ordine Olympiadas ſimul & Pythica uicit, ubi & ſtatuam cum epigrammatis inſcriptione meruit. Vegetius. Habeat legio tubicines, & cornicines buccinatores, Tubicen proceſſui & rurſus receptui canat. Cornicines autẽ in motandis ſignis. Dum uerò pugnatur uterq; ſonat. Exercitus Lacedæmoniorum muſico inſtrumento ad bellum incendebatur, quod uocant Caſtoreum melos. Meminit Plutarchus in libris de muſica his uerbis. ὅτι τὸ καλέμενον καςόρειον μετ᾽ ἄυλον ἤδετο παρὰ Λακεδαιμονίοις, ὁπότε ἐις τὲς πολεμικὲς κινδιώνες ἐισῆλθον.

DE SALTATIONIBVS.

SAltationum quoq; genera plura ex Polluce memorantur. Harmoniaca & Emmelia utebantur in tragœdia, Cordace in comœdia. Sicinni in ſatyra, Pyrrhicha & teleſia in armis, à Pyrrho & Teleſio inuentoribus. Erat & Xyphiſmus & Podiſmus, Cornos, Tetracornos in ſacris Herculis, & polemica. Præterea Hadicornus, Hedion, Gniſmus, Holoclaſmus: ſic enim in Theſmophorijs nominabantur: ſaltatio Perſica, Cephalicon in Dionyſij, Callinicon in Herculis ſacris, & Colabriſmus & Caucon, Bauciſmus, Nautica ſaltatio. Geranion in qua multitudine ſaltabant per ordinem partibus inæqualibus, Labyrinthum imitantes. Cerna ſpecies Laconicæ ſaltationis, cui præmia proponebantur, non ſolum pueris, ſed puellis. Ionium Dianæ ſaltabant Siculi maxime. Angelicum, in qua nunciorum figuram imitabantur. Morphaſinum in qua omnium animalium erat imitatio. Erat & Scopia in qua collum circumuolutabant ad eius auis, id eſt, bubonis ſimilitudinem, quæ attonita ad eam capitur ſaltationem. Leo quoq; timenda ſaltatio. Carrandes Dianæ: Ithymbri Dionyſio fiebant. Baryllica ab autoritate Baryllico, in qua pueri & puellæ Dianæ ſaltabant. Hypogeron ſenum cum baculis ſaltatio. Gyraones quoq; cum ligneis ſuffulti pedibus ſaltabant. In choris Teijs uarietas plurima, Hemichorium, Dichorium, Antichorium, quando chorus diuidebatur in duas partes: res tota uocabatur choria, utraq; pars hemichoria. Trichoriam Tirtæus repperit, tres laconum choros ſecundum diuerſas ætates. Ingreſſus chori Parodus dicebatur: Exodus exitus, ſicuti rurſus ingredientium Anaſtaſis, poſt hanc ingreſſus Epiparodus, poſtremus autem exitus Aphodus. Ingredientes Iſodium melos canebant, egredientes uerò exodium. Romana iuuentus Troiam ſaltabat iam inde Troianorum inſtituto, ut Virg. in v. refert. Simulacrum belli erat, uolucris in orbem circumagitatio. Ex Athenæo. Tres enim ſcenæ ſaltationes, Tragica, Comica, & Satyra: totidem lyricæ poëſeos, Pyrrhica, Gymnopedica & Hyporchematica. Ex his Pyrrhicha ſimilis ſatyricæ, quæ Sicinnis dicebat, utraq; uerò cum celeritate mouetur.

Bellica autem uidetur eſſe pyrrhica. in armis enim pueri ſaltabant cum celeritate quadam fugiendi & perſequendi. Gymnopedica ſimulis erat tragicæ, quæ Eumelia uocatur. in utraque enim uidebatur graue quiddam & compoſitum. Saltabant enim pueri numeroſo motu agitati paleſtræ ſpeciem præbentes. Hyporchematica comicæ ſimilis, quæ uocatur Cordax, in qua cantans chorus ex uiris & fœminis Laconum apud Pindarum ſaltabat. Seculis uerò inſequentibus in hodiernum diem mutata ratio ſaltandi, quanquam pyrrhicha inter milites exercetur, & quæ ſcopia uocabatur, colliq; ac corporis obliquitate, imitatione Saracenorum. Omnino totum hoc genus, ut libidinoſum peſſimiq; exempli, non ſolum à Chriſtianis, ſed à grauitate Romana reijcitur. Scipionis enim Aemyliani uerba quædam orationis, quam contra legẽ iudiciariam Ty. Gracchi habuit, Macrobius huiuſcemodi ponit. Docentur præſtigias inhoneſtas cum cimbalis & ſambucis pſalterioq; euntes in ludum hiſtrionium, diſcunt cantare, quæ maiores noſtri ingenuos probro ducier uoluerunt, euntq; in ludum ſaltatorium, inter cinædos uirgines pueriq; ingenui uerſantur. Cicero item pro Murena. Nemo ſobrius ſaltat, niſi forte inſaniat, neq; in ſolitudine, neq; in conuiuio moderato: intempeſtiui conuiuij, immoderati ioci, comes eſt illa ſaltatio. Plutarchus ait, ſaltationem Coribantes Cretenſium populos primum inueniſſe, genus hominum inſanum atq; maleficum. Auguſtinus quoq; noſter. Præſtat, inquit, arare uel fodere die dominico, quàm choreas ducere. O mores, ô tempora. quod officium pſaltriarum & impudicarũ fuerat, canere uidelicet ad lyram, ac pſallere, nunc uirginalis ac matronalis pudor Chriſtianarum in laudibus ducit, magiſtrosq; eius adhibent artis. Vituperatio ſaltationis

DE PARTIBVS GEOMETRIAE.

GEometriam Iſacius Græcus autor, qui Euclidis paraphraſim edidit, teſtatur ab Aegyptijs in Nili auctu ac dimenſione inuentam: Thales in Græciam primus adduxit. Poſt eum Mamertius frater Steſichori poëtæ, & Hippias Eleus. Deinde Pythagoras eam interpolauit omnium ſuperiorũ doctiſſimus. Hinc Anaxagoras, Oenopides Chius, Theodorus Cyrenæus, Hipocrates, Leodamas Thaſius, Architas Tarentinus, Theætetus Athenienſis, Eudoxus Gnidius, qui tribus analogijs tris alias addidit. Euclides quoq;, & Eratoſthenes, ac Plato. Turba poſt hos ingens recentiorum ſecuta. Proclus, Theon, Nicephorus, Iſacius, ex noſtris uerò Cenſorinus, Boetius, Campanus, qui Euclidem enarrauit. Omnis igitur hæc ars in ratione coſmicarum figurarum uerſatur, quas elementa inſcripſit Euclides quòd ab his tanquam ab elementis & principijs ad cæteras artes mathematicas ingrediamur. Nam per hæc & in cæteris diſciplinis initia, exemplaq; demõſtrationũ ſumi: & apud Platonẽ & apud Ariſtotelẽ, palã eſt. Sita præterea eſt, ſicuti & omnis mathematica, in phantaſia, non opinabili quidẽ, ſed certa ex apparẽtibus ſpeciebus notitia: quã Latini & Aſſenſum & Certitudinem, Græci πίςιν uocant. Ea ſiquidem uniuerſa, ut ait Porphyrius, aut à principijs, aut ad principia deducitur. A principijs, quidem, à communibus ſententijs, & ſponte credibilibus prouenit: ad principia cum principia ſeu ponit, ſeu deſtruit. Scriptores Geometriæ. Aſſenſus πίςις

Principia geometriæ, ut ait Iſacius, tria ſunt: Hypotheſes, Poſtulata, & Axiomata. A principijs autem ſunt Theoremata, & Problemata: quorum differentiam ſic ſe dicit habere.

Axioma quod nos dignitatem uocamus, quando aſſumptum in principio fit, per ſe credibile diſcentiq; notum: uidelicet ſibijpſi æqualia, & inuicem æqualia ſunt. Quando uerò ſententia per ſe credibilis audienti nequaquam fuerit, facit autem Catheſim, & nihilominus proponenti concedit: ea demum hypotheſis eſt. ut eſſe triangulum figuram talem ſecundum communem cogitationem aut ſententiam non accipimus ſine docente: concedimus autem ſine demonſtratione. Vt habens angulos æquales, habet & latera æqualia, habet & angulos. Item totius Iſoſceli anguli ad baſim æquales inter ſe ſunt. Et per antiſtrophen, qui habet ad baſim latera æqualia Iſoſceles eſt. Axioma. Hypotheſis

Quando autem non facile noſcitur dictum, nec facile concedente diſcente nihilominus accipitur, Poſtulatum uocamus, ut omnes angulos rectos æquales eſſe. Hæc itaq; ſecundũ Ariſtotelem Poſtulata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſtotelem modo prædicto diuiduntur. At Stoici omnes hypotheſes uocant.

Differentia inter Problemata & Theoremata

In Problematis uerò & Theorematis hæc ferè differentia, quòd quædam problemata geneſes amplectuntur figurarum, & inciſiones,& additiones. Ex quo Euclides in propoſitionibus ſemper ponit. Oportet figuras ſeu componere, ſeu ducere,ſeu demere,& his ſimilia uerba energiam ſeu actum alicuius figuræ geneſis habentia. Theoremata uerò neq; geneſim, neq; præparationem alicuius figuræ complectuntur : ſed eius accidentia tantum demonſtrant. Quapropter in his Euclides uerba ferè huiuſcemodi ponit. Aequale hoc eſt illi, & aliud alij, & hæc alijs. In fine autem ſemper narrare ſolet. Quod quidem oportet monſtrare, tanquam monſtratione propria exiſtente theorematum.

Omne autem problema ſeu theorema perfectum partibus omnibus conſtare oportet,quæ ſunt huiuſcemodi : Propoſitio, Expoſitio,ſiue definitio,Præparatio, Demonſtratio, Concluſio.Propoſitio quæſitum aliquid dicit,aut aliquod datum,perfecta ex utroq; eſt,ut ait Philoponus in Analyticis Poſterioribus,ut an cœlum ſit corruptibile,Cœlum enim dat & concedit:corruptibile quæſitum eſt. Item intra datum circulum triangulum conſtituere. Expoſitio idem ſecundum idem datum accipiens anteuertit quæſito. Definitio ſi quæſito quandoq; accidit declarat. Præparatio,quod dato deeſt ad quæſiti indagationem addit. Demonſtratio recte ex confeßis ſubiectũ complectitur. Concluſio iterum in propoſitionem roboratum iam datum reducit. Atq; ex his omnibus quas dixi partibus neceſſariæ tantum propoſitio,demonſtratio,concluſio. Quando enim propoſitio & datum & quæſitum tenet, tunc definitio & expoſitio ponuntur.Cum uerò datum defuerit,expoſitione opus non erit : nam expoſitio definitio dati eſt. Verbi gratia, Propoſitio dicit quòd oportet inuenire tale Iſoſceles. Hoc datum uocatur : expoſitione ac definitione indiget, quæ minime fuerint neceſſariæ dato non præmiſſo.

Poſtulata inſuper & Axiomata aſſenſu & crudelitate non egent,ſed ut nota accipiuntur, & ut principia aliquorum quæ deinceps monſtrantur.Ambo enim & ſimplicia & facile ſine demonſtratione præceptibilia. Sed Poſtulatum ut facile inuentu & inueſtigatu materiam reſpicit : ac cum aliqua monſtratione dat perfectam ſumptionem. Axioma facile notum fatetur,nec amplius ad materiam ut poſtulata, ſed circa accidẽtia uertitur.Quapropter eo modo quo theoremata & problemata differre uidentur:nam in theorematis(ut dixi) conſequens ſeu accidens uidere tantum eſt : in problematis autem inuenire ac creare figuras.

Marinus Tyrius quem in coſmographia Ptolemæus imitatur:multa & præclara in matheſi tum in libro Euclidis περὶ τῶν δεδομένων,id eſt,de datis,conſcripſit,ubi quid in geometria datum ſit enarrat:ſed antè quid Ordinatum,Inordinatum,Notum,Ignotum,Normale, Alogum ſiue Irrationale.

Ordinatum quid

Ordinatum igitur quod ſemper idem eſt : nec poteſt aliter fieri,ſiue ſecundum quantitatem,ſiue ſecundum ſpeciem, ut linea per duas notas ducta recta ſignatur:per tres notas circulum & æquilaterum triangulum figurare.

Inordinatum

Inordinatum his contrarium eſt, ut ſcalenum pingere, & recta infinite diuidere.Vnum tamen & idem poterit quandoque partim ordinatum eſſe,partim inordinatũ.Vt latera trianguli æquilateri qua æquilaterum eſt, ordinata quidem ſunt, quantitate uerò minime determinata.

Notum

Notum quid nobis & manifeſtum apparet,ut uiæ ſpatium alicuius quot diſtat ſtadijs, noſſe, & triangulus quòd duabus rectis tris angulos æquales habeat,atq; his ſimilia.

Ignotum, tamen noſcibile, irrationale quidem & alogum non eſt:ſed nobis minime comprehenſum aut manifeſtum.multorum enim ignota ratio nec deprehenſa adhuc hominibus, quæ tamen deprehendi poteſt,ut tetragoniſmus, id eſt,circuli quadraturæ ratio, quam licet Archimedes poſteriq; in ea inuenienda elaborauerint:non tamen penitus eius rationem conſecuti ſunt. Multa item nota quæ adhuc ordinem & rationem non habent : ſcaleni conſtitutio, & lineæ in infinitum diuiſio.

Normale quid

Normale, ſic enim Cenſorinus conuertit, quod illi ῥητὸν uocant,eſt figura ſiue linea, cuius poſitionem & quantitatem ad menſuræ certæ rationem aptamus,ut cathetus & triangulus æquilaterus.

Alogum ſiue Irrationale, quod nulla ratione ducitur aut menſura. Deniq; normale & irrationale non per ſe, ſed ad aliud minimum in ſubiecto comparatur, ut numeri ſymmetri quando quilibet eorum ab aliqua minima menſura metitur, ut linea cui reliqua figura correſpondet, normalis dicitur & triangulus, & quadrangulus normalis, & item cubus normalis.

Data uerò, de quibus Euclides ſeparatim librum edidit, ea ſunt, per quæ aliquid ponitur comprehenſiuum in Matheſi. Fiuntq; quadrifariam, poſitione,quantitate,proportione, ſpecie. Poſitione dari dicuntur notæ & lineæ & latera, quæ eundem ſemper locum habent. Quantitate ſeu magnitudine data dicuntur loca & lineæ, ac latera, in quibus poſſumus eandem proportionem inuenire. Specie figuræ dantur, quorum anguli ſecundum unum & rationes laterum inuicem dati ſunt.

De libris Euclidis

Initijs huius artis hoc pacto breuiter enarratis,Euclidis libri ſubodorandi recenſendiq; in uniuerſum delibando : eius uerò penetralia illis relinquenda, quorum imagines lambunt hedere ſequaces.

Planorum ſcientiam antiquitus(ut Plato in Repub.teſtatur) Geometriam appellabant:corporum uerò ſolidorum Stereometriam. Recentiores autem communi poſtea uocabulo utramq; Geometriam, quod communis eſſet doctrina, dixerunt. Nam & ſicut in planis aliqua rectilinea,aliqua circularia, quædam uerò ex his mixta : ſic & in ſolidis, quædam ex rectilineis, aliqua è rotundis, nonnulla ex mixtis:Vt eſt cylindrus & conus. Deniq; ſolida ad planorum reſolutionem deducuntur.

Autoris uerò ipſius ordo ferè hic eſt : Libris x. Geometricam rationem complectitur,uidelicet,1.2.3.4.6.11.12.13.14.15.quatuor uerò Arithmeticam:uidelicet 7.8.9.10.Quinto autem proportiones ad utramq; facultatem pertinentes attingit.

In primis duobus libris primas figuras rectilineas tradit, triangulum uidelicet & Parallelogrammum.In his enim tanquam generatim cauſas complectitur elementorum,Iſoſcelem, & Scalenum,& Aequilaterum triangulum & Quadrangulum:è quibus figuræ quatuor elementorum ſunt.

Diuiditur ergo trifariam, in triangulorum geneſim,in Parallelogrammorum theoriam, in triangulorum & parallelogrammorum communicationem & comparationem. Secundus liber circa Parallelogramma & quadrangulos moratur. Tertius & item quartus circa circulos & chordas eorum. A nota enim incipit : ſic enim Cenſorinus melius quàm punctum, quod ille σημεῖον dicit, conuertit. Quæ duplex intelligitur : aut ut lineæ extremum, aut per ſe abſolute, quæ unitati comparatur, ſicut Dyadi linea, & Triadi ſuperficies, ut tradunt Pythagorei. Nam in triadis figuræ omnes conſtituuntur, ut tribus notis & triangulus & circulus circumfertur.

Figuræ omnes aut Planæ aut Solidæ,Græcè Epipeda et Sterea: Planæ uerò aut rectilinea aut obliqua : rectilineorum aut parallelogramma ſunt ut quadranguli, aut in acutum tendunt,ut trianguli:ſi obliqua,circuli,ſemicirculi, aut his prope accedentia. Solida ſunt ſphæræ, pyramides, cubi, cylindri,

coni,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

coni,aut his prope accedentia.

Qualitas figurarum

In utriſq; autem Qualitas conſideranda,deinde Quantitas.

Qualitas hoc modo:ſi linea recta, obliqua, normalis,irrationalis. Cathetus eſt quæ ſupra rectam cadit. Recta enim ſi ſupra rectam ceciderit,aut duos rectos facit,aut æquales duobus rectis angulos. Lineæ duæ coëuntes angulum faciunt,figuram minime. Primam & perfectam figuram triangulus facit, ut Plato putauit, ex quo ſolida conſiſterent, & in eum reſoluerentur:mentiq́; adſimilauit, quod ab ſe dependeat anima, in ea contineatur,& ad eam reflectatur. Is autem Aequilaterus eſt,qui paribus lateribus: aut Scalenus qui tribus inæqualibus lateribus. Oxygonius eſt ex tribus uidelicet acutis lateribus,Orthogonius ex uno tantum acuto. Ambligonius ex uno obtuſo.

Quadrangulos item quatuor ſpecierum monſtrat Euclides.Primum æquilaterum,qui angulos habet rectos, & latera æqualia. Secundum ἑτερομήκην. Heteromecen, hoc eſt, altera parte longum, qui duo tantum latera oppoſita inter ſe æqualia,& omnis angulos rectos habet. Tertium Rombū, quem Arabes Helmuayn uocant, ſcutulæ forma:latera quidem æqualia,ſed angulos neq; rectos,neq; æquales habet. Quartum Romboidem, Arabes uerò ſimilem helmuayn, qui facies & latera æqualia oppoſita: angulos autem inæquales habet. Cæteros non quadrangulos,Græci τραπέζια uocant. Arabes helmuaryphe, id eſt, irregulares, qui innumerabiles ac uarij ſunt.

Poſt hæc Pentagonus,Hexagonus,Heptagonus,Octagonus, Polygonus.Circulus quoq; una linea circundatus. Hemicyclus chorda Diametro minor in circulo eſt.

Quantitas

Quantitas uerò & ratio Trianguli ante omnis ſic ſe habet ut habeat neceſſariò tris angulos æquales duobus rectis:Quadrangulus æquilaterus quatuor angulos totidem rectis æquales:Pentagonus angulos quinq; ſex rectis æquales:Hexagonus ſex angulos octo rectis æquales.Nam unus angulus æquilateri & æquianguli hexagoni ſeſquialter erit recti. Et ſic de reliquis ſecundum quantitatem omnium angulorum cuiuslibet figuræ.

Dimenſiones autem Planorum ad ſuperficies areas catheta reperienda ſic ſe habent in Euclidis ſexto. Superficies ſimiles ſunt,quarum anguli unius æquales angulis fiūt alterius, latera quoq; eaſdem continentia eiuſdem erunt proportionis. Si ſint duæ ſuperficies directarum linearum & æquidiſtantium laterum ſeu triangulorum, eius quoq; ſunt altitudinis:tanta erit alterius ad alteram proportio,quanta baſis altera ad alteram. Si linea recta duo unius trianguli latera diducat: ſicq́; lateri æquidiſtans:tertio eadem latera ex proportione diducet. Si ab uno angulorum trianguli recta linea ad baſim uſq; ducatur æque diuidens talis baſium proportio,ſicut alterius ad alterum latus fuerit.Quod item recta angulum diducit adeo,ut baſium partes ſint ſecundum proportionem alterius duorum reliquorum anguli ad alterum:tunc angulus is in partes diducetur æquales.Si ab angulo recto trianguli orthogonij perpendicularis ducitur ſupra baſim:triangulum in duos triangulos magno triangulo ſimiles diuidet.Area cuiuſcunq; trianguli ex congeminatione ſemicatheti in tota baſi conſiſtit, aut ex congeminatione totius catheti in baſis medietate.

Cathetus

Cathetus ſeu perpendicularis trianguli linea recta eſt, qui ab angulo triāguli in oppoſitam diducitur faciem, facitq́; duos rectos angulos:quapropter ex omni angulo unus tantum cathetus duci poteſt.Cathetus in quolibet triangulo ſiue oxygonio,ſiue orthogonio, ſiue ambligonio decidens ſemper intra triangulum cadet.

Vt autem citra cathetum trianguli menſura reperiri queat, ſic agendum: Latera ſimul omnia iungantur,ex his medietas ſumatur, ex qua ordine latera trianguli ſubtrahenda: deinde congeminandum reliquum alterius lateris cum alterius reliquo. Summam item ex alterius lateris reliquo. Votum quoq; ex medietate trium laterum rurſus cōgeminandum,ſummaq́; exiens radix areæ trianguli fuerit.

Ad quadrati autem ſuperficiem reperiendam uidendum quoties in ſuperficie menſuranda capitur: uerbi gratia,in dato quadrato unum erit latus cubitorum x.quod in ſe congeminatum centum facit: totidem igitur quadra erit, dicta quadrata ſuperficies,hoc eſt,in dicta ſuperficie centies quadrata una ſuperficies capitur, quæ ex omni ſit latere cubiti unius. Quadrangulum diameter tranſuerſum diducit, qui cum coſtarum laterum menſura minime conuenit, nec eius unquam inuenta ratio,quem & Euclides & Ariſt.ſæpe in exemplis ponit.

Quadratura uerò circuli,quam Tetragoniſmum uocat,non dum antiquis reperta:quanquam Ariſtot. dicat eius ſcientiam poſſe reperiri,& patrum noſtrorum memoria Raymundus Matheſeos peritiſſimus in ea inuenienda multum laboris conſumpſerit.Noſtra uerò tempeſtate præſul quidam Tranſalpinus uir doctiſſimus ei rei librum dicauit, quem Petrus Leo medicus Spoletinus Marco Barbo cardinali S.Marci monſtrauit.Archimedes ſuper hoc etiam ſeparatim librum conſcripſit citra tamen rei perfectam inueſtigationem.Dixit enim eius peripheriam maiorem eſſe tripla ſeſquioctaua,& minorem tripla ſeſquiſeptima.Poſteri uerò dimenſi ſunt Diametrum ad peripheriæ tertiam & ſeptimam totius partem: quæ dimenſio puſillum uariat,ut ait Ptolemæus.Ex quo euenit,ut non cognita perfectiore ratione diametri circuli,neq; etiam eius quadratura inueniri poſſit:quod ſi nondum circuli quadratura reperta, longe difficilima erit ſphæræ dimenſio, & eorum corporum quæ ad ſphæram tendunt.

Diametros circuli

Stereometriam, id eſt, ſolidorum rationem libro XIII. XIIII.et XV.(ut ſuprà commemoraui)Euclides complexus eſt:In quibus corpora normalia ſphæris includi monſtrat.Hæc ſunt quæ Plato in Timæo elementis accommodat:Pyramidem uidelicet,ſiue Tetraedron τετράεδρον, quod quatuor baſibus triangularibus conſtat: ſiue Pyramidem trilateram quam igni comparat. Hexedron ſiue cubum ſex baſibus quadratis, octo angulis & XII. lateribus quem terræ adſimilat. Octedron octo baſibus triangularibus aëri attribuit. Aquam uerò Icoſedro comparari uoluit,quæ figura eſt XX.baſibus triangularibus,quòd plus quam aër retineret materiæ: medium uerò horum uoluit eſſe Dyodecedron ex XII.baſibus pentagonis cœlo attributum. Hanc Platonis ſentētiam Ariſtoteles in libro de cœlo confutat,ut quum eò uenero paulò apertius narrabo.

Hæc igitur corpora cæteris perfectiora ponuntur: quòd æqui angula & æquilatera à ſphæra circūſcribi poſſunt. Alia his conditionibus nuſquam reperiūtur:licet nonnulla ſint, quibus cum adſint cætera,æqualitas tamē baſium deeſt,ut corpus XIIII. baſium, quarum ſex ſunt quadratæ, & octo triangulæ. Aliud item XIIII.baſium quorum octo ſunt hexagonæ,& ſex quadratæ.XXXII.etiam baſiū,duo corpora,quorum alterum XX.baſes triangulares,& XII.pentagonos habet. Alterum uerò XX.hexagonos,& XII.item pentagonos.

Commemorantur & alia ſolida,ut Serratile corpus,de quo paulò poſt.Columna ſiue cylindrus figura rotunda.Conica figura Pyramidalis eſt:de qua librum ſcripſit Apollonius. Pyramis autem trilatera,quadrilatera,columnaris,trunca. Cubum conſtituunt facies IIII.anguli. VIII. latera XII. Sphæra cunctis perfectior una ſuperficie contenta, à qua omnes lineæ æqualiter ductæ tendunt ad centrum.Extremæ illius notæ poli ſunt:linea mediam pertranſiens axis dicitur.

Sphæra

EVCLIDIS TRADITIONES.

POſtulata nunc huius artis ab Euclide poſita ſubijciam. A nota in notam lineam rectam ducere.Omnem finitam rectam lineam quantumis protrahere. Omni modo centro &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

interuallo circulum ſcribere. Omnes rectos angulos ſibi inuicem pares eſſe. Duas lineas rectas ſuperficiem non includere. Axiomata uerò, ſiue Latinè dicuntur dignitates, ſiue communes animi conceptus, huiuſcemodi ſiunt. Si paribus paria addantur, quæ excreſcunt paria ſunt. Si à paribus paria demantur, quæ relinquūtur paria ſunt. Si imparibus imparia adimes, ipſa quoq; paria redduntur. Si duæ lineæ paralellæ in infinitū protrahantur, nunquam ſe contingent. In XI. autem hæc ſcribuntur, Linea recta partim in plano, partim in ſublimi nullatenus eſſe poteſt. Duæ lineæ inuicem interſectæ in eadem ſunt ſuperficie. Quilibet angulus in una tantum eſt ſuperficie. Solidus angulus è tribus ſaltem conſtat angulis planis, ad unamq; notam non ex una ſuperficie concurrit. Duarum planarum faciërum inter ſe conſectarum communis eſt interſectio. Corpus ſerratile dicitur quinq; ſuperficierum, quarum tres paralellæ ſunt, duæ uerò trianguli. Solidum æquidiſtantium laterū ſi per diametrum ſuperficiei ſecetur, duas utrinq; ſuperficies per medium ſecari neceſſe fuerit. Solida æquidiſtantium laterum ſupra eandem baſim ac lineam eiuſdem altitudinis æqualia fuerint: ſi autem non ſupra eandem lineam, æqualia non fuerint. Solida æquidiſtantium laterum ſupra baſes æquales orthogonaliter & æqualibus lineis erecta ſunt æqualia. Solida ſimilia dicuntur ea quæ angulos habent æquales, ac circa latera proportionata. Columnæ æque altæ ſuis baſibus ſunt proportionales.

DE PROPORTIONE.

Proportio PRoportionem λόγον appellat Euclides: Analogiam uerò, quam noſtri proportionalitatem. De quibus libro quinto & ſexto diſſerit. Nonnulli inuentum Eudoxi, alij Platonis dicunt, in his pars maxima mathematicæ continetur. Eſt enim proportio duorum terminorum eiuſdem generis certa alterius ad alteram habitudo. Nam diuerſi generis non eſt: ut numerus numero, linea lineæ, corpus corpori comparatur: fitq; in duobus non amplius terminis, ut A. ad B. Proportionalitas uerò ſiue analogia trium, aut quatuor, ſeu pluriū proportionum ſimul ad aliquid relata coniunctio, fitq; in tribus non minus terminis: ut ſic ſe habet A. ad B. ut B. ad C. In quatuor uerò, ſic ſe habet A. ad B. ut C. ad D. Eſt & proportio arithmetica in diſcreto, & geometrica in continuo: in diſcreto tamē certior & notior, ut in numeris qui communicabiles aut ſymmetri uocantur tantum conſiſtit. quum enim pars minor, quam aliquotam dicunt, non eſt: dicitur incommunicabilis & irrationabilis proportio, nec nobis nec naturæ nota, ut XI. XIII. XVII. In geometria uerò proportio irrationalis ſiue aſymmetra, quam minime metiri poſſumus ratione, ut Diameter coſtæ ſui quadrati, quæ in VII. & X. Euclidis proponitur. Et proportio ſemidupli dicitur. Vſurpaturq; ab Ariſtotele in libro Analyticorum poſteriorum, ut probet non eſſe ſcientiam eorum quæ non ſunt. Ex quo fit ut quæcunq; proportio in numeris reperitur, & in omni genere continuorum reperiatur: non item contrà. Infinitæ enim proportiones ſunt repertæ, quas numerorum natura minime ſuſtinet. At quæcunq; proportio in uno genere continuorum inuenitur, eadem & omnibus. Qualiſcunq; ſe habeat aliqua linea ad quamlibet aliam, ſic ſe habeat quælibet ſuperficies ad aliquam aliam, ut corpus ad corpus, tempus quoq; ad tempus. Non item ſic quilibet numerus ad aliquem alium numerum. Vnde apparet quòd in continuis largior atq; liberior ſit proportio quàm in diſcretis. Quare proportionem Geometricam conſtat maioris eſſe abſtractionis quàm Arithmeticam.

Proportionis ſpecies — Proportionis igitur ſpecies multæ, æqualis, inæqualis, maior, ſimplex, compoſita, multiplex, ſuperparticularis, ſuperpertiens, tripertiens, bipertiens. Inæqualitatis tamen principales ſunt, multiplex, & ſuperparticularis. Multiplex eſt quū maior numerus minorem numerum habet in ſe totum, uel bis, uel ter, uel quater: appellaturq; dupla, tripla, quadrupla, & ultra. Secunda uerò inæqualitatis proportio ſuperparticularis, quum maior numerus minorem numerum habet in ſe totum, ac unam eius aliquam partem, ut tres duo, uel medietatem duorum, uocaturq; ſeſquialtera proportio, ad tertiam, ut quatuor ad tres, & dicitur ſeſquitertia. Ad hunc modum etiam in poſterioribus numeris, aliqua à maioribus ſupra minores numeros continetur. Sed ut melius proportionum ratio pateat: Abacum hic in extrema pagina adnotauimus huius ordinis indicem pulcherrimum. Nam ſi numerum primi ordinis ſecundo referes, habebis primam ſpeciem proportionis multiplicis, uidelicet duplam, & ſi tertium primo, triplam, & ſic loquendo in reliquis ordinibus. At ſi numerum tertij ordinis primo comparabis, hoc eſt, tria duobus, habebis primam ſpeciem proportionis ſuperparticularis, uidelicet ſeſquialteram, & ſi tertio quartum, hoc eſt, quatuor tribus, ſeſquitertiā. Et ſi quarto quintum, hoc eſt, quinq; ad quatuor, ſeſquiquartam. Eodem quoq; modo de reliquis ſeſqui. Verum ſi numerum ordinis tertij quinto comparabis, hoc eſt, quinq; tribus: habebis primam ſpeciem proportionis ſuperpertientis, hoc eſt, ſuperpertiens tertias. Et ſi numerum quarti ordinis ſeptimo referas, hoc eſt, ſeptem ad quatuor, habebis ſecundam ſpeciem, hoc eſt, ſuperpertientem quartas: & ſi quinto nonum numerum, hoc eſt, nouem quinque comparabis, habebis ſuperpertientem quintas. Et ſi ſecundo numerum quintum, hoc eſt, quinque duobus conferes, habebis primam ſpeciem multiplicis ſuperparticularis, hoc eſt, duplam ſeſquialteram. Et rurſus ſecundo ſeptimum, hoc eſt, ſeptem duobus, triplam ſeſquialteram. Poſtremo ſi numero tertij ordinis octauum comparabis, hoc eſt, octo tribus, fiet prima ſpecies proportionis multiplicis, uidelicet dupla ſuperbipertiens tertias. Poſſet & ulterius procedere ſi quis uelit, hoc eſt, quarto undecimum comparando, habere duplam ſupertripertientem quartas. Prætereа reliqui interlineares huius Abaci numeri primæ ordinem lineæ ſequentur.

Abacus

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
2	4	6	8	10	12	14	16	18	20
3	6	9	12	15	18	21	24	27	30
4	8	12	16	20	24	28	32	36	40
5	10	15	20	25	30	35	40	45	50
6	12	18	24	30	36	42	48	54	60
7	14	21	28	35	42	49	56	63	70
8	16	24	32	40	48	56	64	72	80
9	18	27	36	45	54	63	72	81	90
10	20	30	40	50	60	70	80	90	100

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

DE OPTICE ET CATOPTICE.

OPtice quoque, quam noſtri proſpectiuam communi uocabulo appellant, Geometricæ ſubijcitur arti, cum corpus proſpicimus, quod figura & ratione certa cõtinetur. Cui ſeparatim Euclides multiq; poſt eum libros dicauere. Inter quos Ptolemæus, Heros Mechanicus, Damianus, Heliodorus Lariſſeus & proximo ſeculo Petrus è Burgo Sancti Sepulcri nobilis pictor, de hac ſimul & pictura uernaculo ſermone copioſe in quodam uolumine diſſeruit. Vſus huius diſciplinæ nimirum in pleriſq; rebus elucet. In metiendis ædificijs. In architecturæ picturæq; ratione. In umbrarum corporumq; poſitione, cum ſæpe non rationi partium neque harmoniæ, ſed aſpectui ſit inſeruiendũ. Poſtremo ad deprehendendam cœleſtium, tum aliorum corporũ uarietatem ueritatemq;, tum reflexiones, refractionesq; eorundem. Quapropter quædam ex his ueluti rudimenta ex Damiano tum Euclide Græcis autoribus excerpſi, in reliquis perſcrutari diligentius uolentes ad ipſos relegamus autores. Trifariam eam diuidunt, in Opticen, quam, ut dixi, proſpectiuam dicimus: qua liberè, & rectè, & ſine fractione perſpicimus. Catopticen, qua per diaphana aquam uidelicet aut aërem craſſum, aut ſpeculum ſeu leue ali
Sciographice quod refracte adſpicimus. Sciographicen, quum corpora aut ædificamus aut fingimus, quæ non tam artis rationi, quàm aſpectui ſeruiant.


Viſus in rem uiſam

Habet autem uiſus has conditiones. In primis ab oculo in rem uiſam fertur: non item contrà. Indicio eſt ipſius oculi figura non caua, ut cæteri ſenſus, ſed prominens & rotunda, ex qua lucem iacit, uti radios Sol.

Quòd autem lux in oculis conſiſtat, declarat ipſius oculi Diaphanum, tum quædam animalia noctu cernentia: Sed & homines quandoq;, uti Tyberio accidit principi. Præterea re-
Fortior figura Coni Orthogonii ‒ cte contuetur, ac figura Coni Orthogonij, quod Ptolemæus per organa in ſuo tractatu de Optice monſtrauit. Hæc nanq; ratione & uſu probantur adſpectus, & ex ipſa natura celeriter uiſis congreditur, & plurimum uiſorũ ſimul comprehendit. Quare neceſſarium fuit & recte ob uelocitatem, & circulari forma, quæ omnibus planis capacitate præſtaret, con
Conus tetramorios ‒ ſpicere. Conus quem adſpicimus, tetramorios, id eſt, quarta pars circuli eſt: ſummitas enim aſpectus Coni, intra pupillam exiſtit, & centrum quodammodo eſt ſphæræ, ſiquidem tetramorios diuidatur circulus pupillæ. Quod autẽ Orthogonius Conus in confeſſo eſt, apparent nanq; uiſa ſiue per rectos angulos ſiue per acutos, per obtuſos nunquam. Conſiſtũt autem recti per diametrum Coni à ſummo uſq; ad baſim, quibus acutius & maxime cernimus. Acuti uerò inferiores uidentur à diametro ſiue baſim attingentes ſiue non, nam in longinquo adſpectu anguli acuti baſim non attingunt. Si quid uerò diligentius contueri, aut certius uelimus, per Coni axem & rectam lineam adſpicere oportebit. Hoc enim manifeſto patet: acum uel rem paruam in terræ ſpatio quæritando, non prius adſpicimus, quàm directo in eum conſpectu, licet reliquum Coni ſpatium oculis una uiſus celeritate luſtremus. Quod argumento eſt, uiſum ex omnibus maxime natura quæ ſunt à fronte recta conſpicere. Sed & quæ poſt terga ſunt in ſpeculo coram cernimus. Proxime autem axi propinquantes ſunt radij adſpectus. Deinde extremi utrinque ab lateribus finiuntur, per quos minus adſpicere licet. Manifeſtum igitur ex his, quòd ſummus Coni adſpectus non in pupilla oculi, non enim ab omni loco pupillæ uideremus, ſed in oculi receſſu ac penetrali conſiſtit. Baſis uerò Coni prima & ultima circulus eſt, cuius terminus pupillam circumſcribit. Ipſa enim
Refractus adſpectus ‒ pupilla non circulus, ſed tetramoriæ ſphæræ eſt apiphania.


Refractus autem aſpectus, qui κατοπ]εικὴ appellatur, fit per medium diuerſorum diaphanorum: nam ſi diaphana æqualia ubique forent, non refringeretur. Refringitur tamen nõ radius ſeu linea perpendicularis, ſed obliquus qui ad æquales finit angulos illius à quo refringitur, uel recedẽdo à perpendiculari in occurſu diaphani rarioris, uel adcedendo ad perpendicularem in occurſu diaphani denſioris: exemplo eſt baculus in aqua dimidium obliquum ſe oſtendens. Ex quo etiam patet ſolis radios ad æquales frangi angulos, cui omnino noſter adſpectus comparatur: uocantq; hanc incidentiæ lineam, cuius angulus oritur ex illa parte ſuperficiei, uerſus quam obiectum uiſibile inclinatur pariter ex incidentiæ linea. Angulus autem reflexionis eſt, qui oritur ex alia facie extrema ſimul & reflectionis linea. Radius enim perpendicularis nunquam refringitur, ſed continuo medium pertranſit quodcunque occurrit, quanquam diuerſum diaphanum. Si autem in opacum denſumq; corpus inciderit, reflectitur in ſe,
unde aſpectus dicitur reflexus, quòd in ſole cauſa eſt umbræ: ‒ Cauſa umbræ in Sole
niſi enim lumen reflecteretur, umbra non eſſet: ſed id tantum fulgens, quod ab lucente corpore adſpiceretur, reliqua tenebræ.

Cæterum inter uiſa differentia uerſatur. A maiore enim angulo uiſa maiora apparere uidemus, quòd in eum plus luminis uehementius iacimus, Minora uerò à minore, æqualia ab æquali, altiora ab altiore, & humiliora ab humiliore. A pluribus item angulis uiſa diligentius & melius: quoniam nihil uidetur ubi totum ſimul uidetur. Figuram igitur adſpectus ſubijciam imagine.




Sit uiſum A.E. oculus autem B. à quo adſpectus extenditur in B A, B C, B D, B E. Interuallo enim adſpectus finietur: non enim ſubito concidit in A.E. ſed per interualla quamuis totum ſimul uiſus celeritate uideatur adſpicere. Inſuper æqualibus magnitudinibus interuallo poſitis propius poſita diligentius contuebitur. Maior quoque apparebit angulus inferior quàm ſuperior, quum ſint æquales.

Aliam quoque coronæ figuram ab Ariſtotele in meteoris poſitam non ab re fuerit ponere, qua ille refractum monſtrat aſpectum, ſimul & radios incidentes ab eodem ſigno in idem ſignum refringi undique in orbem ſecundum angulos æquales, unde circulum eum demonſtrat. Ducantur tres lineæ perpendiculares ſupra lineam A.B. ad notam C. ab illis tribus notis, G. D. Z. in nube ſignatis: tunc conſtruantur tres æquales anguli qui ſunt, A G C. A D C. A Z C. Ex Euclidis autem proportione, ſi plures lineæ rectæ quàm duæ è diuerſis partibus prouenientes, & æquales in eandem notam ceciderint, ea centrum circuli fuerit.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4



ANTEQVAM è Geometria penitus digrediar, demonſtratio ſuprà prætermiſſa mihi repetenda ad areã trianguli reperiendam. Nã uti diximus, latera ſimul trianguli iungenda. ABG. quorum AB. Cubitorũ eſt 13. BG. 15. AG. 14. Simul autem iuncta erunt 42. è quibus ſubtrahenda medietas, ex qua lateribus ſuperſunt 678. congeminandum 6. per 7. Totum autem per 8. exibit 336. quæ ſumma congeminanda per 21. hoc eſt laterum medietatem, exibit 7056. cuius radix erit 84. Area uidelicet trianguli. Quomodo autem quælibet per catheton reperiatur, ſuprà oſtendi, uidelicet, aut per ſemicatheti cum tota baſi, aut ſemibaſis cum toto catheto congeminationem, Quadrati etiam area monſtrata.

DE ASTROLOGIAE PARTIBVS, & circulis cœleſtibus.



ASTrologiæ principium Senſus & Experientia eſt, quod Cicero Babylonijs refert. Hi enim ex altis montibus longo tempore quo ſe fuiſſe teſtantur per noctes aſtra obſeruantes in eorum cognitionem uenere. Ariſtoteles inter mathematicam & ſcientiam naturalem hãc ponit. Totius autem rationem Ptolemæus bifariam deducit, in theoricam, quam noſtri quadriuialẽ uocant, quòd quatuor ſcientijs, Geometria, Arithmetica, Muſica, & Aſtrologia contineatur, qua noſcuntur, quot in cœlo ſphæræ, quot ſpecies motuum, qui ſiderum curſus, eorumq́; magnitudines & differentiæ: ſuper quo nobile compoſuit opus, quod Arabes Almageſtum, Græci μεγάλην πραγματείαν, nos magnam compoſitionẽ dicere poſſumus, diuiſum in libros XIII. à Trapezuntio in Latinum ſermonem conuerſum, cuius ante hos annos egregiam edidit epito-

Aſtronomia

men Ioannes Monteregius. Aliam uerò Aſtronomiã proprie dictam practicã poſuit ſuper ſtellarũ iudicijs, quæ Græci Apoteleſmata uocant, quomodo ſe habeant circa ea quæ ſunt infra orbem lunæ, quæ omnino quatuor eſſe uidentur, Elementa, Mineralia, ſeu Metallica, quæ item uegetantur, & quæ ſentiunt. De hac igitur opus quatuor tractatuum edidit. In primo generatim modos omnis huius ſcientiæ partes continentes comprehendit. In ſecundo modos, quibus noſſe ualemus res in uniuerſum magnas quæ uni uel pluribus accidere poßint: uidelicet regnorum euerſiones, prælia, uberes prouentus, & his ſimilia. In tertio circa hominum genituras uerſatur, quid aſtra & animo & corpori polliceantur intrinſecus, ut adfectus, mores, ualetudinem, formam. In quarto quid extrinſecus, ut artes, miniſteria, cõiugia, & his ſimilia. Quas autem electiones aut interrogationes uocant, conſulto prætérijt tanquam res leues, inuentuq́; faciles per ea quæ dicta ſunt, ſi quis ueſtigauerit, ſed ſuperuacaneum omnino. Nam fortunato ſemel ex geneſi ſi quid eſſet mathematicæ ueritatis etiã bonæ contingerent horæ. Cœlum omne in domos XII. di-

Diagramma Themation

uidit, quod diagramma ſeu thematiõ Græci uocant, in quorum angulis principalibus uim potißimam conſtituit: hi ſunt Horoſcopus, Occidens, Meſuranon, & Hypogæon, cæteras Epanaphoras aut Apoclimata nominat, nos ſuccedentes aut

Horoſcopus

declinantes. Horoſcopus nati uitam & mores auſpicatur: ſecunda ſubſtãtiam, tertia fratres, quarta maiores ac antiquitatem, quinta filios, ſexta ualetudinẽ, ſeptima amicitias & inimicitias, octaua mortem, nona religionem, decima honores artesq́;, undecima aduerſarios & incommoda. Hanc igitur ſecundam aſtrologiæ partem, quanquam eruditi nobiles'que philoſophi nihil cõtra humani animi arbitrium ualere dictitant, quod tamen incerta ſit nobis, nec facile deprehendi poßit, deturq́; propterea paulatim occaſio, præſertim ineruditis, in fati opinionem delabendi, iure à noſtris doctoribus reijcitur.

Reliquũ eſt ut de prima quæ ad theoricen pertinet, pauca dicam, quanquã de hac in Ariſtotelicis de cœlo, quæ poſt hæc ſequuntur, multa uidere eſt: præterea in geographiæ principio, ubi de terræ habitationibus & umbrarum ratione, nonnulla ad hanc pertinentia ſcientiam in medium attuli.

De circulis ſphæræ

Sphæræ in primis circuli præter lacteum qui mihi inter Ariſtotelica dicetur, decem Macrobio ſunt. Zodiacus ante omnis partibus duodecim latus, ubi totidem ſigna & linea media eclyptica uocata, Solis tantum uia. Quinq; alij paralleli circuli uocantur, quorum medius & maximus Aequinoctialis ſiue Aequator. Duo extremitatibus uicini, atque ideo breues, quorum unus Septentrionalis, alter Auſtralis uertex dicitur. Inter hos duo ſunt Tropici, qui ex utraq; parte zonæ uſtæ terminum faciunt. Præter hos totidem Coluri appellati, quibus nomem dedit imperfecta conuerſio, ambientes ſeptentrionalem uerticem atq; inde in diuerſa diffuſi, & ſe in ſummo interſecant, & quinq; parallelos in quaternas partes æqualiter diuidunt Zodiacum interſecantes: unus eorum per Arietem & Libram, alter per Cancrum & Capricornum meando decurrit, ſed ad auſtralem uerticem non peruenire creduntur. Duo qui ad numerum prædictum ſuperſunt Meridianus & Orizon in ſphæra non ſcribuntur, quia certum locum habere nequeunt, ſed pro circumſpiciẽtis habitantis'ue

Meridianus

diuerſitate uariantur. Meridianus enim eſt, quem Sol cum ſupra hominum uerticem uenerit, ipſum diem medium efficiendo deſignat.

Orizon

Orizon quem ſibi unuſquiſque circumſcribit adſpectus, ultra tamen CCCLX. ſtadiorum longitudinem intra ſe continere non poterit.

DE SOLE.

INter ſeptem erratica ſpecioſißimus longe'que mortalibus utilißimus Sol eſſe dignoſcitur, Homero poëtæ, tum cunctis olim oriẽtalibus pro Deo ſummo habitus. Hunc Epicurus pedaneũ eſſe dixit ſenſu deceptus, ut ait Ariſtoteles. Eſſe autem longe maiorem terra, declarat ipſius terræ umbra in coni figuram terminans ex Euclidis ſententia, qui ait minores corpori umbras fieri, quando illuminantia maiora fuerint. Vltimos enim radios concedere eiſdem, ex quo & minuere umbras. Maiores uerò fieri corporibus umbras, quum illuminantia fuerint minora: ultimos enim radios in his extenuari. Si enim cilindrica foret, totum Zodiacum operiret, & ſic menſibus ſingulis lunæ eclypſis contingeret, umbra ſe opponente. Præterea ſtellæ ipſæ quandoque lucidiores apparerent per umbram, qua remota per Solis aut Lunæ ſplendorẽ nõ adeo nitent. Si uerò latiores eſſent in fine umbræ terræ non ſolum Zodiaci, ſed alia quo aſtra fixa operirent, & ſic luna ferè tota nocte ſine luce remaneret.

De Solis Lunæ & Terræ magnitudinæ uariæ opiniones

De ipſius igitur certa magnitudine diuerſæ ſententiæ, inextricabiles ſanè omnes, ſed tam prodẽdæ quàm proditæ. Macrobius adſeuerat deprehenſum eſſe illum ducenteſimã ſextamdecimã partem circi ſui habere, & ex Eratoſthenis ſententia maiorem eſſe terra ſepties & uicies, ex aliorum uerò opinione octies tantum. Terram autem CCLII. milia ſtadiorũ complecti, cuius diametros erit non multo amplius LXXX. milibus ſtadiorum. Cleomedes autem dicit Solem Lunamq́; DCCL. partem eſſe ſuorum circulorum: Solem uerò diametrum DXX. milium ſtadiorum habere. Eſſe autem terdecies Luna maiorem: Lunam autem terra dimidio minorem. Terram deniq; circiter milia XXXIII. ambire. Capella idem ferè de terra, ſed Lunam ſexies dicit minorem, ſuo autem circulo ſexcẽties, quum hydrologa ratione compertum eſſe ait clepſydris duabus ſuperpoſitis, altera uacua inferius, altera aqua plena ſuperius, obſeruato lunæ ortu cum ſtella fixa, & quum tota ſit orta tollendo clepſydram inferiorem, & aliam ponẽdo, donec uigintiquatuor horarum ſpatio Luna ſeu ſtella eadem fixa ad eundem redeat locum. Solarem quoque circulum duodecies

quàm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quàm Lunæ maiorem ponit manifeſta ratione, quum quod illa menſe, ille duodecim menſibus percurrat. Martis autem circulum eadem computatione curſus uities quater potiorem inueniri. Iouis centies & quadragies quater. Saturni trecenties tricies & ſexies. Si quis autem Solis aut Lunæ à terra diſtantiam noſſe cupiat, facile fuerit ex ſupradictorum calculo indagare, conſiderato ſphæræ diametro, qui quum per mediam tranſeat terram, neceſſario continget eius medietatem totam eſſe altitudinem, quòd ſexta pars totius cuiuſque ſphæræ fuerit. Vbi autem nubes congeruntur, non amplius x L. ſtadia Poſsidonius eſſe dixit. Nunc ad alias ueniam ſolis proprietates. In oriente atque occidente maior ſanè apparet & rubicūdior, tum etiam lōginquior, quàm quum in medio cœli. Ratio, quòd uapor & aêr, in ortu & occaſu craſsior, in medio uerò ſubtilior uidetur: ex quo refractus per nebulas, tanquàm per ſpeculum aut aquas, uiſus, ut quadrantem in aquæ catino maiorem quàm ſit, uidere uidetur. Sic etiam in oriente aut occidente ſolem & maiorem & longinquiorem, & puniceo colore: quòd, ut alibi dixi, album & ſplendens, per umbras aut nebulas adſpectu rufum apparet. Hic inſuper poëtarum commento quadriga inuehitur, cuius

Equi Solis
Ortus aſtrorū

equi Phlegon, Pyrois, Aethon Eous, Ex hoc ortus & occaſus ſignorum auſpicamur. Nam ut ex radijs eius primum emergentia apparere incipiunt in oriente poſt ipſum, aut in occaſu, & tunc heliacus dicitur. Ouidius. Iam grauis obliqua ſubſedit aquarius urna. Aut oriuntur cum eo pariter & occidunt, uocaturq́; coſmicus. Vt Virgilius. Candidus auratis aperit quum cornibus annum Taurus, & aduerſo cedens canis occidit aſtro. Aut occidente ſole apparere incipiunt in oriente, & rurſus eo oriente occidere, & tunc Chronicus erit. Ouid. item. Quatuor autumnos pleias orta dabit. Pleiades in capite ſunt tauri. At mathematici alios habent ortus, quum ſiquidem ſigna ex Orizonte emergunt, quæ in ſphæra recta

Recte aſcēdere quomodo ſignū dicatur

recte aſcendunt, alibi oblique. Recte enim aſcendere ſeu occidere ſignum dicitur, quum pars maior æquatoris, hoc eſt, quum plus quàm portiones x x x. ſimul cum eo conſcendunt & deſcendūt. Oliquæ uerò quum pars minor æquatoris, hoc eſt minus quàm portiones x x x. cum eo ſimul conſcendunt & deſcēdunt. Lucanus. Non obliqua meant nec tauro rectior exit Scorpius. Deinde quo magis polus arcticus eleuatur, tanto maior eſt dies, & contrà. Præterea in quolibet mundi angulo integrum hemuſphæriū adſpicitur, & in qualibet quamuis breuiſsima die, ſex item ſigna atque in maxima aſcendunt.

De motu ſolis

De umbris uerò quas iacit ſol alibi dixit. Deinceps de motu ipſius ac ſphæris, nam plures cuique ſphæræ orbes ad ſeruandas motuum epiphanias tribuunt, Ariſtoteli illiusq́; tempori nondum repertos, ſed tantum Ptolemæo. Motus inſuper diuerſitatem eſſe in eadem ſphæra minime incongruum, cum unum quendam ac proprium habeat à ſua quiſque intelligentia. Duos quoque alios ex raptu uiq́; aliena, quorum alter ex raptu primi mobilis eſt contra ſucceſsionem ſignorū diurnus uocatus, alter ex octaua ſphæra ſecundū ſignorum ſucceſsionem tardiſsimus: ueluti ſoli in primis contingit. Nam huic tris tantum orbes cum totidem motibus ponunt. Duos primum inter ſe eccentricos, ac aduerſos, ſimul autem poſitos mundo concentricos, quos ſolis ſummam apſidem deferentes uocant.

Apſis

Eſt enim apſis currus proprie circulus, ἀπὸ τ̃ ἅπτειν, id eſt, attingere terram, ex quo ad eccentricum planetarum, in quo uoluuntur, transfertur. Summa ergo apſis maxima eſt eius

Apogæon
Hypogæon

altitudo Plinio uocata. Ptolemæo autem Apogæon, & Hypogæon eius aduerſa depreſsio: barbaris uerò Aux & oppoſitum Augis. Hanc dicunt Neoterici, ſicuti & reliquorum planetarum ad motum axemq́;, ac polos nonæ ſphæræ moueri, Annis uidelicet ducentis parte una, uocariq́; Ptolemæo motus aſtrorum fixorum & Apogæorum planetarum. Attamen ſolis Apogæon tantum Ptolemæus ipſe mutari negat: Nam ſi mutaretur, tempus eſſet durante mundo, ut ad Capricornum rediret, ubi nunc Hypogæon, & hoc pacto altera pars auſtralis, quæ ad antœcos noſtros pertinet, habitaretur, ſi ulla eſſet, & hæc noſtra deſereretur, ut ait Albertus. Sed quoniam nullum eſſe continens præter noſtrum, nuper, ut dixi, à Luſitanis compertum eſt, neque ſi eſſet, temperatum (ut eſt opinio) foret, adeo ut eſſet neceſſe ante plenam reuolutionem finem mundi aduenire, aut certe habitatoribus deſeri. Ratio autem, ut ipſe Albertus ait, cur minime ſit illorum temperata, quòd caloris intorabilis cauſa duplex eſt, propinquitas ſolis apud nos, & terræ uicinitas. Cauſæ uerò intolerabilis frigoris, horum contrariæ. Nos igitur alterum altero temperamus. Nam quum eſt in apogæo prope nos æſtate altiſsimus eſt, cum uerò hyeme recedit, uicinus eſt terræ. Illis autem omnia contra contingunt, qui quamuis in quibuſdam inſulis incolumes uiuant, hoc non ex cœli temperie, ſed ex Dei habent prouidentia. Intemperantiæ ſigna ſunt colonorum paucitas, nulli fructus, præterea morum feritas, ac rerum omnium indocilitas. Solis nanque temperantia non ſolum corpora, ut ait Ariſtot. in Politicis, ſed etiam animos moderatur humanos. Nunc autem ad reliquos ſolis ueniam motus. In medio igitur duorum ex accidente eccentricorum tertius eſt orbis per ſe eccentricus, qui ſolem deferens uocatur, perficitq́; curſum proprium ſecundum ſucceſsionem ſignorū C C C L X V. diebus & quarta parte. Hic ob eius inæqualitatem ad terræ centrum tanquam turbo præciſus, minore ſpatio peragit auſtralia ſigna quàm borealia Nam turbines duos conſiderare poſſumus. alterum reuera adſequentem ſolem, alterum adparentem: quorum cuſpis quidem una in pupilla erit uiſus, baſes uerò duæ, alia ueritatis, alia ſenſus. Ex quo etiam lineæ duæ imaginandæ æquidiſtantes, altera à centro mundi, altera ab eccentrico: per hanc inæqualiter mouetur uocaturq́; uerus motus ſeu locus: per illam uerò æqualiter: diciturq́; motus medius, quòd ex illius argumento uerus ſolis deprehenditur locus. Aequatio autem noſtris mathematicis appellata: Ptolemæo autem in magna compoſitione differentia ſeu diuerſitas dicta, arcus eſt Zodiaci inter lineas medij motus & ueri cadens. Hanc nullam eſſe contingit, quum ſol in apogæo uel hypogæo fuerit, maximam uerò cum ſol in longitudinibus medijs. In alijs autem locis ſecundum augmenti uarietatem creſcit & decreſcit: quanto nanq́; uicinior ſol apogæo fuerit, uel hypogæo, tanto minor eſt: quanto autem longitudinibus medijs, tanto maior. Augmentum ſolis uocant arcus Zodiaci intra apogæi lineam: & lineam medij motus ſecundum ſucceſsionem ſignorum. Hic ſemper eſt ſimilis arcui eccentrici uerſus apogæon exiſtenti, quem apogæon ſecundarium uocant: quare fit ut ſubtracto hoc apogæo à ſolis motu medio augmentum ſolis remaneat. Hoc igitur dum ſex ſignis communibus minus fuerit, linea medij motus lineam ueri præcedit, quamobrem tunc æquatio ſubtrahitur. Si uerò maius ſex ſignis, contra fit, ex quo tunc æquatio medio iungitur motui, ut uerus exeat.

DE LVNA.

Luna

LVnam uerò infra terræ magnitudinem eſſe, umbra item ipſius eſt argumento, quum ſe tota, & ſola per eclypſim opponit: quæ conica in terrā uenit, latitudine coni ſtadiorum circiter quatuor milium: qui locus omnis eſt, in quo ſol non uidetur: in qua magnitudine conſiderari poteſt quātum ſit diametros baſis ipſius umbræ. Si uerò partem tantum operit ſolis, proportione fiunt umbræ. In lunæ eclypſi perfecta primæ partes eius ad orientem uergentes obſcurātur, & rurſus hæ primæ relucent, quia terræ umbra ex oriēte in occaſum procedit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cedit,& luna curſu proprio ab oriente in occidentem fertur, & ſic umbræ occurrent. Quæ uerò in boream ſpectant, fugiunt eclypſim: neque enim umbræ ſubingrediuntur: quando autem è meridie in boream redit, pars quæ in boream uergit, obſcuratur. Si igitur altiſsima fuerit in eclypſi, citius apparet, anguſtiorem nacta umbram: humilis contrà tardius, latiorem nacta umbram, media uerò mediocriter. Ex his ergo apparet, quòd terræ umbra forma conica eſt, ac Sol terra longe maior, & luna longe minor. Si enim tanto tempore occultatur in umbræ anguſtia, quanto magis in umbræ latitudinem incidens occultaretur? quod in terræ ſuperficie contingit. Inſuper in lunari eclypſi luna patitur. In ſolari autem noſter aſpectus. Lunæ eclypſim primus Romanorum manifeſtauit Sulpitius Gallus in exercitu Pauli Aemylij. Solis uerò eclypſim Pericles dux Athenienſis in bello Peloponneſiaco. Ratio uerò, quòd æqualis ſoli & maior cæteris aſtris uidetur, ob eius eſt humilitatem uicinitatemq́; terræ. Maculas inſuper eius nonnulli terræ humorem dixerunt: alij animalia, resq́; omnis quæ in terra ſunt multò ampliores in ea contineri. Diuerſis apparet inſuper formis. Dum eſt in coitu deficiens luminis neomenia dicitur. Deinde quum primum apret ſpecie bicorni ac falcata Menoides. Semiplena dichotomos, id eſt ſectilis. Amphicyrtos plus quàm plena. Propter has uerò tris formas tria Dianæ numina dixerunt. Panſelinos autem Plenilunium appellatur. Hæc iterum omnia in diminutione reſumit. Deinceps de motibus eius ſex ac ſphæris quinque, quarum tris habet cum ſole communes: uidelicet, duos eccentricos inter ſe, ſimul autem concentricos mundo, qui deferentes apogæon lunæ dicuntur. Tertium in horum medio deſerentem epicyclum, mundo eccentricum. Præterea æquantem. Eſt enim æquans par quantitate deferenti, eumq́; interſecat. Circulus excogitatur, quoad reliquos primum planetas, ut epicycli ac deferentis inæqualitas ad æqualitatem ac normam reducatur. In æquante enim normaliter fertur epicyclus, quum in eccentrico & Zodiaco ſit inæqualis. Ob quam cauſam non erat æquantem lunæ ponere, quòd norma lunæ in centro terræ ſit. Nam cæteri planetæ tam in eccentrico, quàm in centro Zodiaci, ſiue terræ inæquali ſunt motu: quamobrem hæc indigent æquante. Sed ob caput draconis tantum luna æquantem neceſſarium habet, qui quidem in ea ſolum mundo concentricus & in ſuperficie eclypticæ eſt, in reliquis minime. Deinde orbem habet extremum mũdo item concentricum ac tris alios orbes ambientem, qui deferens caput draconis appellatur. Poſtremo epicyclum in orbe tertio immerſum. In quo lunæ corpus eſt adfixum. Motus autem horum ſe ſic habent. Deferentes apogæon eccentrici contra ſucceſsionem ſignorum ſimul ſupra centrum mundi ultra motum diurnum in die naturali XI. partibus, & XII. tantum minutis mouentur, & axis motus huius axem Zodiaci in centro mundi interſecat, ac poli à Zodiaci polis partibus ſex declinant. Hoc igitur pacto hi deferentes tris habent motus, primum ac proprium ſupradictum. Deinde diurnum ex motu primi mobilis. Tertium his contrarium, ex motu octauæ ſphæræ, ſicuti cæteri tardiſsimum. Orbis uerò epicyclum deferens mouetur ſecundum ſucceſsionem ſignorũ cotidie partibus XIII. & M. XI. Axis tamen huius motus per centrum huius orbis, quod centrum eccentrici dicitur æque diſtans axi apogæon deferentium, mouetur. Ex quo poli etiam motus huius à polis ipſorum orbium deferentium diſtabant. Lunam quoque in epicyclo ſolam aſtrorum moueri opinio eſt, ac in parte quidem ſuperiore contra moueri: proptereaq́; tardior fit: in parte autem inferiore celerior, quòd ſecundum eum moueatur, quæ cauſa eſt totius inæqualitatis. Nam ſi luna non moueretur, æqualis perpetuo ſphæræ ipſius motus foret. Quod Ariſtoteles minime uidiſſe dicitur deceptus ipſius maculis ſemper eiſdem apparentibus: nec mirum, cum epicyclum non poſuerit, nec lunæ motum ipſius neceſſe fuit ponere. Poſito autem epicyclo, lunam in ea moueri ad ſeruandam apparentẽ inæqualitatem neceſſe eſt. Inæqualitas uerò huiuſcemodi ad hanc reducitur æqualitatem, ut à puncto apogæi ipſius medio, quodcunque illud ſit, cotidie XIII. partibus progrediendo recedat. Apogæon autem medium epicycli eſt punctum circumferentiæ ipſius, quod oſtendit linea à puncto oppoſito centro eccentrici in circulo paruo per centrum epicycli ducta: hæc medium motum oſtendit. Sed apogæon uerum, punctum eſt eiuſdem circumferentiæ, quod à centro mundi per centrum epicycli ducta indicat. Hæc duo apogæa unum fiunt, dum centrum corporis lunaris in apogæo uerò epicycli uel hypogæo eccentrici fuerit, & cum hoc luna in linea, à centro mundi ad peripheriam epicycli ducta, forte exiſtente. Dum autem augmentum eſt minus ſex ſignis communibus, luna medij motus lineam ueri præcedit in ſignorum ſucceſsione. Ideo tunc æquatio à medio motu ſubtrahitur. Sed dum plus ſex ſignis fuerit, contra euenit: quare tunc coniungitur, ut uerus eueniat motus. Draco autem ſic ſe habet. Orbes apogæon deferentes à polis eclypticæ ſex partibus, ut dixi utrinq; declinant, eiuſq́; ſuperficiem ſupra diametrum mundi interſecant, ubi æquans cum deferente connectitur: ex quo una pars uerſus aquilonem, altera uerſus auſtrum tendit, quæ interſectio ex ſimilitudine Draco uocatur. In quo cum centrum epicycli fuerit uerſus aquilonem pergens, caput Draconis dicitur, Cauda uerò uerſus meridiem. Mouentur autem hæ interſectiones ab orbe extimo, qui deferens caput draconis uocatur, contra ſucceſsionem ſignorum cotidie minutis tribus, appellaturq́; hic motus latitudinis. Præterea non ſemper ſuperficies eccentrici ſuperficiem eclypticæ in partes æquales ſecabit, ſed apogæon, quod cum ſuis orbibus deferentibus contra ſignorum ſucceſsionem moueri dixi, quandoque euenit ut omnino ſub eclyptica ſit, tunc æquales intercidentur in partes. Alias uerò cum apſis in alteram partem declinabit, maior portio ex ea parte fuerit: ob quam rem epicyclus ei parti propinquans celerius perferetur. Contra uerò in hypogæo, ubi minor portio tardior fuerit. Inſuper dicti orbes apogæon deferentes erga deferentem epicyclum talem habent in ſuo motu ordinem, ut bis menſe quolibet inter ſe concurrant, curſumq́; ſuum peragant, quum aduerſis inter ſe motibus perferantur. Erga uerò ſolis motum ſic ſe habent omnes, ut linea medij motus ſolis ſit media inter centrum epicycli lunæ & apogæon eccentrici eius, uel ſimul cum eis uel in oppoſito amborum ſimul exiſtentium. Ita quòd in omni media ſolis & lunæ coniunctione centrum epicycli lunæ, & linea medij motus ſolis, & apogæon eccentrici lunæ ſit in una Zodiaci parte ſecundum longitudinem. Quare fit ut in omnibus tetragonis medijs eorũ centrum epicycli lunæ ſit in eccentrici ſui hypogæo, & in omni oppoſitione media rurſus in apogæo. Appellatur autẽ medius coitus quũ coeunt, ſeu opponuntur, mediorũ motuum lineæ, quæ ſemper eſt æqualis, & habet ex Ptolemæi computatione dies XXIX. M. VIII. Verus autẽ eſt quando ueri motus lineæ, ſecundũ item longitudinẽ opponuntur, quum uidelicet ſol & luna in eadẽ omnino parte conſiſtunt. Eadem et quũ fuerit ex diametro, ratio. Maxima uerò diſtantia ſolis à linea deſignãte mediũ eius motum duarũ Zodiaci partiũ eſſe poteſt, quum ſol uidelicet in XV. parte uirginis, ac XX. piſcium fuerit. In alijs uerò locis ſemper minor exiſtet ſecundum adceſſum eius ad apſidem, & eius oppoſitum, Quum uerò in illis fuerit, eadem prorſus utriuſq; linea. Maxima uerò lunæ diſtantia à linea medium eius motũ deſignante in coitu & diametro partium quinq; poteſt eſſe. Quãdo uidelicet luna fuerit in aliquo extremarum notarum laterum epicycli. Ex quo manifeſtum

quòd in

Tria Dianæ numina unde

Ariſtoteles deceptus

Apogæon

Draco

De coitu medio & uero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quòd in coitu media diſtantia ſolis à luna nõ ſit maior ſeptenis partibus, quod raro cõtingit. Harũ quoq; alterã altera quandoq; præcedit, maiorq́; eſt. Aequãtur tamen quibuslibet CCLI. lunationibus, ut in magna Ptolemæi compoſitione narratur. Ita ut infra tẽpus illud quod uni X. defuerit ex altera ſupplendo, parem inter ſe numerum ſortiãtur. De luna item illud animaduertendum, quum habeat apogea duo, Eccẽtrici uidelicet & epicycli, quando in utroq; forte fuerit, tunc altiſſima erit: humillima uerò in horum contrarijs.

Luna cur quãdoque citius quandoq; tardius apparet

De eius autẽ poſt coitũ manifeſtatione triplex eſt ratio, cur quãdoq; citius, quandoq; tardius appareat. Prima eſt obliquitas Zodiaci & orizontis. Nam ſi ſit coniunctio ſub eclyptica à fine Sagittarij in finẽ Geminorũ, tunc quũ ſol occidendo in orizonte fuerit, plures erunt gradus in circulo reuolutionis lunæ, & ab ipſa luna ad orizontem, quàm de Zodiaco à luna ad ſolẽ, quoniã ſigna illius partis Zodiaci oblique diſcedũt. Ex quo à ſeptentrionalibus citius uideri poterit, quàm ſi fuiſſet in ſignis auſtralibus. Secunda cauſa, latitudo lunæ ab eclyptica eſt. Nam ſi poſt coitum mouetur in altitudinem ſeptentrionalẽ, iterũ citius uideri poterit, quàm ſi in meridionalem, quoniã orizon obliquus magis uerſus ſeptentrionem deprimitur, uerſus uerò Auſtrũ magis eleuatur. Tertia cauſa, uelocitas ueri motus lunæ. nã ſi uelox ex motu, citius apparet, quã ſi tarda foret. Fit igitur quandoq;, ut omnes hæ cauſæ concurrant, tunc termino horarum XXIIII. uetus & noua apparet: quandoq; duæ tantum, & tunc altero poſt coitũ die: quandoq; una ſola, & tunc tertia uidebitur die. Interdum etiam horum omnium contrariũ accidit, tunc quarto die eam apparere continget. Omnino autẽ citius quàm partibus XII. procul à ſole uideri nequit, ortusq́;

Heliacus

hic Heliacus dicitur. Nam quòd ſolem curſu pertrãſeat, aliter quàm poſt eũ oriri aut occidere creſcens non poterit. ex quo auerſis à ſole cornibus ortum ſpectat, decreſcens uerò occaſum. Poſtremo non ignorandum ſemel ipſam in quolibet ſigno coire: In Geminis tantum bis, quòd apogæon ſoli aduerſum habens in Sagittario diutius, in Geminis minimũ moretur. Sol autem contra Geminos diebus XXXII. Sagittariũ XXVIII. percurrit. Præterea luna ſigniferũ diebus XXIIII. & beſſe abſoluit ſed Solẽ XXIX. & ſemis conſequitur. Aſcendẽs inſuper ad deſcendẽs eclypticã acutis aut ſparſis ſecat angulis. Nec tamen ad idẽ poteſt, hoc eſt, ita ut eſt poſita eiſdẽ parte, menſe, & latitudine, rurſus reuerti, niſi menſibus CCXXV. hoc eſt, anno XIX. Nam ut ſub eadem die, eiſdẽq; propinquitatibus ſiderũ inhærẽtiũ redeat, annus faciet LV. Vt uerò etiã planetarũ eodẽ ordine ac ſpecie cõtingat, annus eſt exſpectandus magnus. Demũ hoc ipſius etiam ſciendũ quòd eadem conſcendens eclypticam in aquilonem, uocatur ὑψομένη ab aquilone ad eclypticam reuertens ὑψὸς ταπῄνομένη. Quum ab eadem in occaſum deſcendit, ταπῄνὸς ταπεινομϑὺη. Quum deinde rurſus ad ſolem reſurgit, ταπῄνὸς ὑψομϑὺη.

DE RELIQVIS PLANETIS AC SPHAERIS.

RElìqui planetæ quemadmodum apparẽt, modo lunæ tris habẽt orbes, cum epicyclo uidelicet deferẽtes apogæon, qui motu ſphæræ nonæ, uti ſuprà dixi, mouentur: nec ſunt, ut in ſole & luna, ſimul terræ concentrici, ſed eccentrici ambo: & in horum medio deferentẽ epicyclum ſuper cẽtro æquantis: cuius axis interſecat eclypticæ ſuperficiem partibus inæqualibus: contraq́; euenit hic, atque in luna, ut epicyclus tardius percurrat maiorem portionem, hoc eſt, uerſus apogæon. Præterea uoluitur etiam aliter, id eſt, ex parte ſuperiore ſecundum ſignorum ſucceſſionem, & inferiore contra ſucceſſionem: in qua reuolutione planetæ retrogradi, directi, & ſtationarij appellantur: quod lunæ minime contingit ob eius in epicyclo celeritatem. Caput draconis in cæteris omnibus ſtabile, præterquam in luna eſt. Veneris epicyclus etiam in meridiem tranſit ſupra axem imaginarium mota: cuius poli adcedunt, recedunt à polis Zodiaci in utranque partem portionibus ſex, totidem quot luna, ut placet Capellæ. Plinio etiam duabus circulum excedit. Præterea ſolis apogæon ſecundarium ſemper ſequitur, quapropter ultra partes XLVI. ab eo non abſiſtit. Eius aſtrum ampliſſimum, deprehẽſum à Pythagora primum: idem & Heſperum eſſe quum ſolem ſequitur, & Phoſphorum, hoc eſt, luciferum quum præcedit. In ortu matutino quatuor & amplius apparet menſibus, in ueſpertino diebus tãtum XX. coit autem cũ ſole diebus D. LXXXIIII.

Mercurius

Mercurius Stilbon appellatus partibus quatuor à ſole latitudine utrinq; diſcurrit: longitudine non ultra XXII. coit autem cum eo diebus CXVI. cui planetæ ob eius uarietatem plures dant orbes. Ambo item curſum paulo quàm ſol minore ſpatio abſoluunt: nec terræ centrum uti cæteri habent planetæ: ſed circa ſolis centrum de latere circumducuntur: longitudinisq́; ſpatia latitudinum uagatione compenſant.

Mars

Mars Pyrois dictus paulo plus biennio curſum peragit. diſtat latitudine circiter duabus & ſemis. coit diebus DCCCXXX.

Iupiter

Iupiter Phaëton cognominatus, annis XII. perficitur: diſcurrit totidem ferè partibus quot Mars. coit diebus CCCXCVIII.

Saturnus

Saturnus Phænon appellatus, abſoluitur annis XXX. diſcurrit partibus duabus. coit diebus CCCLXX.

Apſides

Summæ Apſides ſunt hæ, Sol in Geminis, Luna in Sagittario, Venus item Mercurius in Capricorno, Mars in Leone, Iupiter in uirgine, Saturnus in Scorpio, in medijs ſignorum partibus iam inde Plinij temporibus. Sed & alias Apſidum altitudines immobiles à proprio centro omnes etiã habere contingit. Solem in Arietis parte XXIX. Lunam in Tauri IIII. Mercurium Virginis XV. Venerem piſcium XVI. Martem Capricorni XXVIII. Iouem Cancri XV. Saturnum Libræ XX.

Catholica

Iam illa planetarum Catholica ſunt. Retrogradi quum ſolem uerentes à curſu proprio retrocedunt: ſuperiores triquetra diſtantia, inferiores minore. Directi quum reuertuntur. Stationarij quum ſtare uidentur in prima & ſecunda ſtatione: prima item & ſecunda poteſtate accepta. Præterea tardi et minuti curſu, quum linea ueri motus eorum tardius quàm linea medij motus, aut contra ſucceſſionem mouentur. Aucti numero quando æquatio additur ſupra medium motum. Minuti uerò quando minuitur. Aucti lumine quum recedunt à Sole, uel Sol ab eis. Minuti lumine quum ad ſolem accedunt, aut Sol ad eos. Orientales & matutini, quando ante Solem oriuntur. Occidentales & ueſpertini, quando poſt Solem occidunt. Orientes ortu matutino ſunt, qui de ſubradijs exeuntes ob remotionem eorum à Sole, uel Solis ab eis, mane ante ortum Solis apparere incipiunt. Orientes ortu ueſpertino, qui de ſubradijs exeuntes ob remotionem eorum à Sole ueſperi poſt Solis occaſum apparere incipiunt. Occidentes occaſu matutino ſunt qui radios ſolis ingredientes ob eorum ad ſolem adceſſum mane occultari uidentur. Occidentes occaſu ueſpertino, qui Solis radios ingrediuntur, & ob adceſſum eorum ad Solem, aut Solis ad eos, ueſperi poſt Solis occaſum occultari incipiunt. Tres autem ſuperiores nec occaſu matutino occidunt: nec ortu oriuntur ueſpertino. Zodiacus à Columella ſub Auguſto VII. circiter partes proceſſit: nã VIII. Calend. Ianuarij octaua pars erat, ut ipſe ait, Capricorni quando ſolſtitiũ: & VIII. Calen. Aprilis erat octaua pars arietis, quando æquinoctium uernum: nam in octauis partibus ſolſtitia, & æquinoctia ponit ut agricola. Hipparchus autem & reliqui Mathematici in ſignorum principijs.

De orbibus ſuperioribus

Reliquum eſt ut ſuperiores cõtemplemur. Neoterici multis rationibus, Ptolemæo nonæ repertæ primum ſphæræ, decimã adhibuerunt loco primi mobilis: cuius ſit motus unus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tus unus tantum ac ſimplex,quo cæteri inferiores motu diurno feruntur. Nonam uerò ſecundum mobile uocant, à qua octaua ſphæra ſecundo mouetur,quantum conijcere licet,ſupra polos eclypticæ ſecundum ſignorum ſucceßiones annis C C.parte tantum una.Hic motus Apogæorum & ſtellarum fixarum Ptolemæo dicitur: & eſt arcus Zodiaci primo mobilis inter caput Arietis primi mobilis: & caput Arietis nonæ ſphæræ.Superficies nanque eclypticæ nonæ ſphæræ ſemper eſt in ſuperficie eclypticæ primi mobilis. Octauæ itẽ tertius eſt motus proprius,quẽ trepidationis uocant, ſiue adceſſus et receſſus:fitq; ſupra duos paruulos circulos in cauo latere nonæ ſphæræ æquales:in principijs Arietis ac Libræ eiuſdẽ.Eclyptica quoq; octauæ ſphæræ eclypticam nonæ intercidet, ſi forte intercidere continget. Velocitatis autem huius norma hæc eſt, ut quælibet duarum notarum, Arietis uidelicet & Libræ curſum ſui parui circuli, in quo circumfertur ſpatio V I I.milium annorũ perficiat.Nam & characterem quẽdam Zodiaci et eclypticæ cũ eiſdẽ animalibus diſtinctum: non tamen ex aſtris, ſed eorum ſimilitudine ponunt etiam in nona & decima ſphæra,ubi magna uis prognoſticorum conſiſtit:qui quoniã ignoretur,nõ ſatis uera iudicia à Mathematicis tradi. Duplicem igitur eclypticã ponunt: fixam in nona, mobilẽ in octaua, quæ à capitibus fixorũ tropicorũ nunc ad orientem,modo ad occidentem partibus I I I I.X I X.diſcedit. Omnino indeprehenſa eius uariatio,alijs alia putantibus: quibuſdã X C.annis V I I.partibus ultro & totidẽ citro uariari: Albategno an.L X.partẽ unã ad orientẽ procedere: Alphragano centũ exiſtimãtibus.

Phænomena octauæ ſphæræ

Ipſius autẽ octauæ ſphæræ Phænomena,quæ nos imagines uocamus, X L V I I I.eſſe Arati Hygini Ptolemæiq; autoritate palã eſt. In quibus continentur aſtra fixa M.X X I I.Ex his C C C L X. uerſus Boream extra Solis uiã figuras X X I.conſtituunt, uidelicet Vrſam maiorem & minorem,quæ Cynoſura uocatur.Inter hæc ſerpentẽ mediũ.Deinde Cepheum,Caßiopeam,Coronam,Herculem,Olorem ledæũ,ſeu uulturem cadentem:Pleiades,Arctophylacem, ſiue Bootẽ,ſiue arcturũ:Perſeum cũ Gorgonis capite, Aurigã ſiue Agitatorẽ,Ophiuchum ſiue Anguitenentẽ, alterũ anguẽ, Sagittam,Aquilã,Delphinum,Equum primum,equum ſecundum,Andromedã,Deltacon, Triangulũ. Stellæ uerò C C C X L V I.in ipſa uia Solis X I I.Zodiaci ſigna conſtituũt. Reliquæ C C C X V I.ad auſtrũ cõſtitutæ X V.faciunt figuras, uidelicet magnum Cetum,deinde Orionẽ cum gladio, Nilũ uel Eridanum fluuium,Leporem,Canem maiorem,Canem minorem,ſiue Caniculã:Argo nauim,Arã,Craterẽ, Coruũ Apollineũ,Chironẽ Centaurũ,Hydram,Thuribulũ, Auſtrale ſertũ, Piſcem Auſtralem.Sunt item alia plura extra normam aſtra, quorũ Canones ignorantur.Illud poſtremo non ignorandum, minimum in cœlo aſtrũ uniuerſa terra longe maius eſſe compertum.

Inſtrumenta Mathematica

Inſtrumenta Mathematica,alij alia inuenerunt, ut autor Vitruuius.Beroſus Chaldæus ſcaphẽ ſiue hemiſpheriũ, Ariſtarchus Samius diſcum in planitie, Eudoxus aſtrologus Arachnẽ,Apollonius Paretinum, Archimedes ſphærã & cylindrum.Ptolemæus omnia interpolauit. Nec aſtrolabium alterius putauerim inuentum: quamuis Hali Abraamo referat, Poſteriores uerò ex multis inſtrumentis ſimul ordinatũ conſtituerunt ut apparet.Nam ex quadrante conſtat & aranea & dioptra,quanquam quadrantem Iſraëlis uocatũ Iacob Hebræi adſignent.Hoc in annulo nuper inſculpſit Bonetus medicus è prouincia Rabi Hebræorum,qui nũc urbem obequitat: miro artificio rem totam tam breui ſpatio complendo.

AD IVLIVM II. VRBIS ROMAE EPISCOPVM SANCTISS.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER XXXVI.

ARISTOTELICA.

EXPLICATIS reliquarum artium fundamentis, reſtat parens omnium ac princeps Philoſophia,quã tantum ſubodorari torpentis atque inepti, tractare etiam temerarij fortaſſe fuerit, quum eius enarratoribus præclaris ſint omnes refertæ bibliothecæ. Itaque nihil mihi potius uiſum,quã eius me præſidis autoritate tueri: nec tantulum ab eiuſdem abſcedere ueſtigijs:quapropter hæc Ariſtotelica peripſemata quocũq; modo ex uarijs utriuſq; facultatis autoribus uoluminatim in tris libros,more paraphraſtæ conieci:ſic enim inſcribi malui,quãdo quiſquilias ex eo tantum legimus:penitiora uerò illis reliquimus, qui hæc gryphis Cleantheis,aut tendiculis Chryſippeis,ne dicã Ockanicis, aut Raimundeis,excarnificãt:quod æquius à me tolerandum, qui hæc quaſi Iſagogica ac progymnaſtica grammaticis & oratoribus eius expertibus lectionis dicaui. Quibus Papa beatiſſime Mariũ fratrẽ fas adhibere fuerat, ut qui ab ipſis unguiculis hunc philpſophum conſectatus, iam nunc ferè cum tota ipſius familia in cõpedibus habeat, ſi per uigilẽ curam uaticanæ baſilicæ,quam ei nuper delegaſti,licuiſſet.Nec his nunc primum tyro inter tuos manipulares, adeoq; ante hos annos tuã dignitatem te abſente tutatus eſt, ut difficilimis tẽporibus ſacri officij tui decus & autoritatem,quo ad eius fieri potuit, minime labefactari ſit paſſus.Sed rem iam proſequar inſtitutã.

Philoſophiæ diuiſio

A partitione igitur auſpicãdum:Totius enim diſciplinæ huius ratio,ut ait Simplicius,in Practicã ac Theoricã diducitur.Finis alterius uerum,alterius bonũ.Prima rurſus in Ethicam,Oeconomicã,et Politicam diuiditur:ac omnis legibus & formulis conſtat:quibus & nos ipſos & domũ & Remp. regimus. Theorica in Logicã,Phyſicam,Matheſim,& Metaphyſicam. Logica uerum à falſo diſtinguit.Phyſica in rebus uerſatur & hypoſtaſi & mẽte in materia cõſiſtentibus. Metaphyſica,ſiue Theologia,in rebus & hypoſtaſi & mente & materia ſecretis. Matheſis uerò inter utranq; ſita rebus in mẽte,ſed nõ hypoſtaſi à materia ſecretis ueluti numeri & figuræ.Neq; quiuis numerus ſiue triãgulus ſine materia ſubſiſtere ullo pacto poteſt: ſed aut in ligno, aut in lapide, aut in ære hypoſtaſim habet. Mẽte uerò aut cogitatione poterunt à materia ſecerni.

Matheſis

Vnde Matheſis,ut placet quibuſdam,dicta quaſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

quaſi metathesis, id eſt, tranſpoſitio & quodã modo trãſitio per res quæ in materia ſunt ad eas quæ ſine materia. Matheſis enim omnis quantũ cõſiderat, ſiue continuũ, ſiue diſcretum.

Continuum

Continuũ id eſt, cuius partes cõmunem aliquẽ locum attingũt, uidelicet punctũ terminus eſt mediæ partis lineæ, & reliquæ mediæ principiũ.

Diſcretum

Diſcretũ, cuius partes aliquẽ cõmunem locũ minime cõtingunt. Vt tria, quatuor, ſex, per ſe diuiſa ſunt unitatibus. Rurſus diſcretũ aut eſt per ſe ſimplex, ut par aut impar numerus, in quo Arithmetica uerſatur: aut aliud reſpicit: ut duplũ, epitritũ, ſeſquialterũ, in quo muſica cõſiſtit. Quantũ item cõtinuum aut immobile, ſicuti terrã Geometria, aut mobile, ut eſt cœlũ Aſtrologia metitur. His breuiter enarratis ab ipſis moribus auſpicari oportere iuuentutẽ, quæ philoſophiæ addicitur, idẽ autor adhortatur, quũ fruſtra ſcientiæ naturalis aut diuinæ meditationẽ tentemus, niſi prius cupiditates animi prauas abijciamus.

IN ETHICA.

OMnis ars, omniſq; doctrina, actio quoq;, & electio, bonum aliquod ut finem appetere uidẽtur. Finium autem aliqui ſunt artes, aliqui præter artes opera quædã reſtantia. Quorum uerò reſtant opera, ea ſunt artibus potiora: ut, medicinæ ſanitas, & militaris uictoria. Finis autẽ eorũ qui propter ſe expetitur: alia uerò propter ipſum, hoc erit ſummũ, hoc eſt humanũ bonum ac politicæ ſcientiæ finis: quæ quãuis ſit unius hominis pariter & ciuitatis, perfectius tamẽ ciuitati contingit. Ex quo prudentia cõdendæ legis in ea principatũ inter agibilia continet, quòd hæc cæteris artibus præcipiat.

Voluptaria uita
Actiua
Contẽplatiua

Quumq; triplex ſit uita, Voluptaria, Actiua, & Contemplatiua. Prima belluarũ eſt: ultima rerũ cognitioni: media morali cõuenit uirtuti: quæ uti fiat traditur, non ut ſciatur tantum. De qua ſermo non exactus neq; apodicticus erit: quum de ſingulis ſcientia non exiſtat ob officiorum artiumq; humanarum uarietatem.

Officium hominis idẽ ſummum bonum

Felicitas tamen deprehendetur, ſi officium hominis idem & ſummum bonum definiatur. Eſt enim quoddam proprium hominis officium, ſicuti reliquorum artificum: hoc eſt, animi actio ſecundum uirtutem. Si plures uirtutes, ſecundum optimam & in uita longa. Nam una hirundo uer nõ facit, neq; una linea geometram: ſic neq; una dies, neq; breue tẽpus beatũ aut felicẽ. Non requirenda cauſa in omnibus ſimiliter. Sat erit in quibuſdã, quantum rei patitur natura, eũ qui docetur, cauſas exquirere. Nã principia quædã inductione ſunt, quædã ſenſu: & alia item aliter.

Videtur autẽ principiũ eſſe plus quàm dimidium: ueritati nanq; cõgruunt omnia, mendacio celeriter uerum abſcedit.

Triplicia bona

Trifariã bona diuidũtur: Externa, corporis, Animi. Hæc ultima potiora & propriè bona dicũtur: nihil enim firmius quàm actiones animi ſecũdum uirtutẽ, quæ ſciẽtijs ipſis ſtabiliores exiſtũt. Itaq; qui eas adamauerit, uir bonus ac grauis fuerit: nec uoluptate ſecundũ uulgus indigebit, quum magna per ſe fruatur. Sed agat neceſſe eſt, quare & dormiẽs, & nihil agẽs felix eſſe nõ poterit: haud aliter quàm in Olympia nõ fortiſſimi, ſed qui certant, coronãtur. Præterea rẽ hanc, ut diuinam, ac omnium optimã, non ex fortuna, ſed ex Dei munere, ac noſtra diligẽtia, exercitationeq; paramus, perfecta utendo ratione: ex qua neq; bruta, neq; pueri, niſi fortè ob ſpẽ, felices eſſe nequeunt. Felix inſuper nunquam miſer eſſe poterit, etiã ſi in Priami calamitates inciderit: licet nõ omnino beatus. Nam & corporis & externis bonis ad perfectam felicitatẽ opus eſſe palam eſt, quòd per ea, quaſi per inſtrumẽta, egregiè multa faciamus: neq; agi præclara poſſint ab eo cui deſunt facultates. Quapropter Solonis opinionẽ confutat, qui dicebat, quòd nemo beatus ante obitũ dici ſupremaq; funera debet. Primò, ꝙ (ut ſuprà narratur) aduerſa fortuna minime felicitatẽ tollit: deinde ꝙ poſt mortẽ nulla felicitas, quũ ea in actione qua defunctus priuatur, cõſiſtat. Sed neq; beatus qui fuerit in uita, ꝙ res aduerſæ proximorũ ad eũ uel extinctũ pertineant, ſi & illæ uiuo nocebunt. Poſt hæc ait, felices à miſeris dimidio uitæ, hoc eſt, ſomni tẽpore, nihil diſtare: eſt enim ſomnus animi otium.

Animæ partes Rationale, & Irrationale. Hoc ultimum uegetabile minime rationis particeps: alterum uerò in Intellectu & Appetitu, qui tantum particeps rationis fuerit, quãtum illi obtemperauerit. In hoc tanquam in ſubiecto habitus uerſantur morales. In intellectu autem Ingenium, Sagacitas, Memoria, Solertia, & huiuſcemodi uirtutes. Quumq; de moralibus agatur, nec ingenioſus, neq; ſolers, ſed modeſtus, iuſtus, pius tantum felix extiterit. Libro II.

Partes animæ

Duplici exiſtente uirtute, Intellectiua & Morali: prima ex præceptore plus habet augmenti: ideo & experientia indiget & tẽpore. Moralis uerò ex conſuetudine (unde nomen eſt ei) procedat oportet. Ex quo manifeſtum quòd illa nobis à natura nõ eſt: nihil enim quod à natura ſit aliter aſſueſcit, ut lapis deorſum, ignis ad ſuperna tendens. Præterea ex ſimilibus actibus habitus fiunt, & corrumpuntur, ut bene citharizando boni, male autem mali efficiuntur citharœdi. Eadem de iuſtis & iniuſtis ratio adſueſcendo. Non ergo ex natura quæ ad oppoſita uim non habet. Igitur neque natura, neq; præter naturam eſt uirtus moralis. Verſatur autem circa Voluptates & Dolores. Etenim ob uoluptatẽ improba admittimus, & ab honeſtis ob dolorẽ abſterremur.

Tria ſunt quæ in animo gignuntur: Affectus, quos Græci πάθη uocant: Potẽtiæ, & Habitus. Affectus uocat, dolore gaudioq;, & his ſimilibus affici. Potentias per quas gaudere, dolere, iraſci habiles aptiq; ſumus. Quorum neutrum eſt uirtus, relinquitur ut ſit habitus, per quos erga affectus bene ac male nos habemus. Quumq; in artibus ſcire tantum ſat exiſtat, in his & ſcire, & eligere, tũ perſeueranter agere oportebit.

Affectus
Potentiæ
Habitus

Virtus igitur eſt habitus electiuus in medio cõſiſtens, quo ad nos ratione terminata. Quo ad nos uidelicet, quando, & in quibus, & erga quos, & cuius cauſa, ut oportet.

Virtus quid

Nam eſt medium rei quod æqualiter diſtat ab extremis: ut ex decem minis ſex diſtant æqualiter à medijs. Non enim ſi cui decem minas comedere multum eſt, duas autem parum, ludi magiſter ſex ei tradet. Nam ueterano parum, tyroni uerò nimis fuerit. Nam ſicut ſe habet robur tyronis ad ueteranum, ſic ſe habere debet cibus. Hoc medium difficile inuenire. Nam malum quidem infinitum eſt. Bonum autem ut finitum, ut Pythagorici tradunt.

De medio inueniendo

Virtutis quoq; una uia: uitiorum multæ. Extrema medijs ac inter ſe cõtraria ſunt. Extremorum item alterum magis ac minus medio contrarium: ut timiditas magis quàm audacia fortitudini opponitur. Ex parte autem noſtra ea magis contraria uidentur, ad quæ proniores ſumus. Remedium ut alteri extremorum contrario propendeamus, tanquam qui ligna flexa rectificant: ut dicitur apud Homerum Odyſ. XII. Vlyſſi ex monitu Circes:

Τούτου μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔργε νῆα.
Hoc procul à fumo fluctu quoq; diripe nauem.

Id maxime adſequemur, ſi diligentiam adhibuerimus, ac maxime à uoluptate abſtinuerimus: ut item apud eundem poëtam de Sirenibus:

Σειρήνων μὲν πρῶτον ἄνωγει θεσπεσιάων
φθόγγον ἀλεύασθαι, καὶ λειμῶν' ἀνθεμόεντα. Et rurſus.
Σειρῆνας μὲν πρῶτον ἀφίξεαι, αἵ ῥά τε πάντας
Ἀνθρώπους θέλγουσιν, ὅτις σφέας εἰσαφίκηται.

Enumerat deinceps uirtutes. Fortitudo media inter timiditatem & audaciam: Temperantiaq; inter intemperãtiam, & ἀναισθησίαν, id eſt, inſenſibilitatẽ: Liberalitas inter auaritiã & prodigalitatẽ: Magnificẽtia circa ſumptus magnos.

Virtutes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Cuius defectus μικρόπρεπον, id eſt, paruus decor & infra dignitatẽ cuiuſq;: ac πειροκαλόν. Leonardus hæc duo modicitatẽ & uulgarẽ uẽtoſitatẽ cõuertit. Magnanimitas in magnis honoribus inter ἀχαυνότητα, id eſt, uaſtitatẽ potius quã uentoſitatem: & μικροψυχίαν, id eſt, puſillanimitatem.

In medijs honoribus nõ inueniuntur extremorũ nomina: poteſt tamẽ dici Philotimus, id eſt ambitioſus, & Aphilotimus, id eſt, procul ab ambitione ſiue remiſſus. Manſuetudo inter iracundiam, & ἀοργισίαν, id eſt, ſegnitiem: & ſi dici poteſt inirascibilitatem. Veritas ſiue grauitas inter Ironiam

Eutrapelia

& ἀλαζονίαν, id eſt, iactantiam. Eutrapelia, quã lepôrem dixerim potius, quàm comitatem: inter ruſticitatẽ & ſcurrilitatem. Amicitia, ea quæ in uerbis tãtum, cum de altera in VIII. dicatur, inter adſentatorem & dyſcolũ, id eſt, contentioſum, ſiue difficilẽ. Verecundia quanquã adfectus, nõ uirtus ponitur, tamen laudatur, ac inter impudentẽ & atto-

Nemeſis

nitũ collocatur. Nemeſis (quæ indignatio conuerſa eſt, uidelicet erga improbitatẽ) inter inuidiã & ἐπιχαιρεκακίαν, id eſt, malum gaudium, ſiue malorum gaudium.

Libro III. De Voluntario, Electione, Conſultatione, Voluntate, ac Fortitudine diſſerit.

Videntur illa inuoluntaria, quæ per uim uel ignorantiam perpetrãtur. Violentum eſt, cuius principiũ extra tale eſt, in quo agens uel patiens nihil confert, ueluti ſi tracti aliquò feramur. Quæ autẽ metu maioris mali fiant, inuoluntaria quidem non ſunt, quòd agendi principiũ in nobis ſit: nec tamen per ſe uoluntaria, quòd nemo ſponte tale quid faceret.

In huiuſcemodi caſibus trium generum homines. Primi laudantur, qui pro honeſtiſsimis laborioſum aliquid minime ſubterfugiunt. Secundi uenia digni, qui ſubterfugiunt. Tertij penitus damnandi, qui iuſsi mala perpetrant, cum extrema omnia potius pati deberent, ut Alcmeon apud Euripidem, qui patre impulſore matrem occidit.

Per ignoratio nem agere

Quod per ignorationem fit, non omnino uoluntarium: ſed illud uoluntarium, cuius poſtea nos minime pœnitet. Præterea ſi proprijſsima ac principaliſsima ignorentur, ut quid eſt, aut cuius gratia. Aliud enim per ignorationem aliquid agere, aliud eſt ignorantem eſſe.

Ebrius & iratus

Ebrius & iratus ignorantes faciunt. Ignorat enim omnis flagitioſus quid facere oportet. Itaq; Pyttacus duplici pœna mulctabat ebriũ, qui facinus aliquod admiſiſſet, quòd in eius fuiſſet poteſtate ebriũ non eſſe, deinde ob malũ perpetratũ.

De electione

Electio, id eſt, προαίρεσις uoluntarium apparet eſſe. Non item omne uoluntarium electio. Nam repentina quidẽ, & ea quæ à pueris fiunt, uolũtaria profectò ſunt: electionem uerò

Spontaneũ, & uoluntarium

non habẽt. Rectiuſq; ſpontaneũ dicimus in beluis & pueris, quàm uolũtarium, id eſt ἑκούσιον καὶ βουλητὸν ſecundum Græcos. Præterea electio non eſt eorũ quæ fieri nequeunt: ut

Opinio

uelle immortalitatẽ: neq; item opinio eſt. Opinio enim magis circa omnia quæ ſupra nos, quàm quæ in nobis ſunt: diſtinguiturq; in uerã & falſam: Electio uerò in bonã & malam. Poſtremò, uolũtas finis eſt magis, Electio autẽ eorum quæ ſunt ad finẽ: ut, ſanos nos eſſe uolumus & felices. Eligimus autẽ illa per quæ ea cõſequamur. Electio igitur eſt cõſulta adfectatio eorũ quæ à nobis fieri poſſunt. Et quoniã

De conſultatione

electionẽ cõſultatio præcedit, de cõſultatione diſſerit: dicitq;, quòd eſt inueſtigatio de his quæ à nobis fieri poſſunt, quorũ incertus inuentus. Neq; enim de finibus conſultamus, ſed de his quæ ſunt ad finem. Medicus non conſultat, ut ſanũ faciat: neq; orator, ut perſuadeat: neq; gubernator, uti bene Rempublicam inſtituat: ſed uenitur ad primã cauſam, quæ in inuentione ultimũ eſt. Nam quod ultimum in reſolutione, primum in generatione. Verbi gratia, ſi de pace tractandum, media ſunt, oratores mittendi, & propter hoc ſenatus cogendus, & hic actus ultimus quidem in conſultatione, primus in executione fuerit. Et de electione quidem ſatis.

Volũtas igitur eſt eius qui eſt finis. Sed finium alij quidem boni uidentur eſſe, alij apparentes boni. Re uera boni tantum uoluntas eſt, uir enim ſtudioſus ſingula recta iudicat. Multitudinẽ uerò uoluptas, & ſua libido decipit, ut licet bona nõ ſint, ei uideantur: ut ſanis ſalubria quidem ſunt quæ re uera ſunt, ægrotis autem alia. Præterea neq; ignoratio, neq; ingenij tarditas aliquẽ excuſat, cùm nullus ignorare debeat, qui ex actibus habitus ſint. Abſurdum eſt enim dicere graſſantẽ nolle iniuſtum eſſe, neq; flagitia patrantẽ flagitioſum. Quin ea punitur pœna uel maxima iniuſtus, ut habitu iam facto ſi iuſtè uelit agere non poſsit. Sicuti ægrotus qui medico non obtemperauerit, in ualetudinem incidit: & ſemel demiſſus lapis retineri non poteſt: ſic flagitioſo cui licebat ab initio talem non eſſe, poſt longam conſuetudinem reſipiſcere non eſt, ex quo fit ut nolens peccet. Et hoc docens Ariſtoteles tacite Platonem confutare uidetur qui dicebat, Nemo nolens improbus, neq; inuitus felix. Quorum alterum ſecundum Ariſtotelem falſum eſt, alterum ſatis ueriſimile.

De Fortitudine

Deinceps de Fortitudine diſſerit, quæ circa timores & audacias uerſatur. Fortis proprie dicitur circa honeſtam mortẽ, & quæcunq; illam repente afferunt. Ira honeſta cum ratione maxime fortitudinẽ adiuuat. Mortẽ oppetere ob fugiẽdos labores nõ fortis, ſed mollis potius animi eſt. Itẽ qui pudoris aut metus cauſa pericula ſubit, nõ proprie fortis, ſicut apud Homerum Hector. Si quẽ ego procul à pugna adſpexero, nõ ei ſat erit aufugere aut cauere. Socratẽ deinde cõfutat, qui dicebat fortitudinem eſſe ſcientiã rei militaris, ac in arte potius, quàm in animo conſiſtere: ob quã cauſam imbelles fortiores eſſe quãdoq; quàm audaces. Poſt hæc dicit cõfidentes etiam ob ſucceſſum rerũ non proprie fortes eſſe: cõfidunt enim ſolitæ fortunæ, cùm & timidi ſint etiam quãdoq; bona ſpe. Difficilius laborioſa pati, quàm aggredi difficilia: Et triſtia ſuſtinere, quàm à uoluptate abſtinere.

Poſt fortitudinem de Temperantia pauca narrat, quæ in delectatione tactus & guſtus, in alijs uerò impropriè dicitur. Sed de hac plenius in ſequentibus.

De Liberalitate

Lib. IIII. De Liberalitate in principio diſſerit, quæ circa pecuniam mediocritas eſt. Cuius uirtus in ſumptu conſiſtere uidetur. Nam cuſtodia magis poſſeſsio eſt. Magis igitur liberalitas fuerit dare, quibus oportet: quàm nõ accipere unde non oportet. Quòd magis uirtutis bene dare, quàm bene accipere ſit: ac pulchra facere, quàm à turpibus abſtinere. Sed habet cautiones: ut honeſti gratia detur & hilariter ac ſecundum facultates. Non enim in multitudine datorum, ſed in animo dãtis ea conſiſtit. Illud uerò nõ facile, ut liberalis quiſq; dicatur, cum non accipiat, nec acceptum cuſtodiat.

Magnificentia

Deinde Magnificentia, quæ in magnis ſumptibus conſiſtit, uidelicet in theatralis pompæ ludis, epulis publice, templis, in domeſtica quoq; ac ſumptuoſa ſupellectile, in quibus magis quæritur operis pulchritudo, quàm quid conſtet. Ex quo palàm eſt pauperem magnificum eſſe non poſſe. Extrema eius ſuprà libro ſecundo enarrata.

Magnanimus

Magnanimus quoq; circa magnos honores, qui maximũ eſt inter externa bona, dijsq; tribuitur. Quapropter bonum uirũ eſſe oportet, eum qui his dignus cupit eſſe, ſummumq; morum uirtute locũ quærit obtinere. Nam ſine uirtute perfecta, bona externa poſsidens nequaquam magnanimus erit. Habet autẽ has proprietates. In primis liberalitate dãtes excedere cupit, dare cuiuis promptus. Adfectus enim beneficio adficiente inferior eſt. Ex quo Thetis apud Homerum pro Achille precans beneficia eius non cõmemorat, quæ tulit ei dum Briareum gigantẽ concitauit cõtra cæteros deos qui ei regnũ auferre uolebãt. Neq; Lacedæmonij ſuperati à Thebanis auxilia ab Athenienſibus petẽtes, beneficia eis impẽſa

comme

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

commemorauerunt. Prætereà magnanimus palam amat atq; odit, minime rogator, cõtemptor potius, audax, uerax, minime oblocutor, minime admirator, nec odij tenax, nec querulus, nec adulator, nec ſub alio niſi ad amicum facile uiuit. Extrema eius, animi uaſtitas & puſillanimitas.

Mediocres honores

Circa mediocres honores uirtus eſt abſq; nomine, quæ eſt inter duo extrema, emphilotimiam, id eſt, ambitionem, & aphilotimiam, id eſt, honorũ negligentiam aut remiſsionem. Quæ uirtutes quandoq; uertuntur, ut alter honeſtè appetens & uirilis, & alter modeſtus uocetur.

Manſuetudo

Manſuetudo inter iram & ſegnitiem. Eius tres ſpecies. Excandeſcentia, quæ ſubita ira eſt, citoq́; extinguitur. Amaritudo & acerbitas diu retinetur, ac contra ius, nec deſeritur niſi pœnas repetat. Amicitia quæ in uerbis eſt iucunditatem aut moleſtiam parit. Extrema, Contẽtioſus & Adſentator. Si in omnibus placere ſtudet ἄρεσκος, id eſt, placidus: ſi contendit aut moroſus eſt, dyſcolus.

Veritas

Veritas quoq; inter Oſtentationem & Ironiam. Ironiæ uerò duplex genus.

Qui more Socratis ſua extenuãt nõ nimis patentia, ut boni ſunt. Qui uerò parua quæq; ac manifeſta fingunt, glorioſi potius uidentur & infaceti: ueluti Lacedæmoniorũ ueſtitus.

Lepidus inter ruſticum & ſcurram.

Verecundia

Poſtremo de Verecundia, quæ potius adſectus eſt, & in corpore ueluti timor. Signa ſunt quòd ex altero quis palleſcit, ex altero rubeſcit, quæ quidem adoleſcentium uirtus eſt: uiris autem aut ſenibus minimè conuenit.

Iuſtitia

Lib. v. de Iuſtitia continuò diſſerit, quæ aliena uirtus eſt. Optimus enim nõ ſibi ſolum, ſed & alijs uiuit. Ipſa quoq; nõ pars uirtutis, ſed tota uirtus eſt. Neq; enim iniuſtitia pars uitij, ſed totũ uitium. Eſt altera quæ pars uirtutis eſt. De qua diſſerit in hoc libro. Cuius duæ ſpecies, una in diſtributione honoris & pecuniæ, ac aliorũ omniũ quæ ciuibus cõmunia debẽtur: altera quæ in cõmutatione atq; in cõmercijs hominũ conſiſtit. Et huius partes duæ. Cõmercia quædã uoluntaria, ut emptio, uẽditio, & ſimilia. Quædã inuoluntaria. Et horum rurſus quædam clandeſtina, ut furta, adulteria, & alia: quædã uiolẽta, ut uincula, rapinæ, uerbera, cõtentiones, & his ſimilia. Iuſtum igitur in quatuor cõſiſtit, eſſe medium, & æquum, & quibuſdã, & ad aliquid. Quo ad mediũ quorundam eſt, hæc ſunt plus & minus. Quo ad æquum ſiue æquale, duorũ eſt. Quo ad iuſtum, quibuſdã, & ad aliquid. Quibus autẽ iuſtum cõtingit: duo ſunt, & in quibus res duæ: & eadẽ eſt æqualitas quibus & in quibus. Iuſtũ enim in diſtributione cõſiſtit. Omnes enim pro dignitate cuiq; ſua eſſe oportere fatentur. Dignitatẽ autem non eandẽ eſſe dicũt. Eſt enim iuſtum analogũ. Analogia uerò æqualitas eſt rationis, & in quatuor minimis, uidelicet ut unum ad duo, ſic tres ad quatuor. Et uice uerſa, ut unũ ad tres, ſic duo ad quatuor. Sicuti totũ ad totum, quam proportionẽ geometricam uocãt. In cõmutatione autem iuſtũ æquale non ad aliquid: & iniuſtum inæquale ſecundũ arithmeticam proportionẽ. Nil enim reſpicit utrũ bonus aut malus abſtulerit: neq; utrum bonus adulterium cõmiſerit an malus. Sed ad damni differentiã lex tantũ reſpicit. Itaq; Correctiuũ iuſtum fuerit: mediũ damni aut lucri. Ideo quando dubitant, ad iudices cõfugiunt, inuentusq; ex lege nummus (ut planè nomen indicat) ut menſuras rerũ adæquaret: inæqualitatẽ ad æquũ iuſtumq́; redigeret. Pythagorici haud bene diffiniunt iuſtũ id quod retributũ ſit alteri, quod minime cõgruit, nec iuſto diſtributiuo neq; correctiuo. Nam eo pacto ſi iure percuſſerit, repercutietur etiã iure. Sed in omnibus ſocietatibus & cõmercijs huiuſcemodi iuſtum cõtinetur, in quod recipitur ſecundum proportionẽ, non ſecundum æqualitatem. Nam in hoc maxime ciuitas cõſiſtit. Remunerandus enim quiſq; pro dignitate, proq́; meritis ac labore. Igitur nummus, ut dixi, menſuram adæquat. Neq; enim citra permutationem ſocietas eſſet: neq; permutatio ſine adæquatione, neq; adæquatio ſine menſura.

Poſt hæc de Iuſto Ciuili. Quod inter eos conſiſtit, inter quos imperandi atq; obtemperandi uiciſsitudo eſt: non autem in eodem quod quiſq; intulit alteri, ſuſtinendo. Sed diſtributiuum eſt, & commutatiuum. Iuſtum inſuper eſt aliud Oeconomicum. Ius ciuile, alterũ naturale apud omnes, quod ſemper eandem uim habet. Alterum legitimum, quod lex iuſsit. Differunt autem Iniuſtum & Iniuria: & Iuſtum & Ius. Iniuſtum natura & ordine, nec dicitur antequam fiat. Poſtquam factũ eſt iniuria fuerit. Eodem modo ius. Sed communius pro quocunq; iuſtitiæ actu. Specialius quoq; pro iniuriæ correctione. Accidit itẽ ſæpe, ut iniuſta faciat quaſi non iniuſtus, ut quando uidelicet non ſponte peccat. Iuſtum ciuile

Quapropter triplex in rebus humanis iniuria: aut eſt ab inuito, aut à uolente, aut ab eligente. Primò per ignorationẽ committitur, ac uenia dignum: quando nec quod, nec quomodo, nec cuius gratia intelligebat, hoc egit. Quando igitur præter propoſitum nocetur, Infortunium eſt: quando autem non præter propoſitum, ſed ſine malitia, Error appellabitur. Errat enim, quod in ipſo primum cauſa eſt. Aduerſa tamen utitur fortuna extrinſecus. Sed quando ſciens quidem, ſed non cum animi deliberatione facit, Iniuria eſt: cuius generis ſunt omnia quæcunq; per iram aut cæteras perturbationes animi admittuntur: non tamen illi propterea iniuſti ac mali: non enim ob improbitatem admiſerunt. Sed quando cum electione, iniuſti & improbi. Iniuria triplex

Inuoluntariorum autem alia ſunt, in quibus uenia locum habet, alia minime. Nam quæcunq; non ignorantes ſolum, uerum etiam per ignorationem admittimus, ignoſcẽda ſunt. Quæcunq; uerò non per ignorationem, ſed ignorantes quidem, uerum propter animi perturbationem non naturalem, neq; humanam, non ſunt ignoſcenda. Inuoluntaria

Poſt hæc dicit quemadmodum aliquis uolens læditur, & iniuſta patitur, ſed nõ iniuriam. Nulli enim uolẽti iniuria fit. Nam Glaucus apud Homerũ, quòd arma aurea cum ferreis mutauerit, iniuria ei facta nõ eſt, quòd donare fuerit in ſua poteſtate. Patet igitur quòd accipere iniuriam minime uoluntarium eſt. Dubitatur etiã an iniuriatur, qui plus tribuit præter dignitatem, uel qui plus accipit, uidetur enim in tribuente eſſe. Deinceps de ea diſſerit parte, quam ἐπιείκειαν Græci uocãt, Latini Aequũ & bonũ, quæ emẽdatio legis eſt, qua omiſſum erat propter uniuerſale. Nam agibilia nõ poſſunt adeo uniuerſaliter cõprehendi. Ex quo quod illã interpretatur ac moderatur, melius illa ac iuſto legitimo habetur. Indefiniti enim indefinita eſt regula, ſicuti Leſbiæ ædificationis plũbea regula. Nã ad lapidis formã trãſmutatur, & nõ permanet regula. Igitur qui nõ exacte ius in peiorẽ partem interpretatur, ſed ex ſuis cõmodis detrahi patitur: & ſi lege ſe tueri poſsit, hic iuſtus erit, æquumq́; ac bonũ ſeruabit. Aequũ & Bonum

Poſtremò probat, quòd ſibi nullus iniuriã facit: per tranſlationem tamen & metaphoram quandam facit: non ſecundum ciuile iuſtum, ſed ut deſpoticũ, & œconomicum: quando uidelicet pars animæ, quæ ſecundum Platonem animalis, ab ea quæ particeps eſt rationis diuiſa, non dominabitur alteri. Læſus autem ſi iure reddit, non uidetur iniuriam facere. Sed & facere & pati iniuriam utrunq; malum, peius tamen primum. Nam pati citra prauitatem & iniuriam eſt.

Lib. vi. de Prudentia tractat. Duas dicit eſſe animæ partes, rationis uidelicet participem & expertem. Rationis participem in totidem diducit partes, ἐπιστημονικὸν καὶ λογικὸν, id eſt, ſcientificam ſiue cognitiuam, & logicam ſiue ratiocinatiuam. Conſiliari enim & ratiocinari idem. Nullus nanq; conſultat de ijs quæ non poſſunt aliter ſe habere. Itaq; Prudentia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

altera ex his proſpicit ea, quorum principia nequeunt aliter ſe habere: altera uerò quæ ſunt poßibilia. Tria enim ſunt in anima quæ ad actionē ueritatemq; pertinēt, Senſus, Mens ſiue Intellectus, & Appetitus. Horū ſenſus nullius eſt actionis principiū: patet ex beluis quæ ſenſum habēt, actionē minime. Quod autem eſt in Dianœa, id eſt, in parte animæ cognitiua, eſt Affirmatio & Negatio: hoc in appetitu Fuga & Proſecutio. Nihil enim factū in electione ponitur. Verbi gratia: nō eſt eligere Iliū destruere. Ideo rectè Agatho, hoc ſolo Deus priuatur, inquit, quòd facta infecta facere nequit.

Senſus / Intellectus / Appetitus

Quinq; autē ſunt per quæ aiendo aut negādo ad ueri cognitionē quis peruenit. Ars, Scientia, Prudentia, Sapientia, Intellectus ſiue Mens, νοῦς. Scientia eſt habitus demōſtrationis, & quæcunq; alia definitio in Analyticis. Ars habitus cum ratione factiuus circa ea quæ poſſunt aliter ſe habere. Prudentia habitus cum ratione actiuus circa bona & mala quæ homini cōtingunt. Intellectus eſt principiorum, Scientia cōcluſionum, Sapientia amborū. Dicimus & in arte quenq; ſua perfectū ſapientē eſſe, ut Phidiam, Praxitelē. Igitur iſta tria ſunt pretioſißimorū natura. Habent enim diuiniora ſubiecta, uidelicet, ſubſtātias ſeparatas. Prudētia uerò hominē pro ſubiecto & bona ipſius. Non item circa uniuerſalia tātum, ſed etiam ſingularia uerſatur, ut practica. Eſt inſuper potentia quædā, quam uocāt δεινότητα. quæ tali uigore eſt, ut id quod intēdit perficere poßit, modo ſit laudabile: ſi ſecus πανουργία, id eſt, aſtutia potius dicetur. Ex quo prudētes δεινοὺς, & non panurgos, id eſt, aſtutos uocamus: Apud Leonardū non proprie cōuertitur dinotita aſtutiam: Panurgiam dolum. Non enim eſt ipſa potētia, ſed non ſine ea potētia. Ex his patet quòd homo non bonus minime prudens eſſe poteſt. Nam principium agendorū finis eſt, qui intellectū & appetitum mouet, quē profecto finē homo uitioſus, ac planè intemperans minime uidet. Nec mirū, uoluptas enim & dolor in rebus agendis iudicium corrumpunt, licet in ſcientijs nequaquam. Ideo Socrates dicebat, omnes uirtutes prudentias eſſe. Quem profectò errare dicit, ubi uerò uel non ſine prudentia dicebat eſſe, non errare. Nam ille omnes rationes uirtutes eſſe, quòd uirtutes eſſe ſcientias putabat. Ariſtot. uerò non rationes, ſed tantum cum ratione.

Scientia / Ars / Prudentia / Intellectus / Sapientia / Δεινότης / Aſtutia / Principiū agēdorum finis

Lib. VII. Incontinentiā enarrat hoc modo: Circa mores fugiendos tris eſſe ſpecies dicit: Vitium, Incontinentiam, & θηριότητα, id eſt, feritatē rectius quàm immanitatē. Contrariam uerò his uirtutē, Continentiam, & uirtutē quandā heroicam, ac planè diuinā eſſe. Confutat præterea Socratē, qui dicebat, incontinentē per ignorationē agere, nullumq; ſcientem eſſe, quod ſanè durū uidetur. Sed cùm ſcire quis dicatur habitu & actu: ſi ſciens & non cōſiderans, incōtinens eſt, nō mirum: ſed ſi cōſiderans, durum. Per ignorationem item ſciens poteſt eſſe incōtinens ea ratione, qua ebrius & dormiēs, turbata in eo ratione. Præterea cum cōtinentia ſolum ac proprie circa tactus oblectamēta ſit, abuſiue reliquorum etiā dicetur. Videlicet honoris, pecuniæ, iræ. Iræ enim incōtinēs excuſatior, & minus turpis quàm uoluptatis, ceu magis naturalis. Naturalior eſt enim ira hominibus, exemplo illius qui patrē uerberauit, nam & ille ſuum uerberauerat: & hic puer me uerberabit, quaſi gētilis ira in partu eis ſucceſſerit.

Incontinentia

Poſt hæc ponit differētiam Continētiæ, Intemperātiæ, & Mollitiei: cum circa idē uerſentur. Incontinens enim fruitur uoluptate, tanquā ipſa urgente. Mollis cauſa doloris fugiendi, qui ex uoluptatis priuatione prouenit. Cui opponitur cōſtantia: Incōtinentiæ uerò continentia. At Temperati & Intēperati alia ratio: hic enim eligit, incōtinens minime: hic nō pœnitet, ille ſtatim poſt factū. Cumq; finis in rebus agendis, ac uirtute morali ſit principiū: principiaq; tā in actione quàm in ſpeculatione minime probatione indigeant, ſed ita ſint nota, ut in Mathematicis ſuppoſitiones, intēperans circa finem iudicio corrumpitur: ex quo totam deſtruit uirtutē: Incontinens uerò minime. Nam ſi à uoluptate quandoq; uincitur, non tamē in eò uincitur, ut eam imprudenter ac cōtinuò perſequi uelit. Sunt etiam qui perſtant in ſententia, quos uocant ἰσχυρογνώμους, Latine uerò cerebroſos ſeu ceruicoſos, qui ſimilitudinē quandam habent cum continente, ſicuti prodigus cum liberali, & temerarius cum forti: qui tamen potius incōtinentes dicendi ſunt, quòd ob immēſam ambitionem dolent ſuam improbari ſentētiam, tanquam publica decreta. Sunt & nonnulli, qui in ſua ſententia non perſiſtūt, ſicuti Neoptolemus ille apud Sophoclem, quia propter honeſtatem uera loqui pulchrum ei uidebatur: ab Vlyſſe ſuaſus mentiri pœnituit. Comparatur inſuper incontinens ciuitati, quæ bonas habeat leges, non tamen eis utatur.

Differētia inter incontinētiam, mollitiē & intēperantiam

Cerebroſi cōtinentibus ſimiles

Poſt hæc de Feritate narrat, dicens: Feritas eſt uitium ſupra humanum, ab eo qui mente ac ratione priuatur proueniens, ut maſculorum concubitus, homines mandere, aut barbarorum aliquo teneri exceſſu prauo ac crudeli: quod tamen minus eſt quàm uitium, quia hoc à ratione licet corrupta procedens, uehementius eſt. Illi opponitur heroica uirtus, ut apud Homerum Priamus de Hectore filio dicit, nō mortalis hominis filius uiſus, ſed maiori quadam uirtute præſtare.

De Feritate

Poſtremo de Voluptate ac Dolore ſcribit, in quibus uirtus moralis cōſiſtit, in eaq; potißimum felicitatē exiſtere putant. Quibuſdā enim uidetur nullam uoluptatē eſſe bonum. Alijs quædā uidētur bonæ, ſed plurimæ prauæ. Sunt horum tertij, qui dicūt, & ſi bonum, tamen non ſummū. Probatio primæ ſentētiæ hæc eſt: Nulla generatio eſt finis, nec de genere finiū, ſed motio quædā ad finem, ut ædificatio ad ædē: præterea quod à tēperatis uitatur, impeditq; conſiliū. Quod autē nō ſit ſummū bonū, dicūt, quoniam nō finis, ſed generatio ad finē eſt: quod dicit uerū eſſe, ſi ſic eſſet: ſed eſt quædā actio poſt naturā conſtitutā, quæ eſt finis, ut eſt actus uirtutis poſt habitū. Et ideo diſtinguere debet, quòd omnis actio eſt generatio, nō autē cōtrà. Voluptatē igitur ſummū bonum felicitatemq; ponit, quæ prouenit ab habitu & uirtute, modo nō ſit impedita. Nam felix bonis corporis & externis indiget. Redarguitq; Stoicos, qui tantū uirtute præditos, uel in calamitatibus beatos eſſe dicebāt: magnoq; eſſe indicio uoluptatē præſtare, quòd eam cūcta expetāt animalia, quanquā rurſus delitiæ corporis infamauerūt, quæ iam ſibi autoritatē uendicauerūt, expetiturq; ea magis, quòd doloribus & uitæ curis, ac præſertim melācholicis mederi uidetur. At animi uoluptates corporis ſunt potiores: quòd hæ ex accidētiū proueniūt medicina, quando morbus adeſt: illæ uerò ex natura ipſa & habitu firmiter cōſtitutæ perpetuò manēt. Verùm in hoc deficiūt, quòd nō idē ſemper iuuat, quia nō ſimplex natura nobis ob corruptibilis naturæ uarietatē. Ideo Deus ſemper una & ſimplici gaudet uoluptate. Nō enim motus dūtaxat eſt energia. i. actus, ſed etiā immobilitatis. Et uoluptas magis in quiete quā in motu per ſe. Nobis tamen uarietas omniū dulcißima: ut æuū itemq; homo facile uariāt, ſic & natura uarietatis indigēs.

De Voluptate & dolore

Voluptas ſummum bonū ac felicitas

Varietas omnium dulcißima

Lib. VIII. de Amicitia refert, quòd eſt uirtus quædā, uel cum uirtute: inſuper in uita magnopere neceſſaria, Etenim abſq; amicis nemo uiuere mallet, reliquas etiā habens uirtutes. Ciuitates quoq; amicitia cōſiſtere uidētur: ac legiſlatores magis circa eā quàm reliqua ſtudere. Homerus de Diomede loquitur, qui proficiſci uolebat exploratū hoſtium caſtra. Si duo, inquit, erūt, in cognoſcēdo atq; agēdo potētiores erūt. Nā & cōcordia ſimile quiddā uidetur amicitiæ. Itaq; ſi cōcordes ſint, nihil eſt eis opus iuſtitia: ut Κολοιὸς πρὸς κολοιόν, id eſt, Gracculus ad gracculū. Quidā ſimilitudinē quandā aiūt eſſe amicitiam. Propterea Empedocles ait, ὅμοιον τοῦ ὁμοίου ἐφίεσθαι. Simile ſuū ſimile appetere. Nonnulli hos ſimiles, potius

De Amicitia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tius inter ſe figulos.i.cõtrarios eſſe aiũt,ut inquit Heſiodus.

Καὶ κόραμεὺς κόραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτωνι τέκτων.

Dicuntq; magis ex diſsimilibus amicitiam conſtare, ut ait Euripides.

Ἐρᾶν μὲν ὄμβρου γαῖαν ξηρανθεῖσαν,
Ἐρᾶν δ' σεμνὸν οὐρανὸν πληρούμενον
Ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν.

Hoc eſt, Amare imbrem terram areſcentem:itemq; cœlum ornatum imbre grauidum amare in terram pluere. Et Heraclitus mutuam utilitatem & optimam Harmoniam ait ex lite omnino fieri. Obiectũ autem & finis amicitiæ, Bonum, & Delectabile, & Vtile, ſiue uerum, ſiue apparens.

Tres igitur amicitiæ ſpecies ſecundum totidem amabilia reperiuntur. In ſingulis quoq; eſt matua dilectio non latens.

Amici ob utilitatem

Quæ enim propter utilitatẽ aut uoluptatem conſiſtit amicitia, facile ceſſat, eo ceſſante propter quod erant amici. Ideo ex accidente dicitur potius amari. Quæ autẽ per bonum & uirtutẽ initur tantum, per ſe eſt & durabilis: propterea quæ ſunt huiuſcemodi, & cõſuetudine indigẽt & tẽpore: ac iuxta prouerbiũ modium ſalis prius comedendũ antequã ſeſe cognoſcere poſsint. Qui enim amicitiã ob utilitatẽ perſequuntur, maxime ſenes ſunt, qui magnopere cõmodũ diligũt. Ob uoluptatẽ uerò adoleſcentes. Prima illiberaliũ eſt, qui minus amant. Atq; hæ omnes amicitiæ æqualitatem requirunt.

Amicitia inæqualis

Eſt alia amicitia inæqualis ſecundũ hyperochen, id eſt, excellẽtiam, ueluti patris ad filiũ, & ſenioris ad iuniorẽ, uiriq; ad uxorẽ, & magiſtratus ad ſubditos: differuntq; tamen omnes inter ſe. Quæ amicitiæ eatenus durare poterũt, quum pro dignitate diligatur, ac ex proportionis æqualitate, quæ maxime uidetur eſſe amicitiæ. Non enim ſimiliter æquale amicitia & iuſtitia. Nã iuſtis quidẽ primũ illud æquale, quod ex dignitate eſt: ſecũdo quod ex quãtitate. In amicitia uerò id quod eſt quãtitatis primo loco: quod autẽ dignitatis, ſecundo fuerit. Hoc eſt, principalior iuſtitia conſiſtit in proportione geometrica circa inæquales perſonas: principalior autẽ amicitia in proportione arithmetica circa æquales perſonas. Patet autẽ, ſi plurima fiat diſtãtia uirtutis, aut diuitiarũ, aut alterius rei, nõ amplius ſunt amici. Ideo dubitatur an optanda ſint bona amicis, ne diſcedãt ab amicitia.

Amicitia ex contrariis

Ex cõtrarijs autem uidetur fieri aliquo modo ea quidem amicitia quæ eſt propter utilitatẽ: ut pauper diuiti, aut indoctus ſapiẽti. Cuius enim quiſq; indiget id exoptat, aliud pro alio adferẽs. In hoc etiam genere fuerit amicitia amantis & amati, pulchriq; & turpis: quamuis amicitia non uere in turpitudine conſiſtat.

De ciuili ſocietate

Poſtquã declarauit amicitiã in ſocietate eſſe, iuſtumq; & amicitiam circa idem uerſari, & quòd ſingulæ ſocietates ad Ciuilem redduntur, tanquã partes ad totũ: ex hoc diſtinguit Ciuilem ſocietatẽ, id eſt, Politicam in ſpecies tris, Regnum, Optimates, & Populũ. Prima melior, altera peior, ſed minus periculoſa. Exceſſus eorũ tyrannis, factio paucorum, & popularis poteſtas.

De Oeconomica ſocietate

Ex horũ ſimilitudine oſtendit ſocietates rei familiaris & domum cõtineri: quia ad illas non ſolum ſe extendit iuſtum, ſed etiam amicitia. Nam patris ad filium ſocietas regni inſtar habet: patri enim cura eſt filiorum. Hinc Homerus Iouem patrẽ uocat. Tyrãnicum eſt domini in ſeruos. Viri quoq; & uxoris ſocietas ſimilis optimatibus erit. Quod ſi in omnibus uir ſiue uxor dominari uelit, trãſgreditur in oligarchiã. Fratrũ item ſocietas ſimilis populari: pares enim ſunt ubi non multũ ætatibus differũt. Multitudinis gubernatio in his domibus conſtat, quæ ſine domino ſunt.

Iuſtum & amicitia in ſocietate cõſiſtunt

Deinde oſtẽdit quomodo ſe habeat amicitia in huiuſmodi ſocietatibus. Nam ſuprà dictũ eſt, Iuſtum & Amicitiam in ſocietate cõſiſtere, & alteram cum altera creſcere plus & minus. Primò igitur parẽtes diligũt natos, quaſi ſuũ quiddam exiſtimãtes, magiſq; amãt quàm redamẽtur, tribus de cauſis: ob maiorem certitudinem, ob maiorẽ coniunctionem quod ab eis ſunt, non illi ab ipſis: ob dilectionem longiorem. Nam ſtatim natos diligũt. Filij erga patrẽ ut homines ad deos & optimos amicitia cõparantur, fratres inter ſe & ſodales.

De Coniugio

Cõiugalis amicitia non ſolũ eſt naturalis hominibus, ſed etiã Oeconomica. Non enim ſolũ procreationis cauſa iũguntur, quod eſt cõmune cæteris animãtibus, ſed eorũ quoq; gratia quæ pertinent ad uitã, operaq; cõfeſtim inter eos diuiſa. Nã homo natura cõiugalis magis quàm ciuilis: quãto prius ac magis neceſſariũ eſt domus quàm ciuitas. Itaq; iucũdum hoc, ſi boni erũt, pro uirtute & utriuſq; gaudio. Filij uerò nexus quidam matrimonij uidebuntur. Sunt autẽ & querelæ in amicitijs, nõ ab ijs quidẽ quæ ſecundum uirtutem ſunt: quoniam cõferens beneficiũ eſt ipſa liberalitate cõtentus, nulla recipiendi ſpe. In uoluptarijs amicitijs quamminimum, quod ſiquidẽ mutua conuerſatione gaudẽt. Etenim ridiculum eſſet ſi quis quẽquam accuſaret, quòd ſibi iucundus non ſit, cũ liceat illo non uti. At illa quæ propter utilitatẽ eſt, querelæ ſubiacet. Cũ enim amicitia pro utilitate utãtur, ſemper plus quærũt, & minus quàm deceat ſe habere exiſtimãt.

Amicitia ob utilitatem

Videtur autẽ ut duplex eſt iuſtũ, alterũ ſine ſcripto, alterum legibus: Sic & ea amicitia quæ eſt ob utilitatem, partim Moralis, partim Legitima, Hæc in dictis eſt ſtatim per manus ſeu per pactionẽ ad tempus quid pro quo: manifeſtũ eſt quid debeatur, ſed amicabilẽ habet dilationẽ. Moralis uerò quæ non eſt in dictis, ſed ut amat, donat, uel quid aliud facit, dignũ putat, ut ipſe tãtundẽ uel plus ab illo cõſequatur, quaſi nõ donauerit, ſed cõmodauerit. Itaq; reddendũ, ſi adſit facultas. Conſiderãdumq; ab initio, à quo quis accipit, & cuius gratia, ut ſic uel ſuſcipiat uel nõ.

Menſura retributionis

Præterea mẽſura retributionis ſumẽda ex parte ſuſcipientis: cùm tãtum fuerit beneficiũ, quantũ iſte qui accepit utilitatis indicabit. Reddendũ igitur tãtum, quantũ accepit, ſiue etiã plus. Id enim honeſtũ eſt. Nec dantis ratio aut querela ualere debet: beneficium ſuum ex dignitate, aut opera, aut periculo ſuo metientis.

Lib. IX. Proſequitur item de amicitia. Cuius diſpares ſpecies adæquat analogum, adfertq; ſuper amicorum officijs præcepta quædam & cautiones, & quantum cuiq; tribuendum. Ceu magis reddendum eſt cui debeas, quàm amico dandum beneficium. Interdum enim nõ æquum beneficium retribuere, ut ſi quis ſciens benefecerit: ipſe autẽ cui remuneratio ſit faciunda malus exiſtimatur ab eo qui accepit. Nec illi qui mutuo dederit uiciſsim mutuo dãdum. Nam ille quidem certa ſpe ductus ſe ſuum cùm uelit cõſecuturum mutuo dedit bono uiro. Hic autẽ non ſperat à malo conſequi poſſe.

Alia igitur alij præſtanda, ut parentibus alimenta, & honores ſicuti dijs. Ad nuptias & funera cognatos potius uocare quàm amicos: ad quædam alia potius uicinos.

Amici qui ob mores ac uirtutẽ ſe amare ſimulant, utilitatem potius ac uoluptatem ſequentes, diſſuendi ſunt, uitandiq; non minus, quàm hi qui nummos adulterãt: niſi quidã ſeipſos decipiant ab initio: cũ amore digni non ſint, ob mores ſe putent amari.

Amicitiæ quãdo & quomodo diſſuendæ

Amicitia itaq; diſſuenda nõ ſtatim cum omnibus, ſed cum illis qui incurabiles ob prauitatẽ uidẽtur. Nam quibus locus eſt caſtigationis, ferendum auxilium in moribus honeſtius quàm in diuitijs: quanto amicitiæ magis proprium. Si uerò hic quidem permanet, hic autem melior fiat ac multum uirtute tranſcendat, uti quemadmodum prius, amico non decet, haud aliter quàm puero uirum. In magna enim uirtutis ac morum diſtantia nulla poteſt eſſe cõgruentia. Tribuendum tamen ei aliquid ob priſtinam amicitiam, quando non propter exceſſum prauitatis fit diſſolutio.

Tria poſt hæc dicit accidere amicitiæ, per uirtutẽ, Beneuolentiam, Beneficentiam, Concordiam. Atq; hæc ex amore originem habent, quo ſe quilibet ſtudioſius recte amat. Amicitia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

citia enim ad ſcipſum, idea eſt ad alterum amicitiæ. Eſt enim amicus alter ego. Beneuolētia nō proprie amicitia, ſed principiū amicitiæ. Poteſt enim eſſe latēs, & ad ignotos, amicitia nequaquā. Cōcordia autē amicorū non eſt coopinatio, ut idē de cœleſtibus ſentire, ſed circa agibilia & magna cōſilia, ac ex duobus uel pluribus eorū cauſa, quæ ad uitæ ciuilis cōmoda pertinēt: quæ tantū in bonis uiris reperitur. Quod ad Beneficētiam autē pertinet, qui beneficia cōtulere, uidentur magis eos diligere, quibus collata ſunt, quàm illi qui acceperūt eos qui dederūt. Eius rei multæ cauſæ ſunt, uel illæ præcipuæ, quòd proprium opus magis quis amat. Ex quo poëtæ opera tanquā filios amant. Præterea labores ac dāna ſuſcepere: quæ autē cum labore fiunt magis amamus. Ea demum cauſa eſt cur matres magis quàm patres filios amant.

Qui dat magis amat quā qui accipit

Cur matres magis filios amāt quàm patres

Quæritur deinde, an ſeipſum diligēdū, propterea q̃ eos qui nimiū diuitiarū honorū'ue ac cōmodorū expetunt, maxime ſe amare dicūt: ac φιλαύτους. Sed magis amare ſeipſum dicit Philoſophus, qui res huiuſmodi deſpicit honeſti gratia, eo q̃ principaliſſimo, id eſt rationi ſeruit. Hoc pacto uir bonus diligēs ſeipſum, etiā alijs fuerit utilis, eaq; deſpiciet, pro quibus homines inter ſe digladiari ſolēt. Magisq; ambit breui tēpore lætari uehemēter, quàm longo leniter: & honeſte uitā ducere unū annū, quàm multos utcunq; exigat: ac rem unam honeſtā & magnam, quàm multas prauas ac paruas.

Præterea probat felici opus eſſe amicis, & his ſecundum uirtutem: ut poſſit intueri actiones eorum ſtudioſas, quæ ſint proprijs ſimiles, ac illis cōtinuò gaudere. Deinde quòd uirtutis eſt exercitatio conuerſari cum bonis, ut ait Theognis.

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ᾽ ἐσθλὰ διδάξεο, ἢν δὲ κακοῖσι
Συμμίσγῃς, ἀπολεῖς καὶ τέον εἰς θάνατον.
Nempe bona ediſces ſocius ſi forte bonorum es.
At ſimul intereas ipſe ſequendo malos.

Videtur autem Viuere proprie eſſe ſentire, uel intelligere. Idq; dulce eo quod omnes appetūt, maxime uidetur eſſe boni uiri & felicis: quod bonū ſentiunt, & iucūdum memoria præteritorum bonorū, præſenti actione, ac ſpe futurorum.

Non multis opus amicis

Poſtremò diſſerit, quòd nō multi ſunt parādi amici. Dicit enim nō oportere multos amicos utilitatis gratia habere, q̃ laborioſū ſit multis ſatisfacere: Ad uoluptatē itē pauci admittēdi. Sicuti in cibo dulcedo. Studioſos uerò tot eſſe oportet, quot cōuictui ſint idonei: nec ſanè hi multi queunt eſſe, q̃ pauci boni inueniantur, & qui idē ſentiant, alijsq; de cauſis.

Deinde quærit quo tempore magis neceſſarij amici. In proſperis enim honeſtius, in aduerſis utilius amicis indigemus: non tamē qui querulus maxime nō eſt, audiet cōquerentium uoces, nec amicos ob ſuam triſtitiā adfici triſtitia uolet. Ex quo Oreſtes apud Euripidem Pyladē alloquens ait, Sat eſt quòd ipſe calamitatibus premor. Nam quod amāt homines, ſuum putant eſſe ac uiuere: ut alij cōpotare, alij conludere, uenari, exerceri, philoſophari. Boni autē amicitia cōiuncti ſimul congredi ac uiuere, mutuoq; aſpectu recreari.

De Voluptate

Lib. x. de Voluptate. Ea nāq; familiariſſima noſtro generi uidetur, & ad uirtutē maxime facere: ut gaudeamus quibus oporteat, & odio cōtraria habeamus. Opiniones de uoluptate ponit. Eudoxus ſummū bonū eſſe dicit: propterea quòd cuncta animalia illā appetāt. Fidē habuere ſermones eius ob morū probitatē, magis etiā propter ſeipſos. Platonici hūc contra, Voluptatē ſummū bonū non exiſtimāt, quòd uiribus euacuetur: Voluptas autem recipit plus & minus. Præterea quòd bonū perfectū ſit, uoluptas imperfecta: eo quòd motus & generatio ſit, quæ ſunt natura imperfecta. Quibus omnibus Ariſtoteles reſpōdit, Quòd motus omnis ſit in eo tempore, & partes eius ſint imperfectæ: neu etiā ſimul, & ſunt alicuius gratia: ſecus autē uoluptas. Dicit igitur eā eſſe perfectionem formalē ipſius potentiæ percipientis, prouenientē ex bona potētiæ diſpoſitione, & obiecto cōueniente & optimo in ſuo genere. Quare nullus cōtinuo in uoluptate aut dolore. Cuncta nanq; nō poſſunt cōtinuo agere. Nec igitur uoluptas fit cōtinuo: Nam ea ſequitur actionē. Quædam etiam delectant, cum primum fiunt, ſed poſtea non ſimiliter. Nam primò quidem prouocata eſt mens, effuſeq; agit circa illa, ſicuti hi qui aduerſum intuentur. Poſtmodum non eſt eadem actio, ſed neglectio: quare uoluntas quoq; refrigeratur.

Omnes autē expetere uoluptatē uidentur, quia omnes uiuere appetūt, uita autem actio quædā eſt: quilibet enim circa illa maxime agitatur, quæ maxime amat. Specie tamē differunt uoluptates ex actionū diuerſitate; idq; ex eo maxime patet, quòd ab alijs prouenientes uoluptates impedimēto ſint alijs actionibus. Qui enim fiſtulis delectātur, nequeant mentē adhibere ſermonibus, fiſtularū ſono impediti uoluptate. Sic de reliquis. Ex quo fit ut quoties uehementer aliqua re gaudemus, non ferè aliud agamus, cum alijs leuiter delectemur: dumq; alienæ uoluptates quandoq; perinde agunt, ac propriæ moleſtiæ, id eſt, actiones noſtras corrumpunt, licet non ſimiliter. Cumq; differant actiones, & aliæ expetendæ, aliæ fugiendæ, aliæ neutræ. eodē modo ſe uoluptates habent, cùm ſint actiones eius annexæ. Præterea cæteris quidem animalibus propria in ſpecie ſua eſt uoluptas & proprius cibus: Homini tantum, licet eiuſdem ſpeciei, diuerſa ineſt uoluptas. In cauſa eſt electio quam habet. Inter eius quoq; uoluptates præſtantior illa, quæ contingit homini ſtudioſo, & ſecundum uirtutem uiuenti: cæteræ uerò ſecundariæ.

Voluptates differūt ſpecie

De Felicitate

Mox de Felicitate, quam dicit nō in habitu, ſed in actione conſtitutam eſſe: & ea actione quæ propter ſe, non propter aliud expetatur: hoc eſt, actio ſecundum uirtutē, non ſecundū iocum: cū iocus & ludus neceſſario fiat, laboris tantū & animi cauſa. Si igitur ſecundū uirtutē, erit ſecundū optimā, quæ ab optima procedat poteſtate, quæ alijs imperat, ſcilicet intellectus. Huius igitur actio erit Felicitas cōtēplatiua pluribus de cauſis. Nam uidetur felicitas in otio eſſe. Negotiamur enim, ut otia ſint nobis: & bellū gerimus, ut in pace uiuamus. Præterea Actiua minus per ſe ſufficit, aliorū indiget adminiculis. Iuſtus his ad quos iuſtitia utatur. Fortis aduerſantibus quibus certet: eodē modo tēperatus & alijs. Sapiens autē per ſeipſum contemplari poterit, & ſibi ſufficit, minimisq; indiget. Indigebit tamen & ipſe adminiculis quibuſdā. Nam, & ſanū corpus, & famulatū, & cætera neceſſaria adeſſe oportebit. Præterea actiua ſecundum hominē eſt: hæc diuinum quiddā habet. Quantū autem diſtat hoc diuinū à cōpoſito, tantum & hæc actio ab illa quæ eſt ſecundū uirtutē actiuā. Nam cum diuinior in homine pars ſit mēs: actio ſecundum illā diuina erit. Igitur qui mentē explent, proximi ſunt dijs. Nam ipſius Dei actio, quædā contēplatio eſt. Nam ſi dij curam aliquam rerum habent humanarū, ut creditur, par eſt eos gaudere optimo & cognatiſſimo: huiuſcemodi eſt mens. Amantes igitur illam ab eis maxime diliguntur.

Felicitas contemplatiua

Poſt hæc finē operi impoſiturus, exhortatur ad hæc, non tantum noſcenda, ſed ſeruāda. Boni enim efficiemur natura, doctrina, conſuetudine. Duæ primæ ſine hac ultima parum proſunt, niſi animo comparemus libidini non obtemperare, ad quod maxime opus legibus, quòd homines magis timore quàm amore moueantur: quæ plus in ciuitate poſſunt quàm patris autoritas domi. Igitur legislator & qui curam ciuitatis ſuſcepit, bonos exhortabitur, contumaces plectet: eos uerò qui corrigi nullo pacto queunt, penitus exterminabit.

Quibus boni efficiamur

Poſtremo probat ciuilē hominē aptū eſſe oportere ad leges ferēdas, ſi nō ciuitati, ſaltē domui, quia nihil refert utrū ſcriptis, an ſine ſcripto, unus an plures inſtituātur, ceu nec in muſica & gymnaſtica aut alijs diſciplinis. Huic igitur arti nemo idoneus, niſi & in particularibus & in uniuerſum

ſciat:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſciat: quorum alterum experientia, alterum doctrina comparatur: quapropter neq; ſophiſtæ ſiue oratores, qui tãtum ſcientia ſunt præditi, neq; ciues reipub. adminiſtratores, qui ſolũ experientia ſapiunt, ſunt apti. Sed ſicuti medicus non ſolum diſciplina, ſed etiam uſu indiget: ſic legislatorem utrũq; habere oportebit. Nam & oratores ipſi ſuã artem huic parem, ſeu etiam ea ſuperiorem falſo exiſtimant, præterea ex rerum publicarum, ac legum collationibus id adſequi poſſe: ex quibus quanquam aliquid utilitatis in conſultando adferre ualent, ſcientiam tamen hanc adſequi non poterunt.

Demum profitetur Ariſtoteles poſt hæc ilico legum huiuſcemodi ſe præcepta traditurũ. Et hæc quidem in Ethicis ille: in quibus à Platonicis ſanè redarguitur, ac primũ quòd male de anima ſenſerit. In primo, quum locũ gaudij poſt mortem negauerit. Deinde quòd uirtutes mediocritates poſuerit. Nam mediũ æqualiter ab extremis diſtare oportet. Inſenſibilitas ergo extremũ temperantiæ, aut nullum aut certè paruum fuerit uitiũ. Intemperantia uerò extremum crimen admodũ magnum. Præterea fulmina ac terræmotus non expaueſcere poſuit fortitudinis exceſſum, ut uideatur quanto non quali uitiũ metiri, quum certè in hoc nulli ſit uitiũ, ſed ſi quis crimen aliquando non horreret, hoc uitium foret.

Poſtremo lib. VII. & X. ſummũ bonũ in uoluptate manifeſto ponit, quanquã eam bono uirtutis & cõtemplationis fucat: nec aliter Epicurus uoluptatẽ ſuã tuetur. Platonici igitur in honeſto finem collocãt: hoc autem poſtea uoluptas uelut umbra ſolem ſubſequitur. Hæc ex Plethone Platonico.

IN POLITICA.

QVum omnis ſocietas boni alicuius gratia conſiſtat (nam bonum finis eſt omnis humanæ actionis) maxime Politica eſt huiuſmodi. Quicunq; putat politicum, & baſilicum, & œconomicum, & deſpoticum idem eſſe, nõ bene ſentit: multitudine enim & paucitate differre putat, ſed non ſpecie. Ciuitas igitur ex partibus naturalibus conſtat: primum uicis ſimul coniunctis, uici uerò ex domibus pluribus: quælibet autẽ domus ex duorum ſocietatibus, uiri primum & uxoris, unde genus humanum. Filij deinde ſerui & domini prodeũt. Ille enim natura dominus, qui ingenio præſtat. Seruus qui deficit. Ex quo Homerus recte

Dominus aut ſeruus natura

Οἶκον μὲν πρώτιστα γυναῖκά τε βοῦν τ' ἀροτῆρα.
Quære domum prius uxoremq; bouemq; arotera.
Nam bos pauperi pro ſeruo eſt.

Vicus à domo differt, ut pars à toto. Domeſtici namq; uictu, & cotidianis officijs inter ſe communicant. Suntq; appellati ὁμοκάπνοι, id eſt, ſub eodem fumo, ὁμοσιτιόται, id eſt, ſub eodem cibo. Cum extraneis uerò in mercimonijs & alijs uitæ cõmercijs ac officijs congrediuntur. Homo profectò animal ciuile uidetur: argumento eſt maxime ſermo nõ fruſtra ei à natura datus. Nam ſolitarius homo aut nequam, aut Deus.

Solitarius aut nequam aut Deus

Ciuitas prior eſt domo perfectione: quum pars ſit nobis natura toto poſterior. Nam tunc eſſe res incipit, quũ forma eſt abſoluta. Pes enim ſine homine profectò pars nõ dicetur: niſi forte æquiuoce mortui ſiue marmoris, eo pacto nec homo ipſe perfectam habet finitionem, niſi pars ſit ciuitatis, Qui ſicut eſt omnium perfectiſſimũ animal, ita omniũ peſſimum, ſi à lege iuſtitiaq; deſciſcat: quanto magis ardua gerit arma, quæ ſunt ingenium ac prudentia, quibus ad contraria licet uti. Licet enim in eo animaduerti prius deſpoticum & politicũ. Anima namq; corpus regit, ut Deſpoticũ Mens uerò animæ appetitum ac ſenſum, ut politicum. Nam prima imperat, altera ſuadet atq; conſulit. Differunt autem inter ſe, quòd politici liberior natura eſt, Deſpotici ſeruorum. Et altera quidem Oeconomica monarchia (Monarchia enim patris dicitur) altera politica liberorũ & æqualiũ imperiũ.

Dñs eſt nõ poſsidẽdo ſeruos, ſed utẽdo ſeruis. Nã poſſeſſoria diſtat ab Oeconomica, quòd alterius eſt quærere pecuniã, alterius uti: utrũ enim ipſius ſit an altera ſpecies dubiũ.

Poſſeſsiua differt ab œconomica

Poſſeſſiua Oeconomica non eſt, nec pars eius, quũ Oeconomicæ ſit uti rebus poſſeſſis, poſſeſſiuæ autem adquirere. Subminiſtra uerò eius eſt. ſicuti frenorum ars, equeſtris.

Deſpotica à Politica & Oeconomica differt: à politica, quòd illa ſit libertatis, hæc ſeruorũ: ab œconomica quòd illa ſit omnium qui in domo ſunt, hæc tantum ſeruorum.

Præterea Politicũ & Oeconomicum differunt, quòd hoc multorũ, illud unius principatus ſit. Inter homines quoq; diuerſitas. Sunt enim qui procul à politia agunt, quos ciborum uictusq; diuerſitas etiã diſtinguit. Nam ſicuti & bruta quædam quæ carnibus aliorũ ueſcuntur ſolitaria ſunt: quæ autẽ herbis, gregalia. Sic homines reperiũtur ſine labore aut arte uita nomadica, ſylueſtri, piratica, uenatica, ex rapto uiuentes. Plantæ ob animalia, at ipſa animalia propter hominẽ creata ſunt: nam ſi fruſtra natura nihil genuit, neceſſe eſt ut hominum cauſa omnia obgenerauerit.

Hominũ cauſa omnia obgenerata

Circa uerò res parandas, Ex agro & pecore acquiſitio nobis uitæ phyſica eſt. Mercatura uerò & pecuniaria, trãſlatiua non naturalis eſt, ſed ad res naturales parãdas inuenta: laudaturq; uſq; ad metam quandam, neceſſitatis uidelicet gratia. Vituperatur autẽ cùm eſt terminus nullus. Inter artes uerò illæ artificij plurimum habẽt, ubi minimũ fortunæ, plurimum uerò mechanicæ, ubi corpus requiritur. Seruiles ubi corporis item plurimus uſus. Ingeneroſæ ubi uirtutis minimum expetitur. Imitari exempla ueterum oportebit in his quæ honeſte acquiſiuerunt.

Thales Mileſius (probro data ei philoſophia ob paupertatem) oleũ conquiſiuit, cum præuidiſſet eius charitatem futuram: quod deinde pro ſorte uendidit, quo exẽplo non coactã ſed uoluntariam paupertatem oſtendit.

Tres omnino Oeconomiæ ſpecies, in quibus forma reipu. tota conſpicit, Deſpotica, Gamica, Demotica. Vir uxori imperat & filijs, ſed aliter, his baſilicè, illi politicè. Fratres aũt inter ſe demoticum ac popularem referunt ſtatum.

Oeconomiæ tres ſpecies

Lib. II. Ea demũ optima reſpub. in qua ſecundũ id in quo felicitatem eſſe exiſtimant, ſiue uirtus ſit, ſiue aliquid aliud, in quo quis excellit, is ciuis feliciſſimus putatur.

Cõfutat præterea multos reip. adminiſtratores ac legiſlatores, ubi dicit quẽlibet in aliquo erraſſe, et inter cæteros Platonẽ: qui ex Socratis ſententia dixit cõmunia omnia, etiã uxores, in ciuitatibus eſſe debere. Hæc tanta unitas remp. potius diſſoluere, & ex ciuitate domũ facere uidetur. Nã ex diſſimilibus partibus, & familijs reſpub. floret. Præterea nulli uxorẽ aut liberos amare cõtingeret, cùm incerta eſſet proles. Rei etiam acquirendæ minimè uacarent: cùm nihilominus ponat lucri diligentiam, alijs de cauſis.

Deinde contra Phaleã arguit, qui leges Carthaginienſibus dedit, ac ſtatuit æquales ciuium poſſeſſiones, errauitq; non ſtatuere quantæ ac quales eſſe deberent: nam ſi immoderati ſint omnium cenſus, intemperanter uiuerent: ſi nimium exiles, ſordidè ac miſerè. Nam ſtatuendus modus emptionũ, ne quis de plebe ob diuitias potentior factus, ſeſe cum nobilitate commiſceat. Quæ diſtinctio in creandis magiſtratibus neceſſaria eſt.

Mentionem deinde facit de Phidone Corinthio qui Corinthijs leges dedit.

Deinde Hippodami Mileſij leges etiam reprehendit, qui abſtulit opificibus poſſeſſiões & arma, nullo honore dignãs, quapropter ij ſerui magnopere facti, amare rẽpub. non poterant. Præterea poteſtatem nouas inueniendi leges concedebat: quod profectò reipubli. minime conducit: quum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

paulatim ciues adſueſcant nõ uereri principis inſtituta, mutatis facile legibus: abrogatioq́; huiuſcemodi uim eneruat, introducitq́; legis contemptum.

Seruorum diſciplina

Poſt hæc iubet Ariſtoteles ſeruari ſeruorũ diſciplinã, qua ſublata domini in inſidias ueniunt. Sicut Hilotæ in Lacedæmonios, & Peneſtæ in Theſſalos fecerunt.

Mulierum inſtitutio.

Deinde mulieres bene inſtituere, ut temperatè & ſine arrogantia & ſumptu degant: ut de Lacenis fœminis dicitur, quæ ob inſolentiam & audaciam uiris reſiſtunt, muliebria dedignantur, quum illi aduerſus Thebas pugnarent arma tractare uoluerunt.

Reprehẽdit etiam in quibuſdã remp. Lacedæmoniorum: quòd magiſtratus eorũ nõ rectè erat perpetuus, cùm proceſſu tẽporis uir iuſtus iniuſtus poßit euadere. Deinde quòd nõ darentur niſi potẽtibus, quæ res ambitioſos planè faciebat.

Regem perpetuum creabant, claßis inſuper præfectum: ærario carebant, ſed cum bella gèrerent ſinguli conferebãt: ex quo & cupidos, & auaros faciebant, ac ſibi magis quàm reipub. uacantes. Syßitia non de publico, ſed de proprio faciebant, ex quo pauperes illis intereſſe non poterant, & qui non intereſſent ad magiſtratus nõ eligebantur. Συασιτία,

Syßitia

Syßitia conuiuia erant que inter ſe publice ac ſæpe celebrabant, ſymbolum conferentes.

De Cretenſiũ legibus

Differit præterea de Cretenſium legibus, quas præfert Lacedæmonijs: nam hi Syßitia melius de publico faciebãt: præterea filiorũ multitudinem prohibebant, poteſtate uiris facta poſt ſuſceptam æquo numero prolẽ, uxoris abdicandi, alio introducto uſu. In quo ex ſententia diui Thomæ uidetur Ariſtoteles de marium uſu intellexiſſe, nec uituperaſſe.

Coſmi Cretẽſium

Coſmos etiam eorum magiſtratus reprehendit eſſe perpetuos, ſicut Ephoros Lacedæmoniorum.

Solon

Ex omnibus his laudat Solonem: meliusq́; dicit rempubl. inſtituiſſe, quam ex optimatibus & populo inſtituit, omnibusq́; eo modo honores cõmunicauit: licet præter eius mentem ad popularem poſtea ſtatum deuenerit. Nam Pericles & Ephialtes ſublato Ariopagi conſilio iudicibus primum Salaria conſtituere.

Libro III. Poſtquàm aliorum leges confutauit, differit quam ipſe remp. probat. Prius declarat quid ſit Ciuitas, quid

Ciuis

Ciuis: dicit eum eſſe ciuẽ qui magiſtratũ gerere poteſt. Vnde excludit aduenas, & pueros, & ſenes inutiles. Ciuitatẽ uerò non quæ mœnibus circundatur cùm una fermè regio poßit muris cingi: ſed quæ ex forma reip. ſit conſtituta.

Ciuis bonus
Vir bonus
Princeps bonus

Ciuis bonus, & uir bonus, nõ ijdem. At idẽ Vir bonus, & Bonus princeps. Imperio enim uirtus & prudentia expetitur. Nã uir bonus non poteſt eſſe ſine prudentia. Ciuis item bonus non ſine pudicitia, at ſine prudentia poteſt eſſe. Nam ei, qui ſubijcitur atq; paret, ſat eſt rectam habere opinionem agendorũ quæ ei cõmittuntur. Bonum autem principem & prudentia & cæteris uirtutibus præditum eſſe oportet.

Opifices

Opifices & mercenarij in Ariſtocratia non admittũtur, niſi forte diuitijs adeo creuerint, ut inter optimates cenſeantur. At bene in Democratia ciues eſſe poterunt.

Ciuitatis inſtituta non ad uiuendum tantum, ſed ad bene quoq; uiuendum. Nam eo pacto animalia in ea politice uiuentia eſſent.

Reprehendit præterea ueteres qui non diffinierunt nec conſiderauerunt remp. niſi iuſtum ex parte rerũ, cum bona reip. non ſint diſtribuẽda ex rerum quantitate, ſed ex perſonarum dignitate. Si ciuis unus inuentus ſit, qui cæteros longe uirtute antecellat, is perpetuo reip. præficiendus erit, Secus ſi ſunt multorum pares uirtutes,

Monarchiæ v. ſpecies

Poſt hæc regiã poteſtatem omnibus præfert: deq́; hac differit. Monarchiæ quinq; ſpecies dicit. Heroum, qui ciuiũ conſenſu certis de cauſis certoq́; tempore remp. gubernent.

Alia barbarica, ex genere prouenięs & legibus imperãs, ſicuti Parthorũ rex. Alia Eſineta electiua tyrãni, qualem elegerunt Mitylenis Pittacum aduerſus exules ſuos quibus præerat Antimenides. Alia Laconica perennis ſecundum leges tantũ belli tempore imperiũ habẽs. Ex quo apud Hom. Agamemnon cũ in ciuitate agitabat iurgijs exagitabatur: in bello autem poteſtatem habebat. Poſtremò Regia omniũ optima, quæ ſe ad populos, uti pater ſe ad filios habet.

Apud Aegyptios medici ante diem tertium corpus ægrotorum ſuo periculo curabant.

Lib. IIII. & etiã v. de forma rerũ publicarũ uaria tradit: deq́; earum ſolutione & corruptione. Corrigere enim rẽp. inſtitutã non minus difficile quàm ab initio creare; ſicuti diſcere eũ qui male didicerit à principio, duplex eſt labor.

Tris omnino rerum publicarũ ſpecies, Regnum, Ariſtocratia, Politia. Totidemq́; ſunt exceſſus, Tyrànnis, Oligarchia, & Democratia. Horum peßima Tyrãnis, minus mala Democratia. Rerum publi. tres ſpecies

Connumerat partes & officia ciuitatis: quod reprehendit prætermiſſum fuiſſe à Socrate apud Platonẽ, qui ſolũ ea connumerat quæ ſunt ad uiuendũ, non aũt ad bene uiuendũ.

Politia quædam ex mixta & populari & paucorũ adminiſtratione: quæ quando ad paucorum potentiam inclinat, ſolent appellari optimates, quòd diuites uirtute ac nobilitate præferri credantur.

Tyrannidis ſpecies cõmemorantur: & quam barbari per leges eligebant ſicuti Græci Eſinetas.

In paruis ciuitatibus melius paucis plures committere magiſtratus ob inopiam ciuium.

Lib. v. de principijs ſeruantibus ac corrũpentibus remp.

Seditio omnis ob inæqualitatem oritur. Aequum dupliciter conſtituunt, aut exceſſu, ueluti Arithmeticus, ut tres ad duo & unum: aut dignitate ut Geometra, ſicuti quatuor ad duo, & duo ad unum.

Omnium confeßione iuſtum ſimpliciter eſt ſecundum dignitatem, ex quo uel quia in aliquo pares ſunt, in omnibus ſe penitus pares exiſtimant: uel quia in aliquo præſtant, in cunctis ſe ſuperare arbitrantur.

Popularis gubernatio tutior eſt quàm paucorum, minusq́; ſeditioni ſubiacet: quòd inter ſe populus minus dißidet, magis autem pauci ac nobiles.

Res omnes pro quibus homines cõtendunt ſunt Lucrum & Honor, & his cõtraria. Sub lucro omnia quæ ad corpus, ſub honore omnia quæ ad animam pertinent intelliguntur.

Narrat præterea cauſas omnis quibus reip. ſtatus corrũpitur ſiue ariſtocratiæ ſiue regiæ, allegando Platonis certos numeros in quibus mutationes fiunt ciuitatum, quos alibi attigimus, uidelicet in epitome libri Platonis & in Arithmetica. Hic eſt numerus Duodenarius, & multiplicatus per æquilaterum ſuum planum & ſolidum.

Deinde de remedijs ſalutis & conſeruationis ſtatuum.

Tria oportet habere eos qui principales ac publicos gerunt magiſtratus: Vt ament ciuitatis ſtatum: Deinde ut habeant potentiam idoneam ad coërcendos homines: Tertiò ut uirtute ac iuſtitia ſint præditi. His in ſtatu eodem non diu ſibi uiuendum eſſe cogitandum. Tyrannus uerò ad retinendam dominationem tria conatur. Vnum ut animos ciuium imminuat. Nemo enim parui animi contra tyrannum inſurgit. Deinde ut ciues inter ſe dißideant, ne in eum quandoque conſpirent. Tertium ut imbelles eoſdem reddat, cùm nullus ea quæ omnino nequit aggrediatur. Præterea cauere debet ab ijs qui amplius uiuere non curant, quosq́; dolore adfectos uiderit, Magiſtratuũ quid agendũ

Lib. VI. ſubiectum Democraticæ politiæ libertas: ubi multitudo per uices imperat et imperatur. Nã populi iuſtũ

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

De ſtatu populari

non ex dignitate,ſed ex numero conſiſtit, ex quo plus poterit in hoc ſtatu inopum multitudo, quàm paucitas diuitum: utileq; fuerit populum eſſe dominum rerum grauiũ,ſi quæ inciderent. Magiſtratus uerò non minimorũ ſit. Merces inſuper magiſtratibus danda: illis item qui conſilio præſunt, raroq; conſilium cogendum:ubi tunc ne excurratur.

Ex agricolis adminiſtratio

Laudat preterea gubernationem quæ ſit ex agricolis, quòd ij robuſto ſunt corpore ad auxilia ciuitati ferẽda. Præterea ſuis occupati rebus familiaribus & agro minime honores ac magiſtratus cupient. Vituperat autem opifices & mercatores,quòd ij ſemper in ciuitate manentes fora uexant,primiq; ſunt qui tumultus excitent. Operæq; pretium eſt ut magiſtratus deligantur, pariterq; cenſeantur ab agricolis ac bonis uiris,quòd ij propter hunc metũ compeſcẽtur, minimeq; ab officio diſcedent. Ad popularem item gubernationem iubet etiã aduenas & ſpurios recipere. Vtile etiã ad copiam conſeruandã prouidere ne quis egeat: quapropter ex ſuperabundanti uectigali omnia diſtribuenda egenis quantum ſit ſatis,uel ad agelli comparationem, uel ſaltem à dantibus uolentes ipſorum negotijs delegandi.

Deinde multos tradit modos quibus Democratia, quibus etiam Oligarchia conſeruetur.

Officia poſtremo ac magiſtratus enumerat quæ creari oportet.

Lib. VII. Cum ex triplici bonorũ genere felicitas conſiſtat,plus ad eam confe t uirtus,quòd per hanc externa bona acquiruntur ac conſeruantur. Non autem contra: argumento eſt Deus ipſe,quem felicem & beatũ dicimus, non ex aliquo externorum,ſed per ſe. Nam externorum cauſa eſt fortuna,quæ nihil ad uirtem facit. Neq; enim fortis aut iuſtus aliquis propter fortunam. Virtus & felicitas igitur eadem unius hominis & unius ciuitatis.

Vita philoſophi contẽplantis longe melior,quàm in adminiſtratione ciuitatis occupati, quòd liberior ſit ſuiq; ipſius gratia:modo nõ ſit penitus ab actione remota,ſed ab actione quæ ab alijs & exterioribus rebus dependeat, quæ admodũ ſeruilis eſt. Sed actio interior & ex ſe ſumpta cũ philoſophia conuenit. Veluti Architectus qui nihil externũ agit, mente tantũ & cogitatione operi præeſt. Deus quoq; non ipſe penitus ſine actione,ſed ſua & propria. Ab eo autem qui nihil penitus agit,præclari nihil fieri poteſt.

Diſputat inſuper de magnitudine ciuitatis:dicitq; nõ eam eſſe magnã quæ tantũ abundet hominibus, ſed ciuibus eo numero quo ſatis ſit ad bene uiuendũ ſecũdũ politicã ſocietatẽ.

Situs urbis

Agrum deinde iubet eligendũ eſſe fertilem, Situmq; urbis qui non poßit facile inuadi, & iuxta mare propter commeatuum opportunitatem.

De qualitatibus locorum

Deinde de qualitatibus locorum narrat. Qui enim circa Europã & in frigidis habitant locis,animo quidem præſenti ſunt,ingenio uerò craſſo,quapropter liberi ſunt & indomiti. Aſiatici uerò contra ingenioſiores & timidiores, ideo ſubditi. Græci autẽ in horũ medio cõſtituti utriuſq; gẽtis naturã ſapiũt:hinc animũ,inde ingeniũ ſumũt:ideo & liberi perſeuerant,& optimis remp. regũt inſtitutis,aptiq; alios regere. Quapropter ingenioſos pariter & animoſos eſſe oportet quos legislator diſpoſiturus ad ciuitatem eſt. Nã animoſitas & audacia uirtutis amorẽ parit,in eaq; parte cõſiſtit ubi amor:ſignum eſt quòd erga amicos à quibus decipimur,aut iniuria afficimur,magis quàm cæteros iraſcimur.

Poſt hæc opifices & mercatores dicit eſſe neceſſarios in ciuitate:non tamen ex ciuibus. Nã otium ijs qui reip. uacant eſſe oportet. Sed & bellatores, & cõſiliarios, & ſacerdotes eſſe neceſſe eſt. Primos iuuenes. Secundos ſenes. Tertios honoratiores,qui rebus geſtis floreãt,ac domi cõquieſcant.

Cultores agrorum & uillici ſerui eſſe debent,& diuerſæ à ciuibus nationis. Præterea puſillanimes, mente obtuſi, & corpore robuſti, ſic utiles ad opus erunt, & nihil rerum nouarum ex eis timeri poterit.

Docet deinde publica & priuata cõſtitui ædificia et ſyßitia,id eſt,cõuiuia publica ubi cõſtituantur. Ad flatus præterea orientis ſeu aquilonis ut ſalubrius,ædificanda ciuitas Si tyranni imperio, arx conſtituatur, & in arduo loco: Si liberi,in planitie:Si optimatum, inter utrunque.

Duo ſunt quibus agitur bene. Vnum propoſitum finiſq; recte agendi,alterum eas res inuenire per quas finem eum conſequamur. Nam cùm omnes cupiãt felices eſſe,beneq; uiuere, alijs quidem facultas adeſt, quibuſdam uerò nequaquam,ſiue ob fortunam aliquã,ſiue ob naturam: quapropter ad bene beateq; uiuendum adiumento eſt opus nõnullis. Bonus autem & euẽtus & actio & uſus uirtutis perfectus ſimpliciter eſt intelligendus:non autem ex ſuppoſitione, hoc eſt ex neceßitate aliqua.

Boni natura, moribus,ratione.

Boni inſuper & ſtudioſi fiunt ob tria. Naturã uidelicet & Morem ac rationẽ. Cætera quidem animalia natura uiuunt, nonnulla moribus,& cõſuetudinibus. Homo etiã ratione,qui ſæpe contra naturam cõtendit. Sed longe hæc tria ſimul eſſe utilius fuerit.

Fas præterea in ciuitate omnes participes eſſe imperij: quanquàm ſi conſtaret aliquem cæteris uirtute antecellere, ut heroes: hic omnium conſenſu princeps conſtituendus.

Qui uult quandoq; imperare,oportet ut ipſe prius ſubijciatur dum iuuenis eſt,diſcatq; parere ſenioribus.

Cum bellũ ſit pacis gratia,negotiũ uerò ob otium, utilia ob honeſta: actio deniq; ob contemplationem , ad hæc tanquam ad finem legislatorem reſpicere decet. Quapropter ille magnopere laudãdus,qui bellũ gerere aut uincere docet: nam exercitum potentißimum habere oportet:non ut in ſeruitutem alios redigamus,ſed ne ipſi redigamur. De bello

Virtutes quoq; alijs aliæ propriæ.

Ad bellum & negotium fortuna opus, ad otium Philoſophia. Ad utrunq; temperantia & iuſtitia.

Prior legislatoris cura corporis,quàm animi ordinandi ſit, & appetitus quàm rationis: quòd corpus in generatione antecedit animã,& partẽ rationalẽ ea quæ rationis eſt expers. Argumẽto ſunt pueri quibus ſtatim inſit ira & cõcupiſcentia. Ratio autẽ & mens tantũ prouectis. Quapropter legislator ante omnia matrimonijs uacabit,ne ea ætate coniungãtur qua ſimul ceſſant,quæ erit uiro LXX. mulieri L. ann. Itẽ ne iuuenis nimis,quòd fœtus mente & corpore minus ualẽt,& incõtinentiæ uitijs adſueſcũt. Aetas cõmoda uiri XXXVI. Fœminæ XVIII. annorum. Aetas ſenilis prope LXX. inualida ad procreandũ. Sic demũ occurritur multitudini filiorũ quæ nimis excreſcit, paucoſq; natos educare cõmodius ad inſtitutionẽ,tum ad reip. ſalutem eſſe uidetur. De matrimonio

Infantes adſueſcẽdi laboribus,duræq; uitæ, ut natura ſint robuſti,ex quo in quibuſdam locis frigida ſtatim demergunt. De inſtitutione puerorum

Prohibẽdi quoq; à turpibus collegijs: ea enim diligimus natura,quæ prius nobis occurrũt,præſertim ne ſpectatores iamborũ aut tragœdiarũ fiant. Theodorus tragœdus nulli cõcedere uoluit,ut ante ſe ageret quãuis uili hiſtrioni,quaſi magis faueant auditores illis quos primo audierint. Quapropter oportet à pueris omnia procul laſciuia ne audiant amouere,néue turpes imagines ſpectent.

Aetas idonea diſciplinis ſeptennis eſt, ex quo per hebdomadas diuidenda diſciplinæ ratio,ut à VII. uſq; ad XIIII. annum. Inde politiæ uſq; ad XXI.

Lib. VIII. Legislatori circa iuniorũ diſciplinã maxime uacandũ,quæ ualde neceſſaria eſt,nec tam priuata de cauſa quàm publica,quũ ipſi reip. mẽbra ſint. Quapropter abducendi ſunt à mechanicis & his artibus omnibus quæ ea producunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ducunt, & corpus liberorũ conſiciunt: nominat autem quatuor in primis ediſcendas literas, Gymnaſticam, Muſicam, Graphicem. Quæ ualde refert cuius gratia diſcantur. Nã ex fine etiã quæ liberales dicuntur ſordidæ fiunt. Otiũ enim negotio præſtat, magisq; appetitur quod finis ſit, illud uerò ad finem: & in otio felicitas & uita beata, in altera ærumna

Muſica

& labor. Muſica igitur ediſcẽda non tanquàm neceſſaria,

Literæ

ſed otij gratia ſiue ioci, eius uidelicet qui nõ finis ſit ſed ad

Graphicè

finẽ, & animi gratia ex labore recreandi. Per literas aũt cæteræ diſciplinæ ediſcũtur. Graphicè, id eſt, pictura præcipitur, nõ ut in mercatura ſupellectilis, aut inſtrumenti alicuius mens occupetur, ſed potius ut ex illa inſpicere poßit corporũ pulchritudinem. Non enim fas eſt ingenuis ſemper contemplationi actioniq; quanquàm honeſtiſsimis ſtudere.

De gymnaſtica moderata

Gymnaſtice etiã iuuentutẽ ac bonã corporis habitudinem diſponit, quanquàm in hac parte fera Laconũ exercitatio ac patientia uitãda, quæ nihilo meliores ad bellũ præſtat, quum multi ſint ſtrenui proteruiq; in graſſationibus, & cædibus, in arte tamen militari nihilo fortiores. Honeſtas non feritas in certaminibus præferẽda: nã neq; lupus neq; beſtia alia honeſtum periculũ pugnando ſubit. Itaq; feritas Laconũ non cauſa uictoriæ, ſed quòd ipſi exercitati contra nõ exercitatos pugnãt. Quapropter haud graues pubeſcẽtibus exercitationes iniungendæ, ne corporis nutrimento augmentoq; officiat. Poſt pubertatẽ annis tribus tantũ ciuili diſciplinæ intendãt omiſsis corporis laboribus, quòd utriq; uacare cõmode nequeant, quũ alterũ ab altero impediatur. Firmatis iam robore ac uiribus maiores addendi labores.

Laus Muſicæ

Poſt hæc de Muſica multa diſſerit, probatq; inter diſciplinas eam eſſe recipiendã, quòd requietis ac oblectamenti cauſa ſit, & animi triſtitiæ medicina, mẽtemq; rhythmis ac numeris ad uirtutem cœleſtiaq; extolat: quam ſi quis eodem modo quo cupit ad moderationem & harmoniã inflexerit, iræ, gaudij, ſpei, cæterorumq; animi motuũ decorũ retinebit. Quæ quidẽ modeſtè ediſcenda, ne impedimentũ cæteris rebus ciuilibus ac bellicis adferat. Deniq; in rebus agẽdis iuuẽtus exerceatur, quarũ ſint poſtea boni iudices, quod iudicium in exercitatis maxime ſit. Senibus corporis actio minuenda, qui & gaudere, & rectè iudicare pro iure ſuo poſſunt, ob doctrinam in ipſa iuuentute perceptam.

IN OECONOMICA.

De Oeconomica Ariſtoteles breuem admodum edidit tractatum, quòd hanc ſibi laudem à Xenophonte præreptam uiderit. Diſſerit tamen in hanc ſententiã. Oeconomica & politica inquit, differunt non ſolũ quantum domus & ciuitas (Hæc enim eis ſubiecta ſunt.) Sed etiã quòd Politica ex multis principibus eſt, Oeconomia uerò monarchia.

Coniugium

Prima igitur in hac hominum cura ac diligentia circa Coniugium. Societas enim ab ipſa natura maris & fœminæ maxime conciliatur, ut non ſolùm ſit hominibus, ſed etiam bene ſit: nec ſolum naturæ cauſa, ſed etiam utilitatis. Qui enim uiribus ualidi imbecillos iuuant, rurſus ipſi debiles in ſenectute ab illis quandoq; ſuſtentantur. Huc accedit etiam, quòd quando numero prohibemur à natura, ſaltem ſpecie perpetuos eſſe affectamus.

Diuerſa tamen conditione procreati ſimul iunguntur ad ſtabiliorem uitæ uſum. Nam fœminæ timiditas maior ob res domi cuſtodiendas. Viris audacia ob fortitudinem & res foris parandas. Fœminis item charitas maior ac patientia ad filios nutriendos: uiris ſapientia ad erudiendos.

Seruitia

Poſſeßionum poſt hæc diligentia adhibenda, quarum prima eſt Homo, quapropter ſeruos ante omnia ſtudioſos parare oportet. Eorum ſpecies duæ. Curator ſeu Villicus qui alijs præſit, & operarij. Seruis item Vini parum, aut nihil dare oportet: uini nanq; potatio uel liberos probroſos facit.

Alimenta quæ ſat fuerint operarijs dentur. Sine mercede ſubiectis imperare non ualemus. Merces enim ſeruorũ cibus. Operis uerò adhibere nec ualde timida, nec ualde fortia ſeruitia: quòd hæc non facile obtemperantia, illa uerò non facile perſeuerantia in labore ſunt. Omnino autẽ labori tempus & præmium ſtatuendum.

Oeconomo præterea ad rem tuẽdam modi ſunt quatuor. Primum parare: deinde partũ tueri, ſine quo nihilo magis parare iuuat, quàm in uas fundo carens aquam haurire. Præterea prudentem eſſe, ac diligentem. Nullus enim res alienas æque tuetur atq; ſuas. Ex quo Porus interrogatus quid maximè equũ ſaginaret, Oculus inquit dominicus. Libys etiã rogatus, quod optimum lætamen: Veſtigia reſpondit dominica. Ideo Socrates dicere ſolebat, dominum ante ſeruos exurgere, & ultimum ire cubitum oportere. Surgere enim noctu & ad ualetudinem, & ad Oeconomiam, & ad philoſophiam deniq; conferre.

Quæ œconomo ſint opus.

In lib. autem II. dicit optimũ Oeconomum non ignarum eſſe debere moris locorum circa quæ negotiatur, ſed natura ingenioſum, mente uerò iuſtum ac laborioſum.

Oeconomiæ quatuor

Oeconomiæ omnino quatuor, Regia, Satrapica, Politica, & Priuata.

Regiæ autẽ prouentus ſpecies quatuor, circa monetã, circa importata & exportata, uti ſunt portoria, circa ſumptus quum cõpendio fiunt ac res uice pecuniæ dẽtur, æſtimationeq; ubi expediat magis quàm numerato impenſæ fiant.

Satrapicæ prouentus ſpecies ſex, ex terra quam decimã uocãt, ex locorũ ubi dominatur metallicis, ex terra & agro naſcẽtibus, ex mercatoribus, ex paſturis decima item appellata. Sexta ex alijs uarijs.

Tertia œconomiæ ſpecies, Politica, id eſt, ciuitatis. Huius uectigal optimũ ex ijs, quæ in loco proprio gignuntur deinde à mercaturis, poſt hæc ἀπὸ τῶν ἐγκυκλίων.

Quarta & ultima priuati hominis, quæ quidem anomala, id eſt, abſq; norma exiſtit: quòd non ad unam tantum intentionem illi Oeconomia exerceatur. Eſt inſuper omnium minima ob breues prouentus & expenſas. Huius optimum uectigal ex terra primum, id eſt, agricultura, quæ omnium eſt parens. Hinc enim magis ſecundum naturam res nobis acquiruntur. Deinde ax alijs rebus. Tertium ex argento, præter autem omnia parcere ſuperfluis, & ne maiores ſint prouentibus expenſæ.

Exẽpla principum in exquirenda pecunia

Poſt hæc proſequitur Ariſtoteles connumerare populos ac reges eos qui calliditate nouas artes uectigalis & rei parandæ ſibi inuenerunt. Quæ pars adhuc in Latinum ſermonem (quod ſciuerim) conuerſa non eſt.

Byzantij pharmacopolarum, & funambulorum, eorumq; qui miranda faciunt, & his ſimiliũ artium, tertiam partem publico dare iuſſerunt. Item exiſtente lege, non eſſe ciuem, niſi ex utroq; parente ciue natum: conceſſere XXX. mnas tribuenti ciuem eſſe tantum ex altero.

Antiſthenes Athenienſis in magna Athenienſiũ neceßitate conſuluit, ut Dionyſia quæ magna expenſa celebrare conſueuerunt, ſuperſederentur: ac Dionyſio uouerent anno futuro duplicia fieri.

Cypſellus Tyrãnus Corinthius uouens Ioui offerre bona Corinthiorũ ſi ipſorũ potiretur, Decimas tantũ eorũ poſſeſſionum in annos decem dari iußit, hoc pacto & uoto ſatiſfecit, & eorum ſubſtantiam ex magna parte ſeruauit.

Lygdamus Naxeus cum exulum bona nullus auderet emere, ipſis exulibus reddidit poſſeßionẽ: ſupellectilem uerò resq; precioſas ſiquæ aderant eiſdem uendidit, ſeu alijs deſcripto nomine.

Hippias Athenienſis tyrannus in augendo uectigali mira cogita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cogitauit,ut qui domos haberent prominentes & uiam occupantes,præterea portas extra aperientes, quod erat honoris,uendidit dominis. Monetam quoq; iuſsit minori,cōmutari,quàm à ſe coactam rurſus in priſtinā æſtimationem reduxit. Nauarchis & Demarchis publicis officijs & muneribus uacare,ſi pecuniam tribuiſſent. Idem cuilibet in ſacrificio Palladis uoūti unum obolū imperauit. Idem & cuilibet puero naſcenti fecit.

Lampſaceni indigentes pecunia multa coëgerunt nauigia frumenti priuatorum,uendiderunt́q; pluris quàm illi conſtituerant: atq; hoc modo pretium iam conſtitutum dominis reddiderunt,reliquum ipſi ſibi retinuerunt.

Lacedæmonij Telminenſibus amicis pecuniā in reditum patriæ rogantibus iuſſerunt ſeruos & ueterina unam diem ieiunare,impenſaḿq; hanc dare Telminenſibus.

Cyziceni tumultuantes ac populo diuitibus præualente cum militibus pecuniam deberent, in penuria,ſtatuerunt ut omnes diuites capti ac damnati capite,tantum exilio plecterentur, ſi pecunia ſe redemiſſent.

Chij legem tulerunt ut debita priuatorum omnia publicè deſcriberentur,eá́q; exegerunt in patriæ neceſsitate, creditoribuś́q; fœnus quouſq; ſortem redderent exſoluerunt.

Cordaulus magiſter equitum Mauſoli regis iter faciens per regni fines donis plurimis & diuerſis,etiā porcis, uitulis,ac his ſimilibus cumulatus,munera nominá́q; dantiū iuſſit ſcribi,dantibuś́q; mādauit ea nutriri donec uſus tēpus adueniret. Idē finxit regem uelle comas incidi,quòd his opus haberet,effecit́q; ut iuuentus quæ ſtudebat comæ & elegantiæ,data pecunia cum eo tranſigeret,edictuḿq; uitaret.

Ariſtoteles Rhodius præfectus Phocenſiū uidens in duas partes multitudinē diuiſam,alteri adhærens parti dixit, alteram multa ipſi promiſiſſe uti potiretur alterius, ſe autem noluiſſe auſcultare,quòd beneuolētior huic eſſet: hoc illi audientes obtulerūt ei quod uoluit. Eodem modo & cum altera egit deinde parte. Poſt hæc inuicem eos conciliauit.

Clazomenij debentes militibus x x. talenta à diuitibus ea receperunt, datis totidem talentis ex ferrea moneta quam percuſſerunt.

Selymbriani indigentes pecunia lege prohibente triticum exportari,& fame exiſtente circa:ipſi autē frumento abundantes, conſtituere priuatos dare ciuitati frumentum certo pretio. ſibi reſeruato quantū in annū ſatis eſſet: deinde pretium terminātes poteſtateḿq; extra mittendi facientes pecunia ſimul & frumenti uſu abundauerunt.

Dionyſius Syracuſanus Dionyſius Syracuſanus uolens cogere pecuniā,finxit Cererem ſibi apparentē iuſsiſſe omnem ornatū muliebrē offerri in tēplo. Itaq; prius ipſe ſuarū obtulit. Deinde idem facere cæteras coëgit,ne dea ipſis tanquàm ſacrilegis iraſceretur. Demū coacta omnia ipſe abſtulit tanquàm à dea mutuatus.

Peracto aliquanto tēpore mulieribus ornatū recuperare uolentibus,priſtinū permiſit ſi certū aurū deæ offerrent.

Idem deſcribi iuſsit orphanorum ſubſtantiam,& qui illā detinerēt:eó́q; modo uſus eſt donec illi ad ætatem ueniſſent.

Idem Rheginis captis atq; direptis, permiſit libertatem, ſi certum auri numerum publicè atq; priuatim ei darent.

Itaq; illi hac ſpe ſollicitati, reliquum quod occultauerant prompſerunt,eíq; dederunt: ille nihilo magis promiſsis ſtetit,aut eos liberauit.

Mendei cum aduerſus Olynthios dimicarent, abundantes ſeruis, & indigentes pecunia, iuſſerunt ciues mare & fœmina tantum ſeruis ſibi retentis, reliquorum uſum ciuitati præberent.

Timotheus Dux Timotheus Athenienſis bellū gerens aduerſus Olynthios deficiente argento æs inciſum militibus diuiſit, iuſsit́q; pro argenteo uſum in exercitu præbere. Mercatoribus autem aliò proficiſcentibus edixit ex eadem moneta ſpolia emere pro quibus argentum reportarent.

Idem expugnans Samum, fructus ex agricultura omnis eis uendidit,qui militum ſtipendijs ſuppeditauere.

Didales Perſa Didales Perſa militibus tumultuantibus, ac ſtipendia poſtulantibus in exercitu: in concione dixit,ei nō deeſſe pecuniam,uerùm in quodam loco quem nominauit eſſe, finxit́q; iumēta plura onerata argēto atq; cōtecta: deinde unū tantū cum argento diſcooperto præmiſit. Quod cōſpicatus exercitus in ſpem uenit:at ille inquit, minime exoluere ſtipendiū oportere donec Amaſum perueniſſent quò tendebat, erat́q; iter plurium dierum ac hyemale. Atq; hoc modo uſus eſt interim exercitu tantum neceſſaria præbendo.

Iphicrates Athenienſis Cotys rex Thraciæ Iphicrates Atheniēſis Cotyi Thraci cōgreganti exercitū in pecuniæ inopia cōſuluit imperare ſubditis, ut quilibet tris tritici modios pro eo ſereret,ex quo ille magnam uim frumenti congregans cum mercatoribus pecunia commutauit.

Cotys idem rogauit Corinthios pecuniam mutuā in congregando exercitu: quod negantes, iterum rogauit, mitterent aliquos ciues,quibus ipſe cuſtodiam quarūdam arcium & oppidorum uti fidelioribus tradere uolebat: quo facto eos ciues in cuſtodia detinuit,donec coëgit eos mutuū quod rogauerat dare.

Cleomenes Alexādreus Cleomenes Alexandreus Aegypti Satrapa, cùm ex ſuis quidam per Nilum nauigans à Crocodilo eſſet arreptus,ſacerdotes eius loci poſtulauit,ut ob ultionem hos uenarētur: illi qui ſacros habent Crocodilos, magna ui pecuniæ ſeſe ab hac iuſsione redemerunt.

Alexander Alexāder Macedo uolens prope Pharū ciuitatem habitari; illicq; emporiū quod Canobi erat unà cum ſacerdotibus transferri:illi ne hoc cogerentur pecunia tranſegerunt.

Stabelbyus rex Stabelbyus rex Myſorum debens ſtipendiū militibus, duces eorum congregauit,monuit́q; non amplius priuatis opus habere, ſed ducibus. Itaq; ſtipendiū quod militibus debebat eis ſe recepit daturū,modò miſſos faciant milites: quod illis facientibus, ac procedente tempore ſtipendium petentibus reſpondit,neq; tibicinem ſine choro,neq; ducem ſine exercitu aliquid utilitatis adferre. Iuſsit igitur illos diſcedere.

Recentiorum exempla Huiuſcemodi ergo Ariſtoteles exempla connumerat,quibus profecto noſtrorum ingenia minime cedunt, ſi conſideremus quæ principes quæſtus gratia moliantur. Vt alia omittam,quæ Xiſtus, quæ Innocentius pōtifices noua in urbe collegia commenti ſunt, unde breuem utilitatem præpoſuerunt decori atq; libertati curiæ ſempiternæ. Quid Laurentius Medices Florentiæ inuentis albis quadrantibus quæ portorijs penderentur. Quid Neapoli Ferdinādus rex in belli neceſsitate chartea moneta iuſſa rebus cōmutari. Deniq; tot impudentiſsime non ſolum populis,ſed ſacerdotibus quotidie imperatæ pecuniæ.

Sapientum dicta de Oeconomia Stobeus in collectaneis Sapientum dicta de Oeconomia breuiſsima ponit. Solon dicebat domum honeſtam ſibi uideri in qua res poſſeſſæ neque poſsidentibus iniuſtæ, neque cuſtodientibus difficiles, neq; augentibus pœnitendæ ſint. Bias,in qua talis eſt dominus qualis extra per legē. Thales, In qua ita probe ſint omnia diſpoſita, ut plurimum in ea uacare domino liceat. Critobulus. In qua dominus plures habeat ſui amantes, quàm timentes. Pittacus. In qua ſuperfluorum nihil requirens, & neceſſariorum nihil indigens dominus. Chilo. Quæ maxime imperio ſimilis ſit ciuitatis.

Muſonius Muſonius maxime uituperat in Oeconomia ſeperfluos ſumptus, luxuḿq;, ac uaſa argentea, aurea triclinia, lectos eburneos,cedrinas menſas: præterea plures quàm oporteat ſeruos & ancillas,epulas item ſumptuoſiores: quibus rebus non ſolùm inepti efficimur, ſed iniuſti & auari, quum pro

his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

his comparare multas oporteat opes, ac uectigal magnum, quod niſi per iniuſtitiam quæri nõ poteſt. Delicijs inſuper longe tolerabiliorem morbũ eſſe dicit: quò d is corpus tantum corrumpat, illæ uerò corpus animumq́; inficiant.

Antiphon

Antiphon ita rem Oeconomicã deſcribit, ut uxorem uelit domui rebusq́; domeſticis conſeruandis præparandisq́; præeſſe: uirum autem foris in agro, in foro, in republ.

Bernardus

Bernardus noſter nõ inutilem & ipſe de Oeconomia tractatum ædidit, ubi paſcẽdam copioſe quidem familiam, citra tamen delicias iubet. Reliqua uerò ac pulcherrima in hac diſciplina qui cupiat uidere, eum ad Xenophontis Oeconomicum, quem conuerti relegamus.

Chironomon · Prægustator · Iatralepta · Anagnoſtes · Diſsignator

Officia domeſtica apud ueteres fuerãt, Diſpenſator, Cõdus, Promus, Atrienſis, Cocus, Dulciarius qui confectiones præparabat. Structor qui cõuiuia, Chironomon qui obſoniũ in repoſitorijs ſecabat. Iuuenalis, Spectas & Chironomonta uolanti Cultello. Prægustator qui libabat. Præterea Medicus, Iatralepta qui unguentis aut pharmacis præparandis præerat domino ſiue lauãti ſiue ægrotanti: id nunc officium Aromatarij uſurpant. Cubicularius, à poculis, à memoria, ab epiſtolis, à libellis, à ſtudijs, ueſtiarius, ianitor, Anagnoſtes, Diſsignator. Is erat & publicus, & priuatus principum, qui nunc Cerimoniarum magiſter. In marmore Romæ, C. Verres. Eros diſsignator Cæſaris Auguſti: & in Plauto, Surge diſsignator. Loca enim & in ludis, & in funeribus, cuiq; conſtituebat. Horatius, Diſsignatorem decorat funeribus atris: quanquam omnes deſignatorem legunt, quod male omnino putauerim. Deſignare nanq; aliquid eſt mente diſponere, ut Terentius de adoleſcente: Quid nunc nõ deſignauit is mali: ſeu etiam aliquid in ædificando ordinare, ut Liuius: Loca theatri deſignauit.

Deſignare

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM

LIB. XXXVII.

IN LIBROS DIALECTICAE.

ZENO Eleates primus hanc philoſophiæ partem ad uerborum contentionem deduxit, ne dicam inquinauit, quum planè ex Epicuri ſententia res naturæ dialectica non opus habeant, multoq́; minus theologia, ut ait Hieronymus: Ambitionis commenta ſunt omnia, ut ſcientia difficilior cognitu putaretur, ſatisq́; conſtat ipſum quandoq; Ariſtotelem gloriatũ apud Alexandrũ fuiſſe, Phyſicam ab ſe æditam neminem eſſe ſatis intellecturum. Neoterici uerò multo ambitioſius hanc inuolucris & ænigmatis poſtea diſtorſerũt, ut iam ſphinge opus ſit ad artem Raimundi. Is enim uir Gallicus ſublimi doctrina ſub Ioanne XXII. alia quoq; obſcuriora reliquit, quæ in ſanctuarijs Pariſiorũ adſeruari ferunt. Sed & hæc contagio noſtros iamdudũ afficit religioſos, & in eorũ conciliabulis ac diſputationibus is maxime prouehitur, qui cæteris clamoſior & adrogantior uidetur: tũ maxime ſapere, ſi portẽtoſis nominibus è cœno cõmentariorũ depromptis, quàm minime ab alijs intelligatur. Neq; ars uituperãda, quæ ſicuti ſobrie percepta ingenium acuere, ſic peruertere poterit, ſi multum hæc tẽporis, ac de uerbis magis quàm de rebus, deq́; uictoria magis quã de ueritate ſollicitũ teneat: quod uitiũ Cicero inquit maxime cõtra prudentiã eſſe. In hac igitur tẽporis breuitate utilia tantũ, & quæ ad uitæ faciant frugem ediſcenda.

Raimundus

Quum itaq; dialectica omnis uerbis conſtet, hæc bifariam diducuntur: aut Simplicia ſunt: ut Plato: aut coniuncta: ut, Plato diſputat.

Simpliciũ rurſus Synonyma, Homonyma, Analoga, Paronyma, Finita, Infinita, Categorematica, Syncategorematica.

Synonyma ſunt, quũ ſub uno plura cõprehenduntur ſecundũ eandẽ ſubſtantiæ rationẽ. ut, Animal: quo fermè modo genus de ſpecie, ſpecies autem de ſingularibus dici poteſt.

Aut Homonyma, id eſt æquiuoca, cùm idem plura ſignificat: ut Lætum, hilarem, & mortem.

Analoga Latini proportionẽ dicunt, quã aliter mathematici uſurpant, pro menſura uidelicet quadã in numeris: Philoſophi autẽ in uerborũ congruentia, cùm duo proportionem ad unũ habent: ut, caro piſcium cõparatione terreſtriũ animaliũ, & hominis ſimulacrum cõparatione ueri: poteſt tamen idem dici uniuoce, æquiuoce, & analoge: ut canis animal, & cœleſtis, & pictus. Grãmatici item aliter in caſuum declinationumq́; ſimilitudine: ut, canis, funis, panis.

Paronyma, id eſt denominationes: ut, à iuſtitia iuſtus.

Finita: ut, homo, Infinita: ut, non homo.

Categorematica: ut, equus, homo, animal: nam prædicatiua dicuntur ad eorum differentiam quæ nihil ſignificant aut ponunt.

Syncategorematica nomina quæ illis adduntur, grammaticis diſtributiua, dialecticis ſigna appellata: ut, omnis, nullus, aliquis.

Tertia uerborũ diductio, quam noſtri dialéctici primæ ac ſecũdæ intẽtionis appellãt, Ariſt. in met. adnotata. Sub prima nomina re ſubſiſtẽtia, & ad phyſicũ pertinentia cõtinentur: ut, homo, animal, qualitas, quãtitas, & reliqua prædicamẽta. Sub ſecũda nomina nõ re ſubſiſtẽtia, ſed ratione cõprehenſa, ac nominũ re ſubſiſtentiũ ſignificantia, quæ ad dialecticum pertinẽt: ut, genus, ſpecies, differẽtia, propoſitio, ſyllogiſmus, & reliqua huiuſcemodi. Ariſt. itaq; quũ ad ſyllogiſmũ, præſertim demonſtratiuũ, qui neruus eſt logicæ properaret, neceſſariũ duxit hæc tanquã eius partes prius enarrare: Verba uidelicet, & propoſitiones. Verborũ duos ædidit tractatus. Primũ, Quinq; uoces Categoricas. Alterum x. genera, ſiue categorias. Tertiũ his addidit, de Interpretatione tractatum, ubi de ratione propoſitionum omnium agit.

Quinq; igitur uoces categoricæ à noſtris Vniuerſales & Prædicabiles dictæ (quòd in his uniuerſæ cõprehendantur uoces) ſunt, Genus, Species, Differentia, Proprium, & Accidens. Quinq; uoces categoricæ

Genus apud grammaticos ſexum ſignificat, apud oratorem ſobolem, apud logicum quod plures continet ſpecies. Genus

Sub hoc ſubſtantiæ prædicamentum proprie continetur. Ac rurſus Genus ſubalternum, ſpecies quidem uocata reſpectu ſupremi generis.

Eadem quoq; ratio ſpeciei, donec ultima ſpecialiſsima dicatur. Species Ariſtoteles ſubſtantias fecit ſecũdas, ac minime ſubſiſtentes. Plato autem & primas & ſubſiſtentes, quas Ideas uocauit, quorum eſſet particeps indiuiduorum ſubſtantia. Species

Differentia cõmunis, propria, & magis propria: hæc ultima diuidit genus, conſtituit ſpeciem, perficit diffinitionem. Accidẽs & propriũ inter accidẽtalia ſunt & cõmunia, tam in uniuerſalibus quàm ſingularibus: tantum inter ſe differũt, quòd omne propriũ accidens eſt, non contrà. Propriũ enim eſt quod in anguſtiore conſiſtit limite, ac tantũ alicui rei uel ſpeciei accidit: ut, Socrati ironia, uel riſibile homini. Propria aliqua dici poſſunt, quæ oriuntur ex principijs ſubſtantialibus, ſiue ſpeciei, ſiue indiuiduorũ, quãuis ſint accidẽtia ad differentiam illorũ quæ dicuntur accidentalia. In uniuerſum Differentia · Proprium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſum uerò quadrifariam dicitur proprium,quod ineſt ſoli , & non omni,ut homini eſſe medicum:quod ineſt omni,& nõ ſoli,ut eſſe lapidi:quod ineſt omni,& ſoli.ſed non ſemper, ut homini eſſe cogitantem:quod ineſt omni & ſemper,hoc proprie propriũ,ut eſſe riſibilẽ.Ex quo nõ inepte illud diſtichon extat:

Forma,figura,locus,ſtirps,nomen,patria, tempus,
Cuilibet eueniunt,hæc homini propria.

Accidens — Accidẽs duplex,aut tanquàm extraneum eſt in ſubiectum, & de nouẽ generibus ac primæ intẽtionis eſt:de quo dicit Ariſt. in prædicamentis,quod uere eſt nulli accidit.Et accidens inter quinq; uoces quod ſecundæ intentionis fuerit , quum uidelicet extraneum aliquid non ut in ſubiecto proprie fuerit ut homini accidit ſeruus,& Socrati ueſtimentum.

X.Categoriæ — Decem uerò Categoriæ , quæ à noſtris Prædicamenta dicuntur,non tamen prima,ſed prima genera,ut ait Simplicius, de re ſunt,non de uocibus, aut nominibus , quanquam contra uidetur:nam ad Logicum pertinet de prædicamentis ueſtigare:Logicus quoq; entia rationis,uerbaq; tantum conſiderat.

Inſtatur autem,quòd uerba conſiderat,non ut abſtracta,ſed rebus concreta,igitur ex accidente res ipſas:quod aperte Ariſtoteles monſtrat in primo Phyſicorum,ubi uult,quòd quicũq; urinæ ſalubritatem intelligit,intelligat & urinam ut eſt obiectum ſalubritatis.In II.item Phyſicorum , qui in materia formam conſiderat,habet etiam quadãtenus materiam iudicare.

Categoriarũ igitur prima ὀσία eſt,quã Cicero & Quintilianus Eſſentiam conuertunt, poſteriores uerò Subſtantiam, de qua tantum ſcientia eſt.Reliqua accidentia.Quale,Quantum(à poſteris diuiſum, quàm magnum & quàm multum.)

Ad aliquid,unde deducitur translatio et comparatio. Poſt hæc Facere,Pati,Vbi,Quando,Habere, (quod eſt quaſi armatum & ueſtitum eſſe)& Situs. Ex his plurima in ſequentibus perſpiciemus. Quæ uerò his addũtur ab Ariſtotele Indiuidua ſubſtantiarum primarum,de nullo ſubiecto dicuntur, neq; in ſubiecto ſunt,ut Socrates. Accidentium uerò indiuidua,de nullo item ſubiecto , ſed in ſubiecto ſunt:ut , quædam grammatica, quoddam album. Subſtantiæ autem ſecundæ ſiue uniuerſales ſiue ſpecies in ſubiecto non ſunt : de ſubiecto autem dicuntur:ut , homo. Accidentia item uniuerſalia de ſubiecto & in ſubiecto dicuntur , ut ſcientia in anima dicitur: & de ſubiecto,ut grammatica.Item color in corpore , & de ſubiecto , ut de albo.

IN PERI HERMENIAS.

QVVM de propoſitionibus hic uelit diſſerere , neceſſe prius fuit nomen & uerbum, tanquam eius partes, enarrare : quapropter ἑρμηνείαν uocat,id eſt,interpretationem & enarrationem. Nomen igitur & Verbum uoces ſunt,altera ſine tempore , altera cum tempore ſignificantes:quarum partes diuiſæ nihil ſignificãt, & in altero rectum tantum,in altero præſens recipitur tempus : ut Homo, & Studet.Nam Hominis,aut Studebat,nec nomen,nec uerbũ appellat,ſed nominis & uerbi caſus.Præſens enim ſolum tempus ait uel negat,quod fit ex oratione , id eſt ex nomine coniuncto,uocaturq; ἐπαγγελία,apud nos uerò Enunciato : quaſi præſentis ſit conſiderationis uerum uel falſum enuntiare , in caſu non item.Reliquæ uerò orationes uariæ ſunt,Exhortatoriæ,Protrepticæ,Cõſultatiuæ:ad rhetoricen magis pertinent, hæc tantum ad logicam.

Oratio logica — Oratio igitur res differentes ſignificat , eius uerò partes diuiſæ,etiam aliquid.

Adfirmatio eſt alicuius enuntiatio de aliquo.

Negatio alicuius enuntiatio ab aliquo.

Has inſuper propoſitiones,Cappella proloquia uocat: quæ adhibitæ ſyllogiſmis Maiores & Minores dicũtur, aut Præmiſſæ,aut Maius & Minus,Adſumptum,ſiue Sumptiones,ſiue Interuallum.

Græci & Lemmata & Prolepſes uocant , teſte Cicerone. λήμματα προλήψεις

Tertiam uerò concluſionem,ſiue ut Capella Elationem,ſiue ut Conſultus, Symperaſma.

Propoſitionũ genus & comparatio — Propoſitionum rurſus Genus & Compartio conſiderãda. Genus multiplex,Categorica, Hypothetica.

Categoricorum item aut Qualis,ut aiens & negans apud Ciceronem,apud Capellam uerò dedicatiua,& abdicatiua.

Aut Quanta,ut uniuerſalis,particularis,indefinita , ſingularis,exceptiua. Indefinita autẽ pro particulari accipitur, quòd ea neceſſario ſit : non autem neceſſario uniuerſalis , ut homo,iuſtitia,uirtus.

Aut ſecundum modos. Modi autem ſex , & hi quidem de ſenſu compoſito,ſeu diuiſo.

De ineſſe autem uocat Categoricam citra modos , quando uidelicet ſimpliciter ineſt prædicatum ſubiecto. Nam propoſitiones utræq; ſpecies ſunt ſpecialiſſimæ,ac ſub ſpecie ſubalterna,id eſt ſub categorica comprehenſæ,de quibus tantum in hoc loquitur tractatu.

Hypotheticam Capella conditionalem uocat:ut , Socrates quum ualet,ambulat. Fit etiam ſub diſiunctione:ut, aut ualet aut ambulat.

Inter propoſitiones etiã poſitiones,Problemata, Axiomata,Poſtulata,Inſtantiæ,de quibus alibi dixi.

Præterea comparantur inter ſe,aut opponuntur , aut conſequuntur,aut conuertuntur.

Oppoſitiones IIII — Oppoſitiones(id eſt,ἀντικείμενα) deinde quatuor attingit in tertio libri tractatu:Contrariam,Subcontrariam,Contradictoriam,Subalternam:hæc ultima nõ uerè oppoſitio.Eſt enim Oppoſitio repugnantia duarum propoſitionum in qualitate tantum,uel quantitate & qualitate ſimul : in ueritate tantum, uel falſitate tantum,uel in utraque ſimul. (Oppoſitio quid)

Contrariæ — Quòd autem propoſitiones categoricæ ſint contrariæ,requiritur ut altera uniuerſalus aiens,altera uniuerſalis negans ſit eiuſdem ſubiecti et prædicati:ut, Omnis homo currit,Nullus homo currit. Et denique omnes illæ partes concurrunt, quæ narrantur in diffinitione elencorum. Præterea nequeunt ſimul eſſe ueræ,at ſimul falſæ poſſunt.

Subcontrariæ — Subcontraria non ponitur Ariſtoteli,ſed Boetio:cuius conditio eſt,ut ſit particularis uel indefinita aiens : altera uerò particularis uel indefinita negans eiuſdem ſubiecti & prædicati,ut aliquis homo currit , & aliquis homo non currit , & item homo currit,& homo non currit:poteſtq; utraque uera eſſe,quum nec ſimul negari neq; adfirmari poſſint.

Contrariæ ſingulares aut uniuerſales. Singulares ſunt, quum duæ ſingulares propoſitiones diuerſæ ſe opponunt: ut, Socrates eſt doctus,Socrates non eſt doctus,quæ maior eſt omnibus oppoſitio:alteram eorum oportet eſſe ueram,alteram falſam. Non autem ſunt pugnantes ſi negatio poſtponitur : ut , Socrates eſt doctus , Socrates eſt non doctus : quòd terminus ſit infinitus : nec dicitur negans,ſed aiens,poſſuntq; ſtare ſimul.

Contradictoriæ uniuerſales ſunt illæ:Omnis homo doctus, Nõ omnis homo eſt doctus:Quidã homo doctus,et Nullus homo doctus:quæ nec ſimul ueræ, nec ſimul adfirmari poſſunt.

Propoſitiões neceſſariæ,impoſsibiles,contingentes — Poſt hæc quum quædã propoſitiones ſint neceſſariæ, quædam impoſſibiles,quædã uerò contingentes, Neceſſaria dicitur,quæ haud poteſt non eſſe,ſeu falſa eſſe non poteſt. Impoſſibilis,quæ non poteſt eſſe,ſeu non poteſt eſſe uera. Contingens uerò,quæ poteſt eſſe & non eſſe:quæ , ut ait Ariſtoteles,eſt uerè determinata.

De contingenti autem aut neceſſario eſt aliud genus propoſitionis ſecundum modos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Libro ſecundo. De cōſectarijs quæ ἀκολουθήσεις, ſeu συμπλοκὰς ἀκολούθων, & oppoſitionibus, quas ἀντιθέσεις appellat. Ac prius de conſectarijs quæ accidunt propoſitionibus de ineſſe ratione infinitorum, quæ ἀόριστα uocat. Nam dicitur propoſitio de ſubiecto finito aut infinito, ſiue propoſitio de prædicato finito uel infinito, in qua ſubiectum uel prædicatum eſt finitum aut infinitum: ut, Lilium eſt album, & non lilium eſt album. Exemplum ſecundi, Lilium eſt album, & lilium eſt non album. Negans igitur ad aientem prædicato uariato penes finitum & infinitum, & contrà rectè conſequitur: ut, Homo eſt iuſtus, Homo non eſt non iuſtus: &, Homo non eſt iuſtus, Homo eſt non iuſtus. Item non rectè conſequitur, Hic equus eſt pater & tuus, ergo eſt pater tuus: quòd Tuus, poſſeßionem equi ſignificat, Pater uerò paternitatem.

Similiter, Quinque ſunt tria & duo: ergo Quinque ſunt duo, & quinque ſunt tria. Et, Socrates eſt albus & muſicus: ergo eſt albus muſicus.

Conſectariorum catholica quatuor

Conſectariorum catholica quatuor. Primum: Si ad aliquod antecedens ſequatur aliquod conſequens, & non contrà, tunc ad oppoſitum conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis. Secundum: Si antecedens ſequatur aliquod conſequens, & non contrà, non oportebit ad oppoſitum antecedentis conſequi oppoſitum conſequentis. Tertium: Oppoſitum antecedentis poteſt omnino ſtare cum oppoſito conſequentis.

Quartum: Oppoſitum conſequentis ſtare nequit cum antecedente. In cuius exemplum figura inferius ſubijcitur,

A		B
conſequens	F	oppo. conſequentis.
Plato mouetur	Cont.	Plato non mouetur
D		C
antecedens	E	oppo. antecedentis.
Plato currit	Cont.	Plato non currit.

DEINDE de Oppoſitionibus, & Aequipollētijs, ac Conſectarijs propoſitionum modorum tractat: ubi dicit, Ad cognoſcendum contradictionem in ijs quæ ſunt eiuſdem modi non ſatis eſt negare uerbum, ſed modum. Aliter ſequeretur, quòd contradictoriæ eſſent ſimul ueræ, quod fieri non poteſt: ut, Contingens eſt Socratem ambulare, contradictorium eſt, Contingens non eſt Socratem ambulare.

Antitheſes Oppoſita

Præterea apud antiquos poſitas has modorum propoſitiones, ſe inuicem haud probe conſequentes & æquipollentes, Ariſtoteles interpolat: primum Antitheſes inter ſe pares, deinde oppoſitas ponendo, hoc modo: Poßibile eſt eſſe. Contingens eſt eſſe. Non impoßibile eſt eſſe. Non neceſſe eſt non eſt. Sequuntur totidem complexus inter ſe item pares. Non poßibile eſt non eſſe. Non contingens eſt non eſſe. Impoßibile eſt non eſſe, Neceſſe eſt eſſe. Oppoſitæ his, inter ſe quoque pares. Poßibile eſt non eſſe, Contingens eſt non eſſe. Non impoßibile eſt non eſſe, Non neceſſe eſt eſſe. In alio ordine ſecundis opponitur. Non poſſibile eſt eſſe. Non contingens eſt eſſe. Impoßibile eſt eſſe. Neceſſe eſt non eſſe.

Eadem rurſus ratio de propoſitionibus de ineſſe. In his enim negatio præpoſita parem contradictorio facit, poſtpoſita contrario. Subalterna uerò quum non ſatis reſpondeant non eſt neceſſe ponere. Omnis homo miſer. Nullus homo non miſer. Non aliquis homo non miſer. Item particularia: Aliquis homo miſer: Nonnullus homo miſer. Non omnis homo non miſer. Oppoſita his: Nullus homo miſer. Omnis homo non miſer. Non aliquis homo miſer. Particularia. Aliquis homo non miſer. Non omnis homo miſer. Nonnullus homo non miſer.

De cōtingēte & poßibili

Inſuper Poßibile & contingens conuertuntur: utrunque autem dupliciter dicitur. Primò lato communi uocabulo tam ad illud quod eſt neceſſarium, quàm non neceſſarium, modò non impoßibile ſit. Ex quo hæc conſequitur: Neceße eſt, ergo poßibile eſt, ſiue contingens eſt, non tamen conuertiur. Secundo capitur utrunque pro eo quod non eſt neceſſarium, nec eſſe nequeat. Sic igitur diuiditur in tris modos, frequens, rarum, & ad utrunque.

Deinde quæritur, an Plato poteſt philoſophari, ſit modi, an de ineſſe. Ad hoc, ſi uerbum Poteſt, reſoluitur in poßibile, modi eſt: ſi minus, de ineſſe.

Sequitur ordo modorum, Neceſſarij, Poßibilis, Contingentis, Impoßibilis. Dicit itaq; Neceſſarium eſſe primum. quoniam ſempiterna & ea quæ ſemper ſunt prima ſunt, ſed neceſſarium eſt ſemper, ergo prius. Ex quo infert huiuſcemodi entium diuiſionem. Quædā energia ſunt ſemper, ut primæ ſubſtantiæ Deus & intelligentiæ: quædam energia & potentia: in quibus energia non prior eſt, ſed tempore poſterior. Alia nuſquam energia, ſed ſolum potentia, ut continuum in infinitum diuidi, ſed nunquā erit energia diuiſum. Poßibile itèm æquiuocè dicitur: Nam aliquid eſt poßibile quod iam energia eſt: ut, poßibile eſt aliquem ambulare, quando ambulat: aliud poſſibile diſtans ab energia, uel poßibile ante energiam, ut quando poteſt ambulare, ſed non ambulat. Hoc ultimo modo dictū in mobilibus & generabilibus: ſed primo modo tam in mobilibus, quàm in immobilibus. Modi propriè accepti ſunt quatuor tantum: ubi ſe in tempus quoduis extendūt, ut poßibile Platonem diſputare: ſic neceſſarium, contingens, & impoßibile. Non item Verum & Falſum. In hoc libro illa dignitas maxima notatur. De quolibet eſt adfirmatio uel negatio uera, & de nullo ambo ſimul.

De neceſſario

Entiū diuiſio

De poſsibili

Modi tantum IIII

IN PRIMA ANALYTICA.

Syllogiſmi ex cognoſcente

TRIA Genera ſyllogiſmorum ex totidem proueniūt cauſis: ex Cognoſcente, Cognitione, & Cognitio. Ex primo hoc modo: Cognoſcēs enim aut Mens eſt, aut Dianœa, aut Opinio, aut Phantaſia. Sed neq; mens, neque ſenſus ſyllogizat: quòd mens præſtat ſyllogiſmo, & ut Plotinus ait primis ſimpliciter incurſibus res omnis percipit, uel citra principia, minimeq; fallitur. Phantaſia item non ſyllogizat, quòd ſenſuum ſit conſeruatrix, et propior ſit ſtatui quàm mortuinum & ſyllogiſmus motus quidam eſt, & ex alio in aliud diſcurſus. Sed neq; opinio, quòd ea ſit Dianœæ cōcluſio.

Reſtat ut Dianœa ſit: hæc ex propoſitis aliquibus nobis notis & conceßis oportet ut colligat accepta, ſiue à mente, ſiue ab opinione, ſiue à phantaſia. Si ex mente, tūc uera fuerint principia: ex his quas ἐννοίας, id eſt notiones communes, ſeu dignitates, ſeu maximas propoſitiones uocant, uerus erit ſyllogiſmus ac demonſtratiuus. Si ex opinione, uerus ac falſus poterit eſſe, ex quo dialecticus in hominum diſputatione fuerit. Si ex phantaſia, falſus omnino erit, uocatus ſophiſticus, quòd phantaſiæ ſemper falſum ſubeſt. Nam quum dico, Omne ſuperſtans eo quod ſuperſtat maius: phantaſia imaginatur ex corporis magnitudine, neque æquiuoca diſtinguit ſicuti mens, ubi cōſiſtit deceptio. Nam ſuperſtans æquiuocum eſt, quod & magnitudine & tumore aut eminentia ſuperſtans dici poteſt.

Ex cognito

Ex cognito ſimiliter hæc eadem tria inueniuntur. Nam res de quibus eſt ſyllogiſmus, uel ſemper ſimiliter ſe habent, & fit circa ea demonſtratiuus: uel nunquam ſimiliter ſe habent, & fit ſophiſticus: aut quandoq; ſic habent, & quandoq; non: & fit dialecticus.

Ex cognitiōe

Ex cognitione itē ſimiliter. Vt aut notitia minime fallitur, aut ſemper falſa, aut quandoq; falſa, quandoq; uera. Igitur in hoc Priorum libro nullus horū tractatur, ſed de ſimplici & uniuer

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uniuerſali. Nam de demonſtratiuo tractaturus oportuit ut de ſimplicibus uocibus, deinde decem generibus, poſtea de interpretatione, poſtremò de ſimplici ſyllogiſmo diceret.

Cur Analytica dicuntur

Nunc dicendum cur Analytica dicantur: deinde cur Priora. Eſt enim Analyſis reſolutio compoſitionis ad partes, & compoſiti ad ſimplicia elementa: quum autem hic res componantur & propoſitiones, cur nõ potius ſynthetica, id eſt compoſitiua quàm reſolutiua dicantur? Ratio in parte tertij huius libri tractatus, qui de reſolutione narrat, adfertur, quoniã magis inuenitur ex reſolutione ſyllogiſmus habens propriam figuram. Cognito enim quomodo reſoluitur, cognoſcitur quomodo componitur, non item contrà. Nam idiota non ignorat nominum & uerborum compoſitionem in ordinem finire ac dicere, uidelicet Socrates ambulat. Soluere autem non idem ſcit, dicendo quod eſt nomen, quod uerbum.

Cur priora dicuntur

Prima autem Analytica dicuntur, quod de ſimplici tractãs ſyllogiſmo uidetur ad materiam ſine forma propoſitionem habere. Et quoniam prius eſt genus quàm ſpecies propria. Simplex autem & uniuerſalis ſyllogiſmus, genus eſt tam demonſtratiui quàm reliquorum ſyllogiſmorum ſpeciebus. Ex quo congruum uidebatur, primò hæc quaſi de genere Priora: ſecundò de demonſtratiuo quaſi de ſpecie Poſteriora uocare.

XL. Analyticorum libri reperti

Aiunt præterea XL. reſolutionum libros in antiquis bibliothecis promiſcuè fuiſſe inuentos, & hos quatuor tantum Ariſtotelis ex genere dicendi & ſtili naſo iudicatos.

In primo nanque libro docet de forma ſyllogiſmorum. In ſecundo de materia. Formam enim dicimus ſyllogiſmorum concluſionem; materiam uerò propoſitiones. Sicut enim concluſio cuius gratia eſt, dicitur forma: ſic & propoſitiones cauſa concluſionis. Primus item diuiditur in partes tris. In prima de generatione ſyllogiſmi: in ſecunda de inuentione propoſitionum: in tertia de reſolutione ſyllogiſmorum. Primo definit: quot propoſitionum ſpecies: quid ſit terminus: quid ſit ſyllogiſmus, dici de omni, de nullo, prima normalia ſyllogiſmorum: quoniam per illa duo probari ritè poſſunt ſyllogiſmi primæ figuræ, ad eamq; reliquas figuras duas reduci. Hæc ex Philopono.

Conuerſio

De Conuerſionibus deinde diſſerit, quas ἀντιστροφὰς uocat. Eſt enim conuerſio conſectarium quoddam ab argumento diſtinctum, inter duas propoſitiones categorigas conſiſtens. Fit enim trifariam, Simpliciter, Ex accidente, & Per contrapoſitionẽ. Simplex cõuerſio eſt mutatio prædicati in ſubiectũ, & contrà, manente eadẽ qualitate & quãtate, ut uniuerſale abdicatiuum. Si enim omnis uoluptas bonum non eſt, omne bonum non eſt uoluptas. Vniuerſale autem dedicatiuum non neceſſario ſequitur conuerſio: non enim ſi omnis uoluptas eſt malum, omne malum eſt uoluptas, niſi forte addatur differentia ſeu proprium aliquid: ut omnis uoluptas eſt malum iucundum, omne malum iucundũ eſt uoluptas. Omnis homo eſt animal rationale, omne animal rationale eſt homo. At in particularem probè conuertitur: ut ſi omnis uoluptas eſt malum, aliquod malum eſt uoluptas. Eadem quoque ratio de uniuerſali abdicatiua in particularem abdicatiuam. Quibus fermè duobus modis mutata quantitate, ex accidente fit conuerſio. Rurſus igitur particularis dedicatiua habet neceſſariam conuerſionem, ſi quædam uoluptas eſt malum, quoddam malum eſt uoluptas. Particularis uerò abdicatiua non habet neceſſariam conuerſionem: non enim ſi quoddam animal non eſt reſibile, quoddam reſibile non eſt animal. Vniuerſalis autem abdicatiua, & particularis dedicatiua, ueceſſario ac ſimpliciter conuertuntur: ut, Nulla uoluptas eſt bonum, aliquod bonum non eſt uoluptas. Vniuerſalis dedicatiua & particularis abdicatiua non neceſſario conuertuntur, niſi per particulas indefinitas, ut ſi omnis uoluptas eſt malum, aliquod non malum non eſt uoluptas. Qua conuerſione utitur Cicero in Rhetoricis. Particularis abdicatiua ſimaliter, ut ſi quoddam animal non eſt riſibile, quoddam non riſibile non eſt animal. In his igitur ultimis duobus conuerſionem noſtri dialectici appellant per contrapoſitionem, de qua Ariſtoteles mentionem non fecit: quia quum agat de conuerſione tanquam cauſa & origine perficiendi ſyllogiſmi, ac ad integritatem abſolutam reducendi, non neceſſarium duxit nouas, aut indefinitas ſumere particulas.

Adfertur etiam methodias ferè idem per quem propoſitiones de contingente & neceſſario ineſſe conuertantur. De poßibili non ponitur, quòd contingens ſequatur, & impoſſibile neceſſarium.

De ordine ſyllogiſmorum

Deinceps de ſyllogiſmi creandi ratione, qui ex duabus propoſitionibus & tribus terminis continetur, maiori, minoriq; extremo, ac medio: figuris inſuper tribus, & modis XIIII. qui ſub his uerbis Græcis apud Ariſt. continentur, γράμματα, ἔγραψε, γραφίδι, τεχνικός. ἔγραψε, κάτεχε, μέζιον, ἄχολον. ἅπασι, σθεναρὸς, ἰσάκις, ἀσνίδι, ὀμαλὸς, φερίστος.

Primæ figuræ deſcriptio

Quando igitur in prima figura tres termini ſic ſe habent, ut poſtremus, id eſt minor extremitas ſit in toto medio, id eſt illi ſubijciatur uniuerſaliter & dedicatiue, & medium ſit in toto primo ſic uel non ſic, id eſt dedicatiue, uel abdicatiue maiori extremitati ſubijciatur: erit illatio perfecta.

De medio & extremis

Medium igitur ideo dictum, quod alterum extremorum, uidelicet minus ſit in eo, & ipſum in altero hoc eſt maiore conſiſtat. Hæc in prima per has literas adnotauit philoſophus A. B. C. Per A maius intelligit extremum, per B medium, per C minus: uerbi gratia, in primo modo ſi A de omni B, & B de omni C prædicatur, neceſſe fuerit A de omni C prædicari. In ſecundo modo, ſi A de nullo B, & B de omni C prædicetur, neceſſe fuerit A de nullo C prædicari. In tertio, ſi A inſit omni B, & B alicui C, neceſſe eſt A alicui C ineſſe. In quarto, ſi A nulli B inſit, & B alicui C, tunc neceſſe eſt A alicui C non ineſſe.

Secunda figura totidem literis conſcribitur, M. N. X. per M medium, per N maius extremum, per X minus adnotatur. Medium autem hic extremorum extimum eſt, ac ordine primum, eo quòd de utriſque prædicatur extremis: Maius autem extremum in medio ſitum, quia de minori & ipſum prædicatur: uerbi gratia. Si M de nullo N prædicatur, de X autem omne, ergo N de nullo quidem X prædicatur. Conuerſa enim maiore ſimpliciter, habebitur ſecundus modus primæ. In ſecundo modo, ſi M prædicatur de omni N, & de nullo X, neceſſe eſt N de nullo X prædicari. Nam minore conuerſa ſimpliciter, & præmißis tranſpoſitis, erit ſyllogiſmus in ſecundo primæ.

Tertia figura

Tertia figura tribus item literis notatur, P. R. S. Per P maius extremum, per R minus, per S medium. Medium enim hic item extimum, ac ultimum in ordine: extrema uerò præcedunt, quia de medio prædicantur, ut in Darapti. Omne S eſt P, omne S eſt R, ergo quoddam R eſt P: quod probatur conuertendo minorem per accidens, ex quo fit ſyllogiſmus in tertio primæ: deinde per impoßibile capiẽdo oppoſitum illationis pro maiore, & minorem pro minore ad inferendum oppoſitum cõtrarium in Celarent. Secundo modo in Felapton: Nullum S eſt P, omne S eſt R, ergo quoddam R non eſt P. Probatur autẽ reducendo ad Ferio minore conuerſa per accidẽs: deinde reducendo per impoßibile ad Barbara, capiendo oppoſitũ contradictoriũ illationis cum minore ad inferendum contrarium maioris. Tertio modo in Bocardo, quoddã S non eſt P, omne S eſt R, ergo quoddam R non eſt P. Quod probat Ariſtoteles bifariam, primo redu-

cendo per impoſsibile : quia ex oppoſito contradictorio illationis cum minore, infert oppoſitum contradictorium maioris in Barbara. Deinde per expoſitionem ſumendo aliquod particulare ſub S N, hoc modo: hoc S N non eſt P, hoc S N eſt R, ergo quoddam R non eſt P.

6 Communia & propria figurarum

Communia uerò figuris omnibus, unam propoſitionē dedicatiuam ipſarum quamlibet habere, & unam uniuerſalem neceſſario. In nulla figura conſtare ſyllogiſmum uel ex duabus abdicatiuis, uel ex duabus particularibus præmiſsis. Propria uerò ipſorum ſunt: primæ quidem figuræ minorem propoſitionem habere ſemper dedicatiuam, ſiue uniuerſalis ſiue particularis ea fuerit: & maiorem uniuerſalem ſemper dedicatiuam, ſiue abdicatiuam, illationem uerò indifferentem.

Præterea in prima figura medium ſubiectum quidem maioris erit, & prædicatum minoris: ut uoluptas uitium, luxuria uoluptas, luxuria uitium. In hac enim quandoque maior propoſitio minori poſtponitur: cognoſcitur autem quòd ipſius prædicatum in dilatione repetitur: ut homo animal rationale, animal rationale eſt mortale, homo eſt mortale: mortale nanque repetitur. In ſecunda prædicatum ponitur utriuſq; extremi: ut homo animal, lapis non animal, homo non lapis.

In tertia utriuſq; ſubiectum: ut homo animal, homo rationale, animal rationale eſt. Quapropter uerſus qui ſubijci ſolet, per notas ſatis uſum memoriæ ſuppeditat:

Sub præ prima: ſecunda bis eſt præ: tertia bis ſub.

Præter autem hos, alij traduntur modi indirecte inferendi. Ex maiore enim dedicatiua quantacunque ſit, & minore uniuerſali abdicatiua, ſyllogiſmus in quacunq; figura conſtat ad indirecte inferendū minorem extremitatem de maiore. Quapropter duos modos omni figuræ communes ponit Ariſtoteles, uidelicet Fapeſmo & Friſeſomorum, de quibus exempla adducit, eosq́; per ſimplicem conuerſionē commutationemq́; præmiſſarum adſumptionum perficit. Sed omniū facile perfectiſsima prima figura, unde & demonſtrationes & problemata ſumuntur, & ad quam cæteræ reducuntur per conuerſionem, aut per impoſsibile.

Reductio ſyllogiſmorum

Nam uniuerſales ſecundæ figuræ ad modos primæ per cōuerſionem abdicatiuæ uniuerſalis rediguntur: particulares uerò ſecundæ per impoſsibile. Eadē ratione & modi particulares primæ ad uniuerſales ſecundæ: nam Ariſtoteles Darij ad Cameſtres reducendo capit cōtradictorium illationis pro maiore, ac minoris contradictorium infert. Ferio autem ad Cæſare, contradictorium illationis pro maiore, & maiorem pro minore capiendo, ac minoris contradictorium inferendo. Item ſyllogiſmi uniuerſales tertiæ reducuntur continuò per impoſsibile ad modos uniuerſales primæ: & modi particulares in quibus altera præmiſſarum eſt particularis, rediguntur item cōtinuò ad modos particulares primæ per conuerſionem, & modi particulares primæ ad uniuerſales eiuſdem figuræ.

De inueniēdo medio

MEDII deinceps reperiendi artem oſtendit, in qua primum antecedentia conſequentia & extranea prædicati & ſubiecti illationis inſpicere oportebit: extranea nanque abdicatiua ſunt, reliqua uerò duo dedicatiua, ac quanto uniuerſaliora & ueriora, tanto efficaciora. Igitur in Barbara medium conſequens ſubiecto illationis, ac antecedens eiuſdem prædicato eſſe oportet. In Darapti medium antecedens tam ſubiecto quàm prædicato illationis fuerit. In uniuerſali autem abdicatiua ſecundi modi primæ, uel primo ſecundæ medium conſequens ſubiecto erit, & extraneum prædicato. In uniuerſali abdicatiua ſecundi modi ſecundæ, medium cōſequens prædicato, & extraneum ſubiecto. In particulari abdicatiua ſecundi modi tertiæ, medium antecedens ſubiecto aut extraneum prædicato.

Has itaq; quinq; coniugationes Ariſtoteles per notas hoc modo demonſtrat. Sit A prædicatum illationis, B uerò conſequens illi, C antecedens, D extraneū prædicato, E autem illationis ſubiectum, F illi conſequens, G antecedens, & H ſubiecto extraneum. His igitur poſitis ſi quis primam probare uelit illationem, ut omne E ſit A, pro medio ſumat E F. ſic in primo primæ arguendo. Omne E F eſt A, omne C eſt E F, ergo omne C eſt A. In ſecunda autem cōiugatione, ſi quis inferat quoddam E eſſe A, pro medio ſumat C G, in primo tertiæ arguendo. Omne C G eſt A, omne C G eſt E, ergo quoddā E eſt A. Tertiò ſi quis inferat nullū E eſſe A, pro medio ſumat D F, in ſecundo primo arguēdo. Nullum D F eſt A, omne E eſt D F, ergo nullum E eſt A. Quartò ſi inferat nullum E eſt A, pro medio B H ſumat, ſic in primo ſecundæ arguēdo. Omne A eſt B H, nullum E eſt B H, ergo nullum E eſt A.

Poſtremò in ſecundo tertiæ, ſi quis particularem abdicatiuam probando inferat quoddam B non eſt A, pro medio ſumat D G arguendo. Nullum D G eſt A, omne D G eſt B, ergo quoddam B non eſt A.

Cōiugationes inutiles

Tris ad hæc inutiles ponit itē coniugationes. Primam quando tam ſubiecto quàm prædicato illationis medium conſequēs fuerit, quia ſyllogiſmus aut ex omnibus dedicatiuis in ſecunda figura argueretur, aut omnibus abdicatiuis. Secundā quando medium prædicato fuerit antecedens, & extraneum ſubiecto: quia argueretur ex minore abdicatiua in prima figura.

Tertiam quando medium utrique fuerit extraneum, quia ex omnibus abdicatiuis argueretur.

Poſt hæc octo ponit canones quibus ex obliquis ſyllogizare poſsimus, ut contrariorum eſt eadem diſciplina.

De cōſectariis

Deinde monſtrat quomodo omnia conſectaria non ſyllogiſtica, & reduplicatiua ad ſyllogiſmum reducantur: nā non omne quod neceſſario concludit, ſyllogiſmus erit. Eſt enim conſectarium argumentatio, cuius antecedens eſt loco adſumptorum, conſequens loco concluſionis. Debemus igitur in duas diducere partes, & deinde concluſionem inferre. Verbi gratia. Si homo eſt, animal eſt. Et ſi animal eſt, ſubſtantia eſt. Ergo homo eſt ſubſtantia.

De infinitis

Reſoluere item terminos infinitos, ubi oſtendit quòd abdicatiua de prædicato finito, non æquiparatur dedicatiuæ de prædicato infinito: ut non eſt bonum, & eſt non bonum. Verbum enim infinitū, ut dicitur primo Peri hermenias, nihil ponit. Igitur dedicatiua de prædicato infinito, abdicatiuam de prædicato finito recte conſequitur. Nam bene ſequitur, eſt non album, ergo non eſt album. Sed non contrà.

Abdicatiua de prædicato finito dedicatiuam de prædicato infinito non ualet conſequi: non enim ſequitur, hoc non eſt lignum ablbum, ergo hoc eſt lignum non album. Dedicatiua de prædicato finito, abdicatiuam de prædicato infinito recte conſequitur: ut hoc eſt album, ergo hoc non eſt non album.

Catholica 11

Abdicatiua de prædicato infinito, dedicatiuam de prædicato finito nō conſequitur. Non enim recte dicitur, non eſt lignum non album, ergo eſt lignum album. Ex his duo catholica. Dedicatiua de prædicato finito, & dedicatiua de prædicato infinito: ut eſt album & eſt non album, nequeunt ſimul eſſe. Alterum, abdicatiua de prædicato finito, & abdicatiua de prædicato infinito nō ſe inuicem conſequuntur, tamen poſſunt ſimul eſſe. Quia quod nō eſt lignum album, non eſt etiam lignum non album.

A Eſt bonum	B Non eſt bonum.
D Non eſt non bonum	C Eſt non bonum.

De poteſtatibus ſyllogiſmi ſimplicis

POST hæc de poteſtatibus ſiue proprietatibus ſyllogiſmi ſimplicis, quid ualet ex forma ad uerū ſeu falſum oſtendendum. Sunt enim ſex, in hoc uerſu per notas conſcriptæ:

Plus, falſo, circum, conuertitur, impos, & oppos.

Prima enim eſt poteſtas: eundem ſyllogiſmū plura inferre poſſe

poſſe ſymperaſmata:quod contingit primo per illationis conuerſionẽ,quando uidelicet ex duabus præmiſsis alterã cõcludit,aut quãdo colligit ſub uno diſtributo plura ſub eo cõtẽta.

Ex falſis uera inferre

Secunda poteſtas,quando ex falſis uera cõcludit.In quo catholicum illud eſt,Quòd ſi concluſio ſit falſa neceſſe eſt ambas uel alteram præmiſſarum eſſe falſam. Secũdò ſi concluſio ſit uera,non neceſſe eſt utranq; uel alteram præmiſſarũ eſſe ueram.Tertiò quòd uerũ ex falſis non infertur propter quid ſed quoniã.Deinde quòd in omnibus figuris ac modis poteſt ex falſis uere concludi. Verbi gratia. Animal in omni ligno, lignum in omni homine, animal in omni homine. Et rurſus ex una falſa.Inanimum in omni ligno,lignum in omni lapide, inanimum in omni lapide.Et item:albũ in omni animali, animal in omni niue,album in omni niue.Similiter in ſecũda figura,& in tertia: ut animal in omni lapide, animal in nullo homine,lapis in nullo homine.Itẽ, inanimum in omni lapide, inanimum in omni ligno,lapis in omni ligno.

Syllogiſmus reciprocus

Tertia poteſtas quãdo ſyllogiſmus eſt Reciprocus ab oratoribus uocatus,à noſtris autẽ dialecticis Circularis.Fit enim ex altero adſumpto cũ cõcluſione cõuerſo alterum inferendo adſumptum:uidelicet omne reſibile eſt homo,omnis homo eſt riſibilis,omne riſibile eſt homo.Vtilis eſt quãdoq; demõſtratiõi,utitur eo Ariſtot.in VIII.Phyſicorũ, ubi per æternitatẽ motus monſtrat primũ motorẽ eſſe immobilẽ: deinde reuertendo per immobilitatẽ demonſtrat primũ motorẽ eſſe æternum.Fit autem in prima figura in modis dedicatiuis.In tertia uerò in modis abdicatiuis.Semperq́; particulare concluditur.

Syllogiſmus conuerſiuus

Quarta poteſtas ſyllogiſmus conuerſiuus: eſt enim ex oppoſitione illationis cum altero adſumptorum inferre oppoſitum alterius adſumpti, capiendo contrarium ſiue contradictoriũ illationis.Vt omni a ineſt c.& nulli a ineſt c.uel omni a ineſt c.& non alicui a ineſt c.

Sillogiſmus ad impoſsibile

Quinta poteſtas ad impoßibile,qui ab Ariſtotele comparatur ſyllogiſmo conuerſiuo. Conueniunt tripliciter, primò quòd ſunt ex eiſdẽ terminis & figura. Deinde quòd ſyllogiſmus hic eſt cõuerſiuus & ad impoßibile.Tertiò quòd procedit ex oppoſito alicuius propoſitionis.Differũt autẽ,quòd ad impoßibile non ſupponit aliquã illationẽ ſyllogiſticã,ſed ſolũ aliquã propoſitionẽ abdicatiuã à reſpondente.Cõuerſiuus uerò ſemper ſupponit aliquã ſyllogiſticã illationẽ.Deinde conuerſiuus ualet ad oſtendendã cõſequentis congruitatẽ,ſed ad impoßibile ualet ad oſtẽdendã alicuius propoſitionis ueritatem.Tertiò ad impoßibile ſemper procedit ex altera falſa, ſed conuerſiuus poteſt ex utraque uera procedere. Quartò ad impoßibile procedit tantum ex oppoſito contradictorio, conuerſiuus autem tam ex contradictorio, quàm contrario.

Poteſtas ex oppoſito

Sexta poteſtas ex oppoſitis. Oppoſitorum autem quædam ſunt ſecundum ueritatem,quædam ſecundum locum: Sunt autem ſecundum locum ex abdicatiua & dedicatiua dandi ſubiecti & prædicati. Et ſunt quadrupliciter, ex quibus tantum dedicatiua particularis & abdicatiua particularis non ſunt ſecundum ueritatem.In prima figura non fit ex oppoſitis, in quo loco Ariſtot.ſeptem catholica narrat.

Tria cõtra poteſtatem ſyllogiſmorum

Poſt hæc de tribus peccantibus quæ accidunt contra poteſtatem ſyllogiſmorum.Primũ petitio principij circa ſyllogiſmum reciprocum.Deinde peccans contra ſyllogiſmũ per impoßibile,quod eſt non propter hoc accidere falſum quod intelligitur:nam propter hypotheſim datã accidit falſum, id eſt ſequitur falſa concluſio.differtq́; à non cauſa ut cauſa,conuenitq́; aliqua ex parte. Duo ſunt omnino modi quibus fiunt non propter hoc accidere falſum:prior manifeſtus quando hypotheſis conuenit in aliquo termino cum cõcluſione illata impoßibili. Poſterior peccans contra oppoſita eſt, uocaturq́;

De eodẽ duæ cõtrariæ opiniones nõ poſſunt haberi

fallacia cõtrariæ deceptionis,quo aliquis ſimul opinatur contraria:ubi Ariſtot.concludit quòd nõ poſſumus de eodem habere opiniones contrarias,facileq́; probatur,quoniã non poſſunt contraria eidem ſimul ineſſe.

Deinde tria de eligendo præcepta tradit, quæ ſunt in lib. Topicorum repetita.

De inſtantia

Poſtremò de Inſtantia,Inductione,Exemplo, Enthymemate. Eſt enim Inſtantia propoſitio propoſitioni contraria:habetq́; hæc catholica,ut poßit eſſe uniuerſalis & particularis. Sed propoſitio contra quam fertur ſemper uniuerſalis. Præterea fit in duabus tantum figuris prima & tertia:uerbi gratia,probatur quòd contrariorum eadem eſt diſciplina. Contra inſtatur in prima figura. Nullorum oppoſitorum eadem eſt diſciplina,ſed omnia contraria ſunt oppoſita, ergo nullorum contrariorũ eadem eſt diſciplina. In tertia figura contra uniuerſalem abdicatiuam per particularem dedicatiuam ſic:Cuiuslibet ſanantis & morbum inducentis eſt eadem diſciplina,ſed ſanans & morbũ inducens ſunt contraria,ergo aliquorum contrariorum eadem eſt diſciplina. Ratio cur non fiant in ſecunda,quòd in ea ſemper inferatur abdicatiue,at inſtantia fit in illa ubi poßit oppoſita concludi.

De Inductione & Exemplo

Inductio procedit ex omnibus ſingularibus, Exemplum uerò ex aliquibus tantum ſingularibus: Quod ſic deduci poteſt: Thebanos aduerſus Athenienſes pugnare incommodum, ſed Thebanos pugnare aduerſus Athenienſes eſt uicinos aduerſus uicinos pugnare,ergo uicinos aduerſus uicinos pugnare incõmodum. In ſyllogiſmo autem per inductionem totũ ex ſingularibus cõgeſtum pro medio capi debet.Et ſubiectum paßionis pro minore extremitate,paßio uerò pro maiore, ut ſic arguẽdo in tertia figura.Omne quod eſt homo equus mulus, & reliquum in animalium genere non carens morbis afflictatur:ſed omne quod eſt homo equus mulus & reliquum in animalium genere non caret morbis,ergo omne animal non carẽs morbis afflictatur.

Deductio

Deductio eſt ſyllogiſmus,cuius aſſumptio maior per ſe nota eſt,& minor dubia, ſed æquè ac magis credibilis concluſione:ut omnis diſciplina eſt docilis, uirtus eſt diſciplina,ergo uirtus eſt docilis.

Enthymema

Enthymema ſignum pro medio habet,quod prodigium uocant,& inſolutum,quum altera retinentur in mente:Solutum uerò quũ ad ſyllogiſmũ reducitur perfectũ:ut mulier quæ lac habet peperit,hæc mulier & reliqua. Quapropter ad ſigna deprehendenda de phyſiognomia loquitur,ut habens ſumma corporis craßiora magno eſt animo,leo habet et reliqua. Adhæc Albertus inquit,latã habere frõtẽ ſignũ eſſe liberalitatis.

IN POSTERIORA ANALYTICA.

Demõſtratio quid ab aliis ſyllogiſmis differt

QVOMODO fiat demonſtratio & ex quibus,& quid ab alijs differat, oſtendit in hoc primo lib.Nam in alijs ſyllogiſmis medium cauſa concluſionis eſt, nõ autem rei.In demonſtratione autem medium illationis & rei. Omnis igitur doctrina ex præexiſtenti cognitione fit, quod probat per inductionem ex diuerſis diſciplinis per quas acquiritur ſcientia. Primum quidem ex mathematicis, quæ per dignitates monſtrantur per ſe notas. Deinde ex dialecticis quæ fiunt per ſyllogiſmum ex præcognitione uniuerſalis,ipſa quoque uniuerſalia in infinitum nõ procedunt, alioquin ſcientia non eſſet. Inſuper è ſenſu & ſingularibus deprehenduntur,ut de ignis caliditate facto periculo colligimus uniuerſalem cauſam & propoſitionem,quòd ignis ſit calidus.

Tertiò præexiſtentem cognitionem ex rethorica oſtẽdit, quæ per inductionem & exempla procedit.

Demõſtrationis deſcriptio

Dicitur igitur ex primis ueris neceſſarijs immediatis & notis cauſis concluſionis demonſtrationem eſſe,in qua definitione pluribus inſiſtit uerbis.Ponit namque ex neceſſarijs, ex quibus fit quandoq; uera concluſio,ſicuti diximus ſuperius in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſyllogiſmo ſimplici,ſed dicit non proter quid. Ex immediatis, id eſt,proprijs,quoniam unaquæq; ſcientia habet propria & communia principia. Communia,ut ſi ab æqualibus æqualia demas,quæ reſtant æqualia ſunt,hoc eſt,cõmune arithmeticæ & geometriæ. Propria ſunt de quibus ſupponitur quòd ſint,& de quibus in unaquaque ſcientia demonſtrantur proprietates,ut unitates in Arithmetica,& notæ et lineæ in geometria.Supponitur etiam quo ad proprietates quid ſignificat par & impar & triangulus.

Duplicia principia

Tria in demõſtratione ſupponuntur

Quaproper tria ſunt quæ dicit Ariſtot. non oportere demonſtrari,ſed tantum ſupponi,uidelicet Subiectum,Quid eſt, et Quòd eſt. Proprietas enim rei ſeu diffinitio dicitur quid eſt, et dignitas quòd eſt.Nam per hæc tria iam ſuppoſita fiũt demonſtrationes.

Deinde dicit ex primis quòd priora ſunt alijs alia:ut naturæ priora uniuerſalia,ſicut homo , nobis uerò particularia, ut Socrates. Item cauſa cauſato prior præter quædam quæ ſimul ſunt , ut Sol & ſplendor eius,ſimul enim prænoſcitur Sol & cauſa ſplendoris. Igitur demonſtrationem è primis cauſis non nobis , ſed naturæ fieri iubet:uerbi gratia , Luna deficit quoniam opponitur umbræ terræ:cauſa oppoſitio eſt, eclypſis uerò cauſatũ,& uocatur ſyllogiſmus Propter quid, qui ſecundum demonſtrationem & cauſam , naturæ prima cauſa eſt. At contrà cùm dicimus , Luna opponitur terræ, quoniam deficit , cauſatam & nobis prius notum loco cauſæ ponimus , quod minime demonſtrat , uocaturq; ſyllogiſmus Quòd eſt.Et rurſus,planetæ non coruſcant , quoniam prope ſunt,Propter quid demonſtrat.At contrà,planetæ prope ſunt quoniam coruſcant dicitur ſyllogiſmus Quòd eſt , ac minimè demonſtrat.

Propter quid eſt.

Quòd eſt

Sed ut hæc ratio latius pateat , ſcire per Quòd, aut Propter quid multipliciter differt.Primò quidem in eadem ſcientia dupliciter : uno modo,ſi per cauſas propinquas propoſitiones fiant , ſyllogiſmus Propter quid eſt: Si autem medium aliquod interuenire queat, Quòd erit:uerbi gratia, Non reſpirat lapis,quoniam non animal,ſyllogiſmus Quòd eſt, nam cauſam ueram & abſque medio non affert : multa enim ſunt animalia quæ non reſpirant. Sed quòd pulmonem non habet, dicere debuit. Altero modo , cum ex cauſa cauſatum concludit , Propter quid eſt:Si uerò ex cauſato cauſam , Quod erit:ut ſuprà de lunæ eclypſi diximus.

Secundum uerò aliam atque aliam ſcientiam Quòd , & Propter quid differunt , in ſubalternis uidelicet ſcientijs , ut Harmonica ad arithmeticam , Optice ad geometriam , Machinatura ad ſymmetriam,Phænomena ad aſtrologiam. In his igitur ſi optice per principium optices demonſtratur & harmoniaca per harmoniacam , & ſic reliqua , ſyllogiſmus Quòd fuerit.Si uerò illud per arithmeticã,hoc uerò per geometriam , Propter quid erit. Ratio,quòd ſubalternæ ſcientiæ ſciuntur per Quòd eſt,& non Propter quid eſt: ſubalternantes uerò Proter quid. Quædam uerò non ſubalternæ ſe inuicem ſic habent,ut altera probet per Quòd,alter Propter quid:uidelicet medicina ad geometriam hoc modo,Quòd rotunda uulnera tardius ſanantur , medici eſt tantum uidere. Propter quid uerò geometræ , Circulus uidelicet eſt præter alia plana complectens plus & loci & angulorum. In cunctis igitur ea demum propoſitio citra medium fuerit,qua res uera ac eadem non æquiuoca uel alia demonſtratur,ut triangulus quia triangulus & non figura tris habet angulos duobus rectis æquales.

Medicina ad geometriam

Reciproca demonſtratio

Reciproca demonſtratio plurifàriam fit;uno modo fit uariando genus demonſtrationis,uidelicet Quod eſt,in Propter quid eſt,uel contrà.Quando uerò cauſa ignoratur, per effectum non tamen conuertibilem demõſtratur,uidelicet Quod eſt.Si uerò effectu cauſa notior , tunc per cauſam uidelicet Propter quid proceditur. Secundo uariando unum genus cauſæ in aliud genus cauſæ,ut demonſtrando cauſam finalem per efficientem,& contrà , Tertio modo,quando notitia alicuius illationis per plures accipitur demonſtrationes, tunc illatio poteſt eſſe notior qualibet præmiſſarũ ſeparatim ſumpta. Quartò modo,quando illatio ſolum demonſtratur per unam demonſtrationem & ipſa adſumitur ad probandam aliquam præmiſſam non uariando genus demonſtrationis , nec genus cauſæ:& hoc inuſitatum,nec ferè poßibile.

Poſthæc reliqua definitionis exequitur,quoniã demõſtrationem ex neceſſarijs & uniuerſalibus conſtare dixit. Vniuerſale oſtendit eſſe illud prædicatum quod ineſt alicui ſubiecto,tribus modis,In omni,Per ſe,& Secundũ quod ipſum. In omni dicitur quòd nihil extra relinquit ex his quæ ſubijciuntur ei:ut animal omne eſt eſſentia,& in cœlo ſidera.Nã Cœlum Sol Luna pro uniuerſalibus demonſtrant.Per ſe autẽ tripliciter.Primò cũ de eſſentia dicitur prima,ut Socrates per ſe eſt ens,ambulans uerò ſiue albus eſt accidens,& aliud quoddã ens.Secundò cũ proprietates ſubiecti dicuntur,ut par & impar in numero,longitudo & latitudo in ſuperficie , ſimitas in naſo.Tertiò dicitur in duabus illis cauſis:formali uidelicet , ut corpus per animã uiuit:& efficiente,ut aqua per ignem calefit. Per ſe autem,& Secundũ quod ipſum,idem penitus eſſe dicit:uerbi gratia. Nota ineſt lineæ ſecundum quod ipſum, id eſt ſecundum quod triangulus,& per ſe etiam ineſt. E tribus his modis ſecundo modo ſcientia demonſtratur.

De uniuerſali

In omni
Per ſe
Secundum quod ipſum

Diffinitio igitur demonſtrationis initiũ eſt,& abſq; medio propoſitio,uerũ non omnis. Et enim quædam diffinitio lato uocabulo,quæ deſcriptio eſt, quũ ex accidentibus rem deſcribimus.Hic autem ex rei eſſentia ponitur.Dependet autem aut ex materia,aut ex forma,aut ex utraq;:uerbi gratia , Ars omnis ſubiectũ habet quod eſt materia,& finem qui eſt forma. Ars igitur naualis cũ dicitur nauiũ factiua diffinitio ex forma fuerit.Et rurſus naualis ars quæ circa ligna uerſatur & nauium factiua,ex materia & forma diffinitio perfecta fuerit. Nam alterũ ſolum nequaquã proba diffinitio.Igitur materialis per mediũ formalis eſt cõcluſio.Formalis autem principiũ proximum demonſtrationis:ut ars naualis circa materiã uerſatur,quoniam nauigiorũ actiua. At contrà nullus per materiam monſtrat. Non enim ars naualis nauigiorum factiua, quoniam circa materiam uerſatur.Item:Ira eſt feruor ſanguinis circa cor,materialis eſt diffinitio.Si addatur,appetitus triſtitiæ,formalis eſt.Sed in diffinitione atq; demonſtratione diuerſa poſitio.In prima materialẽ præponimus,ac ita dicimus. Ira feruor eſt ſanguinis circa cor,quoniam uindictam triſtitiã appetit.In demonſtratione uerò contrà formalis præponitur hoc modo,iratus appetit triſtitiam, appetenti uerò triſtitiam feruet circa cor ſanguis. Irato ergo feruet circa cor ſanguis. Si enim dicemus:Irato feruet circa cor ſanguis , feruens autẽ circa cor ſanguis appetit triſtitiam , mentimur, non enim omnis circa cor ſanguine feruens triſtitiam appetit.Sunt namq; aliæ cauſæ propter quas ſanguis feruet circa cor , ut febris. Non refert,ut in enuntiatione ſit rectum, ut iratus,in illatione uerò uariet caſum ut irato.

Differit præterea de ſcientijs ſubalternis,quæ ſunt illæ quæ partẽ ab altera ſcientia ſubiecti uel medij recipiunt.Quatuor ſibi conditiones expetunt:Primò ut ſubiectũ eorum ſub ſuperiorum ſcientiarum ſubiecto ſicuti pars in toto contineatur.

Scientiæ ſubiectæ IIII.cõditioner expetunt

Secundò,ut ſubiectum ſcientiæ ſuperioris ad ſcientiæ inferioris ſubiectum per differentiam accidentalem contrahatur, quod ſi per eſſentialem contrahatur, tum ipſorum eadem erit ſcientia. Tertiò quòd talis differentia contrahens non cauſam ducat ab illo ſuperiore. Quartò quòd ſubiectum ſcientiæ inferioris ſit aliquid conſtitutum ex ſubiecto ſcientiæ ſuperioris cum aliquo addito,quod quidem additum conſtituat

unum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

unũ ex accidente cũ illo ſuperiore. Illud uerò faciat unum ex accidente cum altero quod prædicatur de altero contingẽter.

Differentia

In quarto huius libri tractatu de Differentia ponit, monſtrando per quod eſt, & propter quid eſt, in eadem ſcientia, quod ſuprà attigi. Per effectum uerò conuertibilem poſſumus quadrifariam demonſtrare:

Demõſtratio

Primò quando medium excedit minorem extremitatem, & conuertitur cum maiore: ut quicquid non coruſcat prope eſt, luna non coruſcat, ergo luna prope eſt. Secundò, quando medium exciditur à minore extremitate, rectè fiet demonſtratio particularis: ut quicquid non coruſcat eſt prope, ſtella non coruſcat, ergo ſtella eſt prope.

Per effectus conuertibiles

Tertiò, quando medium exceditur à maiore extremitate: ut quicquid mouetur motu progreßiuo habet animam ſenſibilẽ, ſed animal mouetur ſic, ergo. Quartò, cùm medium excedit maiorem extremitatem tunc non poteſt fieri demonſtratio, quia effectus procedens à pluribus cauſis non poteſt alteram illarum concludere. E tribus autem figuris prima & in primo modo demonſtrationi magis conuenit, quòd in ea partes diffinitionis magis innoteſcant. Nam diffinitio demonſtrationis initium eſt. Deinde quòd Affirmatio negationi præſtet, quia per ſe probat: Negatio uerò adfirmatione indiget, non enim ex omnibus abdicatiuis fit demonſtratio. Inſuper categorica ſiue poſitiua utilior hypothetica, quòd in hac præpoſitionis conditio perfectæ probationi officiat.

De ſyllogiſmo ignorationis

In ſexto tractatu differit de ſyllogiſmo ignorationis & deceptiuo, qui dupliciter fit: primò ſimpliciter, quando ex falſis in materia peccat: quod accidit cum quis opinatur oppoſitum alicuius principij uel concluſionis ſine aliquo ductu rationis, uel quando adſentitur oppoſitis principiorum uel concluſionis ob aliquam rationem quam neſciat diſſoluere. Alio modo, quũ in forma peccat, hoc eſt in modo & figura, quapropter non

Mentis cognitio ex ſenſus poteſtate dependet

ſyllogiſmus, ſed paralogiſmus appellatur. Præterea docet quomodo ſenſus poteſtate occupata, mentis cognitio etiam tollitur, cùm ex illa dependeat. Dein quòd in demonſtratione non eſt proceſſus in infinitum, eſtq; in diffinitionibus quidam ſtatus, ultra quem ſurſum in prædicatis non altius, neq; deorſum in ſubiectis ulterius itur. Dein quòd unitas habitus ſcientiæ ſumitur ab unitate ſubiectorum. Diſtinctio à diſtinctione

Principia ſciẽtiarum cõmunia & propria

principiorum. Dein utrum principia ſcientiarum ſint eadem. Reſpondet quòd principia ſcientiarum duplicia ſunt, communia & propria, complexa & incomplexa. Communia uocantur ex quibus. Ex his enim demonſtrantur propritates ſubiectorum. Propria uerò circa quæ dicuntur. Et hæc ſunt ſubiecta ſcientiarum, circa quæ ſcientia uerſatur, ſicuti in Arithmetica numerus eſt ſubiectum, & in geometria magnitudo.

De ſcientia quid differt ab opinione

Item, Non poteſt ab eodem intellectu de eodem obiecto ſimul & ſemel haberi ſcientia & opinio. In quo differit quid ſcientia ab opinione & ſcibile ab opinabili differt, altera de uniuerſali neceſſario, altera de contingente & non neceſſario, & aliter ſe habere poßibili.

De ſcibili

Libro II. de Scibilibus differit cùm libro ſuperiore de Demonſtratione, quæ ſcientiam gignit, tractaſſet. Dicit enim,

Interrogationes duę, cognita totidem

quæ uerè ſciuntur ſunt totidem, quot quæruntur. Quæruntur autem duo. Si eſt, & Quid eſt. Cognoſcuntur autem totidem, uidelicet, Quod eſt, & Propter quid eſt. Quot inquit, quæſita problemata, tot ſunt modi ſecundum quos ſcimus. Problema & Concluſio eadem ſunt ſubiecto, ratione autem diuerſa. Cùm enim per interrogationem fit dicitur problema, cùm per demonſtrationem concluſio. Similiter & Quæſita & Cognita eadem ſunt ſubiecto, ratione uerò altera. Si enim ignoro quid eſt eclypſis, quæro ſi eſt aliqua ratio eclypſis: quando autem didici Quod eſt, deſino quærere, & rurſus quæro Quid eſt, quo cognito deſiſto. Igitur duo ex his prima ſimplicia, reliqua compoſita. Quapropter Si eſt, & Quod eſt, unum facit ſecum, uidelicet, quæſitum & cognitum. Et rurſus Quid eſt, & Propter quid eſt, idem conſtituit. Nam cognito quòd eſt aliqua cauſa eclypſis lunæ, interrogat diffinitionem quid eſt cauſæ eclypſis, propter quid autem accipit hanc diffinitionem.

Medium

Poſthæc docet quomodo omnes hæ de ſcientia quæſtiones de medio ſunt, id eſt de cauſa. Eſt enim medium cauſa qua demonſtratur. Deinde probat quòd nulla ſit eiuſdem diffinitio ac demonſtratio. Deinde quòd Quid eſt non poteſt demonſtrari de eo cuius eſt, in eo quod quid eſt. Quod uti clarius oſtendat, tris ponit diffinitiones, modis ad demonſtrationem ſe uarie habentibus.

Propter quid

Prima quidem Propter quid, quum res explicatur quæ medium ſiue cauſa ipſa eſt, ac alio medio ſeu cauſa caret: eſtq; omnino indemonſtrabilis, ſed principium tantum demonſtrationis: ut, Solis eclypſis eſt oppoſitio lunæ in capite uel cauda draconis exiſtentis.

Quid

Alia eſt diffinitio Quid tantùm, & illa demonſtrabilis ac concluſio demonſtrationis: ut eclypſis eſt ſolis obſcuratio ſupra terram: nam quid nominis oſtendit.

Quid, & Propter quid

Tertia dicit Quid, & Propter quid: illa eſt tota demonſtratio, differens ſolum poſitione & ordine terminorum: ut, eclypſis eſt ſolis obſcuratio quum luna opponitur. Ex his coucludit quomodo Quid eſt, fit demonſtratio & quomodo non. Item, quorum poteſt eſſe demonſtratio, illorum autem quæ non habent cauſam non poteſt eſſe.

Quod quid eſt

Præterea explicatum eſt quomodo Quod quid eſt demonſtratur, uidelicet quatenus ſignificatur per demonſtrationem ſolum ſignificantem propter quid.

Poſtremò quomodo diffinitio ſe diuerſis modis habeat ad demonſtrationem: Et quomodo contingat eiuſdem eſſe demonſtrationem & diffinitionẽ, & quomodo rurſus non contingit.

Poſteà dicit, diffinitionem ultimi termini, id eſt minoris extremitatis, hoc eſt ſubiecti, eſſe medium demonſtrationis. Partes diffinitionis plus eſſe debere quàm diffinitum.

Diffinitionis tria præcepta


Ex quo tradit tria præcepta: Primò nanq; ut diffinitionis partes, hoc eſt, eius prædicata plus habeant narrationis quàm diffinitum. Secundò ſint cum diffinito conuertibilia. Tertiò ſint neceſſaria, hoc eſt uniuerſalia, nam uniuerſalia neceſſaria ſunt.

De Ternario

Inter hæc de numero ternario mentionem habet, dicitq; primum imparem eſſe, nec ex alijs compoſitum, nec cum alijs menſuram habere.

De cauſis

Et quando medium cauſam eſſe dixit, de cauſis differit. Primò, cauſa & cauſarum, & ſimul & conuertibilia ſunt quando cauſati una tantum fuerit cauſa, ut lunæ interpoſitio, cauſa eclypſis. Et latum folium, cauſam eſſe decidui folij. Deinde cauſa prior eſt cauſato. Tertiò, ſi unius cauſati diuerſæ ſunt cauſæ, & ſi ſequitur effectus, non tamen conuertitur: ut uituperabile ex audace & timido procedere poteſt. Sed quanquã eiuſdem plures poſſunt eſſe cauſæ, una tantum per ſe fuerit, reliquæ ex accidente. Lõgæ item uitæ alijs alia cauſa, auibus ſiccum, quadrupedibilis defectus. His addi poteſt, quòd ex eadem cauſa diuerſa quoq; cauſata: ut, Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cera liqueſcit, uno eodemq; igni.



Oſtendit inſuper quòd per quodlibet cauſæ genus demonſtratio rectè fiat: primũ per materialẽ exemplo mathematico, quũ partes toti cõparatæ habeãt materiæ rationẽ, ut eſt II. phyſicorũ: Omnis angulus qui continet duas medietates duorũ rectorũ angulorũ eſt rectus: ſed angulus D, cadẽs in ſemicirculo A. B. C. eſt huiuſmodi, ergo angulus D in ſemicirculo cadẽs eſt rectus. Idẽ & in tertio Euclidis probatur. Formalẽ quod quid eſt eſſe, iam ſuprà oſtẽdit immediatã & neceſſariã cauſam exiſtere. De efficiente ſic monſtrat: omnes qui Medos laceßiuerunt ab eis fuere debellati, ſed Athenienſes Medos laceßiuere, ergo. De finali, exẽplo ab eo poſito ſic argui poteſt. Omnis qui concoquere cupit ualere uult, ſed qui poſt cœnã ambulat cupit concoquere, ergo. Ait inſuper finalem in his quæ à natura & arte ſint tantum reperiri, quæ autẽ à fortuna, minimè: quòd

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

hæc temerè contingat. Deinde oſtendit quòd idem pluribus cauſis demonſtrari poteſt exemplo luminis quod laternam pertranſit: ex materiali quòd lumen ſit diuiſibile in parua corpora: ex finali, ut noctu monſtret iter. Alterum quoque exemplum cur tonat, totidem cauſis oſtendit: finem enim dicit ex Pythagoreorum ſententia, ut hi qui ſunt in inferno timeant. Poſt hæc cauſas dicit eſſe aut ſimul, aut non ſimul cum ſuis effectibus: ſi ſimul, conuertibiles erunt inter ſe, ſed cauſa propter quid ab effectibus, quia demonſtrabitur. Itaq; cauſam præſentem per effectum præſentem recte probamus, & per præteritam præteritum, per futuram futurum: quod duobus probat exemplis, ſi quæratur propter quod lunæ fuit defectus, quia tellus in medio fuit: & propter quod facta cryſtallus, quia lympha concreuit. Eodemq; modo ſimul procedunt, Eſt, & Erit. At contra in his quæ ſimul non ſunt, ab effectu ad cauſam prius factã, ſeu à futuro ad prius futurã probe mõſtratur. A cauſa uerò priori ad effectum poſteriorem nequaquam: quia inter cauſam factam eſſe, fieri, ſeu factum effectum: adhuc mediũ ſit: in quo tẽpore medio probe dicitur cauſam eſſe, falſum uerò effectum eſſe. Antecedens patet, quia duo puncta non ſunt inuicem coniuncta: ergo neq; duo facta eſſe. Conſequens manifeſtum, quia utraq; ſunt indiuiſibilia: nam ſicuti ſe habet punctum ad lineam, ita factum eſſe ad fieri. Quòd autem in huiuſcemodi ab effectu ad cauſam prius factam recte procedatur, duobus item monſtrat exemplis. Probe enim ſequitur: domus eſt facta, ergo fundamenta iacta. Item: Fundamenta iacta, ergo neceſſe lapides eſſe exciſos. Sed & ex eodem quoq; genere cauſa, diuerſa tamen ſpecie, plures demonſtrari poſſunt quæſtiones: ut Echo, Iris, & Idôlum omnia ex repercuſsionis genere creata, ſed diuerſa, ex ſonitu, è ſole, è ſpeculo. Poſſunt item nonnulla hoc modo per analogiam, ut ad probandam manus utilitatem quæ homini eſt, elephanti proboſcis, ſimiæ pedes anteriores, os item ſepion & ſpina. In his etiam quæ reciprocè fiunt, reciproco utendum argumento, modo à poſteriori procedatur ad prius: ut ex terræ pluuia fit uapor, ex uapore nubes, ex nube pluuia, pluuia iterum in terram deſcendit. Eſt quoq; cauſa ſub cauſa, ut propter quid Nilus exuberat quum finis adeſt menſis, quia is hyemalior extat: cur autem hyemalior, quia luna tunc deficit. Deinde ad effectus ſemper frequenter & raro cauſas, item illis reſpondentes temporibus adducere oportebit. Singulare definire ſeu demonſtrare facilius quàm uniuerſale: ex ſingularibus enim ad uniuerſalia adſcendimus, in quibus æquiuocationes magis quàm in differentibus latent.

IN ELENCHOS.

Elenchus ARiſtoteles librum ſcripſit Elenchorum, non ut fiant, ſed ut uitentur: ueluti medicinæ quædam non ad ſanitatem, ſed ad uitanda uenena præparantur. Syllogiſmum enim & Litigioſum, & contentioſum, & Sophiſticum, & Syllogiſticum, & Elenchum continet eadem omnes ſignificatione. Nam Elenchus dicitur, ἀπὸ τοῦ ἐλέγχειν, quod eſt deprehendere. docet enim quomodo Sophiſtæ deprehendant, id eſt decipiant, aut decipientes deprendantur in mendacio, & propterea uitentur. Is igitur triplex eſt, Aut peccat in materia tantum, qui ex apparentibus probabilibus recte ſyllogizat: ut, Lætum eſt amabile, lætum autem eſt mors, mors eſt amabile. Omnis ſtatua naturalis eſt, Hercules eſt ſtatua, Hercules eſt naturalis. Secundus peccat in forma, qui item ex apparentibus probabilibus, non aurem recte ſyllogizat. Vt, Omnis homo eſt animal, aſinus eſt animal, ergo aſinus eſt homo. Nam adſumpta uera ſunt, ſed errat in forma. Tertius errat in utroq; ex apparentibus etiam probabilibus: ut, Omnis homo eſt animal, nullum riſibile eſt homo, ergo nullum riſibile eſt animal. Eſt apparens ſyllogiſmus, ſed arguitur minore negatiua in prima figura, peccat in forma, & minor eſt apparenter probabilis per talem ſyllogiſmum etiam in forma peccantem: Nullum accidens eſt homo, omne riſibile eſt accidens, nullum riſibile eſt homo. Qui igitur peccat in materia tãtum, ſyllogiſmus contentioſus ſeu ſophiſticus elenchus dicetur. Qui autem pec- Elenchus ſophiſticus
cat in forma, iam non ſyllogiſmus neq; elenchus, ſed apparens elenchus ac paralogiſmus dicitur. Deniq; ſyllogiſmus eſt ſophiſticus, quando ambas uel alteram habet propoſitionem falſam, forma uerò reſtat. Paralogiſmus autem ſiue apparens Paralogiſmus
ſyllogiſmus quando forma errat, ſiue ſint falſæ ſiue ueræ propoſitiones. Syllogiſmus pſeudographus ſiue falſigraphus eſt Pſeudograp. Syllogiſmus
ueluti detorquens demonſtrantem: ex principijs enim ueris, ſed male intellectis falſum comprehendit. Vt ſi dicat, Omnes lineæ à centro ad circumferentiam ſunt æquales, At duæ lineæ à centro ad circumferentiam in non æqualibus circulis ductæ ſunt, ergo æquales, falſum erit. intelligitur enim in eodem circulo. Doctrinalis ſyllogiſmus idem & demonſtratiuus, de Doctrinalis Syllogiſmus
quo ſuprà narratum eſt. Tentatiuus autem idem eſt quòd dia Tentatiuus
lecticus, differt tamen quòd non eſt ex ſimpliciter opinabili- Dialecticus
bus, ſed tantum ex ijs quæ uidentur reſpondenti, de quo ſcientiam ſe habere fingit.

ENARRATIS diſputationum generibus, enumerantur quinq;, quorum cauſa fit ſophiſticus ſyllogiſmus: Redargutio: Redargutio
Falſum, Opinabile, Solœciſmus, Nugatio. Per primum ſophi Falſum Opinabile
ſta uult uideri redarguere reſpondentem, quod non eſt. Per Solœciſmus
ſecundum falſum aliquid monſtrare. Per tertium uult quòd Nugatio
dicat contra opinionem multorum, ſeu plurium, ſeu ſapiẽtum.

Per quartum barbara grammatica & incognita utitur. Poſtremò idem frequenter per nugationem quandam repetit.

Poſt hæc uia fallendi duplex proponitur: In dictione, & Via duplex fallendi. In dictione & extra dictionem
Extra dictionem. In dictione ſex modi, Aequiuocatio, Amphibologia, Compoſitio, Diuiſio, Accentus, Figura dictionis: quibus exempla ſunt huiuſcemodi. Ac primum Aequiuocationis, Aequiuocatio
duobus modis. Aut unum plura ſignificat, ſicut canis, lætum: uerbi gratia, Omne lætum bonum, malum eſt lætum, malum ergo bonum. Sic melius quàm exemplum quod ponitur in textu Latino de uerbo Expedit: nam Expedit apud Latinos æquiuocum ad bonum & malum non proprie reperitur, ſed bene apud Græcos ἀλόντα. Secundò, quando una dictio per ſe tantum rem unam ſignificat, ſed addita alteri plura: ut, Qui ſurgebat, ſtat: & qui curabatur, ſanus eſt. Surgebat enim ſedẽs, & curabatur ægrotans. Aegrotans enim per ſe rem unam ſignificat, ſed iunctum uerbo curabatur, ſignificat tam illum qui eſt quàm qui fuit ægrotans.

Amphibologia ſic fit: Quicquid ſcit hoc ſcit, lapidem ſcit Amphibolo.
aliquis, ergo lapis ſcit: ſoluit Ariſtoteles. Maior eſt duplex. Nã & ſcitum & ſcientem poteſt ſignificare. Si enim illud pronomen Hoc, conſtruatur cum primo uerbo: tunc ſignificat ſcitum ſi conſtruatur cum ſecundo, ſignificat ſcientem. Item: Quic- Differentia inter Amphibologiam & Aequiuocationẽ
quid uidet hoc uidet, lapidem uidet aliquis, ergo lapis uidet: quod eodem modo ſoluitur. Item: Quicquid contingit dicere contingit loqui, ſed tacentem contingit dicere, ergo tacentem contingit loqui: ſoluit Ariſtoteles: Minor enim eſt duplex, quia uel ſignificat quòd tacens poteſt loqui, uel contingit dicere aliquem eſſe tacentem.

Differunt inter ſe Amphibologia & Aequiuocatio, quòd in æquiuocatione ex eodem nomine diuerſa ſignificante probatur. Amphibologia ex oratione facit errorem ſignificante non unum. Dico autem orationem dictionum compoſitionem, nomen uerò dictionem ſimpliciter.

Tertius modus Compoſitione: ut, Sedens poteſt ambulare: quæ propoſitio ſi ſit cõpoſita, falſa eſt: ſi diuiſa, uera, monſtrato ſedente, qui poſsit ambulare. Item non ſcribens ſcribere poteſt. Et quicunq; ſcit literas nunc didicit illas. Et qui unum ſolum

poteſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

poteſt ferre,poteſt plura ferre.

Diuiſione ſic:Quinq; duo & tria ſunt, ergo quinq; ſunt paria & imparia.Item quod eſt tantundem & amplius eſt æquale,ſed maius eſt tantundem & amplius,ergo maius eſt æquale. Item ego te feci ſeruum exiſtentem liberum. Item : Quadraginta uirorum centum reliquit diuus Achilles.

Accentus

Accentu ſic,in pronũciatione ac diuerſitate acuti ac grauis. Feræ uenenum eſt,aduerbium eſt ferè,aduerbium ergo uenenum. Addendo autem hyphen dictionis ſenſum uariat,ut Samothracia continens nomine coniuncta eſt.Samothracia inſula eſt continens,ergo nomine coniuncta eſt inſula.Hic carmen Horatianum aut Virgilianum,haud proprie ab interprete ponitur, Græci commodius quàm Latini hoc modo utuntur,qui accentus magis frequentant.

Figura dictionis

Figura dictionis fit, quando non idem ſimiliter interpretamur,ut maſculinum fœmininum:uel contrà, uel neutrum fœmininum aut maſculinum. Vel quando quale interpretamur quantum,uel faciens patiens.

Extra dictionem accidens

PARALOGISMI extra dictionem VII.Per Accidēs, per Vbi & ſimpliciter, per Ignorantiam elenchi, per Conſequens, per Petitionem principij, per Non cauſam ut cauſam, per Plures interrogationes,ut unam. Per accidens fit,quando idem adſignatur ſubiecto ſiue eſſentiæ & accidenti : ut,Socrates eſt alius ab homine, Socrates eſt homo , Socrates ergo eſt alius à ſeipſo. Item, Socrates eſt alius à Platone , Plato eſt homo,ergo Socrates eſt alius ab homine. Nam non ſecundum naturam Socrates eſt alius à Platone , ſed per hypoſtaſim & proprietatem , quæ circa naturam ſunt , non autem naturæ. Concluſio uerò proprietatem ab his quæ ſunt circa naturam ad naturam tranſtulit. Rurſus:Homo animal,animal genus:Homo ergo genus.Item:Antonius homo,homo biſſyllabum, Antonius ergo biſſyllabum. Item in ſecunda figura:Mel intentionem & remiſſionem non recipit,dulce intentionem & remiſſionem recipit : Mel ergo non dulce. Item, Album ſecundum magis & minus eſt:Cygnus,nix, ceruſſa, ſecundum magis & minus non ſunt,non ergo alba.

Secundũ quid ad ſimpliciter

Secundum quid ad ſimpliciter fit quando aliquod dictum ſolum ineſt ſecundum quid, & ſumitur ineſſe ſimpliciter. Vt quod opinabile eſt,eſt:Et quod nõ eſt,eſt opinabile:Ergo quod non eſt,eſt.Soluit negando conſequens , quia non eſt idem eſſe ſecũdum quid & eſſe ſimpliciter.Sicut eſſe opinabile & eſſe. Item quod non eſt, homo non eſt:ſed aliquid eſt quod non eſt, ergo homo aliquid eſt quod non eſt. Soluit negando conſequens. Item.Indus eſt niger,& Indus eſt albus dentes , ergo eſt albus & niger.Et ſic erit albus,& non albus.

Ex ignoratione Elenchi

EX ignoratione Elenchi fit paralogiſmus quãdo omittitur aliquid ad rationem ſyllogiſmi uel Elenchi.Eſt enim Elenchus, ut inferius etiam dicitur , contradictio unius & eiuſdem , & quæ ſequuntur. Verbi gratia:Duo ſunt duplum unius, & non ſunt duplum trium,ergo ſunt duplum & non duplum.Soluit, quia hoc eſt reſpectu diuerſorum & non ad idem. Item, Decem dupla ſecundum longitudinem , & non dupla ſecundum latitudinem,duplum ergo non duplum.Soluit,quòd non arguitur ſecundum idem.

Ex cõſequēte

Quartò ex conſequente , quando credimus conſequens conuerti cum antecedente , cum quo tamen non poteſt conuerti , quia cùm antecedens eſt, neceſſariò conſequens eſt: ſed cùm conſequens eſt,putamus neceſſariò antecedens eſſe:ut, Si mel eſt,dulce eſt,ergo ſi dulce eſt, mel eſt:ſoluitur negando conſequens , à poſitione conſequentis , ad poſitionem antecedentis,quando non conuertitur.Item:Si pluit terra eſt madida, ergo ſi terra eſt madida,pluit. Item : Hic corruptor eſt, ergo adulter.Itē : Hic noctu errat,ergo furatur.Præterea Meliſſus ſic dicebat ad probandum infinitum. Quod factum eſt principium habet,Sed uniuerſum non eſt factum,quia ex nihilo nihil fit,ergo uniuerſum non habet principium,& ex conſequente, infinitum. Ariſtoteles uerò inſtat negando primum conſequens. Non enim ſequitur,Omne quod factum eſt habet principium,ergo omne quod habet principium,eſt factum.

Ex petitione principii

Quintò ex Petitione principij cum idem in concluſione repetit,uidelicet:Anima eſt incorruptibilis:Incorruptibile autem immortale eſt,ergo anima incorruptibilis. Hic cauſam dat & recipit ex principio ad demonſtrandum. neq; enim incorruptibile differt ab immortali,ſed idem diuerſis uerbis.

Nõ cauſam,ut cauſam dicere

Sextò, quando non cauſam, ut cauſam dixit. Fit autem hic ſyllogiſmus per impoßibile , uidelicet ſi aliquo dicente , omni riſibili ineſt rationale,hinc in impoßibile orationem deducens dicat:ſi rationale omni riſibili,& riſibile omni ſimiæ,ergo rationale omni ſimiæ , quod quidem impoßibile. Hic enim non cauſa ponitur ut cauſa. Neq; enim eſſe omni riſibili rationale (hæc quidem erat hypotheſis)cauſa fuit impoßibilis, ſed dicendo minorem quòd omni ſimiæ ineſt riſibile , quoniam nulla ſimia uere ridet,& ſi riſum hominum imitatur.

Plures interrogationes,ut unam facere

Septimò,quando plures interrogationes , ut unam facimus, hoc modo : Vtrum terra ſit, cœlum, an mare. Item : An Socrates docet Platonem & Ariſtot.Si conceditur,Socrates ergo docet hominem,ſed non homines.Item:Demonſtratis duobus quorum unum ſit bonum, alterum malum, an illa ſint bona, an non bona. Si bona dicantur, cur ergo ſequitur aliquod non bonum eſſe bonum. Hinc ſubdit, quòd ſi negetur , tunc aliquibus ſuppoſitis contingit uerum facere elenchum contra reſpondentem.

Poſtremò notandum , quòd fallacia dictionis in æquiuocatione nominis conſiſtit.Extra dictionem uerò in æquiuocatione intellectus.

Elenchi diffinitio

NVNC ad elenchi diffinitionem , nam omnes paralogiſmi in elenchi ueniunt ignorationem. Eſt enim contradictio eiuſdem & unius, non nominis , ſed rei & nominis , non homonymi ſed eiuſdem , ex datis ex neceßitate collectus , & non alijs quibuſdam , non commemorati à principio , ſed ſecundum idem & ad idem,ſimiliter & in eodem tempore. Debet igitur diſputans qui redarguere alium cupit,eius quod ille dicit oppoſitum colligere, in eodem & uno, non quidem in alio & alio:uerbi gratia:Dicente aliquo Platonem de arte diſſerere,ſi alter contradicat Platonem non de arte diſſerere,intelligendo alium Platonem,non eſt elenchus. Propter hoc ait diffinitio , contradictionem unius & eiuſdem eſſe elenchum, non nominis ſed rei:hoc eſt,non ſolum nominis ſed rei:ſi enim unum quidem ſit nomen, differentes uerò ſub eo res declaratæ , in alia ſignificatione, non eſt elenchus. Sed neque homonymi nominis,Dicere enim , animal ambulat , & animal non ambulat,& ambo uera,non eſt elenchus:eſt igitur eiuſdem & unius nominiſq; & rei contradictio , ex datis ex neceßitate collectis,& non alijs quibuſdam,non commemorati à principio,hoc eſt non per aliud nomen acceptum quæſtionis in propoſitione,in rationem demonſtrationis. Nam ſecundum idem oportet quòd exiſtat à principio,& non ſecundum aliam atq; aliam partem ſubiecti fieri contradictionem. Si enim idem lignum longitudine dicitur bicubitũ,latitudine uerò non bicubitum,& itē Aethiops corpore reliquo coloratus,dentibus uerò non coloratus, non fiet elenchus. Et ad idem quidem, non ad aliud oportet contradicere.Dicere enim decem ad quinq; duplum, duplum ergo decem, non erit elenchus. Non ſolum autem ſecundum idem , & ad idem fieri oportet contradictionem,ſed ſimiliter & in eodem tempore. Similiter quidem,ut non dicatur de infante grammaticum, & non grammaticum. Et rurſus de dormiente uidentem,& non uidentē,& hoc quidem poteſtate,illud energia accipiendo. In eodem autem tempore,ut non eundem hominem dicamus in uno tempore motum,in alio rurſum non motum. Ex datis ex neceßitate elen-

chus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

chus ſit, quando non ponimus non cauſam ut cauſam: ex accidente uerò & conſequente, & ſi uidentur concludere ex datis, at non ex neceßitate concludit, neq; idem. Neq; enim quæ ſecundum eſſentiam exiſtunt prædicato, ex his neceſſe eſt ſubiecto prædicari; neque ſi homo animal, animal autẽ eſt triſyllabum, neceſſe eſt hominem eſſe triſyllabum: neque rurſus, ſi febricitans calet, neceſſe eſt, ut qui calet febricitet: propterea in elenchi diffinitione ex neceßitate ponitur. Hinc liquet quòd (uti ſuprà diximus) paralogiſmi omnes in elenchi ignoratione apparent, quem ſi quis nouerit nunquam decipietur captionibus, aut ſophiſmatis quibus utuntur ſophiſtæ, nihil aliud quærentes quàm talibus coloratis ſyllogiſmis diſputantẽ irretire.

Poſt hæc Ariſtoteles ponit differentiam ſophiſticorum elenchorum, ſiue paralogiſmorum, alios in forma, alios in materia peccare. Deinde differentiam inter pſeudographum & litigioſum: dicitq; hunc ex proprijs principijs alicuius artis, ſed litigioſum ex communibus, quæ omnia ſuprà in principio commemoraui. Deinde comparat litigioſum ad ſophiſticum, dicitq; eundem eſſe re, uerum fine alium. Nam litigioſus litem tantum intendit, ſophiſta gloriam. Itaque alterius eſt apparens uictoria, Sophiſtæ uerò apparens gloria. Deinde ſic ait: Litigioſum deficere à dialectico, ſicut pſeudographus deficit à demonſtratiuo. Nam alter ex principijs dialecticis: alter ex principijs demonſtratiuis procedit, & alter proprijs quarundam artium principijs alter communibus applicatur: hac tantum differentia quòd pſeudographus eſt pſeudographus reſpectu demonſtrationis, litigioſus autem non litigioſus reſpectu dialectici.

Contra ueterum opinionẽ

Poſt hæc confutat antiquorum opinionem, qui putabant opponentes problemata ab initio contra reſpondentem diſtinguere æquiuocationem ſeu multiplex & uerbi & intellectus debere. Ariſtoteles autem dicit minime propalanda arma ſua aduerſario. Attamen hanc diſtinctionem neceſſariam reſpondenti eſſe in fine primi libri topicorum dixit.

In ſophiſtico ſyllogiſmo illatio, probatio & contradictio

Litigioſum præterea ſeu ſophiſticum tria oportere dicit habere: Illationem, per quam ſyllogiſmus eſt: Probationem, per quam dialecticus: & Contradictionem per quam elenchus eſt. Omnis igitur elenchus ſyllogiſmus eſt, ſed non contrà: quoniam in eo quod differit dialecticus uocatur, in eo autem quod contradicit, id eſt redarguit, elenchus.

Præterea conditiones quatuor dialecticæ connumerat: primum quod non eſt artis determinatæ: deinde quod nihil concludit proprie, niſi in communi materia. Tertiò hoc differt à metaphyſica, quod illius ſubiectum eſt commune cum ſubiecto omnium ſcientiarum ex prædicatione. Dialectica uerò ſubiectum habet commune ex adplicatione.

Dialecticę cõditiones IIII
Dialectica qd differt à metaphyſica

Poſtremo ex interrogatione procedendo diſputat in utranque partem uel idiota, quanquam imperfectius quàm eruditus reſpondentis ingenium tentando, ex quo tentatiua dicitur. Metaphyſica tantum demonſtrat citra interrogationem.

IN TERTIO tractatu ponit cautiones quibus utatur opponens, ut reſpondentem deducat ad aliquam quinq; metarũ ſupradictarum. Primò ad falſum, & inopinabile deducet, ſi celabit propoſitum, id eſt, concluſionem ſuam. Secundò multa interrogabit, ut ſaltem aliquod inconueniens concedatur. Tertiò reſpondentẽ laudabit, ut eo pacto delinitus propoſitis adſentiatur. Quartò ſi minus cõcedetur, aut in id ſe cõpulſum uiderit, ubi minus ſapiat aut intelligat, aut reſpondens cautior ſit, paulatim clamq; diſputatio aliouerſum detorquenda. Quintò non ſtatim interrogabit, ſed ſe diſcere uelle fingendo, ac paulatim propoſitum inſinuando, adſenſum facilius eliciet. Sextò, ſi inopinabile extorquere uult, de ſecta aduerſarium interroget, ubi ſæpe inopinabilia dicunt, & quæ ſæpe aliter mente uolunt: uerbi gratia: Præſtat mori quàm uoluptarie uiuere. Si ſecundum mentem adſentitur, tunc deducendus ad contrarium dictorum: ſi ſecundum dicta, ad mentem & uoluntatem. Præterea ſi ſecundum naturam dicunt, tunc ad leges: ſi legem, ad naturam contrarium deducere. Deinde ſi ſecundum opinionem ſapientum concedet, contradicere per dicta plurium. Si dicta plurium, per dicta ſapientum.

Ad nugationem uerborũ deducere

Poſtea docet quomodo ad nugationem uerborum deducat ſæpius eadem ac ſuperuacue repetendo. Vt ſi dicatur concupiſcentia delectationis, uel appetitus delectationis quod idem eſt, & his ſimilia. Deinde ad ſolœciſmum dicit facile poſſe deducere, per uerba neutra propoſita, ſexum utrumq; & plura ſignificantia, ut, quid eſt hoc? Si reſpõdeatur, lapis uel aqua, tunc fiet paralogiſmus contra reſpondentem, quòd ſe arbitrabatur maſculinum dixiſſe pro fœminino, & contrà, ſeu caſum pro caſu. Siue in barbaram pronunciationem quæ diuerſa ſignificet, ut pendere, cecidit, & his ſimilia, ſolœciſmus dicitur ad fallaciam dictionis pertinere.

Ad ſolœciſmũ

Iurgia inter diſputantes

Vlterius dat alia præcepta & cautiones opponenti generatim, ut adſumpta diſsimulet, & ſine ordine ponat, ne uideatur ex eis aliquid poſſe concludi. Deinde reſponſum cito prouocare, ne ſpatium cogitandi det. Reſpondentem quoq; ad iram prouocare, & de mẽte ac cogitatione deturbare, uerbis, cauillis, iurgijs irritando, ac contraria his quæ uolumus addendo, ut facilius alterum cõcedatur: ut, Aut in omnibus patri obtemperandum, aut in nullo. Reſiſtat inſuper propoſita diſtinguenti, magiſq; adſumpta quàm concluſionem interroget: nonnunquam adſumptis antequam conceßis utatur, & his ſimilia nonnulla alia ab eo ponantur: præterea occurrat his quæ uidentur poſſe reſponderi.

Facilius deſtruere quàm conſtruere
Socratis exemplum

LIBRO II. inſtituit reſpondentem, quum ſuprà opponentem docuerit. Monſtrat enim ſoluendi paralogiſmi modum. Nam plures deſtruere ſciunt qui neſciunt cõſtruere, ſicut in ſignis mathematicis. Quapropter Socratem ait ſolitum ſemper interrogare, reſpondere autem ſe profiteri neſcire. Hinc prouerbium tractum: Multi ſunt arguentes, pauci uerò ſoluentes. In primis reſpondens multiplicis æquiuocationem diſtinguat, quæ ſophiſmatis cauſa eſt. Propoſitionem haud ſatis intellectam aut dubiam, non facile nec ſtatim concedat. Sed reſpondeat, ſic ut ita ſit. Ad inopinabile item, & de quo ſit uaria ſententia, dicere quod multi ita ſentiunt. Itẽ petere principium cum propius cõcluſioni cepit opponens. Item: Si utrunq; ſit propoſitum, conſequenti reſpondere debet, quoniam antecedente conceſſo, conceditur conſequens. Non item contrà.

Præterea cum duplex ſit falſus ſyllogiſmus, alter ſyllogiſticus qui falſis probat & peccat in materia, alter apparens ſyllogiſmus qui peccat in forma: primus æquiuocationis infirmatione ſoluetur, totq; infirmabit quot reperit falſas ſiue adſumptiones, ſiue concluſiones. In forma uerò peccantem ſoluet paralogiſmum compoſitionis & diuiſionis, oſtendendo non eandem eſſe orationẽ compoſitã & diuiſam. Ponit inſuper quoſdam paralogiſmos: Vt quicunq; poteſt citharizare, citharizabit, ſed non citharizans poteſt citharizare, ergo nõ citharizãs citharizabit. Soluit quod hoc poteſt, non citharizans citharizabit, ſed ille qui eſt non citharizans poſtea poteſt citharizare. Deinde dicit, quòd pauci fiunt per accentum paralogiſmi: cuius ponit unum exemplum, quod apud Latinos hoc modo reperiri poteſt. Bonum eſt uiros iuſtos pendere, & bonum rurſus uiros iuſtos non pendere: ergo eſt idem pendere & non pendere. Soluit, quòd pendere diuerſa ſignificat ſecundum accentus diuerſitatem.

Paralogiſmorum exempla nonnulla

Paralogiſmi omnes extra dictionem, præter paralogiſmum fallaciæ petitionis principij, qui ſolus non peccat in forma, ſoluendi per infirmationem conſequentis, ponit exempla multa: præſertim Secundum quid, ad Simpliciter. Vt, Iuſtum eſt iniuſto magis eligendum, quo ad agendum uidelicet non patiendum. Item, Scio hanc rem mihi iuſte adiudicatam,

Paralogiſmi extra dictionẽ ſoluẽdi per infirmationem conſequentis

ergo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ergo ſcio hanc rem meam eſſe. Negatur conſequens, quia non fuit iudicata ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Item, Quod nõ eſt, ipſum eſt opinabile, ergo quod nõ eſt, eſt. Negatur cõſequẽtia, quia eſſe opinabile, non eſt eſſe niſi ſecundum quid. In Paralogiſmo petitionis principij ſoluitur dicendo opponenti quod petit principium. Difficilius autem ſyllogiſticos, id eſt, eos qui in materia peccant, ſoluere. Inter ſyllogiſticas uerò orationes eas maximè difficiles, de quibus dubium, an ſit oratio ſyllogiſtica an non, & an ſit ſoluenda per deſtructionem an per infirmationem. Et illa acrior, quando neſcimus ſecundum quod adſumptum debeat fieri ſolutio. Item illa acris, cuius defectus maxime latet, illa facilis cuius maxime patet.

Poſtremò Ariſtoteles ſe gloriatur hãc artem inueniſſe, cum antea ſyllogizantes ſine ordine, ſine præceptione aliqua confunderentur inſtar artium mechanicarum, quarum nulla traditur certa uia. Quapropter ueniam petit ſi minus perfecta ſit cùm à principijs ſit reducta debilibus, & paruis, ſicut & rhetorica per Cteſiam primo, poſtea per Theodorum. Gratias autem ſi perfecta fuerit.

IN TOPICA.

Loci ſunt ſedes argumentorum, unde firmatio & infirmatio fit propoſiti problematis. Eorum ratio duplex eſt, aut Inductio, quæ per exemplum fit: aut Syllogyſmus, qui ſæpe per Enthymema. Proceditur propoſitione quando certus eſt adſenſus: ut, Voluptas bonum eſt: aut Problemate per interrogationem quando incertus: ut, An uoluptas bonum ſit: diſputaturq́; in utramq; partem ad ueritatem eliciendam. Verbi gratia: Voluptatem omnia appetunt, quod autem omnia appetunt bonum, uoluptas ergo bonum. Item contrà: Voluptas motus eſt in naturam ſenſibilem, omnis autem motus imperfectus, quod autem imperfectum non bonum, uoluptas ergo non bonum. Sunt igitur huiuſcemodi totidẽ quot ſubiecta. Nam quædam Philoſophica: ut, an mundus æternus, an anima immortalis. Aut Ethica: ut, an honeſtum utili præferendum. Aut ad Medicinam pertinentia: ut, an pharmaco ſiue diæta ſit Hemitriteus curandus, an pituita ſit cauſa frigoris inteſtini. Aut Logica: ut, an propoſitio neceſſaria Topicis conueniat. Sunt & uniuerſalia: ut, uirtus appetenda: aut particularia: ut, quædam uirtus appetenda. Nec mirum dialecticam hoc modo ſingulas artes diſcutere, & in omnibus utrinq; diſputare: quum ipſe Ariſtoteles in VIII. huius operis dicat quædam eſſe falſa, quæ ueris probabiliora uidentur. Alia eſt ratio, quòd dialectica ſeptam per ſe regionem non habet, nec proprium ſubiectum quemadmodum reliquæ, quarum quælibet ſecundum ea quæ inſunt in demonſtrationem facit, eaq́; perpetuò tuetur. Neq; propterea dialectica de geometriæ aut medicinæ principijs, ut medicus aut geometra diſputabit, ſed ex communioribus & opinabilibus: unde in utranq; partem argumenta faciat. Quælibet enim ſcientia & propinpua & remota principia retinet. Propinqua profeſſor artis habet: Remota uerò quiuis: uerbi gratia: Propria & propinqua geometriæ ſunt, recta ſupra rectam ſi ceciderit, duos facit angulos rectos, aut rectis æquales: & rectæ à centro ad circunferentiam protenſæ omnes inter ſe ſunt æquales.

Quelibet ſciẽtia propinqua & remota principia habet

Communia uerò ſunt hæc: Quæ ſunt eidem æqualia, & inter ſe æqualia ſunt. Et ſi ab æqualibus æqualia ſubtrahas, quæ reſtant æqualia ſunt. In medicinali cõmune principium omnibus notum, uidelicet: Febris eſt motus præter naturam uenæ uel exceſſus caloris. Propria ſolo medico ſunt nota: uidelicet: Febris eſt calor præter naturam cordis & arteriæ, continens animalem tonum ex profundo, relata acuta. Rhetorica item omnium artium principijs utitur communibus tanquam proprijs. Quapropter Ariſtoteles in demonſtrationis primo dicit Rhetoricam eſſe antiſtrophon Dialecticæ: hoc enim intelligendum, uel circa eadem & æqualia ſuppoſita uerſatur, uel circa oppoſita, & in idem firmat & infirmat, ſicut dialectica.

Sed iam ad dialecticas argumentationes redeamus, quarum organa ſiue inſtrumenta ſunt quatuor. Primum propoſitiones ſuaſibiles & opinabiles legere. Non enim neceſſaria proponit, aut ab omnibus conceſſa: ut, ſi Deus colendus, aut ſi Sol luceat: ſed tantum media quæ inter utranq; partem dici poſſint: ut, an pax ſit potior bello, an uxor ducenda. Secundum facere diſtinctiones in eodem & uno non ſolum nomine, ſed & re & nomine non homonymo, ſed eodem ex datis ex neceſſitate & à principio commemoratis ſecundum idem & ad idẽ & ſimiliter & eodem tempore. Tertium, noſſe differentias cuiuslibet rei, uidelicet, quid ſenſus à ſcientia differat: quid ſenſus communis etiam à cæteris animalibus: ſcientia enim tantũ hominis, & ille ſtatim nobis natus, hæc interuallo temporis. Et ille ſemel amiſſus nunquam, hæc quandoq; recuperatur.

Inſtrumenta dialect. IIII

Quartum, noſſe ſimilitudines, quam ſimul habeant uiciſſitudinem res, ut ſimile contendere & litigare: hoc uerbis, illud factis, & ſic de reliquis.

Categorumena, id eſt, prædicta unde oriuntur quæſtiones dialecticæ quatuor: Definitio quam Ariſtot. ὅρον uocat, hoc eſt uerbum, quod quid eſt eſſe ſignificans, Cicero notationem ſeu notam. Deinde Proprium, Genus, & Accidẽs. Hæc enim propoſitiones aut coniuncta non ſunt, ſed ex his fiunt propoſitiones & ſyllogiſmi. Idem & alterum definitioni coaptatur. Probatio enim definitionis probat & idem, monſtrato quod diffinitio hæc illius congruè monſtratur, & quod hoc idem illi. Non item contrà. Verbi gratia: Gaudium eſt idem cum lætitia. Non tamẽ eſt gaudium diffinitio lætitiæ, neq; lætitia gaudij. In infirmatione uerò contrà euenit infirmato, quod illi non eſt idem: tollitur etiam quod non diffinitio hæc illius.

Quæſtiones dialect. IIII
ὅρος
Diffinitio
Proprium
Genus
Accidens

Idem quoque tripliciter dicitur, Numero, Specie, Genere. Aqua enim ex eodem fonte eadem ſpecie uidetur, ſi in duobus conſiſtat uaſis: ſimilitudine tamen maxima: haud aliter quàm homines qui uehementer inter ſe ſimiles ſint. Vnum etiam numero pluriſariam ex Accidenti, Proprio, Diffinitione, & his ſimilibus. Problemata etiam utrum hoc an hoc ſub eodem genere reducantur. Generica enim problemata ſunt quærentia quod genus adlati, utrum hoc an hoc. Comparatiua inſuper ſub accidente & ipſa reducuntur: uidelicet: An magis opinio quàm ratio diligenda, utile an honeſtum. Nam omnia comparatiua intentionem & remiſſionem recipere palàm eſt.

Idem tripliciter dicitur

Præterea cùm ſint quinque uoces quæ uniuerſales appellantur: Species & Differentia in dialectica ad generica reducuntur problemata. In uniuerſum uerò cuncta in diffinitione etymorum nominum conſiſtunt, quam Cicero Notationem uocat. Nam & ſingula diffinitione ad probandum indigere uidentur.

Libro II. Accidens perſequitur. Quod dicit non eſſe neceſſe ſtatim cum ſuo ſubiecto conuerti, ſicut in genere proprio & diffinitione: ut animal ſtatim ineſt homini, Grammatica nequaquam, nam ſtatim non eſt grammaticus. Præterea uniuerſalia problemata priora particularibus, & negãtia aientibus, quod plerunq; reſpondentes aiunt ac firmant. Qui uerò propoſuerunt negant & infirmant. Duo inſuper uitanda, uel falſa adſumere problemata, uel inſuetis denominationibus uti, ut hominem plantam uocare, & his ſimilia.

Primus igitur locus: Si genus pro accidente ponatur, infirmabitur, ut ſi quis dicat albo colorem accidere, & nigro coloratum. Nam ſpecies à genere denominari non oportet. Primus locus

Alius locus: Si quid omni uel nulli ineſſe dicatur, ut contrariorum eadẽ eſt diſciplina. Si non ita ſit (conſiderandæ ſpe- II

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

cies oppoſitionum uſq; ad indiuidua) infirmatur: ſi uerò ſit, firmatur.

III *Tertius locus ex definitionibus accidentis & illius cui accidit, ut ſi dixit, inuidum bonum, quid eſt inuidus, & quid eſt bonus: ſi diſcordant inter ſe diffinitiones infirmetur accidens ſi autem conuenit, firmatur. Præterea nominibus utatur. Firmansq;, ut pluribus dicat frequentata. Infirmans uerò de ſapientioribus tantum.*

IIII *Alius: Si quod in problemate nomen obſcurum incidat, ad clarius transferat: & qui firmat & qui infirmat: ut ſi quis uoluptatem commodam dixerit decentem, transferat* δέον *Græce & utile & decens.*

V *Alius: à genere & ſpeciebus accidentis, & firmati & infirmati: ut dixit aliquis animam moueri, ut genus aliquod motus augmenti diminutionis in locum mutationis: ſi nullo motu moueatur anima, infirmatur accidens: ſi aliquo aut omni motu moueatur, firmabitur. Quod enim ſpeciei ineſt & generi, ut album aut uiride oculos oblectant, ergo & color: ſed non ſtatim quicquid non ineſt ſpeciei non ineſt generi.*

VI *Alius: Tempus reſpiciendum. Si non in omni tempore infirmatur, ſi in omni firmatur. Vt dixit aliquis, nutritum augetur. Si autem monſtrabit quòd non ſemper nutritum augetur, ut in ſenibus, infirmatur accidens. Si autem cuncta nutrita augeri monſtrantur, firmabitur.*

VII *Alius: cùm aut æquiuocè aut quouis alio modo quædam multa dicta fuerint, oportebit reſpicere ac infirmare ſi non exiſtat aliquibus, uel firmare ſi exiſtat: ut ſi quis dixerit, hominem animal & rationis participem & riſibilem, ſi ſubiectum eadem non habet infirmatur quod dixit, ſi autem habuerit firmatur: ut item qui bonum dixerit aurum & utile ac delectabile, & multa quædam alia dicat, quibus uel horum aliquibus eſſe monſtratis firmatur accidens, non monſtratis, infirmatur.*

VIII *Alius: Quando nomen transfertur in diffinitionem, ut propriam aut impropriam, ut rex felix: aut regnum felix: quo ad regem accidens firmatur, quoniam felix idem quòd fortunatus dicitur: quo ad regnum uerò infirmatur tanquam impropriũ. Non enim recipit regnum felicitatem.*

IX *Alius: In rebus quædam neceſſario, quædam plerunq;, quædam quandoq; contingunt, quorum ordinem ſi quis peruerſum oſtendat accidens infirmabit. uerbi gratia: Dixit aliquis damnatos neceſſario prauos eſſe, cum plerunq; dicere debuiſſet, aut plerunq; pulſatos dolere cum neceſſario debuiſſet, aut exercitatos laboribus plerunq; lætari cum interdum dicere debuiſſet, quæ omnia ſi ordine ac ſecundum eorum naturam ponantur, accidens firmare uidebuntur.*

X *Alius: Quando contraria complectuntur quidem Sextiplicitur, ea contraria capienda, quæ propoſito conducant. Sed de ſex quatuor tantum uere opponuntur: uel enim contraria de contrarijs ſubiectis alternatim prædicantur: ut amicos quis amat & inimicos odit, uel amicos odit, & inimicos amat, & ij duo modi ueram oppoſitionem non habent. Ambo enim uel fugienda uel eligenda. Aut quando utraq; contraria de uno. Et hoc etiam dupliciter, ut amicos diligere, & amicos odio habere, & inimicos diligere, & inimicos odio habere. Aut quando unum contrarium de utriſque, & hoc dupliciter, ut amicos diligere, & inimicos diligere, & amicos odio habere, & inimicos odio habere. Igitur quatuor ultimæ uere opponuntur. Item uni & eidem plura eſſe contraria. Amicos enim diligere, contrarium eſt, inimicos diligere: itemq; amicos odio habere. Et idem in ſingulis reliquis. In contrariorum itaq; copia adſumenda utilia pro diſputante.*

XI *Alius etiam, ſi ſit aliquid accidenti contrarium, conſiderare ſi huius ſuſceptibile eſt ſubiectum. Si enim non ſuſceptibile illius, neq; huius. Si autem ſuſceptibile illius, firmabitur, & huius fuerit ſuſceptibile. Non autem & quod accidit illud rei, ſed ſolum poteſt accidere, & ſuſceptibilis eſt illius res. Vt dixit aliquis, Scientiam albam, quoniam albo contrarium nigrũ. Non eſt autem ſuſceptibile nigri ſcientia neq; erit. Dixit item lapidem hunc album, quoniam ſuſceptibilis lapis coloris, ſed non propter hoc albus fuerit lapis, ſed quòd ſuſceptibilis tantum albi, firmabitur.*

XII Ex oppoſitione

Alius etiam ex quatuor oppoſitionum generibus. Primum ad aliquid, ut ſi ſcientia ſuſpicio, & ſcitum ſuſpectum. Si illud non eſt, neq; hoc, Ex contrarijs: ſi bonum utile, malum damnoſum. Si non illud, neq; hoc. Ex his quæ ſecundum habitum & priuationem. Si cæcitas probrum adfert, & uiſus laudem. Si non illud, neq; hoc. Ex negantibus & aientibus: ſi diſcere bonum, non diſcere non bonum. Si non hoc, neq; illud.

XIII Ex coniugatis & caſibus

Ex coniugatis & caſibus: coniugata ſunt ex abſtracto & concreto, ut iuſtitia & iuſtus & iuſtum: caſus uerò aduerbiũ, ut iuſtè. uerbi gratia: Si iuſtitia bonum & iuſtus & iuſtum & iuſte. Si autem non hoc, neq; illa. Et ſic in reliquis ſimilibus.

XIIII

Ex generationibus & corruptionibus & item efficientibus & corrumpentibus. Quorum enim generatio bona, & ipſa bona, quorum uerò generatio mala & ipſa mala. Quorũ autem corruptio bona, ipſa mala: quorum uerò mala, ipſa bona: Hinc accidens firmari & infirmari licebit: uidelicet dicit quis, uirtus prauum. Infirmandum quòd non prauum. Generatio ipſius bonorum eſt. Agathopraxia enim uirtutis generatio, & illi intendere generatiuum uirtutis. Et rurſus non prauum uirtus, quòd corruptio praui & corruptibile malorũ eſt. Corruptio autem uirtutis Cacopraxia, & corruptibile bonorum uſus & congreſſus. Contra uerò firmãdum hoc modo; Negligentia malum, quoniam corruptio huius, & corruptibile malorum eſt. Studium uerò bonum, quòd ipſius corruptio quæ eſt negligentia & corruptibile bonorum uirorum eſt. Agathoprax. Cacopraxia

XV Ex ſimilitudinibus

Ex ſimilitudinibus, uidelicet ſi ſcientia una contrariorum. Sicut medicinalis ſanitatis & ægrotationis. Et opinio eadem contrariorum. Opinatur enim quis etiam mendacium. Rurſus infirmatur. Si non eadem ſcientia contrariorum neq; opinio, Simile autem quid ſcientia & opinio: utraq; enim animi habitus noſcibilis.

XVI Ex magis & minus

Ex magis & minus. Sunt autem talium loci quatuor: unus quidem ſi magis ſequitur magis, & ſimpliciter ſequitur ſimpliciter, in ſubiecto ſi hoc & illud. Videlicet magis nocere magis malum eſt, & ſimpliciter nocere, ſimpliciter malum. Alius locus unius circa duo ſubiecta, infirmando quidem ex magis, firmando uerò ex minus, ut ratio magis laudabile quàm diuitiæ, ſi ratio non laudabile, multo minus diuitiæ: Ex magis autem firmando, ut ſi diuitiæ laudabile, multo magis ratio. Quæ ſic coaptantur. Si cui magis uidetur ineſſe & non ineſt nec cui minus. Et ſi cui minus uidetur ineſſe, ineſt & cui magis. Tertius locus duorum de uno ſubiecto dicto, ut ratio magis laudabile quàm ſecundum animum utile. Quartus locus duorum de duobus dictis, uidelicet uirtus utile magis, quàm ratio laudabile. Si non uirtus utile, neq; ratio laudabile. Si autem ratio laudabile, multo magis uirtus utile.

XVII Ex ſimiliter inexiſtentibus

Ex ſimiliter inexiſtentibus. Et hoc tripliciter, uel unum quid accidens duobus ſimiliter exiſtit, & eſt unum alterius uel infirmatorium uel firmatorium, ut laudabile ſimiliter inexiſtit & rationi & uirtuti. Si unum laudabile, & alterum. Et ſi unum non laudabile, neq; alterũ. Secundo, cum duo accidentia uni ſubiecto uidentur inexiſtere: ſimiliter ſi unũ exiſtit, & alterum: ſi autẽ unum nõ exiſtit, neq; alterum. Vt ſimiliter uidetur bonum & utile. Et ſi utile, & bonum. Si autem bonũ, & utile. Tertiò, cum duo accidentia duobus ſubiectis ſimiliter inexiſtunt. Si alterum uni, & alterum alteri. Si non uni alterũ, neq; alteri alterum: uidelicet, ſimiliter uidetur inexiſtere, & rationi laudabile, & uirtuti utile. Et ſi uirtus utile, & ratio laudabile

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

laudabile.Et ſi ratio non laudabile,neq; uirtus utile.

XVIII
Ab adpoſitione

Locus etiã ab adpoſitione. Si quid additur,ut albũ, aut bonum quod nõ erat:aut ſi erat:magis albũ & bonũ erit. Nam propter unũquodq; tale & ipſum magis:qui locus ad firmandum faciet,& ad infirmandũ minime:nõ enim probato quòd dulce nõ fuerit,ſtatim ipſum dulce nõ erit. Additũ enim dulce amaro,nõ ſtatim dulce facit,nec tamẽ ipſum dulce nõ eſt. In quibus autẽ aliquid dicitur magis aut minus, aut ſecũdum quid,aut ubi,aut quãdo,aut alicubi ineſſe dicitur & ſimpliciter,ſed nõ cõtra,ut homo eſt ſimpliciter,cũ nullis his conditionibus contradicimus ſecundũ quid.ſecundum quiddam boni ac minime ſimpliciter. Quare ubi nullo addito dicimus,bonum aut malum,ſimpliciter dicimus.

De cõparatis problematib⁹

LIBRO III. Cõparata problemata ſub accidente reducuntur.Cõparantur autẽ non longe diſtãtia,ſicuti quid magis eligendũ,felicitas an diuitiæ,cum cõſultatione non egeãt, ſed proxima.Quorũ ſunt ij loci.Primum quidem antiquius & firmius minus antiquo & firmo magis eligendum. Item quod magis eligeret bonus ac prudẽs in qualibet arte uir uel lex certa,magis eligendũ. Deinde natura bonũ magis quàm arte acquiſitũ,ut iuſtitia magis quàm iuſtũ. Eſt enim iuſtitia hoc aliquid in genere,iuſtũ uerò minime.Nam illa in genere bono,iuſtũ uerò per accidens.Deinde quod eſt per ſe magis quàm per aliud,ut ſanitas quàm miſsio ſanguinis aut exercitatio.Dein,quod eſt per ſe magis quàm per accidẽs, ut amicos iuſtos eſſe quàm inimicos.Per ſe enim eligendum amicis optare iuſtitiã, quibus bona cupimus. Inimicis uerò alia de cauſa,ne uidelicet nobis noceãt.Præterea honoratius meliori exiſtenti,ut homini quidẽ uirtus, equo autẽ curſus,uirtus certè pretioſior,quod etiã pretioſior ac melior equo ſit homo. Finis quoq; quàm ea quæ ſunt ad finem,ut ſanitas quàm medicina.Duobus uerò exiſtẽtibus ad finẽ,quod eſt propinquius fini,ut medicina quàm procatharſiũ.Dein,quod ad uitæ finẽ magis pertinet,ut uirtus diuitijs.Finis enim humanæ uitæ felicitas ad quã uirtus pertinet,diuitiæ uerò ad fortunã. Dein è duobus creãtibus bonũ præſtat id cuius finis melior, ut gymnaſiũ quod bonã habitudinẽ creat magis quàm medicina,quæ ſanitatem.Bona enim habitudo ſanitati præſtat.Et duobus itẽ efficiẽtibus finis,quod pro portione præſtat, uidelicet:Felicitas melior ſanitate,pluris quã ſanitas, eo quòd ſanat,efficiẽs enim felicitatẽ melius quàm ſanitas. Dein quod ſequitur maius bonũ,ſequitur enim uirtus ſalutẽ, ratio uerò opinionem. Magis eligẽda uirtus quàm ratio. Quod melius per ſe & honorabilius,ut amicitia diuitijs,& iuſtitia ſanitate.Etiã quod omni tẽpore,quàm quod interdũ utilius, ut panis fructibus, Illuſtrius minus illuſtri,ut ratio diuitijs. Quod magis arduũ, magis enim amamus quod non eſt facile adire aut comprehendere. Quod magis propriũ quàm cõmune,ut diuitiæ,ratio, gloria,magis quàm in bello ſtrenuitas. hæc ſi fit,cum multis fit,illa uerò propria ſunt. Vnũquodq; in quo tẽpore magis ualet.Vt prudentia & triſtitia ſenectuti,Robur & fortitudo iuuẽtuti.Et quod omni tẽpore magis quàm neceſſariũ, ut modeſtia & iuſtitia fortitudine. Et circunſtantia neceſſarijs meliora.ut bene uiuere quàm uiuere. Quandoq; etiam meliora non magis eligẽda,ut philoſophari præſtat quàm ditari,ſed non magis eligendũ indigẽti. Etiam hoc ſine hoc magis eligendũ,hoc autẽ ſine hoc minime,uidelicet,potẽtia ſine prudentia nõ eligẽda,at prudentia ſine potentia eligẽda.Et ex his quæ ſunt ſub eadẽ ſpecie: id quod habet propriã uirtutẽ nõ habente,ut ferreus gladius magis eligendus qui ſit acie tẽperatus,quàm aureus obtuſus. Ambobus autem habẽtibus id quod magis habet.Præterea id quod plures habeat partes, uidelicet,utile, delectabile, honorabile,magis quàm id quod nullas aut pauciores.

Ex genere

LIBRO IIII. Ex genere problemata ponũtur, ubi ui-
dere oportet,Primũ,ſi de aliquo prædicatur poſitũ genus,ſi I
de illo nõ prædicatur nõ erit genus:uerbi gratia: Voluptatis
bonũ genus. Aliqua uoluptas non bonũ. Non genus ergo uo-
luptatis bonũ. Deinde ſi non in quid eſt prædicatur, non II
erit genus: ut ſi quis dicat riſibile genus hominis,nõ erit ge-
nus:ſecus uerò ſi animal dixerit,quoniam in quid eſt,prædi-
catur. Deinde ſi non in eadem diuiſione ac prædicamento III
ſint genus & ſpecies: uidelicet, dicat quis ſcientiam bonũ ac
pulchrum. Sed bona ac pulchra ſub prædicamẽto qualitatis,
ſcientia uerò ſub relatione. Genus item infirmatur,quòd IIII
ſuæ ſpeciei particeps fuerit,& rationẽ acceperit. uerbi gra
tia:Homo qui recipit animalis diffinitionẽ,particeps eſt ani-
malis. Non item cõtra debet animal hominis, ut ſi quis dicat
genus animalis aut entis & unius genus. Etiã ſi aliqua pro V
genere ſpecies alicuius ponatur, uidendũ ſi ſpecies ea præ-
dicatur de aliquo,de quo nõ prædicatur genus, quod ſi con-
tingat problema infirmatur, ut ens & ſcibile nõ ſunt genus
opinabilis. Quoniã opinabile prædicatur de non ente. Multa
enim nõ entia opinabilia ſunt. Sed ens & ſcibile non prædi-
cantur de non ente. Deinde ſi quid pro genere ponatur, VI
quod nullius ſpecierũ talis generis eſt particeps. Vt ſi quis di
cat motũ genus uoluptatis, non eſt uoluptas ſub motu parti-
ceps motus ſpecierum,quamobrem infirmabitur. Dein ſi VII
genus prædicetur de paucioribus quàm ſpecies,infirmandũ,
ut ſi quis dicat ens genus opinabilis. Opinabile enim prædi-
catur de pluribus quàm ens. Nam ens & non ens ſunt opina-
bilia. Semper enim genus de plurtbus prædicatur quàm ſpe-
cies. Dein ſi genus & ſpecies prædicentur de æqualibus, VIII
ſimiliter infirmandũ. Vt ens & unũ & omnia trãſcendentia
conuertuntur. Quapropter ens non dicetur genus unius nec
contrà. Similiter primum & principiũ conuertuntur. Ideo
neutrum eſt genus alterius. Etiam ſi aliquod genus pona- IX
tur,aliud genus habens quod non cõtineatur ſub genere po-
ſito,infirmandũ eſt : ut ſi quis poſuerit lineas diuiſibiles con-
tineri ſub hoc genere,quod eſt diuiſibile,male ponitur:quo-
niam aliæ lineæ indiuiſibiles eiuſdem ſpeciei ſunt, nec conti-
nentur ſub hoc genere diuiſibile. Sunt enim inter ſe indiffe-
rentes ſecundũ ſpeciem rectæ lineæ omnes. Dein ſi alicui X
ſpeciei abſignauerit duo genera ſubalternatim poſita,infir-
mandum problema : ut ſi quis dicat iuſtitiã ſpeciem uirtutis
& ſcientiæ,quia nec uirtus cõtinetur ſub ſcientia, nec ſciẽtia
ſub uirtute. Si quid etiam tanquã genus alicuius ſpeciei po XI
natur.uidendũ ſi ipſum & quodlibet ſuum ſuperius nõ præ-
dicatur in eo quod quid eſt, infirmabitur : ut ſi quis neget
itionis genus lationem,non ſufficit monſtrare quòd motus ſit
itio antequã monſtret quòd latio eſt, quoniam & alij motus
ſunt:ſed monſtrandũ quòd nullius eſt particeps itio ſecundũ
eandem diuiſionem lationis. Neceſſe igitur quod generis eſt
particeps,& ſpeciei alicuius participem eſſe earũ quæ ſunt
ſecundũ primã diuiſionem:itio igitur neq; augmenti neq; di-
minutionis neq; aliorũ motuũ particeps eſt, manifeſtũ quòd
lationis particeps eſſet : itaq; latio genus itionis. Dein ſi XII
differentiã ut genus poſuit deceptus forte quòd de pluribus
prædicetur : uidelicet,quis dixit immortale genus angelorũ:
nõ ſolum enim oportet eſſe de pluribus genus quàm ſpecies,
ſed etiam in quid eſt prædicari. Dein ſi genus fecit ſpeciẽ, XIII
uidelicet continuitatem genus, de contiguitate loquens, uel
connexionem mixtionis, cum continuitas ipſa magis conti-
guitas ſit, & connexio mixtio. Non enim omne contiguum
continuat. Sed bene omne continuum tangit : neq; omnis mi-
xtio connexio eſt, ſed contrà,omnis connexio mixtio. Vni-
uerſaliter enim mixtio & in humidis & in ſiccis. Si etiam XIIII
differentia pro ſpecie ponatur, ut immortale non eſt ſpecies
dei,quòd accideret ſpeciem dici de pluribus quàm differen-
tiam:ſed differentia ſemper de æqualibus aut pluribus quàm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

XV ſpecies prædicatur. Etiam differentia pro genere ſui ge-
neris male ponitur, ut color nõ eſt ſpecies cõgregatiui. Nec
XVI numerus eſt ſpecies imparis. Dein, Si genus pro differẽtia
ponatur, ut mixtura non eſt tẽperantiæ genus, nec loci mu-
tatio genus lationis, eò quòd ſemper genus prædicatur de plu
XVII ribus quàm differentia. Deinde, Si nulla differẽtia generis
XVIII dati prædicetur de ſpecie illius generis. Si etiã ſpecies data
ſit prior natura quã genus, uel ſi poßit infirmare genus, male
ponitur, quia magis apparet contrarium eſſe. Videtur enim
genus eſſe prius natura ſuis ſpeciebus, & eas interimere.
XIX Etiã ſi qua ſpecies alicuius proprietatis particeps ſit, cui
impoßibile illius datũ genus conuenire, non erit illud genus.
Vt ſi quis dicat: ſicuti Xenocrates, numerum animæ ge-
nus, anima enim uitæ particeps, numerus uerò nequaquam.
XX Etiã ſi genus de ſpecie æquiuoce prædicetur, non eſt ge-
XXI nus, debet enim uniuoce. Etiam contrariã ſpeciem poſiti
generis conſiderare oportet, ſi eadem ſub eodem eſt genere,
uel ſub cõtrario genere ſi habeat genus contrariũ. Cõtraria
ſub eodem genere ſunt, ut album & nigrum ſub colore: ſub
contrario autem genere, iuſtitia & iniuſtitia, ſub uirtute ui-
delicet & uitio. Si igitur ſic ſe habet, firmatur genus. Si au-
tem neq; ſub eodem genere, neq; ſub contrario eſt contrariũ
XXII poſitæ ſpeciei, infirmabitur genus. Etiã ex caſibus & con
iugatis, uidelicet, ſi bene genus eſt huius aduerbij fortiter, &
bonum genus erit fortitudinis. Et bonus erit fortis genus.
XXIII Etiã in ſimiliter inter ſe habentibus, uidelicet: Similiter ſe
habet dulce ad uoluptatem, & utile ad bonũ, quando alterũ
alterius efficiens eſt. Si dulce uoluptatis genus, & utile boni
fuerit. Item peccant qui ponunt potentiam cõſequentem ge-
nus habitus, ut ponẽtes manſuetudinem ſub cõtinentia diffi-
niunt iræ continentiam eſſe, accipientes quidem continen-
tiam ut genus, iram uerò ut differentiam. Dicentes quoque
fortitudinem timorũ continentiam, & iuſtitiam lucrorum
continentiã eſſe. Fortem nanq; & iuſtum & mitem non pa-
ti. Continentem uerò tantum pati nec deduci. Non autem eſt
genus potentia. Nam genus ſynonyme, id eſt, uniuoce de ſpe-
cie prædicatur. At potentia æquiuoce dicitur. Totam hanc
XXIIII opinionem contra Platonem tacite confutat. Etiam ſi ge-
nus ſit in aliquo, uidendum eſt ſi ſpecies ſit apta eſſe in illo:
quòd ſi non fuerit, male ponitur: ut timor non eſt genus ue-
recundiæ, quia uerecundia in appetitu rationali. Timor au-
tem in appetitu qui eſt rationis expers. Similiter triſtitia
non eſt genus iræ, quia triſtitia eſt in appetitu concupiſcibili.
XXV Ira uerò in iraſcibili. Male ponitur etiã genus ſi eius ſit
particeps ſpecies ſecundum quid, ut homo non eſt animal ſe-
XXVI cundum quid. Item ſi pars integralis adſignetur pro ge-
nere: ideo corpus non eſt genus hominis, quia eſt pars illius.
XXVII Item, ſi quis dicat paßionem eſſe ſpeciem paßi. Item paſ-
ſio ſubiecti alicuius male pro genere ponetur, ut uentus non
aër mobilis, ſed magis aëris. patet quia remaneret idem aër
ipſo quieſcente. Ex quo Ariſtoteles infert, quòd male uete-
res dicebant niuem aquam eſſe coagulatam, quia neq; nix eſt
aqua, neq; lutum terra. Similiter & uinum eſſe aquam pu-
XXVIII trefactam in uite, ſicut Empedocles. Item male ponitur ge
nus ſi ſubiectiue in ſpecie adſignatur. Vt album ſubiectiue eſt
XXIX in niue. Ideo albũ non eſt genus niuis. Item male ponitur
XXX uniuocũ pro genere. Etiam ſi in duobus uel pluribus ge-
neribus ſit & ponatur in altero illorũ tantum, male ponitur.
Vt fraudator uel calumniator non eſt ille qui appetit impoſ-
ſibile & non poteſt, uel qui poteſt & non appetit, ſed qui po-
XXXI teſt & appetit ſimul. Ex his quoq; quæ ſunt ſecundũ ma-
Ex magis & minus
gis & minus infirmatur genus, ſi recipit magis, ſpecies uerò
non recipiat neq; ſecundũ ſe neq; ſecundum non ſignifican-
tem per ipſam. Nam ſi uirtus ſecundũ hypotheſim recipiet
magis & minus: etiam iuſtitia & iuſtum recipiet magis &

minus. Si igitur genus recipit, & ſpecies non recipiet, infir-
mabitur. Deinde ſi illud quod magis uidetur uel ſimiliter
eſſe genus non eſt genus, neq; illud quod minus uidetur, ut
triſtitia & opinio, æque ſimiliter uidentur eſſe genus iræ.
Cùm triſtatur enim iratus, & opinatur ſe, & exanimat ſe.
Et tamen triſtitia non eſt genus iræ, ergo neq; opinio. Eadẽ
de ſpecie ratio. Hic autem locus & firmanti & infirmanti
admodũ utilis, in quibus plura apparent de eadem ſpecie in
eo quod quid eſt prædicari, & non diffinitũ ſit quale eſt ge-
nus. Nec oportet ſi aliqua duo ſic ſe habeant, ut ambo reci-
piant magis & minus, quòd unũ ſit genus alterius, ut bonũ
& malum, pulchrum & album. Præterea ſi tam generis XXXII
quàm ſpeciei ſit aliquid contrariũ: tunc ſi illud contrarium
quod eſt melius, ponatur in genere peioris, male ponitur, ut
cum anima ſe ad quietem & motum habeat, & melior ſit
quies quàm motus, anima dici poterit magis ſtabilis quàm
mobilis. Poſtremò illud genus eſſe uere dicitur quod de XXXIII
pluribus ſpeciebus prædicatur in eo quod quid. Quòd ſi nul-
las habeat ſpecies male ponitur, ut alibi nulla eſt ſpecies. In-
ter genus autem & differentiã tripliciter differt. Primò ge-
nus de pluribus quàm differentia prædicatur. Deinde quòd
genus magis indicat quid eſſe rei. Tertiò: Si unum coniuga-
torum ſit genus unius, & alterum erit genus alterius, ut ſi
muſicum ſit ſciens, muſica erit ſcientia, & ſi ambulans mo-
uetur, ambulatio erit motus. Deinde dicit: Si aliquid ſequa-
tur ad aliquid & cum eo non conuertatur, difficile erit ſe-
parare quod nõ ſit genus: ut quies ſemper ſequitur ad tran-
quillitatem, & diuiſibile ad numerum, ſed non contrà. Non
tamen oportet quod ipſum ſit genus: patet per hoc quod nõ
eſt ens, ſequitur ad omne quod fit. Nam omne quod fit non
eſt, non tamen conuertitur. Non enim omne quod eſt, fit. Et
tamen non ens non eſt genus eius quod fit. Non enim ſunt
non entis ſpecies.

LIBRO V. Propriũ firmatur & infirmatur hoc mo- De Proprio
do. Primũ quidem bene ex re notiore ponitur: ſi minus, non I
bene: ut ſi quis dicat, proprium ignis ſimillimum eſſe animæ:
hoc minime ex notioribus eſt, quòd anima magis ignoretur
quàm ignis. At ſi quis dicat, ignis propriũ mobiliſsimũ, per
notiora reddidit proprium. Neq; in nomine æquiuoco, ut II
animalis proprium ſentire. Sentire enim æquiuocũ ad ener-
giam & poteſtatem. Neq; ſi iterat idem uerbum, ut ignis III
proprium corpus tenuißimũ corporum. Idem erit ſi uer- IIII
bum iterat alio modo, ut terræ propriũ, ſubſtantia maxime
corporũ in inferiorem delata locũ. Bis enim ſubſtantiam di-
cit. Nam corpus nihil aliud eſt quàm ſubſtantia. Etiam ſi V
non ab alijs ſeparatur: ut, terræ propriũ ens & ferri ad ima.
Etiam ſi idem pluribus proprijs notatur, non rectè poni- VI
tur, ut ignis propriũ tenuißimum & leuißimum corporum.
Nec ſi quis eodem uſus eſt, cuius propriũ ponit, aut ipſius ali
quo, dicens: Animalis propriũ eſſentia, cuius ſpecies eſt ho-
mo. Aliquo hic utitnr improprie eorum quæ ſunt animalis.
Si autem neq; eodem neq; eorum aliquo quæ ſunt eiuſdem VII
utitur, bene datur propriũ: uidelicet, animalis propriũ com-
poni ex anima & corpore. Etiam ſi utitur contrario uel o-
mnino ſimili natura. huiuſcemodi enim non faciunt natura,
uidelicet, albi propriũ opponi nigro. Et rationis particeps
opponi rationis experti. Item ſi non ſemper ſequens fue- VIII
rit, ut ambulare in foro alicuius propoſitũ: non enim ſemper
ambulat neq; ſolus. At propriũ magis fuerit, ſi dicat uirtu-
tis proprium, eam habentem ſtudioſum facere: infirmatur
enim proprium, quod ſolo ſenſu cognoſcitur. Nam huiuſce-
modi procul ab oculis incertũ erit: ut ſi quis Solis proprium
dicat aſtrum ſupra terram lapſum ſplẽdidißimum. Si au- IX
tem uel ſenſibile quidem & ex neceßitate exiſtens, & non
tantum ſenſu aut die, ſed nocte manifeſtum: bene ponitur, ut
ſuperfic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſuperficiei proprium primo colorem habere. Hoc quãquam
ſenſibile non tamen ſemper manifeſtum. Infirmatur propriũ
ſi in quid eſt more diffinitionis genus poſuerit. uidelicet,
bene dicetur:hominis propriũ animal ſcientiæ ſuſceptiuum.
X Ad deprehendendũ propriũ reſpicere etiam oportebit,ſi
de omni prædicatur: ut male quis dicat Geometræ propriũ
indeceptibile. Decipitur autem & hic ſæpe in falſa figura-
tione. At recte dixerit,terræ propriũ ferri ad ima: quoniã
nulla ſit quæ non ſit huiuſmodi. Etiã ſi de quo nomen de illo
non ratio, uel de quo ratio de illo nõ nomen prædicatur,nõ
erit id propriũ. Cõtra uerò ſi utrunq; prædicatur:ſuperio-
ris exemplũ,ut ſi animal ſcientiæ ſuſceptibile probare uelim,
homo autem non prædicatur, nõ erit id hominis proprium.
Nam ratio quidem Deo conuenit,quæ homini, ſed non ani-
mali. Quando uerò utrunq; prædicetur,exemplũ. Nam quo-
niam de quo animal prædicatur de eodem & animam habe-
re,& de quo animam habere de eodem & animal, erit pro-
XI prium animalis habere animam. Infirmatur item propriũ
quando ſubiectum ei quod in illo dicit propriũ dat:ut ſi quis
dicat,corporis tenuiſſimi partes propriũ eſſe ignem,ſubie-
ctum prædicato proprium dedit. Firmabitur ſi prædicatum
ſubiecto de quo prædicatur proprium tribuetur, ut terræ
XII propriũ grauiſſimũ corporum. Infirmatur etiam cum ſe-
cundum participationem ponitur:tunc enim in eo quod quid
adiuuat magis. Et differentia quædã eſt: ut, ſi hominis pro-
prium rationis particeps greſſibile,bipes dicatur: hoc pro-
prium ſecundũ participationẽ eſt, nec recte ponitur. Contrà
uerò firmabitur, Si non ſecundum participationẽ, nec in eo
quod quid eſt infirmatur,& prædicatũ ſubiecto cõuertitur:
XIII ut animalis propriũ natum ſentire. Infirmatur item ſi eo-
rundem qua eadẽ ſunt idem proprium nõ eſt: uidelicet quo-
niam idẽ mortalis homo proprium mortalis, & hominis ri-
XIIII ſibile. Etiã ſunt quædam quæ dicuntur ſecundum idem, &
quædã ſecundũ aliud quid primum. Si igitur propriũ pona-
tur ſecundũ primum,& aliquid improbanti,dicendum quòd
hoc proprium ſecundum idem. Si autem ſecundum idem
proprium ponatur,dicendum quòd ſecundum aliud: uideli-
cet, quoniam proprium ſuperficiei & corporis, colorem
habere:ſed ſuperficiei quidem ſecundum per ſe idem, cor-
poris uerò ſecundũ ſuperficiem. Si autẽ ſuperficiei proprium
ponitur colorem habere, dicendum & corporis:ſi autem
XV corporis,ſuperficiei dicendum. Eſt & propriũ ſecundum
aliud quid primũ uel eius quod ipſum primũ. Nã ſi eius quod
ſecundum quid ponitur,& de eo ipſum prædicatur. Si uerò
propriũ ipſius primi ponitur:& de eo ſecundũ quid prædi-
cabitur,ut ſi ſuperficiei propriũ datur colorẽ habere,& de
corpore prædicatur colorẽ habere. Et ſi corporis dicatur,
& de ſuperficie prædicabitur. Non igitur de quo ratio de
XVI eodẽ etiã nomẽ. Infirmatur etiã propriũ quãdo eidẽ idem
datur,ut ſi dixerit, Pulchri propriũ decẽs eſt, idẽ eſt decens
XVII quod pulchrũ. Etiã ſi totius propriũ nõ in parte uerũ. Seu
partis nõ in toto,ut maris propriũ ſalſum, nõ dicit de omni
mari. Ponti enim mare nõ adeo ſalſum. Et rurſus aëris pro-
priũ reſpiratiuũ,nõ dicit de omni aëre,ſed de eo qui tantum
prope terrã uolutatur. At cõtra firmatur ſi uerũ ubiq; repe
ritur,ut quanti continui proprium in infinita diuiſibile.
XVIII Ex Oppoſitis Deinde ex oppoſitis cõſiderandum,& in his quæ ſunt ad
aliquid,quoniã proprium dupli multũ, dimidij autem parũ.
Si non illud neq; hoc. In cõtrarijs autem ſi boni propriũ læ-
tari animum,mali eſt dolere:ſi nõ illud illius,neq; hoc huius.
In his uerò quæ ſunt ſecundũ habitum & priuationem,quo-
niam cæcitatis propriũ ualde dolere, uiſus erit propriũ ual-
de lætari. In his autẽ quæ ſunt negantia & aientia, quoniam
uiuendi propriũ ſentire,& non uiuendi propriũ fuerit non
XIX ſentire. Etiã ex caſibus,ut ſi fortiter propriũ eſt eſſe inui-
ctum, & fortitudinis quoq; & fortis erit. Etiã ex ſimiliter XX
habentibus. Si quod enim ſimiliter ſe habens propriũ non eſt,
neq; alterum propriũ erit quod ſimiliter ſe habet. Videli-
cet,quoniã ſimiliter ſe habet ædificator in domo cõſtruẽda,
& medici creare ſanitatem. Si medici non fuerit proprium
creare ſanitatem, neque ædificatoris domum conſtruere.
Etiã ex eodem modo ſe habentibus. Si enim eodem modo XXI
habens, eodem modo habenti comparatur, ut eodẽ modo ſe
habet prudentia ad honeſtum & turpe,ſcientiã eorum eſſe,
non eſt autem proprium prudentiæ habere ſcientiam hone-
ſti,neque ſcientiam habere turpis fuerit proprium. Si hoc
& illud. Etiam ſi ſecundum eſſe dictum alicuius ſecundum XXII
eſſe dicti proprium non eſt, neq; ſecundum generari, neque
corrumpi propriũ erit:ut quoniã ſanguinẽ generari eſt ani-
malis,generari propriũ. Et corrumpi ſanguinẽ propriũ cor-
rumpi ſanguinẽ erit animalis corrũpi propriũ: ſi non illud
neq; hoc. Itẽ non animalis propriũ eſſe animal, nec generari
hominẽ propriũ erit,generari animal nec corrũpi animal.
Poſt hæc: Ex magis & minus. Primum ſi id quod magis XXIII
eius quod magis proprium non eſt: neq; id quod minus eius Ex magis
quod minus: nec ſimpliciter eius quod ſimpliciter, neq; mi- & minus
nus eius quod minus:uidelicet, quoniã ignis propriũ ſupra-
ferri,magis ignis,magis ſuperferri erit:ſi hoc & illud. Dein-
de ſi quod magis eius quod magis propriũ non eſt,nec minus
eius quod minus:ut quoniã magis eſt animalis ſentire, quàm
hominis ſcire,ſi ſentire nõ propriũ animalis,neq; ſcire pro-
prium hominis. Tertiò: Si cuius magis eſt proprium non eſt
propriũ,nec cuius minus eſt propriũ, erit huius propriũ: ut
quoniã colorẽ habere eſt magis ſuperficiei: quàm corporis,
nõ erit ſuperficiei,neq; certe corporis. In firmatione autẽ nõ
utilis hic locus:non enim fieri poteſt ut idẽ plurium ſit pro-
prium. Quartò:ſi magis ens nõ eſt propriũ, neq; minus ens:
ut quoniã animalis magis eſt ſenſibile, quàm diuiſibile,nõ eſt
autem ſenſibile propriũ:nec diuiſibile animalis propriũ fue-
rit. Si autem minus fuerit & magis erit.
Poſtremò ex ſimiliter inexiſtẽtibus. Quoniã ſimiliter eſt XXIIII
cõcupiſcibilis cõcupiſcere,et rationis participẽ ratiocinari, In ſimiliter in
nõ eſt unũ alterius propriũ, neq; alterũ alterius. Dein ex exiſtentibus
ſimiliter inexiſtentibus alicui. Si nõ unum proprium illius, XXV
neq; alterũ,ut quoniã hominis ſimiliter eſt & audire & ui-
dere,non eſt autẽ unũ hominis propriũ,neq; alterũ. Si unum
& alterũ erit. Tertiò ſi quid duobus aliquibus ens ſimiliter
nõ unius eſt propriũ neq; alterius, ut quoniã ſimiliter arde-
re & flãmæ & carbonis eſt,non erit unius propriũ ardere,
neq; item alterius. Infirmatione autẽ non utilis hic locus:ni-
hil enim proprium duobus aliquibus exiſtit. Si uni & ſoli,&
omni & ſemper. Et hæc quidem de proprio.
Lib. VI. Diffinitionũ tractatus ſic ſe habet. Primũ quidẽ De diffinitio-
quærendum an bene locus diffinitus ſit: deinde an diffinitus. nibus
Primo igitur haud bene diffinitur,ſi nõ clara utitur inter- An locus bene
pretatione:ut,ſi hominem diffiniendo, rectambulum dicat. diffinitus I
Deinde ſi æquiuocũ dictum,ut generationẽ dicat eſſe du- II
ctionem in eſſentiã:nã ductio cõmune uocabulũ etiã ad alui
ſolutionẽ. Similiter ſi diffinitio multipliciter dicto nõ di- III
ſtinguẽs dicit. Aliter ſi per metaphorã dixit, uidelicet ſcien- IIII
tiã ametactõ,id eſt minime cõmutabilẽ aut trãslatiuã, quod
colũnis cõuenit:aut terrã nutricẽ,& tẽperantiã cõſonantiã.
Si nõ uſitatis utitur uerbis. Vt Phalangiũ dicãt animal ſe- V
pſidaces,id eſt morſu uenenato. Etiã ſi nõ manifeſtus ſub- VI
ieɛti ſermo. Dicẽs enim hominẽ eſſe animal ſenſitiuũ,et ſpõ-
te mobile tantũ,quod etiã cæteris cõueniat animalibus. Si VII
etiã dicat hominem grammaticũ, nõ enim omnes grãmatici.
Si quis multis in diffinitione uerbis inepte ac ſuperuacue VIII
uſus eſt,ut homo eſt animal ſpõte mobile,rationis particeps,
greſſibile,bipes. Itaq; hi loci infirmari ſi quid aut bene de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

claratur,aut diſtinguitur.Si contrà,probari ſolent.
Alter uerò modus erat. An locus ſit diffinitus, aut dixit
IX quòd erat. In quo primum uidendũ, an per priora & no-
tiora naturæ diffinitus ſit, ſicut in Analyticis poſterioribus
X diximus. Deinde ſi eodem utitur diffinito, ut Sol eſt aſtrũ
interdiu ſplendens.Et dies eſt curſus Solis ſupra terrã, quod
XI idem eſſe ab omnibus intelligitur: Item ſi nõ plene diffinit,
XII ut grãmatica eſt ratio reſtè dicẽdi,deficit,ſcribẽdi. Item ſi
non dixit propriũ genus diffiniti,uel ſi dixit quod ſupergre
ditur genus, uidelicet homo eſt eſſentia rationis particeps:
debuit enim animal dicere:hoc enim propriũ entis hominis.
XIII Et ſi negatione diffiniat.Nã eſſe aliquid, non autẽ nõ eſſe
diffinitio in mediũ deſerre debet,quanquã in quibuſdam ne-
ceſſarium negatio,ut in priuationibus,uidelicet cæcus eſt nõ
XIIII habens lucem. Præterea ſi genus ut differentiam dixit, ut
uirtutem habitum bonum: uidetur autem bonũ magis genus
XV eſſe uirtutis. Etiã ſi non prior differẽtia ſpecie,erit diffe-
XVI rentia plus cõtinens,quàm ſpecies. Etiã ſi referatur diffi-
nitum in duo genera non ſubalterna.Nam ſi ita eſſet contin-
geret eandem ſpeciem ſub duobus generibus eſſe, quod fieri
non poteſt.Sed contra pedeſtre,alatũ,genera ſunt non ſubal-
terna, & tamen amborũ eadem differentia:id eſt Lepus.Sol-
uitur : ita ſubalterna diximus,ut eò inferantur illa etiã quæ
ſub eodem genere cadunt. Nam ſi pedeſtre alatũ ſubalterna
non ſunt genera,tamẽ ſub eodẽ genere,id eſt animali,cadere
XVII poſſunt. Etiam ſi nõ reddidit differentiã alicuius,quod ſit
ad aliquid, ut dicẽs medicinalẽ ſcientiã eſſe theoriticẽ et pra
XVIII cticen,debuit dicere cuius rei ſit theorice. Etiã ſi res reci
pit magis & minus,ratio uerò minime.uidelicet ſi albus co-
lor diſcretiuus uiſus,quoniã recipit albũ.Et diſcretiuũ ſimi-
XIX liter recipit hoc. Etiã nõ diffinit qualis & quãti. Vt ambi
tioſus aut appetẽs honoris,oporteba dicere quãti.Oẽs enim
honorẽ appetimus.His igitur uiſis oportebat partẽ ſaltẽ, ſi
qs totũ nõ poterit ĩfirmare,ſublata enim parte totũ tollitur.

De eodem & altero

Lib. VII. De eodẽ & altero conſiderandũ : nam & ea
quæ de hoc dicuntur ad diffinitionis problemata reducũtur.
I Primũ ex caſibus & coniugatis & ſubiectis. Si enim iuste
& fortiter idem,& fortitudo quoq; iuſtitiæ, & fortis iuſto
II idem fuerit. Si minus primũ,neq; hoc ſecundũ. Rurſus ex
efficientibus & corrumpentibus.Si enim efficiens felicitatis
idem efficiẽti ſanitatis,& corrumpens quoq; corrũpenti,&
III felicitas ſanitati idem. Etiam ex accidentibus ex his quæ
fuerint alijs ſubiectis, alijs uerò minime, ut ſi quis dicat me-
dicinalem & gymnaſticam idem eſſe,uerũ huic accidit cura-
re,illi uerò nequaquàm,non ergo idem.Si autem eadem ac-
cidentia utriſq; ſubiectis contingant,ſic dicatur. Albũ ſcien-
tiæ idem,uerum alterũ corpori,altera animo accidit,nõ er-
go idem.Non propterea,ſi quædã idem recipiunt accidens,
inter ſe eadem ſunt,ut bonũ recipit & animal & planta,non
tamen & animal & planta idem.Non etiã ſunt eadem,quo-
IIII rum diuerſum eſt genus. Etiam ex magis,ſi hoc recipit
magis,hoc uerò minime, uidelicet album & Socrates, licet
idem ſubiecto,non tamen ratione.

Idem pro infirmante
Idem pro firmante

V Etiam quoniã multifariã idem dicitur,& genere,& ſpe-
cie & numero,licet dicere infirmãti, quod ſecundũ aliũ mo-
dum idẽ.Si autem firmare uolumus idem,uel diffinitionẽ in
monſtrando eandem diffinitionem diffinito, primũ quidem
oportet adferamus,quod nulli uel pauci diſputantiũ de dif-
finitione ſyllogizant,ſed omnes principium tale accipiunt.
Deinde quod alterius eſt diligẽtiæ & tractatus, de ipſo red-
dere rationem,id eſt metaphyſicæ. Nunc autem quantum ad
VI præſentem pertinet uſum idem dicitur. Etiam cõſiderare
oportet ex oppoſitis.Si enim talis diffinitio huius, & oppo-
ſita oppoſiti.Diſciplinæ enim contrariorũ cõtrariæ ſunt.Vi
delicet quoniam collectiuũ nigri,Diſcretium albi.Commune
autem genus color. Eſt & ex magis & ex ſimiliter, quo- VII
tiẽſcunq; recipit cõfirmare duo & ad duo cõparata,ut ſi ma
gis hæc huius diffinitio quàm hæc huius.Si minus & magis:
uidelicet minus uidetur diffinitio animæ dicendo numerum
eſſe ſeipſum mouentem,uel corporis dicendo eſſe eſſentiam
triplicẽ dimenſionem.Si minus uiſa eſt animæ diffinitio,cer-
te nec corporis. Etiam ſi ſimiliter locus hic huius, & alter
alterius & reliquus reliqui.Videlicet ſimiliter uidentur dif-
finitionis , ignis quidẽ corpus tenuiſſimũ & aptũ ſupra fer-
ri. Et aëris corpus.Non omnes ſecundũ locum motus ſecun-
dum naturam ſunt. Si unus unius diffinitio & alius alterius.
Vnius autem diffinitio ad duo cõparata, uel duarum diffi-
nitionum ad unum,nihil utilis eſt magis conſideratio. Neq;
enim unum duorum, neq; duo eiuſdem diffinitionis poſſibile
eſt eſſe. Sunt aũt opportuniſſimi omniũ locorũ ex caſibus VIII
& cõiugatis & oppoſitis , & ex ſimiliter ſe habentibus,ut
ſi ſalubre quod ſanitatis effectiuum, & robuſtum effectiuum
roboris. Itẽ ex magis & minus. Nam ſi hoc magis quàm hoc
diffinitio,& quod minus eſt. Eſt tamen ergo de quo magis.
Illa præterea cõmunia, reſpicere oportebit ſingulas ſpe- IX
cies,ſi congrua ſit diffinitio. Multo enim facilius infirmare
quàm firmare diffinitionem,quòd oporteat multa adducere
ac reperire,quorũ ſi unum tantũ ruat,cætera infirmantur.
Sed & in genere & in proprio idẽ cõtingit præterquã in X
particulari accidẽte ubi facilior eſt firmatio. Infirmatio ue-
rò difficilior, Firmãs enim oſtẽdit accidere alicui. At infir-

De firmatione & infirmatione

mans nulli,quod longe difficilius Sed de firmatione & in-
firmatione problematum hæc in uniuerſum dicimus. Quòd
infirmare quidẽ uniuerſalia facile,firmare autẽ difficile.Con
tra uerò infirmare quidẽ particularia difficile , & firmare
facile.uerbi gratia.Dicit quis:omne animal maxillã inferio-
rem mouet,monſtrabit aliquis crocodilũ,qui ſuperiorẽ mo-
uet,& ſic firmauit nõ omnis,& omnis ſuſtulit.Sic & in par
ticularibus aliquis per nullus infirmabitur.
Libro VIII. De ordine & quomodo interrogare opus.
Primum nanq; docuit locos , unde quis argumentorum co-
piam inueniat.Deinde quæ ſecum formet argumenta. Quæ
tertio ad alterum exire faciant. Sed tertius hic locus diale-
ctici proprius.Cætera cùm philoſopho communia. Nam in-
uenit philoſophus & format,ſed non interrogat,ut maximis
propoſitionibus naturaliter manifeſtis ſuffultus. Dialecti-

De ordine interrogandi

cus uerò ex probabilibus interrogat reſpondentem. A cuius
demum reſpõſo argumenta facit.Sed de reliquis poſtea,nunc
de ordine interrogandi. Igitur uidendum quot ſunt propo-
ſitiones præter neceſſarias. Nam neceſſariæ demonſtranti
conueniunt. Non neceſſariæ igitur IIII.uel inductoriæ ad
uniuerſale probandum, uel ampliatoriæ , uel ad occultatio-
nem illationis , uel ad claritatem orationis. Quæ autem ad
occultationem,certandi gratia,nam & eæ in uſum ueniunt,
cum tota res contra alterum fiat:his ſic utimur, inductorijs
à particularibus ad uniuerſalia , à manifeſtis ad obſcura.
Occultantẽ uerò patrocinari non ſolum illis propoſitionibus
per quas infertur concluſio, ſed etiam illis quæ ad eas utiles
ſunt.Item illationes nõ ad ſuas ueras propoſitiones oppone-
re, ſed ad tumultum illum ratiocinantium:de quibus ſuprà.
Atq; ut uno uerbo, ut cogatur reſpondens rogare propter
quid illa concluſio inferatur. Vtile quoq; fuerit, & in pluri-
bus cõcludendis prætermittẽdas propoſitiones non ordina-
te,ſed cõfuſim ſumere. Vtile & in uniuerſali probãdo ad oc-
cultãdum uti diffinitione,ex qua fiat propoſitio uniuerſalis,
uti autẽ non ipſo, ſed in coniugato. Facilius enim adſentitur
reſpondens, & minori inſtantia aſſurgit ut oſtẽdere uolens
omnem iratum appetentem uindictæ,non iratũ diffiniat,ſed
iram,quæ eſt uindictæ appetitus. Multa quoq; alia ad occul-
tanda documenta ponuntur in ipſo autore uidenda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM

LIB. XXXVIII.

IN PHYSICAM ACROASIM.

HVIVSCEMODI *libri argumentum de principijs inueſtigare: quoniam noſſe quidem entia ſicuti cæteras doctrinas haud aliter contingit quàm ſi horũ cauſæ ac elemẽta prius cognoſcãtur.* Principia *uerò alia apud alios exiſtimantur.* Quoniam *autem cõmunis eſt ea dignitas apud omnes philoſophos,* E *nihilo gigni,ſed omnia ex aliquo exiſtente,uerùm ſimpliciore ac priore,ut principij principium non quæramus & aliud ſimplicius.* Meliſſus & Parmenides *unum ens,ſed alter finitum & mobile, alter uerò* Meliſſus *infinitum & immobile poſuere.* Quam *quidem opinionem,in qua &* Plato *fuit, poſtquam nonnullis* Ariſtoteles *rationibus confutauit,* Ens *ponit ſimiliter & ipſe unum,ſed æquiuocũ, ſolus omnium contra* Platonem *præcipuè ac ſuperiores: quum & illi præter ſubſtantiam quicquid eſſet,id eſt, accidens non eſſe dictitando,ens planè alterum fateri uiderẽtur, de quo etiam in* Metaphyſica *pluribus diſſeram.* Poſt *hæc eos reſellit,qui paulo naturalius ac altius de his loquuti ſunt, ſanè omnes in uno conuenientes,ut ex contrarijs principia conſtent: nonnulli denſum & rarũ,* Plato *paruũ & magnũ, alij par & impar, aut concordiã & diſcordiã,aut calidũ & frigidũ, aut humidum & ſiccũ.alij quandã cõgregationẽ & ſecretionẽ.* Anaxagoras Claſomenius *homœomerias ſubijcit,id eſt, è pluribus minimis partibus ſimilibus integrũ aliquod ſimile fieri, ut ex atomis ignis,ignem.* Democritus & Leucippus *ex his atomis quæ in ſole per aëra tenuiſſimæ, puluereæq; apparent,cuncta conſtituebant.* Empedocles *unà cũ quatuor elementis amicitiã & inimicitiã,quòd è ſympathia elemẽtorũ, id eſt,concordi rerũ diſcordia res procreatæ coirent.* Thales Mileſius *aquã,quòd in ea cætera cõtinentur elementa.* Primùm *enim terreũ quiddã in ea ſubſiſtit:deficiens in aëra reſoluitur,& ex aëre demũ tenuiſſimo ignis procreatur.* Hippo. & Diogenes *aërem, quòd occultiores in eo differentias niderent, ut calidi & humidi.* Heraclitus Epheſius *ignem ut reliquorũ tenuiſſimũ.* Pythagoras *numeros & monada identitatis:* Diada *uerò alteritatis eſſe.* Sic *enim inopia uocabulorum appellari liceat,quòd uidelicet res fierent, cum planè in unum coirent, ac tunc deſinerent,cũ in plura rurſus diſſoluerentur.* His *alia coëlementa adijciebat.* Heſiodus Chaos *dixit in* Theogonia. ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ' αὐτὰρ ἔπειτα Γαῖ' εὐρύστερνος: Chaos *appellãs locum qui corpus recipit:nam ex* χῶ τὸ χωρῶ, *id eſt, capio etymũ trahere uidetur.* Orpheus *in argonauticis:* φάνητα, *id eſt, phanetẽ opinatur,quod idem eſt quòd amor, qui primus (ut idem poëta interpretatur) ex* Chao *apparuit per quem reliqua omnia lucem & manifeſtationem ſuſcepere.* Homerus *primũ deorũ* Veſtam *eſſe principiũ dixit,quã* ἑστίαν *uocat, hinc rerũ permanentiã declarare uolens.* Plato *quinq; in primis uniuerſalia poſuit,* Eſſentiã, *(ſic enim* Cicero *ſubſtantiã uocat)* Idem, Alterũ, Motũ & Statũ. Principia *uerò rerũ* Deũ & Ideas, *id eſt,rerũ omniũ ſpecies ingenitas,paresq; Deo æternitate, quas è noſtris quidã piè diuinã mentẽ interpretati ſunt.* Has *autẽ* Ideas *uti formas,cũ hyle,id eſt,materia cõiunctas intellexit:nec alterã ac altera niſi tantũ mente & cogitatione ſeparari,ut in ſtatua forma & materia ſecretas non quidem uidemus,ſed intelligimus.* Ariſtoteles *uerò ex ſuperioribus magis* Platonẽ *ſectatus,materiã ac formã ut ille quidem poſuit,ſed ſeparatas,quibus & priuationẽ tertiã addidit ex accidente ac extrinſecus principiũ:in quorũ omniũ demonſtrationibus ſenſum cũ ratione coniunxit, nõ imitatus* Epicurũ, *qui tantũ oculis credẽs* Solẽ *pedaneũ,id eſt, unius pedis magnitudine iudicauit.* Nec *etiã* Zenonẽ, *qui ratione tantũ fretus* Solẽ *minimè moueri dicebat.* Quoniã *motus principium non haberet, principiũ autẽ infiniti nõ eſt,infinitũ eſt curſus quem ille peragit,ut cõtinua quantitas.* Cæterũ *cũ rerũ contrarietatẽ ponãt,nõ errare dicit, ac ferè eadẽ oẽs quanquã uideantur differre,poſuiſſe, ſed alij quidẽ ratione, alij ſenſu magis nota ponentes.* Cõfutat *autẽ eos qui generationẽ & corruptionẽ negãt.* Præterea *rerũ principiũ tantũ unum & infinitũ.* Adfert *& ipſe opinionẽ ſuã,duo cõtraria ſtatuens principia,* Formã & Priuationẽ. Tertiũ *quoq;* Hylen *tanquã neceſſariũ ſubiectũ.* Tot *igitur uidebantur neceſſaria principia,quot ex cõtrarijs res naturales fierẽt,ar rurſus in cõtraria reſoluerẽtur.* Ex *amuſo uidelicet muſicũ fit, & itẽ in amuſum redit.* Quòd *autẽ* Priuatio *ſit neceſſaria hoc modo probat:id eſt, principium alicuius, quod ipſum eſt medium per quod fit,ſed materia naturaliter formã appetit per priuationẽ,ergo priuatio principiũ.* Quare *ſpecies & priuatio rectè horũ cauſa ſunt, quarum altera ſua preſentia cauſa per ſe eſt.* Priuatio *uerò ſui abſentia cauſa generationis ex accidente.* Nõ *enim* ποιότης, *id eſt, factio,eſſet nõ exiſtente priuatione eius rei quæ fit.* Hac *igitur abſente ſpecies introducitur,præſente recedit.* Hæc *inter ſe nõ habitus oppoſitione ueluti uiſus cæcitati,ſed cõtrarietate cõueniunt.* Quæ *quanquã diuerſa,in ſubiecto aliquo fieri neceſſe eſt,quod hylen uocant.* Hæc *eſt materia prima ingenita, immortalis,incorporea,mente perceptibilis,non ſubſtantia, ſed ſubſtantiæ pars:quã* Ariſtoteles *per analogiã cognoſci dicit, per quam ſimile quid demonſtratur: ut quod uiſus in corpore,hoc in anima mẽs,quod eſt æs ſtatuæ,hoc in natura materia formæ.* Plato *autẽ per cogitationẽ quandã impropriam deprehendi ſcribit.* Impropriã *uocat, quod cogitatio eſt in his quæ ſunt: hæc autẽ nihil eſt entiũ,ſed tantũ infinitũ ac in poteſtate:quũ uerò in formã redigitur, unũ aliquid fit,nec amplius infinitum.* Non *eſſe autẽ,quinq; ſecundũ eũ modis dicitur:* Primò *quod uocat* Hyperuſion, *quod eſt ipſe* Deus *quaſi ſuper omnẽ eſſentiã:* Deinde Metuſion *quaſi eſſentiæ participans, quod(ut dixi)primæ materiæ cõuenit.* Quorũ *alterũ ſupra omnia,alterũ infra omnia ſit.* Tertiò Alteritas *ſecundũ* Græcos *ſeu pluralitas,quando ex pluribus unum fit,ſiue in plura reſoluuntur:iam eſſe uel non cœpit uel deſijt.* Quartò Mendacium. Poſtremò *quod non eſt, ut quod diametros ſymmetros exiſtat.*

Ens æquiuoc.

Ideæ Platonicæ

Tria principia

Hyle

Priuatio

Materia

Hyperuſion
Metuſion
Heterotes

Mendacium
Non ens

Libro *ſecundo* Naturã *diffinit eſſe principiũ motus.* Entium *naturalium quædam eſſe animantia, quædam inanima.* Et *horum quædam mixta,quædam ſimplicia.* Animantia *& mixta omnia principium in ſe motus habent, à contrarijs enim corrũpuntur & fiunt.* Simplicia *uerò,ut elementa, ab externo agente mouẽtur & alterãtur,apta alioquin, id eſt, per ſe recipere.* Eodẽ *modo & artificialia, niſi forte ex accidente per ſe moueantur: ut medicus ægrotus qui ſe ipſum curet,quod ut medico accidit:nõ ut ægroto.* Præterea *quum natura materiã contineat & formã, materiã tantũ nonnulli ad eã pertinere dixerũt:nã & grabatũ ligneũ ſi corrũpatur nõ in alterũ cõuertitur grabatũ,ſed terrã,ſicuti & æris ſtatua in aquã quæ materia omniũ liquabiliũ eſt.* At *qui formã maluerunt ſic probauerunt.ob formã agere tantum naturã: nec res nominari aliquo modo aut dici,niſi ex entelechia perfecta,& abſoluta:quũ enim in poteſtate ſit nõ æs uocari aut domus.* Cuius *igitur gratia,id eſt, cauſa finalis ſeu formalis,*

Natura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Scientia naturalis ac matheſeos ſimilis

in naturalibus præualet. Poſt hæc quũ aſtrologia, muſica, & perſpectiua intermediæ ſint artes, eas ad matheſim magis ſpectare contendit, ſimilitudinemq́; quandã inter naturalem & mathematicæ ſcientiã demonſtrat, quũ circa corpora utraq; uerſetur & lineas & ſuperficies & notas: uerũ altera de his quanquàm in materia, cũ abſtractione tamen materiæ conſiderat: altera uerò naturalis corpus naturale metitur, in materiaq; omnino uerſatur, Ex his aſtrologia, ualde cũ naturali cõſentanea. Nam & utriuſq; officium eſt Solem Lunamq́; ac cœlum ipſum ueſtigare, motumq́; perquirere.

De Cauſis

Hinc demum ad cauſas ingreditur, ſine quibus nihil eſt in rebus naturæ aliquid demonſtrare. Omnis enim cauſa principium, ſed non cõtrà: nam principiũ præter cauſam ordinẽ quendam præ ſe fert, ut in quanto nota principium lineæ, & unitas principiũ numeri, & κίνημα motus.

Cauſæ

Cauſas Ariſtoteles quatuor ponit, ſed propriæ appellatæ duæ, Efficiẽs, Finalis:

Concauſæ

Concauſæ totidem, Materialis, Formalis: hac inter ſe differentia, quod hæ cum cauſato coniunctæ, illæ diſcretæ. Cauſam igitur efficientem in rebus naturalibus Ariſtoteles naturam primũ poſuit. Plato autẽ pulchrius organicam eam conſtituit, motã ab ipſo Deo, quem cauſam efficientẽ eſſe uoluit, mouentẽ nihilominus & ipſam corpora phyſica, ex quo potius concauſam appellauit. Exemplarẽ uerò Ideas poſuit, quas cõditoris Dei mentẽ piè poſſumus interpretari: Materialem elemẽta, Finalem & formalem eandẽ natura intendit, quũ omnia formæ gratia cõtendat. Hæc omnia in arte cõſpicimus, ut in domo efficiẽs cauſa ædificator, finalis imbrium uitatio. Materialis lapides & ligna, formalis figura ipſa: organicã ſi quis quærat, inueniet cathetũ, normã, trullam, & his ſimilia. Exẽplarem uerò ipſius conditionis & architecti deſignationẽ ac mentem. Cauſarũ item & entiũ, id eſt, cauſatorũ, quædã per ſe, quædã ex accidente: aut cauſa efficiens ſtatuæ per ſe ſtatuarius, ex accidente uerò Polycletus uel albus uel muſicus. Accidit enim ſtatuario Polycletũ uocari, & album aut muſicũ eſſe. Similiter & cauſatum per ſe ſtatua fuerit, ex accidente uerò Socrates forte & tricubitalis ſeu rubra. Accidit enim ſtatuæ propter Socratem fieri ac uocari Socratem & tricubitalem aut rubram eſſe.

Cauſæ Propinquæ Remotiores

Eſt quoq; cauſarum & cauſatorũ tertia diuiſio: uidelicet quædã propinquæ, quædã remotiores ſunt, tam per ſe quàm ex accidente. Quædã etiã actu, & quædã poteſtate. Verſatur & illa quæſtio. Quid prius, cauſa an cauſatũ: utrunq; ſimul & energia dicendũ, quoniam alterũ alteri inuicem codemq́; tẽpore uim præbeat ac nomen. Si tamen propinquior cauſa eligatur, ut ædificans & ædificiũ ſimul ſunt, & altera ab altero nomen accipit. Non item cauſa remotior, ut homo & ædificium. Poteſtate autem poſſunt quidem nõ eſſe ſimul, ut ſi ædificator periret remanente domo, uel contrà. Sunt etiam quædam inuicem cauſæ, ut labor cauſa ualetudinis & ualetudo laboris.

De fortuna & caſu

Poſthæc quũ nonnulli cuncta ratione occulta fieri, ac nihil temerè putẽt: Ariſt. ſolus Fortunam & Caſum inter cauſas ponit agentes ex accidente, & ex genere raro cõtingentium: hac tamẽ inter eos differẽtia, quòd Fortuna in his quæ ſecundũ electionem ſunt, & ab extrinſeco agente, ac in ratione plerunq; bonorũ ponitur: quapropter nec inanimis nec brutis nec pueris, qui conſilio careant, euenit. Fortunæ nãq; ceu temerè fuerit, aliud eligere, aliud euenire, idq́; tribus modis. Aut optatum aſſequi finem, & obiter præter ſpem aliud contingere, ut ſi fodiens ædificandi gratia theſaurũ inueniat: Vel alium aſſequi finem quàm eum qui intẽditur: ut ſi amicum obuiam quis habeat, aliud in foro fruſtra quæritans. Poſtremò ſi non finis omnino qui intenditur conſequatur.

Caſus autem ex his quæ præter electionem eueniũt, quod Græcum declarat uocabulum αὐτόματον, ſecundum naturam tamen euenit, ut brutis ac inanimis quæ electione rationeq́; carent: ut ſi ex lapide ſponte cadente quieſcens intereat, cauſa mortis per ſe lapis fuit, ex accidente uerò caſus.

Præterea caſus ampliore dicitur poteſtate: nã omnis fortuna caſus, non item cõtrà. Fortunæ quoq; infinitæ ſunt cauſæ, ratio uerò eorum quæ ſemper aut frequenter, Fortuna item cauſæq́; cæcæ quoad nos, quoad Deum naturamq́; manifeſtæ. Inſuper bona fortuna, εὐτυχία, mala autem δυστυχία dicitur. Bona ergo fortuna felicitas quædam erit. Felicitas autem actio quædam. Nihil agentem neque fortunatum eſſe contingit.

De motu

Libro tertio Motum & Infinitum exequitur. Entium enim quædam ſunt principia motus, ut Deus omniũ motor, ut anima quæ animalia mouet, & natura à qua res naturales mouentur intrinſecus, quamuis aliam extrinſecus cauſam uideãtur habere. Nõnulla uerò ſunt motus, ut generationes, augmenta, alterationes, ſecundũ locum mutationes: quædam principia motuum, ut materia & forma: aliqua ſunt mota, ut corpora ſimplicia & cõpoſita: alia ſunt in motis accidentia, ut locus & tempus: quædã propter locum & tempus, ut uacuum & infinitũ. Corpus igitur in loco eſt, motus autem in corpore, tempus uerò in motu, de quo nunc agitur.

Motus diffinitio

Ens poteſtate bifariam

Ens energia

Hic (ſecundum Ariſtotelis diffinitionem) energia eſt entis poteſtate qua poteſtate. Ens enim poteſtate dupliciter dicitur. Primò imperfectã tantum cõtinet applicationẽ ad motũ: ut dicimus ſemen poteſtate animal, & puerũ poteſtate muſicum. Secundò perfectã indicat facultatẽ ac diſpoſitionem ad agendũ, ut Ariſtoxenus iam muſicus factus, non citharizans, ſed potens citharizare, & ignis poteſtate calorificus, qui non calefacit.

Totidem modis & ens energia dicitur, ut quod modo diximus, Ariſtoxenus arte muſicus muſicam nõ exercens, Secundo cũ muſicã exercet. Nam ens poteſtate ſecundo modo & ens energia primo modo, idem ſunt. Igitur motus imperfectus entis poteſtate in energiã primã perducitur, & ex hac in ſecundam. His itaq; cognitis motus dicitur energia ac relatio moti ad mouentẽ, hoc eſt, patientis ad agentem tanquam accidens quoddã ſubſtantijs adiectum. Ex parte igitur mouẽtis perfectus eſt actus, ex parte moti imperfectus. Quoniam mouens quod eſt ens actu agere certè poteſt ſecundum quod energia & natura perfectum, quod enim dicitur, hoc eſt. Motum uerò quod eſt ens poteſtate patitur, qua poteſtate, & eſt imperfectum, quod enim dicitur nondum eſt. Itaq; utrunq; in eodem fit ſubiecto: uerbi gratia: Democrates colore rufus, morbo pallidus factus erat, energia rufus, poteſtate uerò pallidus, quandoquidem potuit fieri pallidus. Igitur qua rufus non dicebatur moueri, qua uerò pallidus quoniam poteſtate contingit quando cœpit palleſcere, & ab ente poteſtate pallido in ens energia pallidum proceſſit, tunc ad pallidum dicebatur moueri. Et erat pallor motus, energia enim entis poteſtate pallidi Democratis, qua ens poteſtate, hoc eſt, ſecundum quod aptus erat fieri pallidus. Quando autem factus eſt pallidus non amplius ſecundũ pallidum motus erat, ſed conſtitit in pallido. Eodem modo & omne energia ens qua energia minime mouetur, qua poteſtate mouetur. Sed non diceretur moueri qua poteſtate manente tantum poteſtate & ſola ad motum applicatione. Sed cum ab ente poteſtate tranſit in ens energia, manente etiam poteſtate tunc moueri dicitur. Ideo hoc additur ad motus diffinitionem, uidelicet qua poteſtate, ut etſi ſubiecto idem eſt ens poteſtate & ens energia, ſecundum quod ens poteſtate factus motus tantum conſideratur, & quouſque etiam ſeruetur poteſtas. Nam hac pereunte motus non eſt. Quare hoc motus ab ente energia differt, quòd in hoc perit poteſtas, in motu autem manente poteſtate motus energia perficitur. His hoc modo diffinitis patet, quòd motus à mo-

uente

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uente quidem incipit, & deſinit, firmatur uerò & conſiſtit in moto & patiente:ut ædificatio,hoc eſt,energia ædificantis ab ædificatore quidem in ædificato eſt, ædificare uerò motum eſſe ſignificat. Adfectus enim ex motibus procedentes motus non ſunt, ſed effecta motuum.

De Infinito

Deinceps de infinito diſſerit, quoniam infinitũ & motus eſt & temporis ueluti continuorũ menſura. Pythagoram & Platonem parum phyſicè locutos redarguit, qui infinitum ſubſtantiam poſuerunt. Sed alter in numeris & in rebus ſenſibilibus conſtituit. Nam numerus extra ſenſibilia non eſt. Alter Plato tam ſenſibilibus, quàm inſenſibilibus, quòd numeros poſuerit infinitos ſimpliciter & Ideas ac ſine loco. Alter item parem numerũ infinitum magnum poſuit, quòd ex additione parium nunquam ex quadrato uarietur, at bene ex impari. Plato duo infiniti principia, magnum & paruum conſtituit, quòd alterum in infinitum per numeros augetur, alterum in continuo ſemper diminuitur. Anaxagoras & Democritus, aliquanto naturalius elementa dixerunt infinita eſſe, diuerſo tamen modo. Alter enim ex infinitis partibus homogeneis ſiue homœomeris: Democritus autem ex ſemine omnium figurarum per continuum contactum, hoc eſt, ex infinitis partibus atomorum. Ariſtoteles uerò negat quicquam ex contactu procedere in infinitum, quod unumquodq; corpus ſit per ſe terminatum.

Deinde quatuor enarrat cõditiones, quas antiqui infinito tribuebãt: Primam, quòd infinitum eſt principium: Deinde quòd ingenitum, attamen corruptibile, quum finem quãdoq; ſit habiturum: Tertiam quòd contineat & gubernet omnia. Nonnulli uerò diuinum quiddam & immortale dixerunt ſicut Anaximãder.

Infinitũ quinque modis

Infinitũ quinq; dicitur modis: Primò ſine ulla parte & quantitate, ut nota in linea: terminus eſt enim lineæ nota, quanquam ipſa termino caret, ut quæ nullã poſſideat partẽ: cuius enim nulla pars, terminus etiam nullus: ex quo quantecunq; ſimul notæ cõgrediantur, lineæ partẽ non conficiunt uel minimam: quoniam non inuicem contingunt. Quam igitur nota in linea rationẽ habet, eandem in tẽpore nunc, & in motu κίνημα. Secundò cuius figuræ terminũ non eſt inuenire, ueluti in ſphæricis, quòd in his idem ſemper curſus principio fineq; caret: quanquam & hoc modo iure infinitum ab Ariſtotele dicitur, cuius eſt proprium nõ idem accipere. Tertiò quum res difficilis inuẽtu, ut inextricabilis error labyrinthi apud Cretẽſes, apud Lacedæmonios Cæadas locus damnatorum. Poſtremo magis omnibus proprie dicitur infinitũ, cuius eſt ſemper nõ idem accipere, ut in numeris adſpicitur addendo, in continuo uerò minuendo. Et in additione quidem futurum tempus adnotatur, in diminutione uerò præteritum: utrunq; autẽ tantum poteſtate infinitũ eſt, quòd poteſt hoc quidem augeri, illud diminui ſemper: neq; enim numerus eſt energia infinitus, neq; item ulla magnitudo. Contra infinitum energia Ariſtoteles multis argumẽtis diſſerit. Primum contra Platonẽ, quòd infinitum extra ſenſilia non eſt, quoniã circa quantũ & magnitudines & multitudines: aliter nõ eſſet diuiſibile: ſi nõ diuiſibile, nõ infinitũ. Contra Pythagorã uerò probat nullum numerum eſſe infinitum. Nullum enim numeratũ aut numerabile eſt infinitũ, ſed omnis numerus eſt numeratus aut numerabilis, ergo nullus numerus eſt infinitus. Præterea quicquid eſt in loco, eſt finitum, corpus eſt huiuſmodi, ergo finitũ: aſſumptum maius probatur quod ſpecies loci ſunt finitæ, ut ante, ſurſum, deorſum.

Infinitũ energia ſimul & Poteſtate

Idem monſtrat & poteſtate & energia poſſe quandoq; infinitum eſſe: ut quæ habent non ut eſſentiam energia finitam: ſicut homo, & domus: ſed eſſe eorum eſt, fieri alterum poſt alterum ſuccedendo: quod Græci, ἀνυπόςατον καὶ ἑτερόςατον, dicunt: ut certamen, & dies: eſt enim & eſſe certamen energia, & poſſe certamen fieri poteſtate. In hominibus uerò etiam infinitum, non per ſe, ſed ſuccedendo alterum alteri conſiſtit.

Contra ueterũ diffinitionem

Infinitum eſſe dicit non ſecundum antiquorum diffinitionem. Non enim id cuius nihil extra, ſed cuius ſemper aliquid extra eſt, hoc infinitum. Cuius autem nihil extra, hoc perfectum eſt & totum. Sic enim diffinire ſolemus totum, cuius ad partes nihil abeſt extra, uidelicet hominem uel animal. Contra item Meliſſum, qui totum uniuerſum infinitum eſſe dictitabat, probat totum & infinitum tanquam pugnantia non conuenire. Similiter contra Platonem, qui aliquid ſimile dixit, uidelicet id eſſe infinitum, quod in ſeipſo omnia habeat, omniaq; contineat. Nam quod ἄπειρον, id eſt, infinitum dicebant, id ſiquidem materia prima eſt, quæ forma caret. Quapropter non totum, ſed pars totius, ſicuti æs æneæ ſtatuæ reperitur.

ἄπειρον

De Loco

Libro quarto. Quum corpus in loco ſit, & ſecũdum locũ moueatur, iure loci rationes ut corporis appẽdices enarrãtur. Sicuti etiam motus & tẽpus. In quæſtione primũ an ſit. Igitur locũ negantes hoc modo probãt. Si omne ens in loco, locus autẽ ens: erit locus in loco: & hoc in infinitum. Et rurſus: ſi eſt, erũt & notæ, & lineæ, & ſuperficiei loca propria: quod minime cõtingit. Præterea ex corporum augmẽto aut diminutione erit: erit item loco augeri & diminui. Quid autem ſit, manifeſtum ex mutatione, quum aqua è uaſe exeũte aër ingreditur: & contrà. Ex quo patet, quod locus eſt aliquid, præter inhærẽtia & commutata. Superiores rationes per loci diffinitionẽ mox facile confutabuntur. Quum unum è quatuor locum eſſe oporteat, aut materiam, aut formã, aut interuallum in medio terminorum, aut terminos ipſos, quod nullum duorũ priorum ſit, demõſtrat: quoniam illa in unum coëant, locans autem & locatum minime. Sed neq; tertium, quum uacuum non admittat natura. Reſtat ut terminus ſit, & ſuperficies immobilis complectentis locatum. Igitur aër extremus complectens noſtri corporis ſuperficiem, erit locus noſter: & curua cœli ſuperficies locus eſt ætheris. Contactus autẽ ætheris ad hypercauma, locus eſt elementorum ſublimiũ: & deinceps. Ex quo patet, quòd nõ ſit neceſſe duo ſimul eſſe corpora in eodẽ loco, neq; locũ propterea augeri: quum ſuperficies corpus nõ ſit, ac propterea locus incorporeus, aptus tamen recipere dimenſiones & ſpatia, ſecundum locati magnitudinẽ. Ex quo nihil maius aut minus eſt, quàm corpus locatum. hoc tamen ſi contiguum fuerit, & non continuum: nam cõtinuum ens non in loco dici poterit, ſed pars in toto: nec in illo moueri, ſed cum illo. Confutat deinde Platonem, qui cum materiam poſuerit communem omnibus locum, Ideas & numeros in loco minime poſuit.

Aliud in alio octo modis

Eſſe præterea aliud in alio octo modis declarat. Sicut ſunt pars in toto, totum in parte: ſpecies in genere, genus in ſpecie. Et hæc quatuor ſecundum totum & partes: reliqua ſecundum cauſas: ut forma in materia: res in agente, & motus in motore: res in ſuo optimo & fine: poſtremò magis omnibus proprium res ſicut in uaſe, & ſicut in loco ſuo.

Rurſus locus multifariã dicitur: mutabilis, immutabilis, communis, proprius, naturalis, ex accidẽte. Vas igitur locus dicetur, ait, μεταφόρητος. id eſt, trãslatitius & mutabilis: ſicuti immutabilis uas appellatur ἀμεταφόρητον, id eſt, minime translatitiũ: quòd uere locus eſt exẽplo nauis, quæ quãuis in fluminis parte tanquã in uaſe ſit: non in eo dicitur eſſe loco, ſed in flumine toto: & hic proprie dicetur locus.

Naturalis Ex accidente locus

Naturalis autẽ locus ſpecies habet duas: ſurſum, ac deorſum. Leuia nanq; ſicuti ignis & aër, ſurſum tẽdunt: grauia uerò ad mediũ, ut terra & aqua, quæ ſibi inuicẽ loca ſunt ex ordine ſphærarũ. Ex his aliquæ partes actu ſunt in loco: ut extrema ſuperficies locati: aliquæ poteſtate, ut ſunt cæteræ partes ſe inuicẽ tangentes: ueluti aëris & aquæ, quæ quãuis fluant exagitatæ & commotæ eundem tamen in uniuerſum cum toto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

retinent locum. At locus ex accidente is fuerit, qui introductitius eſt ſingulis partibus: ſiue illæ moueãtur, ſiue quieſcãt: ἐυταξίαν quam Græci ἐυταξίαν uocant, id eſt rectum ordinẽ diſpoſitionum partium locatarũ. Quòd cœlum nõ eſt in loco Poſtremò dicit, cœlum nõ eſſe in loco, cum extra cœlũ nihil ſit tamẽ motus inſunt partibus: altera enim pars alteri ſuccedit in loco ſecũdum accidẽs: ac altera ab altera continetur, ut aqua ab aëre, aër ab igne, ignis ab æthere, æther ab ultima ſphæra. Vltimæ uerò ſphæræ cum nec locum cõcedat, neq; neget: dicatq; aptum locum recipere, cum ſit mobile quoddam quieſcẽs, quod tamen non ſit corpus, neq; proprie locus, niſi ex accidente ſit mobilis: occaſionem poſteris dedit multa ſuper his uana ac inter ſe pugnantia commentandi: tum ſcitu quidem ſuperuacua, ut aliqui dixerint, centrum tanquam rem ſtabilem eius eſſe locum: nonnulli ultimam cœli ſuperficiem: ac alij alia.

De Vacuo Poſthæc de uacuo. Phyſica etiam conſideratio, ſi eſt, an nõ, & quid eſt, & quomodo. Quidam locũ ſine corpore uacuum ponunt. Teſtantur enim niſi uacuum ſit, neq; motus ſecundum locum eſſe poſſe, neq; augmentũ, neq; diminutionẽ. Vbi enim uidebitur aliquid moueri exiſtẽte pleno uniuerſo? Quod enim auctum fuerit in pleno, quò abibit? Et rurſus, ſi totum aliquid per corruptionẽ remiſit, neceſſe ut maius ad minus redeat, uacuumq; propterea appareat. Vas itẽ cinere plenum, uacuum monſtrare uidetur, cum tantundem nihilominus aquæ capiat. Pythagorei quoq; idẽ diuerſis innixi rationibus ſentiũt: niſi enim aiunt unum à duobus, & deinceps uacuo diſtingueretur: certe unũ & duo ſimul eſſent. Hæc itaq; atq; his ſimilia ſolent adducere. Quæ quidẽ hoc modo confutantur, uacuum nõ eſſe cauſam motus: nam huiuſcemodi per uacuum motus, aut ſecũdum, aut præter naturã erit: ſed non ſecundum naturam erit, quum omnis uiolẽtus motus ſit poſterior motu ſecundum naturam. Sed quonam pacto fuerit motus per uacuum ſecũdum naturã, cum uacuum nihil ſit? In non ente nulla differẽtia aut ſupra aut ſubtus locorum, ad quæ uidemus naturaliter corpora ſimpliciora per ſe tendere. Et ſi ignis eſt delatus, ubi firmabitur, cum ſupra non ſit: ubi etiã terra deſcendet aut ſubſiſtet, cum ſubtus aut medium ceſſet? Eſt quoq; illa ratio nõ parua: quòd per uacuum ſine tempore corpora mouerentur. Motus autem ſine tempore non eſt. Aſſumptum monſtratur. Corporum citius aliud aliò fertur, ſecundum eius & leuitatẽ & etiam tenuitatem loci, per quẽ tranſiturum eſt. Citius enim penetrat aquã quàm terram, & aqua citius aërem, donec per uacuum nullum ſit tẽpus. Contendunt etiam per rarum & denſum quidem idem mõſtrare, quos item Ariſtoteles confutat, probãs quòd materia ſit una calidi & frigidi, & omnium cõtrariorum. Eſt & corporis tam magni quàm parui eadẽ materia, eademq; uis, cum ex poteſtate ſit energia, ut cum fit aër, & contrà. Igitur cum dẽſum & rarum ſit idẽ & una materia, non propter uacuũ fuerit: ſed ob corporum generationẽ ac tranſmutationẽ, ubi & reſolutione & agglutinatione opus eſt. Sed & cum alia ſint quæ uacui rationem confutent, tum Vacuum non eſſe ex experientia uaſis experientia ſenſusq;. Vaſa enim ore anguſto ſtatim ac facile fonti inuerſa implerẽtur aqua, nullo per uacuũ corpore impediente: quod ſecus cõtingere uidemus aëre intus reſiſtẽte, nec eijci ex oribus aqua obturatis ualente. Simile & in Clepſydra, quã ponit Ariſtoteles cõſpicitur, quæ ore obſtructo aquam minime fundit. Similiter & utres aëre pleni, põdera ſuſtinentes. Tum à ſenſibus clariſſimum, quomodo enim uiſu longe ac uſq; in cœlum penetrare poſſemus aëre per totum non exiſtẽte continuo, ac uacuationibus intercipientibus ſenſum? Reliquum quid ſit, an uſquam ſit uidere. Quid uacuum Locũ phyſici ſine corpore uacuum appellant, ſi locus uacare corpore poteſt. ἀνύπαρκτον Quidam uerò ſolo nomine, uacuumq; & ἀνύπαρκτον, id eſt, inſubſiſtens uocant: nonnulli autem extra curam cœli ſuperficiem, hoc eſt, extra mundum, uacuumq; & infinitum demõſtrant hoc argumẽto. Omne circundatũ ab altero quodam corpore circundatur: ſicuti in ſingularibus corporibus demonſtratur: extra mundum uerò corpus nõ eſt, igitur incorporeum eſt quod mundum circundat. Si enim corpus, & hoc ab alio quodam circũdaretur, ſed corpus infinitum non eſt. Quapropter neceſſariò incorporeum erit, quod poſtremo comprehendit, atq; ambit uniuerſum, ſicuti omnium ultimum erit & infinitum. Itaq; ſupremã corporeorum entiũ periochen incorporeumq; infinitum, & uacuum nominant, ut nihil reliqui corporum in ipſo retinentem.

Tempus. Cùm ſint mẽſuræ quatuor, Numerus, Magnitudo, Locus, Tempus, Numerus diſcretionẽ metitur: magnitudo ſpatiũ: locus omnimodam poſitionẽ: tempus generationis fluxũ & extenſionẽ. Eſt enim motus & omnium entiũ menſura. De Tempore Quod quidã non admittẽtes huiuſcemodi rationibus contendũt. Qui tẽpus nõ admittunt Aliquid enim illius factum eſt & iam non eſt: aliquid uerò futurũ, & nondum eſt. Compoſitum enim ex non entibus quomodo fuerit? Præſens autẽ & nunc, non pars tẽporis, ſed partem metitur. Quod facile redarguitur, quum multa ex entibus non entia ſint, & ex non entibus entia: non autẽ corrumpuntur, ſicuti etiã ſenſuum ἀντιλήψεις dicimus & exiſtẽtes abſq; eo quòd fiant: & item non exiſtẽtes abſq; eo quòd corrumpantur. Sic & partes temporis minime incorruptioni ſubijciuntur Præteritũ & Futurum. Eſt & medium quoddã, quod Nunc appellatur, alterius quidem finis, De Nunc alterius initium, quod quanquã primo & per ſe nulla quidẽ pars tẽporis eſt, haud aliter quàm nota in lineis & unitas in numeris: hæc in diſcretis, illa in continuis nihil augent, Tamen præſens etiam tẽpus ſecũdum latam poteſtatẽ denotat. uerbi gratia: domus tota locus generatim uocatur omnium quæ ſunt in domo. Sed ea ratione qua terminum ac ſuperficiem circundantis cõtinenter retinet in ſe, ipſa proprie locus dicetur. Sic quoq; Nunc, ſecundum præſens tẽpus appellatũ eſt tẽporis pars, inter præteritum & futurum. Ea uerò ratione qua nũc proprie & per ſe dicitur, in diuiſibile ſibi cõtinenter cõiunctum habet. Quare ſub eodẽ uocabulo Nunc, & pars temporis, & non pars temporis accipitur.

Cognitis his, reſtat quid ſit tẽpus definire: Eſt enim numerus motus ſecundum locum per ſe, & aliorum per accidens. Quid ſit tempus

Dicitur nanq; Numerus numerãs, & Numerus numeratus. Numerorum diuerſitas Primus dupliciter dicitur, unitates uidelicet ipſæ. Et alius quo numerato alia numeramus: ut per lineas numeratas alia numeramus, & per tẽpus numeratũ numeramus & motum. Numerus autẽ numeratus ſeu numerabilis, ſunt ipſæ res numeratæ. Et hic rurſus dupliciter: aut ſecũdũ quãtum, ut duos aut tris motus dicimus: aut ſecũdum ordinẽ, ut primũ motũ & ſecundũ. Igitur tẽpus nõ eſt numerus numerãs primo & per ſe, qui ad diſcretã pertinet quantitatẽ, nõ ad continuã: ſed eſt numerus numeratus, quẽ unitates numerãt, uidelicet duorũ, trium, quatuor dierum tẽpus. Eſt etiã numerus numerãs ſecũdo modo dictus: quoniã per tempus huiuſcemodi numeratũ numeramus & motus, uidelicet duorũ trium dierũ iter ſeu motus. In primo nanq; tantũ tẽporis partium exiſtẽtia eſt. In ſecũdo tẽporis eſt motus partium exiſtẽtia, deinde relatio prioris partis ad poſteriorẽ. Nam tẽpus eſt mẽſura motus ſecundũ prius & poſterius. In omni enim mutatione prius & poſterius eſt, quæ ſunt partes tẽporis: ergo omnis mutatio in tẽpore fit: itaq; motũ tẽpus metitur, & tẽpus motus. Tẽpus eſt mẽſura motus, qui maxime omniũ eſt notiſſimus ac normalis, præſertim cyclicus: deinde per eũ reliqui motus generationis & corruptionis & aliorũ. Corruptionis nanq; per ſe tẽpus cauſa eſt, generationis ex accidẽte: utputa Sol, cauſa eſt gñationis, qui tẽpore agitur. Præterea tẽpus nõ dicitur, neq; uelox, neq; tardũ,

ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſed magnum & paruum, breue & lõgum. Nam uelocitas in breuitate ſit tẽporis, & tarditas in longitudine. Cæterum æqualium numerabiliũ idem eſt numerus. Decem enim ouiũ & decem canum idem numerus, ſed nõ eſt idem decem. Diuerſæ enim oues à canibus: argumento eſt æquilaterus & ſcalenus, cum non ſit idem triangulus, tamen eſt eadẽ figura. Numero igitur numeranti conuenit, ut ſit idem reſpectu diuerſorum. Sed numero numerato cõuenit ſecũdum prius & poſterius inter ſe differre. Non ſolum enim numeramus motum per tempus, ſed tẽpus etiam per motum: quod ſanè probatur primò per ſimile, quoniam numerũ per numerabilia, & numerabilia per numerũ: ut per numerum cognoſcimus multitudinẽ equorum, rurſus per unum equum ſæpe iteratũ cognoſcimus numerũ equorum. Eodem fermè modo quãdo nobis nota eſt certa quãtitas tẽporum, motus uerò ignotus: tunc motum per tempus metimur. Præterea ſicut ſe habet motus ad magnitudinem, ita ſe habet tempus ad motum. Sed nos metimur magnitudinem per motum: & cõtrà. Sic enim dicimus uiam eſſe magnam, ſi multi fuerint motus: & rurſus motum eſſe multum, ſi uia fuerit magna.

Poſt hæc diſſerit, quòd non ſolùm motus menſura eſt temporis, ſed etiam quietis ex accidente. Non enim qua quies, hoc eſt abſentia motus, ſed quia qua quodammodo motus dici poßit. Duplex eſt enim motus: alter eſt quieti oppoſitus: alter eſt fluxus ſimpliciter & extenſio, quæ eſt quietis comprehenſiua. Itaq; metitur tempus rem motam & quieſcentem ſecundum exiſtendi extenſionem.

Aeternitas

Aeuum

Poſtremò cum menſuræ largo uocabulo res metiamur, Aeternitatem theologi ſine tempore ponunt, qua ſolus fruitur Deus: Aeuo autẽ angeli, qui quãquam ſine fine ſint, principio non carent. Reliqua mortalia tempus metitur.

Partes tẽporis

Partes autem temporis Nunc, Tunc, Iam, Modo, Olim, Repente.

Poſt hæc quoniam motus eſt in tempore, & ideo numeratur à tempore, dupliciter dicit aliquid eſſe in tempore: uno modo quod ſimul eſt cum tempore, ſic quòd ipſum eſt quando tempus eſt. Alio modo ſicuti pars temporis aut paßio, ut etiam arithmeticæ unitas par impar.

Deinde dicit duo requiri, ut aliquid ſit in tempore: primò quòd cõtineatur ſub tempore, ut ſicut illud eſt in loco quod continetur ſub loco. Ex quo infert quòd eſſe in tempore non eſt eſſe quando tempus eſt, nec eſſe in loco quando locus eſt, quia ſic omnes res eſſent in quolibet. Et ſic cœlum eſſet in milio: nam quando milium eſt, cœlum etiam eſt. Sed oportet quæ in tempore, patiantur aliquid ſub tempore: probat ex eo quòd conſueuimus dicere quòd tempus tale faciat omnia: & quòd omnia ſeneſcunt ſub tempore.

Catholica quatuor

Facit inſuper quatuor catholica: primum, non entia & impoßibilia ſe aliter habere: ut diametrum quadrati eſſe lateri ſymmetrum: non ſunt in tempore: probat, quoniam ſub tempore nil cadit, niſi quæ mouentur & quieſcunt. Deinde omnia generabilia & corruptibilia, & omnia quæ aliquando ſunt, & aliquando non ſunt, in tempore ſunt. Probat quoniam tẽpus eſſe eorum excellit, eorumq; item eſſentiam metimur. Tertium, illa quæ non ſunt, aliquando tamen fuerunt: ut Homerus. & illa quæ non ſunt, & aliquando erunt, metimur tempore. Quartum, illa quæ nec fuerunt, nec ſunt, nec erunt, & illa quorum oppoſita ſemper erunt: ut aſymmetrum diametrum, in tempore non ſunt. Illa uerò quorum oppoſita non ſemper ſunt, eſſe & non eſſe, generari & corrumpi poſſunt. Et ſic ea metimur tempore.

De diuiſione motus in ſpecies

Libro quinto de diuiſione motus in ſpecies ſuas, deq; unitate & cõtrarietate motuum & quietum. Primò quæ mouentur, aut ex accidente ſunt, ut cum dicimus muſicũ ambulare: aut ſecundum partẽ, aut curari dicitur totum corpus, cum thorax curatur. Id uerò quod ſic mutatur, dicitur ſimpliciter mutari. In mouẽte item medicus primũ per ſe curat, manus autẽ percutit. Quæ tanquam indeterminata dimittẽda. Nam quæ per ſe mouentur, per medium fiunt cõtrariorum, ut uox media & grauis ad ultimã, acuta ad extremã. Et fuſcum album ad nigrũ, & nigrum ad albũ. Item motiua nõ eſſe neq; in ſpecie, id eſt, qualitate, neq; in loco ſubiectiue, neq; in ijs quæ mouẽtur. Nam quæ mouẽtur immobilia ſunt, ut ſciẽtia, calor, alioquin erit in motu mutatio. Quapropter aliquis dubitet an proprietates motus ſint: nã albedo nõ eſt motus, ſed albatio. Motus enim in ligno nõ in ſpecie: magis enim dicetur motus à termino ad quod, quàm à quo. Nã corruptionem dicimus, quod mutatur ex eſſe ad non eſſe, & item generationem quod mutatur de non eſſe ad eſſe.

Præterea in omni motu quinq; concurrere oportet, Mouens, Motum, Tempus in quo mouetur, & Termini A quo, &, Ad quem. In motu v. ſunt

Deinde ſex mutationis ſpecies narrat: de ſubiecto in ſubiectum, quæ dicitur alteratio: de non ſubiecto in ſubiectum, quæ eſt generatio: de ſubiecto in non ſubiectum, quæ eſt corruptio. Ex non ſubiecto autem in non ſubiectum non dicitur, niſi in accidente: ut ex non nigro, non album. Ex his dicit generationem non uere motum eſſe, quòd (cum ex non eſſe fiat) quod non eſt moueri non poteſt. Mutationis VI. ſpecies

De non ente quoq; ait multifariã dici, uidelicet ſecũdum corruptionem, & diuiſionem, & illud quod uocatur falſum: aliud nõ ens, quæ poteſtas eſt: aliud ſecundum accidẽs, ut homini non eſſe album, quæ non entia ſimpliciter non moueri dicũtur. Sed neq; corruptio eſt motus, quia motui opponitur motus, aut quies: ſed corruptioni opponitur generatio, quæ neutrum eſt. Solum alterationem deniq; motum ponit. Non ens multifariã dicitur

Poſthæc ſub tribus generibus motũ ſubijcit. Sub Quanto argumentum & diminutionẽ: ſub Quali alterationẽ: in Vbi, ſecundum locum mutationẽ, qui proprior omnibus. Sub ſubſtantia uerò nõ eſt niſi per accidẽs, quòd nullum entium ſubſtantiæ ſit aduerſum. Non etiã ſub relatione, neq; ſub actione & paßione, quòd nõ ſit motus motus, neq; generationis generatio, neq; mutationis mutatio. Nam motus non eſt de numero ſubiectorũ: neq; terminus alterius motus, quod ſeptem rationibus probat, uti apparet. Dicit etiã quòd motus ſecundum magis & minus, qui fit in alteratione, eſt nihilominus ex cõtrario in cõtrarium ſecundũ quid, ut ex magis albo minus albũ. Simpliciter autem mutatur ex albo in nigrũ. Motus ſub tribus generibus

Præterea immobile tripliciter fieri: uno modo quòd nullatenus aptũ eſt moueri, ut ſonus, id eſt, uox inuiſibilis. Deinde quod difficile aut mouetur, aut ſaltẽ difficile incipiat moueri. Tertiò quod aptũ eſt moueri facileq; mouetur: & hoc immobile dicitur quieſcere. Quies enim motui eſt cõtraria. Immobile tripliciter

Deinceps de Vnitate motus & oppoſitione, narratq; in primis ſuper hoc ſeptẽ proprietates: eaſq; diffinit, uidelicet, Simul, Separatim, Tangere, Medium, Conſequẽter, Habitũ, Continuũ. Simul enim dicũtur quæ ſunt in uno loco & immediato. Separatim uerò quæ in alio. Tangẽtia, quorũ ultima ſunt ſimul. Medium eſt in quod aptũ eſt peruenire id quod cõtinuò mouetur ſecundum naturã prius quàm in ultimum terminũ motus, in quẽ mutatur. Hinc addit quòd ut minimũ ad mediũ tria requirũtur: duo extrema & ipſum medium. Conſequẽter ſunt, quæ ſe habẽt ſecũdum ordinẽ: & quod inter illa mediũ eiuſdẽ generis: ut linea lineæ cõſequenter eſt, unitas unitati, & domus domui: nihil tamẽ prohibet inter ea quæ ſunt cõſequenter aliud eſſe medium, dum modo illud nõ ſit eiuſdẽ generis. Deinde ſubdit quòd prius nõ ſe habet cõſequenter ad poſterius. Non enim unũ eſt cõſequenter duobus: neq; linea prima cõſequenter ſecundæ. Sed hæc ſunt conſequenter illis. Habita dicuntur, quæ conſequenter De Vnitate motus & oppoſitione Proprietates VII.

ſunt

ſunt ac ſe tangunt. Continua dicuntur, quorum ultima ſunt unum. Aitq; triplex eſſe continuum, quædam per colligantiam, alia per contactum, alia per inſectionem.

Comparat demum adinuicem nonnullas earum proprietatum, uidelicet Conſequēter, Habitum, & Continuum. Primaq; eſt conſequenter ſe habere: ſecunda habitum eſſe: tertia cōtinuum. Poſtea catholicum infert, quòd notæ in continuò nō ſe habēt eo modo ſicuti unitates in numero. Primum quòd ſecundum notas fit contactus: ſecundum uerò unitates non fit contactus. Deinde quia inter duas notas neceſſario mediat linea, ſed inter unitates non neceſſario mediat numerus, nullum enim medium dualitatis & unitatis.

Catholicum

Poſt hæc de triplici motus mutatione tractat, monſtratq; multifariam dici motum unum: Specie, Genere, Numero.

Motus unus, ſpecie, genere, numero

Motus item unus numero tripliciter: unitas illius quod mouetur, unitas termini ad quem fit motus, & unitas temporis requiritur. Ad motum uerò unum, genere uel ſpecie, non unitatem temporis, aut mobilis, ſed ad motum unum numero: oportet terminum eſſe unum, & nō deficientē, id eſt, non interruptū: & mobile etiam debet eſſe unum, non ſecundum accidēs, ſicuti Socrates, & album. Nec etiam ſat eſt, quòd terminus ſit unum cōmune: quia tunc contingeret duos homines ſanari ſimul, ſecundum eandem ſanitatem, quod fieri non poſſet. Ad unitatem igitur motus requiritur unitas temporis, & mobilis & termini. Non erit idem numero ſanitas Socratis, qua ſanus eſt mane & ueſperi: dato quòd interrupta ſit per morbum. Præterea motus, ὁμαλός, id eſt, nomalis, hoc eſt, uniformis, magis unus quàm nō nomalis: quòd uidetur uariare ſecundū magis & minus: uerbi gratia: ſi aliquo modo obliqui ſint motus, nec in ubi, nec quādo terminātur: nō ergo fuerit unus qua uarius, qua uerò numerus unus.

Quid ad motus unitatem expetitur

Deinde motus cōtrarietates oſtendit, quæ eſt quædam diuerſa ſpecies: ut in x. Metaph. ſcribitur. Cōtrarij enim ſunt motus inter ſe ſimpliciter. Quieti autē ex oppoſitione. Præterea quies quieti, & mutatio mutationi: ſed magis motus motui contrarius. Fit autem dupliciter: ſecundum naturam, cum ſurſum & deorſum eſt, aut termini à quo ad quē: deinde præter naturam, cum uidelicet ignis fertur deorſum, & terra ſurſum. Eadem ratio & in quietibus. Quies ſurſum, & quies deorſum: in his etiam quæ præter naturam ſic quieſcunt. Et mutatio de ſano in ægrotum, & de ægroto in ſanum erit aliquo modo contraria.

De motus ac quietis cōtrarietatibus

Libro VI. Motum diuidit in partes magnitudinis: ante omnia monſtrat continuum non componi ex indiuiſibilibus; ut linea ex notis non componitur: quod cum alijs rationibus, tum ex magnitudine & tempore, quæ item cum motu ſunt in infinitum diuiſibilia, oſtendit. Nam de utriſq; probat. Velocius in tempore æquali pertranſit maius ſpatium, & minore æquale ſpatium, quod non eſſet ſi magnitudo & tempus componerentur ex indiuiſibilibus, eſſent enim indiuiſibilia: ex quo uelocius aut tardius nequaquam ex eis prodiret. Hæc enim ex partibus diuiſibilium procedunt.

De motu magnitudinis diuiſione

Poſt hæc uenit ad motus diuiſionē: dicitq; motum dupliciter diduci. Vno modo tēpore, ut trium horarū iter: alio modo per partes, ut triū ſtadiorū motus. Mutari rurſus dupliciter dicit: ſecundū alterū, ut aliquid in anno mutatur, quia in die: alio modo aliquid mutatur aliquo tēpore, per ſe primū: & neceſſe eſt illud mutari qualibet illius temporis parte. Ex quo fit ut in motu, ſicuti neq; in tēpore, neq; in magnitudine ulla, detur principiū. Nā ſi eſſet principiū aut illud diuiſibile uel indiuiſibile foret: ſi indiuiſibile, eadē ratione alia pars eſſet indiuiſibilis: & ſic in cōtinuo eſſet indiuiſibile immediatū indiuiſibili. Si uerò diuiſibile, oportet q̄ medietas prætereatur ante quàm totū, & medietas illius medietatis ante illā: & ſic in infinitū: igitur nō eſt dare principiū, quoniā ante quācunq; partē præteritā eſt accipere partē prius præteritā. Nā mutatū eſſe, duplex eſt: primū actu: cū res iam perfecta, & motus abſolutus, & tūc principiū datur: ſecūdo modo dicitur poteſtate cōtinuans trāſmutationis partes adinuicē: & tūc principiū minime datur, quoniā quodlibet mutatū eſſe, quod Græci κίνημα uocāt, præcedit trāſmutatio ſeu trāſmutari, & in qualibet trāſmutatione ſunt infinita mutata eſſe: ſicuti in qualibet linea ſunt infinitæ notæ: unde ſicut in linea recta cōtinua nō eſt dare primā notā cōtinuantē partes eius adinuicē, ita in moueri nō eſt dare primum mutatū eſſe cōtinuans partes motus adinuicē. Ex quo hæc ordine huiuſcemodi ponuntur, ante omne mutari, eſt mutatum eſſe: deinde ante omne mutatū eſſe, eſt mutari: ante omne mutari, eſt mutari: poſtremò ante omne mutatum eſſe, eſt mutatum eſſe.

Poſt motus diuiſionē diſſerit de Finito & Infinito circa motū. Sicuti enim diuiſio pertinet ad cōtinui rationē, ita finitum & infinitum. Quemadmodū ſuprà oſtendit, diuiſionē ſimul in motu magnitudine, tempore, & mobili inueniri, ita nunc de infinito docet. Primum autē demōſtrat in omni magnitudine & tēpore reperiri: deinde in motu & in mobili. Dicit igitur nō poſſe magnitudinē finitam in tēpore infinito pertranſire: nec rurſus infinitam in tēpore finito. Eodē modo nec mobile finitum magnitudinē infinitam: nec item infinitum magnitudinē finitam in tempore finito peragere. Duplex eſt enim infinitum: aut ſecūdum diuiſionē, aut ſecundum extrema. Ex hac igitur diuiſione Ariſt. Zenoni reſpōdet: qui dicebat nihil poſſe moueri de loco ad locum, quoniam pertrāſibat ſpatium infinitum in tēpore finito. Nam prius erat neceſſe tranſire mediū ſpatij, & prius medium medij, & ſic in infinitum. Dicit itaq; tam ſpatium ſeu magnitudinem, quàm tēpus, in quo pertranſitur eſſe infinitum ſecundū diuiſionē, non autē ſecundum extrema: ac trāſire infinitū ſecundum diuiſionē, finitū uerò ſecūdum extrema: in tēpore infinito ſecundum diuiſionē, finito tamen ſecundum extrema.

De finito & infinito in motu

Ad ultimum diſſerit de natura & diuiſione quietis. Cum enim probauerit nec motui nec tēpori dari principium, nec etiā dari quieti: nunc cōtendit, quòd ſtatus qui eſt quietis generatio & motus, in tempore mouetur: quod ſanè probatur hoc modo: Omne quod mouetur, mouetur in tēpore: ſed omne quod ſtat, mouetur: ergo omne quod ſtat, mouetur in tēpore. Minus adſumptū patet: quod aptum eſt moueri & non quieſcit, mouetur: ſed omne quod ſtat, aptum eſt moueri, & non quieſcit: ergo omne quod ſtat, mouetur. Nam ſtare, intēdere quieti eſt, quod motui ſubijcitur cuidam: ſi motui & tēpori: non habet ergo quies, ſicuti & motus principium.

De quiete

Status

Enarrata motus & quietis diuiſione confutat quoſdā ueterum errores circa motum, & primum Zenonis negantis penitus motū eſſe, ac dicētis, neq; cœlum, nec aliud moueri, à loco ubi eſſet progrediendo, ſed tantū uerti in ſeipſis. Deinde Democriti, qui ex atomis et indiuiſibilibus dicebat eſſe motū, & ex his omnia generari: ubi probat nihil omnino indiuiſibile moueri. Nā quod mouetur in tēpore mouetur: ſed indiuiſibile in tēpore moueri non poteſt. Minus adſumptum probat: q, in omni tēpore datur minus, daretur propterea minus tēpore in quo indiuiſibile mouetur: quod omnino falſum.

Tertiò Heraclitū refellit, omnia ſemper moueri dictitātē: monſtrādo quòd nulla mutatio inter duos terminos exiſtēs eſt infinita: nā generatio & corruptio eſt inter duo cōtradictoria: & alteratio inter duo cōtraria: motus item rectus à quo & ad quē: nā impoßibile eſt id moueri quod nō cōtingit motū eſſe: ſed ſi rectus motus eſſet infinitus, nō cōtingeret aliquid mobile eſſe motū per ipſum: ergo nec cōtingeret aliquid per ipſum moueri. His addit quòd forte nil prohibet tales motus eſſe infinitos: ut ſi poſt motū localē fiat alteratio, & ſi poſt alterationē augmentū, & iterū generatio: nō tamē

unum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

unum & eundem motum eſſe infinitum contingit.

Libro VII. *De motu proſequitur, quē ad mobile motoremq́; adplicat. Primum namq; de primo mobili. Poſtea de motore primo. Dicit eſſe neceſſe omne quod mouetur ab aliquo moueri.* Deinde *poſſe aliquid moueri à ſeipſo: quod dupliciter intelligendū: aut ad actum primū, id eſt, ut de non eſſe trāſeat ad eſſe: aut ad actū ſecundū, id eſt, de nō agere ad agendū. Ad actū namq; primū nihil ſeipſum mouet: quoniam nihil producit ſeipſum.* Ad *energiam uerò ſecundā poteſt aliquid mouere ſeipſum, nō ſolum ex accidēte: ut cum uehitur quis, nauim aut equū ipſe mouet: ſed etiā per ſe: ut de grauibus & leuibus patet.* Deinde *nō eſſe proceſſum in infinitum in mouētibus & motis, ſed ad unū mobile ultimū ueniendū, & ad unū ultimo mouentē.* Deinde *mōſtrat, quòd omne mouēs eſt ſimul cū moto cōtiguum, aut cōtinuum ſine medio: & hoc in omni motus ſpecie. Ad quod probandū narrat quadrifariā eſſe motū extrinſecū,* Pulſione, Tractione, Vectione, Volubilitate. *Omnes tamē ad pulſionē & tractionē reduci.* Pulſionis *duæ ſpecies: uidelicet impulſio, qua deficiēte expulſio eſt, quæ* Græce *ſic uocātur:* ὦσις, ἕλξις, ὄχησις, δίνησις, ἔπωσις, ἄπωσις. *Volubilitas autē in tribus cōſiſtit motibus, qui itē omnes ad tractionē & pulſionē reducūtur. Nā uolubilitas cōponitur ex tractione & pulſione: ꝙ alter impellit, alter trahit. Sub tractione quoq; diuerſi cōprehēduntur modi: inſpiratio, expiratio, expuitio.* i. εἴσπνευσις, ἔκπνευσις, πτύσις. *Et quæcūq; corporū emiſſiua, aut receptiua ſunt: ut* σπάθισις & κέρκισις, *hoc eſt, diſſipatio & cōtextus. Nam omnis ſecundū locū motus collatione aut diſcretione cōſtat: quas* Græci σύγκρισιν ϗ διάκρισιν *dicunt.*

De primo mobili

Quomodo aliquid ab ſeipſo mouetur

Motus extrinſecus quadrifariam

De motu alterationis

Circa alterationē multa quoq; diſſerit: quòd ſit ſecūdū ſenſilia, nec in ſpecie prima qualitatis. Primò quo ad habitū & diſpoſitionem corporis. Deinde quo ad habitū animæ, circa partes appetitiuas & etiā intellectiuas. Poſtea *oſtēdit ꝙ trāſmutatio uirtutis & malitiæ cōſequitur aliquā alterationē. Dein quòd nō ſit in parte intellectiua alteratio præcipue. Primò quo ad conſiderationē iam habētis ſcientiam quæ eſt ſcientiæ uſus. Secūdò quo ad primam ſcientiæ acceptionem.*

De motuū cōparatione

Quæ ad comparationē rectā expetantur

Poſtquā oſtēdit quòd in mobilibus & motoribus neceſſe ſit aliquod primū ponere, deinceps de motuum cōparatione ueſtigat, quòd ea quæ ſunt unius ordinis, cōparabilia uideātur eſſe: & hoc ipſum quod eſt prius & poſterius cōparationē præ ſe ferre appareat. Primò namq; cōparat motū cyclicū ad rectū, qui uidētur eſſe cōparabiles, cū ſint æquè ueloces: ſed negat eſſe æque ueloces. Præterea *cōparat motuū cōditiones ex parte formæ penes quā fit cōparatio. Primū: quæcūq; ſunt nō æquiuoca omnia cōparabilia ſunt, id eſt, forma in quā fit cōparatio debet uniuoca eſſe. Ideo ſtylus & chorda & uinū in acuto nō cōparantur. Deinde in ipſis penes idē proximū ſuſceptiuum recipi oportet. Ideo equus & equa cōparabilia ſunt penes duplū & dimidiū: & penes album & nigrū: quoniam albū ineſt eis per idem ſuſceptiuum proximum, uidelicet per ſuperficiē: ex quo hæc aqua & uox non ſunt cōparabilia. Tertia conditio: cōparabilium ſit una natura, hoc eſt, ut forma in qua fit cōparatio ſit ſpecies ſpecialiſſima. Ideo dulce & album nō poſſunt cōparari inter ſe, neq; album & nigrū ſecundum colorē, ſed aliqua cōparantur alba.* Deinde *agit de cōparatione motuū localiū inter ſe tribus conditionibus. Primo cōparabiles inter ſe fiunt inæquali tēpore: tum per æqualem magnitudinē: poſtremò ut ſint magnitudines eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſimæ. Præterea loci mutatio & alteratio nō inuicem cōparabiles: quòd non ſint per æqualē longitudinē. Similiter motus rectus nō debet dici æqualis motui cyclico. Ratio quòd hi motus nō ſint eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ. Poſt hæc de cōparatione alterationum: oſtēdit unam alterationē æque uelocem alij: ac ſecundū quid uelocitatis æqualitatē attendi. Poſtremò quonam modo forma debeat comparari in generatione & corruptione.*

De comparatione motuū localium

Lib. VIII. *De primo motu & motore diſſerit, & apertè decernit cōtra dogma* Chriſtianū *motum eſſe ſempiternū, ſemperq́; fuiſſe, ex quo mundū ponit æternū: quod quanquā in primo* Topicorū *dicat eſſe indemōſtrabile, argumētis tamen procedit dialecticis: cū alijs, tum hoc, quòd omnes philoſophātes generationē & corruptionē dixere: ergo & motum.* Deinde *qui dicūt mundos infinitos eſſe: quoſdā corrumpi, quoſdamq́; generari, ponunt generationē & corruptionē ſemper eſſe: propterea & motum.* Refert Anaxagoræ *opinionē, dicentis omnia in chaos confuſa in infinitum fuiſſe tēpus, mentē uerò diuinā ea ſecreuiſſe.* Probat *deinde ex parte tēporis: nam tempus quod numerus & paſſio motus exiſtit, ſemper fuit: quia prius & poſterius ſemper ſunt, quæ ſine tēpore nō ſunt. Solū namq; dicit* Platonē *tēpus genitū putauiſſe: idq́; cū cœlo eſſe factū: cū etiā cœlū factum aſſeueret.* Poſt *hæc ipſum primū motorē immobilē ponit: quòd neceſſe ſit quædā moueri & quædam quieſcere: aliqua ſemper moueri & nunquā quieſcere: nōnulla ſemper mouere, & nunquā moueri. Primū eſt animaliū, ſecundū cœli: tertiū ipſius* Dei. Quæri *autē ſolet, an cœlū moueatur à ſeipſo. Si enim totū cū ſua intelligētia ponatur, à ſeipſo proculdubio mouetur. Si pro mobili tātum, à propria intelligentia extrinſecus moueri dicetur. Grauia & leuia naturaliter aut uiolēter mota in reflexionis termino cōquieſcere neceſſe eſt.*

De motu æterno

De primo motore

Motū *localē omniū primū dicit, antiquioremq́;, ob primi mobilis perfectionē, ex cuius motu, qui cyclicus infinitus ac perfectus exiſtit, cætera mouētur.* Motus *autē rectus minime perpetuus, quia reflexus ac non cōtinuus extat.* Poſtremò *ratio motus omnis hoc modo diducitur.* Quædā *per ſe mouētur, quædā ex accidēte, ut quæ inſunt motis, ut albedo in homine, uel homo in naui, & quædā per partē mouentur, ut mēbrum aliquod ab homine motū.* Eorū *autē quæ per ſe mouētur: alia ab ſe, alia ab alio: alia ſecūdum naturā, alia præter naturā. Ab ſe autē & ſecundū naturā animantia omnia, ꝙ principiū motus in ſe habeāt: quatenus autē corpora ſunt & grauia, præter naturā feruntur niſi deorſum deſcēdāt.* Quæ *autē ab alio mouētur, aut naturaliter, aut præter naturā mouētur. Præter naturā, ut terreſtria ſurſum, & ignea deorſum. Secundum naturā grauia deorſum, & leuia ſurſum: quanquā utrū ab ſe, an ab alio, dubitatur.* Ariſt. *dicit, quòd in ſe principium quidē agēdi nō habent, uerū patiendi.*

Motus cyclicus & rectus

De omni ratione motus

IN ANIMAM.

IN PRIMIS *ſpeculādi ſcientiā ponit de genere bonorū honorabiliū eſſe, præſertim de anima ob nobilius ſubiectū. Sunt & ſciētiæ practicæ de genere laudabiliū quæ circa actionē uerſantur.* Laudatur *actio: contēplatio uerò ac doctrina honoratur: quoniā hæc, finis eſt: altera, ad finē.* Animū *eſſe dicit ſubſtantiā incorporeā productā ante corpus: nō ex elemētis, ut putat* Plato: *ſed quintam eſſentiam quē entelechiā uocat, id eſt, habiti perfectionē, ſed de diffinitione melius in ſecūdo.* Per *animæ uerò accidētia, ſiue qualitates, ſiue proprietates, ſeu etiā poteſtates: ipſa ualde deprehēditur anima.* Harum *propriæ ſunt quædā animæ, ut mens, ſiue intellectus,* Græce νοῦς, *qui corpori minime cōmunicat quāuis corporis phantaſiæq; inſtrumento utatur.* Nōnullæ *corporis tantū: ut ſenſus. Aliæ uerò cōmunes animæ ac corpori, quas* πάθη, *i. perturbationes uocat.* Præterea *animā retinere in cognoſcēdo rerum ſpecies, non res ipſas.* Nullus *enim in anima lapis, aut homo, ſed lapidis, aut hominis ſpecies intellecti.* Poſtremo *opiniones ueterū de anima enumerat, quæ his uerſibus facile claudi poſſunt:*

Poteſtates animæ

Opiniones ueterū de anima

Demo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Democritus conſtare animam decreuerat igne.
Pythagoras atomis, ſimul & Leucippus, eandem
Ponit Anaxagoras intellectum ac elementa:
Empedoclesq;, Platoq; ferunt numeros & ideas.
At motum Thales animam dicebat. & inde eſt,
Quod ferrum moueant, lapides eſſent animati.
Aëra Diogenes, Heraclitus eſſe uaporem.
Comparat Alcmeon hanc cœli motibus ex quo
Perpetuam putat, ac cœli ratione teneri.
Hippocrates lympham facit humentem ob genituram.
Sanguine ſed Critias illam conſtare uolebat.

In tris igitur opiniones cuncta de hac dicta diducit. Quidam mobile ſpectauere: nonnulli ſenſile, incorporeum alij. Quorum ſententias partim recipit, partim reijcit. Quod mouet anima, concedit: quòd uerò mouens moueatur, minime cõcedit. In qua opinione fuere Pythagoras & Plato. Nã, inquit, mouens moueri per ſe, non eſſe neceſſe, niſi ex accidente: ut nauta nauem mouens, mouetur & ipſe. Quod enim dicebãt, per iram, aliasq; animi perturbationes manifeſto animã moueri: hoc ait non animæ tantum, ſed animæ in corpore motus eſſe: quòd corpus ex illis maxime mutatur: Animam uerò per ſe integram, incorruptamq; manere. Sicuti & in ſenecta, aut in morbo aliquo delyratio ex affectis organis, nõ ex anima affecta procedere uidetur. Secũdò quòd ſentiat anima admittit: quòd autẽ ſimile ſimili ſentiat, non admittit. Nã cum & Pythagorei & Platonici dicerent eam ex elementis conſtare: uolebant per ſimilitudinẽ cæterorum cõpoſitorum cuncta ſentire, cũ innumerabilia ſint: quod omnino falſum.

Tertio quòd incorporea ſit adſentitur: q uerò huiuſmodi incorporeum tenuiſſimũ eſſe corpus dicant non adſentitur.

De animæ diffinitione entelechia

Libro II. Vt animam ipſe tandem diffiniat, entelechiam primam eam uocat corporis phyſici organici, poteſtate uitã habentis. Eſt enim Entelechia quã Græci enarratores ἐντελῶς ἐχείαν, id eſt, perfectihabiã, ut ita dicã, ſunt interpretati: hoc ab energia differẽs: quòd hæc generatim actus intrinſecus etiã corrũpẽdo, Entelechia tantũ perficiẽdo appellatur. Primã dixit ueluti poteſtate ac habitu ſcientiã: non itẽ ſecũdam, quæ in actione meditationeq; ſciẽtiæ ſit. Sic in ſomno ac quiete uacare quãdoq; animã cõtingit: nihilo tamẽ ſecius hominẽ animatũ putamus. Organici præterea, nõ lapidei: phyſici, nõ mathematici, aut artificialis. Entelechiã igitur & formã eſſentialẽ animã, eſſe corporis cõtendit. Nã in homine duplex forma eſſentialis: una quæ eadẽ & cõpoſiti dicitur, cũ compoſitũ omne ex materia cõſtet & forma: altera quæ magis proprie eſſentialis hominis eſt anima in compoſito.

Ariſtotelis duplex dubitatio

Duo in his nondum manifeſta dicit: an anima ſit à corpore ſeparabilis. Nam quaſdam eius partes quæ corporeas habent ſedes, omnino inſeparabiles eſſe probat. Quaſdam uerò nullius eſſe corporis, ut intellectus, qui contingit ſeparari, ueluti perpetuum à corruptibili. Alterum an anima ſit entelechia corporis, ſicuti nauita nauis: quod ab orthodoxis in noſtro dogmate minime recipitur.

Quinq; inſuper ei partes attribuit: Vegetandi, Sentiendi, Appetendi, Secundum locum mouendi, & Intelligendi: quæ ſunt eædem ſubiecto, diſtinctæ uerò ratione. Et pro animantibus ipſis, ac anima tota quandoq; ponuntur, ut in ijs quæ uegetantur: quandoq; partes ſunt, ac poteſtates ipſius, ut in ijs quæ ſentiunt, pars eius uegetatio eſt: in ijs uerò quæ intelligunt, uegetabile ac ſenſile eius dicentur partes. Vegetandi igitur pars Gignit, Nutrit, Auget. Quæ item Auget, Attrahit, Retinet, Concoquit, Expellit.

Senſus quoq; præter exteriores quinq;: Senſus cõmunis, Phantaſia, Memoratiua, Imaginatiua, Aeſtimatiua: eædẽ & ipſæ ſubiecto, diuiſæ ratione ac officijs, quæ ad tria prima tantum reduci ſolent. Senſus ideo communis dictus, quòd omnium exteriorũ ſenſuum iudiciũ ſumit tantũ præſentium.

De ſenſu communi phãtaſia & memoria

Phantaſia, uel abſentiũ. & ille uigilãtium, hæc etiam dormientiũ: ille in noſtra poteſtate nõ eſt abſentibus rebus, hæc uerò ſemper, ſine qua nec menti quicquã eſt percipere. Nam per paragrammatiſmũ quaſi phaoſtia dicitur, ut cogitationi lumẽ præferẽs: ſiue ἀπὸ τ̃ φαίνειν, quod eſt apparere. Differt autẽ à memoria, quòd ex facta ſæpius phãtaſia memoria gignitur. Nam illa ut animal pictũ contemplatur tantũ, nec ultra proſpicit. Memoria uerò ut leonis, uel alterius animalis imaginem contuetur. Nam ſi ſolum imaginem conſideraremus, nihil abſentium recordaremur. Memoria igitur per ſeſe in ſenſorio: ex accidente uerò in ratione ſita eſt, quòd ſine magnitudine & tempore nihil ſanè recordari poſſumus.

Memoriæ ſiccitatem attribuunt in occipitio: ſicuti ſenſui communi humorem: quapropter ſenibus aut pueris deeſt, his quòd nimio humore tanquam in aqua typus non figitur: illis nimia ſiccitate ueluti calx in ueteri ædificio tabeſcit. Idem & in morbo affectis contingit. Adfecta enim memoria ratio funditus perit.

De recordatione

His addit recordationẽ, Latinius quàm Reminiſcẽtiam, id eſt, ἀνάμνησιν, quæ eſt reuocatio prioris memoriæ poſt obliuionem: non autem penitus, quoniam hæc ſcientiæ & diſciplinæ foret: ſed quaſi per nebulam, quod ſolius eſt hominis, quoniam rationis cuiuſdam & perſcrutationis adminiculo uidetur uelle in memoriam per ſigna aut typos ſimiles, uel contrarios, ſeu proximos redire. Et uelle tantum hominis eſt. Igitur recordari ſeu reminiſci hominis fuerit.

Sed de Senſu, Senſatione, Senſorio, Senſili, breuiter dicendum, quæ Græci αἴσθησις, αἴσθημα, αἰσθητήριον, καὶ αἰσθητικὸν uocant. Eſt enim ſenſus, poteſtate & energia, ut uiſus & uiſio, quam ſenſationem uocant: quo fermè modo ſcientia: niſi quòd ſenſus energia extrinſecus, ſcientia uerò energia intra hominem eſt: & hæc uniuerſalium, illa ſingularium. Tranſit igitur de poteſtate in energiam, non agendo ſed patiendo. Senſus enim à ſenſili patitur: non per corruptionem, ſed per perfectionem.

De ſenſibus exterioribus

Sunt autem quinq;, Viſus, Auditus, Guſtus, Odoratus, & Tactus: quæ ad unum ſunt terminata, nec ualent ad contraria: uti ualet intellectus. Præterea à ſummo ſenſili corrumpuntur. Senſus item duplex uirtus, longè, deinde criticè ſentire. In hac ultima præſtamus, cum in altera ſuperemur à belluis.

Senſilia propria quæ ſingula ſingulis obijciuntur. Communia uerò uocat Ariſtoteles Quietem, Motum, Numerum, Figuram, Magnitudinem. Ex quibus duo ultima tantum tactui & uiſui ſunt communia. ut ait commentator, contra Themiſtium, qui poſuit omnes communes.

Senſoria ipſa ſunt organa quibus ſentimus, eodẽ ſubiecto cũ poteſtatibus. Poteſtates enim perfectiones uirtutesq; ſenſoriorũ ſunt. Hæc Ariſt. elementis accõmodat. Viſum aquæ, auditũ aëri, olfactũ igni, guſtum tactumq; terræ. Energiæ ac obiecta nobis notiora ac priora poteſtatibus ſunt, quòd termini ſunt earũ. Poteſtates enim ordinẽ & relationẽ ad energiam referunt: nam per energias & obiecta diſtinguuntur.

De Viſu

Inter ſenſus autẽ Viſus nobilitate præſtat. Hunc Empedocles & Plato in Timæo igni adcõmodant, refellente Ariſt. ac dicẽte, quòd eo modo uidẽdi energia, ſicuti ex lucis ſplẽdore egrediens uel in tenebris uideret. Non enim par eſt in tenebris lucem extingui, ſed potius in humore: at hoc minime contingit: quare falſa eorũ opinio. Humor igitur concretus in oculo ex humida parte cerebri profluens intrinſecus, tum aër extrinſecus tanquã duo diaphana uidendi ſunt cauſa. Illud quoq; non paruum iudiciũ aquæ, quod corruptis oculis humor profluit. Viſus omnino triplex: Directus, Refractus, & Reflexus, de quibus optica & catoptica Euclidis eſt. Nec ſubſtantiam ſed colorẽ cernit. Si enim ſubſtantiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

tiã cerneret, noctu quoq; ipſam conſpiceret:ſubſtãtiã enim ſola mens nouit. Viſus igitur propriũ obiectũ color, qui & ipſe in luce cõſpicitur. Lux uerò entelechia diaphani qua diaphanũ:cui rei indicio eſt,admotus propius oculis color minimũ uidebitur. Sed color quidẽ diaphanũ mouet,uidelicet aêrẽ. Nec bene Democritus putat, ſi uacuũ fuerit quod in medio eſt,adſpici poſſe diligẽter,ſi formica in cœlo fuerit. Hoc enim fieri nequaquam poteſt,quia ſenſorio patiente uel ab ipſo colore uiſo,uel certe ab eo quod eſt in medio, neceſſe eſt uidere. Sed ex colore quidem non poteſt, quòd color uti ſuprà diximus oculis propè admotus non adſpicitur: relinquitur ſenſorium ex eo quod eſt in medio pati. Ita neceſſe fuerit, aliquid in medio interuenire, uti color adſpiciatur. Viſus itaque hoc modo non agit,ſed ex obiecto patitur,propterea quòd lux Solis uel ignis energia diaphani mouet per aëra medium ſenſoriũ, niſi forte corruptũ morbo uel hyperbole uiſibilis fuerit.

De colore & diaphano

Sed de colore & diaphano rurſus paucis diſſerẽdum. Aêr enim & aqua diaphana non ſunt niſi energia,hoc eſt luce adueniente:ſine luce uerò, poteſtate diaphana tantum dicuntur.

Lux diaphani energia

Lux uerò ipſa ex accidente diaphani color eſt, ac non certo loco neque circumſcripto, ſed tota in toto fulget. Lux itaque & tenebræ in diaphano ueluti in ſubiecto ſunt. Cuius poteſtas tenebræ. Energia uerò lux. Color diaphanũ mouet. Diaphanum uerò uiſum corporis extrema color & ſuperficies ſimul:qua corpus,ſuperficies:qua uerò diaphanum, color. Omnis enim color cum ſuperficie:non itẽ contra omnis ſuperficies cum colore:quoniam omne corpus diaphanum aut terminatum aut indeterminatum:ſicuti aqua & aër. Indeterminatum propria caret ſuperficie:ſic et proprio colore,ſed externum recepit colorem ſicuti & figuram:Color igitur propriè eſt tantum terminati diaphani. Quapropter ut aëris colores,lux & tenebræ, quamuis impropriè dicuntur: eodem modo in corporibus media extremis certa proportione concordantia uiſum oblectant. Sunt purpureus,melinus,puniceus, luteus,glaucus,cæruleus,fuluus,flauus,pallidus,uiridis, uenetus. Omnes ſanè colores medij inter album & nigrum.

De Auditu

Auditus uerò aëris eſt:et ſonus aër:quod enim eſt energia ſenſile,hoc ſenſorium poteſtate fuerit. Aêr enim non ſolum auditus,ſed & uiſus & olfactus diacriticus eſt. Differt autem auditus à uiſu,quòd uiſus ſine tempore fit,ſtatim obiecto cum ſenſu coniuncto. Auditus ſæpe per interualla,quòd tardius ſonus ad ſenſorium ingreditur,ob aurium uolucra, quæ natura tribuit in noxiorum tutelam. Altera deinde cauſa, quòd ſonus nõ omnem illico penetrat aêrem:ſed primo propinquum, deinceps alium ex alio tranſmittit: ac per ſucceßiones quodãmodo ad ſenſum peruenit. Aêr enim ſemper proprio quodam modo in aure mouetur, ut ſoni differentias tanquam in receſſu iudicet. Indicio eſt immiſſo digito aurem ſemper ſonare:quod ſignũ incorrupti ſenſus eſt. Ex quo & ſub aqua audire contingit:quod ab aurium uolucris aqua repulſa, aërem intra congenitum corrumpere nequaquam ualet. Sonitus nõ una ex re fit,ſed ex pulſante pulſatoq; corpore:ac ſemper

Echo ſemper in ſonitu

refractus,ſicuti & lux. Fitq; ſemper Echo, quamuis non manifeſte:clarius enim in uallibus aut cameris redditur tanquam pila muro repercuſſa. Aëris præterea reſpiratione natura ad res præcipuè duas utitur:ad uocem,tum ad intrinſecam uiſcerum refrigerationem.

De Olfactu

Olfactus ſenſorium ignis eſt,quòd odor fumea quædã euaporatio ſit. Hoc dicit in lib. de Senſu Ariſtot. in libris uerò de Anima contrà ſentire uidetur:olfactũ aut aquæ aut aëris ſenſorium eſſe. Ignem uerò aut nullius eſſe, uel commune omnibus. Nullum enim ſine calore ſenſorium. Terram aut nullius item eſſe,aut in tactu maxime miſceri: ex quo relinquitur nullum extra aërem & aquam ſenſoriũ eſſe.

Odor conſanguineus guſtui

Odor guſtui maxime conſanguineus, quòd eius extremæ qualitates,dulce & amarum:intermediæ item,acutum,pingue,auſterũ,uehemens, guſtui quoque ſunt communes. Præterea conueniunt,quòd ea quæ ſine odore,plerunq; ſine ſapore ſunt,ut elementa omnia. Differunt autem quòd horum alterum peiorem cæteris animalibus habemus. Guſtum uerò ac tactum præſtãtiores propter cutis tenuitatẽ. Odorantur & exanguia. Indicio eſt quòd uehementi odore corrumpuntur. Sed dubium ſi reſpirando odorantur. Animalia uerò ſpirantia non odorantur ſub aqua. Pythagorei quædam animalia dicunt odore uiuere: quod minime probat Ariſt. dicẽs compoſitum eſſe,quod nutrit,oportere:ex quo cibi excrementa fiunt,etiam in plantis: ut lacrimæ,reſina,gummi, quamuis in quibuſdam excrementa minime fiant,ut cicadis,quod ſine membris ſunt,& digeſtum accipiunt à terra nutrimentum quantum ſat eſt. Ad hæc quoque Ariſtotelica Theophraſti ſententiam addam dicentis,calidum & igneum cauſam eſſe odoris ſuperfluum humorem tãquam rem putridam exſiccans: quapropter loca in orbe calidiora ſicut Aethiopia,frutices odoratos gignunt. Plutar. inſuper ait, carnem Alexandri magni odoratam fuiſſe ob uehementem in eo calorem.

Animalia ſpirantia nõ odorãtur ſub aqua

De Guſtu & Tactu

Guſtus, Tactuſq; propiores terræ ſenſus, quorũ ſenſoria, alteri caro,alteri lingua. Senſile uerò ſapor in guſtu: eius etiã qualitates, ut in olfactu ſuperius enarraui. Fit enim ex ſicco terreo in aqua diluto. Nõ enim aqua materia ſaporũ,cũ aqua adore ſaporeq; penitus careat: ſed in aqua uti colores fiunt.

Dulcia calidiora ſunt ac magis nutrientia

Dulcia nutriunt præ cæteris, quoniam calida. Nam uehementer dulcia calida omnia: Acerba terrea & frigida ac pinguia. Nam frigus plerunq; cõdenſat. Acuta uerò aquea, cum ſapor ex humore aceſcat. Sapores deniq; omnes, ſicuti & generationes,ex elementis conſtant. Nam horum alijs alia uelocius commutari uidemus: quædam ſtatim: nonnulla medijs quibuſdam:ut triticum ex tellure ſtatim gignitur. Caro item ex tellure, medijs tritico ac cibo interuenientibus. Sic & in fructibus ipſis acerba,quia minorẽ quã matura mutationẽ habẽt,propiora ſunt terræ ac frigiditati. Matura uerò tãquã mitiora,ac per ſolẽ immutata magis calida. hæc Theophraſtus.

De Tactu

Sed redeo ad Tactũ cuius ſenſoriũ caro eſt,& in ſanguine carentibus proportione carnis. Quidã tamẽ cor potius putauerũt. Carnẽ uerò mediã,ut aërem in reliquis ſenſibus. Quod nõ probat Ariſt. quãuis cor ponat alioquin ſenſuum omnium receptaculũ, ac primũ & commune ſenſoriũ. Senſilia tactus, molle ac durũ potißima. Sed & calidũ & frigidũ & ſiccũ & humidũ. Quare quidã addubitauere an unũ antitypum tactus ſeu plura ſint,ob ſenſiliũ uarietatẽ. Sed & idẽ accidit olfactui & uiſui,multiplices eſſe odores, tum colores. Tactus item & guſtus hoc à cæteris diſtãt,quòd reliqui ſenſus nõ materiã ſed formã à ſenſilibus accipiũt:ut uiſus albũ nõ recipit,ſed albi rationẽ,nec albus uiſus dicitur. At in guſtu & tactu dulcis efficitur lingua ob ſaporem, & calida ob tactũ,aut frigida caro. Præterea cæteri ſenſus ad id in primis conſtituti ſunt, ut bene animalibus ſit. Hic tantum ut ſint. Et alij hyperoche ſenſilium corrumpuntur. Hoc uerò corrupto animal eſſe deſinit.

Cur ſenſibus ex parte ſuperamur à belluis

Et iam perluſtratis omnibus ſenſibus adducã quod ab Ariſtot. ponitur in libris de animalium generatione: Quid cauſæ eſt,quòd longinquitate ſentiendi à cæteris animalibus ſuperamur:cum ſenſus iudicio & acuitate præſtemus. Meatus enim longior,qui tanquam fiſtula quædam ſenſilia excipit,cauſa eſt longe ſentiendi:hoc præſtant belluæ. Nã productioribus pleræq; ſunt auribus:ut canes,maxime Laconici. Et oculi quo magis in receſſu cauo fuerint,procul magis adſpiciunt. Indicium manus eſt oppoſita fronti cum remotius quid proſpectamus. Acuitatem uerò & iudiciũ tenuitas membranæ facit, qua præcellunt homines,quibus tenerior cutis, ij critici magis. Poſtremò probat Ariſtoteles in libro de ſenſu,qualitates ſenſiles eſſe in infinitum diuiſibiles, & ſi corpora,cum in corporibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

illæ ſint. Contra uerò ſentientes cõfutat, libro tertio. Eam animæ partem attingit, quæ rationis eſt particeps: quam'ue in opinionem dianœam, & mentem diducit. Opinionem poſſe decipi dicit: quia in pleriſq; cognitio quædam, non quod ſint, aut quomodo ſint (nam de ente tantum ſcientia) ſed quod non ſint, & quomodo non ſint. Quapropter Opinio dicetur habitus intelligendi ratiocinatiuus circa ea quæ poſſunt ſe aliter habere. Dianœã uerò definit diſcurſum rationis ſyllogiſticon ad ueram eſſe concluſionem, quæ quidẽ uera per ſe ſit, ex accidente uerò quandoq; falſa, ob errorẽ in cauſis quas ad ipſam nequaquam pertinet indagare, ſed qualeſcunq; accipiat ueras per illam inducere illationes. Nam de ipſis quidem principijs ſcientia tantum quærit quæ nam ſint: ſi uera ſeu falſa: media, uel non media: ſi demonſtrari, uel non demõſtari queãt. Quare apud Latinos adhuc nomen non inuenit: niſi forte Cognitionem interpretari uelimus. Nam dianœa, quã rethorici ſententiam dicunt, alia eſt. Noſtri autem theologi hãc partem Intellectum diuidentem & componentem appellant. Mens uerò entelechia & quaſi perfectio ipſius animæ, ſicuti anima corporis ponitur. Animam enim mediam corporis & mẽtis, eius ſapere partem cui inclinauerit, uoluere. Hanc Græci νῦν uocant: noſtri uerò theologi, Intellectum ſimplicem. Hæc igitur ſiue Intellectus, idem pueris & uiris & dormientibus & meditantibus eſt, tota in toto corpore indiuiſibilis eſſentia incommunicabilis, ſimplex, perpetua, nihil externum patiens uti ſenſus. Seipſum cernens, quoniam ea quæ intelliguntur à materia ſeparata ſunt: & ipſe intellectus receptor eſt ſpeciei, & id quod ſcitur ipſa ſcientia eſt: & id quod intelligitur ipſe intellectus. Hic quoq; multifariam ſecundũ multiplex eius officium & poteſtatem diducitur: Practicus, Theoriticus, Agens, Potens, ſeu Poßibilis, tantum ratione inter ſe differentes: ut agens & patiens comparantur. Agẽtis eſt phantaſmata intelligibilia offerre, illuſtrareq́;, ac rerum ſpecies gignere. Potentis uerò oblata recipere, ac intelligere: utrumq; uerò commentator inſanus unicum in cunctis facit, externumq́;, quo tantum in uita uteremur, ſed iamdudum diui Thomæ epicherematis exploſus eſt. Nonnulli de agente tantum hoc putantes tolerabiliores fuere: attamen & ipſi ab eodem quoq; facile refelluntur, cum agentis, ac patientis unus ſit, & in eodem actus. Ex his præterea potentẽ dignitate præferunt ob præſtantius officium: cuius eſt ſummũ bonum adſequi ac percipere. Huius itẽ partes, ac officia, mens & dianœa eſt: huius & itẽ practicus & theoriticus: Quoniã intelligere pati quoddã ſit. Huius deniq; ſunt actus intelligendi qui qualitates abſolutæ dicũtur, ab obiecto intelligibili & intellectu re diſtincti. Quapropter quadrifariam illum conſiderant. Primò, ut uacuam tabellã antequàm ſit ſpecie rerum ulla occupata: quæ ſit apta tamẽ apprehendere. Secundo modo cum diuerſa rerum ſpecie & cognitione illuſtrata uacat. Tertiò cũ non uacat, ſed meditatur atq; intelligit. Poſtremò cum circa ſuũ intellectile iugiter uerſatur: quam poſt mortem Chriſtiani in æterna patria ſeſe conſecuturos ſperant. In extremo Ariſt. de parte differit quæ ſecundum locum mouetur: cuius cauſam dicit appetitum & intellectũ practicum, ſiue phantaſiam eſſe. Nam multa appetũt quæ non mouentur. Omnia namque animalia etiam quæ cæteris carent ſenſibus tactum habent: ex quo & phantaſiam neceſſe eſt & appetitum, dolereq́; & delectari, ut ſunt conchæ marinæ, quæ ζωόφυτα appellantur: mediamq́; inter animalia & plantas tenent naturam.

Opinio

Dianœa

De Intellectu

De Anima ex aliis autoribus

Deinceps pauca ex alijs quoq; autoribus ſubijciã. Cũ enim anima ex diuerſis officijs diuerſa ſibi nomina cõparet, uidelicet cũ intelligit, cũ reminiſcitur, cum iudicat, cũ appetit: intellectus, memoria, ratio, uoluntas appellatur. Voluntas enim & intellectus diuerſas poteſtates re diſtinctas cõnotant, quarum quæq; ſuos habent adſertores. Nonnulli uoluntatẽ præferũt, Thomas intellectum, Plato item in Philebo: cauſamq́; adſignat, cum duo ſint entium elementa, infinitũ & terminus, ex quibus ens & uniuerſum conſtat, in genere infiniti uoluntas eſt, cũ ſit motus quidã ad magis & minus: Mens autem in genere termini, quoniam dum in ſe conuertitur profectò terminat ordinatq́; ſeipſam. Adſectus qui aliunde uenit ſepto nullo circumſcribitur. Mens autem ſui imperium habet: quapropter ſummum bonum dicitur tanquam definitor ac moderator. Quod profectò uerum in his quæ ſecundum naturam ſunt. In his uerò quæ ſuprà naturam: uoluntatem idem Plato uidetur quodãmodo præferre in Phædro & Sympoſio, quòd hæc per amorem ſimul iungatur. Hæc item, ut noſtri tradũt, multiplex conſcribitur: humana, diuina, antecedens, ſubſequens, iubens, ſignificans. Signa uerò ipſa cum iubet Deus, cum prohibet, cum indulget, cum conſulit, cum exequitur. Vſurpatur & hæc interdũ pro poteſtate, energia, obiecto: ſequitur & prohæreſim, id eſt, electionem, quã noſtri Liberũ arbitriũ uocant: de qua in libro tertio Ethicorũ uberius dicitur. Præterea ſynedeſis & ſintereſis. Solus enim animaliũ homo, ut Ariſtoteles alibi narrat, aliud cogitat, aliud facit: quod cogitatiõis atq; intelligentiæ plures ſint uiæ, uoluntatis una tantum.

Plato

Ex Alexãdro Aphrodiſeo

Alexander Aphrodiſeus in libro de anima, de intelectu ſic differit. Poßibilis & agens ſe habent, ut materialis, & formalis. Materialis in nobis eſt, qui & habitualis dicitur. In eo enim fiunt ab agente habitus. Agens uerò extrinſecus eſt, & incorruptibilis uiuit ſeparatus. Similiter quoq; & intellectiones deforis ſunt, quando intelliguntur tantũ intellectiones fiunt. Itaq; intelligibilis ſpecies, agens intellectus dicitur. Qui cauſa eſt habitus & per ſe ſine materia ſubſiſtere poteſt. Nã in qualibet re id potißimum quod maxime propriũ & præcipuũ, eſt & alijs cauſa ut ita ſint. Species rerum intelligibiles perpetuæ ſunt: intellectus quoq; eas apprehendens ſimilis eis fit: & eſt intellectus deforis in nobis genitus: ut placet Ariſtoteli. Poßibilis uerò unà cum anima cuius eſt poteſtas interijt, unaq́; cum habitu, potentia, & perfectione ſua. Quomodo autem ſe intellectus intelligat, idem autor ſic differit. Intellectus cum ſe intelligit, per ſe ſpeciem intelligibilem intelligit: per accidens uerò ſeipſum: ea de cauſa quod intellectui accidit: ut cum intelligit, illud fiat, quod ab ſe intellectum eſt. Antequam igitur actu intellectum intelligat, ipſum intelligere, & id quod intelligitur mutuo referuntur, atq; oppoſita inuicem habentur: uelut ea quæ ſunt ad aliquid. Cum uerò utraque in actum prodeunt, & unum fiunt, ceſſat oppoſitio. Ideo intellectus in energia, qui idem fit cum intellectu ſpecie, iure ſeſe intelligere dicitur: quia hoc idẽ quod intelligit fit. Species enim diſiunctas à materia intelligit. Non enim hoc ſingulariter apprehendit, ſed in ſingulari id quod eſt eſſe intelligit. Neq; pari ratione ſenſum energia ſeipſum ſentire dixeris: licet ipſe quoq; ſpecies ſenſilium rerum accipiat: ea de cauſa, quia ſentit quæcunq; ſentit uelut addita materiæ. Nam in ſenſilibus aliud eſt eſſe rem, aliud eſt eſſe rei. Neq; enim idem eſt æs, & eſſe æri: nam ſimul utrunq; eſt & materia & ſpecies: æri autem eſſe non per utrunq;, ſed per diffinitionem & ſpeciẽ eſt, quæ ſubiecta materiæ ingenitæ æs ipſum facit. Senſus ergo utrũq; uidet, ſpeciem uidelicet in materia. Ideo omne ſenſile hoc aliquid & ſingulare eſt. Intellectus uerò ſpeciei & diffinitionis in uniuerſali. Et hæc quidem Alexander, cuius ſententia tam de mortalitate quàm unitate à noſtris itẽ exploditur, quòd & ipſa commentatoris ſuprà enarratum ſapiat errorem.

Quomodo ſe intellectus intelligit

Plato de anima

Platonis autem de anima opinio in uniuerſum hæc eſt: Animas in primis, non ut Ariſtoteles entelechias, ſed ex ipſis elemẽtis ac rerum omnibus initijs principio à Deo creatas unà cum mundo exiſtimat, ſecutus Pythagoricum dogma, ſimilia non niſi à ſimilibus ſuis comprehendi: quod etiam Empedocles ſentiẽs, ait in ſuis carminibus, Terram terreno comprendimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

dimus, æthera flammis, Humorem liquido, noſtro ſpiritale flatu, Pacem tranquillo, litem quoq; litigioſo. Nam & his ille rerum initijs cum cætera omnia tum animæ ſubſtantiam conſtare cenſebat: proptereaq́; penes eam rerum omnium eſſe plenam ſcientiam, ſimili ſuo ſimilitudinem habentia comprehendentem. Plato igitur eas trium generum facit, mundi primam uniuerſi: nam animal intelligibile mundum eſſe dicit: deinde aſtrorum ſphærarumq́; omnium, quibus ſingulis dat animas. Poſtremo terreſtrium omnium, & hæ trium item generum. Dæmonum aeriorũ qui ſunt inter deos & homines. Secundæ hominum, qui ſunt inter dæmones & belluas. Tertiæ belluarum citra rationem. Igitur hominum animas ab initio procreatas Deus æthereis inuoluit corporibus, alias alijs aſtris accommodans. Deinde in corpora demerſit, ex quo nõ ſcire putabat, ſed ſcita reminiſci: partesq́; tris habere in corpore: rationalem in capite, iraſcibilem in corde, ut uitia ratione emẽdet: concupiſcibilem in hepate procul à ratione, quòd minus hoc uitiũ rationi obtemperet. Tribuit item cuiq; animæ mentem cuſtodiæ gratia, quæ ad uirtutem eam adhortaretur. Præterea in Philebo & in Phædone dicit animam uiri probi ad Dei factam eſſe ſimilitudinem. Quæ autem in terris ſenſuum perturbationes uincerent, ad ſtellam ſuam reuolarẽt. Quæ ferinis perturbationibus ſuperarentur: poſt mortem in alia tranſirent corpora pro criminum qualitate ſubſcepta: & ambitu quodam quaſi bruta pererrant, donec mente perturbationes exuperante purgatæ reuertentur ad ſtellam ſuam, Apud inferos etiam purgationes eſſe dicit in Styge, Phlegetonte, & Cocyto. Magna uerò ſcelera perpetrantes ac tyrannos ad tartara funditus demitti: ubi perpetuo crucientur. Locum hoc pacto medium cum noſtro dogmate uidetur probare. Immortalitatem uerò ipſius animæ ex motu potiſſimum probat. Seipſam mouere dicit contra Ariſtot. Quod autem ab ſe mouetur, ſemper mouetur. Quod ſemper mouetur, immortale eſt. Quòd item ſe moueat, eſt argumento hominis cogitatio, quando incorporea diuinaq́; appetit, quãdo uirtute proficit, facile oſtendit ſupra corpus eſſe, ſineq; eo motus agitare ſempiternos poſſe. Si quis autem obijciat animam irrationalem uideri principium motus, quatenus ipſa ex ſe uegetandi uim ac ſentiendi qualitates edit in corpus: facile reſpondebimus, eam non habere ueram principij rationem, ſed inſtrumẽti ab ipſa natura impulſi, haud aliter quã elementares qualitates in ſuis agitatæ motibus. Et hæc quidẽ ex Platone. Ariſtoteles autem de ipſius animæ immortalitate recte quidẽ ſentire uidetur. Præſertim duobus in locis. In primo huius operis libro, ubi ut perpetuũ à corruptibili intellectum diuidi dicit. Et lib. XII. Metaphyſicæ, ubi ait formas reperiri eſſentiales, quæ corrupto compoſito uiuant: exemplũ animæ intellectiuæ allegando. In lib. autem primo Ethic. aliquid nubis obijcere uidetur, quod locũ felicitati poſt mortem negauerit: ex quo loco Alexander Aphrodiſeus fatetur manifeſto eum mortalem poſuiſſe animam. At Thomas pro Ariſtotele inſtat. Platonici inſuper errare adſeuerant, quòd quum ſicut & ipſi priorem corpore animam dixerit, tamen reminiſci nõ admittat. Hæreticorum quoq; opinio qui traducem eam dicebant, hoc eſt, ſicuti corpus à corpore, ſic animam ab anima generari, ab Hieronymo confutatur. Nos igitur ſic edocti diuinitus ſumus, ut animas poſt corpus in utero factum ab omnipotenti Deo condi rectè credamus, eiusq́; perpetuitatem quanquam ex multis cœlitus prodigijs dignoſcere manifeſto poſſumus, plurimis tamen humanis rationibus conſiderare licet, præſertim quinq;. Prima Platonica, quã ſuprà diximus, de motu. Deinde cum ſenſus reliqui à ſummo ſenſibili corrũpantur, intellectus à ſummo intelligibili perficitur. Tertia, quòd ſe ipſum uideat. Et hæc quidem naturalia, quæ ſuprà item ab Ariſtotele, commentatoreq́; narrata ſunt. Reliquæ duæ ad mores & ueriſimilitudinem pertinent. Primum quòd conſentaneum ſit examen quãdoq; malorum bonorumq; futurum, ac cuiq; pro meritis tribuendum ex diuina iuſtitia, quum indiſcreta eſſe omnia in hac uita uideamus. Deinde, ut ait Cicero, philoſophi omnes, quorũ uita moresq́; probati fuere, ut Socrates, & Socratici, cuncti immortalem animã dixere. At hi qui cum uoluptate fœdiſſime uixerũt, cõtra opinati ſunt: ſicuti Ariſtippus, & Theodorus Atheos. Non igitur eſt ueriſimile, ut uerius de rebus animi iudicet ebrius aut uoluptarius, qui ſecundum mores ſuos iudicat, quàm uir ſobrius & caſtus.

De animæ immortalitate

IN GENERATIONEM ET CORRVPTIONEM.

DE RERVM naturalium permutatione nunc diſſerit, quæ ſecundũ eſſentiã generantur & corrũpuntur, aut ſecundũ qualitatẽ alterantur, ſeu etiã ſecundum quantitatẽ augentur et minuũtur. In his etiã de mixto diſputat & de tactu. Quid'ue ſit agere ac pati. Ac initio ueterum opinionẽ de principijs rerum & generationis confutat. Platonis etiã, qui corpora ex planis indiuiſibilibus, & Democriti, qui ex atomis conſtituebãt: quorũ magna pars in primo phyſicæ commemorantur. Deinde hæc firmat ſymperaſmata: quòd in corruptione ſubſtãtiali non fit reſolutio uſq; ad materiã primã, ſed forma remanet eſſentialis: probat quòd eadẽ forma accidentalis remanet corrupto, quæ fuit ante genito, ut animaduerti licet in elemẽtorũ eſſentialiũ generatione: ergo etiã aliqua alia forma eſſentialis remanet. Cõſequens manifeſtum, quia ſi detur oppoſitũ, aut accidẽs migrabit de ſubiecto in ſubiectũ, aut ſubiectum generationis & alterationis erit materia prima, & compoſitio ſecunda præcedet primã. Symperaſma ſecundum. Aliqua forma accidentalis eadem numero manet in ſubiecto genito, & corrupto. Triplices enim formæ accidentales ſunt. Quædam cõpoſiti eſſentiã conſequuntur ex materia & forma corpulentiæ, ſicuti quãtitas. Aliæ compoſitum mixtum conſequuntur, ſiue ex materia & forma mixti compoſitum, ſicut cicatrix & figura. Nonnullæ uerò cõpoſiti ſpecifici eſſentiã conſequuntur, ſicuti ſimitas & riſibilitas. Ex his catholica dicuntur tria, quod omnes formæ accidẽtales formã corpulentiæ conſequentes remanent eædem genito & corrupto. Deinde, quòd omnes formæ accidentales formam mixti conſequentes, remanẽt eædem numero in corruptione alicuius mixti. Poſtremò omnes formæ accidentales eſſentiam ſpeciei conſequentes non remanent eædem genito & corrupto, ut corpus hominis genitum eſt ſanum, uel ægrotum, ſed corpus eius corruptum, neq; eſt ſanum, neq; ægrotum. Ad generationem autem Sympathia & Antipathia cõcurrunt. Nos rerum concordiam & diſcordiam recte dicimus, interprete Plinio, ut ſit illud Ouidij: Concors diſcordia fœtibus apta eſt. In hac igitur unam eſſe ſubiacẽtem naturam, in qua facere ut pati ſit, neceſſe eſt. Neque enim calidum frigeſit, ſeu frigidum caleſit, ſed quod his ſubijcitur, uidelicet animal, lapis. In quo & facere & pati eſt medio contactu. Neque enim alius ſenſus aptior fuit, ut qui omnibus ſenſilibus ſit communis, quũ quædam cæteris deſint ſenſibus. Nam aẽr quod ſine colore ac ſapore ſit & oculis auribus minime ſentitur. Multa quoque ſine ſapore, ut aqua. Tactui uerò omnia communicãt. Quamobrẽ generationi is fuit aptiſſimus. Igitur generatio mutatione quadam ſubiecti abſoluitur: ut, ex ouo auis, ex aqua aẽr. Alteratio uerò manente ſubiecto: ut ægrotat & conualeſcit idem permanens homo.

Triplex forma ex accidente

Catholica tria

Sympathia Antipathia

Mixtionem deinde enarrat: probatq́; eam omnino eſſe, contra negantes. Eſt enim mixtio mixtibilium alteratorum unio, ubi elementa tantum poteſtate non forma remanent. Ratio, quia unumquodque mixtum eſſet re plura ſuppoſita: quod fie-

De mixtione

ri nequit. Præterea in mixto ſemper unũ prædominatur elementum. Mixta quadruplicia ſunt: alia ex quatuor:alia ex tribus,aut duobus:alia ex uno elemento & mixto : quædam ex mixto tantum citra elementa generantur. Sunt enim in mixto quatuor:materia elemẽtaris:forma eſſentialis ipſius mixti:deinde ipſum mixtum:poſtremò forma accidentalis, quæ conſequitur mixtum. Præterea mixtum neq; generationem, neque corruptionem,aut augmentum,ſiue alterationem: ſed tantum compoſitum ſignificat. Compoſitũ enim idem ac mixtum. Ex contrarijs nãq; & æquis partibus conſtat: quòd ſi alterum ſuperetur,in maioris partis naturã mutabitur. Vt aqua minore quantitate in uinum,& contrà. Si uerò æque confundantur,in quandam tertiam cõuertuntur naturam. Simile quoq; à ſimili non patitur,ſed diſsimili:ut aqua ab igne. Sunt igitur elemẽta materia mixtorũ. Mixta uerò ſubiecta,ac materia formarum accidentalium. Quidam mixtionem dicebant,immitti ſolida in uacuos poros alterius : quod ſanè abſurdum apparet in augmento. Si enim augens in poros immittitur alterius,nihilo ſecius creſcit,ſed eadem manebit quantitas. Alias item alij cauſas inducunt,quas primo phyſicæ libro percurri. Anaxagoras inter alios homœomeras corporũ eorundem , ut minima oſſa principium oſsium:quem confutat Ariſt. probans quòd multa ſimul coeunt,quæ propterea nõ fiunt,ut mel melli coniunctũ nequaquàm fit:eadem quoq; ratione diſiũcta corrumpuntur. Sunt etiam qui generationem nullam eſſe dictitabant,ſed tantum nobis uideri. Sunt item Platonici, qui omne corpus phyſicum ex planis & indiuiſibilibus faciunt,& in plana & in indiuiſibilia diſſoluunt:ut ex ſuperficiæ in lineas , deinde in notas. Ex his eſſe grauiora,quæ multis cõſtent triangulis:leuiora,quæ paucioribus. Quæ ſanè opinio Platonicorũ ab Ariſt. ut inepta redarguitur:quòd corpus phyſicũ ſit neceſſe pondus habere:inclinariq; natura ad ſuperna uel inferna tendere. Mathematica uerò nulla ſunt pondere. Præterea magnus ignis plures triangulos retineret:ex quo grauior eſſet. At contrà uidemus,quanto maior,tanto leuior.

De Elementis

Liber I I. elementa, proprietateſq; eorum omnis enarrat, quòd ex his generationes fiunt:moreq; ſuo in primis ueterum ſententias confutat:præſertim Platonis,qui materiam ponebat πανδοχεῖον,id eſt,ſuſceptiuum omnium formarum:quoniam minime diſtinguebat,quid illud ſit, an ſeparatum ab elementis. Alij elementa ſeparata æqualia & contraria, nonnulli unũ elementum eſſe alterius materiam dixere. Ariſt. autem unam eſſe corporum ſenſibiliũ materiam à proprietatibus ſeu qualitatibus minime diuiſam : ne'ue à contrarietate ex qua fiunt elementa uaria. Probatio eſt,quòd calidũ non ſit frigidum,nec contrà,neceſſe ergo materiam eſſe unam quæ ſit amborum ſubiectum. Deinde qualitates eorum contrarias ac tactiles narrat,calidum & frigidum,humidum & ſiccũ:quibus accedunt rarum & denſum,leue & graue,molle & durum,planum & aſperum,lubricum & tenax. Coniugationes in ſumma V I I. quæ omnes ad quatuor primas reducuntur,quæ differentiæ ſunt elementorum. Ex quibus calidum & frigidum agentia ſunt:ſiccum & humidum patiẽtia. Quod profectò ex effectu manifeſtum:calidum enim diſcretiuum, frigidum collectiuum:colligere & diſsipare agere quoddam eſt. Humidũ item facile terminatur:ac ſiccũ non facile. Facile enim ac difficile pati rurſus quoddã fuerit. Diſtinguitur igitur hoc modo:Calidum & ſiccum & acutum,ignis eſt: frigidum & humidum,lubricum & molle,aquæ: calidum & humidũ & leue,aëris:frigidum,ſiccum,durum,aſperum,pingue, terræ. Ex his alia magis alijs inſunt,ut ignis,magis calidus quàm ſiccus: aër,magis humidus quàm calidus:aqua , magis frigida quàm humida:terra,magis ſicca quàm frigida.

Agẽtes cauſæ ad generationem trifariam faciunt

Ad generationem igitur mixtorum agentes cauſæ trifariam faciunt. Cauſæ principales mediatæ,quæ ſunt agentia uniuerſalia. Cauſæ agentes immediatæ,quæ ſunt quatuor elementa. Et cauſæ agentes inſtrumẽtales,quæ ſunt qualitates primæ ſuprà memoratæ. Cauſam enim agẽtem uniuerſalem dicit eſſe:ſolis acceſſum & receſſum in obliquo. Deinde oſtendit , quòd licet elementum ſimplex,requiritur tamen ſæpe compoſitum:ut uidemus aërẽ aqua terrena immixtum,& ignẽ uaporibus inferioribus , & terram aqua. Præterea dicit eſſe elementa tranſmutabilia, hoc eſt,alterum in alterum commutari,ut aërem in aquam:et aquã in aërẽ reciprocè. Secũdũ rectũ enim fiũt generationes in indiuiduis,et ex diuerſitate numerali, ut in eis nõ ſit reuerſio:ut idẽ homo erit idẽ animal poſt corruptionẽ. Sed in ſpecie fiũt generationes reciprocæ, ut ſit reuerſio:uidelicet ex aqua fit aër,et ex aëre aqua:nõ eadẽ numero,ſed ſpecie. Et quo etiã ſequitur illud ex Ariſt. catholicũ,quòd generabilia reuertuntur eadem ſpecie,quorũ eſſentia deperit et corrũpitur. Quorum uerò eſſentia minime deperit,eadem numero reuerti,ut idem ſol numero ſupra noſtrũ hemiſphæriũ reuertitur. Quũ enim commutantur elementa,tunc reſolutio fit uſq; ad materiam primam,quæ eſt ſubiectũ quatuor elementorum in ſpecie:nam in quolibet corpore ſimplici , eſt una tantum forma eſſentialis. In mixtis uerò non fit reſolutio uſque ad materiam primam,uti ſuprà narrauimus. Deinde ſuperiora,inquit,per orbium cœleſtium motũ in inferiora influere ac res procreare.

Generationes ex recto in indiuiduis,in ſpecie uerò reciprocæ

De ſitu et quãtitate elementorum

De ſitu autem & quantitate elementorum,ſic ait: Concauum cuiuſq; eſſe alterius locum. Magnitudine uerò,alterum ab altero decuplo ſuperari. Raritate quoq; inter ſe eodem numero diſtare. Præterea ſi ſimul omnia cõfunderentur, quodq; in locum ſuũ reuerteretur, Si uerò pariter cõdenſentur,æqualem omnibus fore materiã. Idem quoq; in Probl. ait, terrã & aquam putreſcere,ignem & aërem minimè, quod calida non putrent,dum calida perſeuerant,ſed refrigerata. illa uerò duo calida ſemper,alterum per ſe,alterũ ob ignem exiſtunt. Præterea ignis naturam,oleum & cæteram calidam,cutem uerò nigram reddere,quod hæc uritur , ab illis uerò terrena pars quæ nigrior eſt eximitur. De coloribus uerò alibi dicit aëris eſſe nullum,aquæ album,ignis rubrum,terræ item album: nigreſcere autem ex humore,eſſeq; indicio cinerem.

DE COELO.

COELVM Ariſtoteles deſcripturus has breuiter theſes probat. In primis quintũ eſſe corpus ſimplex, finitum ac diuerſum ab elementis,nec plures eſſe cœlos,præterea æternum,nec genitum,neq; deſiturum.

Quòd cœlum diuerſum ab elementis

Quòd diuerſum ab elementis hoc modo: Elemẽtorum motus rectus eſt. Mixta quoq; ſecundum elementum prædominans mouentur ſurſum aut deorſum. Motus autẽ cœli eſt cyclicus , qui eſt prior recto & diuerſo,ergo corpus & eſſentia eius diuerſa prior.

Quòd corpus ſimplex

Quòd corpus ſimplex,probat motu item cyclico,qui ſimplex & unus eſt,ſimplicis uerò corporis ſimplex eſt motus:nam nec ipſe,nec Commentator,cœlũ ex materia & forma compoſitum ullo modo admittunt,ſed formam eſſe ſimplicem quantitati ſubiectam,ac trinæ dimenſioni. Entium nanq; naturalium quædam ſunt corpora & magnitudines, alia quæ habent corpus & magnitudinem,nonnulla uerò ſunt principia habentium corpus & magnitudinem.

Quòd finitũ

Quòd finitum eſt probat,quia infinitum circumagi,aut moueri nõ poteſt:inde ſi corpus cyclice motũ eſt infinitũ, lineæ protractæ à centro ad circũferentiã erũt infinitæ. Si igitur cœli corpus moueretur, quando moueri neceſſe eſt,intercideret linearũ à centro protractarũ diſtantia,quod fieri nequaquam poteſt. Nullum igitur corpus infinitum eſſe dicit, ſed neque locum, neque uacuum, neque tempus extra cœlum. Dicitur tamen infinitum cœlum quadantenus,ob eius magnitudinẽ,eo ferè modo , quo numerum etiam magnum infinitum uocamus:motum item cœli infinitum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4



finitum,quo motum in circulo dicimus quoque infinitum,cum principium habere non uideatur.Eſt tamen finitus eius motus cum ab oriente incipiat. Quòd autem plures cœli eſſe uideantur probat : cœlum uniuerſale ac ſpecies eſt,ergo plures numero habet.Item,quoties aliqua duo ſic ſe habent, ut unum ſit prius altero ſecundum modum prioris,ſtat prius eſſe ſine poſteriore:ſed mundus & hic mundus ſic ſe habent , quòd mundus præcedit hunc mundum ſecũdum modũ prioris: ſtat itaq; mundum eſſe ſine hoc mundo,ergo plures eſſe poſſunt.

Quòd nõ plures cœli

Soluit,primò quòd aliud eſt hoc cœlũ, & cœlum ſimpliciter.Nã cœlũ ſimpliciter eſt uti forma, ſed hoc cœlũ eſt forma cũ materia: quã cũ cœlũ totã cõprehendat , nõ alterũ poterat eſſe cœlũ: haud aliter quã ſi homo ex omnibus oſsibus et carnibus conſtaret,non alter homo poſſet inueniri. In alterũ arguitur.In omnibus in quibus eſt forma per medium cuiuſdam ſpeciei,ſub ea non contingit eſſe plura ſingularia : ſed cœlum eſt huiuſcemodi:igitur unũ eſt cœlum,extra quod corpus non eſt,neq; locus,neque uacuum,neq; tempus. Locus & uacuum non eſt,quod neq; corpus:nam ubi corpus,& locus,& uacuũ reperiretur,ſi eſſet.tempus item non eſt quod cœlum non ſit, cuius motum cœlum metitur.

De cœli æternitate

De æternitate autem mũdi ſiue cœli , triplex opinio ab eo refertur.Omnes penè philoſophi ante eum , genitũ dixerunt: quidam genitum & non corruptibile,ut Plato.Ipſe uerò primus in hac opinione,neq; genitum,neq; corruptibile. At primum confutat Platonem , cũ genitũ eſſe oporteat omne quod futurum corruptibile ſit,& quod habuit initium,finem etiam habiturum.Nam generabile & corruptibile , conuerti dicit, quoniam eorum contraria in ingenerabile & incorruptibile conuertuntur.Etenim eſſe quum ex alijs,tum ex tempore declaratur.quod autem perpetuum eſt, & infinitum. Suppoſita enim temporis æternitate, implicat contradictionem , aliquid idem habere poteſtatem ad eſſe per tempus infinitum,& poteſtatem ad non eſſe per tempus infinitum,quoniam ſequeretur quòd eſſet tunc aliquid generabilium aut corruptibilium, ſed nullum tale eſt huiuſmodi : patet quòd ſecundum Ariſtot. quodlibet generabile & corruptibile quandoque non erit,& tunc implicabit ipſum eſſe. Nam aliter idem numero poſſet produci.Ideo contradictionem implicabit ipſum habere poteſtatem ad eſſe per tempus infinitũ ex parte poſteriore.

Ingenitum quot modis dicitur

Præterea narrat quot modis dicitur Ingenitum: Vno modo quod prius fuit non ens,& nunc eſt ens ſine generatione & tranſmutatione,ſicuti quidã dicunt de motu & tactu.Deinde quod omnino fieri non poteſt & corrumpi , tamen ipſum nondum factũ eſt.Tertiò quod omnino fieri non poteſt.His addit quòd aliquid fieri non poteſt dupliciter:uno modo,ſimpliciter:altero modo,quia non facile fit.

Genitum

Genitum totidem dicitur modis:primò,quod habet eſſe,deinde non eſſe:ſecũdò modo,quod generari poteſt,ſiue ſimpliciter,ſiue facile:tertiò,quod per naturalẽ tranſmutationẽ poſſet accipere eſſe poſt non eſſe,ſiue iam ſit,ſiue non.

Corruptibile

Deinde Corruptibile diſtinguit;uno modo quod poteſt habere nõ eſſe,poſtea eſſe,ſiue ſit per tranſmutationẽ,ſiue non:ſecundo modo, quod per tranſmutationem rei poteſt habere nõ eſſe,poſtea eſſe:tertio modo, quod facile corrumpitur , ὀυταχὲς Græci dicunt.

Incorruptibile

Deinde incorruptibilis modus:primum dicitur,quod prius eſt ens,& poſtea non ens ſine tranſmutatione , ſicuti motus & tactus : ſecundo modo, quod eſt fieri non poteſt,cum non fiat,aut non futurum ſit:& hoc propriè incorruptibile dicitur:tertiò,quod nõ facile corrumpitur.

Quòd mũdus æternus

Libro 11.proſequitur æternitatem mundi probare topicis quidem argumẽtationibus.Ex tempore, quod eſt perpetuum, ex opinione antiquorum,qui cœlum uel ſempiternum tribuũt dijs pro ſede:ex facilitate motus , qui nullam habet terminorum repugnantiam.Adducunt præterea tale argumentum: ſi factum eſt cœlum,erat quando non erat:ſed achronon, neque ſenſu capax ſine cœlo : ſed tempus, numerus eſt cœleſtis motus:itaque dicere,erat quando non erat cœlum:idem eſt , erat tempus,quando tempus non erat.Erat autem,pars eſt temporis præteriti.Si igitur nunquam erat tempus, quãdo non erat cœlum:tempus autem ſempiternũ erat : ergo præcedit omne acceptum.Manifeſtum igitur quòd cœlum ingenitum , quòd ſicuti erat præcedit omne tempus:ſic conſequitur erit. Tempore enim ſemper exiſtente, ſemper erit ſimul exiſtens cum eo cœlum. Hæc quidem Peripatetici. At Platonici nobiſcum ſentientes contendunt ſimul cum cœlo factum eſſe tempus.Et ſicut erat quando non erat cœlum,ſic & non erat quando tẽpus non erat.Nam erat,& eſt,& erit,partes quidem temporis exiſtunt,attamen πρωτοτύπως hæc ſunt, id eſt præfiguraliter,quòd æuum aliter demonſtrari non poſsit. Eſt enim æuum,collecta ex Deo procreatio ſemper habens ante tempus,& poſt factum.Igitur tempus ſimulacrũ æui habuit , hoc quod dicitur;& eſt,& erit:donec fuerit , ſecundum uidelicet anaphoram ad æuum.Dicentes igitur , erat quando non erat cœlum:non dicunt,erat tempus,quando tempus non erat : ſed productio quædam æualis ut ita dicam,ſecundum quam, neq; cœlum, neq; tempus habuit hypoſtaſim:quando autem cœlum cœpit eſſe,tunc & tempus.

Quod cœlũ animatum

Præter hæc animatum eſſe cœlum ac perpetuo & æquali motu agitari : non ab anima quidem,ut Plato ſentit, Ariſtot. putat,cum animæ motus ſicuti cæterorũ animalium requiem quandoq; & interpolationem expetat:ſed magis diuino quodam actu atque impulſu,quoniam non abſiſtit à proprio loco, ſed ſemper eundem retinet & circumuertitur , ac quanquam partes mutat,locum non deſerit uniuerſi. Quapropter animam ſphæris non inſitam, ſed extrinſecus adhærentem atque impellentem attribuit,quod & noſtro quoque Aquinati probatur.Cyclicus præterea motus æternus nullo altero termino corrumpente apparet.

De motu ſphærarum atq; ordine

Poſt hæc de ordine ac nume. o ſphærarnm,deq́; motus earum uarietate tractat.Triplici nanq; dimenſione ſenis modis moueri dicit:longitudine,latitudine , altitudine. Longitudine, ſurſum,ac deorſum,hoc eſt,à polo antarctico in ſeptentrionẽ. Polum enim nobis antarcticum qui nobis latet , ſurſum cœli appellat,quoniam dextram habeat orientem. Nam orientem dextram uocat,unde motus oritur,& ſtniſtram occidentem. Contrà Pythagorei ſurſum uocabant noſtrum polum.At Ptolemæus & aſtrologi longitudinem uocant oriẽtis in occidentem,latitudinem uerò à ſeptentrione in meridiem. Tertia uerò dimenſio ſecundum omnes ex altitudine ante reſpicit noſtrum hemiſphærium ac medium cœlum. Retro uerò contra ſub terra.Patet igitur ſecundum Ariſt.nos qui arcticum habitamus aduerſo mundo conſtitutos.Nam quod mundo & artarcticum habitantibus dextrum ac ſurſum eſt,nobis ſiniſtrum & deorſum.

Dicit quoque inter hos ſitus eſſe ordinem, ut longitudo latitudine prior ſit,poſtremò uerò altitudo,ut ſit ſurſum , unde motus,dextrum à quo, & anterius ad quod , & hæc quidem ſuis terminis contrarijs priora. Ariſtot. octauam ſphæram à Deo motam,tantum primum mobile poſuit. At poſt ea Ptolemæus diligentius ueſtigans nonam primum mobile dixit. Neoterici etiam decimam addiderunt. Quapropter nonam non primum,ſed ſecundum mobile faciunt.

Dicit item,quòd cœlum agit in hæc inferiora triplici inſtrumento,motu,lumine,& influentia:per has ultimas duas etiam ſi motus tolleretur,multas & generationes & corruptiones fieri poſſe. Cæterum figura ſphærica cœlum eſſe,quæ inter ſolida perfectior,ſicuti circulus inter plana, quoniam ſimplicior:nam una tantum linea,reliquæ figuræ pluribus conſiſtũt.

Inſuper æquali & normali motu moueri,quoniã inæqua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Tres motus termini

litas remiſſionem, tum contentionem creare uidetur. Tribus enim terminis motus contentio cernitur, à medio, ad mediũ, & circa medium. In his enim quæ ſecundum locum mouentur, in fine magis contendunt: ueluti parte ad totum, & ad naturam ſuam properãte. Sicuti terrea & grauia, ad inferiora, id eſt ad medium. At ignea & leuia, ad ſuperiora, id eſt, à medio ferri. In his uerò quæ præter naturam impelluntur, uis maior ab initio motus cõſpicitur, uireſq́; deinde paulatim aduerſante natura remitti. Quæ autem ex obliquo & aduerſo feruntur, hæc niſi uires accipiant aẽra ſecandi, debilia ſunt: ut patet in telis aut lapidibus excuſſis, quæ propius emiſſa non adeo nocent. Itaque huiuſmodi genus dicitur circa mediũ curſum uim habere. In circulari igitur motu nullus horum contingit, cum principio, ac fine careat: neq; etiam per ſe motum uariat, neq; à mouẽte inæqualitatem accipit. Sed quòd contingit planetam minore ſpatio ſignum aliquod peragere, non ex inæqualitate, ſed circuli eccentrici, ſiue deferentis ratione prouenit. Similiter uerò in ſigno aliquo diutius permanendi cauſa Epicyclus, in quo planeta reuoluitur & ubi retrogradationes fiunt: quos quanquam non ponit Ariſt. quòd ſuo tempore non fuerint reperti, uidetur tamen ponere ac tacite concedere, cum dicat multitudinem motuum ſphærarum cauſam eſſe inæqualitatis. nam & eccentrici & epicycli numerum ac diuerſitatem motuum augent.

Epicyclus

Monſtrat inſuper, quòd orbes aſtraq́; omnia & ipſæ intelligentiæ ea mouẽtes inter ſe ſpecie ſpecialiſſima differunt. Ratio, quoniam habeant proprietates ſpecie differentes. alia enim alijs magis lucent, aut magis frigorifica, aut calorifica. præterea ut ipſe in VIII. mataphyſicæ teſtatur, abſtractis à materia ſit tantum unũ indiuiduũ & una ſpecies. Aſtra enim & cœlũ, ut idem opinatur, corpora ſunt, à materia abſtracta.

Aſtra ex eadẽ eſſentia qua et cœlum

Deinceps de aſtris, ex quibus cõſtent, quibus'ue figuris, qui motus eorum. Placet igitur Ariſtoteli ea ex eadẽ eſſentia poni, qua & cœlum, in quo curſum habẽt. Solem quoq; ipſum non calidum natura, ſed motu ſuo hypeccaumatis caliditatem excitare, & aẽrem flammantem ad inferiora demittere: nec mirum cum motus ſit aptus, & lignum, & lapides, et ferrum denique ipſum incẽdere. Quod Platonici, ut ineptiſſimum reprehendunt, qui ſolem proprium habere calorem uolunt, ut alibi dicemus.

Quòd ſol nõ calidus

Aſtra animalia eſſe

Præterea animalia eſſe aſtra exiſtimant, ſenſum habentia: quæ quanquam moueri uidentur, immobilia tamen per ſe eſſe, moueri autem à ſuis delata ſphæris: proprio & contrario curſu firmamenti tardiore, ueloциore'ue, ſecundum eorum à prima ſphæra diſtantiam, probatq́; tribus potiſſimum de cauſis: nam ſi cœlo inhærerent mouerẽturq́;, cœli cõtinẽtia diſcinderetur. Omne enim ſciſſile, corruptibile. Deinde, quomodo ſine inſtrumento, aut pedibus mouentur.

Sphæricus duplex eſt motus

Poſtremò, duplex eſt Sphæricus motus, uolutatio, & circumactio id eſt κύκλησις καὶ δίνησις: circumaguntur planetæ, uolutantur epicycli ſecundum Ptolemæũ. Ariſtoteles neutro horum modorum aſtrum per ſe moueri dicit: nam circumactio locum continet eundem, aſtra uerò errant, ac modo in ſeptentrionem modo in meridiem transferuntur. Si uerò uolutarentur, faciem mutarẽt, ſed minime mutant. Indicio eſt lunæ facies, & maculæ ſemper eædem apparentes. Si igitur in uno aſtro, & in reliquis eſt. Volutatio enim quamuis in ſole oriente & occidente uideatur, ob eius formæ mutationem ac uibrationem, non tamen per ſe, ſed propter uiſus diſtantiã fit, cum longior ab latere uideatur quàm ſupra caput, quum idem ſit. Viſus nanque longe protractus uoluitur ob infirmitatem. Quæ cauſa eſt etiam ut aſtra fixa uibrare uideantur. Ad planetas uerò, quòd propinquiores ſunt minime caligat: ex quo illi non tremere uidentur, aſtra uerò cætera uidentur. Quod etiã Platonici refellunt, aſtraq́; ipſa moueri dicũt.

Sphærica item aſtra eſſe docet ex argumẽto lunæ plenæ, ex motu quoque perenni ac cyclico, cui non alia forma ſuppetebat, cum reliqui motus in termino requiem quandoque conſequantur.

Influere inſuper inferiori mundo apoteleſmata, id eſt effecta, dicit. Orbes item erraticos ordine inter ſe ac curſus celeritate diſtare. Nam in curſu diurno quanto ſphæra remotior à centro, tanto uelocior, ut Saturno contingit: quanto uerò propinquior tanto tardior, ut lunæ. ratio, quòd hæc minus ſpatij ac temporis conſumat. Curſu uerò proprio contra euenit, quanto centro propinquior, tanto uelocior. Nec quoniam primo mobili contingit unus tantum motus, & ſequẽti duo, alijs propterea numerus motuum creſcit. Sed ſolis & lunæ pauciores, Mercurij eſſe plures pro officijs eorum & perfectione. Aſtra inſuper plura octauæ ſphæræ concurrunt ob perfectionem, quod reliquos inferiores orbes ducat ac antecellat. Sonũ quoque qui Platonicis placet, negat omnino in motibus fieri aſtrorum, aut ullam melodiam. Ratio, quòd ab ſe non moueantur. Nam & partes nauis motæ non excitant ſonum. Deinde à nobis proculdubio audiretur: nec ſolum audiretur, ſed ex eo auditus uehementiore corrumperetur.

Cõſentus muſicæ in aſtris non eſſe

Poſtremò de Terra pluribus diſſerit: ſtabilemq́; ac rotundam ob naturalem grauitatem in medio quieſcere dicit: nonnullorum opiniones confutando, qui motum cœli continuum, cauſam eſſe ne deſcenderet dixerunt, ex aquæ in uaſe ſimilitudine: quod ſi ſic eſſet, & ignis quoque uiolenter tractus aſcenderet. Præterea quamuis parteis habeat ob montes inæquales, tota tamen in ſe ſphærica eſt, quòd neceſſe ſit eam æque undique ab extremis abeſſe. Nam maior pars ſemper minorem uſque ad medium compellit. Qui conica figura ſunt arbitrati, ſolem reſpexerunt recta tendere uiſum, non animaduertentes quòd ingens cœli ſpatio gyrus ſit in cauſa, tantundemq́; propterea latitudinis habeat. Huc accedit maximum id ſignum, quòd aliquibus procedentibus à ſeptentrione ad auſtrum aliquæ apparent ſtellæ uerſus polum, quæ non antea apparebant: & contrà, quòd in cauſa terræ curuitas eſt.

De Terra

Præterea dicit XL. myriadas ſtad. eſſe circuitu, hoc eſt, CCCC. mil. ſtad. Hanc alij ut inſulam magno mari circundatam dixere, aquam in medio ponentes, haud conſiderantes quòd ipſi aquæ ſubiectum aliquod habere ſit neceſſe: nonnullæ terræ uiſceribus magnis ueluti cauernis aquam immixtam. Omnino inter pleroſque conuenit, terram uno globo cum aqua eſſe complexã tanquã diſpartitis inſulis, licet quantitate ſuperetur. Quæ uerò partes emineant, ſi paruæ ſint, inſulas uocari: ſi magnæ, continentem.

Terra XL. myriadas ſtad.

Liber III. à pleriſque commentatoribus uti ſuperuacaneus præteritur.

Quartò de elementis, deq́; proprietatibus eorum diſſerit, id eſt, de leui & graui tantum. Nam reliquas proprietates ſimul cum ipſis elementis in II. lib. de generatione plenius exequitur. Nunc leue & graue ad cœli materiam pertinere uidentur: quòd ſurſum, deorſumq́; tendunt. Ignis enim & terra extrema elementorum contrarijs inter ſe proprietatibus, natura rectis angulis mouentur. Alter quidem leuitate à medio, altera grauitate ad medium, & alter perpetuo mobilis, altera perpetuo ſtabilis. Horum ignis ſua in ſphæra hypeccauma uocatur. Intermedia uerò coelementa ſunt, aẽr, & aqua, non leuia quidem, aut grauia per ſe, ſed comparatione. Aẽr enim aqua leuior, igne grauior, aqua uerò terra leuior, aẽre grauior: ignis, aẽrq́; quanto maiores, tanto leuiores, facilioreſq́; aſcenſu. At contrà, terra & aqua pro magnitudine magis deſcendunt. Ex his alterum alteri locum præſtat: terra aquæ, aqua aẽri. Quapropter omnia grauitatem aliquam habent, præter ignem: ac rurſus leuitatem, præter terram: quòd ille ubique leuis, hæc ubiq; grauis.

De elementorum grauitate & leuitate

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Quæ cauſa eſt, ut uter uento plenus citius deſcendat, quàm uacuus. Et lignum in aqua quamuis magnum paruo plumbo leuius, in aëre autem grauius. Aqua item tellure, & aër aqua fißibilior. Ea demum eſt cauſa, quòd lata quamuis grauia, aquæ potius quàm aëri ſubſidunt: ut ſpatij plus occupantia, quàm rotunda, in loco minus apto repente diduci.

Plato elementa ſolidis ac mathematicis conſtituebat

Et hæc quidem Ariſt. At Plato hæc corpora mathematicis ac ſolidis conſtituebat: & ex his conſtare phyſica: & in plana uſq; ad triangulos reſoluebat. Primum terram cubo, quòd hæc figura ſtabilitati ſit apta: ignem pyramidi, ſeu ſphæræ, quòd hæc mobilis inter ſolida, uelut ignis: præterea quòd ſphæra quidem tota, eſt angulus: natura uerò angulus calefacit: pyramis uerò acutißimi eſt anguli. Aquam, quòd plus haberet materiæ, icoſedro conſtituit, id eſt, ſolido XX. baſium, quòd magnarum partium ac plurium ſit, ea propter frigus conſtringat, nec poros pertranſeat. Aëra uerò octedro, id eſt, octo baſium figuræ, quòd minorum partium eſt: ex hoc aër rarior & penetrabilior. Cœlum autem ipſum dyodecedro, id eſt, XII. baſium corpori medio inter utrunq; numero, quòd hoc è communi eſſet elementorum materia. Hæc itaq; omnia Ariſt. in fine III. libri de cœlo, qui ante hunc eſt, confutat: in primisq́; ex motu ipſo. Si enim cubus terra eſt, ob ſtabilitatem, hoc tantum in loco ſuo fuerit: ſed extra inſtabilis pyramis, aut ſphæra eſſet. Sicuti & ignis in proprio loco cubus erit: in alieno item pyramis, aut ſphæra. Præterea ſi calefacit & ardet ignis propter angulos, omnia fierent elementa calorifica, quòd omnia baſibus & angulis finxit, tantum magis ac minus differrent. Si igitur omnes anguli & ſphæra ardent, corpora omnia mathematica quæ ex his conſtant, arderent. Non ergo reliqua erit figura aëri & aquæ. Poſtremò exiſtentibus angulis, & non ſphærica in his forma, uacuum in rerum natura dicetur.

Sed quando ad hæc uenimus, ponam breuiter quæ hoc tractatu de cœlo, item Platonici ab Ariſtotele diſſentiunt. Solem in primis, non propter motum, more Ariſtotelis, ſed per ſe calidum dicunt. Nam ſi ratione motus caleſceret ſol, luna quoque debuiſſet. Et quanquam, ut Peripatetici dicunt, hoc ei ob curſus ac motus tarditatem non contingat, attamen quòd terræ propior eſt, caloris aliquantulum reflectere par erat. Ignis præterea proprium ac principale Platonici non æſtum, ut illi, ſed lumen eſſe dictitant. Siquidem quo minus alienæ immiſcetur materiæ, minus urit. Quo autem purior, eo lucidior ac longius lucet quàm calefaciat: tum igne abſente, abit & lumen. Calor autem calefacto remanet. Aſtra quoq; ipſa animalia eſſe ſicuti Ariſtotelici putant. Qua de cauſa, non ut illi raptu ſphærarum, ſed per ſe moueri dicunt. Mentem ſiue animam cuilibet præeſſe orbi, uerùm extremo non Deum, ut ille: non parum ex proportione rem huiuſcemodi Ariſtoteles diſtribuiſſe ab eis reprehenditur: præſertim cum in tractatu de iuſtitia proportionem tantopere laudet. Etenim mentes ipſæ ſecundum analogiam, alteram altera ex dignitate excedere debuerat. Dei autem cum reliquis ſubſtantijs, quòd nulla ſit proportio, omnes facile norunt. Quod Auicenna Ariſtotelis aliâs adſertor, hunc tamen errorem in ſua Metaphyſica cauit, ac ſphæris quidem eodem modo mentes tribuit, Deum tamen omnium conditorem motorem primi mobilis, ut ille, non fecit, neque huic tam uili officio ullo modo delegauit.

Platonis opinio de cœlo & aſtris

De cœlo

Cœlum inſuper ipſum & incorruptibile & perpetuo ferri motu adſentitur Plato: uerum hoc ab anima ipſius, non corpore, ut ait Ariſtoteles, habere. Præterea genitum eſſe, nec alia quàm elementari materia conſtare, ex igne primum, & terra, duobus elementorum extremis: ex argumento ſenſus, quòd lucent corpora cœleſtia, quodq́; ſe contingunt. Ignis enim diaphani luciſq; cauſa, Contactus uerò terra. Hæc reliqua elementa neceſſariò trahunt, aërem, & aquam. Aër enim purus igni propinquior cum eo circumagitur perpetuo motu. Aqua uerò, & aër craſſus, & unà cum terra ſtant, & communicant. Craßiora enim corpora terra quadam puriore admixta ſunt, ut aſtra: & ex his erratica diaphana quidem, ſed rariore materia, fixa denſiore, & magis ſplendentia. Intermediæ cœli partes, aqua ſimul & aërea liquiditate diſtentæ. Quòd autem ex igne cœlum, ex magna parte conſtet, indicio ſunt ſplendor & perpetua mobilitas & motus ſimplicitas ac peripheria igni conuenientia. Simplex enim cœleſte corpus, quemadmodum & ignis eſt, comparatione corporis compoſitioris, hac tamen differentia, quòd extra locum ſuum ignis, ſicuti cætera elementa, recte mouetur. Ariſtoteles autem contrà recto eum motu tantum natura agi: in ſphæra uerò, non natura, ſed ui à firmamento circumagi adfirmat, ob quam cauſam igneum cœlum non ponit.

IN METEORA.

METEORA Græci omnia quæ in aëre pendent appellant. μετεωρεῖν ſuſpendere dicunt. Quæ uti clarius innoteſcant, diductio huiuſcemodi facienda eſt. Viſa omnia in cœlo aut perpetua ſunt, ut phænomena & ſigna cœleſtia, aut contingentia, & hæc aut per ſyſtaſim, id eſt, rei conſiſtentiam, ut flammæ, cometæ, circulus lacteus: aut per emphaſim, id eſt, apparentiam & phantaſiam, quæ phaſmata dicuntur, ut Iris, halo, uirgæ. Phænomena quidem ab aſtrologis conſiderantur. Nunc tantum quæ per ſyſtaſim, & emphaſim apparent, proſequitur. Primum igitur flammarum cœlo diuerſarum apparentium agentem, deinde materialem cauſam altius repetit. Supra enim ab initio ſphæræ ſupremæ uſq; ad lunam æthereum corpus eſt, inferius uerò ad medium, & circa medium, frigidißima corpora aqua & terra. In hoc medio aër & ignis elementaris, qui hypeccauma dicitur, quiq́; quanto magis ipſi ætheri & orbi lunari propius accedit, tanto uehementior eſt: quanto uerò ab ipſo recedit, tanto remißior. Hic quidem ſcintillat, ac flammas quas diximus excitat, non quidem per ſe, ſed ex motu aſtrorum, quum ſolis, tum reliquorum excitatus, atq; incenſus. Hinc quoque accenditur uicinus aër elementaris, qui & ipſe unà in orbem agitur: reliquus uerò craſſus, qui in medio eſt, paulo ſupra nos conſiſtit, quod impeditus ſit montium anfractibus & terræ ſublimitatibus, ſtans quodam modo eſt, nec in orbem unà cum reliqua aëris ſphæra circumagitur. Frigidus eſt, ut minime calefactus, neq; à motu hypeccaumatis, quod ab eo remotus ſit, neque à radijs ſolaribus reflexis, quod à terra ſit procul. Reflexi enim radij dicuntur cum ex calefacta tellure in aëris uicini calorem retorquentur. His itaq; cognitis agentem ſiue efficientem cauſam harum flammarum motum aſtrorum prædictum iure dicimus. Nunc materialis cognoſcenda, quæ eſt exhalatio: ex terra enim & aqua à ſole calefactis quædam calida & humida prouenit ad ſuperna euaporatio, quæ in altum ſublata bifariam diſpertitur. Calor enim ad ſuperna tendens ad hypeccauma exhalatio ſicca & calida eſt. Humor uerò qui in media regione relinquitur, uapor appellatur. Exhalatio enim, quam Græci ἐπιθυμίασιν, & uapor ἀτμίσιν uocant, hac inter ſe differentia ſunt. quòd exhalatio poteſtate eſt ignis, calida uidelicet & ſicca, Vapor uerò poteſtate eſt aqua, humidus & calidus: & altera leuitate tendit ad cœlum & hypeccauma: altera in media regione ſubſidet, & pluuias grandinemq́; ac cætera, quæ paulò pòſt dicemus, excitat. Exhalatio uerò ſiue hypeccauma ſuperiorum ſphærarum motu excitata, uel flammas ardentes per ſe monſtrat, uel aſtra inflammat, diuerſa quidem ſpecie: nam aut longa, & lata flamma

Cauſa flammarum cœleſtiū Agens

Reflexi radii

Cauſa materialis flammarum

Vapor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

apparet more calamorum ardentium in campis: aut longa tantum, & Hœdus, uel Dalus, ſeu diſcurrens & ardens aſtrum uidebitur: aut uehemens & condenſa fuerit flãmatio & quaſi ſphærica, & tunc cometes erit ex coma dictus. Si longa, pogonias ex barbæ ſimilitudine. Ambo tamen cometæ uocabulo. Cauda enim ipſius non prope aſtrum, ut uidetur, ſed longa ſub aſtro ei tamen continua, conſiſtit ex materia & regione elementari, cauſamq́; talis Syſtematis & ignis, ex craßiore exhalatione, ob motum ipſius aſtri incenſa recipit. Quoniam non ſolum ſol, ſed reliqua quoq; aſtra ſunt apta ex motu ignes excitare.

De cometis
Pogonias

Commemorantur & alij à Plinio præter Ariſtotelem cometæ. ξιφίας Xiphias, in mucronem faſtigiatus, omnium placidißimus. ἀκοντίας Acontias iaculi modo uibrans. πιθήτης, id eſt, Pithetes, doliorum figura. κερατίας, Ceratias, cornu ſpecie. ἱππίας, Hippias, equina iuba. Omnes fermè ſub ſeptentrione, maxime in parte lactei circuli. Venti ab his, & æſtus, & ſiccitas, tum etiam principum mortes portendi dicuntur. Fiunt & in auſtrali polo. Sed ibi citra ullum iubar. Deniq; cometes nunquam in occaſura cœli parte reperitur. Cur autẽ raro fiant, & plerunq; extra tropicos, cauſam adſignat Ariſt. motum ſolis, cæterorumq́; planetarum, qui in medio tropico moti tenuant craßiores exhalationes, quæ ſunt materia cometarum. Ex quo frequentius ſtellæ potius ardentes ac diſcurrentes in ea parte apparent. Eſt quoq; & illa cauſa raritatis cometarum, circulus lacteus, qui plerunq; tales exhalationes ad ſe trahit. Sicut enim ſub uno aſtro denſior exhalatio incenſa cometem facit, ſic ſub multis aſtris lacteum circulum, ex eo dictum, quod non igneus color, ſicuti in comete, ſed albus & lacteus, loco cometæ apparet. Igitur quod unum aſtrũ facere poteſt, non abſurdum, & multa ſimul idem putare, uidelicet attrahere & excitare, atq; inflammare exhalationem. Hoc enim fieri par eſt in ea parte cœli, ubi plurima ſunt aſtra. plurima enim & maxima in circulo lacteo conſiſtere, ueriſimile eſt, quod eorum motus cauſa ſit lactis toti circulo circumfuſi. Extra etiam Zodiacum apparet, quoniam & reliqui planetæ, ut ſuperius de comete diximus, huiuſcemodi Syſtaſim tenuant ac diſſoluunt. Maximus tamen & obliquus, ueluti Zodiacus eſt, ac ſupra tropicos extenſus à fine Geminorum ad principium Sagittarij protenſus, quoſdam alios contingit circulos, exiſtens haud procul à polo, iacens ab latere Zodiaci. Inſuper & duplicem eum ponit, alterum altero maiorem, ubi & maiores & plures ſunt ſtellæ. Præterea confutat eos qui hunc circulum uiam planetarum eſſe uoluerunt, ut Pythagorici, aut uiam Phaëtontis combuſtam, aut qui aſtrorum lumen à ſole non aſpectorum, aut qui ſolis refractionem ad noſtrum uiſum ut emphaſim quandam dixere.

Xiphias
Acontias
Pithetes
Ceratias
Hippias

De lacteo circulo

De phaſinatis

Phaſinata quoque alterum genus uiſorum ſuprà poſuimus, quæ per emphaſim, id eſt, idolum quoddam appareant, ac ſyſtaſi careant, ut ſunt foueæ, hiatus, iris, coronæ, uirgæ. cauſa enim fouearum & hiatus, quem Græci χάσμα uocant, ignis eſt, quem hypeccauma diximus appellari. Hæc quandoque inflammatior noctibus ſerenis uarios oſtendit uiſus. Igneum enim & album per tenebras conſpectum, croceum fuluumq́; oſtendit colorem, plus minus ſecundum denſitatem tenebrarum. Indicio eſt flamma ex igne ardente, quæ per ſe alba eſt, per fumum crocea uidetur. Denſiore autem fumo punicea ac ferè ſanguinea. Quando igitur lucis ſplendor & continuatio per noctis tenebras eo modo præcedit ac offuſcatur, tunc profundum aliquid uidetur apparere, quod aut hiatum, aut foueam monſtret. At contrà, interdum fiunt Iris, Halo, id eſt, area, quam Plinius coronam uertit, Parelij, Rabdi, id eſt, uirgæ, quos idem columnas uocat. Eſt enim nubes in modum fiſtulæ condenſata. Omnia per refractionem ſolis, ad noſtrum uiſum. Aër enim recipiens refractiones lucis & uiſus, quando per lucem uiſus exercetur, phantaſiam diuerſorum præbet colorum, ſimul & cauſa horũ omnium eſt. Refrangitur enim uiſus cum luce, ab aqua, ab aêre denſo, ab omnibus leuorem in ſuperficie habentibus. Emphaſis non in figura fit, ſed in colore. Figura nanq; diuiſibilis. Talia uerò per emphaſim apparentia, indiuiſibilia ſunt. Eſt enim Area ſiue Corona albedo quædam apparens, qua luna, aut aliquod aliud aſtrum, ſed frequentius ſol circundatur: quod ſignum tempeſtatis, ſoluitur calore. Iris autem ex eadem cauſa refractionis fit. Cum ſol per cathetum ſuperſtat nubi ad pluuiam plerunq; paratæ, nondum tamen pluere incipienti. Eſt igitur emphaſis coloris & non figuræ, quod ex minutis & conciſis nubibus huiuſcemodi adſpectus phantaſiã parit. Colores Iridis in primis puniceus, quòd lux & albedo per nigrum & interuallum conſpecta punicei coloris uiſui apparet, uti ſuprà dixi. Licet enim ſit lux, fuſcus nihilominus redditur aër medius ob nubilum. Reliquus color praſinus & ſemicæruleus, non quidem ob nubium ſpeculam, ſed ob uiſus debilitatem redditur nobis. In obſcuro nanq; caligantes oculi ſubuiride qui uidere uidentur. Serenitatem Iris, ſicuti corona tempeſtatem portendit: apparet tamen corona non uario colore, ſicuti Iris, quod non per nubila, ſed in aëre perſpicuo fit, qui clarior eſt aqua. Iris autem ob nubilũ & aquã, lucem ſolis refractam impeditiorem oſtendens, uarios præbet uiſui calores. Sicut & parelij & uirgæ ſeu columnæ. Quæ apparent etiam cœlo ſereno, colore perſpicuo & albo, ut refractione ſolis minime impediente. Contingunt autem, non ſub ſole, ſed ab latere. Signa præterea & ipſi pluuiæ parelij, fiunt circa ortum ſolis & occaſum, non autem in meridie, quando in parelijs eſt nubes denſior quàm in uirgis, & non poſſet, cum remotißimus à uiſu ſit refringi. Magis etiam ſunt pluuiæ ſignum. Apparent enim in nube denſa colore albo ex refractione ſolis inſtar alterius ſolis: uirgæ autem in rariore nube creantur.

Foueæ & hiatus
Halo ſiue corona
Iris
Rabdi columnæ
Colores Iridis
Parelii

De pluuia grandine ac cæteris

Deinceps de pluuia, grandine, niue, rore, nube, & caligine: nam, ſicuti ſuperius cometarum & flammarum cœleſtium, materia ſicca & fumoſa exhalatio fuit adſignata, ſic & horum uapor humidus cauſa erit. Et quemadmodum illorũ cauſa efficiens motus eſt aſtrorum & ſphærarum, ſic horum frigus. Vapor enim è terra calidus & humidus, ubi à calore in altum tendente, in media, ut ſuprà dixi, relinquitur regione, frigus ſentit, & in nubem cogitur: ac rurſus in humorẽ reſolutus aut pluuiam, aut grandinem, aut niuem per nubilum, ſiue in rorem, aut pruinam per ſerenitatem conuerſus deſcendit. Nubes igitur, eſt aêr denſatus è uapore collecto, aquæ conceptiua. Caligo, quæ ὀμίχλη Græce dicitur, eſt uaporatio minime aquam concipiens, denſior quàm aër, rarior quàm nubes. Fit enim ex raritate & diffuſione nubis, quæ quandoq; ſerenitatem, quandoq; contrarium inducit. Inimica his æthra, quæ nihil aliud eſt, quàm aër ſine nubibus aut caligine. Ex nubis item craßitudine aut raritate, diuerſi fiũt imbres. Molles enim pluuiæ, quas Græci ψεκάδας uocant, uere plerunq; ueniũt ob humoris adſumpti tenuitatẽ: potentes uerò aut continui imbres potius uere, aut autumno. Niuem facit nubes concreta & abrupta, antequam in aquam conuertatur. Abruptio enim ſpumoſum & albidum gignit. Ex quo inhærens humor concretus in niuem erumpit. Grandinis autem alia ratio. non enim ex nube ſtatim grando, ſed prius imber. Deinde ob antipariſtaſim in grandinẽ conuertitur. Antipariſtaſis enim eſt, cum ad mediũ quid urgetur à contrarijs: quod in calido & frigido animaduerti licet. Nam contrarium additum contrario, aut uincit, aut uincitur. Cum enim calor præualet, frigus expellitur, ac magis in ſeipſo unitur, aut corroboratur. Contraq́; cum frigus calor. Ex quo hyeme calidiora ſunt loca ſubterranea, in profundum coacto calore, ac circundante frigore. In æſtibus contrà,

Nubes
Caligo
Aethra
Nix
Grando
Antipariſtaſis

fontales

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſontales aquæ & omnia ſubterranea frigent ob circumdantem caloris potentiam. Eadem & in aëris nubibus ratio. E nubis enim humore aqua expreſſa in ipſo curſu uelociter in grandinem concreſcit. Ideo magis uere & autumno ac locis calidioribus fiũt ob antipariſtaſim. Ex aëris enim inferni calore medius magis frigeſcens, pluuiam in grandinẽ cogit, æſtate autem & hyeme ob humoris defectum, raro accidere uidemus. Diximus quoq; è uapore rorem & pruinam per ſerenitatem fieri. Alter enim humor in æthera tenui ſyſtaſi delatus. Altera item pruina eſt ferè glaciata, quã Græci δροσοπάχνην uocant: hæc hyeme, ille temporibus temperatis & mitior. Ros uerò & Pluuia ſunt idem, ſed differunt ex quantitate magna & parua. Nam pluuia fit ex multo uapore frigefacto & in loco diſtante à terra: hic autem ex paruo, & in loco proximo.

Ros
Pruina
Ros & pluuia
Pruina & nix

Similiter pruinam comparat niui: hæc procul à terra ex nubium congelatione, illa prope terram paruo uapore ex eiſdem nubibus excutitur. Pluuias præterea dicit libro ſequenti fieri magis nocte quàm interdiu, & hyeme quàm æſtate, ob ſolem uapores trahentem, deinde recedentem: æſtiuus enim ſol diſcutit atq; exſiccat.

De aquis

Poſtremò fontes aquaſq; deſcribit. Quæ ita diuiduntur. Quædam fluentes, quædam ſtantes. Fluentes è fontibus habent originem, ut aut natura fluentes ſint ut flumina: aut arte deducta, ut per riuos uel aquæductus. Stantium uerò quædam fontales, quædam collectitiæ: & ſimul quædam manufactæ, quædam ſponte naſcentes. Manufactæ rurſus aliquæ fontales, nonnullæ collectitiæ (hac enim diductione clariores notitia fiant) ſponte naſcentes autem fontales, & ſtantes, quæcunque paruos habent fontes & locorum curuitates, nequaquam fluere poſſunt. Collectitiæ uerò, aut ex pluuijs fiunt, aut ex fluminum influxu, uel in ciſternis manufactis coactæ, uel in curuitatibus terræ conſidentes, quæ ſi multæ ſint, uocantur ſtagna: ſi parua, τέλματα Græcè: nos niſi lacunas dicamus: Latinum nomen non habemus. Sed ut rurſus earum cauſas philoſophus adſignet, fontes & flumina non ut quidam putant, ex aquis prouenire dicit, quæ hyeme in terræ uiſcera penetrant: neq; enim tellus ſufficeret tantæ aquæ receptaculis, tribus de ſignis. Primò, quòd compertum ſit aquam cœleſtem non deſcendere intra terram x. pedes. Deinde ſub rupibus profundis, inuentæ ſunt aquæ. Poſtremò in montium cacuminibus, aquæ repertæ, ubi non eſt aquas cœleſtes aſcendere. Igitur, ſicuti ſuperius dixit, in nubibus cauſam earum materialem uaporem eſſe, efficientem uerò frigus, eaſdem nunc aquis exeuntibus cauſas adſignat. Vt enim ſupra terram uaporans aër ac frigefactus in aquam tranſmutatur: Sic putandũ è uaporibus per poros ingreſſis ſubtus terram, ob eius frigiditatem aquam gigni: præſertim ex montibus, quòd ij maxime poroſi exiſtunt: fluminaq; nonnulla adducit aquas recipientia, nullo tamen exitu, quæ argumento ſunt terræ ſubtus poros permeare. Igitur principia fluminum, ex magnis oriuntur fontibus, quos Græci πηγάς uocant, paruos autem ſalientes κρήνας, id eſt, crenas appellant, qui minime apti ſunt fluuiales fluxus creare. Maxima flumina, ab altis oriuntur montibus. In campis nanq; parui fontes citra fluminum curſum. Sũnt item qui dicunt, ex aqua marina per terræ poros penetrante fontes produci, amaritudine ob limum exemptos. Quod ſi foret, potius ex uallibus quàm montibus naſci flumina uideremus, faciunt tamen ad principia fontium. Præterea ſeneſcere terras, fluminaq; ob uetuſtatem deficere, mutariq; naturam ſoli dixit exemplo Aegypti, quæ teſte Homero, paludibus prius inacceſſa fuit. Argos item, nunc uerò regio ſicca cernitur. Inter hæc, quo modo montes procreati, enumerat, pluribus cauſis: ex impetu aquarum terra ingenti congeſta, aut ex uentis in unum terram cogentibus, aut terræmotu hiatu facto, unde montes producti mediocres. Maximos tamen natura ipſa plerunq; ſponte procreauit. Hæc Ariſtoteles.

Aqua cœleſtis non penetrat in terram X. pedes

Pegæ magni fontes
Crenæ parui fontes

De aquis ex aliis autoribus

Sed quando in aquarum tractatu ſumus, alias aquæ proprietates ex alijs referam autoribus. Aquam marinam dulcẽ reddere, Aelianus & item Plin. docent, uaſis cæreis ea plenis & opertis in mari demiſſis aliquot dies. Pli. itẽ aquæ ſigna uirentem & frequentem herbam in loco eſſe tradit. Rurſus medicus monſtrat, ſi in malam incideris aquam, in itinere faciendam foſſam, in quam aqua mergatur ipſa. Inſuper uerò terra dulcis & argiloſa, ubi aqua facile purgatur, et omne relinquit uitium. Idem eſt autor bonas putandas eſſe quæ tenues, quæ cito frigeſcunt & caleſcunt. Malas uerò, quæ putent, quæ arundines nutriunt & animalia fœtida. Omnes præterea è uenis argenti ſulphuris frigidas omnino & inflatiuas ac fluctionibus capitis obnoxias. Si ſupra olera bibatur, Phthiriaſis, lichenarum, lepræ & huius generis morborum procreatrix eſt. Calida uerò ualde iuuat, & frigentes & concoctionem & ulcera intranea. Cocta utebantur antiquæ delitiæ, ut de Nerone apud Tranquillum legimus. Inter aquas Paulus & Celſus cœleſtem præferunt. Deinde, quæ cito corrumpitur, aut ſaxis confracta, aut ſolibus expoſita, ſiue etiã lutoſa modo purgata ſit, ueluti magis concocta. Peſſima, quæ ex glacie aut niuibus liqueſcit, quod omnis tenuitas eius in concretione abſumatur. His addit, quòd aqua calida citius gelaſcit, ut magis tenuata ac rarefacta, alia uerò magis frigori reſiſtit.

De Mari

Libro II. de Mari uentiſq; ſermo eſt. Mare ſponte naſcens & ſtabile extra fluxum non habet, intra locum proprium ſeptum ac conſtitutum: nec ſub terra penetrat, quamuis de maris Hircani ſubterraneo fluxu quidam nulla certa ratione deſcribant. fluxum tamẽ & refluxum in ſeipſum recipit, qui quidem nobis occultior eſt, quòd utrunq; littus ab alternantibus undis percuſſum, propter diſtantiam non cernimus. Sed lunam maxime huic dominari tanquam humoribus præſidentem certum eſt. Fluit autem ab oriente in meridie terminum, ab eo autem in occidentem, inde ad angulũ terræ meridiei aduerſum. Inde poſtremo rurſus in orientem. Fluit item ex altioribus ad loca curuiora. Sunt enim & in mari loca quædam altiora, quod præter philoſophi autoritatem cognouimus, nuper ex nautis regis Luſitaniæ, qui pari uſi tranquillitate, ac remige, plus temporis in redeundo à quibuſdam inſulis Aethiopicis, quàm eundo conſumpſerunt. Ratio primum, quòd inæqualis alueus, monteſq; mari ſubſunt. Deinde concurſus fluminum in unam maris partẽ, non item in aliam. Tertiò, calor in una magis parte aquam deſiccans, ob quam cauſam fluunt maria ſeptentrionalia in auſtralia. Ratio item cur non æque fluunt omnia, tenuitas eſt: nam quod magis tenue, mobilius eſt. Mouetur & quandoq; præter naturam cum à uentis exagitatur. Igitur mare cũ aqua ſit ſtabilis, aut fontalis eſt, aut collectitia. Sed fontalis eſſe nõ poteſt, cũ aqua ex magno fonte naſcens, nulla ſtabilis inueniatur: propterea & ſtagna è fontibus orientia, aut manifeſtos habent fluxus ad mare, aut ſubterraneos: ſicuti ſtagnum Hircanũ, quod accolæ mare ob magnitudinẽ uocant. Relinquitur ut ſit maris aqua collectitia, non quidẽ ex fluminibus cũ nulla ſufficerent flumina, ſed ſponte naſcens, uti ſuprà cõmemoraui.

Sunt in mari loca quædam altiora

Cur mare ſalſum

Reſtat cur ſalſum ſit oſtẽdere. Hoc ob terræ ſiccitatẽ, deinde ob ſolẽ uidetur habere, cũ ſtando, tũ uaporando. Vt enim in nutrimento potabili & humido, pars tenuior & melior ſecernitur in carnẽ & cæterã animaliũ ſubſtãtiam, reliquum uerò excrementũ defluens in ueſicam ſalſum eſt & amarum: Sic putandum in mari potabile ipſius per exhalationem à ſolari calore ſecerni, atq; abſumi: quod uerò relinquitur tanquam excrementum, amarum atq; ſalſum. Quæ profecto cauſa eſt, quòd minime ob multitudinem fluminum creſcat cum continuo aqua dulcis à ſole abſumatur. Nec autem ob continuam abſumptionem deficit, fluminibus & imbribus copiã iugiter ſuppeditantibus, & quod inde hauritur recompenſantibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſantibus. Illud præterea docet. Aqua quo ſalſior atq; amarior, tanto craßior & corpulentior, ac melius nauigia grauiaq; retinet onera. Dulcia flumina non item. Exemplum adducit ſalſi ſtagni in Palæſtina, quod hominem colligatum non deprimat. Nos exemplum ſimile proximis annis uidimus: Hieronym. Florentinum quendam decoctorem à creditore è turri Antiatum in mare uinctum manibus præcipitatum, ab undis tota nocte ſuſtentatum, mane ad littus euaſiſſe, ac deinde contra creditorem facti quæſtionem habuiſſe. Poſt hæc diuerſas fontium & aquarum per orbem proprietates adducit. Hæc Ariſt. qui mare ſicuti & reliqua ſine principio poſuit. Nos autem à ueritate eruditi legimus, Congregentur aquæ in unum locum. Item, congregationes aquarum appellauit maria. Itaque mare ſicuti & cætera cum ſuis omnibus proprietatibus initio ab omnium creditore Deo conſtitutum ritè credimus.

De Ventis.

De uentis autem hæc adducit: Sicuti uapor humidus ob frigus concretus in aquam mutari poteſt, eodem modo ſiccus & calidus poterit condenſatus in ſpiritum conſiſtere. Et ſicut ex humidiore uapore fit aqua tam ſub terra quàm ſupra: ſic è ſicciore fient ſubtus ac ſupra terram ſpiritus. Cur autem cum calidum & ſiccum principiũ habeant, non tamen calidi ſpirare uidentur, Id accidit ob longinquum aëris motum pleni uaporis frigidi, haud aliter quàm per os reflatus ſpiritus calidus longe ueniens per uiam frigeſcit. Cur autem & ſæpe in eadẽ regione proxime alibi uenti ſpirent, aut etiam pluat, alibi nequaquam: Cauſam dicit diuerſos ſolis adſpectus in eodem tractu, ut ſæpe hinc ſicca magis aſcendat exhalatio, hinc uerò humida. Præterea ſol ſedat & commouet ſpiritus. Debiles quidem & paruas exhalationes exterminat ampliore calore ac dißipat. unde uenti non ſurgunt, haud alitèr quàm ſi in magnũ ignem inciderit paruum lignum, totum citra fumum flamma abſorbetur. At contrà, modicus ſolis calor ac temperatus exhalationes excitat ſiccas, unde uenti procreantur. Ex quo in ortu Orionis circa Cancri tropicum uenti ponunt uſq; ad eteſias. Igitur per magnos calores, aut magna frigora, cum nulla eſt exhalatio, uenti tacent, aduerſamq; eſſe materiam pluuiæ illud indicat, quò per pluuiam raro flant, aut per uentum raro pluit. Cumq; annus fuerit uentoſus, ſequitur alter pluuialis. Quod autem oblique ferantur cauſa eſt antipariſtaſis. Nam cum feratur exhalatio ad mediam regionem, à frigido expellitur aëre, remeare ad inferiora recta non permittitur à ſuo calore, quod ſupereſt oblique tendit. Præterea uti fluminum ſic uentorum parua initia, multis enim exhalationibus aggregati in apertam procedunt magnitudinem. Quocirca & minimi ſunt, unde ſpirare incipiunt, ut ſpiritus aut auræ magis appellari poßint quàm uenti. Fiunt autem & oriuntur in aëre medio, ubi imber, ad noſq; paulatim ex altiore loco deſcendunt. Sub Zodiaco item habitabiles non eſſe terras ponit. Quod tamen falſum nõ ſolum multorum aſtrologorum autoritate, ſed etiam experientia uidemus, ut alibi dixi. Præterea duas tantũ zonas habitatas per latitudinem, per longitudinem uerò totam habitatam. diſtareq; habitabilem ipſius longitudinem ab Herculis columnis uſq; ad Indicum. Ab habitabili uerò latitudine, ab Aethiopia uſq; ad Mæotidem & Scythiæ ultima loca, pluſquam quinq; ad tria.

Venti ex aduerſa pluuiæ materia

Ventorum ſicuti fluminũ parua initia

Venti XII.

Ventos poſtea ponit numero XII. catholicos, quibus ego ex Plin. autoritate Latina ſubijciam nomina. Ex oriente æquinoctiali Apeliotes, nobis Subſolanus appellatus. Cui ex aduerſo reſpondet Zephyrus, nobis Fauonius. Ex oriente æſtiuo Cæcias, nobis Vulturnus. Ex aduerſo reſpondet Libs Africus. Ex oriente hyberno, Eurus. Ex aduerſo Argetes nobis Corus. A meridie Notus, nobis Auſter. A ſeptentrione Aparctias, nobis Boreas. Intermedij uerò quatuor, prope meridiem ab latere orientis Euronotus, nobis Phœnicius. Ex aduerſo Traſcias, nobis Circius. prope meridiem ab latere occidẽtis Libanotus, nobis Africus Auſter. Ex aduerſo Meſſes, nobis Aquilo. Ex his ſereni ſunt Aparctias, Traſcias Argetes. Humidi Libs, Cæcias, Apeliotes. Sicci Argetes, & Eurus. Niuoſus maxime Aparctias, æſtuoſus maxime Notus. Alios uentos locis peculiares minime ſalubres putat Adamantinus ſophiſta.

De terræmotibus

De terremotu. Hunc dicit ex uentis fieri terra incluſis, ut cauſa agente. Præualente uerò calida & ſicca exhalatione, ut materiali. Ex quo plerunq; ſereno & tranquillo contingit tempore, quandoq; etiam contrà. Nec ab re, cum pluribus flantibus uentis quidam terræ incubunt, reliqui ſupra remeant. Non tamen quando id accidit magnopere mouetur. Fiunt noctu plerunq;, & maxime circa diluculum, quod noctes ſereniores ob ſolis abſentiam exiſtunt propter terram frigore concretam et adſtrictam. Tum circa eam horam uenti plerunq; inſurgunt excitati, quòd ea hora quietior & ſol potentior prohibeat è tellure exhalationes egredi, ex quo per uim erumpere neceſſe. Fiunt etiam ſæpe maiores circa loca ubi anguſtum mare, quod ibi uentus uiolentior ſit, ob anguſtias coercitus, cauernas ingreditur, terramq; mouet. Idcirco & loca cauernoſa omnia huiuſcemodi malo ſunt obnoxia. Et in æquinoctijs plurimum dominatur terræ uentus. In ſolſtitijs uerò minimum emittitur exhalationis. Præterea ſonus in hoc genere prius auditur quã incußio. Genera terræmotuum plura. τρομώδης tremulentus, quando late concutit. παλμώδης palmodes, quando alte commouet. ἐπικλίντης epiclintes, quando in obliquum ſecundum acutos angulos mouet. βράστης brastes, quando cum motu frangitur ac ſecundum rectos angulos ſupra ſubtuſq; euertit. χασματίας, cum ſit hiatus terræ, in locis curuis contingit. ῥήκτης, id eſt ſciſſor, qui rimas aperit. ὤστης oſtes, qui unam continuat ſciſſuram. μήκτης mectes, qui ſæpe citra motum terræ intus ſonat ac mugit. In mari quoq; analogum ac ſimile aliquid terræmotus cernitur, cum hiatus in eo & concußio uidetur. Hæ omnes ſpecies ex Ariſtotele ſparſim colliguntur, quas Albertus ſic interpretatur. Scißionem, percußionem, perforationem, ſubuerſionem, tremorem, titubationem.

Terræ motuũ genera

De tonitru & fulgetra

De Tonitru mox ac Fulgetra & Fulmine, deq; Typhone, & Ecnephia proſequitur, quæ omnia ſicca & ignea exhalatio & materia gignit in nubium humore reſtans. Nam calor & ignis haud genitus ex eis ſecernitur, ſed quantulus reſtat qui horum cauſu effectuum eſt. Ex abruptione itaq; nubium craſſarum ſonitum ſimul & fulgetram reddit. Fitq; prius igne tonitru, quanquam prior ignis adſpicitur. In cauſa eſt uiſus ſenſus celerior quàm auditus. Nec unquã alterum ſine altero fit, quamuis ad ſenſum noſtrum ſonitus non perueniat ob loci diſtantiam, quando modice fit. Igitur ſic tonitrus definiri poteſt: Sonitus ex nubibus ex uiolenta conuerberatione exhalationis calidæ & ſiccæ excuſſus. Quod autem inæqualia ſint tonitrua inæqualitas nubium facit. Vbi enim maior eſt craßitudo, maior emittitur ſonus. In fulminis autem exitu maximus eſt. De quo in ſequente dicitur uolumine.

De fulmine

Libro III. fulmina Typhonem & Ecnephiam, incenſionem, coronam, iridem, parelia, uirgas enarrat. Eſt enim fulmen ex eadem pene cauſa & materia ignea, ſed tenuior, demiſſa à nubibus. Diuerſæ eius ſpecies. Πρηστὴρ Preſter, proximum aërem comburit coloratumq; reddit. Κέραυνος Ceraunus maiore, ſed tenuiore ſpiritu exit. Ἀργήτης Argetes, per Antiphraſim dictus, quòd uelociter penetret, nec niſi antitypiſmata, id eſt, ea quæ reſiſtunt, adurit, ut ferrum, petram: lignum uerò aut ueſtem, nequaquam: ſed pertranſit innocuus tenuitate poros. Interiuſq; ſæpe concremat, ut in loculis pecuniam, ſaluo marſupio. Helicium quod oblique tortuoſeq; uenit. Σκηπτὸν Scepton, quod ad aliquid certum priuatim tendit: ἀπὸ τοῦ σκήπτειν: quod eſt ueſtigare & inquirere. Illa uerò quæ petuntur à fulmine, prius moue-

Preſter

Ceraunus

Argeſtes

Helicium

Scepton

ri cont

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ri contingit, quàm ſonitum audiri, quòd celerius ſpiritus penetret quàm fragor nubibus excutiatur, qui per impetũ uiolentæ ſit excuſsionis. Nec mirum. Spiritus enim omnis è cœlo miſſus, ui non natura, ad inferiora fertur, cùm natura ut materia calida tendat ad ſuperiora. Sicuti contrà quædã ſurſum ui emittuntur, quæ inferna petunt, ut aqua ſaliens.

De turbinibus Procellas quoq; & turbines circa terram ſubito uolutantes, τυφῶνα καὶ ἐκνεφίαν, id eſt, Typhonem & Ecnephiã Græci uocãt. Quæ ex eadẽ materia ſunt ignea, ſeparata, & egreſ-
Typhon ſa nubibus, hac inter ſe differentia: quod Typhon oblique & per gyrum ruit, & in locis anguſtis furit: arbores eradicat,
Ecnephias quandoq; turres deijcit. Ecnephias, obſcurat aërem, quòd materia ſit craſsior, & in locis patentibus ruit. Eſt & flamma-
Cauma ſiue flammatio tio ſiue incenſio Græcè Cauma appellata, quæ item eſt exhalationis uis in aëris aliqua parte, quæ rubere ob incendium uidetur. de area autem, quam coronam diximus uocari, & Iride et parelijs & uirgis in I. libr. quoniam propoſito diſtinctionis mihi factæ conuenire uidebantur, enarraui.

In fine autem huius III. lib. attingit Mineralia, dicitq; ex fumoſa & ſicca exhalatione foſsilia omnia fieri, ſicuti lapides, et omnia liquabilia, ut ſulphur & alia quædam. Metallica uerò
De metallicis ex uapore humido magis eſſe, ideo fuſilia conflatiliaq; ſunt. Præterea ſolem aſtraq; cætera cauſam eſſe remotam metallorum: ſulphur uerò & argentum uiuum propinquam, quòd uirtute caloris ſulphuris, uapor humidus commiſcetur cum pingui terreſtri in argento uiuo, quod frigerandi ac condenſandi uim habet. Præterea metallica omnia de genere mixtorũ imperfectorum quo ad formam eſſentialem uideri. Quæ ſeptem eſſe dignoſcuntur totidem planetis comparata: plumbum Saturno, ſtannum Ioui, ferrum Marti, æs Veneri, aurum ſoli, argentum uiuum Mercurio, argentum Lunæ.

Libro IIII. Rurſus de elementorum qualitatibus ratiocinatur, unde generationes fiunt ac corruptiones in animalibus & plantis. Ex his agentia calidum & ſiccum, patientia humidũ & ſiccum. Quatuor igitur ſunt ad perfectam horũ diſpoſitionem. Digeſtio ſiue concoctio, quæ ex proprio uenit calore per aliquod exteriorum auxilium conſummatũ, uelut alimen-
Pepſis tum per balnea aut gymnaſium digeſtum. Huius partes ſunt
Pepanſis Pepanſis, id eſt maturitas, quæ primũ in Pericarpio, id eſt uentriculo concoquitur: quæ tunc perfecta eſt, quando ſemina quæ in pericarpio ſunt, queant alterum quale ipſum efficere. Hæc
Epſeſis totidem indigent adiumentis, quorum altera epſeſis, id eſt eli-
Opteſis xatio à calido humido naturali: altera opteſis, id eſt aſſatio, à calido ſicco & alieno iuuante prouenit, & hæc extrinſecus, illa intrinſecus. His totidem contraria ob caloris defectũ. Apep-
Apepſis
Homotes ſis, id eſt indigeſtio, pepſi. Homotes cruditas, pepanſi. Molynſis
Molynſis elixationi oppoſita, quum alimentum liqueſcit, ac minime con-
Stateuſis denſatur. Stateuſis opteſi aduerſa, cum pigreſcit. Ait inſuper ex his qualitatum differentijs homœomera corpora uariari. Vocat autem Homœomera ueluti metallica, & quæcunq; ex his fiunt ſeparata, quæ itẽ in animalibus & plantis ueluti carnes, oſſa, nerui, pellis, uiſcera, pili, uenæ: ex quibus anomœomera conſtant, ut facies, manus, pes, & alia. In plantis uerò lignũ, cortex, folium, radix, & his ſimilia. Horũ igitur aliqua πηκτὰ καὶ τηκτὰ, id eſt, concretilia & liquabilia: quæ enim per frigus concreſcunt, rurſus per ignem liqueſcunt, ut quæ ex aqua ſunt: glacies, æs, & reliqua metalla. Quæ autem per ignem denſantur, per humidum quoq; diſſoluuntur: ut lutum, ſal, niſi forte poris nimiũ conſtricta fuerint, ut lateres. ἄπηκτα uerò, id eſt inconcretibilia ſunt quæ plus calidi ac terræ retinent, ut mel, muſtum. Item quæ plus aëris quàm aquæ, ut argentum uiuum & oleum, & ſi quid uiſcoſum, ut gluten. Nonnulla μαλακτὰ, id eſt mollificabilia per ignem, ut ferrum, cornu, lignum. Immollificabilia, electrum, & tophi ſpeluncarũ. Aliqua καμπτὰ flexibilia, τεγκτὰ tingibilia, καμπτὰ ductilia, πλαστὰ formabilia, θλαστὰ frangibilia, θραυστὰ comminuibilia, ἑλκτὰ tractibilia, πιεστὰ impreſsibilia, σχιστὰ fiſsilia, τμητὰ truncabilia, γλισχρὰ uiſcoſa, ψαθυρὰ friabilia, πηλητὰ commaſſabilia, καυστὰ uſtibilia, θυμιατὰ exhalabilia, φθαρτὰ corruptibilia, σηπτὰ putreſcibilia. Putreſcunt enim quæ ſecundum partem corrumpuntur, quum à natura ſeparentur, quod omnibus accidit præter ignem: nam terra, aqua, & aër putreſcũt, quod hæc igni ſint materia: nihil enim dũ eſt calidũ putet ſeu putret. Humida enim primò, deinde ſicca fiunt putrefacta ex propria frigiditate & alieno calore: ac hyeme minus, quod aër minus calidus: mota itẽ minus quàm ſtantia, quod motus aëris calorẽ debilitet: ea demum ratio, quod multum minus pauco putreſcit: in maiori enim amplior eſt ignis proprius & frigidum quàm obtineant in circumſtante uirtutes: ex quo mare ſecundũ partem diuiſum putet, totum uerò minime: eodem modo & aquæ reliquæ. Animalia quoq; in putreſcentibus fiunt, quod ab his ſeparata caliditas naturalis illa exuſcitet.

IN METAPHYSICA.

ORPHEVS Muſeusq; ac longo poſt hos interuallo Pythagoras, Plato, eiusq; temporis homines qui theologiam attigerunt, ut tradit Herodotus, ab Aegyptijs hauſere ſacerdotibus, quibus multa ob ſapientiam ac uitæ abſtinentiam de diuinitate manifeſta fuere. Ariſtoteles deinde longè in hoc genere Platone inferior, ut qui potius logicæ aut philoſophiæ partes, quàm theologiæ ſit executus: plurima à Platonicis refelluntur, nonnulla etiam ab eius adſertore Auicenna, qui & ipſe in hoc genere ſcripſit. Theophraſtus quoq; paruum de hoc ædidit libellum. Cuius meminit Nicolaus Damaſcenus, dicitq; magnum ad ipſius diſciplinæ iſagogen eſſe, licet latuiſſe uideatur Andronicum & Hermippum, qui in eius libris hunc non connumerant. Viſus etiam & ipſe Cicero poſt Timæum conuerſum aliquid & ſupra naturam conſcribere in libris de Fato, de Diuinatione, & natura deorum. At noſtri diligentius omnia ueriusq; interpollantes eò rem deduxerũt, ac dialecticis epicherematis phyſicisq; argumentationibus munierũt, ut per naturã id quod eſt ſupra na-
turam penè monſtrauerint: nec tam fidei quàm experimentis Lémata XII. Metaphy. librorum
quodammodo rationibusq; ad ardua noſtri dogmatis deprehendenda ſit locus. Hanc itaq; ſummis digitis locos diſtinguendo principales attingam, ſi prius libros Ariſtotelicos in uniuerſum ac ſummatim repetam.

Primo nanq; honeſtæ ſcientiæ dignitatem exequitur, ac quemadmodum ipſius habitum ſenſuum experimentis conſequamur.

Secundò quando ſcientia de ente ac ueritate ſimpliciter eſt, infert: quòd ueritas uno modo facilis, altero uerò difficilis, difficultasq; interdum ex parte materiæ: quod quomodo ſit uerum in quarto lib. declarat.

Tertiò dicit hanc ſcientiã eſſe theoricen, quod profecto nequaquam liquet, niſi nouerimus quid à praxi theorica differt. de qua quidem lib. VI. diſſeritur. Quapropter hic tractatus eò differtur. Præterea XXVIII. quæſtiones enumerat, quas paulatim in libris ſequentibus ſoluit.

Quintò diſſerit, quòd ueritas nequaquã niſi per cauſam liuet. Et quoniã nõ omnes facile cognoſci poſſunt niſi in infinitũ progrediamur, probat quòd in nullo genere cauſæ in infinitũ proceditur: de quibus omnibus agitur li. XII. ubi tractatur de cauſa prima, efficiente, & forma, & fine. Hîc præterea de Ente dicere incipit, ac proprietatibus eius, quæ cum eo conuertuntur (quæ Tranſcendentia noſtri uocãt) præſertim de Vno. De reliquis uerò & maxime de Vero et Bono agitur in VI.

Quintò proprietates enti ſubiectas ponit quæ ſunt X. genera,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ra,ubi diſſeritur non tam de poteſtate illarum, quàm aliorum uerborum ad illas ſiue primo ſiue ſecundo loco pertinentium. Quod profecto fit ad deprehendenda ſignificata,quæ ad Metaphyſicam pertinent. Ex his autem quædã excludit à Metaphyſice ſcientia,uidelicet Ens rationis:quod nihilominus uerum ſignificet per propoſitiones conſtitutas ex uerbis priuatiuis,ut cum dicitur cæcitas. Et hoc agit lib. V I. In quo quoniã fit de huiuſmodi ente mentio,ex conſequente diſſerit de Vero, quod cum ente conuertitur, & item de Bono. De naturis entium diſputat, quorum aliquæ ſunt Subſtantiæ,aliquæ Accidentia.Sed quando accidens à ſubſtantia dependet tam quo ad eſſe,quàm quo ad cognitionem: ideo ſi quis ſubſtantiam indagauerit illico accidentis naturam noſſe poterit. Eapropter de ſubſtantia tantum ueſtigat in hoc opere. Communis autem eſt

Quod quid eſt eſſe

omni ſubſtantiæ diffinitio, quam Ariſt. Quod quid eſt eſſe, noſtri uerò theologi Quidditatem appellant, per quam talis eſt ſubſtantia,ut Deus deitate ſit Deus,quemadmodum dicũt, & homo humanitate homo:ac de his diſſerit libr. V I I. declarando quæ ſint ea quæ requiruntur ad quod quid eſt, & quomodo ſe id habeat.Et id cuius eſt quod quid eſt, tam in ſubſtantijs compoſitis quàm ſimplicibus,non tamen ſeparatim de aliquo,ſed generatim,& in uniuerſum de ipſo loquendo. Subſtantiarum uerò aliquæ ſunt cum materia & corruptibiles, ut phyſica corpora:aliquæ incorruptibiles, ut cœlum : nonnullæ citra materiam & incorruptibiles,ut intelligentiæ ſeu mẽtes. de primis agitur lib. V I I I. ſanè declarando,quòd ex materia & forma componuntur, & quonammodo hæc inter ſe & ad compoſitum habeant.

Libro I X. de Proprietatibus ſiue ut noſtri uocant theologi, Paßionibus,quæ in omni ente reperiuntur,ſed in aliqua tantum parte uidelicet de Energia & Potentia. Nam in ſubſtantijs citra materiam,ita eſt energia quòd non eſt potentia. In ſubſtantijs uerò cum materia utrunq; exiſtit.

In X. diſſerit de quadam alia proprietate diſiuncta,uidelicet de eodem & diuerſo,& de his quæ ea conſequuntur, ideſt de oppoſitionibus.

In X I. priuatim non ædit tractatum, ſed tantum ſuperius enarrata in epilogum colligit.

In X I I. de ſubſtantijs æternis diſſerit,ſiue ſint corporeæ ſiue incorporeæ.Et hoc fermè modo ſubſtantias omnis abſoluit, ac per illas etiam accidentia quæ ſubſtantiam conſequuntur: ex quo ens omne tractatur,quod Metaphyſicæ ſubiectum eſt.

De Ente.

Ens enim quod nomen à Quintil. latinitate donatur,qua ens ut ait Nicephorus Gregoras,huius diſciplinæ dicitur ſubiectũ quòd rerum ac artium omnium diffinitiones, naturas,ac proprietates per ſe conſiderat, nec ſeptam regionem aliquam ſeu limitem habeat:quemadmodum nec dialectica, nec rhetorica: ſed hæc ut apte tantum atq; apposite de omnibus loquatur: dialectica uerò ut metaphyſicæ ad ueritatem deprehendendã inſtrumentum. Reliquæ item artes ens non in uniuerſum, ſed ex parte comprehendunt,ut Phyſica ens corporeum,Arithmetica numeros,Muſica ſonos,Geometria magnitudines, Aſtrologia ſphæras,& quæ ſunt in cœlo.

Ens inſuper, ut quandoq; definiam & in partes diducam, eſt quo cuncta appellantur,& in quod omnium ſimplicia compoſitorum reſoluuntur. Eius diuiſio quadruplex, mobile & immobile,ratione & re,energia & poteſtate, idem & diuerſum. Mobile rurſus corpus ſeu corruptibile,ut phyſicum,ſeu incorruptibile ut cœlũ,phyſica tractat. Immobile uerò perpetuum Metaphyſica. Ens ratione ab eadem tanquam nunime uerum reijcitur,quòd tantũ mente ac ratione percipiatur, re autem nequaquam ſubſiſtat,de quo ſuprà dixi. Re autem ens duplici exprimitur modo : generali per ea quæ uocant

Tranſcendentia

Tranſcendentia, quæ proprietates ſunt entis æquales, etymis tantum diuerſis.Ens in primis,quòd primus ſit omnium conceptus,& in eos cætera reſoluantur. Res ab effectu & eſſentia. Vnum à ſui diuiſione ac integritate. Aliquid ab aliorũ diuiſione.Verum quod mentis cogitationi ac cognitioni reſpondeat.

Veritas

Veritas enim quadruplex,aut orationis eſt, quam mentis ueritas metitur,quæ & ipſa à rerum naturalium ueritate illuſtratur:hæc poſtremo ab ipſa ſumma & cuncta metiẽte ueritate, qua Deus appellatur. Verum autem quod enti eſt æquale his omnibus ſupradictis commune eſt,uelut hominibus & belluis animal.Verum & Falſum Ariſt. in mente ponit, Bonum autẽ & Malum in rebus. Bonum item ſeu Bonitas quadruplex: aut ex eſſentia ipſa & natura,qua omnia quæ ſunt impertiuntur,& hoc cum ente conuertitur:aut quod ex accidente & naturæ & animi & gratiæ prouenit. Decẽ quoq; genera his ſupradictis non quidem æquiparantur, ſed ſubijciuntur:quorũ prima Subſtantia tantum,reliqua accidentia, de quibus ſeparatim nulla eſt ſcientia:Subſtantiæ non item,quam in hoc lib. contendit ante omnia declarare,ut hac percepta facile illa dignoſci queant:quapropter hanc Ens proprie uocat, Nouem uerò uniuerſalia entia æquiuoce appellat,quod in ea retineant eſſe, nec ab ea prorſus diuidi ualeãt:neq; ſolum nominis,ſed & rei ſint participia.Medicus enim liber & medica experientia & medicum pharmacum ab arte medica omnia dicta non ſolum nomen cum ea communicant,ſed eundem finem, hoc eſt ſanitatem.Sic & nouem categoriæ à ſubſtantia entia dictæ non ſimpliciter,non ſolum nomen cum ipſa ſubſtantia communicant, ſed etiam rem. Nulla enim ſubſtantia abſq; his omnino ſimpliciter eſt,hæc nanq; omnia ſubſtantiæ ſunt aliquid. Tanta igitur entis ſiue eſſendi uis eſt,ut etiam non ens eſſe non ens dicatur,& ſub ente ueniat. Si igitur ens & unum eſt & idem & non aliud, haud aliter quàm cauſa & principium ſe conſequendo.Vnus autem homo & ens homo ſecundum dictionem duplicatam, & nõ aliud quid demonſtrat:unus item eſt homo & eſt homo,uidelicet ex eodem & ſimili, & altero & dißimili, quòd eiuſdem ſit ſcientiæ oppoſita conſiderare.Muſicæ nanq; eſt concinnum & inconcinnum, & eiuſdem ſenſus oppoſita ſentire:quapropter non ſolum ſimile,aut unum,ſed etiam diſſimile aut plura,eiuſdem fuerint diſciplinæ.

Subſtantiæ diuiſiones

Subſtãtia igitur ideſt ȣσία & ὕπαρξις ideſt,Subſiſtẽtia idẽ ferè,diuerſum modo ac ratione quadã.Eius diuiſio duplex:ſimplex & cõpoſitũ,prima & ſecũda. Per ſecundã ſpecies notantur,qua uniuerſalia dicũtur.In prima ſingulare continetur & indiuiduũ:quo nomine tantũ ex Latinis Capella utitur, uocaturq; ſuppoſitũ,ſubiectũ,hypoſtaſis,perſona,hoc aliquid.At hypoſtaſim quanquam omne ſingulare in genere eſſentiæ Græci uocãt,uſurpatũ tamẽ in eo tantum ſuppoſito,quod rationis eſt particeps:ſicuti & perſona quæ propter hyperochen tã Deo quã angelis & omnibus cõuenit.Sed & primã ſubſtantiã præter hunc modũ Albertus & Deũ ipſum intelligit, & genus ſupremũ inter prædicamẽta.Altera ſubſtãtiæ diuiſio,ſimplex et compoſitũ:Simplex nulla eſt præter Deũ,reliqua cõpoſita:oĩa diuerſa tamẽ cõpoſitione:aut ex materia & forma,ut corpora phyſica:aut energia & poteſtate,ut ex eſſe & eſſentia. Et ex quo eſt & quod eſt,qualis in angelis compoſitio dicitur. Compoſitum uerò ex ſubiecto & accidente tã in ſubſtantijs incorporeis,quàm corporeis dicitur. Hoc igitur modo Ariſt. ſubſtantiam in prædicamentis appellat,non extremam ſed mediã, quæ nec contrarium habet, neq; magis & minus.

Igitur de extremis partibus ſubſtantiæ hoc modo diuiſis loquemur, ac primum de Materia. Hanc Ex qua, In qua,

Materia

& Circa quam appellat. Ex qua naturalis & artificialis,ut elementa materia mixtorum in naturalibus.Elementorum uerò materia prima, quæ dicitur Hyle, de qua in phyſica ſatis dixi. Et hæc propriè non tam ſubſtantia quàm pars ſubſtantiæ. In arte perfecta eſt ſubſtantia, ut enſis ſiue domus : materia, ferrum & lapides. In qua, eſt ipſum corpus in quo

fit anim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

ſit anima. Circa quam, dicitur poteſtatis obiectũ, ut uiſus color, & ſcientiæ ſubiectum, ut phyſicæ corpus mobile.

Forma

Forma uerò eſſentialis anima eſt, quæ quòd pars exiſtat ſubſtantiæ, partis forma dicitur, tribuitq; aut eſſe aut uiuere, aut ſentire, aut intelligere, aut hæc omnia, ut homini. Præter hanc & alijs forma dicitur modis, ut entelechiam nõ tribuens ſed habens exiſtẽtiam & perfectionem, quòd non ſit è duobus ſaltẽ principijs ſubſtantiæ compoſita, ut angelus & Deus: ac qua refert angelum, in genere ſubſtantiæ ponitur. Deus enim extra genus omne. Tertio modo dicitur ipſa rei natura citra materiam conſiderata, ut humanitas ex homine, nigrities ex nigro: poniturq; in eo genere in quo eſt illud, cuius eſt forma. Quarto modo dicitur quoduis accidens quod cauſa quidem exiſtendi per ſe non eſt, ſed ex parte, ut ſcientia in homine ſiue albedo. Quin & ea quæ re non ſunt, ſed tantum mente concepta, formæ appellari conſueuerunt. Poſtremo forma quãtitas eſt modo quodã ſubiectum circũſcribens, quæ ad quartam pertinet ſpeciem qualitatis.

Energia poteſtas

Energia ſiue actus, & Poteſtas ſiue potentia, tertia entis diuiſio, quanquã nõ in omni ente. Nam quãuis nil ſit, præter Deũ, quod nõ ex utraq; cõſtet, ſunt tamẽ quædã quæ entelechiæ dicuntur, perfectionẽ in ſe habentes, ut Deus, angelus, anima. Quædam citra perfectionẽ quas energias appellant, quæ ſunt motus omnes: perfectiones tamẽ in mouẽtibus, imperfectæ in motis. Eſt inſup prima & ſecũda triplici quidẽ modo: primũ ratione ipſius Dei, quẽ actũ primũ & purũ appellãt. Cæteri omnes ſecũdũ eũ. Deinde ex energiarũ ſucceſſione in eodẽ genere ſeu ſpecie, ut in triplici intellectus actione ſecũdũ Ariſt. Poſtremò energia prima eſt ipſa forma, ut in homine ſcientia: energia ſecũda ipſum officiũ, uidelicet ſcire intelligere, ſicuti mõſtrat liber de anima ſecũdus.

Poteſtas item plurifariã agens & patiens, poſſe uidelicet mouere & moueri, amare & amari. Patiens rurſus aut ratione accidentis in ſubiecto, aut formæ in materia prima.

Energiæ quidẽ cõiuncta eſt potẽtia, ratione tantũ diſtincta, cũ idẽ numero ens reſpiciat: ut homo abſolutus energia eſt homo, & potẽtia qua potens fuit eſſe homo, ſui principij producẽtis aut cõſeruãtis ratione. Remota eſt ab energia, cũ diuerſum numero ens cõtinet, ut ſemẽ poteſtate homo. Et ſic diuiſa re ſunt. Aut etiã ſicuti energiam primã & ſecundã dicimus, eodẽ modo poteſtatẽ primã quæ remota & imperfecta eſt, ut ſemen poteſtate homo: & ſecundã ut in eodẽ ſubiecto, ac propinquã & facultate paratã ad agẽdum, ut ignis poteſtate urẽs, qui nõdum urit. De quibus in phyſicis locuti ſumus. Sunt item poteſtates naturales tam ſenſus quàm rationis, quæ in tertia locantur ſpecie qualitatis.

Idem & diuerſum

Inter entia quoq; Idẽ & Diuerſum poſuit Ariſt. Et quod hoc conſequitur oppoſitum. De quibus diſſerit libro x.

Vnum, Idem, Simul, Indiſcretum communi dicuntur uocabulo. Eſt enim eadem differẽtium eſſentia, ſicuti ſimile eadem differẽtium qualitas, & æquale eadẽ differentium quãtitas. Quemadmodũ contra Diuerſum, Aliud, Differẽs, Oppoſitũ, Diſcretũ, Alterũ, Duo, diuerſitatẽ omnia ſignificant.

Entia & Eſſentia omnis è cõtrarijs ad Vnũ & Plura deducũtur: unũ in ſtatu & quiete, plura in motu: ut ex forma & priuatione, id eſt ente & nõ ente: ſiue id eſſe ſit ex materia & forma, ſiue energia & poteſtate. Ea demũ ratio mouit Pythagorã, ut Vnũ & Duo .i. numeros inter eſſentiã & rerum principia referret, quæ Monada & Diada appellauit. Quapropter quodlibet eſt, qua unũ eſt. Diſſoluta enim unitate nõ eſt. Et hoc demũ modo Vnũ enti cõparatur, abſolutã rei indiſcretionẽ cõtinens. Cũ uerò tantũ quãtitatis indiſcretionẽ præ ſe fert, principium eſt numeri. Tertiò uerò, ut ait Diony. nulla eſt multitudo citra unitatẽ. Nã multa partibus ſunt, unũ toto: Multa accidẽtibus, unũ ſubiecto: Multa numero, unũ ſpecie: Multa ſpecie, unũ genere: Multa deniq; poteſtate, unũ energia: ut omne cõtinuum quod in infinitũ diduci poteſt. Reperitur tamẽ indiuiſibile & natura indiſcretũ, ut ipſa eſt Vnitas, & Nota quæ eſt principiũ lineæ, & nunc in tẽpore. Præterea ipſe Deus, quoniam ut ait in x. lib. quod ſimpliciſſimum eſt, menſura eſt in quolibet genere.

Totidẽ modis Diuerſum, ſeu Differens dicitur. Eſt quoq; differẽtia rei & rationis. Dicitur enim re aliquid tripliciter differre: numero, ſpecie, genere. Quædã enim uera ſunt, & & re differunt: ut ſpecies inter ſe, aſinus uidelicet & homo. Quædam minime uera, nec re differũt: ut genus & ſpecies. Nonnulla uera, & item cogitatione differunt, ut homo & animal. Vſurpatur autem cogitatio ſiue ratio in hac parte pro animi conceptu extra rem, uel in re, quæ tamen res ipſa nõn ſit. Extra rem, ut ſi quis chimæram quæ nuſquam eſt, mente fuerit contemplatus. In re, ut ſi quis in hominis meditatione ſpeciem conceperit, aut caſum genitiuum.

Oppoſitũ quadruplex

Sequitur, Ex his Oppoſitum uidere numero quadruplex, aut ratione cõparationis, ut relatio, ſeu remotionis oppoſiti triplici de cauſa. Aut enim remoto nihil omnino relinquit, ut negatio: aut ſubiectum relinquit, ut priuatio: aut certe ſubiectum & genus, ut contrarium. Quocirca quædam dicuntur oppoſita cum medio, quædam citra medium.

Sex contradictionis conditiones

Cõtradictio in primis maxima oppoſitionũ ac remotiſſima eſt, ſenaſq; retinet cõditiones: ꝙ extrema omni medio careãt tã generis quàm ſubiecti: ꝙ ſint extra genus, ut de ente & nõ ente: ꝙ alterũ extremorũ ſit aliquid poſitiuũ, ꝙ negatio ſit abſoluta, nõ alicuius determinatæ rei aut ſubiecti: quòd extrema nequeãt eſſe idẽ uel ſimul: ꝙ ſit unius & eiuſdẽ, ſecundum idem, reſpectu euſdẽ ſubiecti & in eodem tẽpore.

Priuationis totidem

Priuationis oppoſitũ totidẽ habet cautiones, quòd medio careat ſui generis, quòd alterum extremorũ aliquid ponat, quòd extrema non ſint idẽ neq; ſimul: in quibus tribus cum contradictione conuenit. Cæterũ quod habeat medium ſubiecti, quòd extrema ſint genere, quòd deniq; ſit aptum illud habere quod ponit: pro ſuis ſpecie loco & tempore.

Contrariorũ quinque

Contrarium quinq; cautiones: quòd oppoſita cõtraria nõ ſint idem neq; ſimul, in quo cum utroq; conuenit prædictorum: quòd extrema poſſint uiciſſim in eodem ſubiecto ineſſe, niſi alterum inſit à natura: quòd extrema ſint in eodem genere: quòd alterum extremorum habeat rationem habitus, in quibus cum priuatione conuenit: quòd utrunq; extremum poſitionem faciat. Latiore autẽ modo contraria ſecũdum Ariſt. ſunt in diuerſo ſubiecto: ut ignis & aqua. Aut quando poteſtate cõtraria ſunt, ut ſanans & debilitans. Aut in poteſtate ipſoum contrariorum agentia uel patientia, ut calorificum, & frigorificum, aut calefactile uel refrigerabile.

Relatiuorum quatuor cautiones

Relatiua quatuor cautiones: quòd careãt medio ſui generis & ſubiecti: quòd alterũ oppoſitorũ ponat reliquũ, uel deſtruat: quoniã poſita ſe ponũt, & perẽpta ſe perimũt: quod in relatione re cõſtat nõ idẽ ſit, in quo cõuenit cũ alijs tribus. At in relatione rationis poſſunt idem eſſe ſicut in relatione identitatis. Sed quãdo ad relationẽ uenimus, pluſculũ in ea immorãdum, præſertim cùm Ariſtot. in xi. Metaphyſicæ eam minime prætereat. Diffinitio ipſius in præceptis generum eſt huiuſmodi: Ad aliquid ſunt quæcunq; ipſum quod ſunt aliorũ dicuntur eſſe, uel quomodolibet aliter ad aliud: hoc Latini Græciq; enarratores ſic declarãt, ut in caſu genitiuo, & alijs etiam caſibus relatio fieri poſſit, ut pater filij pater: uel ablatiui: ut maius minore maius. Sunt & relatiua re quidẽ appellata & per ſe, ut quod ſimpliciter in propria fuerint & natura & categoria: ut pater, duplũ. Ex accidente ſunt rationis, nõ in propria, ſed altera categoria, ut ſciẽtia eſt in prima ſpecie qualitatis; tamẽ quoniã refertur ad ſcibile, quo ad relationẽ eſt in genere relationis, quãuis ſecũ-

Ad aliquid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

dum quoſdã non idem poni debeat. Sunt item relatiua excellentiæ, ut dominus: ſubiectionis, ut ſeruus: æqualitatis, ut amicus. Ariſt. in Metaphyſicæ v i. relationẽ in quãtitate ponit, ut duplum, triplũ. Præterea in actione & paßione: ſiue ſecundum poteſtatẽ, ſiue ſecundum actum agentem & patientem, ut calorificum ad frigorificũ refertur. Poteſtate & energia, ut calefaciens ad calefactũ. Poſuit item in qualitate, non tamẽ explicitè: quoniam qualitas non eſt aliud niſi ſecũdum quod accipitur ratione poteſtatis agentis uel patientis: uel ratione quantitatis, ſicut dicitur aliquid albius alio. Et ſicuti dicitur Socrates albus eſt ſimilis Platoni albo, referre uidetur potius quandã albedinis quantitatẽ. Reliqua uerò accidentiũ genera potius cõſequuntur, quàm creare poßint relationẽ, ut ubi aliqualem relationẽ ad locũ, poſitione partium refert. Habitus relationem habentis ad habitum.

Relatio in diuinis quatuor modis

Sed & Theologi noſtri relationem in eſſentia ponunt, & hoc tãtum in diuinis, quatuor modis. Primò cum proprium nomen ad aliquid refertur, ut pater. Deinde relatio quæ conſequitur uel cauſatur relationem, ut generatio & generans. Tertia quæ implicitè claudit in ſe relationem, ut trinitas, hæc perſonas includit diſiunctas. Poſtrema quando pro relatiuo ponitur, ut Deus.

Sunt item alia quædam inter ſe diuerſa & oppoſita ſub ente, quæ oportet exprimere: ut Prius & Poſterius, Neceſſarium & Contingens, Totum & Pars, Magis & Minus, quæ deinceps paulatim explicabo.

Prius & poſterius

Prius & poſterius dicitur ratione ordinis alicuius & principij in quantitate, in cognitione, in eo quod exiſtit. In quanto continuo tripliciter: ratione loci, ut ignis prior aëre: ratione temporis, ut præteritum prius futuro: ratione motus in rebus naturalibus, ut puer prior uiro. In quãto diſcreto, index eſt prior medio reſpectu pollicis. In cognitione ſecundum rationẽ uniuerſalia ſunt priora particularibus, & ſimplicia compoſitis. In cognitione ſecundum ſenſum ſecus, niſi ex accidente. Nam ex accidente notius eſt ſenſibus uniuerſale, non tamen per abſtractionem ut magis commune. Sicuti pueri qui omnes homines ab initio patres uocant, poſtea diſtinguunt. At intellectui contra ex accidente & indirectè notius particulare. In eo quod exiſtit prius dicitur tripliciter. Ratione communitatis, ut priora ſunt quæ poſſunt eſſe ſine alijs, ut animal prius homine. Ratione analogiæ. Tertiò ratione diuiſionis entis in energiam & poteſtatem, ſi ſecundum energiam contrà. Nam partes non incipiũt eſſe in energia niſi toto abſoluto. Ariſt. uerò ponit quartum modum, cum ſunt duo cõuertibilia, & unum ſit alterius cauſa, ut pater. Poſtremò ſpecies omnes, quæ ſub genere cõprehenduntur & diuiduntur, ſunt oppoſitæ differentiæ.

Magis & Minus

Quæ magis & minus recipiant uidẽdum. In primis quãtitati id cõuenit. Quantitas enim duplex: prima dimenſionis, cui maius cõuenit & non magis: ut maius robur, maior latitudo, lõgitudo. Et quantitas, uirtus, quæ eſt de qualitatis genere, ac per alterationem augetur, cui cõuenit magis, ut magis albus: nam magis in alteratione dicitur, maius in augmẽto. Demum extenſio ad dimenſionis, intenſio uerò & remiſſio ad uirtutis pertinet quantitatem. Formis quoq; rerum abſtractis in genere accidentium maius conuenit, ut maior albedo. Concretis uerò magis, ut magis albus.

Totũ & Pars

Eſt inſuper Metaphyſici, quomodo totũ & partes dicantur ueſtigare. Sex enim traduntur modi. Totum in primis quoddã quod perfectionis dicitur, carens partibus: ut Deus, angelus, nota in linea. Totũ eſſentiæ, quod plura cõtineat unã conſtituentia rem: ut homo cuius partes eſſentiales dicuntur. Totum integritatis, quod plura cõtinet integrum conſtituentia, modo continuationis in toto continuo: ut contignatio, uel colligatio, uel aceruus. Totũ poteſtatis, quod habet diuerſas poteſtates re diſcretas à ſua eſſentia, ut anima habet uiſum & auditum & reliqua. Totum uniuerſale, quod plures continet partes ſubiectas, non re, ſed ratione diuiſas, ut eſt genus ut animal, uel ſpecies ut homo, eius per ſubiectionem dicentur partes. Totum numeri, quum numerus plura numerata comprehendit, ut duodenarius.

Neceſſariũ & Contingens

De Neceſſario autem & Contingente inter ſe oppoſitis, rectè perſpiciemus ſi cauſas cõſiderabimus quæ attinguntur in Phyſica. Neceßitas duplex: ſimplex & hypothetica. Simplex eſt illud quod à priori cauſa neceſſariò dependet, ut hominem mortalem eſſe, quod elementis compoſitus: quod quandoq; à forma dependet ſicuti exemplum ſupradictum: quandoq; à materia, ut animal mortale. Neceſſarium è poſitione ſiue hypotheſi eſt: ſi hoc fieri debet, illud habere oportet, ut ſi enſis fieri debet, ferrum eſt neceſſarium. Et hoc totum cauſam finalem ſignificat, quod in naturalibus uideri licet. Qui enim finẽ naturæ ademêre ac omnia temere poſuere, neceſſarium ſimpliciter exiſtimauerunt, ut in constructione domus lapides deorſum cadentes natura ferri, ligna uerò ſurſum tanquam leuia dixere: ſic homines membra fortuitu, nullamq; ob cauſam facta ad ſuam utilitatem accõmodauiſſe. Ariſtoteles uerò ſimplicem neceßitatẽ in hypotheſi eſſe negat, naturamq; dicit ob formã non contra factam, neceßitatem uerò in materia eſſe non in forma. In Mathematicis idem eſſe, ſed diuerſo modo. Si ſunt priora, ſunt & poſteriora, ut ſi eſt triangulus rectus, tres ergo angulos duobus rectis æquales habet. In naturalibus autẽ ſi poſteriora ſunt & priora, ut homo eſt, ergo mundũ ob eum creari neceſſarium fuit. In ſe autẽ & in ordine ad effecta neceſſariæ ſunt cauſæ, ſicuti motus cœli reſpectu eclypſium & aliorũ effectorum: quæ præexiſtẽtia in cauſis ſunt quoddã futurum nõ contingens quidẽ ſed neceſſarium. Quædã autem ſunt cauſæ nõ neceſſariæ ſaltẽ cõparatione ad ſua effecta, & huiuſmodi dicũtur futura contingẽtia dum ſic in cauſis ſuis præexiſtũt. Et hæc aut frequẽter, ut hominẽ pentedactylũ eſſe, aut raro, ut hominẽ fodientem inuenire theſaurũ, aut in horũ medio, ut legere & nõ legere. Rurſus in his quæ frequẽter eueniunt natura & ars dominatur, quoniam natura in proprijs effectis plerunq; ſuperat: rara enim portẽta, & ars propriũ finẽ plerunq; adſequitur. In ijs autẽ quæ inter ſæpe & raro, electio dominatur: in nobis enim eſt legere & nõ legere. Raro autẽ contingens fortunæ & caſus eſt. Fortunæ cum ſecundũ electionem noſtrã ſunt, ut fodientẽ theſaurum inuenire, cauſa eſt fortuna ex accidẽte inueniendi. Caſus autem in ijs quæ ſecundum naturam non autẽ ſecundum electionem eueniunt, ut caſu tecti ſupprimi, terræmotu terram ſcindi, fulmine ici. Quapropter cõtingens infinitum eſt: poteſt enim & poteſt non fieri. Neceſſarium, dicit Auicenna, nullum habet extrinſecus impedimentum: contingens uerò, rarumq; plurima impedimenta extrinſecus. Poteſt idem contingens & neceſſarium eſſe, ut Socratem mori diuina prouidentia iußioneq; neceſſarium, contingens uerò Athenienſium iuſſu.

PARALIPOMENA.

QVVM canat extremos prope iam uindemitor antes: racemationi locus in quibuſdam erit, ac in urbe primùm Roma, quæ tumultus malaq; ſummatim hæc paſſa eſt. Plebes propter nexos ac æs alienũ in ſacrum mõtem primũ ſeceßit: unde à Menenio Agrippa reducta eſt creatis duobus tribunis C. Licinio, & C. Albino, qui tres alios ſibi creauerunt. Deinde Sp. Caßio & Proculo Virginio Coss. lex Agraria promulgari cœpta,

uſq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uſq; ad ciuile bellum ſemper tumultuoſa. Caßius alter Cos. partes agri Hernicis adempti dimidium Latinis, dimidium plebi diuiſurus erat, niſi alter reſtitiſſet: ex quo damnatus necatusq; fuit. Liuius lib. II. Deinde Capitolium noctu à ſeruorũ exulumq; quatuor millibus Herdonio duce occupatum, ac his cæſis receptũ eſt. Deinde per Virginiæ caſum plebes ex Algido in Auentinum ſeceßit: unde per L. Valerium Potitũ, & M. Horatium reducta, creatis ab ea V. Tribunis militum, qui XX. poſtea fuere. Lib. III. Deinde de connubijs orta cõtentio C. Canuleio Trib. legẽ ſciente, ut eſſent cum patribus cõmunia. Et ut alter de plebe Conſul fieret: tuncq; primum tres Tribuni conſulari poteſtate creati, anno urbis CCCX. Lib. IIII. Poſtremò in Ianiculum ob æs alienum ſecedens per Hortẽſium dictatorẽ reducta fuit.

Galli anno CCCLXV. urbem incenderũt omnem præter Capitolium: quibus aurum pactũ ac ultra quantum enſis appenderet petentibus, Camillus ſuperueniens uictor abſtulit, ſigna retulit. Anno DCC. uici XIIII. cum uico iugario igne abſumpti ſunt. Oroſio teſte. Seditiones deinde per Gracchos & Apuleios. Ciuilia quoq; inſecuta bella à Sylla uſq; ad auguſtum, & à Nerone uſq; ad Veſpaſianum.

Nero uetuſtatẽ ædificiorum peroſus per ſtultitiam urbẽ incendit, quæ ſeptem diebus totidemq; noctibus flagrauit.

Vitellius Sabinum Veſpaſiani fratrem in Capitolium cõpulit, ſuccenſo templo. Flauianis tandem potientibus, Titi tẽpore aliud ortũ incẽdium plurimas ædes cremauit. Sub Commodo ictũ fulmine Capitolium: ex quo bibliotheca illa maiorum cura comparata, abſumpta eſt. Anno DCCCXLVII. Aurea domus Neronis flagrauit. An. M.CLX. Gothis duce Alarico pars urbis incẽſa. A Vectige autẽ moles Hadriani inferiore parte diſiecta: reliqua uerò à Britonibus ſub Vrbano VI. euerſa, poſtea à Bonifacio IX. poſtremò ab Alexand. VI. reſtituta. Tyberis ex eadẽ ferè Apẽnini parte unde Arnus ſupra Aretium oriens, paruusq; ab initio, mox multis fluminibus augetur. Albula prius à colo-

Tyberis

re, deinde à Tyberi rege Albano ibi præcipitato cognominatus, Auctu religioſus magis quàm ſæuus, ut ait Plin. Nam redundantẽ bis uidimus, peſtilentias anniq; incõmoda conſecuta portendentẽ. Liuius lib. V. glaciatũ & innauigabilem eo fuiſſe anno cõmemorat. Amnesq; XLII. in eum corriuare per ſpatia CL. M. ex quibus præcipuos eſſe Narem &

Glanis

Tinna

Anienem: item Pli. cõmemorat. Præterea Glanẽ & Tinnam, quorũ alter ex Arretio, alter Tinna ex Apẽnino inter Eugubium & Aſiſiũ meat, hodie Chiagiũ uocant: nonnulli hũc potius Aſim Propertio uocatũ putant, ambo tamẽ ſimul &

Aſis

Topinus

Melphis

Topinus Silio nominatus in Tyberim fluunt. Deinceps de locis alijs. In Apulia Melphis flumẽ Plinio Straboniq; ponitur, à quo nõ procul poſtea Melphis oppidũ Normãdis ædificatũ.

Tropæa Auguſti

Fanum Voltumnæ

Pauſilipum

In eadẽ parte Auguſti Tropæa, nũc urbs Turpia ſeu Tropienſis. Fanum Voltumnæ deæ Hetruſcorũ, apud quod habita illorũ concilia de auxilio Veijs obſeßis ferẽdo. Liuius lib. IIII. Pauſilipũ Campaniæ promontorium ubi Cæſaris piſcina, teſte Columella piſcem habuit annis LX. uiuentẽ. In Aſia quoq; tres fluuij nobiles mihi præteriti,

Rhebas

Eurymedon

Boſtrenus

Sena

Dionyſio poſiti. Rhebas prope Bithynios in pontum fluens, Eurymedon in Pãphilia, & Boſtrenus prope Sidonẽ. Senã inter urbes Hetruriæ Ptolemæus ponit: non tamẽ Coloniã in Græco uolumine. error in Latino fuit ex loco Liuij male intellecto, quum dicit lib. XI. Caſtrũ Sena & Adria coloniæ

Caſtrũ Piceni

deductæ: de Caſtro & Sena Piceni intelligitur, unde ager Caſtranus appellatur. Poſteri uerò Caſtrũ Senæ dixere à Ro. ædificatũ, ut etiã in quibuſdã antiquis tabulis eorũ reperitur. Sed de hac ſuperius mihi ſatis. Locus itẽ de hac apud Plin. male intellectus. Apud Cluſiũ inquit, & Senas, id eſt, libras: nam de lino loquitur, illi autem de ciuitate intelligunt.

DE POPVLIS A ROMANIS DEBELLATIS.

EX BELLIS autem Romanorũ pleraq; mihi præterita redordienda. Primũ Sabinarum occaſione Ceninenſes, Antennates, & Cruſtuminij Romulo mouerunt, quòd Sabini eorũ amici, ac uicini nimis lẽte agere uiderentur, uictiq; ſunt. Poſtremò Sabini periculoſius Tatio duce: cum quo poſt captũ fraude Capitoliũ ſimul cõuenit in unam urbẽ, ut Ro. Palatium, illi capitoliũ arcemq; habitarẽt. Poſt hos Fidenates eorumq; cauſa Veientes, qui itẽ uicti & parte agri à Romulo mulctati, ac in annos centum induciæ datæ. Deinde Tarquinius Priſcus de Latinis

Sabiniſq; triũphauit, primus omnium curru uectus bijugo, Sabini

quum ædem Ioui Capitolino uouit, quã poſtea Superbus filius ædificauit, Horatius dedicauit. iterum rebellantes à M. Val. Publicolæ fratre triumphati. poſtea uerò Sabinorũ iuuentus in ludis Romæ quum per laſciuiã ſcorta rapuiſſent, tumultuq; propterea exorto res nõ procul à defectione fuiſſet. Sabinis ſeſe per legatos excuſantibus ac rem in iuuentutem reijcientibus, reſpõſum ſe quidem iuuentuti parcere: ſenibus autẽ minime, qui cõtinuò cauſas rebellionis necterent. Quãobrem M. Horatius Cos. de his ſimul, & Val. Publicolæ frater, qui Volſcos uicerat cõtra ſenatus autoritatẽ duobus diebus triumpharũt, quum ille unum utriq; decreuiſſet.

Poſtremò à Curio Dentato penitus ſubiugati. Latinorũ Latini

Albã Tullus rex per fratres trigeminos uicit. Deinde pro- Alba

dentes præter pacta Romanũ exercitum autore Metio in bello cõtra Fidenates & Veientes iterum ad internitionem deleuit. Alba diruta. Albanorum principes in patres legit, Tullios, Seruilios, Quintios, Geganios, Curatios, Clœlios. Deinde Priſcos Latinos uicit. Superbus fœdera & adfinitates cum Latinis inijt, armaq; iunxit. Ad lucum Ferẽtinæ

Lucus Ferentinæ

Herdonius

in concilio Turnum Herdonium Aricinum ei uerbis aduerſantem ſuſtulit, clàm per ſeruum corruptũ armis in eius diuerſorium inductis, ac quaſi regem per proditionẽ occidere

uellet. Ancus deinde Politorium eorum urbẽ potißimam di- Politorium

ruit. hoſtes Latinos exemplo ſuperiorum in urbem recepit, dato eis Auentino: ex eius oppidi ruinis nũc Polim crediderim appellatum. Extat & alterũ Pallianum, cuius Pallẽ- Pallianum

ſes lapidicinas Vitruuius uocat: oppidũ utrunq; Columnenſium. Poſt hæc populi XL. priſcorũ Latinorum Mãlio & Sex. Tarquinio exule ducibus rebellauere. Inter quos fuerũt Ardeates, Aricini, Bolani, Bubẽtani, Corni, Varientaui, Gabini, Laurentini, Lauinien. Lanuuitæ, Lauicani, Nomentani, Moreani, Præneſtini, Pedani, Querquetulani, Atricani, Scapteni, Setini, Tyburtini, Tuſculani, Telini, Telerini, Veliter-

T. Largius dictator

A. Poſthumi dictator

ni. Cuius rei gratia T. Largius primus dictator eſt factus, aduerſus quos A. Poſthumius alter poſt eum dictator ad lacum Regillum auxiliantibus Dioſcuris proſperè pugnauit. Quumq; poſtea rurſus cum Cãpanis defeciſſent, conditionẽ tulerunt, ſi pacem habere uellent, alterũ ex Latinis cõſulem facerent, ex quo Annius eorum prætor de curia prolapſus exanimatus eſt. Igitur debellati Latini per T. Manliũ, in

quo bello ſe P. Decius deuouit, deditionem fecere. Gabios Gabij

Dionyſius inter priſcos Latinos ponit. Capti autẽ hoc modo: Sex. Tarquinij filius ſimulata ira patris ad eos transfugiens factus eſt etiã belli dux: explorans igitur patris uoluntatem, accepit à nuntio illũ papauera ſumma in horto tãtum demetere uiſum, ipſe quoq; ſummos ciues necaturũ ſe intel-

lexit: quod & fecit. Hetruſcorũ bellum à Fidenatibus & Hetruſci

Veientibus cœpit ab ipſo Romulo uictis. Rurſus Veiẽtes ſimul cum Tarquinienſibus Tarquinios iuuãtes à Val. Pu-

blicola uicti apud Arſiam, ex quo ipſe primus curru qua- Arſia ſyl.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

drijugo triumphauit: in quo bello Brutus collega cecidit.
Porſena Deinde Lartes Porſena rex Cluſinorum bello pro Tar-
quinijs etiam ſuſcepto, quum ad Ianiculum caſtra poſuiſſet,
ne Tyberim tranſiret uirtute Coclitis Horatij prohibitus
eſt. Adceßit & Mutij aliud exẽplum alibi narratum. Quo-
rum admiratione rex pacis cõditiones ferre coactus, bellum
Clœlia dimiſit, acceptis obſidibus, ex quibus uirgo Clœlia dux uir-
Valeria ginum facta, inter quas Valeria item uirgo Publicolæ filia
fuerat, equo ſumpto, cuſtodibusq́; noctu deceptis ad ſuos per
Tyberim tranauit: & quum reddita eſſet, à Porſena honori-
Veientes fice remiſſa, equeſtriq́; ſtatua à Ro. donata eſt. Veientes
in antiquo perſeuerantes bello CCCVI. Fabios apud amnẽ
Menenius Cremeram per inſidias interfecerũt. Menenius Agrippa,
Agrippa illius Agrippæ filius qui plebem reduxit, Conſ. unà cum C.
Horatio ſtatim illos petens rurſus male rem geßit, ex quo
illi ad Ianiculũ caſtra poſuere. Vnde noctu Tyberim natan-
Sp.Seruil. do exercitum Sp. Seruilij Conſ. inſequentis anni adorti pari-
ter & reiecti fuere. Seruilius elatus uictoria, & ipſe Tybe-
rim tranat, aciem in iniquo cõtra hoſtem dirigens fugatur: à
ſuperueniente deinde collega A. Virginio ſeruatus, & hoſtis
cæſus eſt. Seruilio poſtquàm conſulatu abijt dies dicta, cui
crimini datus erat cum hoſte concurſus. Ille tamen & auda-
cia & meritorũ exprobratione periculum euaſit. Contra
uerò Agrippa ſupradictus & ipſe ob rem male geſtam ca-
pitis anquiſitus, ac ære ex gratia multatus, quũ modeſte pa-
tienterq́; ſe geßiſſet, morbo ob ignominiam correptus ex-
ceßit: ex quo uidere licet in cauſa pari apud imperitũ ingra-
tumq́; uulgus plus adrogantiam ualere quàm modeſtiam.
Menenius Alius Agrippa Menenius, cognomẽto Lanatus, ex eadem
Ag.Lana. familia conſul cum Macerio Geganio, quo tẽpore Sp. Melij
Geganius largitio fuit, & L. Minutius præſ. an. Veientes tandẽ Ca-
Camillus millus ſub iugum poſt ætates decem penitus miſit, ex aquæ
Albanæ uaticinio delphico, non prius huic finem bello fore,
quàm aqua ex lacu Albano in cãpos egrederetur, uti euenit.
Aduerſus itẽ Hetruſcos, Vmbros, Samnites, Gallos, De-
cio & Fabio ducibus proſpere pugnatũ, Decio ſe imitatione
patris deuouente. Deinde apud Ciminum lacum à Fabio,
poſtremò à Papyrio ultima occidione apud lacum Vadimo-
nis debellati. Poſt lõgum deinde tẽpus rebellantes à Sylla
Volſci annis ccc. impacati ſuperati fuere. Volſcos Tarquinius Superbus ante omnis
prouocauit ablata per uim eis Sueſſa pometia, quorum bel-
lum CC. poſt eum annis durauit, ex cuius manubijs Iouis Ca-
M.Horatius pitolini tẽplum ædificauit. Quod poſtea cõſecrauit M. Ho-
ratius Puluillus Cos. Publicola collega in bello Sabinorum
occupato, qui obiter allato de morte filij nuntio iußit uti ef-
ferretur, minime à cœpta cõſecratione diſcedẽdo. Volſcos
item poſt ſuperatos ad Regillũ Latinos uicit Ap. Claudius,
qui Cos. cum P. Seruilio fuit: rurſusq́; rebellãtes idem com-
peſcuit direpta Sueſſa pometia. De his etiam M. Val. Pu-
blicolæ frater dictator triumphauit. Deinde ſimul Volſci
Equi & Equi à L. Aemylio qui Cos. cũ Fabio Cæſone fuit, quum
per aſtutiam Actij Tulli eorum ducis ex urbe pulſi rebel-
laſſent. Deinde à L. Lucretio & T. Veturio, rurſusq́;
Quintio, & Qu. Seruilio Coss. uicti, & Antium captum, &
Veliternis ager ademptus. Cum Equis rex Superbus ca-
ptis Gabijs, inquit Liuius, pacem fecit: eos deinde, quod La-
tinos uexarent, Q. Fabius Cæſo Cos. uicit tumultuario bel-
lo, rurſusq́; rebellantes cum Volſcis ad Algidum ſecutus
compreßit. Tertio in eodem loco Q. Cincinnatus Dict.
unà cum Graccho Clœlio duce perdomuit: eaq́; fuit mode-
ſtia, ut dictatura quam in ſex menſes acceperat XVII. die
bello cõfecto ſe abdicauerit. De Volſcis item & Equis P.
M.Geganius Valerius Potitus Cos. apud Algidum, & poſt eum M. Ge-
Cluilius Volſcorum dux ganius etiam Cos. ducto Cluilio duce Volſcorum ante cur-
Samnites rum triumpharũt. Samnitibus primum motum eſt bellum
occaſione Campanorum, qui uexati ab eis ſe Romanis dedi-
derant: ut autor Liuius libro VII. deinde ſæpe rebellantes
annis LX. Papyrios duces exercuere. M. Attilius Cos.
quum uidiſſet aciem ab eis pulſam, Ioui Statori templum uo-
uit, ſi exercitus conſiſteret: ut idem libro X. Vouerat &
Romulus ſimile in bello Sabinorum. Samnitibus pacem
petentibus, quarto fœdus renouatum: demum per Curium
Dentatum bellum confectum. Eorum urbs Beneuẽtum Hir- Beneuentum
pinorum, olim Maleuentum ob horribilem & peſtilentem
uentum, cui olim fuit obnoxium, ut tradit in bello Goth. Pro
copius. Hanc urbem per bella Punica T. Sempr. Gracchus T.Gracchus
proconſ. contra Hannonem defendit apud Calorem tria mil-
liaria caſtris poſitis: ubi quum uiciſſet, Volones ex promiſ-
ſione facta liberos fecit: deinde ex eis illos, qui pugnam de-
tractauerant mulctauit, ut quoad ſtipendia facerent, ſtantes
cibum potumq́; caperẽt. Liu. lib. XXIIII. Sunt autem
Volones ſerui, qui uolũtarij militãt. Ampſanti colles Vir- Volones
giliani & ſæui ſpiracula Ditis, in ualle apparent Beneuẽta- Ampſanti colles
na, uti quibuſdam placet. Tarentinum inſecutum eſt bel- Tarentini
lum, quod item Curius ſuperato Pyrrho è Sicilia rurſus re-
deunte confecit, in eodem magiſtratu bis triumphauit. Ta-
rentinis uictis pax & libertas data. Neapolitani per Q.
Publium obſeßi in deditionem uenerunt. Publio triumphus
per Conſ. decretus & imperium prorogatũ. Legio cam-
pana cum D. Iubellio præſ. quæ in præſidio Rheginis reli-
cta fuerat, eam urbẽ cepit, quapropter capta ſecuri percuſſa
eſt: cetera uerò Italica ſimul cum Siciliẽſibus ſuprà narrata.
Deinceps de externis. Illyrici regina Teuca, Agronis De Illyrico
olim uxor, quum admonita à duobus Corruncanis legatis, Teuca
quæ primo bello Punico oram maritimam populabatur, al-
terum Titum liberius locutum in itinere redeuntem interfe-
ciſſet, à Cn. Ful. Centimalo & L. Poſth. Albino Conſ. poſtea
ſuperata ſupplex reddita ex conditione Cercyræ & Apol-
loniæ libertate pacem obtinuit, quæ Demetrij uiri potentis
è Pharo Illyrici oriundi proditione, conſpirantibus Iſtris ſi-
mul cum Iſſeis & Atintanis populis Illyricorũ fœdus cum
conſulibus inierant. Verum paulò pòſt eiuſdem opera
Atintani occupatis in bello Gallico Romanis rebellantes ad Atintani
officium reducũtur. Demetrius pulſus quum reuertiſſet, au- Demetrius
xilio Philippi captus, atq́; interfectus eſt, ac Pharos eius pa- Pharenſis
tria euerſa, Illyricis pax reddita. Et hæc illico poſt primum
Punicum. Secundo autem quum Philip. Italiæ propinquãs
Oricum occuparet, Apolloniam obſideret, ann. V. belli Pu-
nici à M. Val. prætore ſuperatus eſt, Illyriciq́; oræ populi
recepti. Valerius ob rem bene geſtam abſens cõſul creatur,
fœdus cum Aetolis inijt. Gentius deinde rex Illyrici hoſti Gentius rex
Perſeo pretio coniunctus, cum legatos de hoc ad eum que-
rentes in uinculis tanquam canes emiſſarios habuiſſet, à Cn.
Manlio XXX. diebus terra mariq́; uictus, ac unà cum uxo- Cn.Manlius.
re & liberis in triũpho ductus. Eius urbes Paulus Aemylius
tribus diruit horis. Vardei gens Illyrica quòd Romano- Vardei
rum ſubditos moleſtarent, nec iußi abſtinere obtẽperarent,
à Ful. Flacco ſuperati ſunt. Iapides à Sempronio, Segeſta-
ni à Cotta, Delminium à Naſica, Delmatæ à Metello ſunt
domiti. Papyrius Carbo à Cymbris in Illyrico cum exer-
citu eſt fuſus. Per bella ciuilia Illyrici Cæſ. copias duce
Gabinio illac iter habẽtes adflixere. Cæſare interfecto præ-
ſidia, quæ paulò ante acceperant, eiecere. Bebium cõſularem
uirum interemere. Demum ſub Auguſto Salona per Pol-
lionem Celeniſq́; oppidis ſuperatis penitus ſub iugum uene-
runt. Iſtri autem qui Illyricos, Aetoloſq́; iuuerant, quum Iſtri
prædæ cupidi Cn. Mãlij caſtra cepiſſent, ab Appio Pulchro Appius pulcher
debellati ſunt. In Pannonios M. Liuius ab Auguſto miſſus Segeſta
Segeſtam cepit, deletis Pannoniorũ copijs auxiliũ ferentibus M.Liuius
& armis hoſtilibus in profluentẽ iactis, quo uictoria cæteris
repen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Batho rex repente pronuntiaretur. Bathonem eorum regem deinde
Tyberius maxima cæde ſuperatum, ac donis ingẽtibus mu-
neratũ, transtulit Rauennã, gratiam referens quòd ſe quon-
dam cũ exercitu iniquitate loci circũcluſum paſſus ſit eua-
Marcomanni dere. Pannoniam item Marcomanni gens fera irruperãt,
ſed ab Antonino philoſopho repulſi ſunt. Probus itẽ prin-
ceps eã à Sarmatis occupatã liberauit. In eadẽ & Conſt.
Licinium oppreßit. Diuiſa eſt in primam & ſecundam.
Amantini in ſecũda ubi Bacuntius amnis in Sauum influit.
Sauus enim Drauusq́; potißimi, hic è Noricis uiolentior, ille
ex Alpibus carnicis placidior fluit, uterq; nauigabilis. A
Sauo Sauẽſis regio dicta eſt: qui autẽ inter Drauum & Da-
nubium tractus extẽditur, Valeria dicitur, quæ Croacia nũc
Quadi eſt. Hanc Marcomanni Quadiq; infeſtabãt: cum quibus con-
ſpirauerant Sueui, Sarmatæ, Baſtarni, Alani, Peucini. Cõtra
quos profectus M. Antoninus philoſophus quum etiã ſerui-
tia armaſſet, in Danubij tranſitu feliciter acceptos in dedi-
tionẽ Marcomannos in Italiam traduxit. Voluit Marcomã-
niam & Sarmatiam prouincias facere, feciſſetq́; niſi Auidij
Caßij rebellione Orientẽ petere coactus fuiſſet. Sub Au-
reliano deinde à Marcomãnis uaſtata ſunt omnia, quæ circa
Mediolanum erant, quibus occurrente imperatore tanta eſt
clades accepta, ut Ro. penè ſolueretur imperium, luſtrata
urbs, inſpectiq́; libri Sibyllini, mox barbari uicti nõ tam Ro-
mana uirtute, quàm quòd monſtris quibuſdã uiſisq́; diuinis
ex ope (uti credebatur) Sibyllina territi fuere. Sunt enim
Catti Marcomanni & Catti, ubi nunc Morauia ac Vratislauia.
Bohemi uerò priſtinũ Bohemorũ retinẽt nomen. Qua-
Daci di itẽ ubi Quauia adhuc uocatur apud Vladislauiã. Daci
Cotiſon quoq; ſub Cotiſone rege in Pannonias Mæſiasq; proximas
Cor. Lentulus concreto gelu Danubio irrumpebãt, contra quos Cor. Len-
tulus ab Auguſto miſſus, tris eorũ duces cum magnis copijs
deleuit, citerioremq́; ripam præſidijs muniuit, ſatis uictoriæ
putans poſſe illos prohibere. De Dacis & Sarmatis Do-
mitianus duplicẽ egit triumphum. Traianus in eos profe-
Decibalus ctus regẽ Decibalum uicit, eius legatis ſeruilẽ in modũ in-
troductis pax data. Iterum quoq; in rebellantẽ proficiſci-
tur, quo ſuperato Daciam prouinciã fecit, theſauros regios
ſubter uada fluminis inuenit, pontẽ lapideum ingentẽ fecit,
de quo in eius uita referã: rex ſibi manus attulit. Sub Ga-
lieno Dacia eſt amiſſa. Aurelianus deſperans retineri poſſe,
omnẽ Daciam trans Danubium ſublato exercitu prouincia-
libus reliquit, abductosq́; ex ea populos in Mœſiam colloca-
uit, appellauitq́; ſuam Daciam quæ duas Mœſias diuideret.
Macedones Macedones ſocia arma cũ Annibale coniũxerant. Philippus
Philippus rex ad Apolloniam primo ſimul cũ Acarnanibus à Valerio
Leuinus Leuino ſuperatur. Deinde à Sulpitio procõſule Attalo rege
Sulpitius & Aetolis belli ſocijs uarijs prælijs agitatus: pax poſtremò
illi à Pub. procõſule data, dum occupatis in Africam animis,
omnibus alijs bellis Romani leuari cuperent. Nec diu in fœ-
dere manſit Philip. Athenienſesq; Romanorũ ſocios uexa-
bat: acta rurſus res eſt primis illis quondam in eum ducibus
Leuinusq́; illuc miſſus eſt. Sed omne negotiũ Sulpitius Con-
ſul ſuſcepit, terra mari Attalo Rhodijsq́; iuuãtibus bis uicit,
bis caſtris exuit, bis fugauit. Vltimũ illi prælium cum Q.
Flaminius Flaminio cos. fuit, à quo uictus dato etiã Demetrio filio ob-
Perſeus ſide pacem impetrauit. Perſeus defuncto patre bellũ hæ-
reditarium proſecutus, aliquãto felicius ab initio, ut qui Li-
cinium, qui prius in Macedoniã ingreſſus fuerat acie uice-
rit: naues ceperit: proximos inſuper populos bello illato,
Martius partim in deditionẽ, partim in amicitiam redegerit. Mar-
Philippus tius Philippus per altas paludes immunitã Macedoniã pe-
netrauit: coactus eſt rex claſſem incẽdere, pecuniã mari mer-
gere, ne in Romanas manus ueniret: à Paulo deinde Aemy-
lio Conſule ſic conterritus, ut pugnæ adeſſe non auderet, ſic

uictus, ut nec illi Samotraciæ latebræ profuerint, è quibus
tandẽ erutus miſerabilẽ triumpho pompã præbuit. Andri- Andriſcus
ſcus poſt hunc quòd ſe Demetrio genitũ diceret, à Demetrio
Syriæ rege captus, Romamq́; miſſus, cum indiligẽter cuſto-
ditus euaſiſſet, tantos in Macedonia motus fecit, ut cæſo de-
letoq́; Ro. exercitu cum Quintio Prætore, ingentẽ terrorẽ
incuſſerit. Duce tamẽ Q. Metello in cathenas reductus, ſer-
uituteq́; Maced. mulctati. Pſeudo Philip. ad extremũ excita-
tus à L. Tremelio quæſtore unà cum exercitu cæſus eſt.
Dardani Mœſijq́; poſt Macedoniam ſunt, in quã quotidie Dardani
irrumpebant, auſi templo Delphico manus inferre uiolẽtas. Mœſij
L. Scipio auri pactione corruptus cũ Dardanis fœdus per-
cußit, L. Sylla partim eos uicit. M. Curio procos. penitus M. Curio
ſub ditionẽ redegit. Scribonius procos. Cl. Appij qui contra
Rhodopeios pugnãs morbo abſumptus erat, ſucceſſor, de-
clinato in Dardanos bello intra trienniũ ad Iſtrum penetra
uit. Dacia tenus uenit, ſed ſaltuũ tenebras expauit. M. Lu- M. Lucullus
cul. L. qui Mithridatẽ uicit frater, Mœſiorum regionẽ ex-
currit omnẽ. M. Craſſus Auguſti auſpicijs feliciter in eos
pugnauit, quos quum peteret, rogitareturq́; ab eorum duce
quinam eſſent, reſpõdiſſetq́; Romanos gẽtium dominos, ille,
ita inquit, ſi nos uiceritis. Nec parũ timoris incußit Do-
mitius centurio foculo ſupra caßidẽ tanquam ardẽte capite Domitius
collocato. Tyberius poſtremò Imp. ſub Romana eos iura Centurio
redegit, tributumq́; pẽdere coëgit. Thraces Macedonum
erant tributarij, quibus uictis Romanũ detractabant impe-
rium, uicinas excurrentes regiones. Scordiſcos igitur inter Scordiſci
eos cõprehenſos M. Cæſonius debellauit, M. Cato cõſul fu-
ſus fugatusq́; ab illis eſt: aboleuit dedecus Liuius Druſus qui
illos uictos Danubiũ tranſire prohibuit. Thraces inſuper
Minutius Rufus apud Hebrũ adflixit. C. Geminius ob flu
men gelatũ equitatu amiſſo infeliciter cõtra eos rem geßit.
L. Piſo Rhodopeios penetrauit. Sylla multis prælijs
cecidit, Appius ſæpe uicit. M. Lucullus ad Tanaim Mæo-
timq́; peruenit, & efferatas gẽtes mira celeritate debellauit.
Poſt mortem Cæſ. M. Brutus aduerſus eos mouit infelici-
ter. M. Craſſus Auguſti auſpicijs primo, mox Scipio do-
muere. Tribali Thracia gẽs, quod Germanorũ armis iu- Tribali
uarẽtur, indomiti mãſere. Tyberius imp. Thraſibulũ Thra- Thraſibulus
ciæ regẽ ſuſpectæ fidei reum per blãditias ad ſe traxit, neq;
unquã poſtea remiſit. Veſpaſianus Thraciã omnẽ quæ ſub
regibus amicis antea erat, in prouinciæ formã redegit. In
hac itẽ Perinthus, nunc Pera, Genuẽſibus ab Imp. Conſt. ob Perinthus
latũ ei auxilium cõtra Venetos cõceſſa, ſicuti Theſſalonica Tenedus
ab Andronico Hemanuelis filio Venetis. Prope Tenedus
eſt inſula, cuius notißima fama Virgilio deſcribitur, quod te-
ſte Ariſt. in Pol. hic ob Troiam importuoſam hoſpitiũ cele-
bratũ fuerat. Cicero in epiſt. prouerbiũ uſurpat ſecuris Te-
nedia, quòd libertatẽ rebellãdo amiſerit. Græcis Romani Græci
cõtra Philippũ Macedoniæ opẽ tulerunt. M. Val. Leuinus
II. bello Pu. cũ Aetolis fœdus percußit, captasq́; de hoſtibus Aetoli
urbes illis condonauit, nec paruo fuere bellis Macedonicis
uſui. Omnia tamẽ obruerũt beneficia cõiuratione cum An-
tiocho cõtra Rom. inita. Igitur uiolati fœderis pœnas dede-
runt, & à Glabrione primũ uicti, mox à M. Fuluio Nobilio-
re expugnata Ambracia unà cum Epiro ſubacti, benigneq́; Ambracia Epirus
cum illis actũ quòd plus apud iuſtißimũ populũ beneficiorũ
memoria, quàm recẽs defectio ualeret. Achæi licet cũ Phi Achæi
lippo bellũ intuliſſent, accepti tamẽ in amicitia, maleq́; dein-
de uſi ſunt cõceſſa libertate. Legatos pop. Ro. uiolauerũt, ac
duce Critolao arma ſumpſerũt. Attriti ergo per Metellum Critolaus
Macedonicũ, poſtremò euerſa per L. Mumiũ Corintho li- Corinthus
bertatẽ amiſere. Thebæ inſuper & Chalcis quæ auxilio Chalcis Thebæ
fuerãt euerſæ. Athenienſes auxiliũ contra Philip. petiere, Athenæ
defenſi ſunt, & ſua illis libertas conceſſa. Archelaus Mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

thrid.præſ.urbē occupauit,grauiq; ſeruitio preßit. L.Syl-
la circūſeſſam magno labore expugnauit, & antiquã liber-
tatem reſtituit, neq; ullam urbē maiore honore dignatus eſt
pop.Ro. Poſtremò quum Galli rebus exciderēt Conſtan-
tinopolitanis, Athenas diu tenuerūt cum Pelopõneſo:quorū
imperium dum in regnū transferretur Neapolitanū, ad ma-
nus Acciaiolorum Florent.ſub Io.regina peruenit:deniq; ad
Turcas.Hodie à barbaris corrupto uocabulo Sethinæ uocã-
Lacedæmonij tur. Cum Lacedæmonijs & eorum tyrãno Nabide bello
Nabis Maced.amicitia iuncta eſt. T.Flaminius deficientes uicit,
pacē dedit, bellum ob libertatē Argæi qui ſub tyranno erant
iuuere. Vniuerſos autē Græcos T.Flaminius uicto Philip
po, ſenatus populiq; nomine per præconē liberos eſſe iußit.
Rhodij Rhodij qui plurimū arte nautica pollebãt,auxilio Roma-
nis cõtra Philippum fuere. Cõtra item Antiochi claſſem cui
Annibal præerat XXVII.prius,& deinde XX.naues ſup-
plemento miſere:quibus meritis uicto Antiocho,Cares,Ly-
di,nõnullæ aliæ uicinæ urbes à Rom.ſunt eis donatæ,quin
& Aetolis eorum precibus placuit ignoſcere. Auſi ſunt ta-
men bello in Perſeum legatos Romã mittere, in pace cõue-
niſſe,ſe auxilia regi laturos.Viſum id indignū: quapropter
ciuitatibus iã donatis mulctati fuere: nec uicto poſtea Per-
ſeo audita legatio,intromiſſa demū dubia dimiſſa eſt.Quum
tamen aßiduè deprecaretur,in amicitiã accepti ſunt,nec un-
quam poſtea etiã Mithrid.bello fidem mutauerunt. Ante
Veſpaſianū libera fuit Rhodus ſuis utens legibus. Ipſe pri-
mum adempta libertate in prouinciæ formã cum adiacētibus
Pamphylij insulis redegit. Pamphylij,Cretēſes,Phryges,Lycij,Cili-
Cretenſes ces,& circa nationes omnes piratas excipiebant, cõmodaq;
& portus præſtabant.Seruilius eos cum Iſauria uicit,tribu-
tariosq; fecit: & tributa quæ grauia fuerant ab Antonio
triumuiro diminuta,Lycijs libertate donatis. Cretēſes ue-
rò Metellus domuit.Pompeius poſtremò graſſantes iterum
Arabes piratas uictos ac ſupplices aliò traduxit. Arabes Aelius
Gallus auſpicijs Auguſti uſq; ad Troglodytas deuicit. Si-
Sileus leus Nabatheorū legatus per deſerta deductum exercitum,
morbo,labore, fame ferè cõfecit:uicti tamen reges nonnulli,
oppida diruta, nec peruentū ad aromata ob aquæ inopiam.
Sileus proditionis cõuictus, Romam ductus ſecuri percuſſus
eſt. Traianus progreſſus ad mare rubrū primus Arabiã
ſubiugatã rectore impoſito in prouinciam redegit. Rediens
Agareni Agarenos rebellautes reiectu. .empeſtatibus & fulminibus
Saraceni ſuperare nõ potuit. Hos eoſdem eſſe cum Saracenis teſtatur
Auguſt.ab Agar ancilla Abraami cognominatos: deinde à
Sara coniuge ſe Saracenos potius appellari maluerunt. Ho-
rum hiſtoria ſupra repetita eſt, eiecti tandem ex Italia re-
Pandulphus gnoq; Siciliæ fuere per Othonē II.auxilio Pandulphi Capi-
Capiteferreus teferrei principis Capuani, cuius poſtea meritis Campana
Iudæi urbs facta metropolis fuit. Iudæi primo ſub Iuda Macha-
bæo amicitiam petentes, à Demetrio Syriæ rege ſeſe tutati
Hieroſolyma ſunt, Pompeius & Hieroſolymam cepit foßis die Saturni re-
Fauſtus Syllæ pletis quo gens ea uacat,& Fauſto Syllæ filio primo muros
aſcendente, templo pepercit, CC. mil. talentorum, ſacraq;
intacta relinquens,quæ poſtea Craſſus in Parthos profectus
diripuit,Hircano facto ſacerdote,& Ariſtobulo eius fratre
Romam in triumphum ducto. Titus etiam poſtremò re-
bellantem expugnauit,tēplum incendit,muros diruit,unde-
cies centena millia gladio fameq;, teſte Ioſepho, perierunt.
Reliqui uerò ad XC. mill. diſperſi. Ianus ſexto clauſus.
Iudæi deinde ſub Traiano circa Cyrenas ſumptis armis,
ſupra CC.mill.hominum interfecere,pariq; clade qui in Cy-
pro erant Cyprios adfecere. Traianus per Luſium legatū
omnes ubiq; inuentos profligauit. Hadrianus Hieroſoly-
mam inſtauratam Heliam de ſe uocari iußit. Iudæosq; urbis
ingreſſu prohibuit,ciuitate Chriſtianis permiſſa. Iulianus

Imper.quum templum reparari iußiſſet,diuino qui opus fa-
ciebant igne fundamentis prorumpente conflagrarunt,neq;
unquam poſtea Iudæi certam ſedem poſſederunt. Indorū Indi
rex Porus qui ſexcentis regibus imperabat,munera ad Au- Porus
guſtum amicitiæ cauſa miſit, octo ſeruos nudos aromatis
delibutos,uiperas ingentes, ſerpentem X.cubitorum,teſtu-
dinem fluuialem trium cubitorum:& perdicem uulture ma-
iorem. Cum muneribus aderat Larmanocagas Indus, cui
quum omnia ex ſententia eueniſſent ne quid aduerſi accide-
ret, more patrio Athenis nudus ridensq; in ardentem ſe py-
ram cõiecit. Galli poſtquam Italia omni expulſi ſunt,Sal- Galli
lyes per Sextium domiti, Allobroges à C.Domitio. Aruerni
à Q.Fabio.Poſtremò Cæſar Heluetios in eorū patriam re-
dire coëgit.Germanorū CCC.mil.Arioviſto duce è Gallia
expulit.Sueßiones, Atrebates,Belgas in deditionem accepit.
Venetos oramq; maritimã claſſe ſuperauit. Aquitanos per
Craſſum legatum domuit. Rhenum traiecit, proximosq;
Rheno territauit. Oceano remigato Britannos tributarios
fecit,Eburones deficientes recepit,cum rebellãtibus demum
Gallis omnibus & Vergētorige ad Alexiam conflixit,tan-
demq; IX. anno in fide habuit, tributiq; nomine imperauit
ſeſtertium quadringenties. Alpini prædones erãt, nec ſu- Alpini
perari poterant nec in ſaltibus præruptisq; montibus adiri.
D.Brutus Mutina fugiens data uiritim drachma ſe rede-
mit. Meſſala quum iuxta eos hyemaret,pro ſingulis haſtili-
bus pretium pendere coactus eſt. Terent. Varro acie ui-
ctos ſub haſta uēdidit. Auguſtus per Tyberiū funditus de-
letos extinxit,trophæumq; in Alpibus erexit. Germani li- Germani
beriores omnibus ſecundū Parthos fuere: à nullis enim ma-
iores acceptæ clades. Carbo, Caßius,Syllanus, Mãlius,Ser-
uilius fuſi uel capti, quinq; ſimul exercitus conſulares, Ipſi
nulla laceßiti iniuria,anno ab urbe cõdita DCXL.in Italiam
irrupere. Cimbri fuere ac Teutones Oceano proximi, Cimbri
ambo à C.Mario uicti,& à Catulo ad aquas Sextias,quorū Teutones
uxores noctu ſe ſuſpēderunt necatis infantibus. Germani
ob corporū proceritatem quum primum in Gallia cū Cæſa-
re concurrerent,tantū terroris intulere,ut teſtamēta paßim
in Romanis caſtris ſcriberētur:ac tunc primū in Germaniã
ponte Rheno impoſito Romanæ legiones perductæ:quumq;
ſe in paludes ſyluasq; reciperēt, non inuenti ſunt qui uince-
rentur. Bellis ciuilibus expugnatis legionū hibernis Gallias
adfectauere,pulſi tamē ſunt,Auguſtiq; auſpicijs bellū illatū.
Druſus eos uſq; ad Albim proſecutus, ne uerò ulterius
proſequeretur: mulieris ſpecie humana maiore idipſum
prohibentis perterritus eſt. Cimbris accepto lebete deli-
ctorum antiquorū obliuionem petētibus,condonatū. Sue-
ui & Sicambri traducti in Galliã,ac proximis Rheno agris
collocati. Vandius Sueuis,Vãnius Batauis reges impoſiti. Vandius
Quintilium Varum Cheruſci cum tribus legionibus ob Vannius
eius libidinē adflixerunt, ad Rhenū Romanos reiecerunt, Quintil.
tantumq; terroris iniecere,ut ludi ſint uoti, Auguſtus capil- Varus
lo promiſſo caput parieti ſæpe illiſerit. Germanicus dein
filius cladis uindex adceßit. Germanorū principibus captis
ac in triumphū ductis. Marcomannorū Quadorumq; re-
ges ex autoritate Romanorū ad Danubium regnabãt,raro
armis, ſæpe pecunia adiuti. Tyberius accitū per blãditias
Marobadū Germanorum regē non remiſit. De Phriſiorum Phriſij
legatis Romæ ſuprà narraui. Mortuo Nerone multi po-
puli Batauis ducibus nimis acerbū delectū peroſi,autore Ci- Ciuilius
uilio cõiurarunt,legiones Romanorū ceciderunt, Vbios ubi Vbij
colonia Agrippina deducta fuit, ob nomē Romanum uexa-
runt. A Cereali tandem & Domitiano Imper. pacati ſunt, Cerealis
triumphusq; de Cattis ductus, eoſdemq; ac Marcomannos
ſuperius dixi à M. Antonino ſubactos.Probus tot eorum in-
curſionibus indignatus ſuprà CCCC. mil. cecidit:ultra Al-
bim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

bim remouit, Romanas urbes in hoſtico poſuit, milites collo-
cauit: XVI. mil. tyronũ ex eis accepta per omnẽ prouinciã
ſparſit, & omnẽ denq;, qua late tẽditur, Germaniã ſubegit.
Nouẽ reges ad pedes proſtratos habuit, ac uinũ cõficerent
permiſit, uoluitq; & arma prohibere, ſed prius prouincia
Alemani erat deducẽda. Alemani ſub Galieno in Hiſpaniã penetrã-
tes Gallijs attritis in Italiã irruperũt. Eorũ deinde Conſtan-
tius magnã fecit ſtragẽ. Cõſtan. autẽ magnus ipſorũ reges
captos, ſpectaculo beſtijs obiecit. Iulianus interfectis regi-
bus magno captiuorũ numero abacto, fœdus cum eis fecit.
Saxones Valẽtinianus Saxones Oceani accolas: inter inadceſſas pa
ludes domuit, uictorq; ad Oceanũ peruenit. Vltimus Ro-
manorũ Theodoſius Germaniã attriuit. Nã & Hydræ mo-
Tartari do hæc ſemper natio uires inſtaurabat. Tartari nõ ut qui-
dam tradidere, Scythicũ genus eſt, ſed Europæũ in Taurica
Cherſonneſo Plinio poſiti ac Tartari appellati: hodieq; ibi-
Theodoſia dem perſeuerãt, ubi quondã Theodoſiã nunc Caphã regiam
cõſtituere, quæ deinde in Genuenſiũ, poſtremò Turcarũ po-
Aitonus teſtatẽ uenit. De his ſcripſit Aitonus Armenus Aitoni regis
Armeniæ nepos, qui fuit an. M. CCXC. Hi enim quum diu
more ferarũ ſine rectore, ſine lege, ſine Deo degerẽt, creſcẽ-
Can Guiſcam te plane multitudine, an. M. CCXXXIIII. Can Guiſcam
regẽ ſibi creauerũt, qui primus fines patrios egreſſus, in Scy
thiã cũ exercitu penetrauit, uſq; ad portas Caucaſeas: tris
filios in totidẽ orbis partes miſit. Iachim in occidẽtẽ, Tagla
Bathó daim in meridiem, Bathonẽ in ſeptentrionẽ. Hic ultimus res
Comani geſſit magnas, Comanos uicit, qui & ipſi Europæi ſunt, anti-
quitus prope Roxolanos, Omani Ptolemæo uocati, uerum
poſtea & in Aſiã cõmeantes, Iberos, Albanosq;, ac circa na
tiones expulere: eiecti tandẽ à Tartaris, ad Polonos poſtre-
mo Pannonios migrarũt, ubi à Bela rege in partẽ regni re-
Cataium cepti fuere. Deinde Batho Scythis ſuperatis in Cataio ſe-
dem cõſtituit, quæ regio inter Imaum & Iaxartẽ fluuiũ eſt:
de qua item ſuprà mentionẽ feci. Ad occidentẽ uerſus exẽ-
plo Comanorũ eoſdem petijt populos, ſtrages maximas edẽ-
do, de quibus in Pannonia dixi. In Germaniã demum fle-
ctens in Danubij trãſitu cũ bona exercitus parte merſus eſt.
Ahalon Ahalon Bathonis ex Occota nepos Syriæ primus bellum
Occota intulit, Saracenos debellauit. Babilonemq; in Aegypto uaſta
uit, quam ſicuti Babylonem Aſſyriæ Baldacam nunc uocant.
Huic filius Abaga ſuccedens Syriam amiſit. Huic item Tan-
goder primus Chriſtianis aduerſus, qui legem colere cœpit
Mahumetanam, deinde Agonius, Quegatho M. CCXC.
Deinde Bando, poſtea Caſſanus, qui Syriæ per Molaim &
Catoloſa dux Cataloſam duces bellũ intulit. Ex his genus item Tamerla-
Tamerlanes nes ille potẽtiſſimus, quem ſuprà memoraui, dicitur duxiſſe.
Hodieq; hæc natio potẽtiſſima magnopere coaluit: & in Eu-
Tartarus ropa, & in Scythia apud Cataium, Can ubi omnes ex ſucceſ-
Can ſione principes à primo rege appellati. Bellorum igitur hu-
iuſcemodi excurſum T. Phedri noſtri ex magna parte dili-
gentia collectum, non ab re fuerit ſimul ordine repetijſſe.

ANTHROPOLOGIAE hæc inſu-
Iſis per adijcienda. Iſis Phoronei regis Argi-
uorũ filia, quæ et Io dicta eſt, Ioui dilecta:
& in uaccã, ob Iunonis zelotypiã muta-
ta, Argoq; cui centũ erãt oculi in cuſtodiã
Argus data eſt. Hic lyra Mercurij à Ioue miſſi ſopitus, ac Iſis ela-
pſa: mareq; ingreſſa, Ionium ex ea uocatũ, in Aegyptum ubi
colitur pro dea uenit. Argus uerò in pauonẽ uerſus, Iunoniq;
dicatus eſt. Anteus gigas ex terræ filijs cũ Hercule con-
Anteus grediẽs, ut deprehẽſus eſt ex telluris tactu uires excreſcere:
Veſores ab eodem in aëra ſublatus ac exanimatus eſt. Veſores rex
Aegypti primus omniũ cũ Scythis prælio cõgreſſus aduer-
ſoq; Marte repulſus, ſeſe in Aegyptũ recepit. Illi uictoriam
ſequẽtes, Aegyptũ & Aſiam ferè totã infinitis cladibus ad-
fectam tributariã fecere, uſq; ad Nini regis tẽpora, qui eam
à Scythis liberauit, poſtquam uectigalis fuerat annis M. D.
Aeſopus Aeſopus phryx genere ſcriptor fabularũ: quem Ariſt. nõ
dedignatur allegare II. rhetor. & Plato in I. Phædri, & A-
pul. de deo Soc. Hic olim ſeruus ac deformis, ſed aſtutus ac fa-
cetus: miſſus ad fodiendũ agrũ, cum falsò à conſeruis accuſa-
retur quòd ficus domino ſeruatos ediſſet, aqua calida corã
potata, & eadẽ reuomita, ſe inſontẽ eſſe mõſtrauit: accuſato-
res idẽ facere iuſſi, ficus euomuerũt. Deinde dono datum
Zenæ agri procuratori, Zenas cuidã mercatori illac præ-
tereunti uẽdidit: ac in penuria iumentorũ cũ ferre iuberetur
unà cũ alijs ſua quiſq; onera: ipſi debilẽ ſe facienti data optio
leuius portare: tulit itaq; caniſtrũ panibus plenũ cæteris ri-
dentibus, ut grauius: at cũ illos anteiret, diſtributis paulatim
in itinere panibus leuiore ſarcina ambulabat, donec perueni-
ret Epheſum: ibi enim rurſus uenditur Xantho cuidã, à quo
interrogatus cuias eſſet: reſpõdit, ex carne. At ille: nõ hoc pe
to, inquit, ſed ubi natus: in uentre matris. Ait rurſus: non hoc
dico: ſed, in quo loco: neſcio, ait, ſi in lecto, an extra. Cedo, in-
quit ille, quid ſcis facere? nihil, ait Aeſopus. Illo admirante: nã
mei, dixit, conſerui, qui tibi mecũ ſunt uenditi, cum ſe dicant
omnia ſcire, mihi nihil relictũ eſt. Propoſita quondã quæ-
ſtione cur holera ſponte naſcentia citius uenirent quàm ſata:
Xantho prouidẽtiæ rem tantũ referente, Aeſopus nouercæ
cõparationem propoſuit, quæ alienos filios, ut terra ſemina,
difficilius enutriat. Deinde iuſſus coquere lentem, unũ tan
tũ lentis granũ coctũ adpoſuit. Iuſſus quatuor pedes por-
cinos emptos coquere, cũ dominus calũniandi gratia unum
ſurriperet: ſuſpicãs ille quod erat factũ, pedẽ uiui porci qui
domi nutriebatur repoſuit: ac dominus cũ oblatũ loco reſti-
tuiſſet: num, ait, quinq; hic porcus habuit pedes? At Aeſopus,
Minime: ſed bene duo octo: nã reliqui tuo porco ſunt incolu-
mes relicti. Iuſſus ad lauãdos pedes peluim adducere: eã ſi-
ne aqua parauit: quòd nulla de aqua facta eſſet mẽtio. Iuſ-
ſus cõuiuiũ ex optimis præparare: linguas tantũ emit: dicens
has eſſe optimas, ſanè bona ex eis memorãs. Iuſſus cõtrà,
ex peſſimis aliquid præparare: linguas iterũ adpoſuit, ſimili-
ter memorãs quãta ex eiſdẽ mala prouenirẽt. Interroga-
tus cur ouis ad mortẽ tracta muteſcat, porcus autẽ grũniat:
Quia, inquit, ouis adſueta mulgeri ac tõderi, ferrũ nõ expa-
ueſcit. Poſt hæc cũ Xãthus ad ludos profectus in Samiorũ
theatro uidiſſet aquilã de manu prætoris anulũ in aëre fe-
rentẽ: dixit mirãtibus Samijs Aeſopũ ſuũ hoc portentũ indi-
care poſſe: ille ſtatim accerſitus, aute omnia libertatem pro
mercede petijt: qua inſtãtibus Samijs adſequuta, uaticiniũ ſuũ
impleuit, qui domino prædixerat, nolentẽ ſe quãdoq; liber-
taturũ. De portẽto ait, regẽ fore externũ, qui eorũ cito occu
paret libertatem: nec mora: ecce Crœſi Lydorũ regis literæ
tributũ petẽtes: quod Samij cũ Aeſopi cõſilio detrectaſſent,
Aeſopus ante oĩa à rege petitur: ille fabulã huiuſcemodi Sa-
mijs propoſuit: Lupi leporibus bellũ indixerũt: lepores auxi
lio canes accerſunt: lupi de pace cõueniũt: modo canes ab eis
in cuſtodiã dẽtur: quo facto in lepores poſtea irruerũt. Tãdẽ
negãtibus illis profectus eſt ad Crœſum, à quo honorifice ſu-
ſceptus eſt, ac donis cumulatus. Samijs inſuper libertatẽ impe
trauit: quibus meritis ei poſtea fabulas ſuas dicauit. Reuer
ſus cũ ingẽti Samiorũ lætitia, paulò pòſt Babylonẽ profectus
eſt ad Lycurgũ regũ regẽ, quẽ docuit ænigmata ſoluere: nã
oriẽtales tũc in his ſapiẽtiores ignaris mos erat tributa impe
rare. Apud hũc igitur in ſuſpicionẽ ueniẽs accuſatiõe cuiuſdã
Eni, quẽ Aeſopus ſibi adoptauerat: diu latuit in quodã ſepul
cro. Interim Nectabo rex Aegyptius ad Lycurgum ænigma
mittit, ſe turrim uelle ædificare, quæ nec cœlũ nec terrã cõ-
tingat. Ad hoc ſoluẽdũ Aeſopus quæſitus, è latebris apparuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

magna regis gratia,qui & filio adoptiuo ſupradicto iniuriã omnẽ remittens, ſalutaria inſuper præcepta de uita tradidit.

Ad poſtremũ Delphos profectus cũ nullũ honorẽ,ut in cæteris locis accepiſſet,dixit in cõcione eos ſimiles ligno maris eſſe,quod procul magnũ apparet,propinquãs uerò cõtinuo minus:ſic eorũ eſſe famã. Illi turbati phialã argẽteã ſarcinulis eius clã adligatã diſcedẽtis poſuerũt:in itinere itaq; deprehenſus ac falsò furti accuſatus: de rupe inſons præcipitatur.

Valerij

Valeriorũ familia,quòd ſuprà cõfuſe ſcribatur,ſic ex ordine habet.Primus genus illuſtrauit, P. Val. Publicola Valeſi filius:deinde huius filius, P. Val.qui cos.etiam poſt eum fuit. Deinde Publicolæ frater M. Valer. qui cos.de Sabinis: poſtea dictator de Volſcis triumphauit:ex quo honoris gratia datũ ei,ut fores extra aperiret Græcorũ imitatione, qui hoc bene meritos munerabant decore:quodq; in theatro locum ad ſpectandũ ipſe ſucceſſoresq; haberent. Cecidit in pugna Latinorũ,uulneratus à Sexto Tarquinio:autores Liui. & Plutar. Hos ſequutus eſt Val.Potitus idẽ & Maximus, qui poſt decemuiralem inuidiã plebem patribus conciliauit: primusq; cos.factus de Volſcis triumphauit.M.Valer. alter Coruini cognomen tribus militũ meruit:à coruo cõtra Gallum auxiliãte.Deinde cos. XXII. annorũ factus,de Samnitibus triumphauit. Poſtremò dictator milites, qui Capuæ præſidio relicti erant,ac ob æs alienũ eam occupare urbem cogitaſſent: à furore reuocauit, eosq; inſuper patriæ incolumes reſtituit:fuere & alij quos ſuprà narraui.

Scipio Aemylianus

Scipio Aemylianus cum legatus Martio & Manlio coss. in Africa eſſet:bis cos. temeritate exercitum in iniquũ locũ relictum,ſua uirtute reſtituit:quapropter ex ſententia Catonis dicentis cæteros in Africa umbris pugnare, Scipionẽ uigore : cos. & ipſe ante ætatem factus Carthaginem deleuit. Poſt uictoriam uerò imitatione Pauli Aemylij patris ludos celebrauit,transfugas,fugitiuosq; beſtijs obiecit.

Petus Traſeas

Petus Traſeas Patauinus,ſenator, uir Catoniana diſciplina & ſeueritate,ob adfectatæ libertatis ſuſpicionem damnatus à Nerone, ſibi & ipſe uenas ſoluit. Deinde Iunius Ruſticus de quo ſuprà mentionem feci,quòd laudẽ eius ediſſet, ſanctiſſimumq; appellaſſet: dãnatus à Domitiano eſt. Mart.Quod magni Traſeæ cõſummatiq; Catonis dogmata.

Richardi

Richardi duo ſupra cõfuſi. Alter enim de Mediauilla ordi.min.alter ord.præd. patria Florẽtinus hinc annis CC. nõ cõtemnenda doctrina:qui cum in Aſia peregrinaretur, Alcoranum doctus linguam Arabicã conuertit:contraq; commentarium edidit : quem Demetrius Cydonius in Græcum poſtea tranſtulit ſermonem.

Pontanus

Quando uerò in hominũ nomenclatura ſumus,non prætereundus Ioannes Iouinianus Pontanus, Alfunſi iunioris regis Neapolitani epiſtolarũ magiſter,qui nuper deceſſit iam ſenex,multis relictis poëmatis:uita probus: prole infortunatus: unicũ enim habuit:eumq; ad literas indocilem, cui etiam ſuperſtes fuit. Carmina factitabat arte maiore quàm ingenio,ut de Sillio Plin.dicit:ita tamen culta,maiorum imitatione,ut parem hoc tempore non habuerit. Dignus alioqui ob eloquentiam ad omne genus ſcripti accommodatam, qui ad altiora quandoq; ſtudia penetrare debuiſſet, ſi per Muſarũ dulce cõmercium, quæ nos ignobili decipiunt otio,licuiſſet.

Marullus

Diſcipulum habuit Marullum Conſtantinopolitanum,hoſpitem meum, qui eodem die quo à me Volaterris diſceſſit, in amne Cecina ſubmerſus eſt:uir acris cum ingenij, tum iudicij, & qui plus noſtræ quàm patriæ linguæ uacauerit, ut eius indicant carmina.

Libri ſubdititij

Cæterum ſeculo non parcam,cum libelli quidam infaceti nuper falſis editi titulis lectitentur, ut ex filo & multis pugnantibus deprehenditur. In Xenophonte quem Gryllonis filium autor editionis uocat,cum Grylli ſit,hæc ſcribuntur: Gallum,ſignificat Græcè candidũ & lacteum: quod minime uerum. Deinde ſequitur:Gallus Latinè dicitur Gallinæ maritus. Vide quæſo miſer philoſophus, par in eloquentia Platoni,quibus laceretur delyramentis. In his etiam Cecinæ fit mentio:qui lõge illis poſterior fuit.Multa huiuſcemodi. In Catone,ne uerbũ quidem eius uenerandæ uetuſtatis apparet.

In Beroſo item portentoſa nomina:nec apud ullum ueterũ ſcriptorũ penitus memorantur. Sed quid de ſacris dicam? inter quæ multa quotidie legũtur apocrypha, ita indiligẽter ineptẽq; cõſcripta:ut ſi à patribus quorũ eſt officium interpolare, diutius tolerentur, magis de redditibus & diuitijs, quàm de religione ſollicitos eſſe ſe oſtendent.

PHILOLOGIAE, tertiæ operis parti, quæ deinceps ſequuntur adglutinanda.

Poſca

Poſcam apud Pliniũ,aquã ex hordeo coctam:nõnulli ex melle dicũt.

Aemorrhoides

Aemorrhoides capitula ſunt uenarũ ad anum deſcẽdentes,unde ſanguis fluit,Celſo: magno naturæ beneficio, purgationẽ ultro emittẽtis:His obſtructis occurritur per irudines:torquẽtibus uerò,per cancrorũ,ouorumq;,aut oliuæ cinerem illitũ,ſiue etiã gallinæ adipẽ ex oleo roſaceo.Suffitus etiã ſedẽti,ex origani,pulegij,ac chamemelæ decocto,ſiue in aqua tepida,magnopere dolorẽ leuabit.

Narce

Narce,alicuius eſt mẽbri torpedo,ſeu labore, ſeu frigore ſtupeſcẽtis. Narcodes qui hoc patitur,à Narco piſce hoc infligẽte malũ : quẽ torpedinẽ Græci uocãt.

Suſpirioſi

Suſpirioſi,qui frequẽter ſuſpirãt, ex morbo præcordia grauãte.

Pterygium

Pterygiũ,ſuprà morbum eſſe diximus oculorũ: eſt & digitorũ iuxta ungues ulcuſculum.

Paronychia
Reduuium

Paronychia,dicitur Latinè reduuiũ: cũ caro iuxta itẽ ungues ſoluitur. Inter Benaci piſces anguillæ tantum Plinio memorãtur,magno argumẽto,carpiones uocatos,non fuiſſe repertos:qui nunc in eo ſcatẽtes quoquo uerſus inter nobilia ſalſamẽta exportãtur.

Attilus

Attilus item in Pado,mille quãdoq; librarũ eidẽ poſitus:nunc adanus Trãſpadanis uocitatur:quẽ minimus,ut ipſe ait, piſcis nomine clupea, eius appetẽs ora, interimit.

Lotus

In plantarũ genere,lotus arbor, cuius dulcis eſt fructus,in obliuionẽ ducẽs Vlyſſis ſocios, qui ad populos Lotophagos peruenerãt.Hanc Romæ frequentẽ uidemus:ſi ea, ut opinio herbariorũ quorundã,eſt quam ponzeracũ uocãt.

Buxus

Buxus,humilis arbor, folio myrti ſimilis, naſcitur in locis algentibus & aſperis, ut in Cytoro & Olympo Macedoniæ: adhibetur in hortis operi topiario:Græci πῦξον dicũt.

Ebenus

Ebenus,nigro colore arbor,quæ materiæ interſita decorẽ præſtat,naſcitur in Aethiopia.

Sambucus
Acte

Sãbucus, Græcè ἀκτὴ, arbor ſurculoſa,in ſummo umbellas habens floribus albis, qui matureſcẽtes tingẽdis corijs adhibẽtur.

Chameacte
Ebulus

Chameacte,Latinè ebulus,parua eſt ſambucus,parumq; attollitur,quæ uulgò cõſpicitur.

Nautea

Nauteã,Feſtus herbã olidã dicit eſſe:aut aquã fœtentẽ in nauis ſentina.

Manna

Manna,noſtra ætate cœpit in Calabria prouenire:licet Orientali inferior.

Verbena

Verbena paſſim adſpicitur,ſacrificijs quondã priſcorũ adhibita: nũc ſimilem ferè ſuperſtitionem retinere uidetur,herba ſancti Ioãnis appellata:quòd eo die lectã, uim neſcio quã dicãt habere. Idem & de Artemiſia dicũt.

Artemiſia
Napum

Napũ,genus eſt rapi oblõgi.

Paſtinaca
Staphylinus
Carota

Paſtinaca duplex:domeſtica,quã Græci Staphylinũ uocãt,quod nos uſurpamus:ac Columellæ inter hortenſia cõmemoratur: uulgò Carotã uocãt,ut etiã apud Dioſcoridẽ. Syluestris uerò paſtinaca, Latinis propriè Paſtinaca uocatur, Græcis Daucon.

Ibiſcum

Ibiſcũ autẽ Plinio,parua eſt paſtinaca,quã corruptè Libyſticum uocãt,Hetruſci uerò paſtinacinũ.Idem Plin. contra omniũ ſententiam ſolus,ſtaphylinũ eundem, & paſtinacam ſylueſtrẽ uidetur appellare.

Siſere

Siſer,apud eundẽ autorem genus ponitur raphani ualde amarum:longitudini neruus ineſt,qui extrahitur.Tyberius eum nobilitauit, flagitãs

quotan

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Raphanus

quotannis à Germania,ubi ſunt maximi. Quid autē hoc tēpore ſit,non ſatis exiſtimare poſſum. Raphanus illiberalis,ob uim laxandi ructus, frigore gaudet: in Germania magnitudinem infantiū puerorū æquat. Ariſtomachus, detrahi per hyemem folia iubet,& ne lacunæ ſtagnent adcumulare: ita in æſtate grādeſcere.

Aegyptus oleū non fert

In Aegypto mire celebrant,ob olei fertilitatē,quod de ſemine ipſius faciunt,nā oleo cætero carent:utiliſſimus in hyeme cibus, idē dentibus inimicus, quoniam atterat,ſicuti ebora poliūt. Marcion Græcus huic unū uolumē dicauit.Odiū his cum uite maximū:refugit iuxta ſatos.Fertur in tēplo Apollinis adeo prælatus cæteris cibis raphanus,ut ex auro dicaretur: beta ex argēto: rapum è plūbo.Et hæc quidē Plin. Verū ubi dicit corticē eis eſſe & magnam quibuſdam, hoc tempore apud nos minime contingit.

Nuces Iuglandes

Inter nuces,iuglās potiſſima,quā Græci baſilicā,& perſicam ab initio uocauerūt,ut ait Plin. quod ſanè argumento eſt, eas à Perſide à regibus fuiſſe translatas : deinde Caria, quod capita tentarent,nominauere.

Molluſcæ

In hoc genere ſunt & Molluſcæ putamen rūpentes ob incrementū,ſimul & mollitiem.Quidā uerò nuper ſcriptor heracleoticam ait à Græcis,caſtaneam nobis uocari,cum auellana ſit.Hanc ex Heraclea Ponti idem autor teſtatur eſſe prius aduectam : ideoq́; Ponticam nucem, & Heracleoticam appellari: deinde auellanam,ab oppido Campaniæ.

Heracleotica Auellana

Cato Præneſtinas laudat. Plinius Tarentinas, & amplitudine & putaminis mollitie. Arbor autem auellanam ferens, Corilus appellatur.

Nuciperſica

De nuciperſica Martialis in diſtichis:

Vilia maternis fueramus præcoqua ramis,
Nunc in adoptiuis perſica cara ſumus.

Nux pinea

Nuceſpineæ Tarentinæ digitis fragili ſunt putamine. Eſt aliud genus apud Apinū,dicitur Nucleorū cortice tam molli,ut ſimul mandatur.

Pytium Nux caſtanea

Quartū genus Pytia uocant,è pinaſtris. Nuces caſtaneas, διὸς βαλάνους Græci uocāt,Ex his generoſiores Tyberius princeps Balanos uocabat.

Balani

In Hetruria nunc Marones appellāt.

Nucipruna

Pruno autē nulla æquè ſuſtinet adoptiones. Nucipruna enim, & pruna amygdalina, & pruna malina Plinio ponuntur, naturæ omnes geminæ. nunc autē raro uiſæ. Nucū putamen tingendis linis,rufandoq́; capillo utile. Cato nuces ollis conditas in terra ſeruari uirides dicit.

De pomis ſeruandis

In uniuerſum uerò in ſeruādis uuis,ac pomis, præcipitur ea legi decreſcente luna,ac infra terrā exiſtente, cœlo ſereno:poſt horā diei tertiam,& ante perfectā maturitatem,collocandaq́; in loco frigido,& ſeptentrionalibus feneſtris oppoſita.Punica aqua marina feruente indurari utile eſt:moxq́; ſole ſiccata ſuſpēdi.Varro & in dolijs arenæ ſeruari iubet:& immatura obrui terra in ollis fundo effracto, ſed ſpiritu excluſo.Cætera mala generoſa folijs ficulneis ſingula conuolui,& in ciſtis condi : uel creta illini,exſiccariq́; præceptū eſt.Caduca uerò in florijs rara collocari : Pyra in fictilibus picatis inuerſis obrui inter ſcobes ; uuas item ſed ſuſpenſas. Sunt tamen qui in granarijs ſuſpendant tutas eo puluere putantes.

Cucumeres

Cucumeres pluris generis ſuprà narraui:cum magnitudine excedūt pepones uocantur:in cibis non inſalubres:tamen plurimū natant : uiuunt in ſtomacho aucti in poſterū diem:oleum mire odere, nec minus aquas diligūt. Deſecti quoq; ad eas modice diſtantes adrepunt, contrà oleū refugiunt : aut ſi quid obeſt,aut ſi pendeant,curuantur: idq́; una nocte deprehenditur,ſi uas cum aqua ſubijciatur à quatuor digitorū interuallo deſcendētibus ante poſterum diem: at ſi oleū,eodem modo in hamos incuruantur:ijdem in fiſtula flore demiſſo mira longitudine creſcunt. Noua eorū forma in Campania prouenit mali cotonici effigie : fortè primo natū, mox ſemine ex illo genus factū, Melopeponas uocant:

Melopepones

non pendent hi,ſed humi rotundantur:mirumq́; in his,præter figurā,coloremq́;,& odorē eſſe.Hæc Plinius. Hoc autem genus poſteritas auxit appellauitq́; Melones.

Melones

Spartianus melones Oſtienſes celebrat.

Iſatis Radicula Radix Aſſyria

Iſatim Plinius radiculā uocari dicit,herbā fulloniam,rubro colore,è Syria uenientem. Columella radicē Aſſyriam eandem uocat inter hortēſia: & alibi raphani radicem appellauit.Ouid.metamor.

Intubaq́; & radix & lactis maſſa coacti.

Capnion

Ex quo utilis etiam cibo uidetur. Capnion, Plin. diureticum eſt,bilem per urinam purgans: nunc Fumum terræ appellant.

Strichnon Solatrum

Strichnon,nos Solatrū dicimus,cuius ſupra plures adſignaui ſpecies : eius una quæ frequens in hortis,caulibus,folijsq́; penitus rubentibus.

Intybum Cychorium

Intubum & intybum dicimus,Græci Cychorium idem appellant: hoc domeſticum, & ſylueſtre reperitur: domeſticum Intyuia nunc quoq; corruptè uocatur, quæ Seris etiam dicitur : de hoc Columella, Torpēti grata palato cichoria. Sylueſtre,id eſt quod uulgò Cychorium dicimus:de hoc Virgilius.

Et amaris intyba fibris Officiunt.

Ruſtica Ruſticula

Ruſticula, à gallina ruſtica differt:hæc, teſte Columella,ſimilis eſt uillaticis.De ruſticula uerò Martialis diſtichum:

Ruſtica ſum perdix,quid refert,ſi ſapor idem eſt?
Carior eſt perdix,ſi ſapit illa magis.

Ex quo hæc Ariſtoteli Alectoris uocata:apud Gazā Gallinago uertitur,uulgò Gallinella nuncupata,uti ſuprà memoraui:eſt enim perdici aui externæ quàm ſimilis.

Retiarius Secutor Thrax Mirmillo Parmularius

DE LVDIS autem ſuprà narraui,ac munere gladiatorio haud apertè.Retiarius,& Secutor,& Thrax,idē erat quod Thraces ab initio fuerint:qui autē petebatur Mirmillo,& Parmularius idem,à Parma ſcuti genere,qua ſe defenſitabat.Horū paria laniſta prætori uendebat: prætor autem populo in ludis donabat:ex quo Munus eſt appellatum.

Chlamys

Quo ad ueſtes,ac ſumptus,apud Trāquil. de Tyberio legitur,quod ex militia ſe,uiuēte Auguſto,ad palliū & crepidas redegit:hi enim ſimul & chlamys habitus erāt Græcanici,quibus milites pariter & philoſophi in otio & gymnaſijs utebantur,à togæ Romanæ grauitate alienus.Perſius.

Non hic qui in crepidas Graiorum ludere geſtit.

Crepidæ Soleæ Infula

Adſumebatur tamen à Ro.quibuſdam principibus fiducia quadā propria,dū uacarent,ut Afric.teſte Valer. dum in Sicilia gymnaſio ſtuderet, mox in Africā tranſiturus: ex quo cum fama eſſet eū luxuriari, legatis inquirēdæ ueritatis gratia miſſis,ſeſe purgauit.Itē Scipio ſtatuā crepidatā & chlamydatā ſibi in capitolio poni uoluit,quòd his uteretur : utebatur & Sylla etiā imp. Crepidæ enim apud nos ſoleæ dicūtur. Amictu ſacrificaturi caput operiebant, ut de Numa apud Liui.legimus. Infula uerò ſe deuouētes.Idem lib. II. Cōſulares faſcesnihil aliud quā pompā funeris putetis:claris inſignibus uelut infulis uelatos ad mortem deſtinari.

Vitta Inſtita

Vitta uirginū ac ueſtaliū fuerat. Inſtita ac ſtola matronarū.Oui.

Eſte procul uittæ tenues inſigne pudoris:
Quæq́; tegit medios inſtita longa pedes.

Stola

Et Auguſt.apud Tranquil. Liuiam ſuam Vlyſſem ſtolatum ob uim ingenij ſolebat appellare.

DE AVRO, ARGENTO, AERE, FERRO.

Auripigmentum

AVRVM ex auri pigmento facere Caius princeps,teſte Plinio,cœpit:uerū adeo modicum ut detrimentū ſentiret.Naſcitur auripigmentū in Syria in ſumma tellure, quidam hoc tēpore ex æris foſſitij libris tribus unum eliciunt aureum. Argentū item è ſtanno purgatione prius hoc modo fit:Sumito mellis,ſalis,aceti albi,ac uehemētis urinæ puerilis ſigillatim pondo. Tartari ſelibrā (uocāt enim tartarū uini gūmi induratū,qui ſummis dolijs hæreſcit) miſceto ſimul: & in hac aqua ſtannum duodecies fuſum lauato:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

uato:deinde ad calcinationẽ ſic reducito, fuſum cum ſpatula moueto,ac telam primam, quòd immunda ſit, remoueto,& ſalis armonici pollinẽ adijciẽdo, reliquas nebulas amoueto, donec totus in calcem redactus in puluerẽ teratur,poſtremò cum melle & tartari modico in corpus rurſus reducito. Sic igitur reductũ cum ſale uel armonico uel tartaro ſimul fundito:ac illius ſelibræ calybis ſcobis unciã adijcito. Vel aliter,cum hyoſcyami ſucco fundito: & rurſus cũ ſaluiæ ſucco pari refundito:ſupraq́; puluerem proijcito ex herba quã uocant ſolſequiã. Dioſcorides pentedactylũ appellat, partẽ unã ſupra ſtanni ſic fuſi partes ſex:argentũ erit,& colore, & duritiæ probatũ. Argentũ uiuũ hoc modo congelabis. Huius põdo ſtanni modo ſupradicto purgati libris tribus admiſceto ſulphuris mũdi unciã,totidemq́; ſalis armonici rurſus cõmiſceto. Deinde ſucci aſphodeli ſelibrã ſimul cũ uncia ſucci phlomi,quẽ taſſum barbatũ uocãt,ac totidẽ ſulphuris adijcito : mixtaq́; omnia in pila uitrea locato, ita plena ne euaporet,aliter frangeretur : deinde luto ſapientiæ uocato digitis quatuor craſſo circumlinito,deinde ſiccato:ac demũ in plũbo fuſo duos naturales dies poſitũ ſinito:poſtremò extractũ: argentũ firmiſſimũ & examine probatũ habebis : Eſt enim lutũ id ex Creta cum ſetis bubulis & panni lana detonſa cõmixta fartũ:adeo firmũ ut ne igne quidẽ abſumatur. Rurſus ſtannũ,æs,ferrũ,hoc modo purgabis: Sumito ſalis alcali, cineris,cateniæ,id enim genus eſt põpholicis, æquas partes: & ex aceto uehemẽti ſupra marmor diligẽter mollito,deinde acetũ colato:& in hoc poſtea ſtannũ quinquies fuſum lauato,æris autẽ aut ferri laminas ignitas extinguito, optimè purgabuntur. Sed & ferrũ quod oſtenti loco conflatum in ſtatuam olim à Glauco Chio Pauſanias memorat, cœperunt proximis annis apud Melitã Siciliæ inſulã, quæ nunc Malta dicitur,ubi & cotonũ naſcitur, rurſus conflare. Id oſtendit captiuus ac nobilis Turca ĩ fornacibus follibus XXXIIII. horarũ ſpatio excitis,puluere quodã adhibito. Ex argẽto autẽ uiuo plura conficiuntur, Solimatum, Cinnabari,Sal armonicũ,addito alumine et nitro. Sal alcalis uerò ex herba fit cõbuſta: ex qua ſimul & arena flaua uitrũ conficiunt.

Melita nunc Malta

Sal commune

Sal armonicũ

De chryſocola auri glutino foſſitia & factitia ſuprà narraui,eſt enim ea quà nunc boracẽ uocant. Nitrũ etiam factitium ex terra fit humano lotio, ſeu porcino macerata, igneq́; deſpumata. Aqua quoq́; ex uino per ignẽ expreſſa ad multa utilis,quã ardẽtẽ uocãt,poſt Plin. reperta uidetur.

Sar alcalis

Chriſocola

Nitrum

Muſicæ cui ſuperius rationẽ cœleſtem accõmodaui: tonus pars eſt,is ad diaſtemata refertur planetarũ: nã CXX. mil. ſtad. dicũt eſſe quemlibet,id eſt,milliaria XV. M. DCXXV. quod eſt ſpatiũ à terra ad lunã,à luna ad Mercuriũ ſemitonũ dicũt. Inde ad Venerẽ tantundem. Inde ad ſolem tonũ & ſemis. Inde ad Martem tonũ. Inde ad Iouem ſemitonũ. Inde ad Saturnũ tantundem,ab eo autem ad polũ toni duo & ſemis. A terra igitur ad polum ſtadia DCCCLXXV. M. id eſt, milliaria CIX. M. CCCLXXV. Sunt & qui aliter hanc rationem ſubducant,ut ſuprà in aſtrologia memoraui.

FINIS Commentariorũ Vrbanorũ duodequadraginta, iuuante Deo ac domino noſtro Ieſu Chriſto : in quorũ apographis, quòd antigraphũ indocti manu fuerit exſcriptum, autor multa deſiderat: Ante omnia uerò ſi quid imprudẽter quod ad rem minime pertineat, uſquam ſit auſus, ueniã petit,ac ſacro eccleſiæ ſenatuſconſulto permittit.

OECONOMICVS XENOPHONTIS RAPHAELE VOLATERRANO INTERPRETE.

R. VOLATERRANVS TITIAE MINVTIAE SALVTEM.

OECONOMICVM Xenophontis olim à Cicerone conuerſum, uti planè Columella & noſter Hieronymus indicant, ſi ab iniuria fati prouidentia uindicaſſet,meo rurſus labori cõſuluiſſet:in quo quum ego, uelut ignobilia teſqua cãpo feraciſſimo ſucceſſerim, ita ſum conatus in eo uertẽdo,ut lectorũ potius utilitati, quàm propriæ ſtuderẽ ambitioni. Nam quũ res tota in dialogo ſit, ac more Platonis ambagibus et periodis diſtrahatur,ſic me adcõmodaui,ut quũ nihil ex eo ſentẽtiarũ deſideretur,uerborũ haud ad rem magnopere pertinentiũ nõ nihil præterirẽ, inter quæ illa ſunt: Inquã & inquit millies repetita,Ciceroni etiã,ut palam eſt,euitata: quæ uti noſtris faſtidiũ, ſic Atticis gratiam pariunt & leporem. Hunc igitur mea Minutia tibi dedico,quæ nũc in Tuſcis rem curas cõmunem,ut mulierem fortem quã ſacræ cõcinnant literæ ex hoc libello diligentius agas. Et quanquam æras iam ſera ſarcinulas colligere: tum ex tumultu receptui canere,ad excolendam maximã noſtri partem expoſtulat, Matronæ tamen prudentis officium ex huius etiam præceptis philoſophi ab re non fuerit, non tam tibi quàm alijs haurire , noſtræ præſertim Lucillæ , ut & ipſa ſi generum nobis,qualem optare fas eſt,Deus obtulerit, poſſit ex æquo cum uiro ac reliqua familia uiuere : ſi autem diuinior ei uia cœlitus oſtendatur,hæc nihilominus noſſe inter animi bona collocare.

SOCRATES CRITOBVLVS ISCHOMACHVS.

AVDIVI SOCRAtem de œconomia quãdoq́; talia diſſerẽtẽ. Dic, inquit,ò Critobule, œconomiáne ſciẽtiæ nomen ſit , uelut medicina, aut æraria, ſeu etiam architectura? CRITOBVLVS, Mihi profectò uidetur. SOCRATES, An'ne ut harũ artiũ, ſic œconomiæ,officiũ eſſe aliquod dicere poſſumus? CRI. Sanè. Nã & œconomi boni eſſe puto,bene regere propriã domũ. SOC. Quid ſi alienã curet? an nõ uti ſuã curabit rectè,& quẽadmodũ architecturæ ſciẽs æquè alij atq́; ſibi artẽ exercebit? eadẽ rõne & œconomus. CRIT. Mihi quoq́; uidetur. SOC. Igitur huiuſcemodi artis peritus,ſi nequaquã cõtingat eũ eſſe diuitem: haud aliter alienã poterit regere domũ,quã qui mercede ædificat? CRIT. Vt ais. Et mercedẽ profectò feret admodũ magnã, qui circa id oĩa diligẽter adminiſtret, rẽ augẽdo alienã. SOC. Sed quæſo, domũ qd nã putas eſſe: an quæ tãtũ ĩtra ſint ſeu etiã extra illã,quæcũq́; uſquã poſſidemus?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

demus:eius erũt rationis? CRIT. Nẽpe ita eſt:& ſi nihil in eadem ciuitate habuerit,quæuis,aut ubiuis poſſeſſa ad domũ pertinebunt. SOCR. Ergo & inimicos poßidebunt aliqui. CRIT. Certè:& plurimos nõnulli. SOCR. An inimici inter poſſeßiones cõputandi? CRIT. Ridiculũ ſi quis auxerit inimicos,inſuper ea de cauſa mercedẽ ferat. SOC. Neq; mirum. Nã & nobis initio uidebatur, haud aliud eſſe domus, quàm poſſeßio. CRIT. Sanè. Sed bonũ ſi quis nõ malũ poſſederit. SOCR. Videris ergo poſſeßionẽ,quod cuiq; ſit utile appellare. CRIT. Equidem. Namq; damnũ potius quàm opes,quod officit existimo. SOCR. Num qui equũ mercabitur utilitatis gratia,qua fortè exciderit,inter opes equum putabit? CRI. Minimè. Si bonũ eſt, opes. SOCR. Neq; terra cultori hoc modo,inter utilia qui damnum in ea fecerit? CRI. Profectò ſic eſt. Cum terra quæ alere debuerat,adfligit. SOC. Neq; itẽ oues, ſi quis uti neſciat,opes erũt. CRI. Sanè. SOC. Vt uideris quæ tantum iuuant,nõ quæ nocent, opes eſſe adſeueras. CRI. Nẽpe. SOC. Omnia igitur hæc, ſi quis uti ſciuerit,opes erunt : neſcientibus nequaquã, haud aliter quàm tibiæ earũ uſus ignaro, quæ ueluti lapides inutiles poßidenti fuerint,niſi eas inflauerit? CRI. Ego quoq; idem ſentio:tibias tantum poßidentibus,neq; inflantibus,aut eas uenundantibus,non eſſe inter opes:ex inflatis uerò,& di uenditis ſecus euenire. SOC. Si quis tamẽ uendere ſciuerit: ſi autem ignorauerit,neq; uẽditæ inter utilia,uti paulò antè dicebas,cenſeri debent? CRIT. Planè id uideris inſinuare, ut neq; argentũ utile ſit neſciẽtibus uti. SOCR. Nempe ſecundum tuã rationem opes hæ tantũ,unde quis proficit, exiſtimandæ. Si quis igitur argento hoc modo utatur,ut ſcortũ emat,cuius gratia corpus, pariter & animum,domũ quoq; ipſam peſſundet:quo nam modo huic argentum fuerit utile? CRIT. Nequaquam. Niſi fortè hyoſcyamũ utile putauerimus,quo ueſcentes attoniti fiunt. SOC. Pecunia ergo, niſi bene utamur,procul habẽda eſt. De amicis uerò quid ſentis? Inter præcipua eos cenſeo cõmemorandos,uel bubus potiora,quippe cum utiliores ſint,modo his etiam utamur rectè. CRI. Et inimici quoq; iſta ratione, ſi quis ex his utilitatem ceperit inter opes adnumerandi. SOC. Ita prorſus uidetur. CRIT. Putáſne legitime fieri poſſe,ut ita cum inimicis agatur,ut ex eis aliquid iuuari poßimus? SOC. Omnino. Etenim Critobule uidere licet multas priuatorũ domus ob bellum auctas: multas ob tyrannidem. CRIT. Hæc mihi pulchrè narrari uidentur. Sed & illud ſæpius apparet, quod uidere licet nonnullos quibuſdam præditos artibus:unde domus augendæ facile occaſionem habere poſſent,ſi uelint: in eiſdẽ ſe minime exercere. Quare neq; poſſeßionem neq; utile quicquam eos obtinere opinabimur. SOC. De ſeruis nunc adeo mihi uideris dicere. CRIT. Neutiquã. Sed de quibuſdã,qui orti bono genere uidentur, quos ego & bellicis & ciuilibus uirtutibus idoneos animaduerto,quas tamẽ exercere nolint, haud alia puto de cauſa,quàm ut dominos nõ habeãt. SOC. Quo nam modo non habeant dominos,ſi & ipſi felicitatem, eaq; ſectari cupiẽtes,unde ſperent eis bona prouenire,à dominantibus tamen prohibentur. CRIT. Quoſdam fortaſſe dicis,qui ſuis ignoti dominis ſunt. SOC. At profectò magnopere clari,ijdemq; flagitioſi,qui te minime latent,ſi flagitiũ putas otium:mollitiem animi,negligentiam : adde his aleam, inutiles ſodalitates,aliaq; huiuſcemodi,quæ tanquam domini

Contra uoluptatem

ſpecie uoluptatis decipiunt. Temporis ſpatio demum deceptis,non quidem uoluptates eſſe, ſed dolores apparent, quæ prohibent illos in actionibus utilibus uerſari. Alij uerò nonnulli minime ab his prohibẽtur,quin potius ſolertes in agendo ſunt : operamq; dant rei parandæ, ac ut redditus plures conſequantur. Verum cupiditatibus ac libidinibus dediti domos labefactant. Horum igitur alij quidem ſerui ſunt gulæ, alij luxuriæ,nonnulli temulẽtiæ,quidam etiam ſtultæ cuiuſdam ambitionis:aut impenſe uitijs addicti, ita tenẽtur ab eis, donec florente ætate ſint,utilesq; rebus agendis:cũ uerò non amplius utiles ſtatim ab eis deſerũtur,ſeq; deceptos eſſe ſentiunt,cum ad ſenectutem triſtem ac miſeram perueniunt imbecilli. Quare aduerſus ea ô Critobule,nõ minus quàm cõtra inimicos in bello pro libertate pugnandum:quippe cum illi quandoq; iuſtiores inueniantur, captos ab ſe & modeſte ſæpe uiuere cogunt,& libertate ſinunt uti. At huiuſcemodi deſinere neſciunt:unaq; corpus,animumq;, ac domũ eorum quos poßident uſq; ad extremũ inquinant. CRIT. Iamdudum ſatis de his à te audio Socrates quorũ memet ueſtigans abſtinentem adeo comperio,ut ſi me quoduis honeſte augendæ rei gratia præcipias agere : nihilo ſecius ab his quos tu domimos uocitas impediar. Sed age conſule quod optimum cenſes:uidemúrne ambo tibi ſatis diuites nihilo præterea egere? SOC. Minime. Ego quidẽ,ſi de me loquaris,minime inquam uideor egere,dũ mihi quod habeo ſat eſt. Tu uerò contrà uiſus Critobule:quapropter ualde me miſeret tui. Ridens Critobulus,Dic,inquit,ô Socrates,quanti nam putas tua uenirent? SOC. Ego quidem exiſtimauerim bonũ nactus emptorem mea omnia cum ipſa domo quinq; tãtum minis. Tua uerò mihi ſatis exploratum plus centies illis uenire poſſet. CRIT. Cum hoc noueris, te non ais egere? Mei autẽ te miſeret? SOC. Quid mirum ? cum hæc tantula mihi ſint ſatis. Tuæ uerò dignitati,uiuendiq; inſtituto:uel ſi ter tantũ adieceris,minime ſuffectura cõceſſerim. CRIT. Quo nam modo? SOC. Primũ quidem puto te multa ac magna dijs ſacrificare oportere,qui partes tuas tueãtur. Deinde hoſpites plurimos magnificè excipere:tum ciues ad prandium inuitare, hoſq; beneficijs demereri, ſi te ſuffragijs & fautoribus uacuũ eſſe nõ cupis. Audio quoq; ciuitatẽ iamdudũ tibi equorũ, ludorũ,præterea gymnaſiarcharum & præfecturarũ, & ſi bellũ ingruerit trierarchiarũ ſumptus uix tolerabiles imperantem, quibus ſi paulominus ſuppeditabis , haud aliter ab Atheniẽſibus quã publica expilaſſe putaberis. Ad hæc quoq; animaduerto te facultatibus abũdare putantẽ, luxuriæ deditum,ac in re paranda minime diligentẽ:quæ cauſa eſt, ut tibi timeam ne quid indignum patiaris, aut in egeſtatem peruenias. Mihi autẽ ſi quid opus fuerit,ſcio te non latere adfuturos qui uel tantulũ miniſtrantes meũ lautißime uictum efficient. Tu uerò quos amicos eſſe putas, & ſi plura in ordine ſuo lautioraq; tua ſupellectile domi retineant ſectabũtur tamen ut aliquid à te recepturi. CRITO. Ego Socrates quæ adfers non auſim ullo modo refellere. Quin potius monſtra uiã,qua maxime miſer non fiam. SOC. Næ tu mirũ nũc loqueris,qui me paulò antè paupertatẽ iactantẽ tanquã inſanũ ridebas,nec prius deſtiteris quàm fateri coẽgeris cẽtuplo te minus poßidere:nunc præcipere iubes,atq; oſtendere,quanã ingreſſurus nõ egeas. CRI. Video nẽpe,ut tu planè docuiſti, uiam unã creſcendæ rei ex tenuitate proficiſci. Multo ſpero magis ex copia in diuitias etiã potiores te monſtrante peruenire. SOC. Non equidẽ reminiſcere,quæ nuper diſſeruiſti. Cũ mihi nec refellendi poteſtatem feciſti,adfirmans,neq; equos,aut oues,aut argentũ, ſunt enim ab huiuſmodi rebus prouentus,inter utilia minime fore his qui neſcirent illis uti. Me igitur quomodo putas illorũ uſus præcepta tenere quibus ab initio carui? CRI. At mihi uidebatur, quamuis pecunia quis careret,poſſe tamen œconomiæ ſcientiam retinere: quid ergo te prohibet quo minus hæc præſtes ? SOC. Sanè quod prohiberet tibias inflare cupientem,qui nec ipſe tibias haberet,nec alius mõſtraret:eadem ratione circa œconomiã me habéo,ut neq; ipſe pecuniã tanquam inſtrumẽta poßideã, neq; quiſquã unquã eam regere docuerit. Me tamen mõſtrare cogis. Vide quæſo,ne id tuo periculo fiat. Atq; uti ſolent

primum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

primum diſcentes muſici citharam obterere, ita & ego nũc
potiſsimè œconomiam diſcens tuam obteram domum. CRI.
Palam Socrates iamdudũ uideo te ſubterfugere, ne tuam ad
hanc rem neceſſariam mihi diſciplinam conferas. SOC. Non
equidem Critobule. Quin omnia libenter tibi enarrauerim,
ſed accidit, ut ſi à me ignem aut aquam nõ habente fortè po-
poſceris, locumq́; unde haurias oſtẽdam: ſiue etiam pro mu-
ſica ediſcenda nos adeuntem ad peritiores te mittam, iure id
quidem facere uidear. Nunc uerò idem imitari cupientem,
quid eſt quod queri poßis? CRITO. Nihil iure ò Socrates.
SOC. *Quæ igitur à me requiris proculdubio ab alijs quos*
tibi monſtrauero præſtantioribus adſequeris. Etenim fateor
ſemper mihi curæ fuiſſe, qui in quaq; re uiri in ciuitate flore
rẽt inueſtigare. Cumq́; uiderẽ ex eiſdẽ actionibus alios diui-
tes, alios quidem pauperes, profectò ſum admiratus, nec te-
mere factum putaui, eamq́; rem dignã perſcrutatione duxi:
cumq́; indagarem, repperi hos negligentius œconomiã tra-
ctantes ſocordiæ ſuæ pœnas dare. Illis *uerò qui eſſent dili-*
gentiores felicius omnia ſuccedere. Per *quorum præcepta*
proficere poteris: ac, niſi Deus *obſiſtat, rem familiarem ma-*
gnopere augere. CRITO. *Non profectò effugies hodie*
prius quàm quod receperis præſtes. SOC. *Quid ſi oſtendã*
multa pecunia inutiles domos exædificaſſe: alios uerò longe
minore maxime commodas: uidear ne tibi unum œconomiæ
opus haud contemnendum adferre? CRITO. *Sanè.* SOC.
Quid ſi deinde ſubijciam multos copioſiorem ſupellectilem,
quod eam non ordine diſponant in promptu nõ habere: pro-
ptereaq́; & domos & ſeruos adfici ſæpe triſtitia: quoſdam
uerò longè minorem, eamq́; uſui paratißimam obtinere?
CRITO. *Quid eſſe in cauſa putas, quòd fortè hi quodlibet*
non animaduertendo qualibet proijciũt: illi uerò ordine col-
locant? SOCR. *Iſthuc profectò.* CRITO. *Nunc primum*
aliquid œconomiæ paulatim attingis. SOC. *Quid ſi mon-*
ſtrauero item alibi ſeruos quanquam, ut ita dicam, uinctos
effugere, alios ſolutos ſponte omnia exequentes: nonne &
hoc egregiũ huius diſciplinæ? CRITO. *Magnopere.* SOC.
Sed & circa agriculturam quoſdã excidere fructibus, non-
nullos mire proficere? CRITO. *Erogant fortaſſe non ſolũ*
in his quæ non oportet, ſed quæ damno ſunt ipſis & domui.
SOCR. *Sunt profectò quidam, ut ais, huiuſmodi. At ego de*
his loquor, qui quanquam ſe rei intentos eſſe, ac agrum co-
lere dicant: in uictus anguſtia uerſantur. CRITO. *Quid*
dices hoc eſſe? SOCR. *Ego te ad hos ducam, tu tantum ſpe-*
ctando diſces. CRITO. *Equidem ſi poßim.* SOCR. *Opor-*
tet te ſpectãtem periclitari ſi didiceris. CRITO. *Ego enim*
te quandoq; animaduerti bene mane ad ſpectandas comœ-
dias properantem: meq́; ſimul ire adhortantem: ad huiuſce-
modi uerò ſpectaculum nũquam uocaſti. Itaq; uideor tibi ri-
diculus Socrates. SOC. *Ego ſanè tibi multo magis uideor,*
ſi poßim eos monſtrare, qui ex arte equeſtri male rem ge-
rant, qui item quæſtum haud modicum faciunt. CRIT. *Hos*
ego ambos cum uideam, nihilo tamen auctior fio. SOC. *Spe-*
ctas igitur eos quemadmodũ tragœdos & comœdos, nõ uti
poëta fias, ſed ut aliquid audias, quod tibi uoluptatẽ adferat.
Verum hæc rectè fortaſſe habent, ubi poëta minime uis fieri.
At coactus equeſtrem facere artem, nõ ſtultus fortaſſe uide-
bere, ſi des operam, ut artis eius non ſis ignarus, quæ præſer
tim & ad mercaturam faciat. CRITO. *Equos domare me*
iubes? SOC. *Haud aliter profectò, quàm agri cauſa colonos*
à pueris emere. Sunt enim quædam cum equorũ, tum homi-
num gentes ſtatim utiles ab infantia, quæ ſe continuo melio-
res reddunt. Sed & habeo maritas mõſtrare, quæ adeo uiris
obſequentes ſunt, ut cõmunis domus utilitatem reſpiciant,
De uxoribus *plures uerò agendo perperã obterant.* CRIT. *In hoc gene-*
re quæſo Socrates utros accuſabimus, uirum, an uxorem?

SOCR. *Quis nanq; morbidæ ad opilionem, & equi ſtrigo-*
ſioris culpam ad equitem, referemus. Matrona ſi à coniuge
admonita improbe egerit: haud extra cauſam erit. Si uerò
per uiri indulgentiã peccauerit: non tam ipſa quàm uir accu-
ſabitur. Omnino qui ſimul in una uiuimus domo, chari inui-
cem & monitores eſſe debemus. eſt ne inter officia cui plus
adhibeas curæ quàm uxori? CRIT. *Nulli profectò.* SOC.
Eſt quo cum minus ſæpe diſſeras? CRI. *Nemo uel pauci ad-*
modum. SOC. *Duxiſti tenerã, & quæ minimũ quo ad fieri*
potuit & uiderit & audierit. CRIT. *Maximè.* SOC. *Igi-*
tur mirabilius uideri debet eam aliquid eorũ, quæ aut agere
aut dicere ſit fas, ſcire, quàm ignorare. CRIT. *Quibus bo-*
nas ais eſſe uxores ipſi puto uiri erudiere. SOCRA. *Nihil*
enim cõſiderare ualent. Neq; tibi pono Aſpaſiam alterã quæ
ſapientius, quàm ego cuncta præcipiat. Exiſtimo enim pro-
bam cõiugem ſociam domus eſſe, magnumq́; momentum ad
uiri felicitatem. Ipſam *porrò ſubſtantiam uirorũ opera ui-*
demus augeri, abſumi plerumq; ſumptibus mulierum. Bene
igitur huiuſcemodi habentibus res creſcit: male autem ſecus
euenit. Sed & alias artes, earumq́; factores poſſem nunc in
mediũ adferre: ac declarare ſi neceſſe putaueris. CRITO.
Quid cunctarum opus reminiſci? neq; puto licet eas omnis
attingere: aut perfectos in eis uiros reperire. Sed quæ tantũ
optime mihiq́; potißime conuenire uideantur: has nunc ea-
rum profeſſores oſtende. SOC. *Pulchrè tu quidem Crito-*
bule. Nam quæ uocantur mechanicæ abiectæ omnino ſunt ac Vituperatio mechanicarũ
iure à pleriſq; improbantur. Quippe quæ corpora exercen-
tium atterant: tum abſiſtere homines atq; umbratiles eſſe co-
gant. Nonnullæ uerò ex eis totos dies igni incubare cõpel-
lant, Eneruatis deinde labore mẽbris neceſſe & animos de-
bilitari: ac quodãmodo ægrotare. Præterea huiuſcemodi uiri
uix ſatis commode cum amicis, tum reipublicæ uacare poſ-
ſunt: uidenturq́; quodãmodo patriæ deſertores cũ in ſingu-
lis ciuitatibus, maxime ubi bellum uiget eos errare cõtingat.
Quapropter ciuium nemini fas illa attingere. CRIT. *Mihi*
ſis autor, quam potißimã ſequar ò Socrates. SOC. *Regem* De Cyro
Perſarum in hoc genere non dedignabimur imitari. Is enim
inter pulcherrima ac neceſſaria ſtudia agriculturam & mi-
litiam duxit, ambasq́; mirè abſoluit. CRIT. *Mirũ. Sed pu-*
tas tantúmne ei à bellis otiũ fuiſſe, ut agro quoq; intenderet?
SOC. *Facilè conſiderabimus quas animo curas geſſerit, ſi*
quæ ſolerter & impigre adminiſtrauerit palam fiant. Pri-
mum circa res bellicas fatemur hæc illi curæ fuiſſe: ut ex
omnibus quas recepiſſet gentibus præfectos conſtitueret:
hisq́; imperaret alimenta diſtribui, equitibus, ſagittarijs, fun-
ditoribus, ſcutigerulis. Ex his qui idonei forẽt imperio cæte-
ris præficeret: & ſi in bello inimici ingruerent loco adeſſe,
præterq́; in arcibus cuſtodes nutrire ſolebat, præſidijs cibũ
præbebat præfectus illis dicatus. Rex ipſe quotannis luſtra-
bat exercitũ ſtipẽdiariorum, aliorumq́;, quibus arma ſume-
re iuſſerat: eosq́; ſimul omnis, præter illos qui arcibus præ-
eſſent, ubi colloquiũ cogeretur uocabat. Propinquos ipſe re-
gebat populos: remotiores per fidos adminiſtrabat præſi-
des. E ſuis uerò cẽturiõibus, ſatrapisúe, aut præfectis, ſi quos
uidiſſet numerũ eis militum imperatũ impleſſe, equisq́; præ-
terea & armis florẽtibus præparaſſe: hos magiſtratibus &
muneribus euehebat. Quos uerò aut imperata negligere, aut
turpes facere quæſtus reperiſſet, acriter caſtigatos abroga-
bat imperio, alios idoneos ſubrogabat. Hæc igitur opera
eius bellica: quæ mihi diligenter cuſtodire uiſus eſt. Regionũ
deinde nõ minor ei cura. Quas adire poterat, ipſe probabat,
Ad cæteras exploratũ certos mittebat. Inter quas ubi fortè Cyri diſciplina
cõperiſſet hominibus frequentẽ, agros in ea cultos, arbori-
busq́; cõſitos, ac fructibus uberes, promouere præfectos eo-
rum locorũ, eisq́; alias terras inſuper curãdas tradere, tum
donis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

donis & alijs monumentis ornare. Qui uerò per ſecordiam infrequentem colonis prouinciã traditam habuiſſent: eos grauiter mulctatos magiſtratu abrogare ſolebat. Hæc agenti nõ minus interea ſtudium aderat, ut à ciuibus agriculturæ, cæterarumq́; artium induſtria exerceretur, quàm à præſidijs cuſtodia teneretur. Quibus duo magiſtratus ab eo mittebantur. Quorum alter ciuibus, atq; artibus, à quibus cenſum duplicẽ exegit. Alter uerò militibus præeſt: qui ſi fortè per ignauiam minimè det operã, ut in ciuitatibus ſtudia pacis exerceri poſſint, ab altero ad iudicium adcerſitur. Qui & idẽ ipſe, ſi præter officium populos deſidere, quominus artes exerceantur permiſerit, à præfecto militum accuſatur. Et certo dum opifices aut agricolæ uacãt, neq; præſidia in populis nutrire, neque rurſus exigere queũt. Vbi uerò ſatrapa mittitur, is utriſq; magiſtratibus imperat. CRIT. Si rex hæc obibat, mirum nõ minus agricolationis eum, quàm rei militaris cura teneri. SOCR. Sed & ubicunq; eum agere, quocũque'ue diuertere contingeret, hortos, paradiſosq́; conſtituebat rebus omnibus, quæ terra ferret, ornatos ac refertos. In quibus ipſe dum per anni tempus liceret, plurimum morari ſolitus erat. CRIT. Neceſſe nempe fuerat eum in his potiſſimũ agere locis, quæ eius maxime curã expeterent, arbores, aliaq́; terræ naſcentia ſerendo. SOCR. Dicunt præterea quando munera largiretur, primum, ad ſe uocatos milites monere ſolitum, parum prodeſſe multa arare, niſi qui ea tuerentur adeſſent. Deinde colonos qui agris inuigilarent, ut fruſtra uiribus uti & fortes eſſe liceret, ſine horum auxilio, qui militibus alimenta tribuerent, oſtendere, profeſſus utroſq; donatos eſſe opportere, quod & fortibus ſolum præparare, & præparantibus ſuppetias ferre ſit neceſſarium. Dicitur & olim ipſe rex, uti probatiſſimus, cum ad dona utroſq; conuocaret, monſtrare ſolitus ſe ab illis potius munera iure accipere oportere, quod & regionem poſſet optime ad colẽdum præparare: & præparantibus opem ad uictum præſtare. CRIT. Vti uideo haud minoris faciebat, eos qui agrum colerent, quàm qui bello deligerẽtur. SOCR. Prorſus. Sed & cum dum uixit æqui ſeruantiſſimum fuiſſe, cum multa ſint argumẽto, tum illa præcipuè: dum aduerſus fratrem pro regno certaret, ab eo nullum, à fratre uerò plures ad eum transfugiſſe conſtat. Illud demum regiæ uirtutis uel maximum ſignum, quod ad eum uoluntarij properarent, in periculisq́; cum eo perſiſterent, quod mortuo uerò mortem oppetere non dubitarent, circa cadauer eius pertinaciſſimè dimicando: præter unum Ariæum, qui in ſiniſtro cornu conſtiterit. Ad eundem dicitur quondam Lyſander cum donis miſſus à ſocijs belli, ut ipſe poſtea cuidã hoſpiti ſuo apud Megara retulit: deductusq́; ab eo in paradiſum, quem Sardibus habebat, cum uidiſſet ordinem, elegantiamq́; arborum in quincuncem poſitarum, angulorumq́; ſymmetriam & ambulationum ſubſequentium odorem ſenſiſſet, admiratus dixiſſe. Hæc me ſuſpicientem Cyre multomagis magiſtri admiratio capit, quicunq; is fuit, qui tibi talia diſpoſuerit. Cyrus autem animo lætatus reſpõdiſſe. Hæc egomet Lyſander, ordine quo uides diſpoſui, ut facile cernere eſt, quæ mea ſerui dextra. Tunc eum Lyſander, ut erat ornatus reſpiciens, ueſtiumq́; fragrantiam, ac ſumptus & armillarum decorem contemplatus dixiſſe. Quid eſt quod ais Cyre? Tuæ'ne hæc omnia manus plantauerunt? Ad hæc Cyrus: Admiraris Lyſander: Iuro per Methren, me nunquam cum per ualetudinem licet prius prandere ſolitum, quàm aut bellicum aliquod, aut ruſticum opus, ſiue actionum aliquid honeſtarum, quod me magis moueat, abſoluam. Ille deinde hoc cæteris laudibus addidiſſe. Iure mihi uideris Cyre beatus: qui bonus cum ſis, es etiã felix. Hæc tantum narraui ô Critobule, ut planè intelligas agriculturã, uel ab honeſtioribus, magnopereq́; potentibus poſſe recipi. Habet enim hæc diligentiam quandam, & animi uoluptatem. Inſuper domus augmentum, exercitationemq́; corporis, quantum homini libero fas eſt: ac fructibus quoq; ipſius partim uictitamus, partim deorum aras extruimus, partim quoq; ob coronamentorum, odorumq́; oblectationem iucunditatem excipimus, fœtus alios nutriendo, alios producẽdo. Sed & pecuariam agriculturæ annexam nemo dubitat: unde præſertim copia ſacrificij ad deos placandos ſuppeditatur. Hæc cum late præbeat, citra tamen mollitiem, aut ſegnitiem præbet, operarios multa patiẽtia, & algoris, & æſtus, uel nudos operi adſuefaciendo. Quapropter corpora uegetiora, ac firmiora uiribus reddit, præterq́; impigros facit: & matutino ſurgere, properareq́; ad opus ſuadet. Enimuero ruri ſicut in ciuitate actiones ſuis quæq; temporibus ingruunt. Deinde ſi patriæ uſibus cum equo præſto eſſe cupis, hunc ager alere poterit. Si pedibus, robur ad hoc corporis præſtat. Tum uenationibus inſudare ortatur. Canibus tibi copiam, ac cæteris animalibus miniſtrat. Quæ paſta non minus & ipſa rus iuuant. Equo dominus mane in aruum feſtinans contendit aliquid nũciaturus, ſeroq́; redeundi facultatem habet. Canes à fructuũ tum pecudum uaſtatione prohibent feras. In ſolitudine ac deſerta regione ſecuritatem præſtant. Vnaq́; cum armis ad ferendum dominis auxilium excitant. Colonos eadem in medio fructus carpere, ac certantes currere, ſubſilire, iaculari inuitat. Quænam ars ualidiores homines præbet? quæ colentibus maiores gratias reddit: aut auidos magis exſaturat: aut hoſpites lautius excipit? Vbi per brumam caminus luculentior, & calida lauacra commodiora? Per æſtum uerò umbris, aurisq́; moræ dulciores? ubi dijs litaturis primitiæ decentiores, aut dies feſti lætiores? Quæ amantior ſeruis, dulcior uxori, optatior filijs, gratior amicis? Mihi profecto mirum uideatur, ſi liber homo hac dulcius diligentia, aut lætius poſſeſſione: & ad uitam commodius inuenerit. Cæterum hæc colonos ad iuſtitiam officiũq́; acuit. Cum belli tempore ab operis uacantes animo, atq; corpore ualentes per hoſticum, niſi Deus prohibeat, ruunt, prædasq́; agunt: quæ operum loco uictum præbeant. Nam tutius eo tempore armis quàm ruſtico inſtrumento cibum quærere. Inſtruit quoque uti mutuam præſtemus utilitatem. Quippe cum ad bellum conficiendum, tum ad agrum colendum hominibus eſt opus: alteraq́; harum artium alteram iuuat: ac ſimilitudine quadam inter ſe cõueniunt. Bonus agricola operas parêre promptas, ut dux milites comparabit. Ille in bello fortiter agentes munerabit: cedentesq́; de loco plectet. Nec minus hic pecunijs, caſtigationibus, adhortationibus utetur. Enimuerò ſpe bona non minus ſerui quàm liberi mouentur: multoq́; interdum magis ut ſponte permaneãt. Quamobrem pulchrè quidem, qui agriculturam aliarum artium parentem atq; nutricem appellauit. Qua bene habente cætera ualeant: neglecta uerò, terra, mariq́; iacent omnia. CRI. Hæc quidem omnia probe ô Socrates. Sed circa agriculturam haud facile cuncta cauere eſt. Nam & grandines, & glacies, & imbres intempeſtiui, rubigo, & alia complura ſæpe eueniunt: ut quæ ſumma ſint elaborata & arte & diligẽtia euertant. Tum armenta tentata quandoq; intereant. SOCR. Puto te non ignorare deos rei ruſticæ, non minus quàm militari præſidere. At in bello uides pugnam inituros antea dijs litare, ſciſcitãtes ſacrificijs augurijsq́; quid opus. Itidem & in agro ſeruãdum. Noſti enim ſapientes uiros pro fructibus pecoreq́; omni placare ſolitos deos. CRIT. Rectè tu quidem mones omnẽ à dijs actionem potiſſimũ auſpicari oportere, tanquã pacis ac belli ſtudijs imperantibus. Hoc igitur deinceps ſeruabimus. Tu perge uti cœpiſti, reliqua huiuſcemodi diſciplinæ enarrare. Nam & ego iamdudum audiens uideor aliquid magis quàm antea proſpicere: quid uicturis potiſſime faciundum. SOCR. Quin potius repetamus quæ ſuprà diſſeruimus, ut deinceps reliqua eodem quoad poſſumus ordine narrãda pariter pro-

Laus agriculturæ

Epilogus ſuperiorum

bemus. CRIT. Vt ais, nos mutuo ſermone unà adſentiendo procedere decet, haud aliter quàm qui clara ratione pecuniã inter ſe tractant. SOCR. Igitur ſcientiæ cuiuſdam œconomia nobis uiſa eſt, eaq́; in augenda domo conſiſtere. Domus autem quicquid poßidebatur appellari: poſſeßionem eſſe quamcunq; uictui utilem diximus: utilia uerò tantum metiri, ut illis uti quis ſciret. Cunctas autem artes neq; poſſe quenquam ſcire, neq; ſanè à Republica probari, quas uocant Mechanicas, quæ corpora pariter & animum corrumpunt. Argumentum eius rei manifeſtum enarrauimus, ſi quis hoſtibus regionem inuadentibus ex opificibus & colonis ſeparatim experiatur, utri magis præſto adſint Reipublicæ. An hi ſubtracti agris mœnia tuendo. Sic enim huiuſcemodi genus hominum bello utiles eſſe putamus. An illi minime pugnantes, operi quod quiſq; edoctus fuerit adſidendo. Cæterùm homini honeſto ac bono culturam maxime conuenire affirmauimus: unde ad uictum neceſſaria nobis adfatim ſuppeterent. Ipſius autem opus haud cognitu difficile, factu delectabile, corporibus ſalubre, iucundum amicis, minime negotium creans, quin & amicis & patriæ uacare pariter queat. Videbatur inſuper & extra munimenta munitos reddere, uictum ſuppeditando, & colonos nutriendo: ob quam rem hæc priuata induſtria, & honeſtos homines, & Reipublicæ redderet amantißimos. CRITO. Iamdudum Socrates per te intelligo dulcißimum, atque pulcherrimum uitæ genus uideri. Quod autem te docere receperas, ex ea multos proficere, plurimos damna facere, hoc potißimum rogo, quippe qui cupiam quæ ad hanc rem faciunt ediſcere, ut inde incommoda poßim euitare. SO. Quid ſi enarrem ab initio quemadmodum ſum olim congreſſus cum uiro qui mihi unus uiſus eſt ex his qui iure nomen hoc honeſti atq; boni uiri adſequuntur? CR. Libenter equidem audiuerim.

Qui honeſti boniq́; appellantur.

Nam & ego quoq; tali nomine dignari exopto. SOC. Dicam nempe quonam modo in ipſius uenerim meditationem. Bonos enim architectos, bonos item fabros ærarios, pictores, ſtatuarios, alioſq́; huiuſcemodi ex eorum operibus breui tempore perſpexi ac probaui. Vir autem qui honeſtus atq; bonus uocaretur perſcrutatus ſum; quidnam potißimum ageret quamobrem hoc ſibi merito nomen uſurparet: ac primum ſum periclitatus ſi quem adſpicerem honeſtum hunc & bonum etiam inuenirem, quæ me ratio longe fefellit. Nam & quoſdam ſpecie honeſtos, improbos tamen animo aduerti. Atque his nußis cum audirem Iſchomachum præter omnis hoc nomine inſignem eſſe: ſtatui mecum ipſe hunc omnino adire. Cumq́; illum in Iouis Eleutherij porticu ſedentem conſpicerem, quando mihi uacare uiſus eſt, propius accedens,

Iſchomachus

Quid inquam Iſchomache hic deſides minime ſolitus ceſſare? Nam te ſæpe in foro uideo, aut agentem plurima, aut certè minimum uacantem. IS. Non profectò nunc quoq; uideres, niſi hic hoſpites expectarem. SO. Quando igitur nihil huiuſmodi agis, per deos, ubi moram trahis? Quid rerum geris? cupio prorſus audire quidnam potißimum agendo honeſtus ac bonus uociteris: præſertim cum domi non maneas, nec talis habitu corporis uidearis. At ille ridere atq; in ea appellatione lætari uiſus ait. IS. An uocent me hoc nomine qui tecum loquuntur, haud ſatis ſcio: hoc tantum ſcio ad collationem Trierarchiæ uel ludorum, nomenclator me tantum Iſchomachum ex patre uocat. Ego autem Socrates ut ais, nequaquam intus moror, quòd rei familiaris curam uxor eſt idonea ſuſcipere. SOC. Hoc à te libenter audierim, tu ne erudieris eam, an à parentibus edoctam acceperis: ut quæ ad eam pertinent, regere ſciret. IS. Quomodo doctam accepißem, quam quinque & decem uix natam annos duxerim, ætatemq́; præteritam omnem ſub cura maxima fuerit, ut quàm minimum uideret, quàm minimum audiret, aut loqueretur. Satiſq́; habuerim ſi tantum lanam columq; accipiat, ueſtem commonſtret, ancillis opera diuidere ſciat. Tum circa uentrem pulchrè inſtituta, quæ res magnum Socrates mulieris ornamentum uidetur. SO. Reliqua tu monſtraſti? IS. Minime. Sed dijs ſacrificaui ac Ioui, ut me quæcunque optima utrique forent, edocere contingeret, illam uerò diſcere. SOC. Et coniunx hæc tecum uouit? IS. Profectò. Nam multa illis per uota promiſiſſe, ut qualem eſſe oporteret euaderet, illud in primis eſt argumento quod præcepta minime neglexerit. SOC. Eloquere quæſo Iſchomache, quid prius cœperis edocere. Nanque ego te huiuſmodi narrantem libentius audiuerim, quàm ſi gymnicum aut equeſtre aliquod pulcherrimum certamen recenſeres. ISCH. Cum primum mihi poteſtas cum ea colloquendi fuit, hoc modo ſum eam percontatus. Dic uxor noſti quamobrem te ceperim, tuiq́; te mihi parentes locarunt? puto ſcias uti ſimul cubaremus: ſocietatemq́; mutuam, optimamq́;, & domus, & liberorum iniremus. Cum ego te probauerim, meq́; parentes tui, quantum deprehendi licuit: liberos ſi Deus dederit, in medium conſulemus, quo pacto erudire debeamus: quippe qui communem nobis felicitatem allaturi ſunt: ac emeritis iam & ſeneſcentibus alimenta præbituri. Interea domus hæc utrique communis erit. Ego tibi quæcunq; ſunt intus prodidi. Tu item tecum allata in eandem collocaſti. Illud nequaquam computari oportet, uter plura in medium contulerit. Sed uter potius ſocius melior, is demum plura attulerit. Ad hæc ô Socrates, quid reſponderit, ego tecum diſſeram. Quænam meæ uires? inquit. Tuæ iſtæ ſunt partes: meæ tantum, ut mater olim monſtrauit, ſeruare modeſtiam. At me pater inquam itidem docuit, uerum modeſtorum & uiri & fœminæ fuerit rem familiarem continuo reddere meliorem: ac alijs iuſtæ partis facultatibus augere. Tunc illa: Putas'ne, inquit, me adeo quoduis agendo domum augere oportere? Ea duntaxat inquam, quæ dij te iubent, & leges collaudant agere tandem optima eſſe cenſeo. Quænam ſunt huiuſcemodi: inquit illa. Haud ego inquam paruo exiſtimanda. Si non paruo exiſtimas apis officium, quæ cæterarũ operi præſideat in aluearibus. Mihi profectò uidetur deos ipſos multa quidem ſapientißime, tum præſertim iugum hoc

Matrimoniũ quare inſtitutum

inſtituiſſe. Primum quidem ne animantium genera deficerent: deinde ut haberemus à quibus noſtra ſenectus aleretur. Cũq; mortalium uita non ut cæterorum animalium ſub dio, ſed ſub tecto ducatur, oportet ſub dio procurare quorum adminiculo futurorum hominum uſui ſub tecto conſulatur: huiuſmodi ſunt, noualia, arbores, ſementes, paſcua. Ex his neceſſaria uictui proueniunt: quibus in domum relatis ſeruatorem adhibere ius eſt: qui maxime is fuerit quem ſub tecto res agere decet. Tecto indigent infantium nutritio, fructuum ſegetes, ueſtiumq́; è lana contextus. Quoniam uerò utraq; hæc & extra

Matronæ officium

& intra domum diligentiam expetunt, mihi uidetur Deus naturam mulieris ad curam intus ſuſcipiendam in lucem protuliſſe: mollioreq; corpore, ut intra parietes officium obiret. At uiri corpus animumq́; frigora, æſtus, itinera, expeditiones facile tolerare conſtituiſſe. Quapropter illi foris res agendas delegaſſe. Rurſus illas ob infantium curam maiore erga liberos charitate: tum ad cuſtodienda quæ à uiris parta eſſent metu uehementiore, qui rebus aſſeruandis utilis foret, præditas eſſe uoluit. Viro inſuper cui tueri extranea facta incumbit, ac oppugnanti reſiſtere, maiorem addidit audaciam. Memoriam uerò ac diligentiam parem, atq; in medio poſuit: qua pro ſuo quiſq; officio cum dando tum accipiendo uſurus eſſet. Eadem ratione & abſtinendi ab his quæ oporteat rebus utriſq; facultatem æquè conceßit: Qui uerò probatior hic longe meliora ad coniugem adferret. Quas igitur ob res cum hominum natura utrique non ſufficiat officio: ea potißimum cauſa inter ſe matrimonio deuincti ſunt, ſibi inuicem hoc pacto utiles, ut quod alteri deeſſet, alter ſuppeditaret. Hæc nos uxor

decet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

decet conſiderare, ut ſuas quiſque partes quàm optime abſoluamus. Deus item uxorem pulchriorem condidit: ut formam cum pudicitia ſe domi continendo tueretur. Virum toroſiorē, ut extra magis ageret, edidit. Si quis autem huiuſmodi ordini aduerſus ierit: aut uiri partes uxor, ſeu uir uxoris peregerit, ultorem ſe ſentiet habiturum Deum: qui apum exemplum nobis ante oculos poſuit, quarum dux haud abſimile huiuſcemodi officio, quod ſubituri ſumus, exequi uidetur. Nam quod illa in aluecari exercet, nobis munus incumbit. Illa quidem in otio eſſe apes non ſinit, ſed quas oportet ad opus extra mittit: importatáq; ab eis excipit ac ſeruat, donec uſus tempus ueniat, quæ æque omnibus diuidit. Intus fauis incubantibus ipſa præſidet, ut pulchre ac celeriter conficiantur. Partus uti nutriantur, curat: quos iam adultos, operiq; aptos uiderit, aliò tranſmutat, ac tanquam in colonias cum duce mittit. Me quoq; inquit uxor, talia peragere neceſſe? Neceſſe prorſus, inquam ego, te domi manentem ſeruis officia diſtribuere: ac eos qui opus extra facturi ſunt, emittere: alijs uerò intus ipſam præſidere, ac illata recipere. Quæq; ex his eſu abſumi oportet partiri: quæ autem obſeruanda condere, ac prouidere, ne quæ annum durare debent uno menſe abſumantur. Cum lana domum refertur, curandum uti ueſtes ſeruitijs conficiantur: ut triticum, cætereq; ſegetes, ac legumina, proba ſint uſui, ac facile mādi poßint. Sed unum præter cætera tibi ſeruandum, quod plus gratiæ ſit habiturum: ſeruos uidelicet cum in morbos inciderint, curare uti curentur rectè. Per Iouem, inquit uxor, uera mones: ſi illi gratiam habituri ſint, ac propterea magis beneuolentes. At profecto inquam ego, apum dux, quem modo diximus, haud alia de cauſa, quàm ob hanc curam à ſuis tantopere diligitur: ut quocunq; abſcedat eum omnes ſubſequantur, minimeq; deſerendum putent. Mirer, illa inquit, ſi non magis ad te pertinet exēplum apis quàm ad me. Nam & mea domi cuſtodia operūq; diſtributio ridicula prorſus uideatur, niſi tu cures uti domum aliquid importetur. Ridicula, ego inquam, & mea fuerit importatio, niſi fuerit qui eam conſeruet. An ignoras, qui fractis dolijs dicuntur haurire quàm fruſtra laborent: in quanta'ue ſint miſeria? Miſeri profectò, inquit illa, ſi hoc agunt. Sed & alia inquam ego, ſunt tibi in hoc genere ediſcenda præcepta. Quoties lanæ ac telæ neſcientem famulam acceperis, ſi eam erudieris, altero tanto facies ualentiorem. Si item miniſterij neſcientem, artem miniſtrandi docueris, pluris exiſtimatam poßidebis. Quoties modeſtos atq; utiles nacta fueris, his benigne facies. Contra uerò ignauos plectes. Omnino illud mihi iucundißimum fuerit, ſi me ipſa melior apparebis, ac me miniſtrum quodam modo tuum facies. Nec id uerebere, ut per ætatem uilior domi habearis: ſed ita tibi perſuade, quòd modo fida mihi liberiſq; noſtris appareas, quanto ſenior, tanto honoratior domi fueris. Enimuero pulchra, itemq; bona non ex ipſa tantum ſpecie aut forma, quantum ex uirtute metiri ac ſpectare licet. Hæc & his ſimilia Socrates memini me, cum primum licuit cum uxore diſſeruiſſe. SO. Noſti ut diligentiorem propterea reddideris? IS. Per Iouem animaduerti uerecundia quadam ex ore adſectam, ubi eam pupugi accuſando importata domum male cuſtodire. Cumq; mœſtam aliquantulum conſpicerem, nec habere ſatis quod reſponderet: Quid inquam ſubtriſtis es uxor quod fortè te accuſo? ſed ſcito multo triſtiorem eſſe paupertatem, quæ quorum indiget uſus, non habet: præſertim ſi quærat quod olim habueris, magis quàm ſi ab initio nunquam conſueueris quærere quod non habeas. Sed huius me mali cauſam eſſe fateor, qui non ordinē ſemel conſtitui, quo ſingula condi oporteret, ut uideas ubi quæq; locanda, unde promenda ſint. Nibil ô coniunx in rebus humanis eſt ordine præſtantius, nihil utilius: quod in choro maxime cernitur, qui cum ex hominibus conſtet, ſi temere implicetur atq; conſiſtat, turbationem uideas iniucundam, minimeq; ſpectatione dignam. Cùm uerò & loquentium concentus, & conſiſtentium ordo reſpondeant, digna res uideri, ſpectariq;. Eadem & exercitus ratio, cum confuſe incedunt iumentum, armiger, grauis armatura: qui tarde progreditur currentem, ſtantem currus, iumēta equitem, grauis armatura leuem adficient incommodo. Quomodo autem pugnam inibunt, ſi quibus neceſſe fugere proſequentes, hi potißimum terga dantes, opprimant ſubſequētium arma? Ex quo lætitiam hoſtibus, ſuis uerò triſtitiam pariāt. At ordinata militia quē non oblectat? Vniuerſos armatos ordine uenientes adſpicere equites, parte alia peltatos, ſagittarios, funditores, ſuis quoſque locis, unaq; omnes ſuum ſequentes ducem. Qui etſi multi numero, unus tamen & ordine & ſilentio uideantur. Triremis item hominibus & armis munita quantum uictoribus præbet alacritatem atque audaciam, inimicis uerò terrorem? Cum uno cuncti ſpiritu remis inſurgunt, uno incumbunt, uno inuicem adhortantur. Enimuero rerum pertubatio haud aliter fuerit, quàm ſi colonus uno aceruo hordea, triticum, legumina confundat. Deinde cum uſus uenerit tempus, ſingula ſit opus diſcernere, cum iam diſcretis uti liceret. Hæc tu coniux facile uitabis, ſi ordine res condas, ordine promas, ut quæ tibi ſint opus abunde facile'que capias, & mihi gratanter exhibeas; locum conſtituemus rebus quibuslibet opportunum. Miniſtrum'que ponemus ac docebimus, quæ hinc promere oporteat, quæ ibidem locare. Hoc enim modo facile ſciemus, quæ ſalua ſunt, & quæ minime. Locus enim ipſe quod non exiſtit, deſiderat. Quod autem cura indiget adſpectus inquiret. Pulcherrimum quandoque ô Socrates, ac diligentißimum ordinem ſum mihi uiſus uidere; deſcendens in ſpectaculum cuiuſdam nauigij Phœnicum. Plurimam enim ſuppellectilem in paruo uaſe animaduerti. Per multa enim inſtrumenta lignea & contexta è littore ſoluitur, & ad littus deducitur nauis. Per multa ſuſpenſa penſiliaq; nauigat. Multis etiam machinis contra inimica nauigia armatur. Multa item arma hominibus adminiſtrat. Omnem ſupellectilem, qua mortales domi ad uictum menſamq; utuntur, fert ſecum. Inſuper & onuſta rebus omnibus, quas nauclerus gratia quæſtus aſportat, & quantas inquam maior locus alius non caperet, ſi rurſus reponerentur: hic tamen omnia ita collocata; ut minime inter ſe impedimento ſint, minime indagatore indigeant. Neque rurſus incompoſita, neque diſſolute ſe habentia, ut minime moram faciant ad uſus eorum cum opus feſtinare. Miniſtrum quoque gubernatoris, qui proreus nauis uocatur, ita ſcientem omnis loci, ut abſens noſſet ubi quælibet ſita eſſent, tum quanta eſſent, non minus quàm literarum ſciens. Dicat enim Socrates literas, & ubi quælibet ſita ſunt. Vidi præterea hunc quandoque ſecum tacite ueſtigantem, ac otioſe omnia quæ in naui eſſent circunſpicientem. Admiratus ergo interrogaui quid nam ageret. Conſidero, inquit ille, hoſpes ſi quid uſu contingat, quomodo hæc ſita ſunt in naui, ſi quid abeſt à loco ſuo, aut in commune ſitum fuerit. Non enim poſtea Deus conceſſerit in maris tempeſtate, quid ſit opus inquirere, neq; ſi quid incondite conſiſtat reperire. Plectit enim Deus inconſideratos. Si enim minime errantes non perdit, hoc maxime expetibile. Si item rectè adminiſtrantes conſeruet, multas dijs gratias. Ego autem reſpiciens hanc ſupellectilis diligentiam dixi uxori: Magna nempe noſtra eſt ignauia, ſi in nauigio, locoq; tam paruo ac mobili, res quæ uehuntur æquè ſeruant ordinem, tum in metu maximo uerſantes reperiunt quod opus accipere: nos autem qui magnis diſtincta muris firmoq; in ſolo domi ſingula poßidemus, niſi bonum ac promptum inueniamus locum, quo nam modo magna non ſit imprudentia noſtra? Vt igitur ordinare ſupellectilem, & locis quibuslibet condita reperire, utile quidem omnibus ſit, iam dictum. Sed & pulchrum quàm maxime

Apum exemplum ad, frugalitatem

Serui quomodo tractandi.

Ordinis laus & utilitas

De ordine nauis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

apparet calciamenta qualiacunque ſuo ordine diſponere, pulchrum & ueſtimenta, ſtromataq́; : præterea quæ ad menſam pertinent, ahena, ollasq́;, pulchrum diſpoſita qualiacunq; uidere : quæ fortè quis riſerit, non ornatus homo quidem, ſed ineptus. Ordinata enim ſupellex chorus quidam uidetur rotundus, qui non tam ipſe quàm eius media pulcherrima eminus apparent. Horum uxor licet periculum facere, paruo quidem negotio. Non enim in labore aliquo poſitum, aut difficile loca quælibet addiſcere, ſingulaq́; diſtinguere. Nam & ciuitatem nouimus millecuplo quàm nos plura poßidere. At ſiquis ſeruum ex foro cupit emere, ſtatim ei quemcunque optet quilibet adferet, reliquaq́; item omnibus capiendi prompta. Huius igitur cauſa rei nihil aliud quàm locus ſingulis rebus ordinatus. Quo prætermiſſo nihil præſto paratum eſt. Quin tanta plerunque oritur difficultas, ut ſi duo citra conſtitutum ſeſe inuicem quæritent, prius deficiant quàm conueniant. Et hæc quoque de uſu ſupellectilis eam monuiſſe recordor. SO. Ecquid hæc illa te monſtrantem audijt? IS. Quin ſe omnia ſeruaturam promiſit, ex eoq́; ſignificauit, quòd animo magnopere lætata eſt, tanquam ſi ex anguſtia in rerum copiam ueniſſet : ac me ultro rogauit, ut formulam qua domus foret diſponenda præberem. SOCR. Qua nam, quæſo, ratione diſpoſuiſti? IS. Partes ac uim domus omnem in primis enarraui. Quæ non tam uarietate ædificiorum atque ornatu illuſtratur, quàm utili ſupellectili ac habitantibus neceſſaria : cuius gratia facta eſt, qualibet eius parte res ei conuenientes adſeruante. In primisq; thalamus cum ſit in penetrali ac loco munitiore, periſtromata, uaſaq́; nobilia, & alia precioſiora tuetur. Granaria, ſiccaq; loca frumenta : apothecæ frigidæ uina expoſcunt. Perſpicuis uerò quæ maxime lucis egeant, & uaſa & opera dicantur. Tum diæteteria uirorum illi monſtraui pulcherrima, æſtate frigida, hyeme calida. Domum quoque omnem quemadmodum ad meridiem ſpectaret, ut eſſet aprica per brumam, per æſtus umbroſa.

Gyneconitis Andronitis

Deinde Gyneconiten ab Andronitide balneo diſiunctam. Demum ne domo exportetur quod non oportet, neu ſerui iniuſſu noſtro liberos procreent. Nam boni ex eo plerunq; fideliores atq; amantiores fiunt: improbi uerò cum uxore coniuncti proniores ad dolum euadunt. His enarratis ad inſtrumenta domeſtica deuenimus : eaq́; ſecundum genera diſtinximus : ac primum ſacrificijs apta conſtituimus : poſt hæc ornatum omnem muliebrem feſtis profeſtisq́; diebus diuiſum. Virilem item per feſta & belli tempus. Stromata in Gyneconitide : ſtromata item in Andronitide. Calciamenta alia uxoris, alia uiri. Inſtrumenta præterea alia textrinæ, alia piſtoriæ, alia coquinæ, alia circa lauacrum, alia circa mactras, alia circa menſas. Et hæc quidem diſtinximus, quibus quotidie uti oportet, quibus'ue per celebritates & conuiuia. Mox rationem in ſingulos menſes erogatorum ſubduximus, ſeparatim ſubducta conſcripſimus. Hoc pacto minus latet, quid in

Promæ officium

annum ſumptus exeat. His conſtitutis loca præſcripſimus, quibus ea condi oporteret, Promæq́; enumerauimus, atque conſcripta tradidimus : eiq́; præcepimus, ut quæ opus eſſent cuique promeret, ac meminiſſet recepta rurſus in locum ſuum condere. Promam fecimus, quæ in primis nobis uiſa ſit frugi: ac Veneris, uini, ſomniq; luxu abſtinens, tum procul à uiri complexibus. Ad hæc eo ingenio prædita, ut facile circumſpiceret ſeſe per negligentiam incommodum: per diligentiam uerò gratiam à nobis & munera conſecuturam. Monuimus inſuper ut beneuolente erga nos animo eſſet : quando gauderemus lætitiæ, triſtitiæq́; item ſi quid accideret conſortem fecimus. Inſtruximus deinde uti in augenda domo prompta foret. Tum iuſtitiæ ei ſeruandæ exempla prodidimus : quemq; pro meritis munerando, ac probos ſeruos longe liberius ac locupletius improbis apud nos agere monſtrando. Ipſam poſtremo in loco & officio ſtatuimus. Poſthæc uxorem monuimus præceptorum omnium fruſtra eſſe diligentiam, niſi ipſamet curet, ut ordo cuique ſuus ſeruetur : exemplum Reipublicæ ſeruando, in qua ciues non ſolum bonas conſcribunt leges, ſed & illarum eligunt cuſtodes, qui ueſtigando aduerſus agentes plectunt : ſeruantes uerò collaudant. Pari ratione

Matronæ officium

eius eſſe officium domeſticis præſidere legibus, ſupellectilem tanquam cuſtodes arcis explorare : ac ſiquid bene habeat, ſicuti & ſenatus equos ac equites, probare : moreq́; reginæ quæ præſenti utitur poteſtate, dignum collaudare, ignauum autem caſtigare. Inſuper addidi, ne fortè grauaretur ſi plura quæ ad œconomiam pertinerent ei quàm famulis mandarem. Cum illi tantum rerum dominicarum participes eſſent, quo ad cuſtodiæ miniſtrandiq́; officium attineret. Licere uerò illis præterea nihil, niſi cui poteſtatem herus utendi faceret. Domini autem alia ratio, in cuius facultate ſunt omnia conſtituta, hisq; pro arbitrio utitur : ad quem item & ſeruatorum utilitas & amiſſorum peruenit incommodum. Huic maxime diligentiam præter cæteros conuenire docuimus. SO. Quid ergo illa quomodo auſcultauit? IS. Quid niſi quod recte ſentirem reſpondit, ſi putarem dura illi præcepiſſe, ut rei neceſſariæ curam ſuſciperet. Duriora ſanè uideri, ſi potius negligere, quæ ex re fuiſſent eius, mandaſſem: quod innatum ſit homini ſapienti, quemadmodum filiorum ſic poſſeßionum amore teneri, earumq́; cura oblectari. SOC. Mentem profecto mulieris uirilem prædicas. ISC. Sed & alia ſunt, in quibus magnanimitatem eius deprehendas. SOC. Qualia, audire cupio : maiore profectò uoluptate mulieris uiuentis uirtutem ſpectauerim, quàm ſi mihi Zeuſis pictam in tabella nunc referas. ISCH. Ego cum illam quandoque colore oblitam externo uti pulchrior uideretur, adſpicerem, inſuper calciamentis paulo altioribus, uti maior appareret:

Cõtra matronas externo colore infectas

Dic inquam coniunx, putas'ne me magis tibi diuitias communicaturum eſſe, ſi tibi præſentia tantum nullo mendacio patefaciam : an te decipiendo, ac plura iactando pro ueris falſa, argentum adulterinum, monilia ſublignea, aliaq́; huius generis oſtentarem? At illa ſtatim excipiens : Recte, inquit, mones: caue mihi ſis talis, fatear, te ex animo diligere nequeam. Igitur inquam ego, conuenimus ut corporibus communicaremus. Ita ferunt, inquit illa. Vtrum inquam amantior ſim tibi, ſi corpus ualens integrumq́; uiribus nullo adhibito fuco, an os oculosq́; minio infectos tibi attingendos præberem? At ego, inquit uxor, minium nunquam attigerim, neq; fucatos oculos gratius quàm tuos puros aſpexerim. Et me puta inquã non tam ceruſſa ac mentito delectari colore, quàm tuo. Neq; ſanè alia eſt in hominibus ratio quàm bubus, equis, cæterisq; animalibus, quibus Deus inter ſeſe pura ſexus ſimplicitate deuinci dulciſſimum eſſe uoluit. Quod ſi in hoc genere decipiendum, alienos decipere magis tolerabile. Nam coniuges, & qui ſimul ſemper uerſantur inter ſeſe fallaciam, facile deprehendunt : uel mane cum ſurgunt incompti, uel ex ſudore, aut ex lacrymis, ſiue etiam ex balneo decidente colore. SO. Quid per deos reſpondit? ISCH. Quid, niſi reliquo tempore nil huiuſcemodi facturam ſe recepit : rogauitq́; inſuper, ut ſiqua haberem alia, quibus pulchra non tam uideri, quàm eſſe poſſet, in medium adferrem. Igitur admonui, ne more ſeruorum totos dies ſideret, ſed cum imperio diuerſa obiret. Illam quæ telæ præeſſet, doceret, ſi quid melius noſſet. Si minus diſceret : obſeruaret piſtorem, adeſſet Promæ metienti. Domum circumiret, ſi ſuo quæque loco ſint condita proſpiceret. Hæc & his ſimilia mihi & diligentia & ambulatione digna ſunt uiſa. Adieci optimam ei fore corporis exercitationem lauando, pinſendo, ueſtes, & ſtragula excutiendo, deinde componendo. His modis demum & cibus eius ſuauior, & ualetudo firmior, & color roſeus, tum ſplendor oris ue-

rior

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

rior adfuturus,præſertim ſi hæc ſponte fecerit & non coacta. Oſcitantes uerò aut deſidentes ſe tantum mulierculis eas ornantibus iudicandas ac decipiendas tradunt. Poſthæc Socrates ſcito illam adeo ſecundum officium uiuere, uti monſtraui. SOCR. Hic ego, ſatis mihi uideor Iſchomache audiſſe opera mulieris, quæ maxime amborum digna ſunt laude. Nunc aueo tua magnopere facta intelligere, ex quibus potiſsimum ſit, quam ob rem honeſtus, ac bonus dicaris, hinc ego maximam tibi habebo gratiam. ISCHOMACH. Dicam equidem libenter quæ faciam, ut ſi qua tibi in re uidear ab honeſto diſcedere ipſe interpoles. SOCR. Te'ne hominem honeſtum, ac bonum uocitatum interpolem ego, qui nugas ſectari & aëra metiri uideor, & quod omnium ſtultiſsimum putatur pauper appellor? Quod ſanè nomen ægrè quondam ferebam, donec equum Niciæ fortè obuium habui: quem cum uulgus certatim ſpectatum properaret, deq́; eo ſermonem plurimum haberet, adceſsi ad equiſonem percontans ſi quas equus obtineret diuitias, quem tantopere laudarent. At ille me tanquam inſanum ſuſpiciens, Quid, inquit, uidiſti'ne unquam equo diuitias? Ex illo ſatis ego deprehendi, etiam equo & pauperi & bono eſſe licere, qui animum natura poſsideat bonum. Nunc age quæſo, enarra: ut ego abs te diſcam quicquid in hoc genere audire poſſum, craſtina die te omnino imitaturus, quæ quidem optima fuerit, utpote à uirtute auſpicaturus. ISCHOMACH. Facetias facis, attamen quod poſſum operam dabo omnem nunc uitæ meæ rationem percurrere. Ego poſtquam didici deos hominibus citra intelligentiam earum rerum, quas nos agere, & quomodo agere oporteat, bene rem gerere minime conceſsiſſe: prudentibus uerò ac diligentibus felicitatem tribuiſſe, Illos ego colere ante omnia conſtitui, conorq́; quantum mihi fas eſt ſupplicanti, ualetudinem in primis uiresq́; corporis: deinde honores in ciuitate beneuolentiamq́; apud ciues, & in bello ſalutem, poſtremo rei familiaris honeſtam amplificationem ab eis impetrare. SOCR. Curæ'ne tibi eſt Iſchomache quomodo diuitias adſequaris, unde tibi plura oriantur negotia, quæ ſis curaturus? ISCHOMACHVS. Curæ profectò, iucundum mihi apprime uidetur magnifice deos honorare. Amicis deinde ſiquid opus, ſubuenire, Rempublicam quoque per me nihil egere permittere. SOCR. Pulchra nimirum quæ loqueris, eaq́; potentis ſanè uiri. ISCHOMACH. Quid ni? cum multi homines ſine hominum auxilio uiuere nequeant, nonnulli id in primis amant, ut ſuo ſint contenti: plures quoque non ſolum ſuæ domi ſufficiunt, ſed adeo copijs abundant, ut ciuitatem ornent, amicis opitulentur, quos non uideo cur tu non alto ingenio præditos ac præpotentes putes. SOCR. Quin ego præſertim cum multis alijs huiuſcemodi uiros uehementer habeo commendare. Tu uerò perge ut cœpiſti, quomodo ualetudinem, roburq́; corporis, quomodo ex bello, quomodo'ue ex augenda re ſalubritatem adſequaris. Hæc audiſſe ſat fuerit. IS. Hæc nempe omnia inter ſe ordine conſequuntur, ut quis ex cibo idoneo ac labore abſumpto ualetudinem rectè conſequatur. Nam & ſeſe exercenti magis ſuccreſcit robur, & in his quæ ad bellum pertinent, ornamentum prouenit. Tum res familiaris augetur. SO. Ego quoq; adſtipulor, quod & exercentem ſeſe, & in re diligentem, neceſſe ſit bonorum quoq; compotem fieri, ſed quali exercitatione, labore'ue circa bellum, & rem augendam diligentia utaris, ut etiam amicis & patriæ poſsis ſubuenire, maxime optauerim audire. IS. Ego enim mane ſurgere conſueui, cum primum deprehendo tempus eſſe, in forum ire, ſi quo mihi conuento eſt opus; ac urbem ſiquid aliud ſim facturus ambulatione obire: ſi uerò nullum in urbe negotium, tum puerum cum equo præcedere in agrum iubeo, ipſe pedibus ſubſequor, meliore fortaſſe exercitatione, quàm ſi in Xyſto ambularem. Vbi rus ueni, ſi obuios habeam colonos, quonam modo ſeruerint cum arbores, tum fruges percontor: ſingulaq́; quo facta ſint, ordine perſcrutor: rationem quoq; ſubduco, ſi res melior atq; auctior quàm antea fuerat, facta ſit. Poſthæc plerunq; equum conſcendo, equitatione bellicæ ſimili memet exercendo, nunc à fronte appetendo, nunc à latere flectendo, tum foſſas, tum aquæ riuos tranſmittendo, incolumi quoad fieri poteſt ueſtigio. His actis equum puero domum ducendum trado, ſimulq́; ex agro ferendum quæcunq; opus in urbe, ego modo pedetentim, modo curſim reuerto. Deinde prandeo quantum nec uacuus, nec omnino ſatur ualeam per diem ferre. SOC. Lepide tu quidem Iſchomache uno tempore & ualetudini & bellicæ exercitationi, tum rei familiari conſulis. atq; his omnibus te recte uti idonea præbes argumenta. Quod te & ualentem, & firmis uiribus, & cum dijs ſæpe uidemus, tum inter ditiſsimos uiros & equis maxime abundantes adnumeraris. IS. Hæc cum omnia faciam, calumniam tamen plurimorum euitare non ualeo. Tu fortè putabas me dicturum, ut à pluribus honeſtus & bonus propterea uocarer. SO. At hoc prius percontari malebam, ſi quid fortè res hæc tibi curæ eſt. Quonammodo calumniantibus reſpondes, quam'ue rationem cum oporteat, reddis aut accipis? IS. Non'ne tibi uideor & hanc quoque partem abſoluere, ſi memet factis bonis cogito defendere nemini nocendo, quos poſſum iuuando? Non'ne item uideor accuſare, ſi homines improbos noſco, plurimis priuatim, publice uerò ciuitati iniuriam facere, præterea iuuare neminem? SO. Illud inſuper doce: ſi cogitationes huiuſcemodi ullo unquam proferas ſermone? IS. In hoc genere exercitationis me nunquam ſcito deſinere, uel ſeruorum lites utrinque inter ſe accuſantium caſtigatione dirimere, uel apud amicos aliquem uituperare, ſeu collaudare, uel diſcordias neceſſariorum componere, monſtrando quàm præſtet amicos eſſe: apud magiſtratum aliquem commendare, iniuriaq́; adcerſitum defendere: uel in ſenatu accuſare, ſiquidem uideam immerito honoratum, aut quæ conſulti uolumus fieri laudare, quæ uerò nolumus eadem uituperare. Sed & iam ô Socrates, ad id ſæpe ſum iudicium deductus, ut me oporteat pati, aut punire. SOC. A quo quæſo Iſchomache? me nanque hoc latet. IS. Ab uxore. SO. Et quomodo litigas? IS. Quando uera dicere contingat, ualde humaniter. Quando autem mentita fuerit, in uerbis errantem, nequeo ô Socrates meliorem reddere. SO. Fortaſſe mendacium uerum facere non uales. At fortè dudum moror Iſchomache. Ego uerò minime prohibeo quo minus ſi cupis hinc abeas. IS. Per Iouem nequaquam hoc agã, ut ante hinc diſcedam, quàm forum ſit miſſum. SOC. Video te nempe magnopere obſeruare, ne nomen hoc honeſti & boni amittas. Quippe cum multa tibi priuatim negotia ſint, quæ tuam requirant diligentiam, quando cum hoſpitibus ſemel conueniſti, eos ne fallas expectas. IS. At illa quæ dicis negotia Socrates, nequaquam negligo, cum uillicos ruri habeam. SO. Quando in hunc ſermonem incidiſti, quæſo Iſchomache, an ſicuti architectum architecturæ, ita & uillicum curandi res dominicas peritum tibi paraueris, an ipſe eum inſtruxeris? IS. Ipſe profecto inſtruere conor. Enimuero qui rebus meis ſubſtitutus eſt, quando ego abſum quid aliud curare habet, quàm quæ egomet: qui ſi ſemel præeſſe ſcio, & illum in his quæ noui erudire facile potero? SO. Igitur beneuolentia in primis puto ſit opus huic hominum generi, qua erga te tuaq́; adficiantur, ſi rectè in locum tuum ſubſtitui uelint, citra quam haud ſcio quid utilitatis eius tibi ars poterit adferre. IS. Nihil prorſus, ſed beneuolentiam in primis, quam erga me habiturus eſt, eum conabor edocere. SO. Et quid per deos beneuolentem eũ quem legeris, eruditione aliqua queas facere? IS. Ei benigne faciẽdo, ſi quas mihi copias dij dederunt. SO. Planè hoc adſeueras, ut qui ex parte aliqua tuo fruantur, ad te dili-

Paupertatis nomen

A cœleſtibus primum petenda felicitas

Lites cum uxore

Quomodo uillicus ſit parandus

gendum tibiq́; bene exoptandum propenſiores ſint. I S. Hoc profecto Socrates inſtrumentum uel maximum ad amorem prouocandum. S O. Dicam'ne hoc ei ſatis fore ad res tuas adminiſtrandas? Num uides omnis homines ſeipſos amantes ea tamen facere per ignauiam negligentes, quæ ex magna parte ſibi cupiant bene euenire? I S. At ego quos rebus meis præficere ſtatui, quomodo præeſſe debeant moneo. S O. Potin' hoc efficere? mihi ſanè ueriſimile non fit, ut quiſquam recte rem alienam edoceri poſsit. I S. Sanè non omnes idonei. S O. Quos quæſo idoneos edoceri putas? Nam hoc expeto magnopere noſſe. I S. Primum quidem nimium meri appetentes ab hac cura excluduntur, quòd per temulentiam facile obliuiſcuntur officij. S O. Aliud'ne expetitur? I S. Sed & uigilijs aſſuetum eſſe oportet, breuiſq́; ſomni, qui ualde rebus agendis eſt impedimento. S O. Adhuc alia deſideranda? I S. Mihi uidetur & à Venereis procul eſſe debere, quibus dediti rem aliam magis curant. enimuero nulla uoluptuoſior in rebus humanis diligentia, quàm illa quæ amoribus impēditur. Nihilq́; ubi intermiſsio maiori pœna plectatur, cum amans fortè excluditur. Hos itaque cenſeo nullo pacto rebus adhibeas tuis. S O C. Quid ſi lucri auidi fuerint, ſatis apti ad hanc curam? I S. Quin nullum genus hominum magis docile reperiri poterit. Quippe quibus hanc curam oſtenditur nihil eſſe aliud quàm lucrum. Quare huiuſcemodi nactus hominem magnopere collaudo. S O. Hactenus Iſchomache de ijs qui ad agri curam leguntur quomodo debeant erudiri. Nunc perge quæſo declarare, ſi quis fuerit indiligens natura, an alios queat ulla ratione reddere diligentes? I S. Nihilo ſecius quàm ſi expers muſicæ alios muſicos facere conetur. Difficile id ſanè, male monſtrante magiſtro probe diſcipulum edoceri, ac torpente domino ſeruum eſſe diligentem: &, ut breuiter dicam, ſub hero ignauo famulos uel natura bonos nunquam putauerim aliquid poſſe comprehendere. Sub ſolerti uerò, uel ignauos alioquin, caſtigatos facile poſſe erudiri. Attentos igitur operi qui cupiat alios reddere, ipſum in primis circumſpectum rebuſq́; inſtantem eſſe oportebit. Tum gratiam recte curanti habere. Secus uerò agentem plectere. Pulchre nimirum barbarum illum interrogatum à rege, quonam modo equum quem optimum nactus fuerat tam celeriter ſaginaret: oculis dominicis ferunt reſpondiſſe. Eadem ratione & mihi Socrates uidetur alia quæcunq; oculum ipſum domini poſſe reddere meliora. S O. Vbi feceris diligentem, eſt'ne idoneus? I S. Minime, ſed admonendus etiam quando, qua'ue ratione ſingula. Quod ſi non præſtabit, nihiloſecius uillico erit opus quàm medico, qui curet aliquem ægrotum. Deinde mane tarde iam ueniens, quod remedium adhibendum fuerit, inſuper non uideat. S O. Tum ſi didicerit quæ ſit facturus, erit'ne abſolutus? I S. Dominari eum adhuc operis oportebit ediſcere. S O. Tu'ne quæſo monſtras, quomodo is dominetur? I S. Conor quidem. S O. Dic oro, quomodo aptos imperio doces eſſe homines. I S. Inepte quidem ridebis ſi audies. S O. Non ego profecto ridiculum puto, ſed maxime collaudandum, qui eo ingenio ſit, ut queat docere, quonam modo ualeant homines imperare. Nam & hoc pacto reges facere poteſt. I S. Reliqua enim animalia Socrates duabus de cauſis ad obtemperandum mouentur, quando uidelicet audientia munerantur, minime uerò obtemperantia plectuntur: equorum ſobolem domitores hoc fermè erudiunt, ut obſequentē delinimento aliquo demulceant: reluctantem uerò uirga compellant. Canes item ſimili ratione cum currere, tum flecti inſtruuntur: hominum autem natura ob rationem & orationem præſtantior, ſanè docilior ad parendum uidetur, ſuadentibus ea præſertim quæ ad eius faciant rem, quanquam alij alia de cauſa mouentur. Quorum ſanè natura ferarum more uentri indulget, hos tantum gulæ illecebris multa facere compelles. Quorum uerò ambitioſior

Domini diligentia ſeruos bonos facit

ac magis ingenua, non minus laudibus quàm alios cibis excitabis. Hæc & igitur ſimilia quæ ipſe facturus ſis, uillicum ſeruare doceas, ut obſequentiores habeat operas. Tum ueſtes non æque omnibus diſtribuendæ. Non item calciamenta, ſed alij alia pro meritis præbere. Magna Socrates imnunet bonis deſperatio, cum ab ignauis ſe præmijs diſcretos non adſpiciūt, & qui ſe periculis atq; laboribus obijciunt, cum ſubterfugientibus pari ratione habere. Meum itaque uillicum cum huiuſmodi bonos cæteris præponere uideo, magnopere collaudo: eundem obiurgo, ſi inani aſſentatione utendo, indignos illis promouere contendit, atque oſtendo minime ad rem pertinere. S O. Vbi igitur & imperare & operas, ut montraſti, obtemperantes habere didicerit, perfectum habebis, an aliud in eo præterea exoptes? I S. Maximum adhuc Socrates, ut rei herilis ſit abſtinens: ſi enim fructus interuerterit aut abſconderit, quid eius referet in agricultura diligentia? S O. Tu quoque iuſtitiam eum ſeruare doces? I S. Nempe enim omnes in hac præceptione dicto audientes inuenio, ego tamen eos partim Draconis, partim Solonis legibus ad iuſtitiam reuoco. Hi ſanè mihi uidentur tali formula iura conſcripſiſſe, ut fures deprehenſi uincirentur, graſſatores uerò capite plecterentur. Ob hæc palam eſt eos tantum uoluiſſe improborum hominum turpe lucrum irritum facere. Ego uerò huiuſcemodi tum regias leges uſurpando conor ad officium ſeruos reducere. illæ nanq; peccantibus pœnas infligunt: regiæ uerò leges etiam bonos munerare contendunt. Quo ſanè exemplo pleriq; etſi lucri appetentes permoti, miſſa nocendi arte, bona uia ingrediuntur. Quos uerò uideam mea ſemel benignitate adfectos perperam agere, hos tanquam inutiles penitus abdico. Quos uerò quanquam probos, magnoq́; dignos, non tam ſtudere auaritiæ, quàm gloriæ, à me tantum laudes expectare, his ego tanquam liberis utor, eos inſuper diuitijs atq; honoribus cumulo. Et profecto mihi uidetur hoc cupidus honoris, auaro præſtare, quòd laudis gratia labores ac pericula ſubit ubi oporteat, prætereà à turpi quæſtu procul habetur. S O. Atego ſatis uideor didiciſſe quemadmodum inſtruendus ſit uillicus. Nam beneuolum in primis dixiſti tibi eſſe oportere, deinde diligentem, poſtea imperio aptum, poſtremo iuſtum. Nunc quæſo ne prætereas quid illud eſt quod ab initio curſim attigiſti. I S. Quid nam? S O C R. Dixeras enim quòd horum maximum erat quemadmodum ſingula ſint exercenda, ut ex his utilitas nobis aliqua proueniat, citra quam artem nec ulla ualeret diligētia. Nam cum recte curaris opus, eſſe agriculturam ſciam: quando, aut quomodo, ſeu qua ratione curari oporteat, haud ſatis ſcio: non aliter quàm ſi literas oportere diſcere tantum audiuiſſem, nihilo propterea magis literas ſcirem. Quod ſi non progrediar, ero comparandus oberranti medico ac ægrotos quæritanti, medicinæ alioquin ignaro. I S O C. Hîc planè me inducis, ut rei ruſticæ paulatim explicem tibi rationem. Cuius periti diuites fiunt, ignari anguſtia ſæpe uictus laborant. Huius tu artis humanitatem deguſtabis, quæ utilis prouentu, iucunda opere, & hominibus grata, tum quòd facilis cognitu, exercitio quoque generoſa uideatur: quippe cum generoſa uocemus animalia, quæ cum pulchra ſint & utilia, tum & hominibus manſueta. Quin Socrates, non ut reliquæ ſcientiæ multum temporis in ea antequam ad uſum neceſſaria parias, conſumere oportebit. Sed eius erit facilitatis, ut eam exercens partim uidendo, partim audiendo ſtatim ipſe tantum ex ea percipias, ut & alios ſi uelis poſſis edocere. Enimuero cum cæterarum artium profeſſores multa quæ ad eorum diſciplinas occultiora pertineant, haud omnibus patefaciant: agricola bonus magnopere gaudet opus ſuum ab omnibus cerni, rogatuſq́; quonammodo id egerit, libenter explicabit: adeo ingenuos hæc ars, adeoq́; liberales homines reddit. S O C R. Proœmium nempe optimum, ut

Rei ruſticæ laus et facilitas in ædificēdo

difficile

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

difficile ſit audientem non ulterius percontari. Igitur quando
ais rem eſſe tam facilem,quæſo edoce. Nã tibi turpe non fue-
rit facilia monſtrare. Turpius mihi potius ea ignorare. Præ-
ſertim ſi inde nobis utilitas prouenit. I S. In primis eos qui tra
dunt illam cognitu laborioſam prorſus aſſeuero, quippe qui
rationibus tantum muniti uideantur, experientia uerò colen-
di minimum. Dicunt enim primum terræ ingenium indagare
oportere. S O. Rectè hi quidem ſentire uidentur, cum igno-
rantes quid quæq; ferat tellus,neq; ſerere,neq; colere ſcitè po

Quomodo bona terra dignoſcitur.

terunt quicquam. I S. Igitur ſi hoc in aliena terra dignoſcere
cupis,hoc erit præceptum, ut fructus arboresq; illius adſpi-
cias:nec culturus quicquam contra illius contendas ingenium,
niſi fortè ſpe decidere,aut cũ dijs pugnare malis. Si uerò per
domini negligentiam uim ſuam tellus non experiatur, id ſæ-
penumero non tam à uicino homine, quàm loco melius inue-
ſtigando deprehendes:qui quanquam neglectus,ac rudis oſten
det aliqua ex parte poteſtatem eius. Si enim agreſtis pulchre
produxerit, multo fertilius manſuefactus uberes reddet. In
ſumma facile uel cuiuis non magnopere perito terræ naturã
hoc pacto deprehẽdere licet. S O. Satis igitur in hac re ruſtica
uideor cõfidere, ut ab ea minimè tanquã imperitus abſtineã.
Nam et quod ais uerum eſſe uel illud inter cætera perſuadet,
quod memini conſuetudinis piſcatorum, eorumq; qui in mari
uerſantur:cum ad littus applicant, neq; conſiderantes, neque
tarde incedentes ſtatim in agros exiliunt, eosq; ubi maximè
fructus eſſe conſpexerint, ex templo quæ nam ſit bona tellus
iudicant,quæ mala,& hanc uituperant,illam uerò collaudant.
Igitur nobis eodem modo de agricultura & tellure bona iu-
dicandum. I S C H. Vnde uis tandem aliquid de ea narraturi
exordiamur,nequid ſcienti ſubijciam,nempe te uideo plurima
in ea noſſe. S O C. Primum quidem quod iucundum utileq;

Quando arandum

puto,& ad philoſophiã huiuſmodi maximè pertinere. Quid
potiſsimũ agam,ut plurimũ hordei tum tritici metam? I S C.
Nouale ante omnia ſementibus præparandũ. S O. Noui. I S C.
Per brumam arare incipiemus? S O C. Minimè. Nam terra
tunc limo obducta erit. I S C H. Per æſtatem? S O C. Dura ni-
mis,& aratro intractabilis. I S C. Vere quid? S O C. Aequius
ſanè. I S C. Herba tunc maximè uertitur,quæ & terram fimi
loco lætificat,& ante excluſum ſemen euerſa pullulare pro-
hibetur. Quippe cum ante omnia mihi uideatur nouale mate-
ria purgatum,et ſolibus deinde coctum eſſe oportere. S O C.
Hoc item mihi. I S. Hæc'ne duo putas æſtate commodius fieri
poſſe quum ſæpenumero contingat arari? S O. Nihilo profe-
cto magis iſthæc uere exiſtimauerim poſſe fieri,quàm æſtate
media in meridie,ſi tellus aratro moueatur. I S C. Si autẽ ra-
ſtro præparetur nouale, haud tutum quin iterare oporteat.
S O. Et materiam uidelicet deijciendo, ut areſcat: & terram
uertendo,ut excoquatur. I S. De nouali igitur uides inter nos

Sementes

conuenire. S O. Mihi uidetur. I S C. De ſementibus autem quid
ſentis,an idem quod omnes ferè ſentiunt, tempore uidelicet
autumni,cum omnes cœlum ſuſpicientes à Deo maximè im-
brem expectant? S O. Hoc profecto,ut ais,tẽpore: quod ſiquis
antequàm iubeat Deus,aggrediatur, merito dãnis plectitur.
I S. Hoc ferè omnes adſtipulantur. S O. Quæ nempe ſemel
Deus conſtituit,rata ſunt omnibus & obſeruata:ueluti cunctis
mortalibus per brumam ſatius eſſe uidetur pingues ferre ue-
ſtes ſi poſsint,& focum accendere,ſi ligna ſuppeditant. I S C.

Quando & quomodo ſeminandum

De ipſis uerò ſementibus multi quærunt,an præcoci, an me-
dio,an ſerotino ſint tempore faciendæ. S O C. Neq; Deus una
cœli temperie ſeu ordine ſemper agit annum. I S. Horum ta-
men quod elegeris tẽpus,ſiue paruas, ſiue magnas feceris ſe-
mentes,an à præcoci incipere,uſq; ad ſerotinũ durare? S O C.
Mihi iſthuc profecto uidetur,atq; optimum cenſeo, tutioreq;
ſerendi modum,utrumq; tempus attingere,quod ſegetes iugi-
ter mediocres colligas,quàm quandoque copioſas, quandoque
minimè ſuffecturas. I S. Eiuſdem ego quoq; ſententiæ, præce-
ptor ſanè diſcipulo prius hoc iudicanti adſentior. S O. Sed in
ſemine iaciẽdo uaria'ne arte uti putas oportet? I S. Omnino.
Nam conſiderandum quod manu iacitur ut noſti. S O. Noui
profecto. I S. Iacere quidam æqua manu poſſunt, nonnulli ne-
quaquam. S O. Exercitatione & in hoc opus haud aliter quàm
citharœdis,ut uſum ſcientiæ manus ſuppeditet. I S. At terra
quædam tenuis,quædam craſsior. S O. Quid iſthuc quæſo? te-
nuiorem fortè uocas infirmiorem,craſſam uerò robuſtiorem.
I S. Iſthuc prorſus. S O. Sed rogo putas utriq; par ſemen dan-
dum, aut alteri magis? I S. Nam & ego cenſuerim ſicut &
uino uehementi plus aquæ,& homini robuſtiori plus oneris
cum erit uſus,addendum:& quidam infirmiore cibo aluntur,
ſic in hoc genere ſeruandum. S O. Putas'ne ueterina copioſio-
re ſegete oblata pingueſcunt, ita & terra gracilis pinguior
fiat? I S. Iocaris. Scito tamen ubi iacto ſemine herba rore cœ-
leſti excitata exurgere cœpit,ſi eam ex parte aliqua euertas,
haud aliter in triticũ abierit,quàm ſi fimum addideris. Quod
ſi totam ſegetem uſq; ad maturitatem creſcere ſines, durum
profecto fuerit gracili telluri multum ſeminis aut fructuum
nutrire, non ſecus quàm ſui plures alere fœtus iam adultos.
S O. Planè inſinuas,ut debiliori ſolo minus dandum ſit ſeminis.
I S. Sanè. Nam & paulò antè tu idem fatebaris, cum putabas
debiliori minus eſſe imponendum negotij. S O. Præterea ſar-
culo'ne opus ſementibus? I S. Noſti hyeme plures imbres? S O.
Quid tum poſtea? I S. Tria ex his proueniunt incommoda:
cum luto inducto gramen operitur:tum radices quædam ab
inundatione tenuantur: poſtremo ſæpe tanta ſurgit materia
aquis excitata,ut ſegetes opprimat. S O. Hæc omnia ueriſimile
euenire. I S. Igitur uidetur'ne tibi ullo remedio occurendum?
S O. Mihi quidem. I S. Quid in primis ſi luto obducitur? S O.
Humo ſementem leuabis. I S. Quid ſi radicibus tenuatur? S O.
Humum ſuperaddes. I S. Quid demum ſi materia exurgens
humorem frugibus auferat, quemadmodum fucus apibus ci-
bum? S O. Extirpanda à ſatis, ſicuti fucus ab aluearibus. I S.
Igitur non ab re ſarculis utemur. S O. Profecto,ſed ualde rem
ante oculos poſuiſti cum auenã fuco comparaſti,magis quàm
antea,cum eam ſine comparatione memorauceras. Ex quo ui-
dere licet quãtum ualeat recte ſimilitudines introducere. Sed
cum deinceps tẽpus metendi ſit,dic oro ſiquid & in hac par-
te monſtrare habes? I S C. Puto te ſcire ſegetẽ incidere opor-

Quomodo metendum

tere. S O. Quid ni? I S. Incidis uento aduerſus an auerſus? S O.
Ego uerò auerſus,ac ſecundum uentum: durum mihi uidetur
& oculis & manibus aduerſas uento ariſtas metere. I S C H.
Alte'ne, an ima tellure metis? S O C R A. Si calamus breuis
fuerit,ima,ut aptiores ſint manipuli. Si uerò oblongus, com-
modum puto medium incidere, ne terentibus in area excu-
tiendo,neq; uentilantibus labor ſuperuacuus addatur, & ſti-
pula remanẽs combuſta fimum additum magnificet, agrumq;
lætificet. I S C H O. De metendi ergo modo noſti ea quæ ego-

Quomodo terendum

met. S O C. Cupio ueſtigare an terere ſciam. I S C H O. Noſti
puto quòd meſſes à ueterinis terantur. S O C R. Veterina'ne
boues,mulos,equos,& reliqua huius generis appellas? I S C.
Hæc tantum puta huiuſcemodi apta eſſe officio. S O C R A.
Quid deinde? I S C H O. Terunt, manipuliq; complanantur.
S O C R. Certò ſic eſt. Noui à terentibus eos uerti,ac ſub iu-
mentorum pedibus inijci, ut non ſatis concuſsi melius excu-
tiantur, citiusq; aream abſoluant. I S C H O. Hæc igitur æque
atq; egomet intelligis. S O C R A. Quid deinceps, uentilabi-
mus? I S C H. Noſti, quòd ſi ex parte quæ uento eſt obuerſa
incipias nentilare,per totam areã palea diffunditur. S O C R.
Neceſſe. I S C H. Tum etiam neceſſe,ut ſupra fruges cadant.
S O C R. Nimis profecto fuerit, ut frugibus ſuperferatur in
loco areæ uacuo. I S C H O. Quid ſiquis uentilabit ex ea par-
te incipiens, quæ uento obuerſa eſt? S O C. Manifeſtum quin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

palea in loco ſtatim ſuo, ubi aggeratur fuerit. I S C. Vbi fruges purgaueris uſq; ad areæ medietatem, utrum ſtatim ſic effuſo frumento uentilabis cæteras paleas? an cumulabis iam purgatum in medium ueluti locum anguſtum? S O C. Nempe cumulabo iam purgatum, ut ſuperferatur palea in locum uacuum areæ, & non bis eandem paleam uentilare. I S C H. Tu uerò, ut mihi uideris, ita probe tenes quomodo ſit uentilandũ, ut alios docere queas. S O C R. Hæc equidem oblitus eram me ſcire, ac dudum cogito, ſi hoc modo ſciuerim, & item oblitus fuerim aurificinam, choraulicam, picturam, quanquam nullus monſtrauerit, ſicuti nec agriculturam. Video nempe, ut hanc ſic & alias artes homines exercere. I S C H. Nequaquã. Nam dudum dixi, quòd agricultura ex eo generoſa eſſet, quod maximè facilis cognitu. S O C. Sed age Iſchomache res ruſtica

De arborũ ſationibus

ſationem continet arborum? I S. Profectò. S O. Cũ igitur multa circa ſementes intelligam, in ſerẽdis arboribus ignoro. I S. Profectò ignoras. S O. Quippe qui neſciam in qua tellure ſit ſerendum, quàm alte ſemen demittendum, quomodó'ue collocãdũ. I S C. Diſce igitur quod ignoras, ſcrobes quales fodiunt puto ſæpe uidiſti. S O. Sæpe. I S C. Vidiſti'ne altiorem tripedanea? S O. Quin & quadrupedaneam & ſemis. I S. Latiorem'ue tripedanea? S O. Per Iouem bipedanea & ſemis non uidi latiorem. I S. An altitudine minorem bipedanea? S O C. Non equidem bipedanea & ſemipede minus altam. Nam facile plantaria euellantur, ſi adeo ſumma tellure fodiantur. I S. Igitur ſatis tibi patet, ut neq; altiorẽ quatuor pedibus & ſemipede neq; breuiorem duobus & ſemipede ſcrobes fodi oporteat. S O. Neceſſariũ iſthuc in primis ſcire. I S. Nocis'ne aridam aut uliginoſam terram? S O. Arida mihi quidem uidetur circa Lycabectum, & huic ſimilis. Vliginoſa circa phalericam paludem, et huic item ſimilis. I S. Vtrum deinde in arida ſaturus, altius quàm in uliginoſa effodies? S O C. Nempe in arida, quippe cum in uliginoſa altius penetraueris aqua manabit, quæ ſerere prohibet. I S. Pulchrè mones, ſed facta ſcrobe ſcis quo'nam modo planta ſit locanda? S O. Maximè. I S. Tum ſi cupis cito coaleſcere in ſubactum fodies ſolum an rude? S O. Manifeſtũ quòd in ſubacto ocyus proueniet. I S. Summouenda igitur terræ ſemini. S O. Quid ni? I S. An ſemen rectum locabis, ſeu iacẽtem ut gamma ſupinum? S O C. Sanè iſto modo plures oculi ac radices in terræ uiſcera penetrabunt, ex quo planta firmius radicabitur, et totidem germina ſuprà terrã pullulabunt. I S. Idem atq; ego ſentis, ſed oro leuiter tellurẽ ſuper inijcis an calcatã? S O. Calcatã profectò, alioquin periculũ quin leuẽ aqua uſq; ad imũ penetrãdo patefaciat: aut

De uitibus

ſol per æſtus exſiccando radices adurat. I S. De uitibus autem ſentis mecum eadem his omnibus conuenire? S O. Profectò, & de ficu. I S. Tum ego putauerim & de cæteris arboribus fructiferis. Nam uitis cum in ſatione ſit potiſsima, hac probata,

De olea

facile omnia eodem modo ſemina probantur. S O C. Oleam quomodo ſeris? I S C. Diſce hoc à me præterea. Scrobes huic altior paulo ac iuxta uias fodietur. Trunci quoq; in hoc genere ſeruntur, quibus ſummum caput luto contegitur. S O C R. Noui. I S C. At puto hoc ſaltem ignoras, teſtã luto ſuperimponendam. S O C. Nempe noui omnia. Sed rurſus aliquid intelligo magis, quàm cum ab initio comprehenſim interrogaſti, an ſcirem ſerere: quippe cum interrogatio præceptio ſit, olim iam diſco, cum à me ſingula ſciſcitatus es: ducens nãq; me per ea quæ his ſimilia noui, oſtendis planè quæ me non putabam ſcire. Edoctus iam hæc intelligere mihi perſuadeo. I S C. Profectò ſic res habet, ut ſi te interrogarem de argento, bonum ne eſſet an non, perſuadere non poſſem, ut bonum ab adulterino facile dignoſceres. De tibicinibus autem tibi perſuadere non poſſem, quod inflare tibias ſcires, ſimiliter de pictoribus ac alijs huiuſmodi. S O. Fortaſſè quoniam colendi agrum me ſcientem eſſe perſuaſiſti, quamuis mihi conſcium quod nullus unquam monſtrauerit hanc artem. I S C. Nõ hoc eſt, ſed iamdudum tibi dixi, quòd agricultura ita humana, faciliſq; ars eſt, ut eam audientes ſeu uidentes eueſtigiò intelligant. Multa nanq; alia nos edocet quomodo eis pulcherrime utamur. Vitem ſi prope ſit arborem cõſuefacere rectam conſurgere, & luxuriantibus pampinis æſtatis tempore umbram porrigere. Deinde ubi paulatim uua matureſcit pãpinare, ut ſolibus excocta ocyus per autumnum uindemiam præbeat. In qua ſæpenumero ob fœtus abundantes, ſicut in ficu: alios maturos, alios acerbos conſpicimus racemos. S O C. His miſsis rogo

In cũctis artibus difficilius facere quæ oportet, quàm ſcire

Iſchomache, cur eſt quod cum ars hæc ſit facilis, omneſq; pariter nouerint quod circa eam faciundum, nõ omnes idem faciant: ſed alij quidem in magna copia degunt, alijs uerò etiam neceſſaria deſunt, aut in ære potius ſunt alieno? I S C. Dicam equidẽ. Neq; enim huius rei ſcientiæ uel ignorationi hoc dederis, ut aliqui in ea minimè proficiant, aliqui uerò abundent. Non profectò audies domum decoxiſſe ob hanc cauſam ſeu famam, quod agricola ignorauerit æqua manu ſemen iacere, aut arbores ſerere, aut in loco ſterili ſerere, ſeu fimum agro quàm maxime prodeſſe, uel nouale ſementibus præparare. Non hoc inquam audies, ſed potius audire licebit ſegetes non recepiſſe quod terram non arauerit, aut non ſtercorauerit: uindemias item non collegiſſe quod uites non ſeruerit, ſataſq; minime curauerit. Non oleum, non ficus, quod hæc & his ſimilia nequaquam operam dederit uti conſequeretur. Hæc demum cauſa eſt Socrates, quod maxima ſit inter colonos differentia, magis quàm ſiquis egregium aliquid in colendo reperiret aut ſentiret. Eadem & de belli ducibus ratio, cum rei militaris ſcientia ſæpe minime cauſa ſit, ut alijs alij præſtent, cum in bello quid agendum ſit quandoq; uel priuati ſciant: ſed nonnulli hoc exequuntur: quidam uerò negligunt: Quemadmodum præcipitur, per hoſticum tranſiturum exercitum ordine incedere, ut ſiquid acciderit, ad pugnam ſint paratiores: cuſtodes quoq; interdiu, noctu uerò excubias pro caſtris ponere: aut ſi per loca iniqua iter faciendum, opportuniora ſemper occupare, cum omnes uideant eſſe neceſſarium, nõ omnes tamen efficiunt. Vt igitur ad agrum reuertamur, cum nullus ignoret ſtercorationem eſſe utilem, fimumq; cumulare aut magnificare, negligunt tamen quanquam cœleſtibus aquis à Deo inuentur, quæ in loca fluentes incurua limum lætamini aptum efficiunt. Præterea materia omnis quæ cãpis ſeminandis aratro ſubuertitur, in aquas coniecta paluſtres tempore inueterata pro fimo utilis agro exiſtat. Deinde qua cura tellus egeat. Quod uliginoſior frugibus, ſterilior arboribus aptior, quẽadmodũ aqua foſsis educitur, ac ſterilia tum arentia uliginoſis admixta caſtigantur, omnes ferè ſciunt, ſed quidam curant, alij nequaquam. Siquis autem quid quiſq; ferat locus penitus neſcire ſe dicat, neque uidendi ex eo fructum aliquem facultatem habuerit, neu uerum quicquã de eo percontando acceperit, non'ne facilius multo terræ ingenium, quàm hominis aut equi experiuntur? Quæ ſanè culta non mentitur. Enimuero mihi uidetur illa in promptu eſſe, facilemq; ſe ad agnoſcendum omnibus præbere. Neq; ut in cæteris artibus, à quibus exercẽdis ſeſe ignarus excuſat, ita & in hac euenit, cũ omnes fermè intelligant quòd bene culta bene reſpondeãt. Eſt illa præterea indagatrix, & quaſi accuſatrix hominum uitæ: quippe cum nullus ignoret citra uictui neceſſaria neminem poſſe degere, quæ maxime ex re ruſtica proueniũt: hac neglecta, niſi quis fortè ex alia uiuat artẽ, neceſſe ut in furandi aut rapiendi ſuſpicionem ueniat, aut certè procul à ratione habeatur. Contingit etiam ſæpe, ut alijs alios ea reddat

Diligentia in re ruſtica cæteriſq; in rebus quantũ poſsit

utilitate potiores, quoties non tam non curatur, quã lente curatur. Vt ſi alter tẽpore adhibeat operas atq; urgeat, alter hoc ſtudium negligat: nam opera unà inter decem pollet, quæ ſit ſollicitior: altera uerò ignauior, quæ abeat ante tẽpus. Sinere

autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

autem totum diem ſegniter agere, totius operis dimidium refert, haud aliter quàm in itinere ducentorum ſtadiorum, ſi ex duobus iuuenibus ætate roboreq; paribus, alter centum ſtadijs diligẽtia fretus præceſſerit, alter ſpirãtes auras captando, ac fontibus umbriſq; cõmorãdo lõge relinquatur. Sic et operis in agro contingit, ſi ſtudiũ remittunt, ſi oſcitãtur, ſi ſæpe cauſantur, ſi herus non inſtet longe poſthabentur his, qui ſeduli cernuntur. Bene autẽ aut male opus facere id referet, ut rectè facere, aut omnino non facere æquè cẽſeatur. Licet enim foſſores adſpicere, qui plus in uineis materiæ reliquerunt, quàm raſtro abſtulerint: quomodo otioſum ac ſuperuacuum opus huiuſmodi non putabis? Hoc igitur pacto ocyus abſumetur domus, cum iugis impenſa ſuprà operis fuerit utilitatem. Nec profectò mirum, ſi pro diuitijs egeſtas poſtea ſubrepat. Sed præceptum ante omnia pulcherrimum, uolentibus rem ruſticam ſequi, unde ocyus res auctior proueniat, pater meus olim monſtrauit, me quoq; edocuit, nunquam agrum cultũ, ſed eum qui ob domini ſui negligentiam ſiue tenuitatem incultus uidetur, iuſsit emi. Quòd bene cultus ager magno uæniret, ac minimi eſſet redditus. Qui uerò prouentus non haberet, nullo modo ſimilem præberet uoluptatem, atq; ille in quo ſpes ſit, ut cultus melior effici poſsit. Nihil enim plus utilitatis, quàm locus ex inculto bene cultus tribuit. Sic igitur plures fundos plurima ferẽtes, ac antiqua dignos ueneratione, ipſe meus pater parauit, hac tantum commẽtatione, quam nec ipſe didicit, aut alia cogitatione adſecutus eſt, quàm erga rem ruſticam amore pariter & labore, ut haberet quod ageret, et unà cum uoluptate caperet utilitatem. Erat enim præter omnis Atheniẽſes agri ſtudioſiſsimus. S O. Dic præterea, iſtos agros quos tantopere diligebat pater tuus, uẽdidiſſet'ne ſi magno potuiſſet? I S. Sanè. Sed alium eueſtigiò incultum emiſſet, ob colendi item uoluptatem. S O. Mirũ prædicas eius agriculturæ amorem, haud ſecus quàm mercatorum frumenti: cuius gratia nauigant quocunq;, ubi audierint eſſe plurimum, Aegæum, Euxinum, ſimul transfretantes pelagus, inde exportantes naui qua ipſi aduehuntur, imponunt. Deinde cum egent pecunia, uendunt ubi putauerint maximo uænire. I S. Iocaris. Ego autem exiſtimo domus amantem non minus cenſeri qui domum ædificat, deinde uẽdit, ac rurſus alias exædificat. S O. In iſtam etiam ſententiam Iſchomache penitus adducor, ut arbitrer natura quemq; id potiſsimum diligere, unde utilitatem ſperet. Deniq; conſidero quantum ueritatis ex argumento tuo profeſſor præſtitiſti. Propoſueras enim rei ruſticæ artem facile

Nõ eſſe emendum agrũ bene cultum

omnibus patere, quod ego à te nunc perſuaſus atq; edoctus planè animaduerti. I S. Eſt adhuc aliud Socrates difficilius, quod ſanè commune uidetur cunctis mortalium actionibus et agriculturæ & politicæ & œconomicæ, ſcire uidelicet hominibus imperare. In huius artis cognitione maxime dixerim homines inter ſe differre ac alteri alterum præſtare. Quemadmodum uidemus in triremi, cuius regimes gubernator ita uerbis animabit, ut alacres ac ludibundi quocunq; ille iuſſerit celeriter perueniant. Alij uerò ignauum nacti magiſtrum altero tanto uix temporis ſpatio ſegniter ac ſummo eius odio eundem curſum abſoluerint. Similis item eſt belli ducibus ratio. Nam ut priuatim cuiq; innatus quidam agendi amor, ita & toti exercitui ſub ſtrenuo imperatore alacritas quædã ad eas res nauandas, quæ ab ipſo ſpectante probari ac laudẽ referre poſsint, erga quem ipſi afficiuntur. Sic igitur fortem, ſic magnanimum appellamus ducẽ, etiam ſi corporis uiribus deficiat, aut arcum tendere uel haſtam intorquere ignorauerit, ſeu etiam equo inſidens bellatore, aut peltatus ſeſe periculis obijcere ſuperſederit: ſi tantum præſenti animo ac eloquẽtiæ uiribus utatur ad excitandam militum audaciam, ut obtemperare ac ſe per medios hoſtium ignes offerre uelint: hoc pacto magna militum manus eſſe ſub eodem dicitur, nõ tam numero quàm animo præſenti. Eodem fermè modo & in priuatis negotijs, ſiue curator, ſiue præfectus, ſeu uillicus, qui ad opus queat promptos ac animo deſtinato deducere homines, is maxime mihi uidetur rem præclaram præſtare, tum facultates dominis augere, præſertim ſi ex operarijs quemq; ignauum plectat, impigrum uerò extollat. Ego uerò illum cuius præſentiam ſubditi non uerentur, nũquam admirabor: ſed quo uiſo moueantur, terreantur, ad laudem ſe inuicem exhortentur, hunc regiæ indolis aliquid habere putauerim. Eſt igitur hoc opus, uti ſuprà diximus, in primis magnum atq; arduum, cum in cunctis rebus quas homines acturi ſunt, tũ in ipſa agricultura: neq; ad conſequendum ſemel uidiſſe, neq; audiuiſſe ſat fuerit, ſed diſciplina opus erit et perfecta natura: quippe cum diuinum potius quàm humanum eſſe ſit putandum uoluntarijs imperare. Nam ijs omnes manifeſtò parent, qui uera atq; perfecta ſint præditi modeſtia: apud inuitos uerò tyrãnidem exercere his tantum tribuunt, ut mihi uidetur, qui Tantali uitam uiuere ſunt digni apud inferos, in lucem ne iterum moriatur redire formidantis.

Scire imperare quàm difficile, & præclarum

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

SEBASTIANVS



GRYPHIVS

EXCVDEBAT

LVGDVNI,

ANNO

M. D. LII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 A 4